chi. 3 s. di. c. præter hoc. in gl. idem forte. Nam beneficium da
tur propter officiũ. vt j̃. de cle. non reſi. quia nonnulli. & c. re-
latũ. j̃. de reſcriptis. c. fi. li. 6. & hoc videtur expreſſum in c. al-
legato 3 1. diſt. pter hoc. & ibi directe ꝯdicit Io. ſupradicte diſ.
Hoſt. & ſi ſuſpenſus ab officio a iure ſit ſuſpenſus a beneficio
ſed ſi ſpenſus ab hoĩe non niſi in ſnĩa exprimatur vt ibi vide.
Ego vero non facta diſtinctione inter ſuſpenſum ab officio a
7 iure, vel ab hoĩe, diſtinguo ſic, quia aut talis ſuſpenſus † ab of-
ficio, ſiue a iure, ſiue ab hoĩe eſt in mora petendi abſolutio-
nẽ a tali ſuſpenſione, & tunc talis ſuſpenſus ab officio eſt ſuſ
penſus ẽt a beneficio. ar. 2. q. 5. ſuper cã. j̃. de elec. c. vlt. j̃. ne ſe-
de vacan. c. vnico. §. cum vero. lib. 6. & ita intelligo opi. Tanc.
& Vincen. j̃. de æ. a. & qua. cum bonę. & recitat Arch. in c. alle
gato, præter hoc. in glo. adde dicebat Goſ. in fi. Aut non eſt in
mora petendi abſolutionẽ, & tunc aut ſuſpenſio ſit pro ma-
gno, aut graui crimine, vel pro magna cã, vt quia contẽnit ſu
ſpenſionem & tunc talis ſuſpenſus ab officio eſt ſuſpenſus &
a bñficio. ar. c. alle. cũ bonę, de æta. & quali. j̃. de pur. ca. cũ in-
ter. Et ita intelligo opinionem Tanc. & Ber. hic & ſuorum ſe
quacium. vt dictũ eſt, nec credo hoc caſu verã opi. Io. notatã.
l. 50. di. ſtudeat. quòd tali ſuſpenſo tm̃ debeat relinqui vñ ſe &
ſuos valeat ſuſtentare, ne ſame pereat: nã tunc deberet ei ſub-
ueniri. vt 86. di. non ſatis & c. paſtoralis. & no. Ber. in d. c. pa-
ſtora. j̃. de app. hoc fallit in caſu vbi in tali ſuſpenſione ab offi
cio bñficiũ ſibi reſeruaretur expreſſe. 28. diſt. preſbyterum. &
ibi vide q̃ ſunt leuia crimina & q̃ grauia. Aut talis ſuſpenſio ſit
8 † pro leui crimine vel leui cã, & tunc talis ſuſpenſus ab officio
non eſt ſuſpenſus a bñficio niſi aliud in ſnĩa ſeu ſuſpenſione iu
ris vel hominis exprimatur vt j̃. de vita & ho. cleric. a crapula
35. di. c. j. & ita intelligo õpi. Ab ibi & Goſ. in c. alle. paſtoralis
& ita vr̃ ſentire & diſtinguere Iõ. An. extra de pœnis. c. cupiẽ
tes ſuper verbo ſuſpenſi in fi. in cle. & Ber. j̃. de offi. dele. ſane.
a. alias. j. glo. pen. Si eſt ſuſpenſus ab officio particulariter, tũc
talis ſuſpenſio in ſuis terminis eſt tenenda. arg. de pœ. diſ. j. ca.
quicunque. §. pene. j̃. de ele. ſtatutum. li. 6. & de hoc not. G. &
Gen. de æta. & qual. c. 2. in cle. Ad cohærentia tñ ſeu dependen
tia extenditur, vt j̃. de exceſ. præla. ex literis quod dic vt no. p
Gen. in extrauag. ſuſcepti regiminis ſup verbo a pontificali-
bus & per Card. j̃. de ſen. exc. c. j. in glo. hoc ſolũ. li. 6. Si eſt ſuſ-
10 penſus † a cæteris, vt ab ingreſſu eccleſiæ, tunc talis ſuſpenſio
in ſuis terminis eſt tenenda. vt j̃. de ſen. ex. is cui. lib. 6. de hoc
& no. Aſtenſis. li. 7. tit. de interdicto, & ſuſpenſione arti. j. ver.
item quicunq; dicens ſm Hoſt. quòd quicunq; eſt ſuſpenſus
ab ordine ſubdiaconi, vr̃ eſſe ſuſpenſus a diacono & preſbyte
ro nõ ecõtra. j̃. de cor. vitiatis ſignificauit & de cle. ægro. pre-
ſbyterum. Et ſuſpenſus a ſacerdotalibus eſt ſuſpenſus ab epi-
ſcopalibus: & non econtra. ergo & ſuſpenſus a collatione ſim
pliciter vr̃ ſuſpenſus a collatione cuiuſcunq; ordinis. Suſpen
11 ſus † tñ a collatione ordinis diaconi, & presbyteri nõ videtur
ſuſpenſus a collatione aliorũ ordinũ inferiorũ. vt innuitur. j̃.
de tempori. ordi. dilectus & c. literas in fi. & ſuſpenſus ab of
ficio ſuſpenſus eſt ab epiſcopalib. quia ſuſpẽſus ab officio in-
feriori ſuſpenſus vr̃ a ſuperiori. Vtrũ aũt ſuſpenſus dicatur ſu
ſpenſus ppetuo, vel ad tpſ, dicã. j̃. de æta. & quali. cum bonę.
Item ſi quæras vtrum ſi ſuſpenſus a bñficio plura bñficia hñs
12 ab oĩbus bñficijs ſit ſuſpenſus, refert, quia † aut eſt ſuſpenſus
a iure, & tunc aut crimen, vel offenſa pp quod vel quã ſuſpẽ
ſio infligitur, non concernit certũ beneficiũ ſeu certam eccle
ſiam. & tunc ab oĩbus bñficijs eſt ſuſpenſus: quia iura vbique
ligant & debent ab oĩbus obſeruari. C. de tẽpo. in int. reſt. pe.
13 l. fi. & s̃. de conſt. c. j. Aut † crimẽ vel offenſa pp quod, vel quã
ſuſpenſio infligitur, certam eccleſiã, ſeu certũ beneficiũ reſpi
cit, & concernit. & tunc ad illam ſolã extenditur, niſi in iure
ꝯtrium exprimatur vt j̃. de elec. cupientes. §. cæterum. & c. ſi ꝯ
promiſſarius. §. reſtringitur. li. 6. aut eſt ſuſpẽſus ab hoĩe & tũc
eſt ſuſpenſus tm̃ ab illis beneficijs quæ in territorio ipſius ob
tinet. arg. §. de conſti. c. fi. li. 6. & notant Innoc. & Hoſt. in d. c.
paſtoralis de appel. ¶ Si quæras an talis ſuſpenſus a beneficio
durante tali ſuſpẽſione, poſſit aliud beneficiũ acquirere refert
14 † quia aut eſt ſuſpenſus a iure. & tunc aut ſuſpenſio eſt lata p
crimine, vel offenſa non concernente certũ bñficiũ vel certã
eccleſiam & tunc non põt. arg. j̃. de æta. & quali. cum bonę. v-
bi ſuſpenſio fuit lata a Papa qui eſt lex aĩata in terris vt in aut.
de conſulibus. in fi. coll. 4. & quia ius vbiq; ligat. vt s̃. de conſti.
c. j. C. de legi. l. leges ſacratiſſimæ licet ibi. ſ. in c. cum bonę lo-
quatur de ſuſpenſione ſimpliciter lata, & non ſeparatur a be-
neficio pro crimine, vel offenſa concernente certũ beneficiũ
vel certam eccleſiã, & tunc aut quæris nunquid poſſit acquire
re bñficium in illa eccleſia, & dic, quòd non vt patet. j̃. de ele.
per inquiſitionem. cum ibi notatis per Ber. in gl. fi. in fi. & per
Io. And. infra. de ele. cupientes. §. cæterum. in glo. no. ergo. &
per G. & Genc. extra de æta. & qua. c. 2. ſuper verbo nocere in
cle. Aut in alia eccleſia, & dic quòd ſic. arg. infrã de elec. c. ſi cõ
15 promiſſarius. §. reſtringitur. lib. 6. aut eſt ſuſpenſus † ab hoĩe,
vt puta ab ordinario ſuo, & tũc aut quæris, nunquid poſſit ac
quirere beneficium in territorio ſuſpendentis, & tunc aut ſa
cta eſt ſuſpenſio gñaliter ab oĩbus beneficijs ſuæ iuriſdictiõis,
& tunc non poterit in iuriſdictione ſua durante hmõi ſuſpen
ſione aliquod beneficiũ acquirere, vt in c. alleg. cum bonę. Aut
a certo beneficio, ſeu certa eccleſia, & tunc dic, quòd ſic, quia
in illa eccleſia, a cuius bñficio eſt ſuſpenſus, non poterit eligi,
in epiſcopum, vel aliud beneficium acquirere. Ita intellig. gl.
Ber.

Ber.in cap.allegato per inquiſitionem,in fi.& Innocẽ. infra de
excep.c.apoſtolicę,ſed in alia ſic,ita intelligo glo.Ber.in c.alle-
gato quę videtur contraria glo allegatæ in c.per inquiſitionem
j.de appellatio.paſtoralis glo.fina.verſi.ſed ſi ſuſpenſus.Aut q̃
16 ris nunquid † poſsit acquirere beneficium extra iuriſdictionẽ
ſuſpendentis,& dic quod ſic,arg.j.de conſtitu.c.f.lib. 6. Cre-
do tamen quod ordinarius poſſet ſubditum ſuum habilitare,
pro ſuis demeritis,etiam quo ad beneficia habenda extra ſuũ
territorium,cum hoc poſsit etiam quoad beneficia habita p-
denda.quod tamen intellige(ſi crimen hoc exigat & hoc facit
difiniendo& cum cauſæ alias non excederent territorium ſuũ
ſicut nec tempus ſuum iuxta not.ſ.de conſtitu.ex literis. & j.
17 de ſoro competen.poſtulaſti.]& hæc omnia † intellige de ſu-
ſpenſo a beneficio ſeu ſi eſſet ſuſpenſus a fructibus benefici,ſi
ue parte ipſorum,quia talis poteſt acquirere beneficium in il
la eccleſia etiam vt no.G.de monte Lau.in c.alleg.2. extra, de
ætate & qualita.in clemen. De ſuſpenſo vero ab officio cõſtat
q̃ non poteſt in aliquo loco beneficium acquirere, durante ſu
ſpenſione,vt hic & in cap.alleg.cum bonæ.Et eſt ratio,quia ſu
ſpenſus ab officio eſt ſuſpenſus vbique:ſecus in ſuſpenſo a be-
neficio,vt no.plene Ber.in cap.allegato.paſtoralis.de appella.&
G.in cap.alleg.2.de ætate & qualitate. Decretalis iſta cum ſua
materia facit ad quæſtionem motam per Ioan.And.ſ.de regu.
iuris.c.mora.in nouella.libro 6.quæ talis eſt,Statutum epiſco-
18 pi priuat beneficiatos,qui intra menſem † titulum inſtitutio-
nis ſuæ in memorialibus epiſcopi poni non faciunt:quidam ca-
nonici hoc facere omiſerunt:tamen eis pacifice poſsidentib.
vacauit eccleſia, & a.prælatum elegerunt, quæritur an valeat
electio? hæc quæſtio diſputata fuit per Ioan.de Monte murlo
qui poſt multa argumenta,pro & contra dixit ſoluendo, q̃ va
lebit electio:quia iſta exceptio vel oppoſitio non videtur ad-
mittenda,ſcilicet,q̃ hoc omiſerunt cum puram ſapiat negati-
uam,quæ probari non poteſt.Circa quod eſt aduertendum, q̃
quæſtio iſta non dirigitur directe contra canonicos: quo caſu
poſſent procedere,quæ ſcripſit Io.An.poſt Inno.& Hoſt.j.de
accuſa.ſuper ijs.in gl.magna verſi.quid ſi objiciatur cum ver.
ſequen.ſed dirigitur cõtra electũ cum forſan eligentes nõ ſint
in cauſa.hoc dicit etiam propter.c.ſtatuimus.de confeſsis.lib.
6.nam poſito,de hoc nõ poteſt fieri electio cum de facto alie
no maxime,quia in negatiua conſiſtit,ſibi conſtare non poſsit
& per conſequens non cogitur reſpondere,vt ibi no. in c.ſeq.
Item,q̃ licet talis iure priuatus ſit,ita, vt beneficium alteri cõ
ferri poſsit: tñ remanet poſſeſſor,qa poſſeſsione priuari ñ poſ
ſet,niſi cã cognita.j.de præb.licet.2.lib.6.Si ergo] tñ eſt poſſeſ
ſionis ꝯmodum quare iuribus canonis,& poſſeſsionis ꝯmodo,
eligẽdo interĩ ñ vtitur? Hæc ſolutio placet dño Io. An.ꝓ qua
bñ facit.ſ.de ele.in geneſi.ver.nec ꝑmiſi,& hoc ſiue dicas oẽs
canonicos ſiue priuatos ſiue aliquos tñ ex illis,vt plene no.ibi.

1 *Conſuetudo ſecundum legem, hanc tollit*
2 *Conſuetudine præter,ſupra vel legem,hanc tolli.*
3 *Conſuetudinem generalem lege noua tolli.*
4 *Conſuetudinem localem lege noua abrogante,tolli,alias contra*
5 *Conſuetudinem loci lege priori tolli.*
6 *Conſuetudinis ius nec naturæ nec diuinum abrogari.*
7 *Miſtica,& ceremonialia moribus abrogabilia.*
8 *Conſuetudo an gentium ius,aut contra, tollat.*
9 *Conſuetudo peccati inductrix non ſeruanda.*
10 *Conſuetudinis rationabilis vis,quique accipienda.*
11 *Populi Romani hodierna poteſtas.*
12 *Populum,inſcio principe,legem condere quatenus verum.*

CVm tanto. Si quæras,vtrum conſue-
tudo deroget,vel præiudi
cet legi,vel econtra lex deroget , ſeu præiudi-
cet conſuetudini.[Et vtrum conſuetudo in de
lictis excuſet,vide Henricum in c.j.de tempo.
ord.& vide eum in c.pen.de eo qui ſ.quæ con-
ſuetudo debet attendi.]diſtingue,aut conſuetudo eſt ſecundũ
1 legem,aut præter legem,aut ſupra legem,aut contra legẽ.Si † ſe
cundum legem,vt quia idem vult quod lex:tunc non tollit le-
gem ſed potius eã roborat,& cõfirmat,dũmodo ſit rõnabilis,
& ꝑſcripta alias nõ valeret.C.de legi.l.cũ de nouo.C. q̃ ſit lon.
cõſue.l.fi.8.di.c.fruſtra.in fi.j.de fi.inſtru.paſtoralis.ſ.c.cũ di-
lectus.Poſsũt aũt lex,& cõſuetudo parere diuerſos effectus ſi-
cut dr̃ de duab.actionib.ff.de act.emp.& vẽ.l.nõ eſt nouũ.ff.d
2 ſolu.l.q hoĩem.Si ꝑter † legẽ,vt in feudis,& ſimilibus,tunc non
tollit eã,ſed vtraq; valet in caſu ſuo,cæteris parib.ff.de legi.l.d
quib.in principio.& l.diuturna.11.diſ.in ijs.& c.catholica. 12.
di.illa.j.de ſimo.ad apoſtolicẽ vt hic in ſ.licet 1.reſponſo.j.de
ſepul.c.de vxore.in fi.e.tit.licet.li.6.ſ.e.c.2.& c.cũ olim.j.e.ti.
c.cũ in tua.li.6.Si ſupra legẽ vt qa interpretatur legẽ vt ſ.e.c.ir
dilectus.& ff.e.l.ſi de interpretatione.& l.ſeq.tũc idẽ.Si ꝯ lege,
tunc aut conſuetudo præcedit legẽ,& lex ſubſequitur, aut ecõ
tra præcedit conſuetudinem,& conſuetudo ſubſequitur.Si cõ
ſuetudo præcedit legẽ tunc aut conſuetudo eſt generalis quæ
per totum orbem,ſeruatur,aut eſt localis,ſeu particularis. Si
3 generalis , tunc lex noua † ſibi contraria ſibi in totum præiu-
dicat,& eam abrogat,ſeu tollit in totum : quia abrogare eſt in
totum tollere legem,derogare eſt pro parte detrahere legi. vt
ff.de verbo.ſign.l.derogatur,licet de ipſa non faciat mentionẽ
ff.de aqua quotidiana & æſti.l.1.ſ.ductus aquæ.32.q.4.dixit Sa
ra.& c.obijciuntur.ibi q̃ quando mos erat,crimen nõ erat &c.
& arg.j.de conſti.c.j.li.6. ibi quia tamen locorum & perſona-
rum ſingularium &c.& ar.j.de conſti.c.j.li. 6.a contrario ſen-
ſu & hoc ibi no.Io.An. quia illud quod communiter tenetur
princeps non præſumitur ignorare.vt ff.de teſta. mili. l. com-
muni iure,& quia alias talis lex generalis de nihilo operaretur
quod non eſt dicendum.arg.ff.de lega.j.l.ſi quando 19.di.ſi ro
4 manorum.Si conſuetudo † eſt localis ſiue particularis & tunc
aut lex contraria ſuperueniens habet clauſulam derogatoriam
conſuetudini quod eſt ſiue expreſſe improbet conſuetudinem
inducendam,ſiue ſimpliciter conſuetudinem contrariam tol
lat,quia tunc intelligitur de inducta & inducenda in futurum
vt C.de contrahen.emp.& vendi.l.dudum prout hoc no. Iac.
de Ra.& Cy.C.quæ ſit lon.conſuetu.l.2. & tunc tollit eam.j.
de biga.c.vnico.li.6.& de conſi.c.quanquam.e.li. Ita intelligit
Ber.illam.l.ff.de ſepul.vio.l.3.ſ.diuus.j.de fide inſtru.paſtora-
lis in j.glo.in fi.& Archic.& Io.An.j.de conſti.c.j.li. 6. Aut nõ
habet clauſulam derogatoriam conſuetudini, & tunc non tol-
lit eam.vt no.Inno.ſ.ti.j.in fi.c.j.Et eſt hodie expreſſum j.de
conſtit. c.j.lib.6.Fallit in caſu,vbi conſuetudo localis eſſet,ſed
ius commune contrarium ſecundo iuri,vt no.G.& Io. An.j.
de conſtitu.c.j.& Cardi.de filijs præſ.c.j.lib.6.Si lex præcedit,
5 conſuetudinem,† & conſuetudo ſequatur,tunc aut lex præce-
dẽs habet clauſulam derogatoriam conſuetudini, vt quia pro-
hibet in futurum contrariam conſuetudinẽ introduci,vel tol-
li ſimpliciter conſuetudinem contrariam,vt eſt dictũ,& tunc
præiudicat conſuetudini ſequenti,ita quod cõſuetudo ſequẽs
non valet C.de vſuris.l.eos,de furtis in auth. nauigia. C.com-
munia de ſucceſ.in aut.omnes peregrini.C.ne filius pro patre,
in aut.habita.& j.eo.non putamus.li.6.Aut non habet clauſu-
lam derogantem conſuetudini & tunc aut eſt contra ius natu
rale, & quæritur,nunquid deroget iuri naturali, & dic q̃ non,
vt hic in principio, & 8.di.c.veritate.quia illud eſt perpetuum
& incommutabile,vt inſti.de iure naturali.ſ.ſed naturalia. Aut
6 † eſt contra ius diuinum:& tunc aut contra diuinum morale,
vt contra decem præcepta moralia,quorum tranſgreſsio pec-
catum inducit,vt diliges dominum Deum tuum &c.tunc cõ
traria conſuetudo non valet vt hic.& 6.diſt.ſ.his ita. idẽ ſi ſit,
ꝯ votũ vel religionẽ nã tũc non valet ꝯſuetudo vt hic & vt no.
Ho.j.de ſtatu mon.cũ ad monaſteriũ.ſ.i refectorio.ſup verbo
plenius & melius d ꝯſan g.& affi.q̃ ſup ijs. ſu p verbo ꝓhibi-
7 tos. Aut ꝯ miſticũ vt † de ſabbato ſeruãdo,vel de circũciſione,
vel ꝯ ceremonialia, vt non arabis cũ boue,& aſino.j.de elec.cũ
cãm de pur.cap.poſt partum.cap.vnico.& talia iura non ſeruan
tur hodie bene ad literam.& ideo contraria conſuetudo valet
vt in ſ.allegato his ita. 5.di.c.j.& 2.quod dic vt dixi plenius.ſ.
de conſti.c.j.& vide etiam quæ no.Card.j.eo.in rubrica in fin.
8 li.6. Aut eſt contra ius gentium † vel ius poſitiuum,& quæris,
nunquid deroget iuri gentium vel iuri poſitiuo.& tunc aut eſt
inducta per errorem,& tunc non valet.vt ff.de legi.l.quod nõ
ratione,aut ex certa ſcientia quod eſt ſaltem quando eſt com-
munis & generalis,quia non eſt veriſimile totum populum er
rare,& ſic poteſt intelligi lex,de quibus in fi.& tunc aut quæ-
ris de lege vel canone præceptum,vel inhibitionem, alias pro
hibitionem continente,& talis per conſuetudinem tolli nõ po
teſt.vt no.Hoſt.j.de offi.ordi.inter cætera. de treuga & pace,
c.1.& gen.in extrauagãti execrabilis ſuper verbo minus ido-
neus. Aut quæris de lege,vel canone non cõtinente præceptũ,
vel prohibitionẽ & tunc aut eſt irrationabilis puta qa eſt con
tra ius per quod ſeruatur ordo iudiciarius,vt ſ.eo.c.ad noſtrã.
vel per quod exercetur eccleſiaſtica diſciplina.ſ.e.c.cũ iter. vel
per quod vitatur animæ detrimentum.ſ.e.c.quãto.& c.cũ vene
rabilis. & c.ex parte.vel quia eſt eccleſijs oneroſa.ſ.e.c.j.C.de
ſacr.ſan.eccl.aut.caſſa & irrita.vel qa eſt cõtra publicã vtilitatẽ
vt C.de præci.impe.offe.l.nec dãnoſa.ſi cõtra ius vel vti.pub.

l.vltima & talis non derogat legi, ſeu iuri. vt 8 di. mala cõſue-
tudo & c.ſequenti. Et eſt ratio, quia ſicut iuramentum nõ eſt
vinculum iniquitatis, nec debet nutrire peccatũ: alias non va-
let vt 22. q.4. inter cætera. & j. de iureiuran. quanto. ita nec pri
uilegium vt j. de priuil. ex tuarum. C. de raptu virg. l.vna ibi ſi-
ne fori præſcriptione &c. nec conſuetudo, nec conſtitutio nec
præſcriptio vt j. de præſcrip. c.fi. nec etiã appellatio vt. j. de ap
pel. ad noſtram. & c.cum ſpeciali. §. porro ſecundum Ioan. Ho
ſti. ibi. & j. de præben. extirpandæ ſuper verbo conſuetudine,
qualibet, & ad hoc concordat quod no. Hoſti. hic. & Ho. & Io.
9 And. j. de delic. pue. c.2. dicentes †, ꝙ conſuetudo vel ſtatutum
per quod committentes furtum vel homicidiũ vel ſimile cri-
men in pecunia tñ puniuntur ſunt irrationabilia: quia id nihil
aliud eſt quam homines venali exponere prætio, & incitare ad
committenda peccata: talis. n. non timet pœnam pecuniæ quis
ſuſpendium, vel pœnam mortis non timeret: illa ergo non eſt
ſeruanda. ff. de pac. l.ſi vnus, §. pacti, quæ. de pœnis, in l. ſeruorũ,
& l.aut facta. §. fi. inſti. vi bo. rap. §. ſed nedum in aut. de manda-
tis princi. §. oportet. colla. 3. s. e. ex parte. j. de offi. or. irrefraga-
bili. §. fi. & c.dilectus. & videtur caſus in aut. de coll. §. iubemus.
colla. 9. in hoc concordat. G. j. ne cle. vel mo. c.vltimo. lib. 6. di
centes etiam, ꝙ talia ſunt contra legem Dei, ſupra quam nõ eſt
lex humana ſed ſubtus 10. diſt. cap. j. ad id concordat quod ipſe
Hoſti. not. in ſumma de pœni. & remiſ. §. quibus. & qualiter. §.
ſi quis emat rem. & quod no. ipſe Ho. j. de emp. & vendi. c.j. gl.
j. epiſcopum dicens, ꝙ contra peccatorum correctionem non
currit conſuetudo, vel diſſuetudo, & quod no. Card. j. de priui.
leg. c.cum perſonæ. in glo. ex ti. priuilegij in quæſtione, ſed q̃-
ro &c. dicens ꝙ priuilegium conceſſum non poteſt augeri per
10 præſcriptionem. Aut † eſt rationabilis, & tunc aut eſt præſcri-
pta, & tunc derogat iuri poſitiuo: & etiam iuri gentium in to-
tum ſi ſit generalis vt in dicta l. de quibus §. inueterata. Si ve-
ro ſit particularis, vel localis, tunc in loco illo tantum ſeruanda
eſt ſic loquitur. ff. communia prædi. l.venditor. §. ſi cõſtat, & ff.
de iuſti. & iure. l.omnes populi. C. quæ ſit lon. conſue. l.2. inſtit.
de iure na. §. ex non ſcripto & 11. diſt. conſuetudinis. & hic &
j. de elect. c.cumana. & c.cum eccleſia. Aut non eſt præſcripta,
& tunc non derogat vt hic & in d. c.cumana. & dic, ꝙ ad hoc,
11 † ꝙ conſuetudo valeat, ſufficit, ꝙ ſit rationabilis, & præſcripta
vt hic no. Ber. in fi. & Ho. idem no. Compo. s. e. c.1. in gl. 8. diſt.
fruſtra. vbi de hoc. & j. diſt. conſuetudo 11. di. conſuetudines,
& quæ conſuetudo ſit rationabilis, vel non committitur arbi-
trio iudicis vt no. Hoſt. s. in c.proximo in ſumma eod. titu. §. j.
ver. bene dicit, & Archi. 4. diſt. leges. glo. penul. & j. eo. titu. c.j.
ſuper verbo conſuetudines. li. 6. & Io. And. ibi & hic. & illa quę
dicit hic Ber. in glo. fi. non ſunt neceſſaria, ſeu modi neceſſarij,
ad conſuetudinem introducendã: ſed ſunt modi probandi con
ſuetudinem iam introductam vt no. plene Ho. in ſumma. e. ti.
§. qualiter probari debet, & j. de verb. ſignifi. c.abbate ſane. vbi
de hoc. Hodie vero, quia populus Romanus tranſtulit poteſta
tem legis condendæ in Imperatorem. vt inſti. de iure na. §. ſed
12 quod princi. dicunt quidam vt Pe. de Bel. perti. ꝙ ſicut† popu-
lus Romanus non poteſt hodie facere legem, ita nec conſue-
tudinem generalem, vel ſpecialem quod non credo verum: quia
dato, ꝙ hodie populus Romanus non poſſet legem facere, de
quo vide quod plene no. per Ho. in ſumma. ti. de conſtitu. §. j.
quis poſsit verſi. item populus & ver. ſequenti, & per Io. & Ar
chi. 2. diſt. lex eſt, hoc eſt intelligẽdum de lege generali: ſed ſpe-
cialem legem poteſt ſibi facere vnuſquiſq; populus: & in hoc
conſentit princeps, vt ff. de iuſti. & iure, l. omnes populi, & ſic
poſſet etiam ignorante principe eadem ratione ſibi facere con
13 ſuetudinem particularem rationabilem, quia † princeps nunq̃
vult facta rationabilia impedire, ſed potius approbare. s. de re
ſcriptis. ſi quando j. de offi. deleg. ex parte. a. C. de legi. l.digna
vox. & de hoc videtur caſus. j. de conſti. c.j. lib. 6. ſcilicet quòd
ſcientia principis non requiratur. Item dato, ꝙ non poſſet fa-
cere legem generalem ſine conſenſu principis, poſſet tamẽ in
ducere cõſuetudinem generalem, quam princeps præſumitur
ſcire. argumentum j. de poſtulatione prælatorum c.j. in fi. me-
lius j. de conſti. c.j. ver. quia tamen locorum, & perſonarũ ſin-
gularium &c. li. 6. a contrario ſenſu, & ſic ex quo non contradi
cit præſumitur in eius introductionem tacite conſentire. arg.
ff. de re iudi. l.ſæpe. & j. de reſcrip. cap. quamuis. lib. 6. Vnde cre
do quòd in hoc caſu ſcientia præſumpta, & tolerantia princi-
pis ſufficiat: immo (quod plus eſt) Barth. Brixien. notat. 4. diſt.
§. leges quòd conſuetudo rationabilis preſcribi poteſt ſine ſciẽ
tia principis cum difficile eſſet cum omnes cõſuetudines quæ
ſeruantur, ſcire. Et idem no. Ho. & Io. And. j. de fide inſtru. ca.
1 cum P. tabellio. licet Io. ibi. & Inno. s. eo. in rubrica & Hoſt. ibi
& in ſumma ti. de præſcript. ſub rubrica de præſcriptione rerũ
immobilium. §. quæres ſub. §. de quibus ver. ſed ſi quæritur, &
ver. ſequenti. & Archi. 18. q.2. c.vltimo. Dicant contra & malo
vt videtur per præmiſſa. Et vide Io. 12. di. illa gl. 1.

De poſtulatione prælatorum. Rubrica.

1 *Scientiam facti proprij præſumi.*
2 *Ignorari factum alienum alibi publicatum præſumi fallit. 3.*
4 *Ignorare publicata abſentem præſumi. Extendit. 5.*
6 *Ignorare facta aliena qui non præſumendus.*

AD hæc. ¶ Si quæras, nunquid præſumitur
ignorantia, vbi ſcientia non pro-
batur, ſic diſtingue: aut allegatur ignorantia fa-
cti: aut iuris. Si facti aut proprij, aut alieni. Si ꝓ-
prij, aut facti recẽtis, & propinqui aut facti an-
tiqui & multum remoti. Si facti recentis, & ꝓ-
1 pinqui † tunc præſumitur ſcientia, vbi ignorantia nõ probatur.
ff. de iuris & facti igno. l.plurium. de acquiren. hæredi. l.cũ fal-
ſum, ar. ff. de pœnis. l.ſi diuturno. de le. j. l.ſi res obligata. C. de
ſuſcep. & ar. l.neminem li. 10. Si facti antiqui & multum remo-
ti tunc aut talis certat de lucro captando, aut de damno vitan-
do, ſi de lucro captando, non præſumitur ignorantia: niſi pro-
betur. Si de damno vitando, tunc aut cũ alterius iactura: & tũc
non præſumitur, nec excuſat. ff. ad Velleia. l.quanquam, aut ſi
ne alterius iniuria, & tunc præſumitur & excuſat. vt ff. de con-
dic. indebi. l. ſed. & ſi me pœnitem. in prin. & de act. emp. & vend.
l.ſi tibi liberum, & ita intellige quod legitur & no. ff. de lega. j. l.
ſi res obligata. §. j. Si allegatur ignorantia facti alieni tunc aut q̃-
ris de facto alieno, quod publice fit, & quod publice eſt notũ,
aut de tali facto, quod non fit publice, nec publice eſt notum.
Si de facto alieno quod publice fit & publice eſt notum, tũc re-
2 fert, quia aut illud † factum fit publice, & eſt notum publice ali-
bi, non in loco illius, de cuius ignorantia vel ſciẽtia agitur, vel
tractatur, & tunc præſumitur ignorans: niſi probetur ſciẽs ſm
Inno. hic ſuper verbo editur in fi. idem Ho. j. de excep. c. exce-
ptionem ſuper verbo fatigetur, & Ber & Ho. j. de iureiuran. c.
ad noſtram, in glo 2. arg ff de inſti. l ſed & ſi pupillus. § j. argu.
hic in verſi. cum & certa & etiam a contrario ſenſu, vt 16. diſ.
3 quod dicitis a contrario, fallit † extra de conceſ. præben. c.vni-
co. §. ſi in cle. & ibi hoc per G. de monte Lau. fallit etiam in ci-
tatione quæ fit publice in albo prætoris, vt legitur & no. ff. de
iuriſd. omn. iudi. l ſi quis id quod perpetuo, vel in audientia li-
terarum apoſtolicarum aut in aula papalis palatij poſtmodum
publice ianuis maioris eccleſiæ loci vbi curia reſidet affigenda;
prout legitur & no. in extrauaganti Bonifacij octaui quæ inci-
pit rem non nouam, quæ moderatur extra de iudi. ca. dudum,
4 in cle. vbi de hoc plene. Aut fit † publice & eſt notum publice,
in loco illius, de cuius ignorantia, vel ſcientia quæritur, vel tra-
ctatur, & tũc aut ille erat abſens extra locum illum tempore pu-
blicationis illius facti, & tunc idẽ, ſcilicet, quòd ꝓſumitur igno
rans, niſi probetur ſciẽs vt j. de teſti. c. ex tenore. qui ma. accu.
poſ. c.cum in tua, a contrario ſenſu & no. Arch. in c. alle. qđ di
citis, hoc intelligo in recẽtia illius facti nõ aũt poſtea ſemper.
Aut nõ erat abſens extra locũ illũ tp̃e publicationis factæ, &
tunc aut illo tp̃e publicationis huius erat talis, quòd ipſa publi
5 catio † ſeu ipſum factum publice geſtũ nõ potuit ad ipſius no
titiã peruenire, vt quia infans, vel furioſus, vel alias grauiter infir
mus, & tũc ꝓſumitur ignorãtia, niſi ſciẽtia ꝓbetur vt in d. c. cũ in
tua. 1. reſponſo. ar. 15. q. j. illud. Aut erat talis quòd publicatio,
6 ſeu factũ † publice factũ potuit veriſimiliter ad ipſius notitiã
ꝑuenire: & tunc nõ ꝓſumitur ignorãtia, ſed potius ſciẽtia vt in d.
c. cũ in tua, ver. alioquin. ff. de inſtitu. l.ſed & ſi pupillus. §. ꝓſcri
bere, & hic & in c. allegato quod dicitis j. de præſump. quanto,
82. di. propoſuiſti, ita intellige quod not. Ioã. 23. q. j. c.paratus,
vbi dicit quòd nõ pōt qs prætendere ignorantiã de ijs, q̃ fiunt
inter vicinos, & quod notat Archi 52 diſ c.nullus 2. Si q̃ratur
de tali facto quod non fit publice nec publice eſt notũ, tũc aut
7 quæris † de ijs, q̃ quis ex officio tenetur ſcire, vel indagare, tũc
præſumitur ſciẽtia j. de elec. innotuit. ver. nec ꝓbare cogimus
ff. de eden l ſi quis ex argẽtarijs § fi. Aut eſt tale factũ, qđ quis
non tenetur ſcire, vel indagare, & tunc præſumitur ignorãtia
vt ff de proba l.verius. & j de reg. iuris ca præſumitur, li 6. Si
allegatur ignorantia iuris tunc nõ ꝓſumitur ignorãtia: ſed po-
tius ſcientia, vt C. de iuris & fac. igno. l.cõſtitutiones. de legi. l.
leges ſacratiſsimę. ad l.cor. de fal. l.diuus. j. de reg. iuris. c.igno-
rantia. li. 6. Fallit in muliere, in milite. in pupillo, & in ruſtico,
ff. de iur. & facti igno. l.regula, quod intellige vt ibi.

1 Supple-

1 *Sup- lere libellu m iudici non licere.*
2 *Supplet in cauſa quandocunq; iudex & 3.*
4 *Supplet omnia princeps.*
5 *Supplet ſibi nota iudex. Fallit. 6.*
7 *Supplet ob publicam vtilitatem iudex.*
8 *Omiſſa, perituraq; iudex ſupplet. & 9.*
10 *Supplet non, niſi officio incumbentia iudex.*

BOnæ. j. Si quæras, vtrum, & qñ iudex poſsit
ſupplere, diſtingue, aut quæris primo
quando poſsit ſupplere & in quibus poſsit ſupple
re. Si quando poſsit ſupplere & tũc aut vult ſupple
re in principio cauſæ, aut in medio, aut in fine. Si ĩ
principio cauſæ circa libellum tunc refert. aut libellus eſt ma-
nifeſtiſsime in ſui ſubſtantia defectiuus, vel ineptus, vel non. Si
ſic, aut quæris, nunquid poſsit ſupplere ipſum † corrigẽdo, vel
emendando, & dic ꝙ non. aut ipſum reijciendo, & dentibus,
vel manibus dilacerando: & dic ꝙ ſic. ĵ. de elec. conſt. de deſpõ.
impub. ad diſſoluendum. de iudic. c. cauſam quæ. & c. examina
ta. C. vt nemo priuatus prædijs ſuis, vel alie. ti. impo. l. 2. in fi. ff.
de offi. aſſeſſo. l. j. ſi men. ſal. mo. dixe. l. j. §. j, de accu. l. 2. 2. q. vlti
ma libellorum. 11. q. j. ſacerdotibus. Aut non eſt manifeſte I ſua
ſubſtantia ſui defectiuus vel ineptus, & tunc quæris nunquid
poſsit ipſum ſupplere reijciendo, & dic, ꝙ nõ. aut ipſum faciẽ-
do emendari, ſeu declarari, & dic ꝙ ſic inſti. de act. §. curare. C.
de ſent. quæ pro eo quod intereſt. l. vnica. Si quæris vtrum poſ
2 ſit † ſupplere in medio allegando iura, dic ꝙ ſic, vt hic. & C. q
pot. in pig. hab. l. aſsiduis. in fi. ff. de leg. 3. l. Ofidius. [alias, inci
3 pit Ofidius. in Pand. Flo.] Si quæras, nunquid † poſsit ſupple-
re. in fi. dic ꝙ ſic, ſicut bene iudicando, licet male fuerit allega
tũ. C. vt quæ deſunt aduoca. l. vnica. in fin. Item poſt ſniam, ea-
dem tamen die. vt ff. de re iudi. l. Paulus. Si q̃ris de ſecundo mẽ
bro principali, in quibus poſsit ſupplere. refert, aut quæris, v-
trum poſsit ſupplere de iure. & dico ꝙ ſic, ſm oẽs. vt C. vt q̃
deſunt aduo. iudex ſup. in rubro & nigro. & hic. & ĵ. de teſta.
c. Raynutius. circa fi. vbi de hoc per Hoſt. ſuper verbo confir
mant. & de decimis. c. dudum. §. nos igitur. quod intellige. vt
ŝ. Aut quæris nunquid poſsit ſupplere de facto. & tunc aut q̃-
4 ris de principe qui eſt ſupra legem, vt Papa vel Imperator, aut
de alijs inferioribus iudicibus. Si de principe tunc dico † indi-
ſtincte ꝙ põt ſupplere & maxime de facto ſibi notorio. ĵ. de
conceſ. præben. ex parte Altenſis. ŝ. de conſu. cum dilectus. &
cap. cum venerabilis. ff. de conſti. princi. l. j. & de legi. & conſt.
l. princeps. & hic. & ŝ. e. c. j. ar. C. de teſta. l. omniũ. quod intelli
ge. de facto ſibi notorio alias quàm vt Deo, nam de eo. quod
eſſet notorium ſibi, vt Deo ſupplere non poſſet ipſum pecca
tum reuelando, quoniam peccaret mortaliter. vt ĵ. de offi. or.
c. ſi ſacerdos. de pœni. & remiſ. ca. omnis vtriuſq;. §. caueat. &
probatur Io. 8. c. vbi dñs dixit [mulieri peccatrici cuius pecca
tum ſciebat vt Deus] mulier vbi ſunt qui te accuſant nemo te
condemnauit: quæ dicit, nemo domine. Dicit autem ei Ieſus,
nec ego te condemno, vade, & amplius noli peccare: cuius oĩs
actio noſtra eſt inſtructio vt 2. q. j. Deus omnipotens. vbi hoc
idem probatur. idẽ credo dicendum de eo quod eſt ſibi noto-
rium in ſecreto, & ſub ſigillo ſecreti quia nulli licet facere ali-
quid vnde reueletur confeſsio, vel ſecretũ. & hoc communi-
ter tenent Theologi. licet Innoc. innuat aliter. in cap. allegato
omnis vbi de hoc dicam. Si de inferioribus iudicibus, tunc re
fert, aut quæris, nunquid iudex poſsit ſupplere de eo, quod ẽ
ſibi notorium, vt iudici, aut de eo quod eſt ſibi notorium, vt
Deo, aut de eo quod eſt ſibi notorium, vt priuatæ perſonæ. Si
5 de eo quod eſt ſibi notorium vt iudici, † vt quia illud factum
continetur in actis, & apparet per acta, tunc poteſt de facto,
tali ſupplere ſm Innoc. & Hoſt. hic idem Archi. 3. q. 7. iudi-
cet. pro hoc inſtit. de act. §. ſi minus. ff. de ferijs. l. 2. finium re-
gun. l. ſi irruptione. §. fin. de edil. edict. l. bouem. §. aliquando.
ita intelligo. ff. de peti. l. hæredi. l. fi. & C. de tempo. app. l. 2. §. fi.
arg. hic. & ŝ. eo. cap. j. & per hoc dic quòd ſi pars aliqua non
innititur alicui rationi ſcilicet allegatæ & deductæ in iudicio
quia non credit releuari per rationem illam. Si tamen iudex
videat debere pronũtiari per illam, poteſt pronuntiare per il
lam, & ſic fuit. ŝ. tit. proximo. cum dilectus. ĵ. tit. proximo. ca.
cauſam. de re iudic. cum Bertoldus. de conceſ. præbend. capit.
ex parte: & hoc cum ratio illa deducta eſt in iudicium. alias ſe-
cus, vt in cap. allegato. iudicet ſecundum Goſ. qui ita nota. in
cap. alleg. cum dilectus. ŝ. titu. proximo. & Arch. qui ita notat,
6 in c. allega. iudicet. Si eſt ſibi notorium † vt Deo tunc non po
teſt, nec debet aliquo modu ſupplere. argu. ĵ. de offic. ordin.
c. ſi ſacerdos. de pœnit. & remiſ. capit. omnis vtriuſque ſexus.
§. caueat. Si quæris de eo quod eſt notorium ſibi vt priuato,
quia forte erat ad feneſtras ſuas, quando videt aliquem interfi
ci, tunc aut quæris, nunquid poſsit ſupplere in caſu, vbi verti-
tur periculum animæ, ſi non ſuppleret, & tunc poterit de fa-
cto ſupplere, & excipere. ĵ. de electio. cap. cum nobis olim. §.
ijs igitur. & cap. dudum 2. j. reſponſo. & de except. cap. exce
ptionem & eod. titu. cap. pia. in fin. li. 6. & ita poteſt intelligi.
cap. alleg. dudum. ĵ. de decimis: & ita intelligit eum Hoſti. ibi
Aut in caſu vbi non vertitur periculum animæ ſi non ſupple
7 ret: & tunc † aut quæris nunquid poſsit ſupplere in caſu, vbi
ſi non ſuppleret, publica vtilitas læderetur, & tunc poteſt, vt
ſi videret militem tanquam procuratorem volentem proce-
dere in iudicio, poterit ipſum repellere. ar. ff. de poſtu. l. quos
prohibet. & C. de procur. l. militem. Iſta duo membra ponit.
Ho. hic & Archi. in cap. allegato iudicet. 3. q. 7. & vide quod
no. G. de monte Lau. extra de offi. ord. cap. 1. ſuper verbo cor
rectio in fi. in cle. Aut non læderetur publica vtilitas, licet illa
ſuppletio non fieret, & tunc aut quæris, nunquid poſsit ſup-
plere in caſu in quo omiſſa ſuppletio proceſſus iudicis non
valeret: & tunc poteſt ſupplere: vt in libello offerendo. ĵ. de li-
bel. obla. cap. j. ſeu ſaltem in petitione verbotenus proponen
da & poſtea in ſcriptis redigenda: & dic quòd ſic vt notat ple-
ne. Ioan. An. extra de verbo. ſignifi. ſæpe contingit in clemẽ.
Item de litis conteſtatione facienda. vt ĵ. de litis conteſt. ca-
pitu. j. & iſta fieri intereſt iudicis, ne ſibi illudatur. ff. & de iu-
di. l. ſi prætor. de tranſac. cum hi. §. ſi prætor. de rebus eorum
qui ſub tute. ſunt. l. magis puto. §. non paſsim. & §. in primis,
iſta tria membra proxima ponit Card. ĵ. de elec. cupientes. §.
cæterum ſuper verbo contumacia. lib. 6. Aut quæris, nunqd
poſsit ſupplere in caſu, in quo omiſſa † ſuppletione ipſius iudi
cis proceſſus ſuus nihilominus valeret, & tunc aut quæris nũ
quid poſsit ſupplere de facto quod eſt notorium. & tunc dic,
quod poteſt. vt in l. allega. ſi irruptione. & ff. de ferijs. l. 2. quia
in illo iuris ordinem non ſeruare, eſt obſeruare iuris ordinem
vt ĵ. de iureiur. ad noſtram. 3. cum ibi allegatis. & quia ibi ſuffi
9 ciunt citatio & ſententia vt ibi not. Aut nõ eſt notorium † &
tunc aut pars eſt abſens, cuius iuſtitiam iudex videt deperire,
& tunc poteſt de facto ſupplere. vt C. de app. l. ampliorem. &
de tempo. appel. l. fin. Aut pars eſt præſens, & tunc aut illud,
circa quod iudex vult ſupplere dependet ex mero officio iu-
dicis, & tunc parte etiam tacente poteſt ſupplere vt ff. de pet.
hæredi. l. fin. de interrog. act. l. vbicunque. & de edi. edict. l.
ediles. §. item ſciendum. & de le. 3. l. Ofidius prout, not. glo.
ff. de damno infecto. l. ſi quis miſſum in glo. fin. pro hoc. ĵ. de
procura. auditis. Et hæc iura faciunt pro opinione domini Di
ni. ff. de damno infecto. l. 4. §. hoc autem. vbi dicit ꝙ iudex, par
te etiam non petente, poteſt facere condemnationem expen-
ſarum & hoc tenebat per §. allegatum. item ſciendum. Si au-
10 tem illud ſuper † quo iudex vult ſupplere non dependet ex of
ficio ſuo, ſed prouenit ex iure reſidente in perſona partis, tũc
iudex nõ poteſt ſupplere de facto tali, ſed debet iudicare ſecun
dum allegata. 2. de offi. præſi. l. illicitas. §. veritas.
Si quæras, quæ vtilitas alteri præferatur vide quæ dicam infra
de regu. cap. licet.

1 *Poſtulatio præſentata irretractabilis: alias contra. 2.*

BOnæ ij. §. nec obſtat. ¶ Si q̃ras, vtrum, &
quando a poſtulatione facta ſit licitum poſtulã
1 tibus reſilire, refert, quia † aut ipſa poſtulatio eſt
præſentata ſuperiori per poſtulantes, & tunc nõ
poſſunt ab ea reſilire. vt hic & hoc tenent Hoſ. & Ber. hic ĵ. c.
ꝓximo & fi. & ĵ. ti. ꝓximo. c. cũ inter canonicos. & c. in cãſis
2 & c. publicato. Aut nõ eſt pñtata † ſupiori, & tũc poſsũt ab ea
reſilire licet ẽt fuerit publicata, vt ar. a ꝯrio ſenſu. qđ eſt fortiſ
ſimũ ĩ iure. ff. de of. eius cui man. eſt iuriſd. l. j. §. huius rei. ĵ. de
ijs q̃ fiũt a pla. c. cũ apoſtolica. & hoc tenet Ber. ĵ. c. bonæ me-
moriæ magnũ. in gl. pen. & Tan. e. ti. c. ĩ cãſis. & Ioã. a 8. di. de
Syracuſanæ. & Goſ. Inn. Plu. & Io. ŝ. c. ꝓxi. & Inn. Hoſt. hic,
& Cõp. ĵ. e. c. fi. & Goſ. ĩ ſũ. e. ti. §. fi. idẽ Arc. 61. di. §. ſed aliđ &
ĵ. e. c. vnico. li. 6. lꝫ Ber. teneat ꝯriũ hic & ŝ. c. ꝓx. & ĵ. e. c. fi. & ĵ.
ti. ꝓximo. c. ĩ cãſis. & c. publicato. bonagui. & G. nazo ĵ. c. ꝓxi
mo. & male. nã illđ. c. publicato hẽt locũ ĩ electione ñ ĩ poſtula.

ET ſi vnanimiter. Si quæris, quæ per-
ſonæ poſsint & de-
beant eligi, & quæ poſtulari, vide per Cardin. ĵ. eo-
dem in rubrica. lib. 6.

De electione. Rubrica.

1 *Eligendi ius moribus dari.*
2 *Eligendi patronus.*
3 *Prælatum eligit conuentus. qui accipiendum. 4.*
5 *Confirmare cui liceat.*
6 *Præſentandi ius inferioribus beneficijs cui datum. & 7. verius. 8 & 9. declaratur. 10.*

NVllus in Eccleſia. ¶ Si quæras ad quē, vel ad quos
ſpectare debet electio, ſeu prouiſio, refert, aut
apparet † de conſuetudine rationabili, & præſcri
pta aut non. Si ſic, illa conſuetudo eſt ſeruāda. &
ſic aliquoties ad ſolum prælatum, aliquoties ad capitulum ſo-
lum, aliquoties ad vtrunque ſimul, aliquoties ad extraneos ſpe
ctat electio. vt ſ. de conſue. c. cum dilectus. & j. e. ſcriptum eſt
& c. cum eccleſia Vulterana. vbi hoc. no. Inn. de excep. c. vene
rabilis in fi. vbi hoc no. Ho. & Io. An. de in integ. reſti. c. 2. de cū
poſ. & proprie. cum eccleſia. & de verb. ſign. c. abbate ſane. de
conceſ. præb. poſtulaſti cum ſuis ſimilibus. Si nō apparet de cō
2 ſuetudine rationabili & præſcripta, tunc refert: quia † aut ex fū
datione eccleſiæ aparet ad quem ſpectare debet electio: & tūc
ad illum ſpectabit. 18. q. 2. Eleutherius. & in c. cum dilectus de
conſuetudine. Aut non apparet: & tunc aut quæris de prælatu
3 ra † cathedralis ſeu collegiatæ vel conuentualis eccleſiæ: & tūc
de iure communi ſpectat electio ad capitulum collegium, vel
conuentum vt hic. & j. e. cum terra. & c. congregato. 16. q. vlt.
congregatio. & c. decernimus. j. de iure patro. c. nobis fuit. ſ. de
conſue. c. cum dilectus. vt hic tenent Inn. & Io. in cap. allegato
cum venerabilis. in fi. & Ho. j. e. cum eccleſia Vulterana. & In-
no. & Hoſt. & Io. An. j. de ſtatu mon. c. monachi. §. fi o. & quod
4 dictum eſt de collegio, vel conuentu intellige ſane. † Nam ſi v
num monaſterium vel vnus prioratus ſubeſt alteri monaſterio
vel prioratui. vel ab ipſo noſcitur dependere, abbas prior vel
monachi illius monaſterij ſeu prioratus ſubditi vel dependen-
tis non habebunt vocem in electione abbatis vel prioris mo-
naſterij ſeu prioratus ſuperioris. licet etiam ad illud monaſte-
rium ſeu illum prioratum, ſuperius vel ſuperiorem poſſint libe
re reuocari per iura proxime allegata. Si tamen conſuetudo eſ-
ſet in contrarium, ſeruanda eſſet. vt hoc not. Inn. Car. G. & Io.
An. j. de priuile. volentes. in fi. li. 6. quæ conſuetudo nō tollitur
per c. ne in agro. §. ſane de ſtatu monacho. in cle. & ibi no. Ioan.
An. ſuper verbo ꝯſuetudine. ꝑ quod patet ꝙ priores prioratū,
qui ſunt extra monaſterium vel monachi ſtantes in ipſis prio
ratibus non ſunt de conuentu monaſterij principalis. Confir-
5 matio † vero electi ad proximum ſuperiorem ſpectat. vt in c. al
legato. cum dilectus. & j. eo. cum dilecti. & c. venerabilem. §. 1.
& c. nihil eſt. de quo per Gar. ſ. car. & Io. An. j. de elec. ſciāt cun
cti in glo. de iure communi & c. & per Car. j. de regulis iuris. c.
6 in generali. li. 6. Aut quæris de alio beneficio † inferiori puta de
eccleſia parochiali, decanatu, archidiaconatu, præbēda, & ſimi-
libus: & tunc aut eſt ibi patronus. aut non. ſi eſt ibi patronus ad
ipſum pertinet præſentatio, & inſtitutio ad prælatum. j. eo. ſa-
croſan. de conceſ. preb. c. vlt. de iure patro. nobis fuit. & c. po-
ſtulaſti. & c. paſtoralis. vbi vide quod de hoc dicam 16. q. j. de-
cernimus. quod dic vt legitur & no. j. de præben. in Lateranē-
ſi. de priuile. cum & plantare. §. in eccleſijs & in c. alleg. cum ve
nerabilis. & c. cum eccleſia Vulterana. Si non eſt ibi patronus
7 † tunc aut illa eccleſia eſt ſita in parochia alterius eccleſiæ ma-
tricis. aut non. ſi ſit tūc rector illius eccleſiæ matricis eliget, ſeu
præſentabit: & ſi ſit negligens tunc epiſcopus ipſum ponet. vt
legitur. & no. per Io. 63. diſt. c. principali. glo. fi. & per Archi. ibi
in glo. j. Iſtam ſententiam ponit Ber. & Hoſt. j. de eccl. ædifi. c.
3. & in c. alleg. cum venerabilis de excep. per Inno. & Hoſti. &
Ioan. And. idem Archi. 24. diſt. qn̄ de hoc ēt not. plene. 16. q. 7.
nullus in glo. adde vel dic ꝙ hoc. c. ibi concor. cum Inn. & Ho-
ſti. in c. allegato cum venerabilis in fine. & vide cum. 16. q. 7. de
cernimus ſuper verbo ſpretis. & j. de cap. mona. c. vnico. glo. j.
in fi. li. 5. vbi hoc idem tenet. Aut non eſt ſita in parochia alte-
rius eccleſiæ, & tunc ad dioceſanum iſta ſpectant, qui eccleſiæ
prouidebit. 16. q. 7. omnes baſilicæ. 10. q. j. regenda. ſ m Ho. &
Compo. hic & Hoſt. j. eod. cum eccleſia Vulterana. ¶ Ego Hen
8 ricus dico † ꝙ immo ad dioceſanum & capitulū ſuum ſimul
vt no. Ber. j. eod. cum eccleſia Vulterana nisi de conſuetudine
vel priuilegio aliud obtineat quia tunc ſecus vt j. ne ſede vacā-
te. c. vnico de regul. c. vlt. lib. 6. & hoc ſiue bona ſint commu-
nia ſiue diuiſa. licet Ho dicat in ſumma huius tit. §. quis poſ-
ſit eligere ſub. §. ſed ſi quæris. ꝙ vbi bona ſiunt cōmunia, tunc
prælatus confert de conſenſu capituli niſi prælato conſuetudo
tribuat ꝙ conſenſum capituli non requirat. j. de ijs quæ fi. a ꝑ-
9 lato ea noſcitur. Si vero diuiſa ſunt prælatus conferet de † con
ſenſu capituli. j. de ijs quæ fi. a prælato quanto & ca. nouit. ſed
Ber. in c. alle. cum eccleſia Vulterana. ſ. ꝙ ad vtrunq; ſimul ſpe-
ctat: & idem notant ibi Lauren. Vincen. Gof. & Ioan. And. idē
no. Io. & Arch. 21. di. in ſumma. & c. j. & 61. alias 67. di. c. fin &
Ber ſ. de conſue. c. fi. ſuper verbo rationabilis & j. de ſupplen.
neg. præla. c. fi. de offi. ord. irrefragabili glo. vel per decanum &
Archi. j. ne ſede vacan. c. vnico. lib. 6 & Ioan. An. j. de reſcr. ſi ꝑ
parte. & de cap. mona. c. vnico. lib. 6. & Gen. extra de reſcr. ca. 1.
lib. 6. & vt lite pen. c. j. in cle. & Cardi. j. de conceſ. præb. c. j. lib.
10 6. quod eſt † verum etiā ſi in illa eccleſia vbi eſt beneficiū ſint
plures clerici vel canonici non tamen vt collegiū vel vt corpus
ſed vt ſingulares perſonæ ſicut ſunt in eccleſijs ſanctorum Ste
phani, Benedicti & Meredici Pariſieñs qui immediate ſubſunt
capitulo eccleſiæ Parienſis. de quo plene per G. de monte Lau.
in extrauaganti Io. 22. quæ incipit, Suſcepti regiminis in prin-
cipio ſuper verbo eccleſijs: & dicam. j. de iure patro. poſtulaſti
diſt. vltima & qn̄ plures ſunt in eccleſia vt collegium vel vt ſin
gulares perſonæ vide per abbatem hic. & per Inno. in c. allega-
to. poſtulaſti. de iure patro. & per Ber. j. de exceſ. præla dilecta,
per Io. An. & Archid. 10. q. j. cap. j. Et adde quod dicam j. de ijs
quæ fi. a præla. c. nouit. & in dicto c. poſtulaſti.

1 *Eligunt, non niſi ad ſecularia laici.*
2 *Electionem prælati recte petunt laici.*
3 *Electio quando poſtulata valeat.*

Sius. Si quæris, nunquid electio facta per mi-
niſterium, ſeu ſuffragium laicorum va-
1 let, & tenet, refert, quia aut ipſa electio † facta eſt
per laicos ad dignitatem ſecularem ſeu officiū ſe-
culare & talis bene valet. ff. quod cuiuſq; vniuer. l.
j & l. item eorū. §. ſi decuriones de tut. & cu da. ab ijs. l. vbi ab-
ſunt & j. eo. venerabilē. aut dignitatē eccleſiaſticā, ſeu ad offīm
vel beneficiū eccleſiaſticū & tunc ipſa electio fit & celebratur
per laicos: & tunc non valet. 16. q. 7. ſi quis clericus & c. per lai
cos & hic & j. e. Maſſana & c. quiſquis. & c. ſacroſanct. aut fit
per clericos ad petitionem ſeu procurationem clamoroſam lai
corum: ita ꝙ ipſe clamor ſit cā ipſius electionis & tunc nō va
let vt hic & 8. q. j. licet. C. de penis. l. decurionum filij. ff. de ap.
l. ſi conſtat. 61. diſt. miramur ſm Inno. Hoſt. & Abb. & Ioann.
An. hic. aut per procurationem impreſſiuam, & tunc idem. j.
2 eo. bonæ. j. & c. quiſquis. aut fit per clericos † ad petitionē, ſeu
procurationem humilem & deprecatoriam laicorum vt quia
ſupplicant epiſcopo, ſiue petunt ab epiſcopo ſibi dari prælatū:
& tunc aut petitio fit in genere nulla certa perſona expreſſa: &
tunc valet. vt j. de ſtatu mona. ꝑ dei timorē: vbi hoc appro-
bat Gof. & 16. q. j. ſi quis monachus. vbi hoc approbat Archi.
3 Aut certa † perſona expreſſa & tunc aut eligentes habēt reſpe
ctum principaliter ad ipſam petitionem laicorum & nō ad me
ritum perſonæ & tunc non valet. Aut non habent reſpectū ad
petitionem ipſorum laicorum, ſed ad meritū perſonæ: & tunc
valet vt j. de æta. & qua. tuto. & j. q. j. quibuſdam. Aut fit ꝑ cle-
ricos nō ad poſtulationem, alias procurationem laicorum, ſed
laicis ſuffragium circa negotium electionis, nō in ipſo actu ꝓ-
prio electionis præſtantibus, vt quia cuſtodiunt electores a vio
lentia & impreſſione, & tunc valet, vt j. de iure patr. nobis fuit
cum ibi not. & 63. diſtin. principali. &c.

1 *Inquirenda vbi ſint merita & 2.*
3 *Inquirenda electionis locus.*

POſtquam. Si quæras in quo loco eſt fa-
ciēda inquiſitio in & ſuꝑ ne-
gotio electionis, vel poſtulationis.] Diſtingue,
1 aut fit † inqſitio de meritis electæ ꝑſonæ, vel po
ſtulatæ, & tūc faciēda eſt inqſitio i loco, vbi fuit
ꝯuerſata qa ibi ꝓſumitur magis not. vt hic & i
iurib. hic allegatis in gl. 23. di. illud. 47. diſt. de Pet. 24. q. j. pudē
da. j. de ꝓſump. quoſ. ſ. qa talis æſtimationis hr̄ qs, qualis eſt in
2 ciuitate ſua. ff. de q. ō. l. de minore. in fi. † & ſi in plurib. locis cō
uerſatus fuerit, tūc in oīb. faciēda eſt īquiſitio ar. ff. ad munic. l.
3 aſſūptio. §. iuris prudentib. aut † fit inqſitio de forma & meritis
electionis, vel poſtulatiōis & tūc faciēda eſt inqſitio in loco vbi
fuit electio celebrata vt j. e. c. fi. ſcriptū ē. & j. e. ſi. li. 6. vbi d̄ hoc.

1 *Onus illicitum non indicendum.*
2 *Onus annexum imponi poſſe.*
3 *Statuti onus quandocunque imponibile.*
4 *Conditioni onus par, diſpar non item recte imponi & 5. fallit 6.*

7 Onus

7 *Onus ante actum non exigendum.*
8 *Onus impoſitū rectè exigi.qui accipiendem.9.*

Significaſti. Super gloſ.2.Si quæris vtrū ele-
cto prouiſo vel poſtulato impo
ni poſſit licite aliquod onus vel ab eo exigi,refert.
Nam aut illud onus eſt de re,& ſuper re de ſui natu
1 ra illicita †& honeſta vt eſt promittere impunitatem delinquē
tibus & ſimilia: & tale onus nec poteſt imponi , nec impoſitū
exigi,vt probatur.8.q.3.in fin.vbi de hoc.& capi.Artaldus vbi
hoc no.Archid.ſuper verbo poſt electionem.Aut de re & ſu-
per re de ſui natura licita & honeſta : & tunc aut quæris nun-
quid & quando poſſit imponi.aut nunquid & quando impoſi
tum vel nondum impoſitum exigi poſſit.Si primo modo re-
2 fert. Nam aut onus illud † eſt annexum illi beneficio a ſui fun
datione & dic quòd poteſt imponi.argum.ff.de pactis.l.in tra-
ditionibus.& infra de condit.appo.verum 18. quæſtio.2.capi.
Eleutherius.vt not.Hoſt.j.de præben.c.ſignificatum. pro hoc
facit ꝙ expreſſio eius quod tacite intelligebatur in actu nō vi
tiat,nec immutat actum.ff.de tute.l.muto.§.ſub conditione.ff.
conditio.& demonſt.l.conditionis extrinſecus.& l.aliquando
Aut non eſt annexum a ſui fundatione,& tunc refert,quia aut
onus illud ſibi imponitur per modū ſtatuti,aut per modū cō-
ditionis,aut per modum modi,aut per modum conuentionis
3 vel pacti,vel alias.Si per modum ſtatuti tunc dico † quòd po-
teſt & ante electionem, & in electione,& poſt electionem an-
te electionem vel in electione ſiue poſtulatione.vt.j.de præb.
ſignificatum,poſt vt hic & j.de iureiurand.ego N.& capi. nul-
lus:& quòd in dicto.cap.ſignificatum fuerit ſtatutum patet quia
Papa illud confirmauit ſecundum Innoc.& Hoſt.hic & Arch.
4 8.q.3.in ſumma.Si per modum † conditionis,vel modi,vel cō
uentionis,vel pacti. Tunc aut fit de ſpirituali ad ſpirituale.pu-
ta quia modus conuentio vel conditio eſt ſpiritualis & talis o-
neris impoſitio bene valet vt hic & in cap.allegato ſignificatū.
vbi hoc no.Hoſtien.& Goff. & Ber. hic in additione. & gloſſ.
& Archid.j.q6.2.quam pio gloſſ.ſuper verbo pactio. & Archi.
in glo.ſua antepenult. & penul.& Vincen. Tanc.& Ber.infra.de
tranſactio.ſuper eo.& Innoc.in cap. ſtatuimus quod tamen nō
credo verum indiſtincte,vt dicam in c.allegato ſuper eo.ver.
Aut quæris de compoſitione non gratuita, &c. Nam ſpiritua-
lium ad ſpiritualia commutatio & permutatio fieri poteſt,vt j.
5 de rerum permutatione ad quæſtiones. Aut fit † de tempora-
li ad ſpirituale: & tunc refer.aut imponitur ante electionem,
vel prouiſionem,& tunc non poteſt imponi vt in d.cap. Artal
dus.Aut in ipſa electione,ſeu collatione,vel prouiſione: & tūc
idem vt j.q6.quam pio.& j.de pactis.cap.fin. Aut poſt & tunc
6 poteſt † dummodo onus ſit rationabile,& vtile, & non onero
ſum eccleſiæ.alias non.vt not.gloſſ.8.q6.3.in ſumma & Innoc.
& Abbas hic.& Archid.j.de iureiurand.cap.1.lib.6.in glo.2. Si
quæris quando onus iam impoſitum [vel nondum impoſitū]
7 poſſet exigi:& tunc refert.aut † exigitur ante electionem, col-
lationem vel prouiſionem,& tunc nō poteſt exigi: immo hoc
exigere eſſet ſimoniacum vt no.Hugo.in c.a.allegato,Artaldus
& recitat Archi.in ſumma illius quæſtionis.& j. de iureiuran.
cap.1.glo.3.lib.6. & Ioan.And.ibi poſt eum:& in hoc concor-
dat Hoſtien.Raim.& Aſtenſis.lib.6.titu.de ſimonia.articu.9.
8 §.circa vero.Aut poſt,& tunc ſi eſt tale † onus quod poſſit im
poni de quo dic vt ſ.poteſt exigi ſiue ante conſecrationem &
poſt confirmationem ſiue etiam forte ante confirmationem.
vt in cap.ſæpe allegato.Artaldus & 18.diſtincti. de Siracuſanæ.
ſecundum Innoc.hic in ver.cautiones & ver.ſe.& Archi.j.de iureiur.
in cap.in glo.2.lib.6.ſecus ſi non poſſit imponi,& ita intelligo,
quod no.Goff.in ſumma de ſimo.§.ſed nunquid. & Hoſtien.i
ſumma de ſimonia §.qualiter in fin.ſub.§.ſed nūquid.& Ray.
in ſumma de ſimonia.§.8.alias diu.ver.idem no.& frater Ioan.
in ſumma de confeſſ.titu.de ſimonia.in quæſt.18. Et præmiſ-
9 ſa † intellige, ſalua in omnibus authoritate Papæ, qui onus,qđ
non eſt contra legem naturalem,vel diuinam, poteſt impone-
re , & exigere indiſtincte ſiue ante electionem, collationem,
vel prouiſionem,ſiue poſt & pro libito voluntatis:in tantum,
ꝙ nec ipſe,nec ille,cui onus imponit,vel a quo exigit ſimoniā
canonicam incurrunt.arg.no.per Hoſtien.j.de ſimo.cap.vlti.
ſ.& per Goff.eod.titu.cap.1.& per Archid.69. diſtinct.ſi quis
pecunia.& adde quod dicam.j.de ſimo.cap.nobis.fuit.& quod
no.Bartho.Brixien.in quæſtione dominicali.alias venereali, q̄
incipit.quæritur, vtrum conditio poſſit.

1 *Papam hæreſis accuſari poſſe.*
2 *Papa non,niſi in notorijs accuſandus.*
3 *Excipi in Papam quando,an non,liceat.*
4 *Papæ iudex.*

LIcet. Si quæris vtrum electus in papā a dua
bus partibus poſſit accuſari & per accu
ſatiōem deijci vel per exceptionē repelli, refert
aut quæris,vtrum poſſit † accuſari,& tunc aut q̄
1 ritur,nunquid poſſit accuſari de crimine hære-
ſis notoriæ, vel occultæ quæ tamen probari po-
teſt & dic, ꝙ ſic vt 40.diſt.ſi Papa.aut de alio crimine & tunc
2 aut de † crimine notorio,de quo eſt icorrigibilis.& de quo ſcā
dalizatur eccleſia & dico ꝙ de tali poteſt accuſari.Nam talis in
corrigibilis eſt contumax,& contumacia dicitur hæreſis.81.di
ſtinct.ſi qui preſbyteri.& contumax dicitur infidelis vt 38.di
ſtin.nullus.§.verum.vt no.glo.in d.cap. ſi Papa.aut de alio cri-
mine.ſ.non notorio & de quo eccleſia non ſcandalizatur. & de
tali accuſari non poteſt vt in dicto. capitu.ſi Papa. Aut quæris
3 vtrum contra † ipſum excipi poteſt,& dico ꝙ non , etiam de
crimine hæreſis vt in cap. allegato ſi Papa ibi redarguere, &c.
Si agatur de matrimonijs vel ſpōſalibus tunc aut de matrimo-
nijs vel ſponſalibus ſpiritualibus, puta, electionibus, vel proui-
ſionibus, per quas ſpirituale matrimonium contrahitur inter
eccleſiam, & electum, vt ſ.eo.cum inter canonicos §.diſcretio-
ni.de tranſla.epi.inter corporalia.§.ſic enim. & c.licet. Aut de
ſponſalibus ſeu matrimonijs carnalibus. Si de ſpiritualib. tunc
refert, quia aut quæritur de electionibus, aut de collationibus,
vel prouiſionibus, ſeu inſtitutionibus in beneficijs. Si de electio
26 nibus tunc aut tractatur de viribus electionis, † ſcilicet vtrum
ſit valida, vel non propter peccatum, ſcilicet vitium formę, vel
materiæ, vel alias. & tunc ſpectatur initiū idest tempus electio
nis celebratę, vt hic in.§.cū autem, ibi electionis tempore &c.
ſ.de conſue.c.cum dilectus circa medium. ver.quia nobis.ſ.c.
cum inter.R.ſeniorem in fin.j.eo.ti.auditis ver. cum tamen.j.
eo.tit.quorundam.lib.6.cum ibi notatis per Cardi. G. & Ioan.
Andr.& per Io.Andr.j.de reg. iur.c. factum legitime in nouel-
la.lib.6.de æta.& quali.c.cum bonæ. & de app.c.conſtitutus de
cle.ex.mi.c.poſtulaſtis.1.q.1.principatus in fi.arg.16.q.3.§.po-
teſt.ver.quæ enim ab initio.& j.de reg. iur.c. nō firmatur.li.6.
ad hoc facit quod no.Ioan.And.j.de reg. iur.c.ratum quis.li.6.
in nouella, dicens q; dn̄s Iac. canonicus Bononienſis quęrebat,
27 an ſi religioſus electus ſine licentia ſuperioris cōſenſerit † ele-
ctioni de ſe factæ extra ſuum monaſterium, & poſtea miniſtra
uerit demum prælatus ſuus licentiam ſibi dedit vel factum ra-
tum habuit an poſsit prælaturam tenere? Reſpondebat, q; con
ſenſus, vel ratihabitio ſuperueniens non iuuabat electum: quia,
quod nullum fuit, ratificari non potuit potiſsime in electioni-
bus, vbi ſpectatur initium vt hic. Ioan. Andr. dicit hanc expedi
tam quæſtionem hodie.j.eo. ſi religioſus. ſ.reſponſo. in fi.li.6.
quia talis conſenſus nō tenet & iſta, electio eſt ipſo iure irrita.
Item dn̄s Stephanus Plonius quærebat de duobus cōpromiſſa-
rijs, quorum vnus, altero abſente, elegit illum in quem veriſi-
militer credebatur abſentem conſenſurū, ſi pręſens fuiſſet, qui
etiam poſtea cōſenſit vel ratum habuit, an valeat electio? & re-
ſpondebat, q; non: quia cum poteſtas duobus traditur, vnus al-
teri cōmittere nō poteſt, ergo nec ratum habere. ratio quia in-
duſtrię perſonæ commiſſum eſt j.de off. deleg.qm̄. vnde cum
ipſius præſentia alias deſideretur, per ratihabitionem explicari
non poteſt inſti.de auth.tu.§.tutor.hæc Ioan.Andr.ibi. Et ad-
uerte bene, quia dico, q; ſpectatur initium electionis, non aūs
initium, ſeu tempus vacationis, nec quo ad habilitatem, ſeu in-
habilitatem eligentium, vt ſatis probatur in dictis capitulis. cū
dilectus, cū inter.R.ſeniorem. & j.de excep.c.apoſtolicæ, nec
quo ad habilitatem, ſeu inhabilitatem eligendi, vt probatur ſa-
tis hic.& j.eo.dudum.& hoc not. Io.An.& Gen.extra de ætat.
& quali.c.vt hi qui. ſuper verbo conſtitutus in cle. Aut tracta-
28 tur † de ipſa electione caſſanda ab initio valida propter contem
ptum alicuius vocem in electione habētis, vel de ea ratifican-
da: & tunc nō ſpectatur initium, ſeu tempus electionis ipſius:
ſed tempus ſequens caſſationis, ſi ipſe contemptus proſequa-
tur contemptum ſuum, & petat eam caſſari vel tempus ratifi-
cationis, ſi non proſequatur contemptum ſuum & eam ratifi-
cauerit: vt j.eo.ca.q; ſicut.§.ſi autē. Si quæris de collationibus,
29 prouiſionibus, ſeu inſtitutionibus † in beneficijs.no.D.j.de re
gulis iuris ſuper rubrica in 6.q. lib.6. pro qua ratione hæres in-
ſtitutus debet eſſe capax tribus temporibus, ſcilicet, tempore
teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditionis hæreditatis: vt.ff.de
hæred.inſti.l.ſi alienum.§.in extraneis.& inſti.de hæredū qua.
& diffe.§.in extraneis. eadē ratione inſtitutus in beneficio de-
bet eſſe capax beneficij conſequendi tribus temporibus, ſcili-
cet, tempore inſtitutionis, tēpore inueſtituræ, & tempore quo
mittitur in poſſeſsionē corporalem, ſed ſi alijs medijs tempo-
ribus non fuerit capax, ſcilicet inter inſtitutionem & inueſtitu
ram vel inter inueſtituram & miſsionem in poſſeſsionem in-
ſtitutio non vitiaretur, ex quo tribus temporibus capax inue-
niretur: vt.ff.de hæred.inſti.l.ſed ſi in conditione.§.ſolemus. &
l.ſeruum meum. ad hoc concordat quod not.ho.j. de conceſ.
præb.c.1.in fi.dicens, q; cum bona conſcientia quis non poteſt
beneficium eccleſiaſticum retinere ex quo fuit ſua inſtitutio
vitioſa: quia in talibus initiū ſpectatur vt patet in eo quod not.
hic in tex.& in glo.& j.eo.dudum. eo.l.2.j.de præb.c.dilecto.
30 in fin.& de inſti.c.3.ſm eum. Si agitur † de ſponſalibus, ſeu ma
trimonijs carnalibus, & tunc ſiue agatur de viribus matrimo-
nij ſiue ſponſaliorū, ſiue de ipſius effectibus non ſpectatur ini-
tium: hoc eſt ipſius contractus matrimonij vel ſponſaliorum,
ſed tempus in quo quam primū contractus tranſit in vim ma-
trimonij, ſiue ſponſaliorum: vt j.de ſpon.c.veniens.2.& c.ad id
quod & c.is qui fidem.de deſpon.impu.c.literas. & c.acceſsit.
& eo.ti.c.vnico per totum.lib.6. Nec obſtat, ſi dicatur q; publi
cę honeſtatis iuſtitia orit̄ ab initio per ſponſalia, quæ ſunt nul-
la vel per matrimonium, quod eſt nullum, alias q̄ propter defe-
ctum conſenſus, vt.j.deſpon.c.vnico in princ.lib.6.quia publi-
cæ honeſtatis iuſtitia non eſt de effectibus matrimonij, ſiue
ſponſalibus, quod patet: quia interdum precedit matrimoniū,
& ſponſalia, & tunc poteſt eſſe ſine eis vt ibi no. Si quæris, qn̄.
agitur de criminibus ſiue delictis tunc, aut & criminibus accu-
ſandis, & tunc regulariter ſpectatur initium.i.tempus inchoa-
tæ actionis: vt.ff.de publi.iudi.l. is qui.§.fin.vbi de hoc. Aut de
31 criminibus † puniendis: & tunc regulariter ſpectatur initium,
idest, temporis criminis commiſsi: vt ſciatur ipſius qualitas.ff.
de fur.l qui in iure.& quæ pœna debeatur.ff. de iniurijs.l. iniu-
riarum æſtimatio.de adult.l.quod ait lex. & de pe.l.1.C. ad leg.
Cor.de fal.l.ſi quis cum concor.ibi alleg. & per quem impona-
tur.ff.de iuriſdi. om. iudi.l. cum quidam alias quod de re mili.l.
deſertorem.in princ.C.vbi de cri.agi oportet in aut.qua in pro-
uincia.in aut. ſ.nulli iudi.§.ſi vero quis comprehenſorū. coll 9.
j.de foro compe.poſtulaſti.de rap.c.1.j.de priuil.volentes.li.6.
extra de re iudi.c.paſtoralis §.quod ſi punitio.in cle.& hoc ve-
rum qn̄ agitur de criminibus priuatis puniendis ſecus forte qn̄
de publicis: vt.ff.ſi ex nox.ca.aga.l.pen. quod dic vt ibi no. Ac-
cur.& Arch. 16.q.5.ca.5.glo.fin.in fin. Et hoc verum, qn̄ agitur
de criminibus priuatis puniendis: ſecus forte, qn̄ de publicis.ff.
ſi ex nox.cau.aga.l.pen. Quod dic, vt ibi per Accu.& vide Ar-
chi.11.q.5.ca.1.glo.fin.in fin. Et hoc quod eſt dictum q; in cri-
minibus puniendis inſpicitur initium, id eſt tempus criminis
32 cōmiſsi, fallit in laico, qui poſt crimen † per ſe cōmiſſum fa-
ctus eſt clericus. Nam talis non per iudicem ſecularem (etiam
ſi coram eo ante clericatum adeptum eſſet pręuentus) ſed per
iudicem eccleſiaſticū etiam condemnari, & puniri debebit: &
maxime, qō bona fide, & non in fraudē factus eſt clericus. nam
in eo caſu fit quodammodo perſonæ alteratio: & per 9ñs fori
mutatio, quod dic vt no.Spec.ti.de reo. in princ. & Archi.ple-
nius in c.allegato.in glo.fin.11.q.1. & G.de Monte Lau. extra.
de cenſi.ca.1.in cle.& Ioan.Andr.j.de obli. ad ratioci. c vnico.
licet Alia. & Goff. in caſu dictæ præuentionis notent contra-
rium in d.c.vnico: & idem ſentit ibi Vinc.j.de iudi.c.at ſi cle-
rici & hoc per l.alleg.ſi quis poſtea.ff. de iudi. & per c.allegatū,
propoſuiſti.j.de foro compet. vbi ho. ſequitur hanc ſn̄iam. &
idem ſentit Bar.Brixienſis in quæſtione venereali, quæ incipit
Quædam, alias Aliquis litigabat &c. & Gen.in c.allega. s.extra
de cenſi.& Cyn.C.de epi.& cleri. in aut.cauſa quæ fit cum mo
nacho. Sed prima opinio tanquam benignior, & fauorabilior
perſonis eccleſiaſticis eſt amplectanda: quia talis poſt clericatū
alter homo imò nouus homo videtur.arg.ff.de adimen.leg.l.ſi
ſeruus legatus.& de ſolu.l.qui res.§. aream. Si vero quæris qn̄
agitur de iudicijs, & tunc refert. aut agitur de viribus iudicij,
vel proceſſus, aut de perſiſtentia, ſeu perſeuerantia in petitio-
ne facta in iudicio, aut de rei ſeu iuris, ſubactione vel petitio-
ne in libello edita comprehenſibilis accremento, vel etiam de-
trimēto. Aut agatur de iuriſdictione præuenienda, ſeu præuen
tione iuriſdictionis acquirēda, aut de iuriſdictione perpetuan-
da, aut de lite occupanda, aut de conditione teſtiū in cauſa pro-
ducendorum, aut de cōdemnatione, vel abſolutione facienda.
33 Si de viribus † iudicij vel proceſſus, vel propter defectū iuriſdi
ctionis, in principio, vel in medio, vel in fine vt.j. de iudi. at ſi
clerici.de off.deleg.c.prudentiam, cum ibi not.per Inno.& gl.
ſed quid ſi iudex & Hoſt.poſt cum ibi per Ioan.& per Arch.9.
q.2.c.1. per Cardi.de off. ordi. Romana. ſuper verbo ſuffraga-
neos.lib.6.& Spec.titu.1.§.ſupereſt videre.verſi. quid ſi cōmit
tentes.& Iaco, & ra.& Cyn.C. qui pro ſua iuriſdictione.l.vna,
vbi dicunt,

vbi dicunt,q; ſi delegans, vel committens tempore cōmiſſio-
nis non habet iuriſdictionem,licet poſtea habeat,nō valet de-
legatio , vel cōmiſſio vel propter defectum perſonarū litigan-
tium vel alterius ipſarum:vt.C.ſi aduer.rem iudi.l.cum & vos
minores.C. qui da.tu.poſſ.l.in vniuerſis.ff. qui ſatiſda. cog.l. ſi
deceſſerit. 2.reſponſo.ff.quæ ſen.ſine app.reſcin.l.pen.ff.de reg.
iur.l.Neratius.& 2.q.1.in primis cum ibi not. per Archi. ſuper
verbo recitata,vel propter defectum ordinis eſſentialis ,pceſ-
ſus iudiciarij,vt.j.eo.dudum.§.licet autem.de lit.conte.c.vni-
co,vt lite non conteſt.per totum,vel propter aliquod ſubſtan-
tiale omiſſum in proceſſu,vel ſententia: vt.C.de ſen. ex breui-
culo reci.l.2.& 3.& C.de ſent.& interlocuto.omniū iudi.l.pro-
latum.j.de re iud.c.pen.lib.6. & tunc inſpicitur nedum initiū,
ſed medium & finis,hoc eſt, illud, in quo eſt vitium vel defe-
ctus inficiens vt in iuribus allegatis.& ff.de iudi.l.iudiciū ſolui
tur.j.de reſti.ſpo.audita.§.ſi vero. cum ibi not. Nota tamen,q;
vitium, vel defectus in initio ſeu exordio litis magis inficit,vt
patet in c.alle.dudum.§.licet aūt.j.eo.ti.& de litis conte.c.vni-
co.quam faciat vitium,vel defectus in medio, vel in fine.vt pa
tet in l.allegata,iudicium ſoluitur.& in c.allega. audita. & j.de
off.dele.ex literis Patriarchę.vt dicam.j.eo.ti.c.in literis.Si ve-
34 ro agit † de perſiſtentia in petitione facta in iudicio,tunc inſpi-
citur initium.i. tempus, editę petitionis, vt ſic in ea perſiſtere
oporteat.vt C.quomodo & qñ iudex.in aut. qui ſemel. & dicā.
35 j.de li.obl.ca.2. Si de rei,ſeu iuris † ſubactione ſeu petitione in
libello edita cōprehenſibilis accremento,vel etiā a detrimen-
to tunc non initium : ſed finis ſpectatur,hoc eſt,tps ſententiæ
diffinitiuæ,vt probatur.ff.de peti.hære.l.4.& l.ſi quo tpe.ff.de
rei vendi.l.ſin autē.§.poſſidere.ff. ad exhib.l. Titium.§. ſi quis.
vero &. §.ſi quis cum.& l.ſed & ſi.§.fi.ff. de pecul.l.quæſitū. &
eſt hodie caſus.j.de re iud.c.Abbate ſane.in fi.li.6.vbi plene de
36 hoc.Si vero de iuriſdictionę prępenienda † tunc inſpicitur re-
gulariter initium.vt.ff.de iuriſdictione om.iud.l. cum quędam
puella.ff.de iudi.l.ſi quis poſtea.ff.ad muni.l.ſi quis incola.C.de
veteranis.l.vlt.lib.12.& j.de foro cōpe.propoſuiſti.de appe.vt
debitus.quod dic ſi placet vt dixi.s.de reſcriptis.c.plerunq; fal
lit in laico criminoſo facto clerico vt ſtatim dixi . Si de iuriſdi-
ctione perpetuanda tunc regulariter ſpectatur initium.vt j.de
off.deleg.c.licet.§.ſi vero.vbi iuriſdictione vti cęperit.ſ.per ci-
tationem quæ eſt exordium iudicij quo ad perpetuandam iu-
riſdictionem ſm Vinc.Tan.Goff.& Ber.& Inno. ibi. & eſt ex-
preſſum eo. ti.c.gratū.§.nos aūt.& de off.dele.c.vlt.& c.quam-
uis.& c.cum plures.§.porro.lib.6.quod dic.vt ibi per Archi. &
37 2.q.6. non ita in principio. Si de lite † occupanda, tunc qñque
inſpicitur initium.ſ.litis conteſtatio.vt j.de procur.c.ſi duo. in
princ.lib.6. & qñq; finis.ſ.diffinitiua ſententia. vt ff.de rei ven.
l.is a quo.ff. de noxa. ſi quis a multis.ff. de peculio.l.ſi vero. de
quo articulo potes diſtinguere vt Car.in c.alle.ſi duo.vel aliter.
38 Si quęris quis † litem occupare videatur.diſtingue:aut iſta prę-
uentio,ſeu occupatio ius alterius abſorbet in totū,vel pro par-
te,& tunc aut iſti,quorum vnus alium præuenit,hñt ius ex di-
uerſis cauſis: & tūc ille demum videtur primo litem occupaſ-
ſe,qui primo ad ſententiā peruenit vt.ff.de peculio.l. ſi vero.ff.
de noxal.l.ſi quis a multis.& ff.de re iudic.l. inter eos . Nam in
actione noxali & in actione de peculio pręueniens,vel occupās
poteſt abſorbere ius alterius in toto,vel pro parte ſm quod eſt
in peculio. Aut iſti, quorum vnus alium præuenit, hñt cauſam
ab eadem & ex eadem cauſa.& tūc ille vr occupare, qui primo
litem conteſtatur vt.ff.de leg.1.l.ſi pluribus. in fi.& ff. de verb.
obl.l.ſi Titius. Aut iſta præoccupatio,ſeu præuentio nō abſor-
bet ius alterius in totum nec pro parte.ſed quandam prærog-
atiuam inducit. & tunc ille vr occupare qui primo ad iudicium
prouocat. vt.ff.de iudi.l.qui prior.& l.in tribus. cōi diui.l.2.§.1.
Si igitur de exercitio ſeu inſtantia cauſę noīe alieno: tunc inſpi
citur tēpus litis conteſt.& ille occupat lite qui primo litem con
teſtatur. vt in d.c.ſi duo.j.de procu.& ff.de procu.l. ſi pluribus.
39 † Si quæris de idoneitate teſtium in cauſa producendorū:tunc
regulariter ſpectatur tempus, quo coram iudice producuntur
& deponunt vt.ff.de verb.ſignifi.l.notionem.§. inſtrumento-
rum.j.de teſti.c. veniens.3. in fin. Fallit in pubere volente de-
ponere de eo quod audiuit vel vidit tempore impubertatis,&
in pupillari ætate,non doli capace: ſed proximo infantie. quod
dic vt plene notauit Arch.37.diſt.c.relatū.& dicam.j. de præ-
40 ſcrip.c.cum nobis.& de ſent.excom. c.vlt. Si agatur † de abſo-
lutione vel cōdemnatione facienda, tūc refert,vtrū ſit actum,
vel petitum in genere cauſa aliqua non expreſſa:vt tunc expe-
ctetur regulariter tempus ſententiæ.ff.de rei vendi.l.ſin autem
2.reſponſo.& §.1.j.de re iudica.c.abbate ſane.§ præfatus vero
2.reſponſo.& ver.ſed tñ eſt,&c.lib.6.vel ſi ſit actum ſeu peti-
tum ex certa & expreſſa cauſa ſpāliter vt tunc regulariter ſpe-
ctetur tempus iudicij inchoati,id eſt,litis conteſta. Nec poſſet
agens fundare intentionem ſuā ex cauſa poſtea ſuperueniente.
quod dic plene per Ber.& doct.omnes in c.alle. Abbate.§.præ-
41 miſsis. Reſtat † videre de muneribus indicendis,& tunc regu-
lariter initium ſpectatur:vt.ff.de excu.tu.l. excuſantur.§.opor
tet.& l.tutor peritus.ff.de vaca.mune.l.2.§.qui ad munera.ff.de
iure immu.l.ſemper.§. hoc circa. Sed hoc qñque fallit. vt.ff.de
excu.tu.l.ſpadonem.§.ſin autem. & l.non tātum.§. vacare. & ff.
de vaca.mu.l.ab ijs honoribus.§.auctis.& l.prætor.§.ſi poſt cau
42 ſam. Reſtat videre de iuris quæſiti retētione:& † tunc aut ille,
qui certat de iuris ſui retentione non eſt in culpa, & tunc ſpe-
ctatur regulariter initium,id eſt,tempus iuris quæſiti. vt ff.de
iudi.l.ſecus.& l.cum furioſus.55.diſt.c.præcepta cum ibi alle.j.
de cle.ęgro.c.1.& 2.& 3.& pen.& fi.& ff.de poſt.l.1.§.caſum.&
ff.de iudi.l. qui furere. Fallit in caſibus notatis in his verſibus.

Paupertas, odium,vitium,fauor, ſcelus, ordo.
Perſonas ſpoliant,& loca, iure ſuo.

Quos expone vt exponit
Ber.s. de conſtitu.cognoſcentes. & de priuile. antiqua. Alios
caſus vide per Hoſt.j.de deci.ſuggeſtum. per Arch.22.diſt.re-
nouantes.per G.in Spec.ti.de inſtru.edit.§.nūc aut videndum
reſtat.ver. quid ergo ſi abbas . Aut ille qui certat de retentione
iuris ſui eſt in culpa damnabili,& tunc non ſpectatur initiū. vt
45 j.de æta.& qualit.c.1.cum ibi notatis. Reſtat † videre de vſu-
capione vel pſcriptione:& in talibus licet de iure ciuili in vſu-
capione quantum ad habendum bonam fidem inſpiciatur ini-
tium,vt.C.de vſuca.transfor.l.vnica.cum ibi notatis.tñ de iu-
re canonico, quantū ad titulum,& bonā fidem,& etiā poſſeſ-
ſionis continuationē nedum ſpectatur initium: ſed etiā totum
tempus vſucapionis,ſeu pſcriptionis,vt legitur &no.16.q.3.in
ſumma.& q.4.volumus.j.de præſcr.c.illud.& c.vigilāti.& c. ſi
diligenti.& c.qm omne.Reſtat videre de libertate & in tali in-
ſpicitur non initium vt initium:ſed inſpicitur illud tempus qd
eſt fauorabilius libertati, & quod perducit ad libertatē ſiue ſit
primum medium vltimū ve.vt inſti.de inge.§.ſufficit. Sequi-
tur de alijs rebus,vel actibus generaliter:& tunc refert.nā quę-
dam res ſunt, vel actus extenſi , & ſuſpenſi hñtes extenſiuam
productionem, & ſuſpenſiuam : vt eſt videre in iudicio: quod
requirit . quod iudex in qualibet parte habeat iuriſdictionē &
quod perſonę ſtantes in iudicio ſint habiles ad hoc:vt patet ex
ijs,quæ notantur,& leguntur.j.de off.dele. c.prudentiam.in gl.
ſed quid per Inn. & Card.j.de off.ordina. Romana. ſuper ver-
bo foraneos.lib.6.& in pręſcr.vt iam dixi, & tunc ſpectatur nō
tm̄ initium,ſed medium,& finis : vt in iuribus.s.allega.in hoc
etiam poteſt videre in intereſſe totali cōmittendo propter do
mum,vel inſulam non factā debito tempore. quod non cōmit
titur,niſi tpe toto tranſacto.ff de verb.obliga.l.ſi ita ſtipulatus
eſſem.& l.inſulam intra biennium.licet ad intereſſe particulare
ante poſſit agi : vt.ff.de verb.obli.l.ſtipulationes non diuidun-
tur.§.plane.& l.exiſtimo.§.fi.& l.interdum. & l.cum ſtipulatus
ſum mihi.ff.loca.& conducti.l.inſulam.§.2.& ad hoc cōcordat
.j.eo.tit.c.cōmiſſa. in princ. lib.6. Et idem in cauſa appellatio-
nis proſequendę,de qua licet certū ſit, quod appellans nō poſ-
ſit eam finire intra annū ceſſante impedimēto : iudex tñ a quo
appellatum eſt non poterit cauſam reaſſumere ante annum. vt
no.G.de Monte Lau. & Gen. extra de app.c.ſicut in cle.& ſub
iſto membro poteſt intelligi.C.de epiſco.& cleri.l.generaliter.
& inſtitu.de excu.tuto.§. item qui reipublicæ. Quædam ſunt
46 res † vel actus momētanei vel quaſi habentes productionem
momentaneam vel quaſi:& iſtorum quidā ſunt qui producunt
effectum momentaneū in ſui pductione & creatione & per-
manentem : & tunc initiū ſpectatur, hoc eſt,tempus illius effe
ctus pducti. Et patet in illo reo conuento in iudicio a quo exi
gitur cautio de ſtando iuri,qui tpe exactæ huiuſmodi cautio-
nis poſſidet immobilia ,ppter quod releuatur ab ea.& ſic tem-
pus cautionis ſpectandū eſt vt.ff.qui ſatiſda.cog.l. ſciendum.§.
vlt.melius facit.ff.de reb.eorum qui ſub tu.vel cu.l.1.§.fi. Qui
47 dam alij ſunt actus qui † producunt effectum ſuſpenſiuum,&
dilatiuum: & in talibus nō inſpicitur initium tm̄ : ſed ſcilicet,
finis illius effectus producēdi ips, quo ille effectus totaliter ſit
productus.vt ff.vt in poſ.leg.l.ſi plane.ff.de petitio.hær.l. ſi quo
tempore.& ff.de condict. indebit.l.2.& 3. & ſub iſto membro
poſſes (ſi velles) intelligere.l.allegatā generaliter. & §.alle.item
qui reipublicę cum concor.alleg per Ber.in c.allegato ſcientes.
j.de cenſi.& j.de renun ca.1.de noui ope.nuntia.cum ex iniun
cto in fi.& qd dicit logicus, Cuius finis bonus eſt, ipſum totū
quoq; bonū eſt.& ethic9.Finis,nō pugna coronat.vnde verſus.

Exitus ſcta probant: finis,non pugna,coronat.Et Hierony-
mus ad Furiam. e.non quæruntur in chriſtianis initia ſed finis t
Paulus tñ male incipit,& bene finiuit. Inde laudantur exordia,
ſed finis proditionis damnatur.ad hæc.25.diſt.qualis.Si iſta di-
ſtinctio videatur tibi prolixa nimis,cum qnęras de materia hu
ius profunditatis,hoc requirit.Et (vt te breuius expediam) ca
pias (ſi velis) iſtum finem diſtinctionis ab illo verſu. Sequitur
de alijs rebus huiuſque.& hęc iura de principio,& fine ſpectan
dis faciunt ad quæſtionē quam ponit Io. An.ĵ. reg. iur.c.in ob-
ſcuris.li.6.in nouella,quæ talis eſt. Exemptus in loco exempto
48 manens † proiecit lapidem, per quem percuſſit autem in loco
non exempto. quæritur an ordinarius loci, an prælatus ipſius
exempti hmôi delicti ſit iudex. Quam queſtione ampliauit ad
iudicem cõtractus. vt quia in iuriſdictione vnius inchoatur,&
in iuriſdictione alterius perficitur,& poſt multa argumẽta,pro
& cõtra ſoluit. Quod ſi quærat de delicto,ne malitia remaneat
impunita,vterq; erit iudex,tam prælatus exēpti reſpectu prin-
cipij (& quia ſub eo perſecit delictum quo ad ſe.argu.ĵ.de prę-
ſump.c.1. ibi qui mittit &c. & quod ibi no. in 1.gl.) q ordina-
rius loci reſpectu finis,& effectus: vt ſit ſicut vnũ delictũ plu-
res perſonas tangens, vnicuiq; in ſolidũ attribuit.ff. ad l.Aquil.
l.ita vulneratus.§.fi.& ff.de furt.l.vulgaris.§.ſi dno. ſic vnũ de-
lictum plura territoria tangens vnicuiq; territorio attribuatur
inſolidũ.ad hoc.C.vbi de cri.agi.oportet.l.1.prout ibi exponit
glo.ſic etiam [inſolidũ] eccleſiaſticus, & ſecularis ſunt iudices
miſerabilis perſonæ, vt no.87.diſt. c.1.12 q.1. ſic duę poteſta-
tes ſunt in eodem off.C.de off præfecti vrbis.l.1.facit.ĵ.de off.
leg.c.1.de præſump.c.literas.cum concor.primæ gl. Sic & veſti
bulum,vbi duo ædificia tanguntur,vtriuſq; cenſetur eſſe inſo-
lidũ.ff.cõi diui.l.arbor §.de veſtibulo. Non tñ intelligas vnum-
quemq; pœnam imponere inſolidum poſſe, ſed reo per alterũ
punito præcluditur alteri poteſtas puniendi:quia non iudicabit
Deus his in idipſum Nahum.ca.1.81.diſt. præsbyter.13.q.vlt.
c.fin.ad idem.ĵ.de off.dele.licet.de accu.de his.ff. nau. cau.ſta.l.
licet. dicebat tñ Egidius de off. dele. q ſi comparationem fieri
oporteret,pręferret primũ cum ſtatim iaciendo ex inordinato
affectu deliquerit,Nec poteſt negari,quin puniendus eſſet,da-
to q non percuſſiſſet, & iactus ille & percuſſio ſecuta non eſt
delictum per ſe: alias eſſent duo delicta. ſed eſt effectus præce-
dentis delicti deriuati a præcedenti cauſa.ff.arbo.fur. cæſa.l.ſi
49 plures.§.fi. In contractu aũt ac eius foro ponderanda † eſt con
ſummatio contractus,vt ſi vnus dicat, promittis decem,& al-
ter reſpondet,promitto. Vel vnus dicit, vendo tibi talem rem
pro decem: & alter reſpondet emo. vbi erat ille ɔtractus ſic in
inſtanti perficiens ibi forum ſortitus erit vterque: non.n.ſicut
in delictis res inchoata per ſeipſam ſubſiſtit cũ nullius effectus
eſſet interrogatio ſine reſponſione ſecuta.ff.de verb.obli.l.1.§.
qui præſens. proderetur ergo locus vbi perfectionē & eſſe re-
cipit.ad hoc.ff.de aucto.tut.l.obligari.§.tutor in gl. quid ſi prę-
ſente.& §.fin. Prædicta intelligo vera,niſi eſſent perſonæ, quæ
ratione contractus non ſortirentur forum. de hoc.ff. de iudi.l.
hæres.§.2. ve. niſi actum fuiſſet de ſolutione facienda in altero
prædictorum locorum,vel in loco tertio.ff.de act. & obl.l.con
traxiſſe. Præter caſus autem illos ſimpliciter contrahendo, li-
cet ibi ſoluere non ꝓmittat, ſortitur ibi forum, vbi perfectus
eſt contractus. Et eſt ſciendum, q Franciſcus Vercellenſis in
decre.fi.ĵ. de for.compe. in quæſtione illa qua de delicto quæ-
ritur tenuit q vtriuſq; loci iudices debeant conuenire. allega-
bat.ĩ.de reſcriptis paſtoralis.ĵ.de ſent.excom. cum illorum.

1 *Minor pars maiorem iniuſte abſentem ne adeat, ſi iuſte, ſecus.* 2.
3 *Metus cauſa qñ ad minorē, aut maiorē partem eundũ* & 4. & 5.

BOnæ memoriæ. Si quæris qñ im-
minet electio fa-
cienda, & aliqui ſunt abſentes, qui ſunt vocãdi
& debent electioni intereſſe propter periculũ,
non audent venire ad locum, vbi debet fieri ele
ctio qd fiet? diſtingue, aut maior pars eſt abſens
a loco, vbi electio eſt facienda, aut minor. Si maior, tũc aut ma
1 ior † pars eſt abſens, aut ex iniuſta cauſa ſeu voluntaria: aut ex
iuſta. Si ex iniuſta tunc minor pars nõ tenetur ire ad eam: imò
vnus ſolus ɔtradicere poſſet toti collegio, ne irent ad illos, cum
ſit ordinariũ & regulare in cathedrali eccleſia electiones ipſo-
rum fieri debere, vt.ĵ.eo.cum terra.ĵ.c.q ſicut.eo.tit.de appel.
qua fronte. ſed ea citata, & vocata legitime & adueniente fine
termini iuris eligendi minor pars præſens etiã ſi eſſet vnus ſo-
lus eligere poterit, vt not.Inn. Cõpo. & Io.Andr.hic.& Inn.&
2 Cõpo.ĩ.eo.cum nobis olim.& dic vt ibi dixi. Si ex † iuſta cau-
ſa, tunc minor pars, vel tenetur ire ad eam, ſi poteſt. vel ſi non,
procuratorem mittere.vt 23.diſt.in noĩe dñi. vt no.Ber. hic in
glo.ſi citati. Si minor pars eſt abſens: & tunc aut oẽs præſentes
conſentiunt, qđ eatur ad eam: aut aliqui diſſentiunt. Si oẽs prę-
ſentes cõſentiunt, quod eatur ad eam, tunc ibitur ad eam.ar.ſ.
de ijs, quæ fi.a ma.parte ca.c.1. Si aliqui diſſentiunt, tunc aut mi
3 nor pars quæ eſt † abſens, timet [cõe periculum aut perſonale.
ſi cõmune] periculum impreſſionis, tunc aut maior pars ma-
ioris partis præſentis conſentit, quod eatur ad ipſam minorem
partem abſentem, & tunc ibitur ad eam etiã inuita & renuente
minori parte.arg.ff. ad municipa.l. quod maior.& ĵ.de his quæ
fiunt a præla.cũ in cunctis no.Inn.hic in gl.ſi em.ver.melius di
citur. Aut maior pars ibi maioris partis præſentis diſſentit, qđ
eatur ad minorem partem abſentem, & tunc nõ ibitur ad eos,
ſm Inn. ſed abſentes licet pauciores appellare poſſint expreſ-
ſa cauſa, ne ſine ipſis fiat electio in loco, in quo veriſimiliter ti-
metur impreſſio fieri.& ſi poſt talē appellationē eligatur, caſſa
bitur electio, probato timore probabili.licet impreſſio non ſit
ſecuta vt hic.& 23.diſt.in nomine Dñi.60. diſt. in c.quãto ſm
Archi.ibi & vt no.hic Ber.in gl.ſi citati:& Cõpo.in glo.2.verſ.
ſed nunquid hoc caſu vſq; ad verſi.ſed pone. Et hoc caſu pau-
ciores abſentes non pñt alijs terminum aſſignare, nec poſſunt
eligere in termino a ſe aſſignato vel a iure.i.in fine trium men-
4 ſium. Et eſt ratio, † quia cum in eccleſia ſit electio facienda ꝓ-
pter impedimentum impreſſionis, vel aliud nõ tenetur maior
pars ad alium locũ ire: nec, durante impedimento, curret ei tpˢ
iuris ibi ad eligendũ.vt.ĵ.eo.ne pro defectu. ibi iuſto impedi-
mento &c.ideo nondum aduenit tempus iuris licet tres men-
ſes ſint elapſi ſm Compo. Si minor pars abſens timet periculũ
perſonale, vt infirmitatem, vel ꝓprias inimicitias tunc refert.
Aut maior pars partis præſentis conſentit. quod eatur ad eam,
& tunc ibitur etiam minore reclamante.argu. iurium allegato.
5 Aut maior † pars partis præſentis diſſentit, & tunc non ibitur
ad ipſam minorem partem. Sed ipſa minor pars abſens conſti-
tuet procuratorem, ſi velit: alias maior pars poterit eligere, ip-
ſiſs abſentia, vel appellatione non obſtante, ſecundũ formam.
c.quia propter.§.illud.& ĵ.eo.ſi quis iuſto. lib.6 vt not.Ber.hic
in glo.ſi citatiſ. Vbi vero minor pars abſens non timet aliquod
periculum, nec habet aliquod impedimentum: ſed ſola volun-
tate detinetur, tunc vnus ſolus poſſet contradicere, ne ad eam
iretur.vt.ĵ.de his quæ fi. a ma.parte.capi. cũ in cunctis ſecun-
dum Inno.hic in ver.prædicto melius dicitur.

1 *Negatiua quibus caſibus probabilis.*
2 *Negatiua facti prægnans probanda.*
3 *Negatiua mera quando iureiurando probetur.*
4 *Negatiua ſenſibus obiecta probabilis.*
5 *Negatiuarum qua ratione probetur.*
6 *Negatiua indefinita contraria, quibus adfirmatis, probetur.*
7 *Negatiua pura cuius nulla eſt cõtraria adfirmatio, an probabilis.*
8 *Negatiua qualitatis probari poteſt.*
9 *Negationum improbabilium, regulæ reſtrictio multiplex.* & 10.
11 *Qualitatum genera: & an ineſſe præſumantur.* & 12.
13 *Qualitatem ineſſe quis, an non probet.* & 14. & 15.

§ Porro. Hinc poſſunt elici duæ regulę ſm Inn. hic in
verſi. prædicto melius dicitur. Prima talis eſt
quod negatiua probari nõ poteſt vt hic.& 6.q.vlti.c.accuſator.
1 Sed iſta regula fallit in quatuor caſibus. Primus eſt, qñ † talis ne
gatiua poteſt reſolui in affirmatiuã æquiualentem ei. vt negare
viuum, & aſſerere mortuum. aut negare mortuum & aſſerere
viuum.ff.ad l.Aquil.l.inde Neratius.§.fi.ĵ.de renun.ſuper hoc.
Secundus caſus eſt, quando aliquid includitur in affirmatiua,
quo probato, ſequitur probatio negatiue, vt nego rem tuã eſſe
& probo eam meam.ff.de procur.l. Põponius.§. ſed & is.ĵ.qui
matrimonium accu.poſſ.c.fin.melius.ff. de his qui ſunt ſui vel
alie.iuris.l.filium. Tertius caſus eſt, cum id, quod negatur, ſub-
iacet inſpectioni oculorũ, vt ſi nego teſtamentum hic raſuras,
vel monaſterium Beatæ Genoueſæ eſſe extra muros ciuitatis
Pariſienſis. vel talem hominem eſſe vulneratum quę oĩa & ſi-
milia probantur per inſpectionem oculorum.ff. fini. regun.l.ſi
irruptione. Quartus caſus, quãdo habet determinationem lo-
ci, vel temporis, vel alterius rei. vt.C. de contrahen. & comit.
ſtipu.l.optimam.ĵ. de teſti.c. ex tenore. Et ſic habes regulam,
quæ fallit in quatuor caſibus ſupradictis ſm Ioan.Andr.hic &
ĵ.de regu. iuris. c. ſine poſſeſſione in nouella. lib.6. Vel ſi ve-
lis per modum diſtinctionis procedere in iſta materia, dicas
ſic, ad euidentiam dicendorum, ſcire debes, quod aliud eſt di-
ctum

ctum negatiuum, quale fuit illud, de quo.ĩ.de probat.c.3.quia
illud ſe offert ſenſui humano auditus, ſicut eſt dictũ affirmati-
uum.& ideo poteſt directe probari ſm Tan. & Goſ. ibi & ſm
Hoſt.in ſumma de proba.§.quis debet ꝓbare.& Arch.6.q.vlti.
accu. Aliud eſt negatiuũ facti, ſeu dicti de quo eſt præſens ſpe-
culatio. Vnde ſi quæris, vtrum negatiua ibi poſsit probari, di-
ſtingue, aut quæris de negatiua iuris, aut de negatiua facti, aut
de negatiua qualitatis. Si de negatiua facti, refert aut quæris, v-
trum probari poſsit per teſtes vel inſtrumẽta, aut nunquid ꝓ-
2 bari poſsit alias. Si primo modo † refert quia aut eſt negatiua
prægnans hñs in ſe implicitam affirmatiuam, vt illa nõ renun-
tiaui ſponte beneficio meo. Vel illa Titius nõ eſt mortuus &
talis bene poteſt probari indirecte vt.ĩ. de renun.c. ſuper hoc.
& ff.ad l.Aquil.l.Neratius.§.fi.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iu-
ris..l.filiũ. Idem ſi nego me eſſe in patris poteſtate. vt.ff. de ꝓ-
ba.l.ſi filius. Vel teſtatorem fuiſſe ſane mentis. vt.ĩ.de ſuc. ab
3 inteſta.c.fi.3.q.9.indicas. Aut eſt negatiua † pura, ſimplex & nõ
prægnans.i.quæ nõ habet implicitam affirmatiuã in ſe: & tunc
aut loquimur in caſu, in quo quæritur de conſcientia alicuius,
quę non niſi per ſacramentũ ipſius probari poteſt.& tunc talis
negatiua probari poteſt ſaltem per ſacramentũ: quo caſu teſtis
eſt in facto ſuo.ĩ.de homicidio.c. ſignificaſti.j. in fi. verbi gra-
tia dr̃, quod in literis non fuit clauſula appoſita de ꝯſcientia iu-
dicum: certe ſuper hoc ſtatur teſtimonio eorundẽ.s. de reſcri.
olim ex literis.& ĩ.de exceſ.præla.inter dilectos ſm Hoſt. hic.
& pro hoc facit no.per Ber.& Hoſt.in d.cap.ſignificaſti.& ĩ.de
ſen.excõ.c.ſi vere.2.in glo.pen.de calum.c.2. & per Io.82.diſt.
propoſuiſti.in glo.ex hoc vr̃. Aut loquimur in caſu in quo non
quæritur de cõſcientia alicuius & tũc aut eſt talis negatiua quę
habet determinationem ſeu adiectionem loci, vel tp̃is, vel alte
rius rei, & tunc aut quęris, vtrũ poſsit probari indirecte & dic,
quod ſic vt.ĩ.de teſti. ex tenore. & c.ſeries. & C.de contrahen.
empt.l.optimam. Aut quæris vtrum poſsit probari directe:&
4 tunc aut † eſt talis negatiua quæ cadit in notitiam. ſcientiã, co-
gnitionẽ, ſeu intellectũ teſtis per hoc quod ſe offert ſenſui hu
mano, ſicut & affirmatiua. verbi gratia nego teſtm̃ habere ra-
ſuras vel hoĩem eſſe vulneratũ vel dico ꝙ quod in ſcholis iſtis
nõ fuit lectum hora prima: vel dico quod qñ magiſter legebat
in iſtis ſcholis tali die, & hora non erat eques vel non habebat
pallium ſupra caput vel non habebat aliquã arborem coram ſe
plantatã.iſta enim oĩa ſe offerunt ſenſui viſus: & talia bene pñt
etiam directe per teſtes probari, qui dñt ſe fuiſſe præſentes, &
nõ vidiſſe.vt ff.fi.regun.l.ſi irruptione &.ff.de ferijs.l.eandem.
Et eſt ratio, quia cũ res ſubiaceat inſpectioni. ita videt oculus
veritatem, de eo quod negatur, ſicut de eo quod affirmatur.vt
C.de errore aduo.l.2. & idem ſi iudex cõmittit aliquibus, vt vi
deant ſi mulier ſit prægnans vel non, vel vtrum ſcriptura ſit il-
lius tabellionis, vel nõ vel vtrum vulnus ſit mortiferũ, vel non
vt.ff.de vent. inſpi.l.1.§.ſi autẽ. & ff.ad l.Aquil.qui occidit in fi.
C.de fide inſtr.comparationes.C.de re milit.l.ſemel.lib.12.quia
cuilibet experto in ſua ſcientia credendũ eſt.ff.de ſtatu homi.l.
ſeptimo menſe.& idem de factis vel dictis quæ ſe offerunt ſen
ſui auditus ſeu ſenſibus humanis. Quinq; em̃ ſunt.ſ.viſus, au-
ditus, guſtus, odoratus & tactus. de quibus.ĩ.de teſti.c.cũ cau-
ſam quæ inter &c. puta ſi aliquis velit probare ſe non fuiſſe ci-
tatum, certa die. hoc probare poterit per illos qui per totam il-
lam diem fuerunt in cõmunitiua ſua continue. & qui viderunt
oẽs actus ſuos, & nihil de hoc audierunt ſm Io.And. hic idem
ſi tabellio vel teſtis dicat quod tali loco & tali die Titius inter-
rogatus per iudicem non reſpondit, vel dixit, quod tali die, &
tali loco cum talis iudex tulit ſñiam condẽnauit Titium in fun
do & non in domo. vel tali die & tali loco cum talis fecit teſta-
mentum in quo ſum teſtis nõ inſtituit talem vel nõ legauit ali
quid tali. & ſic de ſimilibus.ar.C. de teſta.l.teſtamentũ.vt not.
Dy.Cy.C.de erro.aduo.l.2.& C.de proba.l.actor. & hoc idem
videt̃ dicere gl.C.de re. credi.l.vlt. & expreſſe hoc no.in aut.de
hæredi.& falci.§.ſi vero abſunt.glo.no.teſtimonium de auditu
5 colla. 1. Aut eſt talis † negatiua quæ cadit in notitiam ſcĩam &
cognitionem teſtis non tñ per hoc quod ſe onerat directe ſen-
ſui: ſed per redditionẽ cauſæ ſufficientis. vt quia dico talis nõ
cognouit Bertam quia deeſt illi membrũ, vel nõ percuſsit Ti-
tium pugno quia diu eſt, quod caret pugno. & tunc idem ſm
Io.Andr.hic & pro hoc facit optime.ĩ. de proba.c.propoſuiſti
ibi qñ dicit nec potuiſti cognoſci vt.ĩ.de frigi. & malefi. frater
nitatis.in principio.ibi quod eadem nõ poterat eſſe mater. Aut
6 eſt talis negatiua, quæ non habet † determinationem, ſeu adie-
ctionem loci, vel tp̃is nec cadit proprie in notitiam cognitio-
nem ſeu intellectũ teſtis. per hoc quod nõ ſe offert ſenſui, nec
per redditionem cauſæ ſufficientis: vt ſi dicam quod ego nun-
quam conſenſi contractui tali: quia ſi nõ conſenſi vna hora vel
vno die, potui tñ conſentire alia hora vel alio die. & tũc aut eſt
talis negatiua. cuius cõtrarium effectũ affirmatiuum habet de
ſui natura fieri in cõi. & in præſentia pluriũ expediri. vt dicam
quod capitulũ Pariſien. nunquam conſenſit alienationi talis rei
eccleſiaſticæ, quæ quidem alienatio habet fieri in capitulo nec
poteſt expediri niſi per tractatum & deliberationem collegij.
10.q.2. hoc ius & tunc talis negatiua probatur per illos de capi
tulo vel de cõuentu qui deponunt ſe ſemper interfuiſſe in ca-
pitulo, & ipſum capitulũ ſemper diſſenſiſſe & conſenſiſſe, quo-
ties de cõſentiendo alienationi huiuſmodi tractabatur. Sic lo-
quitur.ĩ.de ꝓba.c.3. vbi hoc no. Hoſt.ꝙ conuentus nõ potuit
conſentire, niſi in cõi ar.s.de conſti.cum acceſsiſſent.ĩ.eo.quia
propter.& idem no.Ber.ĩ.eo.cum dilectus.in glo.ſed vr̃ in fin.
idem ſentit Inn.ĩ.de fide inſtru.c.cum Ioannes Eremita.in gl.ſi
oẽs teſtes.ver.nec obſtat.ĩ.de ꝓba.c.3.ibi vel dic ꝙ ibi nõ fue-
runt ſingulares &c. & quod no.ĩ.de accu.c.ſuper ijs ſuper ver-
bo excludatur.ad fin.ver.qñ autem vitium &c.vbi dicit, ꝙ qui
negat formã ſeruatam in electione, eam omiſſam probare de-
bet.& idem no.ĩ.de eo qui fur. ordi. rece.c.innotuit. & idẽ Ar-
7 chi.ĩ.eo.ti.c.is qui ꝯ gl.2.li.6. Aut talis negatiua eſt, cuius † con-
trarium factũ, ſeu affirmatiuam ꝯtrariam non habet de neceſ-
ſitate fieri in preſentia plurium, ſeu in cõi.ſed poteſt ſecreto, &
ſigillatim expediri.vt ſi dicatur, ꝙ Titius non fuit citatus, vel
quod Titius canonicus nõ cõſenſit in ſcrutinio in talem, vel ꝙ
maior pars capituli nõ conſenſit in ſcrutinio in talem, vel quod
Titius ciuis Pariſienſis nunquam fuit in eccleſia. vel ꝙ Titius
nunquã conſenſit matrimonialiter in Bertam. & talis negatiua
probari nõ poteſt vt hic in.§.porro.& 6.q.vlt.actor.C. de ꝓba.
l.actor quod aſſeuerat.C.de non.nu.pecu.l.aſſeueratio. quia ne
gotia non ſunt cauſæ. vt ibi & hoc de probatione per teſtes vel
per inſtrumenta. Aut quæris nunquid negatiua poſsit probari,
alias quã per teſtes, vel inſtrumẽta: puta per iuramentũ delatũ,
& præſtitum, vel per confeſsionẽ in iudicio emiſſam. & dic ꝙ
ſic. primum patet.ff.de iureiur.l.ſed & ſi poſſeſſori.in princ.&
l.ſi duo in principio.& §.Iulianus.& §.fin.C. de his qui ad eccl.
confu.l.præſenti.in aut.de hæredi. & fal.§. ſi vero abſunt coll. 1.
Secundum probatur.ff.de dona.l. quidã in iure.ĩ.de cõfeſ.c.ſta
tuimus.li.6. Si quęris de negatiua iuris, dic quod illa poteſt ꝓ-
bari.vt ff.de proba.l.ab ea parte &.ĩ.deſpon.cum apud. vt no.in
8 glo.Ber.hic. Si quæris de negatiua qualitatis, dic ꝙ † illa ſimpli
citer probari poteſt.ſaltem inducere probãdo contrariã quali-
tatem.vt in gl.Ber.hic in fi.& pro hoc.ĩ.de præſump.c.vlti. Et
ſic habes ſatis explicatã iſtam regulã quæ eſt ꝙ negatiua ꝓba-
ri non poteſt. Rõnem iſtius regulæ vide per Car.ĩ. de cõfeſ.c.
ſtatuimus in magna gl.ad fi. ibi & eſt ratio quare negatiua &c.
9 lib.6. Alia † regula, quæ poteſt elici hinc, talis eſt.ſ.quod qui ne
gat, nõ tenetur probare, vel nõ habet neceſſe ꝓbare ſuam ne-
10 gatiuam.vt probatur.ff.de proba.l.ei qui in fi.Sed hæc † ſecun-
da regula fallit, vbicunq; lex vel canon pręſumptionem inducit
cõtra negantẽ.vt.C.de codicillis.l.nec codicillos.C. de iniurijs.
l.ſi non conuicij.C.ad l.Cornel. de Sica.l.1.de dona.inter vir. &
vxo.l.etiam.ff.de ꝓba.l.cũ de indebito.3.q.9. indicas.ĩ. de ꝓ-
ba.poſt ceſsionem.& vt eccle. benefi.c. vt noſtrũ. de ſucceſ.ab
inteſta.c.fi.& hic no.Inn.ĩ.de off. delega. cũ in iure gl.hic vr̃ &
Archi.6.q.vlti.actor. ſuper verbo nulla ſit.& in hoc concordat
quod no.Inn.in d.c.ſuper ijs.ſuper verbo excludatur. ver.qñ au
tem vitium.& in ver.præcedẽti ibi.ſed quid dices &c. ibi cum
cõcor.quod no. Hoſt.ibi.& de cle.excõ.mi.propoſuit.Fallit in
grauibus criminibus de quibus dr̃.C. de abolitionibus.l.fallaci
ter.Sed miſti legiſtæ, id eſt, qui viderunt ſcripta iuris noſtri, in-
telligunt legem illam de infamatis.& hoc not.6.q.vlt.§.vlt.Fal-
lit etiam in caſibus, in quibus negatiua probatur per iuramen-
tum, alias ſacramentũ ex cõmiſsione iuris, vel iudicis, alias ca-
nonis, vt.C.de ijs, qui ad eccl.conſu.l.præſenti in fi.& in aut.de
hæred.& fal.§.ſi vero abſunt.ĩ.de teſti.præſentium.& c. vlt.de
ſen.excõ.ſi vere.2.de elec.vt circa.& c.nulli.li.6. cũ ibi notatis.
Sed illud potius poteſt dici ſacramentũ purgationis.C.de iure
delib.l.fi.§.licentia.ĩ.de purga.ca.c.quoties. Item fallit in caſu,
in quo actor probat ſuam affirmatiuam, quam reus negat eſſe
veram.C.de contrahen. ſtipu.l.optimam.in fi.ĩ.de teſti.ex te-
nore.& ſic erit vera regula quę fallit in quatuor [caſibus, alias]
exceptionibus. ſm Dyn. qui iſtos quatuor caſus ponit in.l.al-
legata actor.C.de proba.idem Io.An.hic & in d.c.ſine poſſeſ-
ſione in nouella.li.6. Item fallit quinto in caſib. in iure expreſ-
ſis, vt no.Inn.in d.c.ſuper ijs.in gl.alle.ver.ſed illa.& Archi.6.q.
vlt.actor.in glo. Sed contra videtur & gen. extra de reſcri.c.li-

teras.ſuper verbo ſtatuimus.j.in cle. Vel aliter per modū diſtin-
ctionis potes ſic dicere, aut eſt negatiua iuris, aut eſt negatiua
qualitatis, aut negatiua facti. Si negatiua iuris refert: qa aut eſt
de genere permiſſorum, vt quod quilibet ſit teſtis. vt ff.de ꝓ-
cu.l.mutus §.1.& de teſti.l.1.cum ſimilibus.& tunc ille qui ne-
gat, probare debet. Aut negatiua iuris eſt de genere prohibito
rum, vt ſunt collegia.ff.de colle.illici.l.1. & tunc qui negat, non
ꝓbat, ſed aduerſarius. Si ſit negatiua qualitatis, tunc refert, aut
ille qui aſſeritur, vel negatur hr̄e qualitatē illam, non eſt in poſ-
ſeſſione pacifica illius qualitatis. aut eſt in poſſeſſione pacifica
11 illius qualitatis. † In primo caſu refert, aut eſt negatiua qualita-
tis extrinſecæ, aut intrinſecę, aut naturalis, aut accidētalis. Si na
turalis tunc aut eſt talis negatiua quæ per ſolū lapſum tpis tol-
litur aut non. Primo caſu nō præſumitur, niſi ꝓbetur, vt ſi ho
mo centum annorū petat reſtitui tanquam minor, licet minor
fuerit natus. C.de proba.l.eum te. & de in integ.l. ſi minorem.
vbi de hoc.& vide quod dicam.j.de ꝓba.c. in præſentia.& qd
no.Car.j.e.ſi forte li. 6.Si vero ſit talis negatiua, quæ ſolo lapſu
tpis non tollitur. & tunc aut quis ſemel perdidit ea, vt quia fa-
ctus eſt malus, periurus, vel infamis: & hoc conſtat, & tūc ſem
per talis præſumitur, niſi cōtrarium ꝓbetur.j.de reg.iur.ſemel
malus.lib.6.cum ibi no. Aut non perdidit eam.v.g.nego te hr̄e
ſenſum naturalem, qui ineſt homini. Vel nego te ſobrium, vel
caſtum vel pacificum, & tunc ego, qui nego, ꝓbare debeo non
per modū negationis, ſed per modum aſſertionis: qua aſſertio-
ne ꝓbata, reſultat ꝓbatio negatiue. vt C.de codicillis.l.nec co-
dicillos.j.de ſuc.ab inteſta.c.fi.& idem quo ad alias virtutes, in
quibus homo chriſtianus natus fuit. vt.s.in ꝓemio.& j.de prę
ſump.c.fi cum ibi notatis per Ber.in gl.vlti in fi.ibi.ſi rōne deli
cti &c. Et per Hoſt. poſt eum quia, quo ad eos, quilibet præſu-
mitur virtuoſus ſm Hoſt.j.de ſcruti.c.vnico. in fi.& Cardi.&
G.& Io.An.j.eo.ſi forte.lib.6. & ſm Archid.6.q.vlti.actor.&
ſm.G.de Monte Lau.extra de conceſ.pręb.c.vnico.in cle.pro
quibus facit.ff.de leg.2.l. cum pater.§. rogo. & l.cum quædam.
12 & de manu.teſta.l.ſeruus. Si accidentalis † verbi gratia, nego te
habere literaturā, vel nego te ſcire medicinam, de qua & cum
qua homo non naſcitur, ſed per laborem acquiritur vt.j.de re-
nunt.c.poſt trāſlationem.§.item ſi quis. & tunc refert quia aut
ille qui aſſerit ſibi adeſſe qualitatem illam petit ſe admitti ad ali
quid per eam & cōtra eum negatur. aut eſt admiſſus & petitur
13 remoueri. † In primo caſu, qui petit ſe admitti, debet probare
adeſſe ſibi qualitatem illā per experimentū ſuæ ſcientiæ. Nam
ſcholares, qui volunt ad doctoratum promoueri, & peruenire
non curarent de examine, & examinatione ſi non tenerentur
hoc oſtendere. debent ergo probare adeſſe ſibi oīa quę lex di-
cit. C.de profeſ.& medicis.l.magiſtros.& l.ſequenti.& de pro-
feſſoribus qui in vrbe cōſtan.merced. hr̄e cōmittuntur.l. vni-
ca.de collegiatis.l.1.lib.x.C.de ſacr.ſan.eccl.l qui ſub prætextu.
ibi ſufficiens approbetur.& ita poteſt intelligi qd̄ legitur & no.
j.de præſump.c.vlt.gl.vlt.in qōne.ſed qualiter &c.& per Hoſt.
poſt eum. In ſecundo caſu.ſ. qn̄ quis vult repellere iam admiſ-
ſum, quod poteſt vt.ff.de mu. & ho.l. vt gradatim.§.reproba-
ri.de excuſa.tuto.l.ſed & reprobari.j.de ęta.& qual.c.fi. & tunc
ille, qui negat ipſum idoneum eſſe, debet hoc ꝓbare quia ipſe
eſt in quaſi poſſeſſione, vt in iurib. allega. & pro hoc facit.C.de
profeſ.& medi.l.2.ibi ſi nō ſe vtiles ſtudentibus prębeant quod
intellige probādo: quia poſtquā admiſſus eſt remanet quouſq;
probetur inutilis.8.q.4.c.nōne.ar.C.ſi ſeruus expor.ven.l.mo-
14 ueor. Si eſt negatiua † qualitatis extrinſecę vt diuitiarū ſeu, pau
pertatis, vel dignitatis, vel gradus, vel honoris alicuius. tunc re-
fert: quia aut ratione talis qualitatis petit aliquis ſe ad aliquem
actū admitti, & tunc debet ꝓbare. vt ff.qui ſatiſda.cog.l.ſi vero
.§.qui pro rei qualitate.ibi vel ſi dubitetur &c. Item, ſi vult in-
tentionem aduerſarij contra ſe fundatam repellere. Nam tunc
debet probare. C.de proba.l.ex perſona. vbi erat fundata inten
tio aduerſarij per præſentem paupertatem. pro hoc facit.ff. de
proba.l non eſt neceſſe.& de magiſtr.con.l.1.§. ſi magiſtratus.
Idem dico in paupertate. ſi quis vult p p eam aliquid conſequi:
debet eam probare, ſiue ex hoc intendat fundare intentionem
ſuam vt in exemplo.ff.de priuil.credi.l.ſi creditores.C.de hær.
act.l.ſi adulta. ſiue intentionem aduerſarij fundatā velit repel-
lere propter paupertatem. vt.ff.de excu.tu.l.paupertatis.& in-
ſtit.de excu.tut.§.item ꝓpter. Ex hæc vera, niſi aliqua pręſum-
ptio transferat ꝓbationem in illum, contra quem eſt præſum-
ptio: quia tunc eſt ſecus. vt in l.alleg.ex perſona.j.de præſump.
ex ſtudijs.& c.mandata.& c.cum in iuuentute. Sequitur qn̄ il-
le, qui aſſeritur vel negatur hr̄e qualitatē illam eſt in poſſeſſio-
ne pacifica illius qualitatis: & tunc refert, quia aut illa qualitas
eſt de iure communi, & ineſt alicui de iure cōmuni, vt ꝙ ali-
quis ſit bonus pudicus, pacificus, & modeſtus. & tunc neganti
incumbit ꝓbatio negatiuæ per not.in c.alleg.ſi forte.j.de elec.
15 lib.6.& per alia iura.s.alleg.† Aut illa qualitas eſt, de iure com-
muni non tn̄ ineſt alicui de iure cōi vt quod aliquis ſit doctor,
& in poſſeſſione doctoratus: & tunc idem.ſ. quod neganti in-
cumbit ꝓbatio negatiuæ, ita, ꝙ poſſeſſio ipſum releuat ab one
re probandi. C.ne ſer.expor.ve.l.moueor.j.de ſent.excom.c.ſi
iudex laicus.§. idem cenſemus.li.6. Aut illa qualitas eſt de iure
ſpeciali priuilegiato, & ꝯtra tenorem iuris cōis: & tunc neganti
non incumbit probatio, ſed aſſerenti ſe hr̄e illam qualitatem,
ita ꝙ poſſeſſio huiuſmodi non releuat a probando. vt.ff.ſi ſer-
uitus ven.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.C. de fide inſtr.l. ſi ſolenni-
bus. Licet Accur.notare videatur ibi contra. & de hoc eſt ho-
die caſus.j.de priui.cum perſonæ.§.quod ſi tales.verſi.pręſcri-
ptioniſque probatione.lib.6.In tertio vero caſu qn̄ eſt negatiua
facti poteſt dici vt ſupra in prima regula: ſed tn̄ tota iſta diſtin
ctio comprehenditur ſatis ſub prędicta regula, & ſub exceptio
nibus, ſeu ſallentijs ſupradictis: licet ſorte per iſtam diſtinctio
nem materia clarius eluceſcat.& de iſta materia tangit Inno.j.
de eo qui ſur.ordi.ſuſcepit.c.innotuit. in ſin.

1 *Vſucapionem exeunti rem non obeſſe. fallit num. 2.*
3 *Eligendi ius etiam negligentibus non vſucapi. & 4.*
5 *Electori excluſo qui ſubueniendum.*
6 *Spoliatus poſſeſſione iuris annui quis an non dicendus.*
7 *Patronatus quærendi modi.*
8 *C.quærelam. enucleatur.*
9 *Prouiſionum eccleſiaſticarum via multiplex.*
10 *Præſentatio a populo præſcriptibilis. & 11. & cur. 12.*
13 *Parochiani quæ præſcribant.*
14 *Archidiaconi lapſus. & 15. & 17.*
16 *Priuilegia an & quomodo præſcriptibilia.*
18 *Parochianos cum patrono præſentare poſſe.*
19 *Eccleſiæ qui præſumendi fundatores.*
20 *Rectores a populo præſentandi.*
21 *Parochiani quando non parochiani poſſint.*
22 *Deiectus quis: quo ve remedio iuuandus. 32.*
23 *Expulſorem, non admiſſo domino, non vſucapere.*
24 *Expulſio non violenta quæ.*
25 *Poſſeſſionem metuentis ſibi non admitti.*
26 *Deiectus vi quis, an non, dicendus. & 27.28.& 29.*
30 *Vi poſſeſſum non, niſi bona fide, præſcribi.*
31 *Metus vnde deprehendi poſſit.*

QVærelam. Si quęris, vtrum poſſeſſorium, & petitoriū poſſint ſimul in-
tentari, dic vt dicam.j.de cauſa poſſ. & proprie.c.
cum dilectus.
¶ Si quæratur quanto tpe poſſeſſor non vtendo
poſſeſſione ſua, poſſeſſionē dicatur amiſiſſe, re-
fert, aut quęris de poſſeſſione rei corporalis, aut de poſſeſſione
rei, ſiue iuris incorporalis. Si de poſſeſſione rei corporalis tunc
arbitrariū eſt.ar.ff.de iure delu.l.1.in ſin.ſm Hoſt.& Inn.Cōpo.
hic. vnde aliqui legiſtę volunt oſtēdere, qd̄ hodie vſucapio, vel
pręſcriptio locū nō habeat: quia ciuilis poſſeſſio eſt cauſa vſu-
capionis.ff.de acq.re.do.l.acquiritur.§.fi. & ff. de acq.poſ.l.ſi qs
1 ſundū.ſm hoc oſtendo tibi, qd̄ vſucapio, † vel præſcriptio lo-
cum nō habeat: quia vbi aliquis exit rem, quā poſſidet, pręſu-
mitur retinere poſſeſſionē ciuilem in aīo. vt.ff. de acqui.poſ.l.
clam poſſidere §. quæ ad nundinas. Pone ergo exiui de fundo
animo retinēdæ poſſeſſionis, & vado ad S. Iacobum. Quidam
alius eundem ſundū emit bona fide, & iuſto titulo traditus eſt
ſibi fundus, dico ꝙ nō vſucapiet: nam ex quo poſſeſſio ciuilis
eſt penes me abſentē iſte per traditionē ſibi factā non acquirit,
niſi naturalē & ſic nō paratur ſibi cauſa vſucapiendi. C. de pſcr.
30.vel 40.annorū.l.male agitur.& iſta ſnīa vr̄ deſtruere oēs pręſ
ſcriptiones & vſucapiones. Sed ad hoc rn̄deo qtod ex quo ego
2 poſſeſſor neglexi venire ad ſundū meum † per tp̄s magnū qd̄
non eſt lege diffinitū (& ideo arbitrio iudicis relinquat) dico
ꝙ ex eo tpe amitto poſſeſſionē ſundi ciuilem & ſic acquiritur
alteri, & ex tpe pſcribit.inſti.de vſuca.§.ꝙ ad eas res. imò poſ-
ſum dicere, ꝙ tp̄s computabitur poſſeſſori a tpe apprehenſæ
poſſeſſionis. Vnde verū eſt, quod ego abſens aīo retineo poſ-
ſeſſionem ciuilē. ſed dico ꝙ ſi negligo venire ad ſuodū per lon
gum tp̄s pſumit, ꝙ ab initio nō habeo animū poſſidendi, & ſic
retrotrahitur.& ad hoc eſt argm̄ optimum. C. de petit. hære.l.
fin.&.ff.de acqui.hęre.l.qui in aliena.§.ſi is qui putabat.& C.de
alluuio.

alluuio.l.ſi qui.alias de adul.l.ſi qui.Si quęris de poſſeſsione [rei
ſiue iuris incorporalis & tunc aut q̃ris de poſſeſsione vel quaſi
iuris eligẽdi aut de poſſeſsione vel quaſi iurium aliorũ puta de
poſſeſsione] vel quaſi percipiendi aliquam annuã penſionem,
ſeu aliquod annuũ ius. ſi de poſſeſsione vel quaſi iuris eligendi
refert. aut alij eligunt ſine me: quia nõ curo electioni intereſſe
& tunc non amitto poſſeſsionem ſm Inn. hic in gl. dñt quidã.
ver.& no.aut eligunt ſine me volẽte electioni intereſſe ſed per
3 eos non admiſſo & tũc aut eligunt ſine me,non aĩo † ſpoliandi
me poſſeſsione,ſed per ignorantiam, vel negligentiã vel ex iu-
ſta cauſa,puta quia eram excõicatus,vel ſuſpenſus,vel talis qui
non debebam electioni intereſſe, & tũc nec ſum ſpoliatus nec
poſſeſsionẽ amitto quia vis nõ fit ſine dolo.ff.de vi & vi arma.
l.1.§.ad ſolam.& §.interdictũ hoc ꝙ atrociter.ff. de vi bo.rap.l.
2.§.doli.aut animo iure ſpoliandi: & tunc aut ego credo qđ ipſi
non faciant hoc aĩo me ſpoliandi.Et tunc idem quia ſicut poſ-
ſeſsio ſic & quaſi poſſeſsio non poteſt ſine animo amitti.ff. de
acq.poſ.l.quemadmodum.& l.quamuis ſm Cõp. hic. Aut ſcio
vel ſaltem credo quod hoc faciant animo ſpoliandi & tunc aut
ſunt in poſſeſsione vna cũ alijs eligendi . Aut ſum in poſſeſsio-
ne ſolus eligendi.ſi in poſſeſsione vna cũ alijs eligendi . & tunc
aut ſum in poſſeſsione eligendi, & venio ad electionẽ eodem,
ſ.iure quo & alij,puta,iure cõi tanquam canonicus,vel mona-
chus, vel alio diuerſo iure . Si eodem iure tunc licet nõ admit-
tar,non tñ priuor poſſeſsione:& eſt ratio,quia electio nõ fit no
mine cuiuſlibet canonici, vel monachi ſingulariter, ſed nomi-
4 ne capituli, vel ꝯuentus . Et ideo † nõ priuatur poſſeſsione ille
qui contemnitur:imò ius ſuum per alios conſeruatur:quia non
ſuo nõie hoc ius poſſidebat ſed capituli ſm Inn. Hoſt. & Cõ-
po.hic.Si vero ſum in poſſeſsione eligendi,& venio ad electio-
nem diuerſo & alio iure quã alij. v.g. quia alij veniunt iure cõi
quia canonici, vel monachi eccleſiæ:& ego, qui non ſum mo-
nachus vel canonicus eccleſiæ,venio iure conſuetudinario,vel
priuilegiato.vt.j.eo.ſcriptũ.& c.Cumana. & tunc ſi illi qui ve-
5 niunt diuerſo † & alio iure me excludant ab electione, poſſum
me dicere ſpoliatũ & agere interdicto recuperandæ poſſeſsio-
nis ſm Inn. Hoſt.& Cõpo. hic. Si vero ſum in poſſeſsione qđ
no. quod quo ad pęnas euitandas partus ſequitur patrẽ, & non
matrem. ff. de pœnis. l. moris. §. penul & fi. ff. de decu. l. 2. §. in fi
lijs. C. de pœnis. l. decurionum filij. not. Hoſtien. j. de pœnis.
in quibuſdam. & de hoc vide quod legitur. & not. infra de pe.
capi. vbicunque. libr. 6.

¶ De obligatis ad ratiocinia. Rubrica.

1 *Obligatum ad tempus promoueri poſſe.*
2 *Obligatus perpetuo non promouendus.*

MAgnus. Ad glo. quæ incipit ratiocinijs, & c.
1 adde primo quod † obligati ex cau-
ſa mutui, vel alia ſimili cã, qua ipſi obligati nõ ſũt
alias ſunt adſtricti ad aliquam adminiſtrationẽ ge-
rendam, vel rationem reddendam promoueri poſ
ſunt ſm Inn. ir. rub. ꝓ quo. ff. de mu. & ho. l. reſcri
pto. §. debitores. C. de epiſc. & cle. l. quiſquis cenſib. Idem Ho.
hic. & in ſumma. eo. tit. §. pen. circa principium. & Ray. in ſum
2 ma ſua. e. ti. §. ſequitur. Si vero ſunt obligati † ad ratiocinia tũc
aut ad adminiſtrationem agendam perpetuo ſunt aſtricti, & ta
les ab ordinibus perpetuo repelluntur. Sic intelligo. 53. diſt. le-
gem. & 54. diſt. quicunq; ſm Hoſt & Goſ. & Ioan. And. hic &
Archi. 51. diſt. præterea. in alijs dic vt glo. Ber. hic. cum qua cõ
cor. Goſ. & Hoſt. hic per omnia, & Hoſt. & Ray. in ſummis
ſuis. eo. titu. & frater Io. in ſumma confeſ. eo. tit. in princ. & Ar
chi. 51. diſt. in ſumma, & vide eum in c. præterea.

¶ De corpore vitiatis. Rubrica.

1 *Ordinandus notorium ſcelus declaret.*
2 *Delicta grauia prodenda.*
3 *Crimina non impeditiua ſubticenda.*

EXpoſuiſti. Si quęris, vtrum ordinandus
in ordinatione ſua, ſeu ĩ ſcru
timo, ſeu promouendus ad aliquam dignitatem
impedimentum ſuum prodere, & confiteri te-
neatur, diſtingue, aut quæris † de criminibus illis
de quibus eſt conuictus confeſſus, vel deprehẽ-
ſus, vel quæ alias ſunt notoria iuris, vel facti, & dic quod talia
confiteri tenetur, niſi cum eo fuerit canonice diſpenſatum. 50
2 diſt. ex pœnitentibus. Aut quæris † de alijs criminibus, quæ nõ
ſunt notoria iuris, vel facti, & tunc aut ſunt grauia, ſiue enor-
mia, & talia quæ (etiam poſt peractam penitentiam executio
nem impediunt (vt ſimonia in ordine & homicidium & tunc
idem. ſ. de renun. c. niſi cũ pridem. §. propter. & de temp. ordi.
3 c. fi. & j. de accu. c. inquiſitionis. aut ſunt † talia crimina quæ poſt
peractam pœnitentiam executionem non impediunt,) & illa
manifeſtare non tenetur, vt in c. alle. fi. ſ. de temp. ordi. Si ta-
men fraudulenter defectum ſuum ſubticeret non habebit exe
cutionem miniſterij ſic ſuſcepti, ſicut nec ordinis, ſic aſſum-
pti. ſ. de renun. niſi cum pridem. §. perſonæ. Iſta diſtinctio põt
ſumi ex glo. Inn. & Hoſt. & Io. And. hic. Et cum iſta diſtinctio
ne concordat Goſ. in ſum. ſua tit. de temp. ord. in fi. §. reſtat. v-
bi de hoc plene: & frater Io. in ſum. confeſ. tit. de ætate ordi. q.
19. & in c. alle. inquiſitionis. gl. ex hoc loco & c. & Arch. in d. c.
ex pęnitentibus glo. adde quicquid. & c. Henricus Boich.

1 *Corpore vitiati non ordinandi.*
2 *Mutilus membris magnis non prodendus.*
3 *Membris paruis mutilum ordinari. fallit. 4.*
5 *Eunuchi culpoſi non ordinandi.*
6 *Claudus ad beneficia admiſſibilis.*

THomas. Hic habes ꝙ in promouendis con
ſideranda eſt impotentia, & defor
mitas, vt ſequitur. Incompoſitio enim corporalis,
(vt Auguſt. ait) inæqualitatem indicat mentis. 48.
diſt. c. fin. & Leuitici. 21. c. & recitatur. 49. diſt. c. 2. ibi, locutus
1 eſt dominus ad Moyſen dicens, Loquere ad Aaron † de ſemi-
ne tuo patriſamilias, qui habuerit maculam non offerat panes
Domino Deo ſuo nec accedat ad miniſteriũ eius, ſi cœcus fue
rit, ſi claudus, vel paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pe
de, vel manu: ſi mancus, ſi gibboſus vel lippus, vel ſi albuginem
habẽs in oculo ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore,
vel ponderoſus quod totum eſt arbitrarium vt no. ſ. eo. c. cum
de tua. Super qua materia ad inſtruendum iudicẽ ſic diſtingue,
2 aut quis in magnis membris fuerit mutilatus: puta † amiſit o-
culum, vel pedem, vel manum, impeditur promotio mutilati
55. diſt. lator. & c. ſi euangelica. & deijcitur iam promotus quo
ad altaris miniſterium indiſtincte: niſi forſan cum religioſo di
ſpenſaretur, cum pede ligneo, quia latet quo ad vero beneficiũ
ſimpliciter deijcit ſi hoc tacuit fraudulenter. vt ſ. c. proximo.
Ex cã tñ diſpenſari poſſet cũ tali ẽt per epm ꝙ poſſet ẽt hẽre ꝓ
bendam vel perſonatum vel ẽt abbatiam vel eccleſiam vt legit,
& no. ſ. de ætate & qual. c. tuam. Et ẽt ſi ſit preſbyter poſſunt
ei concedi omnia pertinentia ad ſacerdotale officiũ, altaris mi
niſterio ei penitus introducto. vt ſ. eo. c. ſignificauit & quo ad
illud neceſſe eſt, ꝙ alius loco illius ordinetur. Sic intellige 55.
diſt. ſi euangelica. Igitur ſi hoc non tacuit fraudulenter quo ad
beneficiũ diſpẽſatũ fuit, vel hoc alicui accidit iã ꝓmoto. quia
non eſt addenda afflicto afflictio, quod dic vt legitur & nota. j.
3 de cleri. ęgrotan. c. fi. Si vero in † membris minimis, & apparẽ-
tibus: puta in parte manus, vel naſo vel auriculis, vel facie ca-
ſus iſte accidat, ſi potens remanet ad frangendum Hoſtiam,
nec deformitas magna poteſt notari & ſine culpa ſua hoc acci
derit, non ſolum non deijcitur, ſed etiam promouetur vt hic,
quod ſi alterum notari poſſit, prohibetur a celebratione miſ-
ſę licet in alijs valeat diſpenſari. j. de cleri. ægrot. c. 2. Sed ſi hoc
culpa ſua acciderit, de rigore iuris deponendus eſt. ſi tñ potens
remaneat nec deformis põt cũ tali poſt peractã pœnitentiam
per epm diſpenſari. ergo a ꝯrio ſenſu ſi talis ſit impotens, vel
deformis quo ad miſſam vel miniſterium altaris non diſpenſa
bitur cũ eo. licet q̃nq; quo ad alia diſpenſetur quod dic vt legi
tur & not. ſ. eo. c. j. & c. ſignificauit. In membris aũt non appa-
rentibus diſtingue ſimiliter, vtrum ex culpa patiẽtis, defectus
hmõi acciderit, & tunc quicquid ſit de rigore iuris ad minus,
(dummodo non ſit impotens) diſpenſatur in oĩbus & cũ om
4 nibus exceptis eunuchis † cum quibus non diſpenſatur, quo
ad altaris miniſterium. ex quo in culpa ſunt qui etiam in nullo,
impediuntur vbi ſunt ſine culpa vt colligitur euidenter ex eo,
quod legitur, & no. ſ. eo. ex parte. B. & c. ſeq. Nec eſt neceſſe (vt
ruſtici garriunt) quod teſtes & teſticulos ſiccos ſeu pulueriza-
tos ſecum portent in burſa, quaſi tunc intelligantur hẽre omnia
membra ſua: quia bonũ eſſet aliquibus vt nec portarẽt virides.
vt no. ſ. eo. c. ex parte. B. & puluerizatorũ ſiue ſiccorũ deporta
tio magis poſſet obeſſe propter facti memoriã, quã prodeſſe.
vt patet in eo quod no. ſ. de filijs preſbyt. cum decorẽ. Sed nec
põt in talib. nimia deformitas vel impotentia denotari. Et hæc
diſtinctio melius, & plenius expeditur hic quã in ſumma ſm
Hoſt. qui ponit hic totam iſtã diſtinctionẽ quam approbat Io.
6 An. Et dic ꝙ † claudus hodie admittitur de conſuetudine, quo
ad ordines & beneficia ſm Hug. & Archid. 49. di. c. j. ſm Ho-
ſti. in ſumma huius tit. §. ſi. & Arch. 49. diſt. c. j. ſm Hoſt. ver.
quid de claudo. & vide quod legitur & no. per Io. And. & Ar-
chi. 51. diſt. ſi quis infirmitate & per Ray. in ſumma ſua titul.
de homicidio. §. quid de ijs. & per fra. Ioan. in ſumma. confeſ.
titu. de homicidio. q̃. 42. & c.

¶ De bigamis. Rubrica.

1 *Bigamum, & irregularem monachari poſſe.*
2 *Bigamum monachum clericorum beneficio gaudere.*
3 *Pœnitens ſolennis non, niſi in minoribus diſpenſabilis.*
4 *C. ex pœnitentibus. explicari.*
5 *Pœnitentes publice infames eſſe quatenus verum.*
6 *Bigamus non eſt qui deſponſatam corruptam non cognouit.*
7 *Sponſus duarum alteram cognoſcens bigamus non eſt.*
8 *Bigamus non eſt, niſi qui a viro cognitam ducit.*
9 *Virginitas quid.*
10 *Virginitas qui corrumpatur:*
11 *Corrumpi non, niſi conſentientem poſſe.*
12 *C. debitum ſenſus.*
13 *Commiſtio carnis qui accipienda.*
14 *Vxoratus quis, an non, promouendus:*
15 *Virginitas cur potius in muliere, quam viro exigenda.*

16 Adul-

16 *Adulteram vxorem cognoſcens bigamus, eſt quatenus verum. numero. 17.*
18 *Adulteram iuſſus cognoſcens non eſt bigamus.*
19 *Bigamus a Papa ad ordines diſpenſabilis, & nu. 10.*
21 *Panormitanus bigamus, & diſpenſatus.*
22 *Diſpenſationis effectus.*
23 *Bigamiæ quo iure iungatur irregularitas.*
24 *Diſpenſare quibus ordinibus Papa, an non, liceat & 25.*
26 *Bigamum ab epiſcopo non diſpenſari.*
27 *C. lector. enucleari.*

1 VT bigami. Bigamus † de iure pôt eſſe mo
nachus, vt probatur. 16. q. j. le
gi facit. j̈. de regularibus. c. veniens. & no. Ioan. &
Archi. 32. diſt. ſeriatim. in glo. vlt. & Archi. j̈. eo. c.
vnico glo. vlti. lib. 6. & Io. And. j̈. de reg. iur. c. deli
ctum in nouella. eo. lib. Nec mirum cum irregula
ritas bigamiæ proueniat ſine peccato, vel culpa. 26. diſt. de-nde
31. q. j. aperiât. & (quod plus eſt) interdum & merito. j̈. de ſpô.
inter opera. Sed irregularis etiam ex culpa pôt monachari. 33.
q. 2. admonere. j̈. de his qui fil. occi. c. vnico. ergo multofortius
iſte. Sed ſi quæris, vtrum bigamus factus monachus, gaudeat
priuilegio illius canonis, ſi quis ſuadente. 27. q. 4. Arch. 84. di. c.
quiſquis. reliquit diſputationẽ. Sed ego Henricus ſic diſtinguo.
Aut quæris nunquid talis bigamus factus monachus gaudeat
priuilegio clericali, vt clericus, qui non eſt, & ſub qualitate cle
rici, quam non habet, & conſtat quod non. vt j̈. eo. tit. c. vnico
2 lib. 6. cum ibi no. Aut nunquid † gaudeat illo priuilegio vs reli-
gioſus, monachus, vel conuerſus & dico quod ſic: vt j̈. de ſent.
excom. non dubiũ. & c. ex tenore. & c. canonica. Præterea con
ſtat quod nouitius noodum profeſſus tacite, vel expreſſe ẽ mi
nus religioſus, quam profeſſus. vt probatur j̈. de ſen. excom. re
ligioſo. §. quamuis. li. 6. & tamen talis nouitius, qui non eſt re-
ligioſus incommutabiliter, nec cum effectu gaudet illo priui-
legio. vt in §. allegato, quãuis, ergo multofortius iſte bigamus,
profeſſus qui eſt religioſus incommutabiliter & cum effectu.
& hoc, ſcilicet, quod gaudeat tenet Ioan. And. j̈. eo. c. vnico. &
in c. allegato delictum, vbi de hoc plene per eum in nouella.
¶ Si quæris vtrum cũ ſolenniter pœnitentibus poſsit epſ di-
3 ſpenſare vt promoueantur. diſtingue. Aut quæris † vtrũ poſsit
diſpenſare cum eis in minoribus ordinibus propter neceſsita
tem vel vtilitatẽ eccleſiæ, & tunc ſic. 50. di. c. placuit. Et rô, eſt,
quia diſpenſatio non eſt ei prohibita in hoc caſu. ar. j̈. de ſent.
exc. c. nuper. Aut in maioribus ordinibus vel etiam in minori
bus non tñ propter neceſsitatẽ, vel vtilitatẽ eccleſię, & tũc nõ.
4 Nec obſtat. 50. di. c. ex pœnitentib. † vbi dr̃, quod ordinans ta-
lem ſcienter priuari debet ptâte ordinandi: quia illud intelligit
cum ordinat abſq; diſpenſatione, vel cum indiſcrete diſpẽſat.
Simile. 50. diſt. qui in aliquo ita diſtinguit. Ray. in ſumma ſua,
tit. de ſolenniter pœnitentibus & frater Io. in ſumma confeſ.
eo. tit. ſ. de ſolenniter pœnitentibus. q. fi. & frater Aſtenſis li. 6.
5 tit. ordinandus debet eſſe non ſolenniter pœnitens. † Sed quæ-
ro, nunquid tales ſic pęnitẽtes ſunt infames. Ho. dicit. j̈. de of-
fi. Archipreſ. c. 2. q̧ ſic. vnde nec ordinari poſſunt, vt hic. 50. di.
pœnitentes. 6. q. j. infames. Sed hoc non accidit ratione pœni-
tentiæ: ſed criminis publicari per pœnitentiam: alias ſi crimen
ſit occultum. & pœnitentia ſit occulta, non infamat, ſed reno-
uat, & emendat. 50. di. ferrum. j̈. de ſumma Trini. & fi. Catho.
c. j. ad fi. & j̈. de teſt. c. fi. Infamatur ergo talis, tum quia publice
verberatur, quandoq; nudus incedens, tũ quia crimen ſuũ per
ſnĩam pœnitentiæ publicatur. 3. q. 7. §. porro. alias ſi ſnĩa nõ pce
dat, ſolus ictus. ſ. fuſtium non infamat. l. ictus fuſtium. ff. de ijs
qui notan. infa ad idem. ff. de pœnis. l. in ſeruorum. in fi. Et per
hoc dicit patenter errare eos, qui iudicant infames ſumentes
ex deuotione officium publice pęnitentium. virtutis. n. deuo-
tio non debet improbari. ff. de poſtu. l. j. §. beſtias. Damnẽt iſti
Dauid ſe humiliantem. ij. Reg. 6. c. Damnent Baptiſtam Mar-
ci. 3. de quo dicit Beatus Ber. mirum quod actu innocens pœ-
nitentis ſuſcepit officium, & qui non habet vnde pęniteat, ha
bet tñ vt pœniteat. Dãnent & Niniuitas. Damnent & CHRI
STVM qui facto poſt mortem crucis pœnitentiam humilem
commendauit ſm Hoſti. in d. c. 2. & Io. And. poſt eum. Idem
Aſtenſis lib. 5. titul. 34. de pœnitentia ſolemni. in fin.
¶ Si quæris vtrum contrahens ſcienter vel ignoranter matri-
6 monium cum corrupta efficiatur bigamus, diſtingue † aut ip-
ſam carnaliter non cognoſcit & tunc non, & eſt rô, quia carnẽ
ſuam, non diuiſi. in plures: nec cum ipſa corrupta matrimo-
nium conſummauit, ſicut nec bigamus cenſetur qui ab alio du
ctam, ſed minime cognitam deſponſauit. j̈. e. debitum. 34. di.
c. fi. hoc no. Ray. in ſumma ſua. e. ti. ver. item quid ſi aliquis. &
Hoſt. in ſumma ſua eo. tit. §. pen. verſ. 8. quæritur. idem innuit
7 Hoſt. hic. Et per eandem rônem dico, quod † ſi aliquis ſucceſ
ſiue contrahat cum duabus mulieribus non corruptis: & alte-
ram tantummodo cognouerit, alteram non vel contrahat cum
duabus, quarum altera eſt corrupta, & altera non, & illam non
corruptam tñ & non aliam cognouerit bigamus non exiſtit,
ſm Ray. in §. alle. Item quid ſi aliquis. Aut ipſam carnaliter co
gnouit & tunc aut ipſa mulier erat ante corrupta mente ſola,
8 aut realiter, & de facto. Si mente † ſola tunc non eſt bigamus,
nam etiam talis mulier, ſi pœniteat, de corruptione mentis nõ
priuabitur aureola: quia virginitas per pœnitentiam reparatur
in illa quæ ſola mente corrupta eſt ſm Hugu. & Ray. pro qui-
bus facit quod legitur, & no. 32. q. 5. ſi paulus. Si vero eſt corru
pta realiter de facto, tunc aut eſt corrupta aliter quam viri ſe-
mine ſeu viri commiſtione, vt quia ex feruore libidinis prouo
cat in ſe ſeminis emiſsionẽ vel digito, vel alio mõ ꝯ naturam,
corrumpit ſigillum virginitatis ſuæ, ſiue quoquo modo, alias
quam per membrum virile ad hoc deputatum: & tunc idem.
arg. no. per Hug. 32. q. 5. ille vbi dicit quod illa, q̃ corrupta eſt,
ferro vel palo poteſt inter virgines conſecrari, & aureolam ha
bebit. Et quod niſi per membrum naturale ad hoc deputatũ,
fiat corruptio carnis non amittatur virginitas & idem recitat,
& tenet Ray. in ſumma eo. tit. §. quid de illa. Sed quod dictum
eſt de virginitate non eſt indiſtincte verum: quia virginitas po
teſt dupliciter ſumi. Vno modo improprie pro integritate car
nis, & ſic quælibet mulier naſcitur virgo & ſic non eſt virtus,
quia tota eſſentia cuiuſlibet virtutis eſt in anima ſm Auguſti.
1. de ciuitate Dei. c. 17. & forte de illa intellexit Hug. Alio mo
do, prout diſſinitur per Ambroſium 5. lib. de virginitate dicẽ-
9 tem quid eſt caſtitas † virginalis niſi expers contagionis inte-
gritas? & per Aug. in lib. de nup. & concupiſcentia dicentẽ vir
ginitas eſt in carne corruptibili incorruptionis perpetua me-
ditatio. Et quibus diſſinitionibus patet, quod virginitas eſt in-
tegritas carnis atteſtans incorruptionem mentis. Dr̃ aũt fieri
10 † corruptio ab actuali, & completa delectatione concupiſcẽtiæ
ex voluntate operante vel conſentiente vel non diſſentiente,
vel non inquantum pôt renitente. 32. q. 5. c. j. 2. & 3. & c magis
& per totum. Dic aũt completam delectationem, quæ eſt ope
ris in tanta voluntate quanta eſt coitus. & dico concupiſcẽtiæ
ad dr̃iam purgationis naturæ. Sicut. n. natura purgat ſuperfluũ
per alios poros, ita etiam per illum tam in fœmina quam in vi
ro. & dico ex voluntate. dr̃. n. in violatione virginitatis corrũ-
pi corpus corruptione vitij non paſsionis. & hoc ex laxatione
venarum & viarum per quas expletur voluntas coitus. Ope-
rans aũt eſt voluntas in ijs quæ digito, vel manu, vel ligno, vel
quouis alio adiuncto tangunt vel corrumpunt neruos interio
res in membris genitalibus, quatenus ſua ſenſibilitate perfectã
coitus delectationem conſequantur. Conſentiẽs autem eſt ad
ſimilem ſexũ vt in Sodomia vel ad diuerſum ſexũ eiuſdẽ ſpe-
ciei. vt in naturali coitu, ſiue ad diuerſam ſpeciẽ vt ĩ coitu bru
torũ. Non diſſentiens aũt eſt in non declinantibus, ſiue in diſsi
mulantibus. Non renitens aũt eſt in eis, qui non ſemper ꝓno,
corde & corpore remittuntur, vt ſi etiam non poſsint defende
re corpus ſaltẽ a concupiſcentia & conſenſu delectationis im-
11 pediant. Dic ergo † cum ſanctis patribus, q̧ corruptio virgini-
tatis vna & ſola cã eſt, ſ. voluntaria & procurata delectatio cor
poris completa in actu pollutionis vt iſta plenius no. Tho. in
ſcriptis ſuper 4. ſenten. diſt. 33. & ẽt in ſumma. q. 152. alias 100
& 3. arti. j. & frater Io. in ſumma confeſ. hoc titulo rubricella,
de conſecratione virginum q. 18. ad pleniorem &c. & q. ſeq. &
Aſtenſis li. 2. tit. de virginitate. Itẽ conſtat quod in iſto caſu &
præcedenti iſta non diuiſit carnem ſuã in plures. vt patet j̈ eo.
12 debitum. in fi. † vbi habes q̧ deſponſatam a primo viro in quẽ
conſenſit quo ad carnalem copulam, & ſic corruptam ſaltẽ mẽ
taliter ducens in vxorẽ & carnaliter cognoſcens non eſt biga-
mus. Aut eſt corrupta viri ſemine, ſeu viri commixtione, &
tunc aut iſta mulier fuit ante corrupta ſolummodo ab iſto vi-
ro, aut ab alio. Si ab iſto ſolo tunc non eſt bigamus. vt not. Ioã.
30. q. 5. qualis. & Ber. j̈. eo. debitum in fi. & j̈. de cle. coniuga. ſa-
ne. & c. inter. & Bart. Brixi. in q. dñicali. quæ incipit. Aliquis co
gnouit virginem, & Gof. in ſumma huius titu. §. item quæritur
quid ſi quis. & Arch. 32. di. nemo & vide eum ibi & Io. Andr.
j̈. de cle. coniuga. c. vnico. lib. 6. idẽ Ray. in ſumma huius tit. §.
item quid ſi quis deflorauit & Tho. in ſcriptis & Pet. & frater
Aſtenſis li. 6. tit. de monogamo. q. vtrum ille. & pro hoc facit,
quia nec illa, nec ille diuiſit carnẽ ſuã in plures qđ vr̃ ſufficere.

vt ſ. eo.debitum in fi.36.di.actiuus ſ.qui filij ſint legit. tanta.
vbi hoc idem tenet Io.And.& ſm hoc debet exponi in c. alle.
qualis debeat eſſe vxor quæ habenda eſt ſm legem caſta,.&c.
virgo.i.non ab alio viro cognita.licet Hug.& Ioá. Fan.contra
in d.c.qualis.& Hoſt.Pe.de Samp. & Abb.& Ho.in ſumma e.
tit.§. vlti.ver. Sexto quæritur & titulo.de ſpon.rubr. de matri
monio.ver.qualiter ad finem.§.quid ſi quis iurat.& ſ. de ſpon.
c.ex literis ſiluanet.in glo.quid ſi quis iurat.& ſ.de fil. preſby.
ad præſentiam. & Goſ.& Hoſt.ſ.de clerico coniugato ſane &
Hoſt. ſ.qui filij ſint legi.tanta. & Bar.Brix.32.di.nemo.& 34.
diſt. maritum.& Arch.ſ.de cle.coniug.c.vnico li.6.Et iſta ſen
13 tentia pōt ſic probari. Planum eſt,quod carnis commiſtio †ſi-
gnificat conformitatem diuinæ & humanæ naturæ,quæ con-
tracta fuit in vtero virginali factá per miſteriū Incarnationis.
Cum ergo hoc factum fuit in vtero virginali vt actus cōſum
matus id ſignificet,oportet,quod conſummatio ſit facta ĩ v-
tero virginali,quod eſſe nō pōt ſi ante eam corrupiſſet. ꝓ hoc
32.diſt. ſenatim vxorē ducere virginem &c.33. diſt. maritū,
& 34.diſt.præcipimus.ſ.de cle.coniug.ſane.Et quia incipit eſ
ſe maritus corruptæ vt in iuribus prædictis.& 34.diſt. curan-
dum.& §.præmiſsis.Itē hoc vr̃ dicere lex ſatis expreſſe dicens
14 quod non †promoueatur quis coniugatus niſi habuerit vxo-
rem ex virginitate ad eum venientem & nō concubinam , vt
in aut. quomodo oporteat epi. §. j.& §. neq; aūt ſecundas. &
ſeq: colla.j.50.diſt.qui in aliquo.q.d.ſi ipſam defloraueritt & in
concubinam tenuerit,non propter hoc excuſatur niſi in vir
ginem conſenſit in aut.de ſanctiſ. epi.§.clericos aūt colla.9. ꝓ
hoc.27.q.j.cum initiatur.Et iſta opinio expreſſa approbatr̃ Le-
uitici 21.ſm Hoſt.in c.alleg.ſane.Sed prima ſnīa cōiter appro
batur.Si ſit corrupta ab alio tunc eſt bigamus etiam ſi credant
eam eſſe virginem vt 51.di.qui in aliquo. & no.Io.32.diſt.ne-
mo.nam in tali caſu nec error nec violentia excuſat 32.q.5.ille
autem idem tenet Ray.in ſumma.eo.ti.§.item. quid ſi credit
aliquis & Hoſt.in ſumma e.tit. §.pen.ver.7,quæritur.& Abb.
hic.& ſ.e.debitum.& Tho.in ſcriptis.& ēt Pe.& Archid.ſ.de
cle.coniug.c.vnico.li.6.& 17.q.j.§.ſi ergo.in fi.magnæ glo.ſuę.
& Goſ.in ſumma eo.tit.§.item pone.& Hu.& Lauren. in c.al
alle.ſi cuius his viſis circa iſtam materiā pōt quæri,quæ eſt rō,
15 †quare ad perfectionē ſacramenti non ita requiritur virgini-
tas in viro,ſicut in muliere? quia vir corruptus contrahens cū
virgine & eam cognoſcens carnaliter non propter hoc eſt bi-
gamus:ſed vir contrahens cum corrupta & eam cognoſcens,
ex hoc bigamus efficitur.Reſpōdeo ſm beatum Tho. in ſcri
ptis ſuper 4.ſententia.diſt.27.& recitat frater Io.in ſum. con-
feſsionum.e.tit.q.4.quia defectus in ipſo ſacramento cauſat,
irregularitatē:corruptio aūt extra matrimonium contingens
.ſ.quæ præceſsit matrimonium nullum defectū facit in ſacra-
mento.ſ.ex parte illius in quo eſt corruptio.ſed bene facit de-
fectum ex parte alterius:quia actus contrahentis matrimoniū
non cadit ſuper ſeipſum,ſed ſuper alterum.Et ideo ſpecifica-
tur. quia ineſt reſpectu illius actus quaſi materia ſacramēti.vn
de ſi mulier eſſet ordinis ſuſceptiua,ſicut vir efficitur irregu-
laris,ex hoc,quod ducit corruptam:non autem ex hoc, quod
corruptus contrahit,ita fieret mulier irregularis ſi contrahe-
ret cum corrupto non autem ſi cū contraheret, corrupta fuiſ
ſet.hæc beatus Tho.cum quo concordat Ry.& Aſtenſis.li. 6.
tit.de monogamo.q.Sed quare magis.Alias rōnes aſsignat gl.
ſ.eo.debitum.Sed opinio Hug.ibi quod vir ſignificat eccleſia
ꝗ ſæpe adulterata eſt recedendo in aliqua ſui parte a fide Chri
ſti, & quod vxor ſignificat Chriſtum qui ſemper virgo fuit&
nunquam eccleſiam dimiſit eſt expreſſe contra Apoſtolū, ad
Ephe.5.vbi dicit. Viri diligite vxores veſtras , ſicut Chriſtus
eccleſiam.Ex quo apparet.quod vxor ſignificat eccleſiā & ſpō
ſus Chriſtum. Item vir eſt caput mulieris ſicut Chriſtus eſt ca
put eccleſiæ. vt 34. quæſtione. 5.cum caput.
¶ Si quæris vtrum cognoſcens vxorē ſuam adulterā, ſit biga-
mus,refert.Aut eam cognoſcit voluntarie non ad præceptū,
16 eccleſiæ,aut eā cognoſcit ad præceptū eccleſiæ.Si primo †mo-
do tunc aut cognoſcit eam ſcienter & tunc nulli dubiū ꝙ ſic,
vt 34.diſt.ſi cuius.& c.ſi laici.& hoc no.Ber.hic & Vinc.ſ.ca.
proximo.Aut ignoranter, & tunc idem quia eadem ratio , nā
carnem ſuā in plures diuiſiſſe vr̃,ſeu fingitur ſm Pet. de Sāp.
& Abb.& Io.And.hic idem Ray.in ſumma eo.ti.§.item pone
aliquis.& Goſ.in ſumma eo.ti.§.item pone.& Ho. in ſumma
eo.tit.§.quot ſunt ſpecies.ver. 5.& Thom.in ſcripeis.& Pet.&
Hug. & Laur. & Arch.34.di.ſi cuius.& 17.q.4.§.ſi ergo.in ma
gna glo.circa fi.& G.de Montelau.extra.de ſent.exc.c.cum eo
17 in clem.licet Ber.hic innuat contra.Et hoc credo †verum in-
diſtincte.ſ.ꝙ ſit bigamus quantū ad hoc vt non poſsit promo
ueri,ar.c.alleg.ſi cuius vxorem.& c.ſeq.Sed quantum ad reten
tionem priuilegij clericalis,& ſpecialiter illius canonis ſi quis
ſuadente poſſent aliqui dicere,ꝙ talis ignorans ñ eſt bigamus.
arg.no.per Archi.in alle.c.ſi cuius in glo.dic ꝙ iſte,vbi dicit ꝙ
licet nō poſsit promoueri tñ pōt vti miniſterio ante ſuſcepto
& legitime adepto. Si tñ pōt eum legitime de adulterio cōuin
cere.Quæ opinio ſi vera eſſet cucurbitis non obeſſet: contra,
18 quam fecit.c.allegatum.ſ.e.ti.li.6.Si ſecundo †modo.ſ.qñ hoc
facit ad præceptum eccleſiæ,hoc eſt,de mandato iudicis ini-
que præcipientis vel ēt iuſte quia forte ſibi non cōſtat de adul
terio tunc Io.34.diſt.ſi cuius vr̃ ſentire,ꝙ non ſit bigamus:&
ꝙ non præiudicat ſibi,quin poſsit promoueri:quia tunc po-
tius vr̃ cognoſci ab vxore,quam cognoſcere ipſam.vt 32.qō.
5.ita ne.& idem credit Inno.ſ.de ſen.exc.c.inquiſitioni. in gl.
qñ ſine peccato in fi.Et dicit hoc eſſe verum niſi factum eſſet
adeo notorium,ꝙ non poſſet inficiari:tunc.n. maritus vxorē
ſuam,ſua authoritate dimittere poteſt.arg.ſ.de diuor.c.ſigni-
ficaſti.Sed Ray.tenet contrarium in §. alle.Item pone.& Bart.
Brixien.in q.dominicali.quæ incipit.Quidam contraxit cum
virgine & ipſe idem & Io.de Fa. & Hug.in c.allega.ſi cuius. &
Hoſt.in ſumma eo.tit.§.quare bigamus ſub.§.fi.verſi.9.& ſ.de
conuer.coniuga.c.vlti.de adulte.in c.vlti.& in d.c.inquiſitioni
dicentes ꝙ talis non poterit promoueri:quia irregularitas ſo-
lo facto contrahitur,& abſq; peccato & abſq; volūtate: 51.di.
qui in aliquo.Nec hoc caſu excuſat error vel violētia. 32.q.5:
illa aūt lex promotionis factum requirit non voluntatem.5.q.
j.§.fi.Et iſta opinio vr̃ eſſe tutior,per ea quæ no.Ho.in ver.al-
le.9.& Arch.in c.alle.ſi cuius in gl.fi.& vide quod dicā in d.ca.
vlti.di.j.de adulte.& ibi latius patere pōt diligenter intuenti.
¶ Si quæris nunquid bigamus ſaltem diſpenſatiue poſsit pro-
moueri, & per quem cum ipſo poſsit diſpēſari,diſtingue, aut
quæris de Papa,aut de epiſcopo.Si de Papa,tunc,aut quæris nū
19 quid †Papa poſsit diſpenſare cum bigamo iā promoto ad mi-
nores ſuper executione vel vt promoueatur ad minores ordi
nes vſq; ad ſubdiaconatū & dic quod ſic & ſatis congruit ſuæ
ptāti hoc facere ſi velit.32.di.lector ſm Inno.& Hoſt.Aut q̃ris
nunquid poſsit diſpenſare cum promoto, vel promouēdo,ad
ſacros:& tunc aut quæris nunquid poſsit diſpenſare cū iam ꝓ
moto ſuper executione ordinū ſuſceptorū aut cum promouē
20 do ſuper receptione ordinum.Si †cum iam promoto dic quod
ſic vt 50.di.c.quicunq; pœnitens vbi hoc no.Hug. & Archid.
poſt eum,quod Papa poſſet diſpenſare cum bigamo ſi inue-
niatur factus epſ presbyter,vel diaconus, ꝗuis hoc facere non
deberet,vt ad illum ordinē promoueretur : quia multa impe-
diunt contrahenda,quæ non dirimunt iam contracta ſ. de iu-
reiur.c.quemadmodū.& Lucius Papa diſpenſauit cū Panor-
21 mitano †Archiepō,qui erat bigamus,quod veriſimiliter, non
feciſſet niſi hoc facere potuiſſet.ar.ſ.de offi.dele.ex parte.2.&
ſ.de reſcriptis.c.fi.in fi.li.6.alias illi archiepō laqueū inieciſſet
quod facere non debuiſſet.27.q.j.c.de viduis & hoc pōt ꝓba-
ri per rationē ſic.Nā talis ſi ordinatur recipit characterē ſecū-
dū Inn.hic quod patet ex eo,quod oīs baptizatus eſt potens,
ex charactere baptiſmali ad receptionē oīum ſacramentorū,
cum ſit ianua ſacramentorum. 30 diſt.§.verum in fi. ergo Pa-
pa ſuper executione ordinū receptorum poterit cū eo diſpen
ſare qui defectus ſacramenti non obſtat vſui ſacramenti ordi-
22 nis niſi inquantum obſtat ſuſceptio ordinis.Et ideo †cū per di
ſpenſationē aboletur delictū cōmiſſum in ſuſceptiōe ordinis,
in ordinata pōt ordinatus licite exercere act. quos prius exer-
cere potuit quāuis illicite ex vi characteris ordinis . Et eandē
opi.recitat Hoſt.hic.Si quæris nunquid poſsit diſpenſare cum
promouendo:tunc aut quæris de ptāte abſoluta ſeu de plenitu
dine ptātis:& dic quod ſic ſm Goff. Io. Tan.Ho.& Abb.& Io.
And.hic.Nam ſm Goff.hic non eſt contra Apoſtolū ſi cū bi-
gamo diſpenſetur:quia Apoſtolus non prohibuit diſpenſari,ꝗ
uis prohibuit bigamū ordinari.Nā Apoſtolus prohibuit cri-
minoſum ordinari.25.di.§.nunc aūt,& tñ eps diſpenſat cū ta-
li criminoſo ab adulterio citra.vt ſ.de iudi.at ſi clerici.Nec hoc
eſt contra Apoſtolum,ſed præter.Item Apoſtolus prohibuit
ordinari percuſſorem & tñ diſpenſatur cū eo.de hoc de homi
cidio.c.ſicut dignū.de cle.percuſ.c.penul.& vlt. ſm Ho.& Io.
And.hic Papam poſſe diſpenſare cum bigamo non obſtante ꝓ
hibitione Pauli quia Papa maior eſt Paulo in adminiſtratione,
vt 20.diſt.§.j.& 22.diſt.c.ſacramēta.Papa.n.eſt loco Petri, qui
maior fuit Paulo ſm Gof. hic & in ſumma.eod.tit.§. fi. idem
Archi.34.di.ſi ſubdiaconus.ſed nec ligatur conſtitutione Pe-
tri cū ſit ei par.ſ.de elec.innotuit.§.quāuis ſm Io.An.Vnde&
beatus

beatus Tho.ſuper 4.ſententiarum.diſt.27.q.vlt.dicit quod bi
23 gamiæ non †eſt adiuncta irregularitas de iure naturali ſed de iu
re poſitiuo,nec eſt de eſſentialibus ordinis q aliquis non ſit bi
gamus:quod patet ex hoc quia ſi aliquis ordinetur recipit cha-
racterem.50.di.quicunq; & ideo Papa poteſt diſpenſare in ta-
li charactere totaliter.idem notat Archi.24.diſt.lector. & Io.
And.hic.& Aſtenſis.lib.6.tit.de monogamo.q.vtrum cum bi
gamis.idem Abbas hic dicens,q interdicta eſt ordinatio biga
mi ab hoīe non a Deo.vnde non aſtringitur Papa propter illā
prohibitionem cum eius ptās non ſit ab hoīe.ſed a Deo. j̈.de
24 elec.c.ſignificaſti.de iudi.nouit.Aut quæris de ptāte ordinata,
congrua:& decenti,& tunc aut quæris vtrum Papa †poſsit di-
ſpenſare ſuper illis ordinibus& quo ad alios ordines,qui autho
ritate CHRISTI & Apoſtolorum ſacri fuerunt & ſunt q ſūt
diaconatus & ſacerdotiū vt legitur & notatur.s̈.de ęta. & qua.
c.a multis & dic quod non quia & Chriſtus non venit ſoluere
legem ſed adimplere. Math.5.Sic & Papa facere debet legem
Chriſti & Apoſtolorum non ſoluere,ſed adimplere.quia om-
nis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio.2.q.j. Deus omnipotens
& 56.diſt.dn̄s noſter.in fi.Simile.j̈.de ſtatu.mona.cum ad mo
naſterium in fi.32.q.5.ſi Paulus. 50.diſt.miror.dic ergo quod
Papa nō pōt in hoc caſu diſpenſare de ptāte ordinata: nec hoc
facere conſueuit ſm̄ Hoſt.idem Io.And.dicens conſulerē Pa-
25 pæ, quod non diſpenſaret cum bigamo vel monacho ſed poſt
factum dicerem tu bene feciſti.Aut vtrum †poſsit diſpenſare,
ſuper illo ordine,ſeu quantum ad illum ordinem ,qui tm̄ de iu
re poſitiuo eſt ſacer,vt ordo ſubdiaconatus vt in c.allega.a mul
tis.ver. verum cum hodie. & s̈.de ſeruis non ordi. c.miramur
& tunc dic quod ſic vt in c.alle.lector.34.diſt.& hoc tenent In
no.& Hoſt.hic.licet Specu.tit.de legato.§.nunc breuiter. ver.
s.contra Apoſtolum dicat indiſtincte, quod non poſsit diſpen
ſare cum bigamo vt fiat diaconus ſacerdos,vel eps & male, vt
credo loquendo de plenitudine ptātis vt eſt dictum. Si quæris
de ep̄o:tunc aut quæris nunquid eps poſsit diſpenſare quo ad
ſacros ordines & dic quod non vt hic & j̈.eo.nuper.& 50.diſt.
ſi quis viduam.aut quo ad minores,& dic q poteſt diſpenſare
propter neceſsitatem.vt 34.diſti.ſi ſubdiaconus.& c.lector.&
50.diſt.placuit in principio.ſm̄ Ray.in ſumma huius tit.§.itē
26 nunquid bigamus diſpenſatiue & Hoſt.in ſumma huius tit.§.
fi.in fi.& Arch.in c.alleg.lector.ſed Io.And.hic†non credit epi
ſcopum poſſe etiam in minoribus cum bigamo diſpenſare p
decre.vnam.j̈.eo.li.6.& ibi idem tenet Fran. Vercell.quorum
opinio pōt eſſe vera in clericis, qui per bigamiam perdiderunt
ſtatum ſeu priuilegium clericale quod habebant cum per hoc
ipſum ſpreuerint & contempſerint & ei renunciauerint.quare
ipſum per diſpenſationem epi recuperare non poſſunt. p pri-
mo.7.q.j.ſi quis eps.& s̈.de tranſla.quanto.pro ſecundo.7. q.j.
c.quam periculoſum cum concor.alle.ibi ſed prior opinio vr
vera in laicis bigamiam contrahentibus qui nondum habent,
ſtatum vel priuilegium clericale & per conſequens nec ipſum
contemnunt nec ei renuntiant cum ſit futurum per no. C. de
pac.l.j.ff. de regu. iuris.l.quod quis cum & in Spec. de renunt.
& conclu.in prin.ver.quid ſi quis renuntiat.& ita credo de iure
dicendum.licet Albertus in ſcriptis ſuper quarto ſententiarū.
diſt.27.q.vlt.dicat ſic cum bigamo poterit diſpenſari ad mino
res ordines,ſi neceſſe fuerit,hoc eſt,vſq; ad ſubdiaconatum &
quod miniſtret in ſuſceptis:& †ſic intelligitur illud decretum.
27 34.diſt.lector. vel bigamus intrat religionem, propter fauorē
religionis & laudem conuerſationis & diſcurſum vitandum,
poteſt etiam eps diſpenſare ad maiores ſuſcipiendos. & in tali
caſu loquuntur duę decretales. j̈.qui cle.vel vo.c.j. & 2. Si autē
in ſeculo maneat ad maiores ordines ſuſcipiendos non pōt di
ſpenſare niſi ſolus Papa.hæc Albertus.Sed ego intelligo quod il
læ duæ decre.loquantur in virgine non in vidua, vel corrupta.
quia tunc ſecus vt j̈.c.fin.pe. vero, vbi ſupra dicit ſimpliciter,
quod Papa poteſt diſpenſare cum bigamo licet aliqui contra-
dicant in ordinibus , qui erant ſacri tempore Apoſtolorum.
Quod prædixi , ſecurius eſt.

1 *Veritatem & opinionem quando ſequitur Deus.*
2 *Mulier nubens, vero mortuo, quando adultera.*
3 *Opinio in foro veritati præferenda:*
4 *Veritas in ſpiritualibus potior , quatenus verum.5.*
6 *Errorem communem veritati præferri*
7 *Veritas in odioſis opinione potior.*
8 *Opinioni in excommunicatione veritatem præferri.*
9 *Legislatoris opinio veritati præferenda.*
10 *Opinio Papæ pro veritate tenenda.*
11 *Reſcribentis opinio veritate potior.*
12 *Opinionem priuati præferri veritati.*
13 *Opinioni doctorum, & viciniæ ſtandum.& 14.fallit 15.*
15 *Stipulationis veritas,non opinio ſequenda.fallit 17.*
18 *Contractus diſſenſu irritus.*
19 *Errore ſubſtantiæ contractum vitiari.*
20 *Qualitatis errorem veritati non obeſſe.*
21 *Baptiſmum errore patrini non irritari.*
22 *Errans quando obligetur.*
23 *Bigamiam errore induci.*
24 *Opinio in delictis an veritate potior & 25.*
26 *Opinio,non,niſi probabilis, veritate potior.*
27 *Veritas in teſtamentis præualet.*

NVper. Si quæris vtrum opinio præferatur ve
1 ritati vel econtra,diſtingue †aut q̄ris,
quantum ad eccleſiam triumphantem.i. Deū qui
reſpicit ad cor ſeu intētionem.22.q.5.c.j.& c. qui
periurare & per totum. 15.q.j.c.fi.& q.6.c.j.54.q.
5.ſi quid.32 q.5.propoſito.Et tunc licet quo ad ſe & in ſe ſem
per præferat & ſequatur veritatem cū & ipſe ſit veritas.Io. 14
c.Ego ſum via,veritas,& vita,ad Hebræos.7.c.& 7.q.j. omnis
qui.& 11.q.3.extimant.quæ nec fallit nec fallitur.vt j̈. de ſent.
excom.a nobis.2.in princip. Tñ reſpectu opinantium,& vt ſe
cundum ſuam opinionem iudicentur opinio præfertur veri-
tati.Vnde Paulus perſecutor veniam , & miſericordiam me-
ruit,quia ignorans fecit.j.ad Thimo.j.c.2.& 8.diſt.c onſuetu-
2 do.Et ideo† ſi mulier credens virum ſuum adhuc viuere , cū
ſit mortuus contrahat matrimonium cum ſecundo. matrimo
nium quidem tenet,ipſa tñ eſt adultera reatu quo ad Deum.vt
no.glo.Io.de Fantu.& Archid.34. q.2.in ſumma.Item qui co-
gnoſcit coniugatam ignoranter non committit adulterium:
vt no.glo.ea.cauſa.& q.in lectum.quod tñ intellige,vt dicam. j̈.
de ſent.excom.cum voluntate.diſt.j.in fi.ver.item faciunt ad
idem facit quod no.Ber.j̈.de Iudæis.c.in nonnullis. ſuper ver
bo errorum.& Hoſt.poſt eum.& quod no.Spe.ti.de ſtatu mo
na.ver.40.quæritur de illo qui profeſſus eſt religionem appro
batam in manibus baratatorum,qui non erant illius religionis
& illud generale qui facit contra conſcientiam ędificat ad ge-
3 hennam.28.q.j.§.ex ijs.j̈.de reſtit.ſpol.literas.& de præſcript.
c.fi.cum concor.& vide quod dicā in d.c.cum voluntate. diſt.
j. Aut quæris† quantum ad eccleſiam militantem, ſeu in foro
iudiciali.& tunc aut quæris de opinione vallata præſumptione
iuris, & de iure ſeu fictione:& illa præfertur veritati. vt C. de
rei vxo.act.l.vnica. 50.diſt.c.ferrum.j̈.de ſpon.is qui fidem cū
ibi notatis. vt not.Gen.in extrauag.Io.22.quæ incipit ad con-
ditorem.& G.de Montelau. extra de elect.c. quod circa gloſ.
vlti.in cle.aut de alia & tunc licet G.j̈.de vot.c.vnico. ſup ver
bo ſuſceptionem li.6.& Io.And.ibi ſuper verbo approbatis,in
nouella dicant q in ſpūalib. ſemper veritas præfertur opinio-
4 ni etiam communi dicentes etiam †q ſi quis recepit ſacrū or
nem ab illo quem credebat verum ep̄m,ſed non erat, ſi poſtea
contrahat matrimonium,bene tenet cum a tali ſm̄ veritatem
nil recepit ad quod facit quod legitur & no.35.q.9.§.ijs & ita.
terminauit Bar.Brixien.in q.dominicali, quæ incipit, quidam
ordinatus dicit etiam ibi Io. And.& de reg.iur.non præſtat in
nouella.q ſi quis profitetur religionem non approbatā,etiam
quam credebat approbatam ſi poſtea contrahat tenet. mona-
5 ſterium.Ego tñ non audeo dicere † q ſemper in ſpiritualibus
veritas præferatur:ſed credo ſic dicendum aut quæris de opi-
nione publica.& communi,aut de priuata.Si de publica & cōi
tunc refert aut hmōi cōis opinio eſt de lōge præteritis,& quæ
non poſſunt probari per teſtes de viſu.aut eſt de præſentibus,
vel de proximo præteritis , quæ de ſui natura faciliter poſſunt
probari per teſtes de viſu. Si primo modo , tunc talis opinio
præfertur veritati.Nam indubitatū reputari debet illud, quod
omnes hoīes cōiter ſine contradictione opinati ſunt tanto tē
pore cuius non extet memoria.ff.de proba.l.ſi arbiter.ff.de a-
qua plu.arcen.l.j.fin.& l.in ſumma.§.idem Labeo. 1. & 2.ff. de
ſeruitu.l.ſeruitutes. ff.de iti.actuque.priua.l.apparet. §.j.ff. de
aqua quotidia.& ęſti.l.hoc iure.§.ductus aquæ.j̈. de verbo. ſi-
gnifi. quid per nouale. & c.ſuper quibuſdam.& c. veniens vbi
hoc notat Inno.in fi.glo.ſuæ pro hoc.j̈.de præſcrip. ca. vnico.
lib.6.cum ibi alle.nec mirum;quia hic veritas comparari non
poteſt.8.diſt.veritate manifeſta a contrario ſenſu. pro hoc no
ta per Hoſt.de facto antiquo& recenti.j̈.de præſump.illud.de
ſimo.licet Heli.& per Card.de ſen.exc.ſi iudex laicus. lib. 6.Si
ſecundo mō tunc aut de tali veritate nō apparet:&tunc opinio
eiſdem

eiſdem præfertur.vt in ca.allega. veritate manifeſta &c.ergo a
contrario ea non manifeſta ſecus.pro hoc.j.de ſent. exc. cum
deſideres.§.ſecundæ vero quæſtioni. nec eſt mirum quia regu
lariter idem eſt de eo quod non eſt & de eo quod non apparet
ff.de contrah.emp.l.in lege.& l.Rutilia Polla. Aut de veritate
apparet,& tunc aut quæris de ijs,quæ ſunt acta , ſeu geſta ſm
opinionem communem ante veritatem apertam,aut poſt. Si
ante tunc aut opinionem ſequi eſt tutins animæ & tunc ſequi
debet.vt j.de ſpon.iuuenis.de presby.non bap. miniſt. c.2. &
3. & ſ. de elec.dudum.2.ver. in ſine quoq; cum ibi nota. ſuper
verbo deceptæ.per Ber.Aut non eſt tutius animæ & tunc aut
niſi ſequeremur opinionem publica vtilitas læderetur,aut nõ.
Si ſic,tunc ſequi debet,& præfertur veritati.vt ff.de offi.pręt.
l. Barbarius.& 3.q.7.§.tria.& C.de teſta.l.j.C.de ſent.& inter-
lo.omnium iudicum.l.2.ff.de ſupel.lega.l.3.& inſti.de teſta.§.
teſtes.per quæ iura no.Dy. j.de reg.iur.c.j.in q.7.li.6. q ſi cre
6 debatur †communiter inſtituentem alium in beneficio ius in
ſtituendi hře,cum in veritate non hřret comperto errore nõ
tñ inſtitutio vitiabitur propter errorem cõem qui pro verita
te hř.licet Accur. videatur aliter innuere.ff.de iureiur. l. iuſiu
randum quod ex conuentione.§.1.glo.ſic ergo.Sed illud dictũ
Din.vſ contra caſum decre.conſultationis j.de iure patro. vbi
credulitas ſine poſſeſſione nõ muat ſm Io.And.ibi nouella. Si
non,tunc aut præferre opinionem veritati eſt fauorabile , &
contrarium eſſet odioſum:& tunc præfertur veritati. vt ff.ad
Mace.l.3.& j.qui filij ſint legiti.c.cum inter.aut odioſum eſſet
vel ſaltem non eſſet fauorabile opinionem veritati præfer-
7 re.& tunc non præfertur veritati.ſed potius †veritas ſibi præ-
fertur.pro hoc facit optime.ff.qñ actio de pecu.eſt anna.l.quæ
ſitum. & j.de clande.deſpon.c.a.§.verum.vbi opinio eccleſiæ
præfertur veritati matrimonij etiam quo ad liberos in clande
ſtinitate natos quin probata veritate legitimi cenſeantur.&qđ
no.Hoſt. & Io.And.poſt eum.j.qui filij ſint legi.per tuas dicẽ
tes quod qñ veritas facit pro legitimatione præfertur opinio-
ni vt ibi.qñ vero opinio facit pro ea præfertur veritati vt eo.
titu.ex tenore. Et hoc caſu intellige verum dictum. G.& Io.
And.in d c.vnico.j.de vot.lib.6. Item hoc facit quod legitur,
& no.j.de excep.cum venerabilis.§.fi.vlt.per Ber.& Hoſti. ad
idem facit id quod no.Inno.j.de ap.dilectis.in fi.& Archi. 11.
q.3.ſi quis epſ damnatur glo.ſua pen.vbi dicunt quod ſi in præ
latum aliquis eligatur,qui creditur excõicatus cum non ſit. &
ita per ſententiam declaretur tunc electio tenet nec eligentes
peccant per illud.c.ad idem quo no. Vincen.j.de offi.deleg.ſi
gnificantibus.& Roſfre.eo.titu .cum in iure:vbi dicũt quod in
8 †ſententia excommunicationis plus conſideratur veritas,quã
opinio.vt ſi deferatur ab eo qui non hét iuriſdictionem licet,
quo ad opinionem habeatur pro iudice: non tñ valet ſenten-
tia.& hoc eſt propter ſpecialitatem excommunicationis.quã
ſententiam etiam tenent Egi.& Arch.11.q.3.c.j. ſuper verbo
timenda eſt.Contra quod tñ vř facere quod no.24.q.j.in ſum
ma in fi.& per Inn.j.de ſent.excom.ſi vere glo.2.ad fi.ver.itẽ
dum toleratur.Fallit qñq; in odium (delinquentium ſeu) deci
pientiũ. vt & hic.ff.ad Mace.l.3.quia deceptis & non decipien
tibus.&c.j.de ret.permu.ca.cum vniuerſorum.Aut quæris de
ijs,quæ ſunt acta ſeu geſta poſt veritatem compertam,& tunc
ſemper veritas præfertur opinioni.vt 8.diſt.c.veritate. & c.cõ-
ſuetudo.& 2.Eſdr.3.c.vbi dř manet veritas & inualeſcit in æ-
ternum & viuit.& obtinebit in ſecula ſeculorum.& j.qui filij
ſint legi.cum inter a contrario.vbi habes q filij concepti inter
virum & vxorem ante ſeparationem factam per eccleſiã ſint,
legi.ergo a contrario concepti poſt ſunt illegitimi.Si quęris de
opinione priuata tunc refert aut quæris de opinione princi-
pis puta Papæ vel Imperatoris:aut de opinione priuati ſeu pau
corum priuatorum.Si primo modo tunc aut Papa vel Impera
tor loquitur vel facit aliquid vt doctor vel vt magiſter , vel vt
alia priuata perſona.Aut loquitur vel facit vt cõditor legis, vel
canonis.aut loquitur vel facit vt iudex cãm diffiniens & deci-
dẽs.aut loquitur vel facit aliquid in reſcripto ſuo, ſi primo mõ
9 do † tunc ſua opinio non præfertur veritati.j.de reſti.ſpo.lite
ras.§.nos autem & 2.q.7.ca.nos ſi incompetenter. Si ſecundo
10 modo,tunc ſua opinio pro veritate eſt †tenenda.ſ.Papæ in ſpi
ritualibus & alijs quæ ſpectant ad forum ſuum:dummodo nõ
ſtatuta contra legem diuinam vel contra fidem vel contra ge-
neralem ſtatum eccleſiæ de conſti.cap.j.& fin.19.diſtin.ſi Ro-
manorum & Imperatoris in temporalibus & alijs ſpectanti-
bus ad forum ſuum.vt C.de legi.l.leges ſacratiſsimę. & l. fi. &
inſti.de iur. na.§.ſed quod principi.Si tertio modo,tunc idem
vt j.de re iudica.in cauſis.& C.de legib.leges ſacratiſsimę.& l.
fi. quod intellige vt ibi no. Et hoc verum, niſi per ipſum Pa-
pam,vel ſucceſſorem ſuum hmõi ſñia vel proceſſus comper-
ta veritate, reuocetur.quia tunc ſecus,vt 35.q.9.c.ſnĩam. & c.
veniam.j.de reſti.in inte.c.tum ex literis.§.nos igitur.ver.præ
11 ſertim,& ver ſeq.Si quarto modo tunc aut narrat †in reſcripto
ſuo de facto ſuo proprio,ſuper quo eius intentio fundatur,&
tunc tali opinioni ſeu narrationi omnino ſtatur etiã contra ve-
ritatem,vt extra de proba.c.vnico in cle.alias non vt ibi nota.
Io. And.in glo.quid ſi talia &c.Si quæris de opinione priuati,
12 ſiue priuatorum †paucorum tunc aut eſt talis res, vel actus, q
principaliter ex animo & voluntate ſeu opinione dependet,
& capit effectum & ſm eam regulatur ſicut eſt aditio hæredi
tatis,quæ ex animo dependet vt inſti.de hære.quali.& diffe.§.
fin.& tunc opinio ſaltem probabilis veritati præfertur vt ff.de
acqui.hær.l.is qui putat,idem in iniuria quæ ex animo & opi-
nione iniuriantis procedit:quia iniuria ſine animo iniuriandi
non committitur.vt ff.de iniurijs.l.illud.in principio & §.fin.
& l.item apud Labeonem. §.ſi quis virgines.& §.interdum,&
l.eum qui nocentem.§.fin.idem in percutiente clericum igno
rans probabiliter eum eſſe clericum,vt j.de ſent.excom.cap.ſi
vero.2.& dic vt ibi.aut eſt talis actus qui non dependet prin-
cipaliter ex animo,ſeu ex opinione & tunc refert: quia aut o-
pinans peccaret niſi ſuam opinionem ſequeretur, quod eſt qñ
non põt eam deponere & tunc tenetur eam ſequi,& eam veri
tati præferre quod dic vt legitur & no.j.de reſtitu.ſpol.literas
13 §. porro,& de ſimo.ca.per tuas.2.Aut non †peccaret ſi eam nõ
ſequeretur & tunc aut non apparet de veritate,& tunc aut lo-
quimur de opinione doctorum circa ius opinantium , & tali
in dubio ſtatur prout legitur & notatur j.de reſti.ſpol. c.lite-
14 ras.de deci.c.j.& eod.ti.c.j.in cle.Aut loquimur † de opinione
viciniæ,ſiue famę.& tunc aut in caſu vbi immineret pericu-
lum animæ ſi ei non ſtaretur & tunc ei ſtatur.vt j.de ſenten.ex
com.cum deſideres.§.ſecundæ vero qõni de præſump. tertio
de conſang.& affi.ſuper eo.Aut non imminet periculum ani-
mæ,ſi ei non ſtaretur & tunc non ſtatur ei,niſi alia ſupereſſent
adminicula quia ſola fama regulariter non probat j.de eo qui
cogno.conſang.vxoris ſuæ.ſuper eo ſicut nec ſuſpicio 2.qu.1.
nomẽ,ſed cũ alijs adminiculis bene probat j.de prob.ſicut no
bis.& notat Specu. rubrica de teſte.§.teſtat.& de notorijs cri-
mi.§.fama. Aut de opinione alterius priuati. & talis non præ-
fertur veritati vt ff.de teſta.l.duo ſunt Titij,aut apparet de ve
ritate & tunc regulariter præfertur opinioni,vt no. Tanc.hic,
& Archi.in c.allega.veritate.Et ita potes intelligere quod no-
tat Accur.in d.l.iuſiurandum quod ex conuentione.§.j.,p quo
facit ff.de eo qui pro tu.nego.geſt.l.ſi is,qui ff. de rebus eorũ,
l.qui neque & ff.de acquir.hær.l.cum quidam §.quod dicitur,
2.reſponſo.Circa hoc tñ ſic diſtinguo, quia aut loquimur, de
opinione deuiante a veritate iuris,aut de opinione deuiante a
veritate facti.Si de opinione deuiante a veritate iuris : vt puta
de opinione doctorum,ſeu magiſtrorum de iure contra veri-
tatem opinantium,aut de opinione contrahentium, vel quaſi
aut de opinione delinquentium vel quaſi aut de opinione vſu-
capientium ſiue præſcribentium:aut de opinione teſtantium,
aut de opinione aliorum quorumcunque a veritate iuris de-
15 uiantium,& tunc †regulariter præfertur veritas opinioni, dę
opinione magiſtrorum patet ff.de ijs, qui ſunt ſui vel alieni iu
ris l.filium,verſi.ſed mihi videtur & ff.de arbit.l.diem & ff.de
condict.ob cauſam l.3.§.ſi ſeruus ff.de ſundo inſtructo l.quæ-
ſitum.in prin.C de nec.ſeruis hæredi.inſtitu.l.quidam, C.de li
beris præteritis vel exhæreda.l.vltima ſ. de reſcriptis ſuper li-
teris & j.de reſtit.ſpol.c.literas & in toto corpore iuris ciuilis
& canonici.Et vide quod no.G.de Montelau.extra de electio
ne, c.ne Romani glo.2.in cle.& quod dicam j. de decimis c.1.
De opinione aliorum quam magiſtrorum patet,ff.de iuris, &
facti igno.l.regula §.quæ ignorauit ff.pro empt.l.2.§. ſi a pupil
lo 2.reſponſo.Si de opinione deuiante a veritate facti,tunc aut
quæris de opinione contrahentium,vel quaſi aut de vſucapiẽ
tium vel præſcribentium opinione,aut de opinione teſtantiũ
aut de opinione aliorum,quorumcunq;.Si primo modo,tunc
aut quæris vtrum opinio præfertur veritati reſpectu aduerſa-
rij doloſi,aut reſpectu tertij non doloſi. Si reſpectu aduerſarij
doloſi,tunc aut quæris de contractibus ex vna parte tm obli-
gatorijs vt ſtipulatione,& ſimilibus:aut de contractib. vltro,
citroq; obligatorijs.ſi de contractibus ex vna parte tm obliga
16 torijs.tunc præfertur veritas †opinioni,v.g.Ego ſtipulatus sũ
a te vnam maſſam ſeu petium ęris,quam credebã eſſe auri va-
lebit ſtipulatio eius quod eſt in veritate.Et eſt ratio , quia ma-
gis mihi expedit aliquid hře,quam nihil.ff.de verb.obli.l.ſi id
quod

quod.Si de contractibus vtrobiq; obligatorijs,tunc refert, aut
opinans eſt in bona fide,& aduerſarius ſuus in dolo vel frau-
de:aut econtra opinans in dolo vel eſt aduerſarius in bona fi-
de.aut vterq; in bona fide:aut vterq; in dolo.Si opinans eſt in
bona fide & aduerſarius in dolo vel fraude,tunc aut magis ꝓ-
deſt & placet opinanti,quod præferatur veritas opinioni, &
tunc præferturvt probatur.ff.de pigno.act.l.j.aut ibi magis ex
pedit creditori ꝙ pro debito ſuo habeat aliquid ſibi obligatū,
17 quam ꝙ nihil habeat obligatum quod dic vt ibi in glo. ſtaut e-
contra magis expedit & placet opinanti & nocet aduerſario,
ꝙ ſua opinio præferatur veritati & tunc præfertur.Et ideo ſi
mulier fraudulenter induat veſtem virilem, & ſimulans ſe vi-
rum intercedat pro alio erga creditorem,credentem eam eſſe
virum nō iuuabitur exceptione velleiani ſed reputabitur quo
ad hoc hæc pro viro,& ſic pro tali qualem creditor eā eſſe cre
debat.vt ff.ad Velle.l.2.§.verba.& l.ſi decipiendi.C.ad Velle.l.
ſi fine.in fin.C.de diſtra pigno.l.ſi mulier.ff.de reg.iur.l.mulie
ribus.Idem de minore malitioſe ſe ſimulante,&dicente ſe ma
iorem.ſ.vt reputetur in ſui præiudicium pro maiore & ſic ꝓ
tali qualem contrahens cum eo ipſum eſſe opinabatur. C. ſi
minor ſe maio.dixe.l.2.& 3.Item ſi dn̄s rei quæ obligabatur p
alium ipſo præſente diſsimulet fraudulenter eam non eſſe ſuā
ſed illius eam obligantis & ſi creditor cui obligabatur credebat
eam nō eſſe ſuam,ſed debitoris: tenebit obligatio. attenta opi
nione creditoris & ſic ſua opinio præfertur veritati. vt C. ſi
res alie.pi.data ſit.l.2.&ita in iſto membro.ſ.qn̄ opinans eſt in
bona fide & aduerſarius in dolo vel in fraude præfertur illud,
quod placet,& expedit opināti & nocet aduerſario. & hoc cla
re probatur ꝫ.de eo qui duxit in mat.q̄ polluit per adult.c.j.v-
bi eſt caſus pro vtroq; membro.Si opinans eſt in dolo & ad-
uerſarius in bona fide tunc præfertur ueritas opinioni. v.g.
doloſe manumitto ſeruum meum, quem credo alienum va-
let manumiſsio.ff.de manu.vindi.l.ſi pater.§quoties. in prin.
C.plus valere quod agitur per totum.& ꝫ.de ſponſ.ca. tua. ſm̄
intellectum Hoſt.ibi.Si vterq; eſt in bona fide, tunc aut quæ-
ris de contractibus temporalibus:aut de ſpiritualibus.ſi de tē
poralibus tunc refert:quia quidam eſt error ſubſtantialis,ideſt
diſſenſus quidam error rei vel corporis.quidam nominis qui-
dam ſubſtantiæ rei vel materiæ quidam ſexus, quidam qualita
18 tis.Si eſt error ſubſtantialis.i.diſſenſus † v.g. Ego puto emere
tu putas donare tunc non valet quod agitur.ff.ſi cer.pet.l.ego.
Similiter ſi putem emere pro decem, & tu putas vendere ꝓ
15.non valet.ff.locati & cōducti.l.ſi tibi decem.ſi eſt error rei
vel corporis vt quia puto emere fundum Titianū & emo ſeia
num non valet.ff.de contrahen.empt.l.in venditionibus. Vel
puto emere ſtichum & emo Pamphilū non valet vt ibi in ver.
idem. ſi eſt error nominis valet nihilominus cōtractus. vt ibi
19 in verſi.plane.ſi † eſt error in ſubſtantia rei,vt quia puto, ꝙ id
quod vendis ſit aurum,& eſt æs ſi ambo erramus non valet vē
ditio ſi nihil eſt ibi auri,ſed ſi aliquid eſt ibi auri valet ., vt ff. de
contrahen.emp.& vend.l.quid tn̄.in fi.c.50. in venditionibus
in fi.cum l.ſeq ſi eſt error in ſexu vt ſi putans emere maſculū,
emo fœminam non valet vt ff.de contrahen.emp. & vendi.l.
20 alioquin.in fi. Si eſt error † in qualitate vt puto emere aurum
purum,& eſt deterius quam credebam non nocet error,& p̄-
fertur hoc caſu veritas vt ff.de contrahen.emp.l.alioquin.& l.
aliter,vel bona fide puto manumittere ſeruū alienum, & ma-
numitto meum,valet manumiſsio.Ita pōt intelligi.ff.de ma-
nu.vindic.l.ſi pater.& §.quoties in princ.Si quæris de cōtracti
bus ſpiritualibus,tunc refert, quia aut quæris de illis contra-
ctibus ſpiritualibus,qui principaliter re ipſa contrahuntur ſi-
cut eſt cognatio ſpiritualis quæ contrahitur in baptiſmo etiā
inter abſentes & ignorantes[etiam]inuitos vt pater 30.q.3.&
q.4.per totum.& ꝫ.de cognat.ſpirituali.per totum. Vnde p ſo
lam ſuſceptionem infantis ſuſcipiens fit patrinus vt not. G.ꝫ.
de cogna.ſpiritual.c.1.li.6.non aūt per ſolam reſponſionem ſi
ne reali ſuſceptione.vt no. G.de conſec.diſt.4.non plures. & i
talibus dic, ꝙ ſemper veritas præfertur opinioni ſiue opinio,
21 ſit frauduloſa ſiue,non vt probatur † de illo, qui credens bona
fide ſuſcipere de ſacro fonte filium alienum ſuſcepit propriū,
& de illa,quæ credens & volens doloſe ſuſcipere proprium,ſu
ſcepit alienum.30. cauſa in principio.& q.j.& 4.in prin.idem
in affinitate,quæ carnali copula contrahitur.ꝫ. de conſang. &
affi.ſuper eo.& de eo qui cogno.conſan. vxo. ſue per totum.
34.q.2.in lectum.ita etiam intellige dictum G. & Io. And. in
d c.vnico.ꝫ.de voto & voti redemp.li.6.quia ordo ſacer,& or
do religionis re ipſa principaliter cōtrahuntur.vt patet de pri
mo in ijs,quæ leguntur,& no.ꝫ.de ſumma Trini.& fide C a ij.

c.j.§.vna vero. & ꝫ.de cler.per ſal.promo.c.vno. De ſecūdo pa
tet in ijs quæ le.& no.ꝫ.de regula.porrectū.& per totū ꝓ hoc,
etiam quod no.Io.An.ꝫ.de cle.coniu.c.Ioannes.q.2.dicens, ꝙ
ſi recipiens acolitatum cum recipit credit illum eſſe ſacrū or-
dinem,& per illius receptionem ſe teneri ad continentiā,cō-
trahere non pōt:quia ſimplr̄ vouens eſt ad id obligatus ex ani
mo,ſi tn̄ contraxerit,tenet,licet in animo habuerit vouere,&
ſolennizare votū tn̄ in veritate non ſolennizauit.8.diſt.verita
te.& non votum ſed ſolennitas ſacri ordinis ex conſtitutione
22 eccleſiæ hēt dirimere vt in d.c.vno.Vnde † recipiens ſacrū or-
dinem,licet non credat ad continentiam per hoc teneri, tn̄ ad
id tenetur.ad hoc.ꝫ.de cleri.coniug.cum olim. ſm̄ Io. And.in
c.alle.Ioan.Aut quæris de contractibus ſpiritualibus. qui prin
cipaliter conſenſu.contrahantur,ſicut matrimonium quod ſolo
conſenſu contrahitur 27.q.2.ſufficiat.ꝫ.de ſpon. cum locum.
& tunc aut eſt opinio quæ impedit cōſenſum,puta, ſi eſſet o-
pinio erronea perſonæ vel conditionis illius,cum quo vel qua
volo cōtrahere,& talis præfertur veritati.Aut eſt talis opinio
quæ non impedit conſenſum puta ſi ſit opinio erronea fortu
næ vel qualitatis & talis non præfertur veritati.Iſta duo mem
bra probantur 29.q.j.in principio vbi de hoc. & plenius dicā
de hoc.ꝫ.de coniu.ſeruo.c.1.ad idem quod no.gloſ.34.q. 2.in
ſumma.in fi.dicens quod ſm̄ matrimonium contractum per
mulierem quæ credit virum ſuum adhuc viuere cum ſit mor
tuus tenet & valet & in hoc concordant Io.Fab.& Archidia.
ibi.ad idem.ꝫ. de cle.per ſal.promo.c.vnico. & vide quod ibi,
dicam ad idem quod no.Arch.34.di.cognoſcamus. & ꝫ. eo.c.
vno.li.6.dicens ꝙ ſi habens vxorem legitimam, illa mortua,
contrahit cum ſecunda,ſi non tenet matrimoniū,& ipſe hoc
ignorabat,non incurrit pœnam bigamię propter probabilem,
facti ignorantiam.arg.8.diſt.conſuetudo.ꝫ.de cler.excom.mi.
apoſtolice licet Io.And.hic & in d.c.vno in nouella, contradi
23 cens † etiam ꝙ ſi matrimonium de iure contractum induceret
bigamiam contractum de facto copula ſecuta inducet pœnā,
bigamiæ.Satis.n.eſt ꝙ habuit affectum cōiugij.& iſte affectus
hic attenditur.Vnde ſicut publica honeſtas inducitur ex ma-
trimonio,quod non tenet, dum modo teneat ex conſenſu. ꝫ.
de ſpon.c.vno.li.6.ſic & hic inducitur bigamia ſm̄ eum,Si v-
terq; eſt in dolo ſeu mala fide.tunc compenſatur dolus cū do
lo.vt ff.de dolo.l.ſi duo.de compenſa.ſi ambo & præfertur, &
ita poſſet intelligi.ff.de manu. vindict.l.ſi pater. §. quoties. in
fine.ibi idemq; iuris &c. Si quæris de opinione delinquentiū,
vel quaſi tunc aut quæris de delictis principaliter ex animo &
24 opinione prouenientibus.Aut de delictis † ex facto principa
liter prouenientibus.aut de delictis prouenientibus ex vtro-
que.Si primo modo tunc aut opinans non habebat opinionē,
ſine intentionem delinquendi.& tunc præfertur opinio veri
tati.vt 15. q.j.illud.ver. ſi quis hominem 34.q.2.in lecto.ff. de
iniurijs. l.illud.§.fin.& l.ſi cum ſeruo.& l.eum qui nocentem.
§ pen.primo reſponſo.cum ibi alleg.Fallit in caſu vbi eſſet craſ
ſa & ſupina opinio.arg.ꝫ.de cle.exc.mi.apoſtolice.ꝫ.de conſti.
c.2.lib.6. Aut habebat animum delinquendi, & tunc aut quæ
ris nunquid præferatur opinio delinquentis reſpectu obiecti,
principalis.i.delictum patientis, & dic ꝙ non.Sed econtra ve-
ritas opinioni præfertur. vt ff.de iniurijs l.eum qui.§.ſi iniuria
15.q.1.c.illud.in principio.ver.ſi quis hominem vbi no. Io.ꝙ
ſi aliquis credat ſe ſolutam cognoſcere,& cognoſcat maritatā
non peccat,nec punitur quaſi adulter cum adulterium non cō
mittatur ſine dolo.ff.de adulte.l.penul.ad idem facit.ff.de iniu
rijs.l.item apud Labeonem.§.ſi quis virgines.& iſta fuit ſentē
tia Pilei.vt not.ibi Arch.idem notat Io.in c.alleg. in lectū glo.
1.& dicam plenius de hoc.ꝫ.de ſent.excom cum voluntate.di
j.Aut reſpectu tertii delictum non patientis,& dic ꝙ ſic vt in
25 l.allegata eum qui.§.pen. t.reſpon.Si ſecundo modo † tunc pr̄
fertur veritas.vt ff.ad leg.Aquil.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.2.
reſponſo.ff.de fur.l.de fur.l.vulgaris.§.ſi quis æs ſurripuit.& l.
qui ſaccum.& l.falſus.§.qui alienum.2.reſponſo.ff.de cri.expi-
la.hære.l.vlti.& hic in fi.ibi licet in veritate. &c. Sed fallit hic
quo ad pœnam incurrendam propter rationem, quæ aſsigna-
tur. Fallit etiam.C.de ſeruo corrupto l.ſi quis ſeruo. vbi eſt ſi-
militer ſpecialiter.Si tertio modo vt in percuſſore clerici tunc
aut eſt opinio probabilis,& illa præfertur.vt ꝫ.de ſen. excom.
ſi vero 2. & adde quod ibi dicam pro hoc.ff.de fur. l.inter om
nes.§.recte.Secus ſi erat craſſa & ſupina vt ibi no.&ibi plenius
26 dicam.Si quæris † de opinione pr̄ſcribentium,tunc aut eſt opi
nio facti,aut iuris.Si facti aut probabilis & illa præfertur.vt ff.
de vſuca.pro empto.l.2.§.ſi a pupillo.j.reſponſo.ff.pro legato
& l.pro legato.& ſi ſua ſi improbabilis ſecus vt ibi no.ſi iuris,
tunc

tunc opinio non præfertur veritati, ſed econtra. vt in d. §. ſi a
27 pupillo. 2. reſponſu. & ff. de vſucap. l. nunquam. Si quæris †. de
opinione teſtantis, tunc dic ꝙ illa non præfertur veritati. inſti.
de vulga ſubſti. §. ſi ſeruum alienum. & de leg. §. ſi quis rem vbi
de hoc & maxime qñ opinio eſt contraria voluntati. [alias ve-
ritati] vt ff. de hæredi. inſti. l. fi. Ad quod facit quod no. Barth.
Brixienſis in qõne dominicali quæ incipit. filio cuiuſdam prin-
cipis. Si de opinionibus aliorum tunc aut eſt opinio, quæ cau-
ſat ignorantiam iuris ſui, & illa præfertur in ſui præiudicium.
vt ff. qui mo. vſufr. amit. l. is qui cum ibi allegatis. Aut non cau-
ſat ignorantiam iuris ſui, & tunc veritas præfertur opinioni,
vt in c. veritate hic allegato. Adde tamen quod no. & dicam, j.
de coniug. ſeruo. c. propoſuit.

1 *Pœnitentem occultorum diſpenſatione non egere.*
2 *Pœnitens epiſcopus a Papa diſpenſandus.*
3 *Diſpenſandi quando ab epiſcopo, vel Papa quando ſint clerici.*
4 *C. quia circa ſenſus.*
5 *Fornicatio noxa mortalis eſt.*

QVia circa. Si quæris vtrum ſacerdos, ſeu
alius clericus fornicator, poſt
pœnitentiam diſpenſatione indigeat, vt poſsit
ſuum officium exequi ſicut prius, & quis poſsit
cum eo diſpenſare, diſtingue aut delictum ſuum
1 eſt occultum, aut eſt notorium. Si † occultum tunc ſine diſpen
ſatione aliqua per ſolam pœnitentiam aboletur. vt de temp. or
di. c. fi. & vide quod no. Io. 2. q. 7. c. lator. vbi dicit, ꝙ pro ſim-
plici fornicatione aliquis hodie non deponitur. 82. di. presby
ter. & 44. di. c. fraternitatis. niſi de rigore factum fuit. vt 81. di.
ſi quis presbyter epiſcopus. Si delictum ſuum eſt notorium,
ſeu famoſum tunc aut eſt epiſcopus, vel ſuperior qui in publi-
co ſic delinquit. aut eſt inferior vt ſacerdos vel diaconus, ſeu a
2 lius clericus. Si epiſcopus, † vel ſuperior, tūc ſolus Papa pōt cū
eo diſpenſare cum hoc delictum depoſitionē inducat & mul
ta alia, de quibus 25. diſt. §. alias. Nec archiepiſcopus in hoc eſt
3 iudex. vt no. ꝟ. de elec. c. cum in cunctis ſm Hoſt. hic † Si ſacer
dos, vel diaconus, ſeu alius clericus inferior epiſcopo, tunc aut
iſte ſacerdos, vel clericus ſic ſtans non celebrauit diuina nec im
miſcuit ſe diuinis, & tunc epiſcopus poterit cum eo circa exe-
cutionem officij ſui diſpenſare, vt hic nam hoc delictum erat
notorium ſeu famoſum, quod denotant verba ſucceſsiue plu
ries in textu. Aut iſte ſacerdos vel clericus notorie ſic ſtans di
uina celebrauit, vel immiſcuit ſe diuinis, & tunc non pote-
rit cum eo citra ſedem apoſtolicam diſpenſari. arg. j. de coha.
cle. & mu. c. fi. j. de ſen. excom. cum medicinalis, §. ſi quis au-
tem. vbi de hoc iſtam diſtinctionem in effectu ponūt hic Ho
ſti. & frater Ioan. in ſumma confeſsionum titulo de laxationi
bus, & diſpen. q. 5. in fi. & in iſto vltimo membro concordat,
Car. in d. c. cum medicinalis. ſuper verbo ab ingreſſu eccleſiæ.
& Guili. de Montelau. & Gen. extra de conſan. & affi. c. vnico
ſuper verbo contrahentes in cle. Et idem quod dictum eſt de
ſacerdote ſeu de clerico fornicatore ſentiunt Hoſt. hic & fra-
ter Io. in ſumma confe. vbi. ꝟ. de quolibet mediocri peccatore
quod intellige iuxta ea quæ leguntur & notantur. ꝟ. de tempo.
4 ordi. ordi. ex tenore. Item quod † dixit textus hic tanquam ſim
plici fornicatione melius dixiſſet dicit Hoſt. triplici, quia in lai
co, & in minoribus conſtituto poteſt ſimplex, in ſubdiacono,
& diacono duplex reſpectu ſimplicis in presbytero triplex re
ſpectu duplicis. quod poteſt elici ex maioritate gradus. arg. 40
diſt. homo Chriſtianus & ex auſteritate pœnæ quæ eis iniun-
gitur. 82. di. c. 1. Item frater Aſtenſis. li. 2. ti. de luxuria dicit fir
miter tenendū, quod fornicatio ſimplex eſt peccatū mortale.
quod patet p hoc ꝙ Apoſtolus ad Gala. 5. de præmiſſa fornica
5 tione & quibuſdam alijs vitijs † ſubdit quod qui talia agunt re
gnū Dei non conſequuntur ab hoc aūt nihil excludit niſi pec-
catum mortale. Et ſciendū eſt, ꝙ fornicatio qñq; ſumitur gñā-
liter ꝓ quocunq; pctō mortali. vt in Pſalmo. Perdidiſti oēs q
fornicantur abs te. & aliqñ pro pctō carnis. vt j. ad Corinthios.
6. Fugite fornicationē. qñq; pro coitu cum ſoluta, & ſic diui-
dit ꝯ alias ſpecies luxuriæ qñq; pro ſecundis nuptijs. & ſic di-
cit Chriſoſtomus, ꝙ accipere vxorē ſecūdā eſt fornicatio. ſed
hoc vltimo modo non eſt pctm̄ ſed incontinentiæ ſignū. 31.
q. j. c. ſi dormierit. idem tenet Io. And. j. de hæreticis ad nrm̄.
ver. 7. glo. 2. in cle. & hoc probatur. 25. di. §. alleg. ea demū. 22.
q. j. prædicandum. 32. q. 4. meretrices. Ad idem Thobiæ 4. ibi
attende tibi ad omni fornicatione, & ꝑter vxorē tuā nūquā pa
tiaris crimen ſcire, ſed crimen importat mortale pctm 81. di.
c. j. Ad idē j. de pœni. & re. Deus qui. Itē eſt præceptum deca-
logi. Non mœchaberis. Exodi 20. & 22. q. 6. non mœchaberis.
ad idem Deuterono 23. ibi non erit meretrix. &c. & j. ad Co-
rinthios 6. fugite fornicationem. &c. & hoc idem tenet Tho.
2. 2. q. 154. artic. 2. & 4. vbi de hoc.

¶ De clericis peregrinis. Rubrica.

1 *Nominationem celebraturo non ſufficere.*
2 *Nominationem excipienti ſufficere.*
3 *Clerico remittendo literæ, vt fama, non ſufficiunt.*

TVa nos. Hanc decretalem inducit Io. And.
j. de reg. iur. non licet actori. in no-
uella. li. 6. ad q. Gui. de Petalata: quæ eſt talis, Accu-
ſatus de homicidio coram iudice ſeculari allegat,
ſe clericum, ad quod probandum coram iudice ec
cleſiaſtico producit literam Papalem, qua noīatur
clericus, & canonicus Pariſienſis, an ſufficiat hæc probatio iſto
caſu? poſt multa argumenta ſoluendo diſtinguit inter agentē,
1 & excipientem inducens ſimile de excep. cum inter. † quia ſi
iſte agit vendicando beneficium, vel aliud quod clerico com-
petat, vt admitti ad celebrandum populo vel ſimilia, talis lite-
ra non ſufficiet per c. quieſcamus 42. diſt. & 2. q. j. legum. & cla
rius per extrau. bonifacij. 8. iniunctæ. 18. diſt. per totum. & hic
2 & c. ſequentibus. Si aūs excipiat † ad defenſionem ſui, vt in ca-
ſu quæſtionis & ſimilibus ſufficiet talis litera, vel ſimilis ſuſpi
cione carens eo ad quod inducit tria. ſ. præſumptionem literæ
authenticę fauorem clericalis ordinis, & nullum vel modicū,
præiudicium alterius. Ad primum inducit, quod literæ apoſto
licæ per multas manus tranſeunt. ꝟ. de reſcrip. cum adeo. & c.
audientiam. j. 23. diſt. communis filius 35. q. 9. c. apoſtolicę, &
ideo pro illis præſumit: dicit ēt quod præſumit quod Papa ēt il
lum examinauerit vel examinari fecerit beneficium ſibi con-
ferendo: cum alijs hoc fiendum præcipiat. 24. di. qñ eps. de ele.
nihil eſt. Si ergo pro inferiorib. iudicibus præſumitur. vt ꝟ. de
renun. in pōtia fortius, ergo pro papa. 40. diſt. non vos. Ad ſm
inducebat quod Pharao clericos honorauit, & libertate dota-
uit. de immu. eccle. non minus. & Conſtantinus ipſorum accu
ſatores recipere recuſauit 11. q. j. ſacerdotibus & Theodoſius
ſtatuit, quod hr̄ 11. q. j. quicūq; & de iudic. nouit. Vnde oēs cāę
ēt laicorum olim tractabantur in ſynodo clericorū. 11. q. j. re-
latum. Non mirū ergo ſi facile res ad ſuā naturā reuertat, quā
eccleſiaſticus iudex ſupplet negligentiam ſecularis. & non ecō
uerſo. j. de iudi. qualiter. de ſo. comp. licet. Ad tertium inducit,
quod ſufficiunt argumenta, vbi non fit præiudicium. j. c. ca. 2.
& propter hoc ſemiplene diſcutitur negotium. j. vt lite nō cō
te. qm̄ §. quod ſi ſuper. de procura. ex inſinuatione. & 25. q. 2.
c. reſcripta. Io. And. putat quod ſi Guilielmus vidiſſet decre. ſi
iudex. j. de ſen. exc. li. 6. & de ipſa arguendo vel ſoluendo men-
3 tionem feciſſet, nam (vt ibi patet) ſola † fama de clericatu faciat
fieri remiſsionem ſatis videretur, quod illa litera nō minus va
lere debeat, quā fama in hoc caſu. idem dicit de illo, qui com-
muniter habebatur pro clerico, & idem in deprehenſo in cle-
ricali habitu, qui prius non habebatur pro laico vt ibi patet: qa
prædicti ſine tali litera remittuntur. Remanet ergo qō dubia,
in hoc vltimo caſu cum prius habebatur pro laico & cū eo ca-
ſu teneatur facere fidē de titulo clericali vt dicit ipſa decretalis
in §. fi. non vr̄ talis litera ſufficere & hoc inducit præſumptio,
inſurgens ex præcedenti delatione habitus laicalis, vt ibi, quan
tumcunque ſe defendendo producat literam. Item quod non
ſufficiat litera etiam beneficialis qui nominatur clericus, mul-
tum probat hæc decre. ex literis. j. de tranſa. Io. An.

1 *Clerici exteri teſtimonialibus non admittendi.*
2 *Peregrini teſtimonialibus ad celebrationem, quando an non, ad-
mittendi. & 3.*
4 *Dimiſſorijs promouendi extranei.*
5 *Licentiales qui an non, dare poſſunt.*
6 *Extranei ſine licentialibus non promouendi.*
7 *Commendatitia cur dentur.*

DE nobis. Si quæras, vtrum & qualiter cle-
rici peregrini ſiue extranei recipi
ſiue admitti debeant ad ordines ſiue ad diuina officia
celebranda, diſtingue aut tales habent literas com-
mendatitias, ſiue teſtimoniales prælatorū ſuorū. Aut habent,
literas licentiales ſiue dimiſſorias: aut nullas habent. Si primo
1 modo † tunc aut quæris vtrum per tales literas teſtimoniales,
ſeu cōmendatitias per quas quis cōmēdatur de vita & morib.

& exprimuntur ēt ordines quos hēt arg.62.di.c.pe.& vlt.ſm Inno. in c.j.š.e.quis debeat recipi ad ordines recipiendos. & dic quod non,vt no.Ho.š.e.c.j.& 2.& 3.š e.tit.§.fi.in fi. Aut q̃
2 ris† vtrum debeat recipi,vel admitti ad diuina officia celebranda,& dic quod ſic, cum diſtinctione tñ:quia ſi ſint literæ Papæ vbicunq; recipiendus eſt,in ordine ſuo.j̃.de cle.non reſi.c.fraternitati.Si vero ſint literæ ſui epiſcopi tunc aut ſigillum ſuũeſt notum,& tunc pōt vbicunq; admitti vt probatur.C.de epi.& cle.l.ſi quã per calumniam.61.diſt.extraneo.& c. primatus.Et idem ſi ſit ſigillum alterius prælati noti vna cũ alijs aliquib. ar gumentis,vt archidiaconi:quia nedum eps ſed & quicũq; alius bonus prælatus tales literas commendatitias concedere pōt.
3 arg.š.eo.intec.& no.Inn.š.e.c.j.Aut ſigillum† & clericus ſunt ignoti.& tunc non debet admitti ad celebrandum publice ēt ſi eſſent ſigilla quinq; vel pluriũ eporum ignota:& hoc niſi deeſſet vnus teſtis vel vnus ſigilli notitia vel ſama vel alia probabilis coniectura arg j̃.de præſump. c.3.Vnde illud quod dr̃ š e. c.j.de quinq; ſigillis puto dictũ ſuiſſe,vt ſaltem vnius ipſorum poſſet hr̃e notitiã.Talis.n.cognoſcit vnum,qui non cognoſcit quatuor &hoc probatur euidenter.š.eo.c.2.ibi per donea &c. ſm Hoſt.š.e.c.j. & ſm Inn.& Hoſt.š.e.c.2.ſed bene admittũ tur ad celebrandum ſecrete.vt š.c.proximo.Si ſecundo modo
4 ideſt,†qñ habent literas licentiales ſiue dimiſſorias ad ordines tunc aut quæris vtrum authoritate, illarum debeant admitti, ad ordines aut ad officia celebranda.Si ad ordines tunc aut ſunt conceſſæ a Papa, aut a dioceſano epo alicui ſubdito ſuo & authoritate illarum poterit promoueri.vt 72.diſt.per totum.&. diſt.c.2.& 3 j̃.de temp.ord.c.eos.&c. cum nullus.& de præb. c.ſi eps.li.6.Aut ab archidiacono vel alio prælato inferiore epiſcopo,& tunc aut non exempto aut exempto. Si non exepto, tunc authoritate illarũ lſatum non poterit promoueri:quia ta
5 les prælati inferiores † non exempti tales literas cōcedere non poſſunt vt in d.c.cum nullus.& j̃.tit.proximo. ſignificaſti. & hoc no. Ho.in ſumma huius tit.§.fi.in fi.& Ber.in d.c.ſignificaſti. fallit in caſu vbi hoc ſibi competeret de conſuetudine præſcripta.vt 9.q.2.epm vbi hoc no.Lanr.& Io.An.in d.c.ſignificaſti.de cle.non reſi.&G.& Io.And.j̃.de tempo.ordi.c.cũ nullus.§.inferiores.li.6.Item in caſu, in quo hoc ſibi cpeteret de ſpeciali priuilegio Papæ,vt Id §.inferiores.Si in exēpto,vt ab bate exempto.& ſimilib.tunc aut eſt exemptus vna cũ ſuis clericis,ita quod eps non hēt in clericis ipſius ordinationē & tũc talis exemptus & non eps tales literas concedere poterit, ſm Inn.š. e.c.j.in gl.no.quod in fi. pro quo j̃.de temp.ord.c.cum nullus eſt.& § inferiores.li.6.Aut clerici ſui non ſunt exempti & tunc ab epo non a tali prælato exempto debet literas hmõi obtinere.j̃.de præſcrip. veniens.& vide quod no.Ioan.18.q.2. Abbatibus.& Card.j̃ de priuil.volentes in glo.vt puta.li.6. Fallit in caſu,vbi hoc ſibi cōpeteret ex priuilegio vel conſuetudine.vt eſt dictum.Si quæris,vtrum authoritate iſtarum lſarum dimiſſoriarum debeant admitti ad diuina officia celebranda, dic,quod ſic dummodo ſint rite impetrata,& per illũ qui pōt, & debet concedere.& dummodo per eas vel alias legitime de
6 ordinatione poſsit apparere.vt š.eo.ca.2.Si tertio †modo.ſ.qñ nullas habent literas,tunc aut q̃ris,nunquid debent admitti ad ordines ſine licentia ſuperioris,qui debet talem licentiam concedere.& dic indiſtincte,quod non quantuncunq; de ſua ordinatione ad inferiores ordines appareat euidenter vt in c. alle.cũ nullus & alijs iurib.š.alle.Aut nunquid debēt & poſsint admitti ad diuina officia celebranda.& tunc aut apparet de eorũ ordinatione per idonea argumenta,& tũc ſic. š.e.inter. vbi d̃ hoc Aut non apparet,& tunc nō debent admitti ad officiandũ publice,ſed bene occulte.vt š e.tuæ.& adde quod no.Inn.j̃.de eo qui fur.ordi.recep.c.fi.& ibi dicam in diſtinctione 2.vide & qd̃ not:Io.And.j̃.de cle non reſi.fraternitati.vbi dicit,quod commendatitiæ & dimiſſoriæ a ſolo dantur epo,& vacāte ſede,eas non dat capitulum:quia eſt quædã alienatio.81.diſt.fraternita
7 te.Cōmendatitiæ†ad ordines dantur ēt per ſolum epm de iure cōi & vacante ſede dantur per capitulum,vel alium ad quẽ ſpectat adminiſtratio ſpiritualium,vt in c.alle.cum nullus.§.2.Cōmendatitiæ dantur pacifice etiam per epm. de conſecr.diſt. 5. non oportet.2 & etiam per inferiores. Sed de primis literis dicam.j̃.de maio.& obe.cum olim.

¶ De officio archidiaconi. Rubrica.

1 *Archidiaconus nec ligat nec ſoluit.*
2 *Archidiacono quæ liceant.*
3 *Clauis quis dare poſſit.*
4 *Cura quo pertineat.*
5 *Inſtitutionum genera ad quos ſpectent. earum vis. 6.& 7.*
8 *Inſtitutionem authorizabilem non præſcribi.*

Cum ſatis. Si quæris,vtrum archidiaconus habeat curam animarum,diſtingue aut quæris vtrum habeat †curam animarum,
1 ſtricte dictam prout eſt ptās ligandi & ſoluendi,in foro pœnitentiali & hanc non hēt Arch.hæc.a.in nullo prælato cadit niſi ſit ſacerdos.j̃.de pœni.& remiſ.oīs.nec alius dare quam ſacerdos vel alius ſacerdotis authoritate gerat vel ſpālr.vt hic.& j̃. de offic. deleg. ſuper eo. Aut quæris,
2 nunquid habeat curam large †dictam prout eſt ptās eijciendi, de eccleſia & recipiendi in eccleſia & corrigēdi & puniendi excesſus ſub qua eſt excommunicare interdicere viſitare, &c.š. de elec.dudum.2.§.tandem.& š.e.c.j.Et dic quod talem curam poſſunt hr̃e archidiaconi & alij prælati inferiores in d.c.dudũ. §.tandem.& de vtraq; iſtarum curarum intelligitur.j̃.de præb. de multa ſm Inn.hic.ſed Hoſt. dicit. hic,quod non intelligit, iſtam diſtinctionem.Nam ptās ligandi & ſoluendi in foro pœnitentiali cura dici non pōt.Nã multi habent ptātem prædictã qui non habent curam & econtra ſicut inſtituti & confirmati non preſbyteri vt patet š. de ætate.& quali.c.præterea.& de elec.tranſmiſſam.ptās & prædicta eſt ordinis nō iuriſdictionis
3 Vnde non cura,dr̃, ſed ptās,†clauium in ordine ſacerdotali recepta quam nec ſacerdos pōt concedere,ſed eps tantum, vt legitur & no.j̃.de confec. eccle.vel alta.c.aqua.†Cura vero iuriſ
4 dictionis eſt non ordinis,& hanc recipit prælatus in confirmatione.vt š.de elec.tranſmiſſam ſm Hoſt.cuius dictum,ſ.qd Inn.improprie loquitur,concedo. Nam ptās clauium non eſt cura,ſed per quod & mediante quo cura exercetur. vt j̃. de elec.licet canon.& c.cum ex eo.li.6 Quantũ tamen ad illud de quo erat qō,ſ.vtrum Archidiaconus habeat curam vel non credo diſtinctionem Innocen.fore veram & eam ſatis innuit Ber. & Inno.š.de elec.cum in cunctis. §.inferiora.& Archidi, j̃.de ſenten.excom.c.Romana. lib.6.
¶ Si quæris,vtrum archidiaconus,vel alius prælatus inferior, epiſcopo poſsit habere inſtitutionem in beneficijs, refert, qa
5 triplex †eſt inſtitutio.Vna eſt authorizabilis,& illa ad ſolũ epiſcopum ſpectat.š.de filijs præſby.c.ex parte.in fi.& j̃. de hæreticis.cum ex iniuncto. 16.q. 7.nullus omnino.de offi. dele. ſuper eo.de exceſ.præla.c.3.& hoc inſtitutio loco confirmationis hr̃ ante,quam nec præſentatus,nec is,cui collata eſt eccleſia adminiſtrare debet. vt j̃.de præb.cum iandudum & c.in Lateranen.Ratio autem, quare ſine authoritate epi nemo debet intrare eccleſiam: quia nemo debet ſe ingerere in talibus, ſed qui vocatus fuerit tanquam Aaron, & quilibet debet intrare per hoſtium,quod eſt Chriſtus , alias ſur cenſetur & latro, Io.10.c.1.q.j.ordinationes.7.q.j. non ſurem.& c.deniq; quod non facit.ſ.intrare per hoſtium qui intrat ſine auctoritate epiſcopi qui Chriſti vicarius eſt. 33.q.5.mulierem & probatur,j̃. de iure patr.relatum.Et hæc eſt ſumma rō quare inſtitutio authorizabilis præſcribi non poteſt, ſm Hoſt.hic & j̃. de præbē. c.referente.& de exceſ. præla.accedentibus.in fi.& in hoc concordat quod no.Inno.j̃.de inſtitu.ex frequentibus.gl.a.& Hoſti.& Io. An.poſt eum ibi & Ber.ibi in glo.pen.& Arch. in ca.
6 alle.nullus oino gl.2.Et ſecunda†inſtitutio corporalis,quæ ad archidiaconum ſpectat de iure communi,vbi aliud non eſt de conſuetudine,quæ habet ſequi authorizabilem tanquam executoria.arg.j̃.de re iudi.cum Bertholdus.in princ.verſic.quide conſenſu.& de hac expreſſe loquitur.j̃.eo.ad hæc & c.vt nim ſm Hoſt.quod intelligit Inno.verum,ſ.quod de iure communi,habeat inſtitutionem corporalem in beneficijs,ſcilicet quæ ſpectant ad collationem, vel confirmationem epiſcopi, alias non vt notat Innoc.infra eod.cap.ad hæc ſuper verbo benefi-
7 cijs. Eſt† & tertia inſtitutio,quæ pro collatione ponitur,& hãc poteſt habere archidiaconus de conſuetudine.Sic intellige.infra de inſtitu. cum veniſſent. & exceſsio.prælato.cap.2.de præbend. referente, & quod ibi not. Ber. & Inno.63.diſt. ſi in plebibus.Sed quantumcunque conferat ſemper antequam corporali vtatur, propter rationem prædictam eſt ad authoritatẽ, epiſcopi recurrendum. vt in capi. allegato. cum [Bertholdus, & de hoc plene infra de priuile. volentes.lib.6.ſecundum Hoſtien. quæ in effectu ponit iſtam diſtinctionem. & Ioan. Andr. poſt eum. Et quoad primum membrum,ſcilicet, & de inſtitutione authorizabili cōcordat Genzel. extra de ſtat.mona, cap.ne in agro.§.cæterum.ſuper verbo ſeculares.in cle. ſed G. de Montelau.videtur tenere õrium extra de exce.præla.c. vnico.in cle.ſuper verbo pleno iure.ſed primum credo verius ſcilicet

8 licet quod †inſtitutio authorizabilis per quam committitur,
cura animarum nó poſsit præſcribi per inferiorem epiſcopo,
per præmiſſa.licet per priuilegium poſsit obtineri.vt ȷ̃.de pri-
ui.quoniam per confeſsionem.

1 *Iuriſdictio ordin.c.a Archidiacono qui competat. & 2.fallit. 3.*
4 *Iuriſdictione carens non excommunicat.fallit. 5.*
6 *Archidiacono prælatos æquiparari.*

ARchidiaconus. Si quæris, vtrũ Archidiaconus hẽat,
iuriſdictionem ordinariam,& quam, diſtingue,
1 aut quæris vtrum habeat †iuriſdictionem ordi
nariam,vt vicarius epiſcopi,& conſtat ꝙ ſic,vt
ſ.e.c.j.cum ibi alleg. per Ber.in glo.2. & hoc te
nent & ibi Goſ.Vin.Tan.Inno.& Hoſt.& idem Arch.25.di.
perlectis.& per illam iuriſdictioné pót exercere illa, quæ ſunt
iuriſdictiõis epiſcopalis ſimplicis,ſicut viſitare,corrigere coer
cere modica coercitione,cãs minores audire,terminare,& dif
finire & quædam alia,quæ hñr.ȷ̃.e.ad hæc.& ca.vt noſtrum.&
excommunicare.vt ȷ̃.de eo.qui fur.ordi.recep.c.j. & vide qđ
not.Hoſt ȷ̃.e.c.fi.ſuper verbo duntaxat.& quod no. Ber. ſ.ca.
proxi.† Aut vtrum habeat iuriſdictionem ordinariam , vt Ar
2 chidiaconus,non vt vicarius.Et tunc aut quæris vtrum de cõ
ſuetudine præſcripta poſsit eam hẽre vel non hẽre, & dic quod
ſic.quia conſuetudo iuriſdictionem tollit & tribuit.ſ.de elec.
dudum.2. § tandem. & ȷ̃.de exceſ. præla.ad hæc. & C. de eman
cipa.li.l.j.ff.de præſcript.auditis. ſm Tan.Ber.Inno.& Hoſtié.
hic. & ſ.c.proximo.pro hoc.ȷ̃.de offi.ordi.Romana. de foro
compe. Romana.li. lib.6. Aut vtrum ipſam habeat de iure cõ
muni,& tunc, aut in archidiaconatu ſuo & ſuper hoĩes illius
Archidiaconatus,& tunc dic, ꝙ ſic,& hoc ſaltem in modicis
negotijs.ſ.de elect. cum in cunctis.§. inferiora.ȷ̃.de exceſ.pre
la.ad hæc.ibi obſequio.&c.25.diſt.perlectis.& ȷ̃.e.ad hæc.vbi
Papa reſpondet de iuriſdictione ad conſultationem. & hoc te
nent Ber.& Hoſt.in glo.2.idem Ber.ȷ̃.de offi.ordi.c.qm in ple
riſq;.in glo.& tñ habebit & G.& Io.An.ȷ̃.de ſen.exc. Roma-
3 na.li.6.vide ibi. †In arduis vero negotijs ſiue in criminibus , q́
depoſitionis,vel longe ſuſpenſionis pœnam requirunt iuriſdi
ctionem non habet.vt ȷ̃. eo.ad hæc.cum ibi notatis per Inno.
ſuper verbo ardua.& ita poſſet intelligi iſta decre.& eſſet tunc
plana ſm Io.And.hic.Aut quæris nunquid habeat iuriſdictio-
nem ordinariam in homines,& extra archidiaconatum & dic
ꝙ non.vt ff. de iuriſdi. om.iudi.l.fi.& ȷ̃.de iudi.at clerici.Si au
4 tem † quæris vtrum poſsit excommunicare, refert aut in ca-
ſu in quo non hẽt iuriſdictionem,& dic ꝙ non,arg.ȷ̃.de præ-
ben.c.fi.de exceſ.præla.cum ad quorundam.& ȷ̃.de conſti.c.j.
alle.2.lib.6 Aut in caſu,in quo hẽt iuriſdictionem,& tunc aut
quæris nunquid poſsit anathematizare,ſeu excõicare cum ſo
lennitate illius canonis.11.q.3.debent & c.fi.& dic ꝙ non ſm
Inn.& Hoſt.hic.quia illa excommunicatio dicitur mucro epi
5 16.q.2. c.viſis. aut ſimpliciter †excommunicare abſq; ſolenni
tate illius canonis,& dic ꝙ ſic,vt probatur ȷ̃.de præb. referen-
te. & de ſent.excom.c.venerabilibus. ȷ. reſponſo.li. 6.ȷ̃.de iu
re patro, cum ſm in fi.in parte deciſa.& de ap. reprehenſibilis
in princ.in parte deciſa.Et hoc probatur ſic quia etiam pleba-
nus qui eſt minor archidiacono pót excommunicare, vt ȷ̃.de
offi.ordi.cum ab eccleſiarum.Item ſacerdos parochialis. vt 2.
q.j.nemo.& 24.q. 3.tam ſacerdotes.vbi hoc notat , & tenet
Archi.idem tenet Lauren.93.diſt. dictum.& Goſ.& Hoſt.&
Inno.hic.& Go in ſumma de ſen.ex.§.poſſunt excõicare. &c.
G.& Io.An.in d.c.Romana.de ſen.ex.li.6.Item ſi non poſſet,
excommunicare in caſu,in quo hẽt iuriſdictioné ſuá iuriſdi-
ctio eſſet inutilis , quia iuriſdictio abſq; coertione nulla eſt.ȷ̃.
de offi.de le.ex literis.pót ergo excõicare:ſed fallit in caſu.vbi
conſuetudo eſſet in 𝔠rium.ſ.ꝙ non poſſet excõicare. & ſic in
6 tellige.16.q.2.viſis. 24.q.3.corripiantur.Et quod dictũ eſt, de
†archidiacõo,excepto primo membro qñ eſt vicarius epi. idẽ
pót dici de omnibus alijs prælatis habentibus curã animarũ,
& iuriſdictionem ab epiſcopo ſm Inno. hic. & vide quod no
ta.Hoſt.in ſumma de ſent. exc. §. quis poſsit excommunica-
re ſub.§.nedum autem ius.

1 *Archidiaconus anno priore viſitat.*
2 *Viſitare,niſi ex cauſa pluſquam ſemel non licere. & 3.*
4 *Viſitandi cauſæ.*

NAndamus. Si quæris vtrũ & quoties in an-
no poſsit †archidiaconus viſita-
1 re, diſtingue,aut q̃ris de primo? & dic ꝙ pót viſitare
archidiaconatũ ſuũ de iure cói.vt hic & ſ.e. c.j. & ȷ̃.
c.proximo.§.j.& ſm Vin.& Ho.hic & Hoſt.in ſum.e.tit.§. ꝙ
ſit eius offm.& Arch.94.di.c. ſi quis aũt gl.fi. vbi de hoc licet
Ho. ȷ̃.de præſcr.cũ ex officij.& G.de Montelau. extra de cen-
2 ſi.c.j.glo.j.in cle.ã.& male vt credo.Aut q̃ris †de ſcđo , & dic,
ꝙ regulare eſt, ꝙ quicunq; viſitat,ſemel in anno viſitare pót ,
vt hic.& 10. q. 1.c.decernimus. & c. epiſcopum. & c. placuit
& ȷ̃.de hæreti.c.excõicamus.j.§.adijcimus ſm Ho.& eps ſi ſa-
nus eſt ſemel in anno viſitare tenetur.vt no.Ber.ſ.e.c.j.& Ar-
chi. 10.q.j.c.epm.& pro hoc facit optime de ſtatu rla.attendẽ
tes in cle.Dic ergo aut non ſubeſt cã ſepius viſitandi, aut ſub-
eſt.ſi non ſubeſt:tunc aut q̃ris quoties, ad plus debet.viſitare,
& dic quòd ſemel in anno.vt hic aut q̃ris quoties ad minus,
& dic quod ceſſante impedimento de triennio in triẽniũ, ſm
3 Ho.ſ.e.c.j. †Si ſubeſt cã ſufficiens pluries viſitãdi in anno,tũc
pluries & quoties opus fuerit,viſitabit,vt hic & ȷ̃.de cenſi. cũ
venerabis . Et iſta viſitatio archidiaconi proprie dicenda eſt
4 ſcrutatio †niſi de conſuetudine loci ſit vt corrigat leuiora . vt
no.Vin.hic.& ȷ̃.eo.c.fi.& Arch.94.di.c.ſi quis aũt.in glo.fi.ibi
vide. Itẽ nota,qđ ordinarius poteſt viſitare & ſi infamia ñ præ
cedat.quia hoc ſibi competit ex officio,non ſolũ propter cri-
mina corrigenda,ſed etiam propter populum inſtruendũ, vt
in c.alle.decernimus epiſcopum.& ca.placuit.vbi hoc not.In-
nocen.infra de ſimo.licet hely.& Hoſtien.& Ioan. Andre.in
cap.ſequen. per tuas.

1 *Archidiacono plebaniam viſitandi ius eſſe.*
2 *Cenobia non viſitat Archidiaconus.ampliat.3.*
4 *Viſitatio in quos moribus quæratur.*
5 *C.dilectus declarari.*

DIlecto. Gloſſam Inn.ſuper verbo iuriſdictio-
nem potes ſic ſummare.Si q̃ris vtrũ ar
chidiaconus, vel plebanus,vel alius prælatus, minor,
ſiue inferior epo hẽat de iure communi in monaſte-
rijs, vel prioratibus,vel capellis eis ſubditis,correctionem,vel
iuriſdictioné,vel viſitationé,& per conſequens procurationé
quæ rõe viſitationis debetur & alia iura archidiaconalia.refert
1 Aut hmõi †monaſteria prioratus,vel capellæ habent populũ.
& tunc archidiaconus hẽt ibi iura archidiaconalia.vt ȷ̃. de pri
uil.ex ore.in fi.& ẽt procurationem rõne viſitationis.vt 10.q.
1.c.placuit. & c.epm.Nam abbates hñtes populum tenent ve
nire ad ſynodum.18.q.2.abbates.Vnde tales in nullo ſunt exẽ
pti a lege diœceſana vt 18.di.eps & præſtant decimarũ & mor
tuariorum ac oblationũ canonicã portionem.ȷ̃.de ſepul.in p̃-
ſentia.vt no.Inn.& Ho.ȷ̃.de maio.& obe.quod ſuper ijs.&ple
nius.ȷ̃.de ſtatu mona.c.j.Fallit in caſu vbi monaſterijs,exẽptis,
cum iuribus parochialib.populus datus eſſet,vt ȷ̃. de verbor.
2 ſigni.c.veniens.§.cenſentes.lib. 6. Aut †non habent populũ,&
tunc aut quæris de monaſterijs.& in illis non hẽbit p̃dicta,nec
ẽt procurationem q̃ rõne viſitationis debetur,vt ȷ̃. de præſcr.
cum ex officij. & de cap.mona.c.2. 18.q.2.dudũ.& c. peruenit
ſm Inn.& Ho.& Io.And.hic & idem tenent.ȷ̃.de maio.& o-
bed.cum inferior.& Hoſt.& Io.An.ȷ̃.de offi.ordi.conqueren
3 te.†Aut quæris de prioratib.& tunc aut conuentualibus & tũc
idem quod in monaſterijs,ſ.quod non hẽat. Nam idem iuris,
eſt quod de monaſterijs.arg.ȷ̃.de ſtatu mo.c.2 §.fi.Aut nõ con
uentualibus.& tunc habebit ibi ſua iura archidiaconalia , nec
priuilegio monaſteriorũ gaudebunt,vt 10.q.j.c.j Aut q̃ris de
capellis monachorũ,& in illis archidiaconus hẽt illa iura,quãõ
inueniuntur exẽptæ ab hoc iure ſm Inno.hic.& Hoſt. & Io.
An.poſt eũ,quod verũ in capellis monachorũ ſecularib. ſecus
forte in regularibus,quia in illis ẽt eps qui hẽt ius plenius & fa
uorabilius non exercet legẽ diœceſanã.10.q.3 .inter cætera. &
4 ȷ̃. de præb.c.j.lib.6. ſm Arch.ibi ſuper verbo epalia.Si vero †q̃
ris,nunquid poſsit hẽre iura prædicta in locis prædictis de con-
ſuetudine dic quod ſic vt hic & vide quod no.Io.16.q.j. c.alia,
glo.vlti.vbi notat,quod ſi monaſterium aliquod eſt infra ter-
minos alicuius archidiaconatus quod archidiaconus hẽt iuriſ-
dictionem in ipſum monaſteriũ.ar.illius.c.& c.ſeq.eccleſia hẽt
ſenatũ,ad idẽ facit iſtud.c.& 93.di.a ſubdiacono.eccla.n.q̃ eſt
ȷ̃. territoriũ alicuius ẽ ſub illius iuriſdõe.17.q.7.oẽs. Nec obſt.
5 ȷ̃.de capel.mon.dilect.†imo potius vr̃ facer p̃, cũ dicat gñaſr
ſeruet in vrbe & c.q.d.ita eſt ꝯſuetudine vrbis.licet aliter ſit de
iure cói.Itẽ ñ obſtat iſtud c.vbi archidiaconus tm̃ p ꝯſuetudi-
né intẽtioné ſuã fundabat,qa ẽt de iure cói poterat ſundare.vt
patet i d.c.alia cũ ſuis ꝯcordãtijs & hoc tenẽt Tan.Go. & ber.
in c. alleg.dilectus.& Arc.in c.alle.alia ĩ gl.ſua vlt.qđ vr̃ verius,
de iure.& vr̃ caſus pro hoc in p̃dicto.c.cũ inferior cũ ibi no-

tatis:& ſi,ita ſit in monaſterijs idem multo magis in prioratibus conuentualibus. Et credo quòd opinio Ioan. ſeruatur de facto, quicquid notet hic Innocent.

¶ Ad declarationem glo. Innoc. hic in glo.no.ꝙ &c.ſi quæris vtrum, & quando, & qualiter præſcriptio ſeu conſuetudo extendatur, diſtingue, vt dicam j.de cenſi.cap.ſopite vbi melius iſta materia ſituatur.

¶ De officio cuſtodis. Rubrica.

1 *C. cuſtos. enucleari.*
2 *Denuntiatus inhabilis remouendus, in idoneo contra 3.*
4 *Denuntiatio euangelica cui conceſſa.*

CVſtos. j. Super glo.fi.Si quæris vtrum per viā
denuntiationis poſsit aliquis ab officio
vel beneficio remoueri, refert, aut occaſionaliter,
& initiatiue, vt quia denuntiatio fit non principali
ter, vt reus puniatur:ſed vt inquiratur contra eum
& per inquiſitionem remoueatur. & tunc per talem denuntia
tionem remouetur cauſatiue, ſeu initiatiue, non autem prin-
1 cipaliter & completiue, ita † pōt intelligi iſtud. c.intelligendo,
ꝙ ad denuntiationem cuſtodis inquiret eṕs.C.de accu.l.ea q-
dem. & ſi cauſam iuſtam inuenerit ipſum remouebit.j.de ac-
cu.c.qualiter & quando 2. Et ita pōt probabiliter intelligi.j.dē
ſtatu monach.c.vltimo.§.ſi autem dilapidator.& §.ſeq.ſm Ho
2 ſti. Aut quæris vtrum poſsit † remoueri per denuntiationem
principaliter, & completiue vt quia denuntiatio fit principali
ter vt remoueatur, & tunc aut iſte denuntiatus erat & eſt mi-
nus idoneus, & delinquebat adminiſtrando, nec aliter corrigi
poterat niſi remoueretur & tunc per denuntiationem poterit
remoueri. Nam denuntiatio tendit ad correctionem.vt.j. de
accuſ.ſuper ijs.quia non pōt aliter corrigi niſi remoueretur.ita
intellige iſtud.c.ſm Goff.& Hoſt.hic.& in ſumma e.tit.&Ar
chi.2.q.j.in primis.& q.7.ſicut pro hoc faciunt iura hic allega.
in glo.& j.de pign.c.j.& 8 t.di.maximianus.& dicto c.vltimo
ita etiam poſſet intelligi.§.allegatus.ſi autem dilapidator.& §.
3 ſequens. Aut eſt ſufficiens † in officio ſuo, nec delinquit admi
niſtrando, ſed alias & tunc per viam denuntiationis remoueri
non poteſt vt in c.alleg.ſuper ijs:& de hoc plene per Archi. in
d.c.ſicut. Hoc vltimum fallit in d.c.vlti.§.ſi autem dilapidator
& §.ſeq.& eſt ſpeciale ibi in exemptis propter periculum mo
rę, & longam abſentiam Papæ ſm Inno. ibi in glo.pen.vel eſt
ſpeciale in regularibus, qui facilius remouentur, quam ſecula-
res.j.de ſimo.c.per tuas.i.vel ibi non loquitur de denuntiatio
ne euangelica. Vnde quod ibi dicit denuntiatum exponit, j.ma
nifeſtum ſm Goff.& hoc verum eſt.ſ.ꝙ ibi non loquitur, de
denuntiatione euangelica.ſed de canonica ſpeciali ſiue regula-
ri.per quod patet ꝙ non eſt ibi ſpeciale.immo eſt generale, ꝙ
per talem denuntiationem remoueatur, quis ab adminiſtratio
ne ſiue ſit regularis, vt ibi, ſiue ſecularis vt ſm ꝙ hoc notat Ho
ſti. ibi.& de iudi. nouit. Et cum iſta opi. concordat. Card.j.de
relig.do.c.vnico.lib.6. & Arch.22.q.5. hoc vſ. Et ſm hoc fal-
4 lit in † denuntiatione canonica ſpeciali, quæ competit illi ſoli,
cuius intereſt bonum habere prælatum vel bonum ſubditum
eccleſiaſticum.vt hic & 16.q.7.filius.quod ſatis credo verum.

¶ De officio vicarij. Rubrica.

1 *C. Ad audientiam ſenſus.*
2 *Iudicis inferioris vim libello commenſurari.*
3 *Confeſſus in alio iudicio, remoueri poteſt.*
4 *Confitentem ſibi, non alijs obeſſe.*

1 AD audientiam. Hic eſt † expreſſum, ꝙ
ex quo conſtat, ꝙ aliquis
litigantium ſuper aliquo beneficio eccleſiaſtico non
habet ius in beneficio, pōt vtrique ex officio ſilentiū
imponi, & alias libellus ſit ineptus, ad hoc facit.ſ de filijs preſ-
byteris.c.2.& 5. & c.quoniam.de reſcriptis.inter cęteras.in fi.
de pactis. cum clerici.ſecundum Hoſt.hic.& j.de reſti.ſpolia.
eſt conqueſtione. Ad cuius dicti verificationem diſtingue, nā
2 aut crimen probatur † per confeſsionem, vel alias legitime cō
tra aliquem exiſtentem, & ſe defendentem in iudicio, aut con
tra aliquem exiſtentem extra. Si primo modo, tunc aut cauſa,
eſt coram iudice inferiore Papa, & talis non poteſt pronuntia
re vltra contenta in libello. Si ergo actor in ſuo libello conclu-
dit ad illud, aliud quam ad amotionem, & depoſitionem rei a
beneficio, tunc aut quæris, nunquid iudex poterit reū a bñfi-
cio illo, quod detinet amouere in eodē iudicio & virtute illius
libelli, & dic, ꝙ ñ quia vltra libellū nō extendit ptās iudicis. vt
ff.communi.di.50.vt fundus.& j.de ſimon.licet heli. Aut qris
3 nunquid poterit † eum amouere in alio iudicio. ſi poſtea cōtra
eum per modum accuſationis vel inquiſitionis agatur, & dic,
ꝙ ſic, & confeſsio ſua ſi quam fecerit in iſto iudicio præiudica
bit ſibi in alio.vt not. Inno. Ho.& Comp.ſ.de elec. per inqui-
ſitionem. aut cā eſt coram Papa, qui eſt ſ.ius. vt j.de conceſſ.p
ben.propoſuit.& tunc ſi neuter, nec actor nec reus hēt ius, po
teſt & conſueuit Papa reo priuato & actori ſilentio impoſito
perſonę idoneæ beneficium ipſum conferre. hoc totum nota.
Comp.ſ.de reſcriptis mandatum.in gl.fi.ver.ſed quid ſtatuet.
& Archi.c.di.contra morem & 2.q.j.c.multi.ſuper verbo ſecu
4 lari. & j.de iureiur. c.fi.li.6.Si crimen † probatur contra aliquē
exiſtentem extra iudicium tunc nihil ei obeſt.vt j.de ordi. co
gni. cum dilectus in fi.& no.Inno.j.de fideiuſ.peruenit.in fin.
& G.in c.alleg.de iureiur.c.fi.lib.6.quod intelligo, ſi probetur,
alias, quam per confeſsionem. Si vero per confeſsionem, obeſ
ſet ſibi poſtea in iudicio.vt not. Inno.& expreſsius Comp. in
dicto c.per inquiſitionem.

AD hæc. De materia primæ gloſſ. Bern. hic, vi
de, quod dicam infra de iure patro.ca-
pitulo poſtulaſti.

1 *Vicarium dat Papa.*
2 *Vicarium quatenus det epiſcopus.*
3 *Vicarius vicarium quomodo det.*
4 *Vicarius perpetuus temporalem creare quatenus verum.*
5 *Vicarius temporaneus nullum, niſi adiutorem adſumat.*
6 *Curę commiſſa comites.*
7 *Vicarius mercenarius alium non creat.*

CLericos. Si quæris vtrum prælatus vica
rium vel vicarius alium vica-
1 rium facere & inſtituere poſsit, diſtingue, † aut
quæris de Papa & de illo non eſt dubium ꝙ po
teſt.j.c.proximo.93.di.c.fi.&94.di.c.j. Aut quę
2 ris de epo, aut ſuperiore alio a Papa, & talis † po
teſt ſiue in ſpiritualibus ſolummodo, iuxta.ca.qm in pleriſq;
& c.inter cætera.j.de offi.ord.ſiue in ſpiritualibus & tempora
libus inſimul ſiue in temporalibus tm̄.vt j.e o.cum in genera-
li de temp.or.c.cum nullus. §.epo.& de præben.c. ſtatutum.li.
3 6. Aut † quæris de prælato inferiori ſeu vicario perpetuo & tūc
aut quæris vtrum poſsit eum dare de conſenſu & authoritate
epi, & dic ꝙ ſic, ſiue perpetuum vt ſ.e.c.proximo.& de cle.pe
regri.c.fi.vbi de hoc per Inno. & Hoſt. de præb.de monachis.
& c.in Lateranenſi.& c.extirpandę.§.qui vero. & de cap. mo-
na.c.vnico.li.6.& dic vt ibi.ſiue temporalem.vt j.de ap.perue
4 nit.2.j.de elec.cum ex eo.§.porro.li.6. Aut vult † eum inſtitue
re propria authoritate abſq; authoritate & aſſenſu Papæ, vel
epiſcopi & tunc aut vult inſtituere vicarium perpetuū aut tē-
poralem. Si perpetuum nō pōt ſiue ſit prælatus eccleſiæ qui ve
lit eum inſtituere.& ſic intelligitur iſtud.c.ſm Tan.Ber.& Ho
ſti. ſiue ſit vicarius perpetuus vel temporalis ſm ſecundā ex-
poſitionem caſus in glo.quam quicquid dicat glo.approbant,
Goff. & Ho.hic & j.e.c.fi.& pro hoc facit.c.allegatum, perue
nit.2.de app. Aut vult inſtituere vicarium temporalem, & tūc
aut talis prælatus vel vicarius perpetuus eſt præſens & reſidēs
in eccleſia vel vicaria, & vult inſtituere, & aſſumere ſecū mer-
cenarium temporalem in ſui adiutorium ad adminiſtrandum
ſacramenta eccleſiaſtica, & diuina officia celebranda. & tunc
aut ille quem vult aſſumere eſt notus & de promotione ipſius
conſtat. & tunc pōt eum aſſumere dummodo ſtatutum ſyno
dale vel prouinciale hoc non impediat.vt 7.q. j. c.illud. & c.ni
hil. Aut eſt ignotus vel peregrinus, & tunc non poteſt vt ſ. de
cle.peregri.per totum.& j.de tempo.ord.c.j.li.6. licet ad cele-
brandum ſecrete & ex deuotione poſsit eum admittere. vt ſ.
de cle.peregri.tue vt hæc no.G.de Montelau.extra e.c.vnico,
in cle. Aut in ſui abſentia a beneficio vult eum ibi inſtituere:&
relinquere loco ſui vicariū temporalē.& tunc aut hoc facit ad
modicum tp̄s puta per vnū vel duos paucos dies & ex magna
cauſa & non nimis frequenter & tunc pōt hoc facere ſicut fit
quotidie.arg.ff.de offi.eius. cui manda.eſt iuriſd.l.j.§.huiusrei
& j.de ap.peruenit.2.alias aūt nō poſſet ſm Ho.hic & in ſum.
ne præla.vices ſuas ad fi.ver. ſed nunquid pōt.idem frater Ioā.
in ſumma conf eſ.ti.ne præla.6.ſuas.q.4.vtrum poſsint & c. Et
eſt rō, nam talis tenetur perſonaliter reſidere & & deſeruire.ſ.
e.ti.c.vlti.& j.de cle.non reſi.per totum.& j.de elec.licet canō
5 & c.cū ex eo li.6. Aut eſt vicarius tpalis † q vult inſtituere aliū
vicarium

vicarium temporalẽ & tunc credo ſic dicendum ꝙ ſi eſt fir-
marius & talis ad quẽ pertinet regimen curæ & emolumenta
eccleſiæ pro tꝑe vel ſaltem regimen curæ ſine emolumentis,
iuxta ea quæ leguntur & no.ĩ.ne prælati vice ſuas.c.j.& c.quę
relam.& per totum & ĩ.de elec.cum ex eo.li.6.ꝓ in ipſius prę
ſentis adiutorium vicarium notũ & idoneũ aſſumere poſſet.
6 Nam ex quo regimen † curę temporaliter eſt ſibi commiſſum
& illa oĩa ſine quib.curam ipſam commode exercere non põt
arg.ĩ.de offi.deleg.c.prudentiam §.fi.de reg.iur.cum quid.lib.
6.Et quia per hoc cultus diuinus augmentatur, quod eſt fauo-
rabile.ſ.de conſti.ex parte & nulli præiudiciũ generatur.Si ve
7 ro † eſſet vicarius mercenarius qui pęnam, & laborẽ, ſuũ loca-
uit pro iuuando prælatũ vel vicariũ perpetuũ ad officiandũ in
eccleſia tunc non poſſet. Nã ſi eccleſia indigeat ſeruitoribus ad
prælatũ, ſeu vicariũ perpetuum ibi pñtem, cuius principaliter,
intereſt, debet hñi recurſus.vt ſ.c.proximo.& de iure pa. po-
ſtulaſti.Et ſcias ꝙ ſine conſenſu presbyteri vel archipresbyte
ri non põt eṗs aliquẽ inſtituere in eccleſia ſua, debet.n.presby
ter vel archipresbyter eum pñtare eṗo ad inſtituendũ.ar. c.all.
poſtulaſti vbi Ho.vr̃ ſequi hanc ſnĩam: & expreſſe eã tenet Io.
10.q.j.c.decretum.& Hug.& Arch.10.q.1.regenda & ibi vide
per Arch.in gl.2.Et vtrũ officialis eṗi excommunicati maiori
excommunicatione vere poſſit abſoluere ſubditos illius eṗi,
vel iuriſdictionem pro eo exercere.vide per oẽs.ĩ.e.romana.li
br.6.& per aſtenſem.li.7.ti.quis abſoluere poteſt ab excommu
nicatione art.1.q.vtrum officialis epiſcopi.

1 *Vicarium reuocans quando deieret.*
2 *Vicarium reuocare ex cauſa licet.*

SVa nobis. Io. And.poſt multas quæſtiones,
vtiles circa pñtẽm vicarij Papæ,
1 in vrbe quærit.Si † conſtituentes vicarium ad tꝑs cer
tum iurauerunt, vel ſub pœna promiſerunt non reuo
care ante tꝑs, an ſi prius reuocant, teneat reuocatio. & dato, ꝙ
teneat: an ſint periuri vel inciderint in pœnam. Et ſoluit breui
ter ꝙ ſi ſine cã reuocant licet aliquibus videatur ꝙ ſint periuri
vel in pœnam incidant tenet tñ reuocatio.arg.ff.de iud. l. iudi-
2 cium ſoluitur.de preca. l.fin. Si vero † hoc faciunt ex cã vt qa
ma'e gerit officium vendendo iuſtitiam, vel ijs ſimilia faciẽdo
propter tacitam conditionem ſubintellectam.ĩ.de iureiur.ca.
quemadmodum. non ſunt periuri nec debent pati pœnam, &
hoc ſufficit propter ea quæ dicit ĩ.de præb. dilecto.ſuper ver-
bo iuramento & in quæſtione de teſte iurato ſuper regula, qđ
ſemel.de reg.iuris.in nouella.

¶ De officio & poteſtate iudicis delegati. Rubri.

1 *Iuriſdictionis turbatorem mulctat iudex 8.& 9.*
2 *Iniurians eccleſiam a quo puniendus.*
3 *Iniuriam ſibi factam vindicat Papa.*
4 *Epiſcopus iniuriam in iudicio factam expiet.*
5 *C.Romana.ſenſus.*
6 *Epiſcopus, ordinarius non item, iniuriam puniat.*
7 *Delegatus iniuriantem ſibi puniat.*

QVia quæſitum. Si quæris vtrum a-
gentes & conſentiẽ
tes pari pœna puniantur, diſtingue, vt dicam, ĩ.
de homicidio ſicut dignum.diſtin.2.¶ Si quæ-
ris, vtrum iudex ordinarius vel delegatus poſ-
ſit iniuriam ſibi, vel alicui partium litigantium
1 coram eo vindicare factam, vel punire, diſtingue, aut quæris,
de iniuria ſibi facta ſiue ab altera partium ſiue ab extraneo, &
tũc aut per talem iniuriam ſua iuriſdictio impeditur, ſeu turba
tur, & tunc põt vt hic legitur, & no.& notat Inno.ĩ.e.titu.ca.
cum olim Abb.& de pœnis.dilectus.in j.glo.& Ho. poſt eum.
Et eſt rõ, quia ex quo iuriſdictio eſt ſibi cõmiſſa conceſſa ſunt,
& omnia, ſine quibus iuriſdictio ſibi commiſſa explicari non
poteſt.vt ĩ.e.c.præterea.& c.ſane.2.& ca.prudentiam.§.pen.&
fi.& c.ex literis.& ff.de iur.om.iud. l.2.Et quia rł̃r cuiubet iu
dici conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere penali iudi
cio.ff.ſi quis ius di.non obtemp.l.vnica.in prin. Fallit forte, in
archieṗo ſuam prouinciam viſitante qui non poteſt talẽ iniu-
riam niſi eſſet notoria vindicare.vt ĩ.de pœnis Romana.lib.6.
Et quæ ſit ratio huius notat Cardi. ibi ſuper verbo notoria.
Aut per talem iniuriam ſua iuriſdictio non impeditur, nec tur
batur. Et tunc aut quæris de ordinario aut de delegato.Si de or
2 dinario tunc aut talis iniuria † redundat in eccleſiam vel tangit
eccleſiam & tunc poteſt.vt 45.diſt.& qui emẽdat.vbi de hoc,
per Io.in glo.2.2.q.7.c.ſi quis erga & c.ſi quis ab epiſcopo. 23.
q.4.c.ſi illic hoc notat Io.in c.alleg.ſi quis ab epiſcopo.& 11.q
1.ſi quis ſacerdotum glo.2.& Arch.ibi in glo. fi. & Io.23.q.4.
Guiliſarius glo. penulti. & Cardin. idem & Ioan. Andre.ĩ. de
pœnis.Romana li.6.& Inno.& Hoſt.ĩ.de pœnis dilectus.tunc
enim eſt iudex in cauſa non ſua.ſed eccleſia quod fieri poteſt.
Nam epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa eccleſia, vt in iurib.
alleg. & no.Inno.& Hoſt.ſ.de elec.noſti.& Hoſt.ĩ.de verb.ſi-
gni.ex parte.i. ſuper verbo nihilominus.in fi. Aut talis iniuria;
non redundat in eccleſiam nec tangit eccleſiã, vt quia vocauit,
3 eum filium ruſtici, & ſtrabonem, vel gibboſum & tunc aut † q̃
ris de iniuria facta Papæ aut de iniuria facta prælato inferiori ſi
Papæ tunc ſi iniuria eſt manifeſta ipſe Papa poterit eam vindi
care vt 22.q.4.Guiliſarius.& c.ſequenti.Si vero eſt occulta tũc
poteſt facere inquiri de ea vt C.ſi quis impe.male.l. vnica.ĩ.de
maledic.c.j.vbi de hoc per Ber.& Hoſt.hoc no.Inn.& Hoſt.ĩ.
de verb.ſig.c.ex parte.j.in glo.ſed dices in principio. & Archi.
in d.c.alle.Guiliſarius.& idem approbat Archi.ĩ.de priuilegio
cum perſonę, ſuper verbo ordinarij.li.6.Si quęris de iniuria ſa
cta prælato inferiori, tunc aut eſt eṗs, vel ſuperior, aut eſt inſe
4 rior epiſcopo.Si † eſt epiſcopus, vel ſuperior tunc aut iniuria,
eſt notoria ſeu manifeſta & tunc poterit eam vindicare in ſub
ditos ſuos vel in ſua iuriſdictione delinquentes.2. q. 7. ſi quis
a proprio.ĩ.de offi.ordi. irrefragabili.§.exceſſus. & §. cæterũ.
& in dicto c. Romana vbi de hoc per G.& Io.And.ſuper ver-
bo penitere non autem in alios quã in ſubditos vel in ſua iuriſ-
dictione delinquentes præterquam in caſu illius c.Romana.in
5 fi.† vbi archiepiſcopus cum in prouincia ſuã iuriſdictionẽ exe
quitur poteſt punire manifeſtas ſeu notorias offenſas ſibi vel
ſuis illatas a quocunque. Aut eſt occulta & tunc nõ puniet nec
vindicabit eam: ſed poterit eam apud ſuperiorem accuſare vel
denunciare.ar.C.ne quis in cã ſua ius ſibi dicat, l.j.23.q.1.inter
quærelas.& q.5.de occidendis. 4.q.2.c.j & ĩ.eod. ſtatuimus li.
6. Et ratio eſt, quia in caſu præcedenti non eſt iudex in cauſa,
ſua ſed executor pęnæ: quod bene poteſt quis eſſe in cauſa ſua
& ideo recuſari non poteſt.ĩ.de ap.nouit ſm Innoc. & Hoſt.
in c. alleg.ex parte in glo.ſed dices.& in hoc concordat ſpecu.
titul.de legato. §. j.ver.ſed nunquid legatus & G.ĩ. de pœnis.
c.felicis glo.fi.circa fi.li.6.Si eſt iudex † ordinarius inferior epi
ſcopo vt eſt archidiaconus præpoſitus vel decanus. Tunc cre-
do indiſtincte, ꝙ ipſe non puniet eum ſed epiſcopus. ita intelli
go.ĩ.de pœnis c.dilectus & ita intelligo opinionem Archi. in
c.alle.& qui emendat.45.di & in c.alle.ſi quis ab epiſcopo glo.
fi.2.q.7.vbi dicit ꝙ ſi litigator dicat iniuriam iudici ordinario,
non ipſe puniet ſed ſuperior per cap allegatum dilectus. Et eſt
ratio quia nemo eſt iudex idoneus in cauſa ſua.C.ne quis in cã
ſua ius ſibi dicat. l. j. ſecundum eum . Eſt & alia melior ratio,
quia iſta iniuria facta iudici reputatur atrox.vt inſtitu.de iniu.
rijs. §.atrox. & atrocia debent referri epiſcopo.vt ſ.de offici.
Archidia.ad hæc.& 25. diſt. perlectis. Item alia quia ad epiſco
pum, qui prope eſt poteſt de leui haberi recurſus.argu.ĩ.de tẽ
po.ord.cap.cum nullus.§. epiſcpo.infra de offic.ordi.cap.Ro-
mana.§.officiales.li.6.Non ſic in iniuria facta epiſcopo vel ſu-
periori maxime per aliquem de extra dioceſim, vbi non poſſet
habere recurſus ad aliquẽ de dioceſi, ratione delicti, præterquã
ad eum, cum de iure communi ipſe ſolus habeat forum, ſeu
territorium in ſua dioceſi ad puniendum extraneos ibidem de
linquentes prout not. Innoc.& expreſſius Hoſtien.infra de ſo
ro competen.cap.cum contingat & dicam infra de rap. cap.1.
Et ideo non mirum, ſi, deficiente copia iudicis poſſit ſe de no
toria iniuria vindicare. argumen.eorum quæ legum.& not.C.
quando licet vnicuique ſine iudice ſe vin.l, 1.& 2.ff.de ijs quæ
in fraudem credi. l. ait prætor. §. ſi debitorem. & C. de decu.
l. generali. libr. 10. Si quæris de iniuria facta delegato tunc In
nocen. hic in verſ. iniuriam autem dicit quòd poteſt eam vin
dicare idem G. infra de pœnis felicis. in gloſſ. fin. circa finem
in verſ.nec obſtat, &c. libr. 6. Contrarium tenet Innocen. in-
fra de pœnis.cap. dilectus. & G. 2. quæſtio.7.capitu.ſi quis ab
7 epiſcopo. Ego credo † ſic dicendum , quod aut eſt delegatus
Papæ, aut alterius inferioris, ſi Papæ, tunc aut fit ſibi iniuria,
vt iudici & quia iudici & in contemptum iuriſdictionis dele-
gatæ. vt quia reus vel amici ipſius rei ipſum verberauerunt, &
ea occaſione. quia de cauſa cognoſcit, & tunc poteſt eam vin-
dicare. ita intelligo glo. Innocen.hic & infra eo.cap.quoniam,
Abbas. ſuper verbo mentio in fin.& G. in cap.allegato felicis.
ſet, quod inferior imperaret ſuperiori ſuo vel in eum animad-
uerteret cū quibus ſatis cõcordat Arch. in c.alle.inferiori: quia
talis conſuetudo eſſet irrõnabilis,ar.hic.& ibi.89.di.ad hæc.93.
diſt.nulla.96.diſt. ſi quis dubitet. & ideo oīno reprobanda.s̈.de
conſue.cum inter.& c.vlt. Quam opi.credo veriorē in foro iu-
diciali. Sed contrariā ſequerer in foro pęnitentiali tanquā ani-
mæ tutiorē ar.j̈.de ſpon.iuuenis.de homicidio ad audientiam.
& c.ſignificaſti.2.& c.pen.de cle.ex.mi.illud de ſen.ex. inquiſi-
tioni: & ad hoc facit quod ipſe Io.An. notat.j̈. de reg. iur.c.qui
10 tacet in nouella.li.6.vbi quærit,ſi cõſtitutio epi † præcipit nul-
lam alienationem rerū immobilium eccleſiarū fieri per cleri-
cos ſine licentia epi,vitians contractū & addens pęnā arbitrariā
& capitulū ſuum pręmiſſo tractatu epiſcopi,epo vendat aliquas
terrulas ſine alia licētia,an loc⁹ ſit pęnis ſtatuti? & ſoluit ꝙ non.
¶ Super glo.in fin. Si quæris vtrum ille cui Papa mandat ꝙ ex-
communicet aliquem poſsit ipſum ſic excõicatum abſoluere,
11 diſtingue,aut mādat, & † cõmittit ſibi, vt iudici:puta quia com
mittit ſibi cognitionem & deciſionē cauſæ alicuius & virtute
huius mādati alteram partium excõicat, & tunc poterit quan-
diu durabit ſua iuriſdictio eum abſoluere. vt.s̈. de reſcriptis.c.
olim ex literis.& de off.dele.quærenti.& hoc not.Io.21.di.inſe
rior.& 27.q.1.ſi homo eſſes.7.q.1.peruenit gl.fi.& Archi.poſt
12 eum. Aut † mandat ſibi, vt nudo executori, vel vt ad illū ſolum
articulū deputato:& tunc nõ poterit eum abſoluere: quia fun-
ctus eſt officio ſuo.s̈.de offi.dele. ex literis. & c.qm̃ pro hoc.j̈.
de verb.ſign.c.fi.ſm̃ Io.& G.in d.c.peruenit. & in d.c.ſi homo
eſſes.Fallit in caſu,vbi Papa ſpecialiter abſolutionem ſibi com-
mitteret,vt.s̈.de off.deleg.c.quoniam. in fin.ſm̃ Hug.in c.alle.
peruenit. & Io.in c.alleg.ſi homo eſſes.& ita intelligo gl.iſtam,
& ita in effectu diſtinguit Hoſtien.in ſumma de ſen. ex.§.quis
poſsit ab hac ſententia. ſub.§. ſed quid ſi Papa. & Aſtenſis poſt
eum.lib.7.tit.quis poteſt ab excommunicatione abſoluere, ar-
ticulo.6.q.quid ſi Papa. Henricus Boich.

1 *Humilitas interior ſequenda.*
2 *Humilitatem exteriorem damnari.*
3 *Virtutis opera.*
4 *Humilitatem varie fingi.*
5 *Ironia, & iactantia, & vtra perniciosior.*
6 *Humilitatis gradus.*
7 *Vocandi ſolum maiores vniuerſitatum.*
8 *Vocandi ſunt, quorum intereſt.*
9 *Compoſitio quibus quandoque obſit.* 10.11.
12 *C. humilis. explicatur.*

HVmilis. Si quæras,vtrum,& quæ humilitas ſe-
quenda eſt,& approbanda diſtingue ꝙ
1 † quædā eſt humilitas interior reſidens in corde, &
illa ſequenda eſt, & approbāda. vnde dn̄s dixit.Mat-
thæi.19.c°.ait. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde
modo oīs Chriſti actio noſtra eſt inſtructio.1.q.1.Chriſtus qđ
fecit.2.q.1.Deus omnipotens. & in pſal.24. Vide humilitatem
meam,& laborem meū: & dimitte vniuerſa delicta mea. & in
pſal.34.Humiliabam in ieiunio aīam meam,&c.& in pſal.130.
Humiliatus ſum vſquequaq; Dn̄e:iudica me ſm̃ verbū tuum.
Item Matthei.5. Beati mites &c. Quædam vero eſt humilitas
2 † exterior: & tunc aut dat ſeu dare poteſt veriſimiliter ꝓximo
occaſionem delinquendi, vt qn̄ prælatus eſt nimis humilis er-
ga ſubditos per quod regendi frangitur authoritas. 86. diſt. qn̄
neceſsitas.vel qn̄ quis propter ſuam humilitatem nimiam ſper
neretur. & illa non eſt ſequenda. vt hic legitur & notatur. Aut
non,& tunc aut humilitas eſt vera, non ficta & talis eſt appro-
banda.vt hic.& 46.di.hoc habet.de quo ibi per Arch. gl.2.& 3.
3 vnde Beatus Ber.dicit,Virtutis † primum opus eſt doceri,vir-
tus cum humilitate vult doceri cū labore, quæri cum amore,
haberi nec aliter vel doceri vel quæri vel haberi poteſt. Aut eſt
ficta,vt cū aliquis de ſe minora fingit,& tūc dicit frater Aſten.
4 lib.2.& 6.ti.de iactantia. ꝙ hoc dupliciter poteſt † contingere.
vno modo ſalua veritate,dum, ſcilicet, maiora quæ ſentit in ſe
tacet. & quædam minora detegit quæ tn̄ in ſe eſſe cognoſcit &
hoc non eſt ironia nec eſt peccatum ſm̃ genus ſuū niſi per cor
rectionem ſuam. Alio modo declinādo a veritate vt cum de ſe
aſſerit aliquid velle, quod de ſe non cognoſcit. Aut cum negat
5 magnum aliquid quod tn̄ in ſe eſſe percipit:& ſic eſt ironia † &
eſt ſemper peccatū. Vnde Gregorius. Incaute ſe humiliat qui
mentiendo ſe illaqueat. vnde hæc eſt falſa humilitas de qua di-
cit Auguſtinus in quadā epiſtola, quòd eſt magna ſuperbia. Et
vtrum ironia ſit maius peccatum,quam iactantia, rn̄det Aſten
ſis ibi, ꝙ vtraq; mentitur vel verbis vel quibuſcunq; exteriori
bus ſignis circa idem ſcilicet,circa cõditionem perſonæ. Vnde
ratione materię ſiue obiecti circa quod ſunt æqualia ſed vt plu
rimum iactantia procedit ex turpiori motiuo ſcilicet ex lucri
appetitu vel honoris. Ironia vero ex hoc ꝙ fingit licet inordi-
nate. Vnde pp primum eſt grauius & ſm̃ hoc dicitur.4.Ethi.
ꝙ iactantia eſt peccatum grauius. Ironia tn̄ contingit qn̄que,
vt hic minora de ſe fingat ex alio motiuo puta vt doloſe deci-
piat, & tunc ironia eſt grauior & ſic dicitur eccleſiaſtici.19.Eſt
qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Et
6 not. ꝙ glo. Matthæi.3.dicit ꝙ perfecta humilitas † habet tres
gradus. Primus ſubijcere ſe maiori, & nõ proferre æquali. Se-
cundus ſubijcere ſe ęquali & nõ proferri minori, qui eſt abun-
dans. Tertius eſt ſubeſſe minori qui eſt perfectus. Henricus.
¶ Si quęris, vtrum in negotijs, ſeu tractatibus omnes quorum
7 intereſt & quibus præiudicari † poteſt, ſint vocandi, refert, aut
agitur de negotijs vniuerſitatū: & tunc non vocantur oēs ſin-
gulariter. ſed ſufficit vocari maiores,& ſyndicos vniuerſitatis.
C.de iura.calum l.2.§.ſin autem.ff.de condi. & demon.l.muni-
8 cipibus. Aut agitur de † negotijs ſingularium, & tunc regula-
riter omnes, quorū intereſt & quibus præiudicari poteſt, ſunt
vocandi.ff.de ſerui.ru.pręd.l.per fundum.C.de aur.ho.præſtan.l.
fin.& .s̈.de offic. Archid.ad hæc in fin.ſecundum Inno. Hoſt.&
Io.Andr.quod intellige vt dixi.s̈.de conſti.c.cum omnes.
¶ Hic habes, ꝙ prouiſio Papæ pręiudicat conſentientibus,li-
cet tenorem prouiſionis ignorent. Iuxta hoc,ſi quæras, vtrum
cõpoſitio, prouiſio, vel tranſactio præiudicet in ipſam conſen-
9 tienti, ſed tenorē ipſius ignoranti, refert aut cõpoſitio fit † ex-
tra iudicium,& nullo mediante: & is, qui cõſentit in nullo cer-
tificatur,& tunc non pręiudicat cõſentienti, & tenorem ipſius
ignorāti.Sic loquitur.ff.de pac.l.tres fratres.ff.de tranſac.l.cum
10 aquiliana in fi. Aut fit aliquo † mediante, puta, quia in iudicem,
vel alium cõpromittitur taliter, ꝙ de alto & baſſo, ſicut vtun-
tur Gallici in vulgari ſuo, poſsit dicere & facere quicquid vo-
luerit, hoc eſt, ius vnius partis in totū, vel in partem dare alte-
ri,& tunc non poteſt de cætero aliqua partium ignorantiā alle-
gare: quia ex vi pacti vtraq; ſe excludit: ergo de ſe quæratur ad
hoc.ff.de mino.l.cum mandato.&.ff.de arbi.l. diem ꝓferre.§.
ſtari.ff.ſi menſor fal.mo.dixe.l.1.§.hæc actio ver. ꝓinde. de in-
11 ſtito.l.ſed & ſi quis §.fi.de acqui.poſ.fi.ver.ſin autem. Idem † ſi
cõpoſitio ſcripta etiam clauſa & ſignata partibus oſtēdatur,&
partes eidem cõſentiant ſiue pro ipſis ſiue cõtra ipſas: imputa-
re eīn poſſunt ſibi,ſi ipſam non faciant aperiri, vt ꝓbatur eui-
denter hic & ff.depoſiti.l.1.§. ſi ciſta ver.quid ergo ſi ignoraue
rit. de tranſacti.l.nõ eſt ferendus.de act.empt.& vendi.l.tene-
tur.1.reſ.de auro & ar.leg.l.Quintus Mutius in fi.& l.& ſi non
ſint.§.perueniamus.& l.h.§.mulier. & hoc ideo permittit quia
boni iudicis eſt lites dirimere.ff.ſi cer. pe.l. quidā ęſtimauerūt.
j̈.de dolo & contu.c.fi.nē.hæc diſtinctio poteſt intelligi ex di-
ctis Hoſt.hic cū quo ſatis cõcor. Io. An. Sed quo ad intellectū
12 huius decre.ipſe Io.An.dicit, ꝙ ponderat † verbū in textu ſo-
lenniter.& putat ꝙ hæc ſit mens literæ iſti,quib⁹ ſcribitur ex-
hibebūt formā cõpoſitionis illis, quorū cõſenſus requirit & ſi
cõſenſerint fiet ſolēnis publicatio,per quā deinceps ſeruari iu-
bebitur & pro ſn̄ia tenebitur: ſi diſſentiāt fiet quod ſequitur.]

¶ De treuga & pace. Rubrica.

1 *Belli genera: horum quod iuſtum.* 2.
3 *Iudicis authoritate, non niſi iuſta, bellum recte permitti.* & 4.
5 *Bellum defenſionis gratia an iure permiſſum.*
6 *Bello capta quando, an non, reſtituenda.*
7 *Duellum illicitum.*
8 *Belli ſpecies.*
9 *Pax ſequenda: eiuſque fructus.*

TReugas. Si quæris quod bellum dicitur li-
citum : & quod nõ diſtingue quia
1 multiplex eſt bellum. † Vnum eſt inter fideles, &
infideles. & hoc poteſt dici bellum romanum: &
tunc aut fit iure approbãte: & hoc eſt iuſtum re-
ſpectu fidelium. ĩ. de hęret. excõmunicamus. 1. & 2. & de voto
& voti redemp. c. licet. & c. magnę. & c. ſe. de iudęis ita quorun
dam. Sed reſpectu infidelium eſt iniuſtus. 11. q. 3. non ſemper
& c. Iulianus Imperator. Aut fit iure prohibente. & tunc eſt in-
iuſtum quo ad pugnantes & non quo ad defendentes. vt. C. de
2 paga. l. Chriſtianis. &. ĩ. de Iudæis ſicut Iudæi. † Aliud inter fi-
deles hinc & inde. & hoc eſt multiplex : quia aut fit authorita-
te iudicis, aut fit authoritate iuris: aut fit non authoritate iudi-
cis nec iuris, ſed propria authoritate. Si authoritate iudicis le-
gitimi, tunc refert. Nam aut huiuſmodi authoritas ſiue iuſſus
iudicis authoritati iuris non repugnat : puta quia ij cõtra quos
indicit bellũ immediate ſub ſunt ei & habet ius exercẽdi me-
rum imperium, nec eſt author in propria cauſa, nec erat & tũc
iuſtum põt dici ſiue fiat impugnando ſiue defendendo ad hoc
. ff. quod met. cau. l. continet. 23. q. 2. iuſtum. & §. cum ergo. 23.
q. 3. §. ecce. & q. 4. ille gladium. & q. 5. miles. & c. ſeq. & c. regnũ.
3 Aut authoritas † iudicis ſiue iuſſus authoritati iuris contraria-
tur euidenter, & repugnat. & tunc eſt iniuſtũ. vt 11. q. 3. c. qui
reſiſtit. c. Iulia. & c. ſi dñs. & c. non ſemper. C. de iure fiſ. l. ꝓhi-
bitum. & l. defenſionis facultas. de decuri. l. oẽs. in fin. lib. 10. de
4 metatis. l. deuotũ. li. 12. Si authoritate † iuris fiat, quod eſt vbi-
cunq; a iure conceditur : & tunc eſt iuſtum, ſiue hoc fiat impu
gnando ſiue defendendo, & ſiue ſit voluntarium, ſiue neceſſa-
rium. vt patet. C. quã liceat vnicuiq; ſine iudi. ſe vindi. l. 1. & 2. &
de epi. & cle. l. ſi quis in hoc genus ſacrilegij. & de ijs qui latro-
nes occultãt. l. fi. ĩ. de homi. pro humani. in fi. & de ſen. ex. c. di-
lecto. li. 6. ff. de rei ven. l. qui reſtituere. Itẽ potes ponere exem-
5 plum de illo, † qui ſe defendit authoritate iuris ꝯtra voluntarie
impugnantes. ff. de iuſti. & iure. l. vt vim. Si ꝓpria authoritate
fiat tunc eſt iniuſtũ. Et hoc ſiue fiat defendẽdo, vt quia fit ꝯtra
authoritatem iudicis per aliquos iudici cõtumaces, vt quia au-
thoritate iudicis legitimi non errantis, aliũ impugnat iuſte pu-
gnat: impugnatus aũt iniuſte ſe defendit, quia tanto magis ap-
paret de ſua cõtumacia, & pręſumptuoſa rebellione & multo-
magis ſi inuadat: & impugnet. & hoc bellũ poteſt vocari præ-
ſumptuoſum ar. de pe. di. 5. q. §. 1. ad fi. š. de maio. & obe. ſi quis
venerit. ff. de rei ven. l. qui reſtituere. ſiue fiat cõtra authoritatẽ
iuris ſiue defendendo impugnãdo & hoc poteſt dici temera-
rium. Ad hoc facit quod dr̃ in iſto. c. &. ĩ. c. ꝓximo. & de pęnis
felicis. li. 6. & extra de pœnis. c. ſi quis ſuadente. in cle. Siue fiat
voluntate ꝓpria per aliquos alios impugnãtes, & hoc põt dici
bellum voluntariũ vt. C. ad l. Iul. de vi pu. vel priuata. l. qm̃ mul-
ta facinora. quod verũ etiam ſi per diffidentiã ſibi inuicem re-
mitterent fidem quia cũ natura inter hoĩes quoddã ius ſtatue-
rit, hominem homini inſidiari nephas eſt. ff. de iuſti. & iure. l. vt
vim. quia hoc ius per pactũ remitti nõ poteſt. ff. de pactis. l. ius
agnationis. C. de patria po. l. abdicatio. Et not. ꝙ quis captus in
6 bello romano, vel in bello † authoritate iudicis competentis, &
non errãtis vel in bello authoritate iuris facto nõ tenetur ad re-
ſtitutionem: ſecus de captis in bello pręſumptuoſo, ſiue teme-
rario ſiue voluntario. qđ dic vt no. ho. in ſumma hoc ti. §. quid
ſit iuſtũ bellum. Et hęc vera intellige de bello, qđ fit alias, quã
7 in defectũ probationis. Si vero † quæris de duello, qđ fit in de-
fectum probationis. & ad probandũ tale ſemper eſt illicitũ ſal-
tem ſm̃ canones: quia nõ eſt niſi Deum tentare. vt. 2. q. 5. mo-
nomachiam. &. ĩ. de cle. pugn. in duello. c. 1. & 2. & dic vt ibi. &
de iſta materia not. Ho. & Io. An. in nouella. in d. c. pro humani
8 ſuper verbo diffidatur. li. 6. dicẽtes ſeptem eſſe bella. † Primum
eſt romanum, ſm̃ iudiciale, tertiũ præſumptuoſum, quartũ li-
citum, quintũ temerarium, ſextũ voluntarium, & ſeptimũ ne-
ceſſarium quod dic, vt dixi ibi. dicunt præterea ꝙ etiã poſt dif-
fidationem non pñt aliqui ſe inuicem impugnare, nec valet cõ-
ſuetudo cõtraria: vel iur̃m. š. de conſue. c. fi. &. ĩ. de iureiur. c. 1.
lib. 6. Et ſex caſus quare nõ eſt pax inter hoĩes vide per Archi.
23. q. 1. noli. & per Io. An. ĩ. de re iudi. c. ad apoſtolicę ſuper ver-
bo pace. lib. 6. & de pace & bello not. Aſten. lib. 2. ti. de pace. Et
9 nota ꝙ quilibet † tenetur, & debet ſequi pacẽ, & appetere eam
tam ex pręcepto diuino, vt patet Zach. 8. c. veritatem tñ & pa-
cem diligite hæc dicit dñs exercituum & in pſal. 33. Inquire pa
cem & proſequere eam. & Marci. 9. c. & recitatur. 43. di. ſit re-
ctor habete in vobis ſal. & pacẽ habete inter vos. quã canoni-
co vt hic &. š. in proemio. Rex pacificus cuius oĩs actio noſtra
eſt inſtructio. 2. q. 1. Deus omnipotens quã ciuili. vt in auth. de
pace te. & iura. fir. & de pace tenẽda & eiũs viola. coll. x. ꝗ etiam
primi in execrabilis & extimabilis exhortatione. Matthei. 5. c.
Beati pacifici, qm̃ filij Dei vocabuntur. & in pſal. 36. Manſueti
aũt hęreditabunt terrã : & delectabuntur in multitudine pacis.

1 *Treugæ conuentionales.*
2 *Treugæ non niſi ſeruanti ſeruandæ. & 4.*
3 *Treugæ canonicæ: earumque genera.*

INnouamus. Si quæris, vtrum, & qualiter
treugæ ſint ſeruandæ, refert,
aut quęris de treugis conuentionalibus, aut de cano
1 nicis. Si de † conuentionalibus & dicuntur conuen-
tionales quæ ex conuentione partium recipiunt formam ſicut
quilibet alius contractus. ff. depoſiti. l. 1. §. ſi conuenerit. & de
regu. iur. l. cõtractus. & tunc aut pars aduerſa ſeruat eas aut non
2 † ſi pars aduerſa ſeruat eas oĩno ſunt ſeruandæ etiam hoſti ro-
mano. 23. q. 1. noli. 22. q. 4. Innocens. ſi non ſeruat eas, tunc ſua
pars aduerſa non tenetur eas ſeruare. 28. q. 1. ſi infidelis. 95. diſt.
eſto ſubiectus. ff. locati. l. quęro. §. inter locatorem. C. de pac. l. ſi
proponas. de tranſac. l. ſi diuerſa pars. ĩ. de iureiur. c. peruenit. 2.
3 cum ibi alleg. Si quęris de treugis † canonicis de quibus loqui-
tur hic. š. c. ꝓximo & iſtas treugas canonicas aliqui habẽt per-
petuas, alij temporales : perpetuas habent clerici, monachi, &
conuerſi, dum in eccleſijs canonice & regulariter viuunt, alias
non vt hic &. ĩ. de vita & ho. cle. c. fi. de cle. coniuga. c. Ioan. &
c. diuerſis fallacijs. C. de epi. & cle. l. generaliter. Idem de ruſti-
cis quamdiu ſunt in agricultura. vt hic. Temporales hñt omnes
cõmuniter, & durant, prout legitur & notatur. š. c. proximo. &
ita notat in effectu Hoſt. in ſumma huius titu. §. quot ſunt ſpe-
4 cies. Et intellige, quod iſtę treugæ † canonice ſunt ſeruandæ:
dummodo aduerſarius eas ſeruet : alias ſecus, vt dictum eſt de
conuentionalibus. Nam cõuentionales quæ ꝓcedunt ex con-
ſenſu fortiores ſunt & fortius ligant, quã illę canonicæ: quia li-
gant de iure naturali, vt. ff. de pac. l. 1. & 2. de iure diuino. vt in c.
alle. nolo. 23. q. 1. de iure ciuili & in aut. de pace te. & eius viola.
& de pace tenẽda & iura. fir. per totũ. & de iure canonico vt in
iuribus alle. & tñ illę non ſunt ſeruandę hoſti: niſi & hoſtes ſer-
uauerint vt eſt dictum: ergo nec canonicę arg. š. de elec. cum in
cunctis. in principio. & C. de ſacroſ. eccl. aut. multo magis. &c.

¶ De pactis. Rubrica.

1 *Actionem ex pacto nudo naſci canonice.*
2 *Pactum nominatum actionem parere. 5.*
3 *Pacto innominato actionem non niſi rei interuentu dari. fallit. 4.*

ANtigonus. Si quæris, vtrum nudum pa-
ctum pariat actionem, diſtin-
1 gue † aut quæris ſm̃ canones, & dic ꝙ ſic, vt hic.
&. ĩ. eo. c. qualiter. quod intellige, vt dicam. ĩ. eo. c.
fi. nec mirum quia dum quis venit contra pactũ,
peccat mortaliter. arg. 22. q. 1. prędicãdum. vt not. Ber. hic in fi.
Aut ſm̃ leges & tũc aut huiuſmodi pactum tranſit in ſpeciale
2 † nomen cõtractus : & tunc ſemper parit actionem, vt patet in
emptione, & venditione, in locatione, & conductione, & in ſti-
pulatione. & in ſimilibus. ĩ. de empt. & vendi. per totum de lo-
cato & conducto, per totũ. ff. & C. eo. tit. per totum. & de verb.
3 obli. per totum. Aut non tranſit † in ſpeciale nomen cõtractus,
ſed ſtat in finibus generalitatis: & tunc aut huiuſmodi pactum
veſtitur rei interuentu ſeu traditione aut non. Si ſic, tunc parit
actionem. vt. C. de rer. permu. l. ex placito. nam illo ſolo modo,
ſcilicet, rei interuentu, ſeu traditione pactum nudũ veſtitur vt
not. Iaco. de Ra. & Pet. de Bellaper. & Cy. C. eo. tit. l. legem. Et
hoc intellige verum, ſcilicet, ꝙ pariat actionẽ, dummodo alias
pactum ſit rõnabile & honeſtũ : alias ſecus, vt dicam. ĩ. eo. c. fi.
4 Si † pactum nudum nõ veſtiatur rei interuentu ſeu traditione
tunc nõ parit actionẽ. vt. ff. de pac. l. iuriſgen. §. ſed cũ nulla ver.
igitur nuda pactio. Sed hoc fallit in certis caſibus vt. ff. de nau-
ti. fœno. l. periculi. de vſur. l. etiam. & C. de vſur. l. frumenti. ff. de
pollicita. l. pactum. & quod dicit Hoſt. hic, ꝙ fallit etiam in con
ſtituta pecunia. vt. ff. de conſti. pec. l. 1. & in dote. vt. C. de dotis
promiſ. l. ad exactionẽ. & de rei vxo. act. l. vna. & in donatione.
5 vt. C. de dona. l. ſi quis argentum. in fin. † Salua ſui reuerentia,
non eſt verũ, quia iſti caſus hodie ſunt redacti per legem in ſpe
ciale nomen cõtractus: & ideo actionem pariunt, ſicut & aliæ
conuentiones, ſeu alia pacta iuriſgentiũ, quę in ſpeciale nomen
tranſeunt. vt notant prædicti Iac. Pet. & Cyn. in l. allega. legem.
1 *Auctis cura rebus, penſiones ne augeantur: alias cõtra & qu. 2.*
3 *Burſa priuata quando non implenda.*

Cum clerici. Si queris, nunquid, augmentatis facultatibus eccleſię, penſio
nem debentis ipſa penſio debeat augmentari, refert
1 aut † bona eccleſiæ ſunt augmentata diligentia clericorum & tūc non debet augeri penſio. vt. C. de alluuio. l. vlti.
Aut ſunt alias, ſeu aliunde augmētata, quam induſtria clericorum, & tūc aut neceſſitas, vel paupertas illius eccleſiæ, cui de-
2 betur penſio hoc exigit, vt penſio augmentetur, & † tunc poteſt & debet augmētari: dummodo palam & publice fiat capitulo conſentiente & ſuo iudice authorizante. ar. ff. de admi. tu. l. non exiſtimo. j. de præb. expoſuiſti. j. de ijs quæ fiunt a præla. c. tua. & c. paſtoralis. j. vt eccle. bene c. vnico. §. fi. Aut neceſſitas, vel paupertas illius eccleſiæ, cui debetur penſio, hoc non
3 exigit: & tunc priuata † burſa eccleſię, cui debetur, nō replebitur. ſed potius diuinus cultus augmentabitur: & ſic loquit expreſſe. s. de cōſti. cum M. Ferrarien. & c. pen. vbi de hoc. & iunge quod no. j. ti. ꝓximo. de cętero. ſm Ho. qui ponit iſtā diſtinctionē hic & vide qđ dicā poſt eum. j. de Cenſi. c. ꝓhibemus.

1 *Pacta contra eſſentialia non ſeruanda.*
2 *Paciſci contra accidentalia licet.*
3 *Paciſcitur rectè quis in plus quam facere poſſit daturus fallit. 8.*
5 *Pacta poſſibilia tenere?*
6 *Pacta impoſſibilia nulla.*
7 *Pactum turpe quando, an non, ſeruandum. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Pactum impoſſibilitate facti, præter temporale, nullum.*
14 *Pactum contra ius (dempto priuato) irritum. 15. & 16.*
17 *Reſcripti & pacti diſcrimen.*
18 *Pacto irrito, pœnam corruere.*
19 *Pacto præter ius nullo, pœnam deberi.*
20 *Pœnam, pacto iuſto, deberi qui accipiendum. 21.*
22 *Stipulatio conditione initiata quando, an non, valeat. 23.*
24 *Conditionalis obligatio quando pura.*
25 *Conditionalis inſtitutio quando pura.*
26 *Conditio an in diem transferenda.*

Pactiones. Si quæras, qñ pactum debeat ſeruari, & qñ nō, diſtingue aut eſt poſſibile & honeſtum ita, ꝙ nec eſt de re turpi, nec ob turpem cauſam: nec turpiter interpoſitū: aut non. Si ſit poſsibile, & honeſtum: tunc refert quia quędam ſunt pacta quæ ſunt cōtra contractū circa quem interponuntur. quædam contra naturā rei, circa quam interponuntur. quædā con-
1 tra neutrum. In primo † caſu refert, quia quędā pacta ſunt contra eſſentialia, ſeu formā eſſentialem ipſius cōtractus, & illa nō valent. vt. ff. de præca. l. cum præcario. & j. de pręca. c. vlt. vbi de hoc & de condit. appo. c. vlt. quædā pacta ſunt contra acciden-
2 talia, ſeu formā accidentalem contractus vt eſt pactū † ꝙ venditor non teneatur de vitijs & morbis quod nō eſt contra formam eſſentialem ipſius cōtractus, ſed contra ius quod datū eſt conceſſum ipſi emptori & talia bene valent. vt. ff. de pact. l. pa-
3 ciſci. Idem illo, qui rōne contractus † habet priuilegium, quod non cōdemnetur, niſi inquantū facere poteſt: puta pro ſocio, tutelę. & ſimilibus. ff. pro ſocio. l. verum. §. 1. de re iud. l. ſi cōuenerit. nam pactū factum in contrariū ſcilicet, ꝙ inſolidū condemnetur valet. Dicitur autem hēe priuilegium rōne contractus qñ habet priuilegium in certo contractu vt in donatione ſocietate & ſimilibus. In ſecundo caſu. ſ. qñ pacta ſunt contra
4 † naturam rei, refert aut fiunt ex interuallo & tunc nō valent. vt. ff. de vſu & habi. l. per ſeruum. §. 1. Aut fiunt in ipſo contractu: & tunc aut pactū contrarium eſt ipſi rei in eſſentialibus, & tunc nō valet ipſe cōtractus. vt in l. allegata, per ſeruū. §. 1. 2. reſponſo. Aut eſt ꝯtrium ipſi rei in accidentalibus, & tunc nō valet pactū: ſed bene valet ꝯtractus. vt. ff. ſi vſufru. peta. l. vti frui. §. 1. vt hoc no. Pet. de Bellaper. & Cyn. C. de iure emphy. l. 2. In
5 tertio † caſu refert: aut pactū non habet aliquam conditionem vel adiectionē impoſſibilem de iure, vel de facto adſcriptā, & pactum tale regulariter ſeruari debet: dummodo cōditio paciſcentium, vel rei deductę in pactū non repugnet. vt. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. prętor ait. s. eo. c. 1. & c. qualiter. Aut habet aliquā conditionem vel adiectionē turpem vel impoſſibilem de iure vel de facto ſibi adſcriptam. & tunc nō valet. De turpi patet. ff. de cōdi. inſti. l. conditiones. & l. filius. De impoſſibili conditione: puta ſi ꝓmitto decem ſub conditione, ſi cœlum digito tetigeris patet inſti. de inuti. ſtipu. §. ſi impoſſibilis. Si eſt im-
6 poſſibile, † vel inhoneſtū ſiue turpe, tunc, aut quæris primo de pacto turpi, vel rei turpis ſiue turpiter interpoſito: aut quæris de pacto impoſſibili. Si quæris de turpi, vel rei turpis tunc aut eſt turpe turpitudine indecentiæ, ſeu vtilitatis ſaltem reſpectu paciſcentis, non tñ turpe reſpectu boni moris. vt ſi facio pactū de curando cloacas meas, vel de portandis ſtercoribus in prædium meum cum tali, cui turpe & indecens eſt talia facere, & tunc valet pactum ſm Hoſt. hic. Aut eſt turpe ſeu rei turpis reſpectu boni moris, & tunc refert: aut turpe ex parte ſtipulantis (ſeu recipientis) tantū: aut eſt turpe ex parte vtriuſq; tam promittentis ſeu præſtantis quā etiam ex parte ſtipulantis, ſeu
7 recipientis. Si primo † modo tunc aut non interuenit iuſm, & tunc non eſt de neceſſitate ſeruandum. vt. j. de iureiur. c. debitores. j. rñſo. quia licet pactum tale teneat ipſo iure, tñ obſtat exceptio, vt patet in illo, qui turpiter & per dolum, vel metum inductus eſt ad promittendum, vbi licet promiſſio teneat ipſo iure, tñ obſtat exceptio vt. C. de inuti. ſtip. l. dolo. vt in illo, qui
8 promiſit vſuras. Item pactum factū cum illo qui † ob reuerentiam perſonæ ſuæ habet priuilegium ꝙ cōdemnari debeat inquantū facere poſſit, vt condemnetur inſolidū non valet quia eſſet contra bonos mores vt patet in marito cōuento ab vxore & patre a filio. ff. ſol. mat. l. alia cauſa. §. eleganter. & intellige, qđ ille habet priuilegium rōne perſonę, qm ex quocunq; contractu conuenitur habet illud priuilegiū ne condemnetur, &c. de re iudi. l. non tantum. de quo per Hoſt. j. de ſolu. c. Odoardus. in fin. Aut interuenit iuſm & tunc aut interuenit ex parte re-
9 cipientis tantum. vt quia † creditor qui ſtipulatus fuit vſuras a debitore iurauit, quod debitor eas ſibi ſolueret, & tunc idem ſcilicet ꝙ debitor de neceſſitate iuſm creditoris ſeruare nō tenetur. arg. c. alle. debitores. §. ſi vero. a contrario ſenſu. Nam ex quo ibi dicitur, quod debitor tenetur ſeruare ſuū debitū iuſm per conſequens innuitur quod nō tenetur ſeruare inter poſitū ex parte ipſius creditoris, quia quod de vno dr̄, &c. j. de præſump. c. nonne. cum ibi alleg. quia iuſm eſt perſonale, & non ligat, niſi iurantem. vt eo. ti. c. veritatis. Aut iuramentū interue-
10 nit † ex parte promittentis, & tunc ſeruandum eſt iuſm, licet poſtea id quod traditur, repetatur, vt legitur & no. in c. alle. debitores. §. ſi vero. & j. quod met. cauſa ad aures. & c. ad audientiam. & hoc verum, niſi ſuperior ſuper tali iuſo diſpenſauerit, vt legitur & no. j. de iureiur. c. 1. & c. debitores. Superior vero in hoc caſu nedum Papa ſed epi qui poteſt diſpenſare & abſoluere in & ſuper iuramentis per dolū vel vim, vel metū extortis vt no. Inn. & Hoſt. in c. alle. debitores. & pro hoc. 15. q. 6. c. j. & 2. licet Spec. videatur dicere ꝯtrium. ti. de lega. §. nunc oſten-
11 dendum ver. 24. vltra dimidiam columnā. Si ſecundo † modo, ſcilicet, qñ pactum eſt turpe ex parte vtriuſq;, ſcilicet, tam ſtipulantis ſeu recipientis, quam etiam ex parte promittentis ſeu præſtantis, tunc tale pactum (etiam ſi iuſm interueniat) nullatenus eſt ſeruandum. vt hic & j. tit. 1. conſtitutus & hoc ſiue huiuſmodi pactū ſit turpe: quia de & ſuper re turpi interpoſitum, & contractū vt quia ſtipulatur, vel paciſcitur quis homicidium cōmitti. quod quidem pactum nō valet ipſo iure. ff. de verb. obl. l. generaliter. & l. ſeq. de pactis. l. iuriſgentium. §. ſi pa-
12 ciſcar. ſiue ſit turpe † quia ob turpem cauſam interpoſitum, vt quia ꝓmitto tibi centū, vt homicidium, vel adulteriū, vel furtum cōmittas quod quidem pactū ſimiliter non valet ipſo iure ſm accur. & Dy. & vr̄ caſus pro eis. ff. de verb. obli. l. ſi plagij. licet Iaco. de Ra. & Pet. de Bellaper. teneant, quòd valeat ipſo iure tñ obſtat exceptio per l. ff. de doli. excep. l. 2. §. ſi quis. & qđ dicit. l. allegata, ſi plagij. ab initio nō valet: exponunt ipſi verum eſt cum effectu, ſed Dy. exponit ipſo iure, & melius, vt videt. Si quæris de pacto impoſſibili, tūc aut eſt impoſſibile facti, vt ſi promitto tibi ſolem vel lunam, aut eſt impoſſibile iuris: vt quia ꝓmitto rem ſacrā, vel religioſam. Si eſt impoſſibile facti
13 tunc aut † impoſſibilitas eſt perpetua, & tunc nō valet, vt inſti. de inuti. ſtip. §. 1. ff. de verb. obli. l. ſi ſtipuler. & de regu. iur. l. impoſſibilium. & hic. Aut impoſſibilitas eſt tpalis, & tunc valet pactum, ſed expectatur quouſq; poſſibilitas aduenerit. vt. ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. inſti. de leg. §. ſi res alie. Et hoc niſi ſit cōtra bonos mores. vt. ff. de verb. obli. l. ſi ſtipuler. ad hoc facit. j. de voto ꝙ ſuper iji. Si eſt impoſſibile iuris: vt quia eſt cōtra ius, tunc non valet, vt hic. & ff. de verb. obli. l. generaliter. & l. veluti. Circa tñ iſtum articulum ſubdiſtingue,
14 quia qñq; pactum dicitur eſſe cōtra legem † naturalem, vel diuinam, & tunc nō valet, vt in iuribus allega. & ff. de pact. l. iura ſanguinis. & 22. q. 5. c. iurauit. & c. in malis promiſſis. & c. non ſemper. cum ibi no. qñq; pactum eſt cōtra legem canonicam, vel ciuilem, & tunc aut eſt cōtra ius publicū, quod eſt introductum in fauorē totius vniuerſi & tunc nō valet pactū. vt. ff. de pac. l. ius publicū. & l. iuriſgentiū. §. ſi paciſcar. cum ibi no. Aut
15 eſt ius † reſpiciēs ſolūmodo ſingulares pſonas & circa iura ſingularium

gularium perſonarum introductum: & tunc aut pactũ eſt con
tra legem, vt quia per legem prohibetur interponi & tunc non
valet. vt probatur. C. de vſuris. l. eos. §. 1. & l. vlti. Aut pactũ eſt
16 † contra legem nõ quia per legẽ prohibetur interponi ſed quia
tenor ipſius pacti legi eſt contrarius, Verbi gratia, lex dicit, ꝙ
venditor tenetur de vitijs & morbis. Item lex dicit ꝙ condu-
ctor tenetur ad penſionem: modo pone, ꝙ per pactũ agatur, ꝙ
venditor nõ teneatur de vitijs & morbis, & ꝙ conductor non
teneatur ad penſionem, certe iſtud dictum bene valet: quia nõ
eſt contra legẽ directè ex quo lex non prohibet interponi. Ita
intellige ff. de pactis. l. paciſci. & C. locati & cõducti. l. circa loca
tiones vbi de hoc & ad hoc faciũt no. per accur. C. de iure em-
phy. l. 2. in gl. per ſe huius in quæſtione. Sed quid ſi fecit &c. &
Pet. de Bellaper. & Cy. poſt eum. Et hęc vera in pactis: aliud in
17 † reſcriptis quia reſcriptũ cuius tenor eſſet iuri ꝯrius non vale-
ret. vt C. de præci. impe. offe. l. reſcripta. Et eſt ratio diuerſitatis
inter reſcripta, & pacta, quia quantũ ad reſcripta, lex habet clau
ſulam derogatoriã: quia lex dicit nec dãnoſa fiſco nec iuri con-
traria, &c. vt in d. l. reſcripta. & 25. q. 2. reſcripta. Sed, quantũ ad
pacta, oẽs leges hñt clauſulas permiſſorias. nam gñaliter cautũ
eſt in iure, ꝙ quis renuntiare poteſt oĩbus quę in fauorem eius
introducta ſunt. vt C. de pact. l. ſi quis in cõſcribendo. & qñ pa-
ctum dicať turpe, vel rei turpis, vel impoſsibilis de iure vel de
facto vide hic per Ber. & Ho. & plenius per Ho. in ſumma hui'
ti. §. q̃ ſint diuiſiones pactorũ. & de ꝯditioni. appo. §. quę ꝯditio.
¶ Si quæris, vtrum ſtipulatio pęnalis adſcripta cõuentioni, vel
pacto valeat, & teneat refert, aut cõuentio, vel pactũ interponi
tur ꝯtra leges, vel canones eam, vel eum reprobãtes, vt quia ali-
18 quid impoſsibile † de natura vel de iure deducit in ipſam con-
uentionem, vel pactũ, & tunc ſicut nõ valet principalis cõuen-
tio, ſeu principale pactũ, ita nec etiam pœna ſibi adſcripta: nec
etiam iurã ſuper hoc præſtitũ, & hoc ſiue ſtipulatio, ſiue con-
uentio vel pactũ ſit in faciendo, ſiue in dando. vt. ff. de ver. obli.
l. ſtipulatio hoc modo. & l. ſi homo mortuus. Aut ipſa cõuen-
19 tio ſiue pactũ eſt, ſeu interponitur † præter legem quod eſt qñ
per legem nõ reprobatur, nec etiam approbatur, ſed omni legis
auxilio deſtituitur, vt qñ aliquis alteri extraneo cuius iuris nõ
eſt ſubiectus ſtipulatur vel paciſcitur & tunc ipſa cõuentio, ſi-
ue ipſum pactũ non valet, ſed bene valet, pęna adiecta. vt inſti.
20 de inutili ſtip. §. alteri. Aut pactũ, ſeu cõuentio principalis † eſt
ſm legem & tunc valet vtrunq;, ſcilicet tam pactũ quam pęnę
appoſitio: ita tamen ꝙ paciſcens altero ſit contentus vt. ſ. eo. l.
reſcriptum. §. ſi pacto. ſm Inno. qui iſtam diſtinctionẽ ponit. ſ.
eo. c. proximo. & hoc vltimum verum niſi dictum ſit ꝙ poſsit
peti pęna, rato manente pacto vt. ff. de tranſac. l. pen. Verum tñ
eccleſiaſtici ſuo intereſſe debent eſſe contenti: quod dic. j. de
21 pœnis ſuam ſm Hoſt. ibi. Ex iſtam † diſtinctionẽ intellige ſo-
re veram, qñ ſtipulatio pęnalis incipit a præcedenti ſtipulatio-
ne, vel cõuentione, vt ſi dicam ſic, promittis mihi dare ſolem,
vel lunam vel mõtem aureum, & ſic impoſsibile facti & ſi non
dederis, promittis mihi dare centũ? vel ſic, ꝓmittis mihi dare
ſacram rem, vel ſic, promittis mihi interficere hominem. & ſic
impoſsibile iuris, & ſi non feceris, promittis mihi dare centũ?
Sed quid ſi ſtipulatio pęnalis incipiat a pręcedẽti conditione ve
ſi dicam ſic, ſi lunam mihi nõ dederis, vel montem aureũ mi-
hi non dederis, vel, ſi cœlũ digito non tetigeris, ꝓmittis mihi
centum? vel ſic, ſi hoĩem non interfeceris promittis mihi dare
centum? & videtur ꝙ ſit vtilis, & neceſſaria ex quo eſt conce-
pta ſub tali nõ facto cuius factum ꝯrium eſt impoſsibile. arg. ff.
de nouat. l. ſi pupillus. §. qui ſub cõditione. In iſto caſu ego Hen
22 ricus credo ſic dicendum, quia aut † huiuſmodi ſtipulatio inci-
pit a conditione affirmatiua vt ſi dicam ſic, Si cęlu digito teti-
geris promittis mihi dare centũ vel ſi hoĩem interfeceris pro-
mittis mihi dare centũ & talis ſtipulatio nõ valet. vt. ff. de verb.
oblig. l. impoſsibilis. j. reſpon. Aut incipit a conditione negati-
ua: vt ſi dicam ſic: ſi cęlum digito nõ tetigeris promittis mihi
dare centum, & ſic eſt conditio neceſſaria, & tunc aut talis con
ditio neceſſaria, a qua incipit ſtipulatio pœnalis eſt talis, ꝙ eius
cõtraria a qua incipit eſt impoſsibilis de facto, & tunc talis con
ditio eſt pura, & neceſſaria. v. g. ſi cęlũ digito non tetigeris pro-
mittis mihi decem, vt in l. allegata. impoſsibilis. 2. rñſo. & eo. ti.
23 l. in illa ſtipulatione. Aut iſta † cõditio neceſſaria eſt talis ꝙ eius
contraria non eſt impoſsibilis de facto ſed de iure tñ vt ſi di-
cam. Si hoĩem non interfeceris promittis mihi decem & tunc
non valet. vt. ff. de verb. obli. l. ſtipulatio hoc modo concepta. &
l. ſi homo mortuus. Et eſt ratio, quia in primo caſu promiſſor
metu cõmiſsionis ſtipulationis nõ induceretur ſeu inuitaretur
ad delinquendum: in ſecundo ſic. ff. de condic. inſti. l. ſi quis ſub
conditione iuriſiurandi. §. ſed ſi ſub iuriſiurandi conditione. Et
ratio diuerſitatis quare ſecus, qñ ſtipulatio incipit a præceden-
ti conuentione impoſsibile de facto. & ſecus qñ incipit a præ-
cedenti conditione impoſsibili negatiua facti põt eſſe: quia qñ
ſtipulatio pęnalis incipit a pręcedenti conuentione cui ipſa ſti-
pulatio pęnalis accedit vt acceſſorium debet regulari ſm natu-
ram principalis. vt. ff. de regu. iur. l. cum principalis. & j. de reg.
iur. c. acceſſorium. lib. 6. Et ideo cũ promiſſor teneatur in prin-
cipali tenetur & in acceſſorijs cum non teneatur ſeu: & libera-
tur in principali & per conſequens non tenetur ſeu liberatur in
acceſſorio vt. ff. de verb. oblig. l. ſi ex legati cauſa & de pactis. l.
vlt. cum ibi allegatis. Sed vbi ſtipulatio pęnalis incipit a præce-
denti conditione tunc ipſa conditio non eſt promiſsio cui ſti-
pulatio pœnalis poſsit accedere, & ideo ſm naturam illius non
regulatur, ſed ſm naturam ſuijpſius: & ideo cõmittitur vt eſt
dictum. Et gratia huius, ſi quęris vtrum conditio neceſſaria fa
ciat actum, cui inſeritur purum, cõditionalem. Refert quia aut
24 loquimur in cõtractibus, aut in vltimis voluntatibus. Si in † con
tractibus refert, aut cõditio habet certum tp̃s annexum, & di-
co, ꝙ pura eſt obligatio, ſed exactio differtur vſq; in diem eue
nientem. vt. ff. de noua. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. cũ ibi
notatis. & de verb. obli. l. in illa. j. reſponſo. Aut non habet cer-
tum tp̃s annexũ, & tunc dico, ꝙ habetur pro pura quo ad obli-
gationem, & exactionem. vt. ff. de verb. obl. l. in illa. in fi. & l. im-
25 poſsibilis. Si loquamur in vltimis voluntatibus tunc aut † lo-
quimur in hęredum inſtitutionibus, & tunc aut nõ habet tem
pus annexũ, & tunc eſt pura. vt. ff. de hæredibus inſti. l. ſeruum
meum. §. 1. Aut habet tempus annexum: & tunc aut certũ: &
tunc valet inſtitutio, detracta adiectione tp̃is. ff. de hæred. in-
ſtit. l. hæreditas. & inſti. de hære. inſti. §. hæres. Sed fallit in mi-
lite. vt. ff. de mili. teſta. l. miles ita. & l. in fraudẽ. §. pe. C. de teſta.
mili. l. certi. Aut incertum, & tunc æquiparatur conditioni, &
expectatur: vt. ff. de condi. & de. l. dies incertus. Et eſt rõ quare
26 non poteſt † conditio cõferri in diem certũ, quia arguendũ eſt
de tp̃e ad res. vt. ff. &. C. de teſta. mili. l. miles: ſed ita eſt, q̃d ali-
quis non poteſt pro parte bonorũ decedere teſtatus, & pro alia
parte inteſtatus, vt legitur & notatur. ff. de hæredi. inſti. l. 1. §. ſi
ex fundo. & l. quoties. §. ſi duo. & l. ex facto. C. de hæredi. inſti. l.
quoties. Ergo pari ratione non poterit pro parte tp̃is decedere
teſtatus, & pro parte inteſtatus. Sed ſub incerto tp̃e bene po-
teſt adſcribi conditio: quia dies incertus æquiparatur cõditio-
ni vt in l. allegata, dies incertus. & conditio exiſtens retrotrahi
tur, & ſic inſpecto retrotractu ſemper vr̃ fuiſſe hæres. vt. ff. de
teſta. mili. l. quod dicitur. in principio. & de acquir. hæred. l. hæ-
res quique. Aut loquimur in legatis, & tunc poteſt dici idem,
quod dictum eſt in contractibus, per iura allegata ſupra.

¶ De tranſactionibus. Rubrica.

1 *Abbas de ſpiritualibus ne tranſigat.*
2 *Tranſactionem Abbatis de temporalibus probatam ſubſiſtere.*
3 *Tranſactionem nullam tempore firmari.*
4 *Tranſactio nulla qui & quandiu reuocabilis.*

Contingit. Si quæris vtrũ Abbas, vel prior
conuentualis poſsit tranſigere,
vel componere ſuper iuribus eccleſię ſine capitu
lo, vel conuentu: & ſi fecerit, vtrum capitulũ, vel
conuentus poſsit tranſactionem, vel compoſitio
1 nem huiuſmodi reuocare, refert † aut vult tranſigere ſuper ſpi
ritualibus & non poteſt vt notatur. ſ. c. proxi. & j. eo. ca. ſuper
2 eo. cum ibi notatis. Aut vult tranſigere † ſuper tẽporalibus vel
componere ſuper ſpiritualibus vel tp̃alibus. Et tunc aut capi-
tulum vel conuentus poſt tranſactionem vel compoſitionẽ fa-
ctam ei conſenſit. & tunc nõ poterit eam reuocare vt hic in fi.
ibi ac ſi non conſenſerit &c. & j. de ijs quæ fi. a præla. cum nos.
Aut non conſenſit, & tunc aut ipſe habuit ab ipſo capitulo vel
cõuentu poteſtatẽ vel mandatũ ſufficiens tranſigendi vel com
ponendi: & tunc nõ poterit eam impugnare vt hic. & j. de reli.
do. c. cũ dilectus. Et intellige mandatum ſufficiens qñ expreſſe
continet ꝙ poſsit trãſigere. ita intelligit Hoſt. illud c. iuxta q̃d
vide q̃d not. Spe. ti. de ꝓcu. §. 1. ver. in præmiſsis. Aut ipſe Ab-
bas vel prior nõ habuit mandatũ expreſſum & ſufficiens trãſi-
gendi vel componendi: & tunc aut quadraginta quatuor anni a
3 tp̃e tranſactionis vel cõpoſitionis † ſunt elapſi & per tñ tem-
pus ipſa tranſactio eſt ſeruata, & tunc nõ poterit eam reuocare:
quia tanto tp̃e omnis præſcriptio eſt cõpleta, ſcilicet quadra-
genaria quo ad cõpoſitionem & quadriennalis quo ad reſtitu-
tionem vt hic in fi. & j. de iure patro. cura. Aut non ſunt elapſi

quadraginta anni & tunc de iure communi poterit eam reuo-
care. vt hic. Aut ſunt elapſi quadraginta anni : ſed non quadra-
4 ginta quatuor : & tunc capitulum † vel conuentus non poterit
eam reuocare niſi per viã reſtitutionis ſi eccleſia ſit in hoc gra-
uiter læſa, in quo caſu & in omnibus caſibus pręcedentibus, ec-
cleſia poſſet petere reſtitui ꝓpter grauem ipſius læſionem ex
quo tempus petendæ reſtitutionis non eſt elapſum. j. de re. ec-
cle. non alie. ad noſtram. de in integr. reſti. ca. 1. & per totum. &
eo. ti. c. 1. & 2. lib. 6. & c. vnico. in cle. & not. Hoſt. hic in fin. & in
ſumma huius tit. eo. §. & in quibus ceſſet. verſic. j. & not. quod.

1 *Præſens quando diſpoſitioni ſuorum conſentiat an non. & 3.*
2 *L. ſi ſeruus explicari.*
4 *Pignus vendere ſinens an ſibi noceat. & 5.*
6 *Præſens quatenus ſibi an non obſit. 7. & 8.*
9 *Subſcribentem non conſentire.*
10 *Matrimonium incomponibile.*
11 *Componere de ſpiritualibus quatenus liceat.*
12 *Decimas an præſcribat laicus.*
13 *Compoſitio realis ſit, an perſonalis qui deprehendatur.*
14 *Compoſitio non gratuita conceſſa.*
15 *Spiritualia ſpiritualibus qui permutari poſſint: declarat & reſtringit. 16.*
17 *Beneficia conuentione impermutabilia.*
18 *Spirituale laicali an commutare liceat, & 19.*
20 *Abbatia Belleuille vnde pendeat.*

EX literis. Si quæris, vbi aliquid agitur vel di-
ſponitur de re tua, te præſente: nun-
quid tibi præiudicet. Refert aut es præſens in actu
1 gerendo & nihil agis: aut aliquid agis. Si nihil † agis.
tunc aut es coniuncta perſona & tunc præſumeris conſentire.
2 ſic intellige. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſeruus cõis. † vbi ha
bes ꝙ ſi maritus hñs rem cõem cum fratribus ſuis eam donet
vxori ſuæ pręſentibus illis fratribus, & non contradicentibus,
ipſi fratres ſibi præiudicãt, quo ad partes ſuas in re illa cõi: nam
videntur tacite conſentire. ar. ff. de adop. l. in adoptionibus. Aut
3 † non eſt coniuncta perſona & tunc aut taces in fraudẽ, vt deci
pias illum, cum quo actus ille geritur, & tunc tibi præiudicas, &
videris conſentire vt. ff. ad Vellei. l. ſi decipiendi. & C. ad Vellei.
l. ſi ſine. & C. ſi res aliena pig. data ſit. l. ſi probaueris. vbi dr̃ & ſi
4 dñs rei non obligatur per alium creditorẽ hoc ignoranti † hoc
fraudulẽter diſsimulat, & permittit ſibi præiudicat in totũ, &
in tantum, ꝙ in ſui pręiudiciũ obligatio tenebit. Aut taces bo-
na fide, & ſine fraude & tunc non tibi noces. vt. ff. qui. mo. pig.
vel hyp. ſol. l. ſicut. §. non vr̃. vbi habes, ꝙ licet, creditore ſcien
te, debitor vendat rem ipſi creditori obligatã non pp hoc ſibi
præiudicat creditor in obligatione ipſius rei, & de hoc mẽbro
dicam plenius. j. de pręſumptionibus. c. nõne. vbi tractabo nun
quid, qui tacet, cõſentire vr̃. &. j. de re iudi. c. quáuis. vbi tracta
bo nunqd res inter alios acta alijs præiudicent. Si vero nedum
5 taces † ſed aliquid geris vel agis in ipſo actu gerẽdo, tũc refert,
aut percipias cõmodum, vel effectũ conuentionis ſiue geſtio-
nis habitę ſuper re tua: & tunc videris cõſentire. Verbi gratia,
tu & frater tuus habetis prædia cõia adinuicem, ille frater tuus
vendit inſolidum illa prędia Titio: tu videns hoc recipis dimi-
dium partem pretij conuenti, vel ab ipſo Titio emptore vel ab
ipſo emptore vel ab ipſo fratre tuo, dicit lex, ꝙ per hoc videris
cõtractui cõſentire adeo ꝙ ſi illa prędia ab ipſo Titio emptore
euincãtur, teneberis de euictione pro tua portione, vt ꝓbatur
6 . ff. de euic. l. quidã ex parte. Aut nõ participas † cõmodum vel
effectũ dictę conuentionis & tunc aut interuenis noĩe tuo ip-
ſam cõuentionem, ſeu factũ approbando: & hoc cõſtat & tunc
tibi præiudicat v. g. Pater tuus obligat rem tuam, te præſente,
& inſtrumento obligationis, vt dñs rei obligatę ſubſcribẽte ti-
bi præiudicat vt in l. fideiuſſor. §. pater. ſeu. ff. de pign. de in rem
verſo. l. pen. ꝙ iuſſu. l. 1. §. ſed & ſi. 12. q. 2. c. non liceat Papæ ver.
& quid ſubſcripſerit. & c. cũ redemptor. Quod intellige verũ,
ſi interuenis ſcienter: ſecus ſi ignoráter: quia tunc non videris
cõſentire nec tibi nocet vt in l. prædicta Gayus. &. C. plus vale-
re quod agitur l. vlt. & de dona. l. nec ignorãs vt no. Ber. j. de re.
eccle. non alie. l. ſi quis presbyterorũ. gl. 2. & Hoſt. poſt eum. &
glo. & Cyn. C. de re. eccle. non alie. l. 2. pro hoc extra de ꝓcura.
c. 1. in cle. cũ ibi notatis per Io. Andr. ſuper verbo ſcienter. Aut
7 interuenis † ſolũ, vt teſtis nõ vt approbes factũ ipſum, & hoc
cõſtat, & tunc tibi non præiudicat. v. g. Tu obligaſti Titio pro
certa pecuniæ quantitate, quã ab eo mutuo recepiſti fundum
tuum: poſtea ille Titius facit teſtm̃ ſuum, in quo legat fundum
illum vni filiorum ſuorum, dicens, quod illũ a Seio emerat, cuũ
quidem teſtamento tu debitor ſubſcripſiſti tanquã teſtis nun-
quid per hoc tibi præiudicas? Dico, quod non, vt ꝓbatur. ff. de
inſtit. act. l. vlt. de reſcin. ven. l. Titius. de pig. act. l. Caius. &. ff.
de leg. 2. l. Titia. §. Lucia. Fallit in caſu, vbi fraudulenter, & ani-
mo decipiendi hoc feciſti. vt in l. alle. ſi ſine. & in l. alle. ſi proba-
8 ueris. Aut eſt dubium † vtrum interuenias noĩe tuo, vt ſcilicet
actum approbãs vel vtrum interuenias, vt teſtis. & tunc refert
ſm̃ Hoſt. hic & fuit opinio Io. Aut actus eſt talis qui non po-
teſt ſine conſenſu tuo valere, & ſuum, ſcilicet, ſortiri effectum
ſicut eſt qñ ſubſcribis inſtrumẽto obligationis rei tuę, quę non
poteſt fieri ſine tua voluntate ſaltem vt tibi præiudicet: & tunc
præſumeris conſentire vt in d. l. fideiuſſor. §. pater. ſeu ad idem.
C. de epi. & cle. in auth. ſi ſeruus ſciente. 54. di. c. ſi ſeruus, ſcien
te. vt potius res valeat, quã pereat. ff. de reb. dubijs. l. quoties in
actionibus. &. j. de verb. ſign. abbate ſane. Aut actus eſt talis qui
ſine conſenſu tuo poteſt valere, & ſuum ſortiri effectum, ſicut
9 eſt qñ † ſubſcribis inſtrumẽto venditionis rei tuæ, quæ poteſt
fieri te inuito, & tunc non præſumeris conſentire, vt in d. l. Ca-
ius. & in d. §. Lucia. ita poteſt intelligi iſtud. c. ibi. quando dicit
tacito de tranſactione, &c. & non dicit tacito quòd teſtis inſcri
ptus fuerat, quaſi velit dicere, quòd illud non nocet.
¶ Si quæris, vtrum in ſpiritualibus cõpoſitio fieri poſsit, refert
10 aut † quæris de matrimonio: & dic, ꝙ non vt cõtra matrimo-
nium aliquid ſtatuatur, vt legitur & notatur. j. eo. c. fi. Aut q̃ris
11 de alijs ſpiritualibus † & tunc aut quæris de cõpoſitione amica
bili, & gratuita ꝙ abſq; conuentione, pacto, modo conditione,
ſeu ſpe certa remunerationis. & talis fieri poteſt vt. s̃. de pactis
cum pridem. s̃. eo. ſtatuimus. & c. de cætero. & hic in fin. &. j̃. c.
proximo. & nedũ inter clericos: ſed etiã inter laicos. Sic intelli-
git Hoſt. in c. ſtatuimus. s̃. e. per hoc, ꝙ dicit ibi inter vos: & in-
ter aliquã perſonã eccleſiaſticã, &c. per quod elicit, ꝙ loquitur
laicis: alias ſi loqueret̃ clericis ſeu perſonis eccleſiaſticis textus
non diceret aliquã imò aliam & ibi dicit, quod illud, quod dicit
ibi Ber. in gl. fi. in principio oĩno falſum eſt, & illud quod dicit
in fin. in ver. cum pp vtilitatem &c. oĩno verum eſt. Nec ob-
12 ſtat, † ꝙ laici non poſſunt pręſcribere decimas : nam illud ideo
eſt: quia non poſsident, nec pñt poſsidere eas, vt. j̃. de præſcr. c.
cauſam quæ dicit enim, ꝙ hic nõ poſsidẽt nec præſcribunt ius
decimę : ſed quantitatẽ pacti. Sic poteſt intelligi. j̃. de parochi.
c. fi. de deci. in aliquibus ſm̃ eum ibi. Sed ſi quæris, vtrum iſta
13 † cõpoſitio ſit perſonalis vel realis. dic, ꝙ ſi fiat abſq; authori-
tate iudicis perſonalis eſt, & cum perſonis extinguitur. Si vero
authoritate iudicis realis eſt niſi per iudicẽ aliud ſit dictũ. vt. j̃.
c. proximo. & c. præterea. 2. &. s̃. eo. de cætero. j̃. de cõfir. vti. vel
inutili. c. venerabilis. de decimis c. ſuggeſtũ. & c. nuper. & c. dile
cti. & c. ex multiplici vbi de hoc in gl. & ita patet & ita põt in-
telligere. j̃. de cenſi. quanto. vbi Hoſt. dicit, quod illud quod ibi
dr̃ totum ꝓceſsit ex officio iudicis, & nõ ex partiũ pactione.
14 Aut quæris † de cõpoſitione non gratuita, quę fit aliquo dato,
vel retento, vel ꝓmiſſo, quæ ſi fiat antequã negotiũ in iudiciũ
deducatur pactio eſt: ſi poſtea, tranſactio eſt, vt hic qñ dicit in
litigium deducto. & tunc aut datur ſpũale pro ſpirituali & tunc
licet Ber. Vin. & Tan. hic. & Ber. s̃. de elec. ſignificaſti. gl. 2. in fi.
& Goff. & Hoſt. j̃. de præb. ſignificatũ dicant indiſtincte quod
15 eo caſu valeat per c. ad quæſtiones. de re. permu. Ego tñ † Hen-
ricus diſtinguo, aut datur ſpũale pro ſpirituali eiuſdem generis
per viam, ſeu modũ permutationis licite authoritate ſuperio-
ris nullo contractu illicito, ſeu pactione habita inter partes & hoc
fieri poteſt. vt. j̃. de rer. permu. c. quæſitũ cũ ibi not. per Inn. &
Hoſt. & c. ad quæſtiones. & per totũ. Et ratio, quia permutatio
non tam innititur ex partiũ conuentione, quã ex ſuperioris au
thoritate: vt in c. alle. quæſitũ cuius authoritas purgat vitium.
vt not. Goff. j̃. de cõfir. vti. c. 1. & archi. 1. q. 2. quã pio. in gl. pen.
vbi de hoc per eum &. 1. q. 3. c. ea quæ. & per G. de Monte Lau.
extra de reſcriptis. c. gratiæ. in gl. fin. in cle. Secus ſi pactio inter
partes interueniret in facto permutationis, vel ante ſm̃ eos:
16 Quod intellige verũ: dummodo ſint talia ſpũalia, † quę poſsint
inuicẽ permutari, vt duo beneficia eccleſiaſtica. Secus ſi eſſent
hoſpitalia, zenodochia, leproſaria, ſeu eleemoſynaria quia etiã
coniugati talia regunt. 32. diſt. ſi qui vero. & hoc, niſi ſint talia,
in quibus cõſueuerint poni clerici perpetui cõtinẽtes religioſe
viuentes, & eis pro titulo aſsignari vt not. Gul. de Monte Lau.
extra de pręb. c. per literas. ſuper verbo noſcãtur. in cle. & Gen.
etiam. Item ſecus, ſi eſſet ius ad rem cõpetens ex gratia ſedis
apoſtolicæ, quia tale non poteſt permutari cum alio beneficio.
argu. s̃. de reſcriptis in noſtra. & in extrauaganti Io. 22. execra-
bilis. §. per hoc vt notat Gul. de Monte Lau. in extrauaganti
Ioann.

Ioannis ſedes apoſtolica ſuper verbo ius ad rem. Itē ſecus cre-
derem ſi beneficium eccleſiaſticum, vt beneficium permutare
tur, cum alia re ſpirituali a beneficio puta, cum decima vel pri
mitia per c.licet.j.de rer.permu. lib.6. ibi qñ dicit ſua beneficia
17 non enim dicit † beneficium cum alia re etiā ſpirituali. Aut ſpi
rituale datur pro ſpirituali non per viam, ſeu modum permuta
tionis authoritate ſuperioris factæ ſed per conuentionem ha-
bitam inter partes ſiue authoritate ſuperioris. & hoc fieri non
poteſt. vt in c.alle.quæſitum. & c.ad quæſtiones: & hoc ſatis ex-
preſſe not. Inno.ſ.eo.ſtatuimus gl.2. verſi. ſed ſi aliquis, &c. &
Bertol.j.de magiſtris.c.pen.gl. pen.in fi. vbi etiam de hoc tan-
18 gam. † Aut ſpirituale datur pro temporali: & tunc aut ſine au-
thoritate ſuperioris, & tunc nō poteſt fieri imò eſſet ſimonia-
cum: vt hic in principio, & in iuribus allegatis hic. Aut autho
ritate ſuperioris, & tunc aut quæris de beneficijs eccleſiaſticis,
aut de alijs ſpiritualibus ſi de beneficijs eccleſiaſticis: tunc ſub-
diſtingue vt in gl. hic. Aut agitur de beneficio, vt beneficio &
tunc non vt hic &.j.de rer.permu.c.fin. Fallit ſi fieret authori-
tate Papæ, qui poteſt ſuper tali ſimonia in beneficio diſpenſare.
vt not.ſ.de renun.poſt tranſlationem: & de elec.ſi alicuius. Aut
agitur de beneficio, vt ꝓprietate & tunc fieri poteſt ſm̄ Ber-
tol & Hoſt. ita tamen, quod caueatur ne temporale pro ſpiri-
tuali detur, ſed potius pro tēporalibus annexis ſpirituali vt in
c.allega. ad quæſtiones. & iſta diſtinctio probatur.j. de eo qui
mittitur in poſſ. cauſa rei ſeruandæ c.eum qui. lib.6. ſm̄ Hoſt.
Si quæris de alijs ſpiritualibus tunc aut quæris de illis quæ ſunt
prohibita, quia ſimoniaca. vt de ſacramentis eccleſiæ & in tali-
bus non habet locum pactio vel tranſactio ſine pœna ſimoniæ
vt not. Bertol.ſ.de off.deleg.ex parte.j.& dicam.j.de ſimo.c.fi.
19 Aut de † alijs ſpiritualibus vt de decimis, primitijs: & tunc dic
idem iuris eſſe, quod dictum eſt, qñ agitur de beneficio, vt pro
prietate, ſcilicet, quod fieri poſsit, vt ꝓbatur.j.de cenſi.c.quan-
20 to. vbi habes, quod abbatia Belleuille † antequā fuiſſet erecta
in abbatiam erat eccleſia ſimplex, & ſubmiſſa priori S. Irenei
Lugdunen. qui ponebat, & remouebat priorem ipſius ſicut in
alijs prioratibus ſuis, quæ poſtea fuit erecta in abbatiā. ita quod
ſingulis annis priori & fratribus S. Irenei vnam faceret procu-
rationem. Et etiam fuit dictū, quod fratres Belleuille non eli-
gerent abbatem ſine priore S. Irenei & hæc omnia authoriza-
uit archiepiſcopus Lugdunen. de conſenſu capituli ſui & con-
uentus vtriuſque eccleſiæ ſecundum Hoſt. ibi & adde quod di-
non eſt ſingulorum. 12. q. 2. qui manumittitur.

¶ De his quæ vi metuſve cauſa fiunt. Rubrica.

1 *Religionem ingreſſa viuo viro ibi manere non cogenda. fallit. 2.*
3 *Ingreſſus coactus, niſi ratificatus, non tenet. & 4.*
5 *Metu geſta tacite ratificata nocere.*

PErlatum. Ad ſuppletionem glo. ſi. ſi quæ-
ras vtrum vxor quæ viuente vi
ro in ſeculo remanente religionem ingredi poſt
mortem ipſius viri in religione remanere tenea-
1 tur, diſtingue aut † intrat religionem ſine volun
tate & licentia viri ſui, & dic quod non, etiam ſi poſt mortem
viri ratum habeat ingreſſum ſuum. vt j. de conuer. coniugat.
c. placet & c. quidam intrauit. Aut intrat de voluntate, & licen
tia viri, & tunc aut intrat libere & voluntarie, aut intrat coa-
cte. In primo caſu refert, aut poſt obitum ipſius viri ratificat,
2 ingreſſum ſuum tacite vel expreſſe, & tunc † cogitur in religio
ne remanere. vt j. de conuerſa. coniugato. ex parte. Aut non
ratificat, ſed vult ad ſeculum redire, & tunc dic, vt not. j. de cõ
uerſa coniuga. c. cum ſis, & c. vxoratus, & c. ad apoſtolicam. &
ibi di

5 ſbi dicam. Si vero intrat coacta † & per metum, tunc aut intrat
per metum non cadentem in conſtantem mulierem, & talis
metus non excuſat vt hic qñ dicit non timore mortis, &c. ff.
eo. l. metum. Aut per metum cadentem in conſtantem mulie
rem, & tunc aut ille metus durauit ſemper in vita viri, aut nõ,
Si ſic vt quia nullo modo poterat exire religionem ſine peri-
culo, nec ad alium locum tute confugere, tunc aut non ratifica
uit ingreſſum ſuum tacite, vel expreſſe, & tunc non obligatur
religioni, dummodo hoc proteſtetur coram capitulo, aut ſaltẽ
coram abbatiſſa, ſi hoc tute fieri poſsit, alias imputaretur ſibi.
4 ȷ̈. de appella. ſi iuſtus metus. Aut † ingreſſum ſuum ratificauit
expreſſe vel tacite, & tunc obligatur religioni. vt hic in fine. &
tempus ratificationis arbitrio iudicis relinquitur. ȷ̈. de officio
delegati. de cauſis ſm Innoc. & Hoſt. hic. Aut ille metus non
5 durauit ſemper in vita viri, † vt qui tute, & commode poterat
exire, & ad alium locum confugere & non fecit tunc præiudi
cat ſibi, qoia per hoc videtur tacite ratificaſſe. & multo fortius
ſibi præiudicat, ſi expreſſe ratificet. ȷ̈. de regula c. 2. & c. ſignifi
cauit. Iſta diſtinctio pro maiori parte poteſt ſumi ex notatis,
per Hoſtien. hic. Henricus Boich.

¶ Si quæris, vtrum timor mortis impediat monachari, diſtin
gue, vt dicam poſt Hoſtien. ȷ̈. de regularibus. capi. ſicut nobis
Henricus Boich.

1 *Metu renunciata iurata tamen non repeti. & 2.*
3 *Metu periurij ſoluentem repetere poſſe alias contra. 4.*

A Daudientiam.

Si quæris, vtrum p me-
tum cadentem, in con-
ſtantem virum cum iuramento renuntians iuri ſuo
vel aliquid promittens & poſtea promiſſum ſoluẽs,
vel adimplens poſsit illud ius renuntiatum, vel illud ſolutum,
1 vel adimpletum repetere diſtingue, † aut quis renuntiat p me-
tum. & per iuramentũ iuri ſuo, ita quod ipſi renuntiationi in-
eſt metus, & etiam iuramentum. Aut aliquid promittit ſolue
re vel adimplere. In primo caſu refert, aut renuntiat iuri ſibi,
non ad plenum quæſito, vt iuri quæſito ad rem, & tunc nõ po
2 teſt repetere ius † illud, obſtante iuramento. ſic loquitur. ȷ̈. c. c.
proximo. in ver. niſi forte. Aut iuri ſibi ad plenũ quæſito, puta
iuri, ita quæſito in re, & tunc poteſt repetere illud ius, vt hic.
Nam hic renũtiauit beneficio ſuo in quo habebat plenum ius
in re. & iſtam ſolutionem ponit Abbas. ȷ̈. c. proximo. & credo
ꝙ bene. Nam facilius tollitur ius ad rem, quam ius in re. vt pa-
tet infra de præbend. cap. penul. & de conceſ. præben. cap. fina.
3 lib. 6. In † ſecundo caſu. ſ. quando per metum & iuramentum a-
liquid promittit ſoluere, vel adimplere refert. Nam aut iurans
ductus metu periurij illud promiſſũ ſoluit, vel adimplet, ſicut
hic fuit: quia hic metu periurij reſignauit beneficio ſuo, & tũc
poteſt illud repetere, & promiſsioni contrauenire vt hic. Aut
iurans † ſoluit, vel adimplet illud promiſſum non ſcilicet me-
4 tu periurij, quia forte ab ipſo iuramẽto eſt iam abſolutus, ſed
ſpontanea voluntate, & tunc videtur promiſſum per metum,
ratificare, ita ꝙ nec repetere, nec contrauenire poterit vllo iu-
re. Sic intellige. C. c. l. 2. & glo Ber. in glo. no. ꝙ licet. ita intelli-
git Hoſti. hic. & Ber. & Io. & Hoſt. hic ȷ̈. de iureiur. debitores.
glo 2. & vide quod notat Archid. 15. queſtio. 6. cap. j. in glo.
adde ad intelligendum, & cætera.

1 *Excommunicato minori participantem in excommunicari.*
2 *Participantem excommunicato maiori non, niſi ſcienter, excom-*
municari.
3 *Excommunicato participare, quibus ex cauſis liceat.*
4 *Excommunicatus non niſi denuntiatus vitandus. & 5.*
6 *Excommunicatus ex non delicto an vitandus.*
7 *C. rogo. & c. ſi celebrat explicari.*
8 *Participans nondum vetito an peccet.*
9 *Participare metu, vel ſponte diſſident.*
10 *Neceſſitatem excuſare quatenus verum.*

S Acris.

Si quæris vtrum participans excommu
nicato incurrat ſententiam excõicatio-
nis maioris, vel peccet mortaliter, diſtingue, aut quę
ris de excommunicato minori excommunicatione,
aut de excommunicato maiori excommunicatione. In primo
1 † caſo non incurrit ſententiam excommunicationis, nec pec-
cat mortaliter immo nec venialiter: quia talis nõ eſt excluſus,
a communione hominum, ſed tantum a participatione ſacra-
mentorum. vt 11. q. 3. qm ȷ̈. de excep. c. a nobis. & de cle. ex-
com. mi. c. ſi celebrat. vbi de hoc. In ſecundo caſu refert aut ali-
quis participat excommunicato maiori excõicatione ignorã-
ter, aut ſcienter. Si ignoranter, tunc aut ignorantia eſt proba-
2 bilis, aut eſt craſſa & ſupina. In primo caſu † nec eſt excõicatus
nec peccat. vt 11. q. 3. excõmunicatos. & c. ſeq. & c. excellen-
tiſsimus. ȷ̈. de ſen. excom. cum deſideres. j. reſponſo. in fi. verſi.
quia tamen a contrario ſenſu quia ſcientiam, & non ignoran-
tiam volumus obligare. ȷ̈. de cle. exco. mi. c. illud. & c. apoſto-
licæ. de conſti. c. 2. li. 6. C. de tabul. l. generali. libr. 10. In ſecundo
caſu dic idem, ac ſi ſcienter participaret, vt legitur, & notatur,
in c. alle. illud. & c. apoſtolicæ. Si ſcienter tunc aut eſt attractus,
per vim, ſeu coactionem abſolutam, vt cum excõicato partici
paret, aut eſt per metum cadentem, vel non cadentem in con
ſtantem virum ad hoc inductus. aut per ſolam voluntatẽ ſpon
taneam ad hoc motos. In primo caſu nec eſt excõmunicatus,
nec in aliquo peccat. Nam in hoc caſu potius videtur pati, quã
agere, vt hic concordat. 50. diſt. preſbyteros. 45. diſt. de Iu-
dæis 1. q. j. conſtat ȷ̈. de bap. c. maiores. ad fi. ver. ille vero. In ſe-
cundo caſu, & in tertio refert, aut participat excõicato in caſi-
bus approbatis a iure, puta in ijs, quæ ad ſalutem animæ ipſius
pertinent, vel in alijs caſibus qui notantur in illis verſibus.
3 Vtile lex humile. &c. De quibus † in d. c. cum deſideres. in gl.
niſi in caſibus. & tunc non eſt excõicatus, nec peccat: vt ȷ̈. de
ſent. excom. voluntate. & c. reſponſo. & nota hic Ber. in gl. mi-
nor tamen. Ex eſt ratio, quia qui peccat nõ peccat legis autho-
ritate 23. q. 4. qui peccat. Aut in caſibus non approbatis a iure
& tunc aut participat, aut participat ex priuilegio Papali ex
cauſa conceſſo, & tunc idem, vt notat Inno. & Hoſt. ȷ̈. de ſent.
excom. nulli. vt ibi dicam. Aut alias, & tũc aut iſte excõicatus
4 nondum eſt denuntiatus excõicatus † per eccleſiam, & tunc
ſecum participans non eſt excõicatus nec peccat mortaliter,
licet peccet venialiter & habes efficax argumentum ad hoc. ȷ̈.
de hæreticis. c. excõicamus §. ſi vero clericus. ver. ſi qui autem
& hoc notat Hoſt. ȷ̈. de appel. c. dilectis. & de ſen. exc. in ſumm.
§. vltimo. ſub. §. ſed nunquid participans. & G. ȷ̈. de ſen. excõ. c.
5 ſtatuimus. in glo. fi. lib. 6. vbi de hoc. Aut † iſte excõicatus eſt,
denuntiatus, & publicatus per eccleſiam, & tunc aut aliquis cõ
municat, vel participat cum eo in crimine crimінoſo, & tunc
eſt excõicatus, & peccat mortaliter. vt ȷ̈. de ſen. excom. c. nup.
& c. ſi concubinæ. quod patet, quia talis participans eſt excõ-
municatus maiori excõicatione, vt ibi. ergo per conſequens,
peccat mortaliter: quia excõicatio non infligitur, niſi propter
peccatum mortale. vt 11. q. 3. c. nemo epiſcoporum: & c. excõ
municatos. ȷ̈. de conſti. c. ex literis. & ita intellexerunt Tan. &
6 Egi. iſtud c. & iſtum intellectum recitat hic Inno. Aut † parti-
cipat cum excõmunicato, alias ꝙ in crimine crimінoſo. in quo
caſu Inno. & Hoſt. intelligunt loqui iſtud. c. & tunc. aut parti-
cipat cum eo in diuinis, & tunc aut quæris, nunquid incurrat,
excõicationẽ, & dic, quod non, licet ingreſſus eccleſiæ ſit ei in
terdictus. vt ȷ̈. de priuil. c. epiſcoporum. libr. 6. Fallit in clerico
participante cum excõicato a Papa in diuinis ſcienter, & ſpõ-
te, ſecus in laico. vt ȷ̈. de ſent. exc. ſignificauit. quod intellige,
vt ibi dicam. Aut quæris nunquid peccat mortaliter, & dic, ꝙ
ſic, ita intelligit Hug. illud. c. rogo. 11. q. 3. idem Archidi. ibi in
glo. fi. vbi de hoc plene per eum. pro hoc. ȷ̈. de ſen. exc. c. is qui
li. 6. Fallit in ſacerdote, qui iam inceperat canonem miſſę ante
aduentum excõicati, quod dic, vt not. Inno. ȷ̈. de ſent. exc. cap.
nuper. & Archi. in d. c. epiſcoporum. & 11. q. 3. ſicut. & Io. An
dr. extra de ſent. exc. c. grauis. in clem. Aut participat cum eo,
alias, ꝙ in diuinis, & tunc aut hoc facit poſt, & contra inhibi-
tionem, ſed admonitionem iudicis ſuperioris, ne cum eo par-
ticipet ſpecialiter, vel generaliter ſibi factam, & tunc aut quæ
ris, nunquid peccat mortaliter, & dic, ꝙ ſic vt hic. vt notant,
Hoſt. in ſumma in d. §. vltimo ſub §. ſed nunquid participans.
& hic. & ȷ̈. de ſen excõ. ſtatuimus. lib. 6. vbi G. in glo. fi. & Io.
And. in nouella. idem notat arg. illius. c. ȷ̈. de ſen. excom. quod
7 in dubijs. Ad idem facit prædictum. ca. † rogo. vbi dicitur talẽ
communionem eſſe contra animam communicantis. ad idem
ȷ̈. de excep. c. exceptionem. & c. pia lib. 6. de homicid. ſicut di-
gnum. §. illi præterea. Ad idem tripliciter. c. alle. ſi celebrat. Pri
mo in eo ꝙ dicit ibi, ꝙ grauiter peccat celebrãdo. & ſic in pec
cato mortali. de cele. miſ. de homine. Secundo ex eo, ꝙ ibi di-
cit eum intelligibilem, quod non inducit veniale. Tertio, quia
per hoc excõicatur maiori ſententia, quæ non infligitur, niſi
pro peccato mortali vt ſupra dictum eſt. Item talis commu-
nio prohibita eſt per excõicationis pœnã, quę priuat a partici
patione ſacramentorũ. 11. q. 3. ſicut apoſtoli, & tribus. c. ſeq. ȷ̈.
de ſen. exc. cũ deſideres. ergo ex cõtemptu prohibitionis. 81.
diſt.

diſt. ſi qui ſunt.in fi. & qualitate pœnæ quæ pro venialibus nõ
infligitur.de conſ.di.2.ſi non ſint iudicabitur mortale ad hoc
24.q.j.non aſſeramus. Aut nunquid eſt excõicatus,&dic ꝙ nõ
niſi nominatum fuerit monitus iuxta formam.c.ſtatuimus.&
8 c.conſtitutionem.de ſen.excom.li.6.Aut participat † ante in-
hibitionem ſpãliter, vel generaliter ſibi factã,& tunc aut quę-
ris nunquid ſit excõicatus maiori excõicatione & dic ꝙ non,
per c.alleg. ſtatuimus.& c.conſtitutionem ſtatim allegata m.
aut nunquid peccet mortaliter & tunc aut hoc facit pertinaci
ter & in contemptũ eccleſiaſticæ diſciplinæ cenſuram eccleſia
ſticam truffam putans.& tunc peccat mortaliter ſm Hoſ. hic
& Ho.& G.in c.alleg.ſtatuimus.& Goff.in ſumma ſua de ſen
ten.exc. §.reſtat.ver. quæritur an peccet. & Rayn. in ſumma
iſtius,alias ipſius tituli ad fi.ver.quid ſi aliquis cõicat.pro hoc.
11.q.3.c.excellentiſſimus.Aut participat nõ in contemptũ ec-
cleſiæ,& tunc non peccat mortaliter,ſed venialiter tm̃ & hoc
tenent doctores allegati in locis allegatis.& ipſe Ho.j. de hæ-
reticis excõicamus.j.§.ſi vero.ver.ſi qui aũt.& Petr.de Samp.
in prædicto c.ſi celebrat.& Abbas & Io.And.hic & s. Tho.in
4.ſententiarum.dicens. ꝙ quis quis ſcienter excõicato cõicat
non tñ peccat mortaliter niſi in tribus caſibus.ſ.qñ communi
cat in crimine vel in contemptum eccleſiæ vel in diuinis, &
cum Thoma per oĩa concordant Pe.& Abb.& Gau.& Arch.
in c.alleg.rogo 11.q.3.& Aſten. lib.7.tit.de pœnis participan-
tiũ cũ excõicatis,vbi vide plene de hoc.Addit Io.An.hic quar-
tum caſum.ſ.qñ facit hoc in contemptum ſuperioris & cõtra
ipſius monitionem. Et quintum,qñ eſt excõicatus per partici
pibus per eum,qui hodie põt.ſ.per Papam. Item poſſet addi,
ſextus qñ nimis frequenter.ar.25.diſt.§.criminis. Et iſti tres,
poſſunt includi ſub primo,alias non credit communicantẽ in
oratione conuiuio & ſimilibus peccare mortaliter, quia alias
magnus eſſet rigor iſte, ꝙ ſi excõicatum cui in via occurro ſal
luto vel reſaluto,vel per cõem forſan amicũ inuitatum in con
uiuio non euito, ꝙ per hoc ſim excõicatus,&dignus gehenna
infernali quã inducit mortale ſm Io.An. Dictñ, ꝙ dĩa eſt, v-
9 trum participet per metum cadentẽ,† vel non cadentẽ in con
ſtantem,vel vtrum participet ſpontanea voluntate:quia in pri
mo caſu metus ſiue ſit talis,qui cadat in conſtantẽ ſiue nõ, cul
pam attenuat ſm Hoſt.hic.Sed in ſecundo caſu in nihilo excu
ſat illud tñ quod dicit hic tex.quod metus non excuſat a toto,
intelligunt quidam de metu,qui non cadit in conſtantem virũ
alias ſi eſt talis metus,qui cadit in cõſtantẽ virũ excuſat,vt di-
cunt,nec ſic communicans excõicatis incurrat minorem ex-
communicationem,& ita vr̃ ſenſiſſe Hug. 11.q.3.qm̃ multos.
& hæc opinio vr̃ humanior,& verior, cum caſus neceſſitatis,
excuſet in talibus, & etiam vtilitatis caſus quod nimis eſt pro
ut notat glo.ſuper ſumma Ray.tit.de ſent excom.& frater Io.
in ſumma conſe eo.tit.de ſen.exc.q.166 alias 165.Sed opinio
Hoſt.hic vr̃ mihi verior per finem huius.c. Nec obſtat, quod
illi dicunt quod caſus† neceſſitatis & etiam vtilitatis excuſant
in talibus,quia hoc verum in caſibus exceptis, & approbatis a
iure quia qui peccat non peccat legis anthoritate.23.q.4.q pec
cat.alias & in alijs ſecus vt hic vides.& intellige aliquem parti
cipare cum excõicato,ſiue cum eo participet facto vel verbo
vel nutu vel ſigno.arg.j.de ſen.excõ. c. ſi ſummus pontifex.in
ue.vbi nota G.de Monte lau.& Gen.etiam ibi hoc.

1 *Excommunicatio iniuſta inefficax.*
2 *Excommunicatio medicinalis, qui accipienda.*
3 *Excommunicationem ...ne excuſet,an non.*
4 *L. qui qui ſanctam eccleſiam.*
5 *Transferri ſingulatim collectim non item ad aliud cenobium lice*
re.& 6.

CVm dilectus. In gl.quæ fuit.dicit Bert. ꝙ
timor excõicationis nõ ex-
cuſat.idem Inno.cuius fuit hæc glo.Vinc.Phi.Tanc.
& Gof. hic. Ad hoc facit quia ſi ſententia eſt iniuſta,
1 vacuatur † & non eſt de ea curandum.arg.11.q.3. non debet,
& §.ex ijs.& §.ſi ergo.& §.cum ergo.& c.qui iuſtus.cum ſim.
nec ſententia talis ligat dummodo non contemnatur.vt ibi &
24.q.3.notandum.& ob hoc dicebat Go.ꝙ aut excõicatio eſt
iuſta & ſibi imputetur qui ſe talem reddidit. Aut eſt iniuſta,&
ſic non timenda,quia non ligat.hoc etiam tenet G.j.de ſen.ex
cõ cum medicinalis.ſuper verbo non mortalis.lib 6.ſed Bert.
tenet contrarium.j.de reſti.ſpol.c.olim.3.& Aſtenſis lib.7.tit.
de forma excõicandi.ar.2.ver.nota etiam ꝙ timor.& c. & Ho
ſti.hic.Et eſt rõ ſm eum,quia cõtinet nedum corporis, ſed et
animæ detrimentum.2.q.j.c.de manifeſta.Nec obſtat rõ Bert.
hic,ſ. ꝙ † eſt medicinalis,quia hoc verum , qñ cauſa ſubeſt, &
2 quando etiam non ſubeſt ꝓpter bonum obedientiæ ,verum
tamen nollet quilibet accipere hanc medicinã, & maxime de
cuius promotione ſperatur,in aliqua eccleſia,& ſic probabili-
ter poteſt timere.arg.11.q.3.c.ſententia paſtoris.& j. de reſti.
ſpolia.olim.3.ideo dicit Ho.hoc eſſe arbitrarium.arg. iurium
alleg.ſ.in glo. proxima.non ſolum.& iſtam opinionem vide-
tur tenere Archi.7.di.ſuerunt. Vel diſtingue & ſatis probabili
ter,aut † loquimur de excommunicatione iuſta,& iuſte inſli-
3 cta ſiue a iure,quæ ſemper eſt iuſta,ſiue ab homine, & tũc ha
bet locum prima opinio:quia per culpam ſuam in eam incidit.
ideo non excuſat,argu.ff.eo.tit.l.ſi mulier.in princ. Aut de ſen
tentia iniuſta,& iniuſte inflicta per hoĩem quia lata a iure non
poteſt eſſe iniuſta vt dixi:& tunc habet locũ ſecunda opinio.
Vnde licet ſnĩa canonis ſemper liget,& ſit iuſta ſententia lata
tamen hominis quandoq; eſt iniuſta.vt 11.q.3.ſententia paſto
ris.& §.ſi ergo.j.de ſent.exc.c.a nobis.& eo.tit.c.ſolet.li.6.de
appel.c.ad præſentiam.& patet in ijs quæ notat Inno.j. de te-
ſti.c.teſtimonium.& de teſti.cog.c.j.& in hoc concor.Io.An.
hic dicens, ꝙ glo.iſta Ber.vera eſt qñ ſententia eſt iuſta , & tũc
ſibi imputet,qui ſe talem reddidit per l.alleg.ſi mulier. Sed qñ
eſt iniuſta ſit vera glo.contraria ad quod bene facit. C.de apo-
4 ſta.l.2.† qui ſanctam vbi dicitur, ꝙ grauis eſt pœna eſſe inter
homines,& hominum carere conſortio ſed hoc inducit excõ-
municatio.ergo timor excõicationis eſt timor grauis pœnæ.
ad idem j.de ſent.exc. ca.ſacro.circa medium ibi cum non le-
uis ſit culpa tantam infligere pœnam inſonti ſm Io.An.
¶ Si quæris vtrum religioſi poſſint anthoritate propria ſe ad
aliam religionem arctiorem transferre. diſtingue aut quæris,
5 nunquid hoc poſſint † facere ſingulariter, & per modum ſin-
gularium ad aliam arctiorem religionem transferre & eã pro-
fiteri,& dic quod ſic petita tñ licentia licet non obtenta. vt j.
de regula.licet. Aut quæris,nunquid per modum collegij poſ
ſint hoc facere,ſ. in eodem loco remanentes aliam religionẽ,
profiteri,vel ſe,& locum ſuum ad alium locum transferre, &
dic, ꝙ hoc non poſſunt facere ſine licentia dioceſani.vt patet
in eo, ꝙ legitur,& notatur.j.de eccle.edifi.c.ad audientiam.de
re.eccl.non alie.poſſeſſiones.de reli.do.inter quatuor ſm Ho.
6 & Io.And.hic.& in hoc ſatis concurdat Innoc. Vnde † regulã,
in ipſo loco inſtitutam,vel habitam,vel ſtatum antiquum eiuſ
dem loci immutare,vel locum alijs ſubijcere, ſine authoritate
epiſcopi nõ poſſunt,nec epiſcopus ſine capituli conſilio debet
talibus conſentire.vt ſ.de ſupplen.neg.præl.c.2.& j.de ijs quę
fi. a præla.ſine conſenſu cap.c.nouit.& c.quanto & no.Hoſt.j.
de reſti.ſpol.c.olim cauſam.

1 *Intereſſe ex delicto vel quaſi iuramento probabile.fallit 2.*
3 *Intereſſe in contractibus qui probandum.*
4 *Intereſſe ex vltimis voluntatibus qui probetur.*
5 *Intereſſe quibus ex cauſis debitum.*

SVper eo. ¶ Si quęris,vtrum contra reum cõ
uentum in iudicio ſufficiat ad pro-
bandum intereſſe ſolum iuramentum actoris , ido-
nee agentis ad intereſſe, diſtingue,aut quæris, de in-
tereſſe,quod ſurgit ex maleficio,vt furto rapina & ſimilibus,
aut ex quaſi maleficio,de quo pone exemplum.j.de ſen. exc.
c.ſacro.ver. cumq; & per totum & inſti de obli. quæ ex quaſi
malefi.naſc.per totum. Aut ſurgit ex contractu, de quo pone
exẽplũ.j.de plus peti.c.vnico.ff.depoſiti.l.j. §.ſi rem. de acti.
empt.& ven.l.Iulianus.in princ.Aut ſurgit ex quaſi contractu
de quo pone exẽplũ.ſ.de elec. vt præſenti.&c.& inſti. de obli. q
1 ex quaſi contrac.naſ.per totum.In primis † duobus caſibus.ſ.
qñ ſurgit ex maleficio,vel quaſi,refert aut ſurgit ex maleficio
vel quaſi ipſius rei contra quẽ agitur,& tũc ꝓbabitur per iura
mentũ actoris,vt hic & C. vnde vi.l.ſi qñ 2.q.j.in primis. Et
intellige hoc verũ,de omni violentia,ſiue ſit expulſiua,ſiue ab
latiua.vt in l.ſi qñ.ſiue cõpulſiua.vt hic ſiue inquietatiua. vt ff.
qđ vi aut clã.l.ſemper.§ in hoc interdicto.ſiue turbatiua.vt in
l.allega.ſi qñ.quæ generaliter loquitur ſm Inno.& Hoſt.& Ab
2 ba.& Io.An.hic.Aut intereſſe ſurgit † ex maleficio tertij † non il
lius contra quem agitur,& tunc nõ probatur per iuramẽtum
actoris,ſed ꝑ teſtes,vel inſtrumẽta,vel alia legitima documen
ta.Sic loquitur gl.C.de ſent.quæ pro eo qđ intereſt proferun:
l.vnica in gl. ꝓ ꝓbationes.& ita tenet Archi.3.q.3.§.offeratur.
ver.quod fieri in vltimis duobus caſibus.ſ. quando intereſſe,
ſurgit ex contractu vel quaſi,refert,aut quæris, vbi agitur, in
actionibus bonæ fidei,aut in actionibus ſtricti iuris. In primo

3 caſu † tunc ſi arguatur dolus rei, intereſſe probabitur per iura
mentum in litem. Si vero arguatur culpa tunc probabitur p
teſtes vel alia legitima documenta.vt ff.de in litem iuran.l.in
actionibus.& l.2. §. j. & l.nummis.in fi.& ff. de præto. ſtipu.l.
vltim.In ſecundo caſu aut quæris in actionibus ſtricti iuris,
arbitrarijs & tunc dic idem quod dictum eſt in actionibus bo
næ fidei,vt in l.alleg. in actionibus. Aut quæris in alijs actioni-
bus ſtricti iuris & tunc aut reus contra quem agitur ſecit, qđ
facere non debuit doloſe, & tunc ſufficit iuramentum acto-
ris,vt hic.& C.vnde vi.l.ſi quādo & ff. quod vi aut clam.l. ſem
per.§.in hoc interdicto.ver.Sed quod interfuit & ne quis eum
qui in ius voca.eſt vi exi.l.vltima. Aut fecit quod non debuit,
per culpam ſuam, nec redarguitur niſi de culpa, & tunc requi-
runtur probationes legitimæ aliæ, quam iuramentum.vt ff.ad
legem Aquil.l.in lege Aquilia ſi deletum. & argum. in eodem
titu.l.in lege Aquilia.& infra tit.proxi.c.j.vbi Ioan.Andr.ſu-
per verbo manifeſte dicit, ꝙ intereſſe proueniens ex contra-
ctu probandum eſt per teſtes vt ibi, ſecus in eo, quod proue-
nit ex maleficio, vt hic, aut reus delinquit in non faciendo, qđ
facere debuit, & tunc refert aut loquimur in contractibus in-
ter viuos, & tunc ſiue arguatur dolus rei delinquentis, in nō fa
ciendo, quod facere debuit ſiue culpa arguatur neceſſarie ſūt
legitimæ probationes.Sic intellige.ff.de eden.l.argentar ius.§.
cum autem. & l.vbi §.fin.Sed fallit in duobus caſibus. Primo,
quando res debita per actionem ſtricti iuris perijt poſt morā
rei.vt in l.allegata in actionibus §.fin.Secundo fallit in actione
Fauiana, ſi non reſtituatur, res alienata in fraudem patroni, vt
ff.ſi quid in fraudem patrono.l.tenetur.§.fin. Aut loquimur in
4 vltimis voluntatibus, † & tunc ſi arguatur ſola culpa rei, dic ide
quod in caſu præcedenti.argumen.ff.ad legem Aquil.l. in lege
Aquilia. Si vero arguatur dolus tunc ſufficit iuramentum,
actoris, inſpecta prius dignitate perſonę ipſius actoris, & quā
titate & intereſſe petiti. Sic intellige.ff.de tabulis exhibend. l.
locum.§.condemnato.Et eſt ratio, quare ſecus in contractib.
vel quaſi inter viuos, & in vltimis voluntatibus, quia teſtator
legat communiter abſentibus, & hæredes abſentes inſtituit.
Vnde non debet imputari legatario, vel hæredi, ſi ipſe nō exhi
buit alias probationes, quam teſtium, vel quia forte teſtes non
cognoſcit, qui fuerunt præſentes in factione teſtamenti: quia
ibi præſens non fuit, & maxime hodie hoc locum habet in te
ſtamentis noſtri temporis, vbi teſtes non requiruntur, ſed ſo
lum ſigillum authenticum apponitur ideo, quaſi impoſsibile,
eſſet probare per alias probationes: ſecus in contractibus inter
viuos vbi poſſunt partes ſibi de probationibus prouidere. ff.
5 de probatio.l.ſi pactum. Alij breuiter † ſe expediunt dicentes
quod aut debetur intereſſe, quia factum eſt quod fieri non de-
buit, & tunc ſiue ex dolo vero, ſiue præſumpto iuratur in litē,
vt prędicta.l.ſi quando.& d.l.ſemper.§.in hoc interdicto. Aut
debetur intereſſe, quia factum non eſt, quod fieri debuit, &
tunc aut venit intereſſe, quia eſt dolus commiſſus, & tunc in
arbitrarijs, & bonæ fidei actionibus probatur per iuramentū
vt in l.allegata. in actionibus.& in l.nummis.in fin. Aut eſt cō
miſſa culpa, & tunc non probatur per iuramentum ſed per te-
ſtes. vt ff.de in litem iuran.l.2.& C.de ſen. quæ pro eo, qđ in-
tereſt profe.l.vnica.& vide quod notat Ber.j. de fo. compe. c.
dilecti. glo.fi.& quod ibi ſcripſi. De hac etiam materia notat,
Hoſt.in ſumma de ſententia.§.quis ſit effectus ſub § ſed & qa
aliquoties.& de iureiur.ſub rubr.de iuramento in litem.§.pro
pter quæ.& §.in quibus.& Spe.tit.de fructibus, & intereſſe, §.
fi.verſi.ex præmiſsis vſq; in finem.

¶ De in integrum reſtitutione. Rubrica.

1 *Sententia lata contra eccleſiam minoremve indefenſum nulla.*
2 *C.cum veniſſent. intellectus.*
3 *Sententia lata contra eccleſiam defenſam tenet.& 4. niſi defen-*
ſor deſtiterit.5.
6 *Deſenſor legitimus quis.*
7 *Poſſeſſorem iure devoluto recte conferre.*
8 *Elector creditus recte confert.*
9 *Poſſeſſorum quis, an non, recte eligit.& 10.*
11 *Poſſeſſor dubius non eligit & cur.12.*
13 *Præſentationis & electionis diſcrimen.*

CVm veniſſent. §.nos igitur. ſi quæris,
vtrum ſnīa lata contra
1 eccleſiā valeat vel non, diſtingue † & per eandem
viā potes diſtinguere in ſnīa lata cōtra minorē, cu-
ius vice eccleſia fungitur. vt s.eo.c j. Aut non ha-
buit in iudicio procuratorem, ſeu legitimum defenſorem, &
tunc non valet ſnīa ipſo iure.vt C.ſi aduerſus rem iudi. l.cū &
2 vos minores.& probatur hic in fi. huius.§.quando † dicit, ad
audientiam monachos reſtituimus rethoren.& hoc quia mo
nachi fuerunt defenſi.quaſi velit Papa dicere Romanā vero ec
cleſia nō reſtituimus: quia ipſo iure remanſit illęſa nec in eius
præiudicium valuit ipſo iure ſnīa.cū fuerit indefenſa. Pro hoc
etiam faciunt ea, quæ leguntur & notantur. j.de re. eccle.non
3 alie.c.dudum.li. 6. Aut habuit in iudicio † legitimū defenſorē
& tunc refert aut habuit procuratorem ſeu legitimū defenſo
rē in toto proceſſu cauſæ a principio vſq; ad finem, & tunc ni
ſi ſit aliđ, qđ obſiſtat, valet, & tenet ſnīa ipſo iur. Sed ſi eccleſia
in hoc læſa fuerit, reſtituitur aduerſus eam.vt hic.& j. eo. tit.
c.eccleſia.li.6. Aut non habuit procuratorem, ſeu legitimum,
defenſorem in toto proceſſu cauſæ, ſed in aliqua parte proceſ
ſus tm̄.Et tunc refert aut procurator, ſeu defenſor legitimus,
interuenit a principio, & in principio cauſæ, & non in fine. aut
econtra non interuenit in principio ſed bene in fin. In primo
caſu dicunt Accur.in l.allegata.cum & vos.minores.& Dy.ff.
de autho. tuto. in principio.& ff.de re iudi.contra pupillum,
ꝙ tenet ſententia ipſo iure, per l allegatam.C.quomodo & qñ
iudex.l.ſi præſes.a contrario ſenſu.ff. de bo. autho.iudi.poſsi.
l.ſi minor. Sed contrarium innuit Accur. in d.l.ſi præſes. & ff.
4 de re. iudica. l.acta.§.fin.& Iac.de Ra.ibi.Ego vero † Henricus
credo ſic dicendum aut procurator ſeu legitimus defenſor in
teruenit & defendit vſq; poſt concluſionē, & vſq; ad tempus
ſententiæ ferendæ, & tunc diſiſtit & tunc valet & tenet ipſo iu
re: licet ſi ſit læſa ipſa eccleſia debeat tm̄ reſtitui, ita poſſum in-
telligere iſtum §.nos igitur.arg.pro hoc. C.ad l.iul.de adulter.
l.quamuis.quia poſt concluſionem officium procuratoris, de
modico operatur. vt legitur & notatur.s.de procu.auditis. &
5 ita intelligo opi.primorum. Aut diu † ante ſententiam deſtitit
forte ſtatim poſt litem conteſtatam. & tunc ſententia non te-
net ipſo iure: quia paria ſunt non habere vel habere minus ido
nee.ff. quod cuiuſq; vniuer.l.j.in fi.de condi. & demon.l. cum
ita legatum.verſi.ſi vero indignus.de tranſla.epi.c.2.§.ſed ne-
que.cum ibi notatis.Et iſtam opinionem tenuit Petr.de Bella
pertica in ſententia lata contra minorem.in principio proceſ-
ſus & non in fi.defenſum in l. allegata. cū & vos minores. Si
non interuenit a principio, neq; in principio cauſæ, ſed tm̄ in
medio vel in fi.tunc non tenet ſententia: quia eo caſu iudiciū
fuit non legitime inchoatum.vt arg.C.qui legi.perſo. ſtandi, in
iudicio.l.momentaneæ.& C.qui tu.vel.cura. da.poſ.l.in vni-
uerſis.in fi.Nam ea quæ carent bono principio, carerere debēt
effectu: quia principium potiſsima pars eſt rei.vt ff.de origi.iu
ris.l. 1.& j.q.j.principatus.cum ibi alle.& vide quod notat Spe
cu.tit.de actore.verſi.quod ſi minor fuit in iudicio.& Archid.
15.q.3.certis.& quod dictum eſt † de legitimo defenſore intel
6 lige mandatum ſufficiens habente, alias ſententia ipſo iure ec
cleſiæ non nocet.vt ff.de procu.l.Plautius cum ibi notatis.
Si quæras, vtrum electio, vel præſentatio facta per illū, qui eſt
in poſſeſsione, vel quaſi iuris eligendi, vel præſentandi valeat,
& ſuum debeat ſortiri effectum, diſtingue † aut elegit vel prę-
7 ſentauit non iure ſuo, ſed iure deuoluto & tūc valet pro ea vi-
ce electio, ſeu præſentatio facta per eum, niſi aliud canonicū
obſiſtat. Sed non nocet illi, vel illis, ad quem, vel ad quos ſpe-
ctat electio in alia vacatione, nec iſte talis poterit eligere, vel
præſentare in alia vacatione.vt s.de ſuppl.negl.præl. c. ſicut in
fi.& hoc notat Ho.j.de cauſa poſ.& ꝓpric.cū olim. Aut elegit,
vel præſentauit iure ſuo, & tunc aut nec eſt proprietarius nec
eſt in poſſeſsione pacifica iuris eligendi, vel pręſentandi.ſed tā
tum creditur reum eſſe proprietarium vel poſſeſſorem iuris
eligendi vel præſentandi, & tunc electio, vel præſentatio facta
per eum non valet.vt j.de iure patro.c.conſultationibus.in fi.
8 Aut n̄ † ē ꝓprietarius ſed ē in poſſeſſiōe iuris eligēdi vel pn̄tā
di, & tūc aut cōſtat eū eſſe ī pacifica poſſeſſiōe iuris eligendi,
nec ſup hoc mouet ſibi aliqua cōtrouerſia, & tūc cōſtat, qđ e-
lectio vel pn̄tatio facta p eū valet, & tenet & ſtatī dēt cōfirma
ri, licet poſtea in iure ſeu cā ꝓprietatis ſuccumbat, vt legit, &
nota. s.de elec.q̄relā.j.de iure pat.ex lr̄is.& c.cōſultationib. &
c.cū pp diſcordias melius.j.de cau.poſ.c.cū olim.& ſi eſſet ap
pellatū, ne eligeret, ſm̄ Ho.in c.alle.cū olim & Inn.& Ho.j.de
iure patrona.c.qm̄.& Hoſt & Io.An.in c.ēam re & fater Io.in
ſum.confeſ.tit.j.q.82.quod ſi patronus.&c.& ſm̄ Cardi. j.de
elec.c.cupiētes in materia attētatorū. Aut mouet ſibi contro-
uerſia, & tūc aut ſup ꝓprietate tm̄, & tunc idē qđ prius per iu
ra alleg. arg.ff. de aqua quotidiana & ęſtiua.l.pen.& 8.q. 4.nō-
ne ſm̄ Ioan.hic in glo.fi.verſ. ad hoc dicit Ioan.& 3. q.6.hæc
quippe.in glo.argum.pro obſequijs.& Archidi.ibi in glo. ad-
de vbi

de.vbi de hoc.&c. Et idem Io.And.& Gof.Ala.& G. Naſo.in
c.allegato.ex literis.& Innoc.ibi in glo.ſua fi.&Abbas poſt eũ
& Hoſt.in c.eam te.& Comp.ſ.de conſtit.c. cum Martinus.
Ferrarienſis in glo.ſua fi.& Hoſt.in c.alleg.conſultationib. &
Vinc.hic.& Innoc.j.de appell.vt noſtrum.in glo.licet.traditio
verſ.item ſatis videtur & ad hoc facit.j.de appel.c.ſignifican-
te.cum ibi no.per Ber.in j.glo.& per Hoſt. poſt eum, aut ſup
poſſeſsione, & tunc aut conſtat nihilominus eum eſſe in poſ-
ſeſsione.vt quia hoc declaratur per ſniam,vel alias. Aut nõ cõ
9 ſtat,ſed eſt dubium.In primo caſu,†refert,quia aut eſt in poſ-
ſeſsione iuſto titulo.i.non vi,non clam,non præcario, & tunc
poterit eligere,vel præſentare,& valebit electio,vel præſenta-
tio facta per eum.Sed talis electio, vel præſentatio confirmari
non debebit ante ſniam pro eo ferẽdam in poſſeſsione, vel ſal
tem antequam de poſſeſsione pacifica fiat fides,puta quia ele-
git,vel præſentauit bis immediate præcedentes, vt in c.allega.
cum olim.Et idem eſt,ſi de eo,qui immediate præceſsit, hoc
probetur.vt ibi no.vt in dictis. c.querelam conſultationibus.
cum propter diſcordias cum olim & ita Ho.intelligit hic hoc
c.in fi.& etiam glo.fin.Ber.ibi,ſed ſi eligat iudex tamen &c. &
j.de cauſa poſ.& proprie.c.cum eccleſia Sutrina.Capitula aũt
quæ innuunt contrarium intelliguntur in eo caſu,in quo dubi
tatur qui ſint in poſſeſsione,nec habet locum reſtitutio : quia
præſentatio dilationem non capit. Nam fructus, qui ſeruando
ſeruari non poſſunt,alienari poſſunt.vt ff.de peti.hæredi.l. di-
uus.j.reſponſo.&hanc ſolutionem approbat.c.conſultationi-
bus iam alle.ſm Ala.G.Naſo.Goff.Io.Inn.& Abbatem.&Ar-
10 chi.vbi ſ.Aut eſt in poſſeſsione,vi † vel clam,vel precario , &
tunc non poterit eligere,vel præſentare:quia talis poſſeſsio ꝓ
deſſe non debet,vt j.de reſtit.ſpoliat.c.cum ad ſedem.ff. quod
vi aut clam. l.j.& per totum quintum librum.ff.noui. In ſecun
do caſu.ſ.qñ eſt dubium vtrum poſsidet†vel non nec per ſen-
11 tentiam vel alias poteſt apparere tunc non valebit electio, vel
præſentatio facta per eum,ſed præualebit electio vel præſenta
tio illius,qui in petitorio obtinebit quicunq; fuerit ita intelli-
go in fi.& hoc ita intelligo quod no. Tan.& Hoſt.in d.c. con-
ſultationibus & quod notat Ioan.hic in glo.fin.in verſi.ſed Io.
12 dicit &c.Et poteſt†eſſe ratio quia ex quo dubium eſt, & non
poteſt conſtare quis poſsideat neuter habetur pro poſſeſſore
argu.ff.de teſta.tuto.l.duo ſunt Titij.de liber.& poſth.l.nomi
natim.de hæredib.inſtituen. l.in tempus.§.quoties. de rebus
dub.l.ſi fuerit.§.item ſi ex plurib.& l.ſi quis de pluribus de ma
nu.teſtamen l.cum ex pluribus.Vel poteſt dici ſm Hoſt.quod
aliud eſt in præſentatione.vt in cc.allegatis.querelam.ex lite-
ris conſultationib. cum propter diſcordias & aliud in electio-
ne vt hic.Et eſt ratio,quia vbi ſuper præſentatione mouetur,
quæſtio,ſi infra ſex vel quatuor menſes non fuerit terminata,
13 epiſcopus eccleſiam ordinabit.ideo †non multum præiudica-
tur patrono,ſi interim non præſentet:ſecus in quæſtione iuris
eligendi,vbi nõ ſunt tempora limitata infra quę debeat termi-
nari.Item collegium habet de iure communi eligere.ſ. de ele
cti.c.j.ideo ſecus in patrono.Ideo facilius tollitur,vel impedi-
tur ius patroni,tanquam accidentale & debilius, quam ius col
legij,quod eſt naturale & fortius ſecundum Hoſtien.ſed prius
dicta credo veriora.

1 *Læſio lapſu temporis non probanda.*
2 *Læſio contractus probanda.*
3 *Læſio notoria probari non debet.*
4 *Eccleſia quæ ſoluere debeat.*

AVditis. Hic in verſi.licet aũt.dicit, ꝙ vtraque
pars aſſerunt neceſſariam probationem
omiſſam,& Papa fidem adhibuit aſſertioni eorũ. vt
patet in fi.Sed contra imo videtur,ꝙ probare debuiſ
ſent ſe lęſos antequam fuiſſent reſtituti. vt ſ.c.proxi. & ff.de
iureiu.l.nam & poſtea.§.ſi minor. Solutio.Si quæris , vtrum,
quando minor,vel eccleſia quæ iure minoris vtitur.vt ſ.e. c.j.
petit reſtitui propter,& aduerſus læſionem aliquam teneatur
probare ipſam lęſionem , diſtingue aut petit reſtitui dicens ſe
læſum vel lęſam propter lapſum temporis ob ſuam negligen-
1 tiam puta,quia † omiſit probationem neceſſariam, antequam
concluderetur in cauſa, vel omiſit iuramentũ deferre infra tẽ-
pus a iudice ſtatutum.vt j. e.c.coram.& ſic ipſo t pris lapſu ap
paret eũ læſum vel lęſam fore. & tunc aliam leſionẽ non habet
probare:quia ſolus læſus lapſu temporis eam probat vt hic &
2 j.eodem. coram.†Aut petit reſtitui contra † contractum , vel
contra ſententiam petens reuocari contractum vel ſentẽtiam
& tunc habet neceſſario probare lęſionem per ſententiam vel
contractum.Sic intellige.c.ſ.proximum &dictam.l.nam poſt
ea.§.ſi minor ſm Abb.hic poſt Odoff.Et quod dictum eſt in
primo membro de lęſione contingente propter lapſum tem
3 poris,idem dico ego Henricus in omni alia lęſione notoria.† ſ.
quod non oporteat eam probare:quia notoria probatione nõ
indigent.vt ſ.de elect. c. bonæ.j.§.contra legatu.& j.de accu.c.
euidentia.cum ibi alleg. & vide quod notat Bar.Brixien. in q̃-
ſtione venereali: quę incipit eſto quod propter vtilitatem ec-
cleſiæ: vbi quærit an eccleſia teneatur ſoluere pecuniam,pro-
4 pter †vtilitatem eius mutuo receptam, & poſtea per prælatũ
amiſſam. & ſoluit ꝙ ſic idem Tancr. & idem dicunt de præ-
tio rei venditæ.pro hoc.C.de in integ.reſti.mi.l.vlti.

1 *Supplicare quando liceat. & 4.*
2 *Supplicatio non niſi poſt decendium exequenda. & 3.*

EX literis. Si quæras , vtrum ſententia lata in
cauſa matrimoniali,tranſeat in rem
iudicatam , dic vt notat. & dicam j. de re.iudica ca-
pitul. lator.

¶ In glo. ſupplicare poteſt(quam glo.approbant Vinc. Io. &
Inn.hic & G.j.de app.Romana.ſuper verbo cenſendum.li.6.)
Si quæris intra quod tempus poſsit ſupplicari, & quem effectũ
habeat ſupplicatio,dicit Hoſt.hic,ꝙ quantum ad poteſtatem,
ſupplicandi,vel ſententiam †reuocandi non eſt vis, vtrum in-
1 tra decem dies ſupplicetur, vel poſt infra biendium tñ. Sed in
hoc eſt differentia:quia ſi infra decem dies ſupplicetur nõ mã
dabitur ſententia executioni:niſi is pro quo lata eſt ſententia,
idonee cauerit de tanta quãtitate reſtituenda, ſi ſententia fue-
rit retractata vt C.de præci. impera.offer.auth .quæ ſupplica-
3 tio.Si vero poſt decẽ dies fuerit ſupplicatum,ſine aliqua†cau-
tione mandatur ſententia executioni. vt C.de ſent.præfec.prę
to.l.vnica.& 2.q.6.anteriorum.& ſic de lapſu decendij quæri
tur, & diſtinguitur ſolum quantum ad exactionem prædictæ
cautionis ſm Hoſt.hic,& Io.An.poſt eum idem tenet Pet.de
Bella pertica in d.auth.quæ ſupplicatio,ſed Spec.titu.de appe.
4 §.reſtat. in princ. dicit ꝙ infra decem dies debet appellari † &
ſupplicari. & idem tenet Lauren.& Bertol.infra de re iudica.
cum inter vos.in glo. hoc. eſt poſt decem dies. Sed primum
credo verius.

1 *Eccleſia quando, an non poſt quadriennium reſtituenda.*
2 *Iudicis officio , quando locus ſit .*
3 *Reſtitutione ceſſante iudicis officium vtendum.*

CVm ex literis. Si quæris, vtrum eccleſia,
poſsit petere reſtitutionẽ
1 in integrum poſt lapſum quadriennij,diſtingue †aut
eccleſia petit reſtitutionẽ iure minoris,&tunc nõ po
teſt quadriennium.vt C.de temp.in integ.reſtit.pe.l.fi. & j.e.
tit.c.j.& 2.lib.6.& c.vnico.in cle. Aut petit reſtitutionem iu-
re maioris,& tanquam maior ex illa clauſula ſi qua mihi iuſta
cauſa videbitur & tunc poteſt vt hic.& eſt expreſſum. j. eo.c.
j in fi.li.6.Et eſt ratio,quia licet vtraq; expediatur officio iu-
dicis.Prima tamen magis pendet ex iure petentis, ſecunda ve
ro potius ex mero officio iudicis,quam ex iure petentis.Ideo
2 prima clauditur tempore,non ſecunda:quia†merum officium
iudicis poteſt,quandocunq; ſibi videbitur,exerceri.vt hic, &
j.de iureiuran.ad noſtram. 2.de inſti.cum veniſſent. de re.ec-
cle.non alie.ad noſtram.vnde in hoc.c.procurator Hilerden-
ſis.eccleſiæ præuaricatus fuit , quo caſu etiam vltra quadrien-
nium eccleſia auditur.vt ſ.eo.c.2.vel hoc non ſtetit per eccle-
ſiam ſed per iudicẽ. Vel tertio poteſt dici,quod eccleſia nouas
defenſiones inuenit vt j.eo.c.beneficio.Vel quarto poteſt di-
ci,ꝙ patenter repertum eſt ſententiam Eugenij,per ſubreptio
nem obtentam, & ipſum euidenter erraſſe.vt infra verſi.pro
ſpeximus. Ideo ſemper fuit retractanda.infra de purga. vulg.
cap.ſignificantibus. & ſic poteſt ſaluari opinio Ala. & G. Na-
ſo. ſecundum Hoſt.hic.& Io.And.poſt eum.& ad hoc conco
notat Hoſtien. infra de re.eccle. non alienand. cap. ad noſtrã.
ſuper verbo per multos. dicens ꝙ in illo cap. contractus nul-
3 lus fuit. Sed ſi dicas eum tenuiſſe , † & quadriennium, intra,
quod reſtitui pecunia debuit, lapſum fuiſſe, poteſt dici,quod
adhuc poteſt implorari officium iudicis generale. argu.ſupra.
de pact.cap.cum pridem.ff.de exerci.act. l.1.§. parui refert,
ſecundum Hoſt.ibi.

1 *Reſtitutionem non niſi ſpecialis procuratoris petit:fallit ſi inci-
dit uter petat.*

3 *L. vnica de in integ.ſenſus.*
4 *Reſtitutio an exceptione petibilis.*
5 *C.ſuſcitata explicari.*
6 *Reſtitutio nec exceptione poſt quadriennium petenda. & 7.*
8 *Exceptionum tempus actione commenſurari. & 9.*
10 *Eccleſia poſt quadriennium non reſtituenda.*

SVſcitata. Si quæras, vtrum procurator ge
neraliter conſtitutus, vel ad cau-
ſam ſpecialiter datus poſsit ſine ſpeciali mandato,
in integrum reſtitutionẽ petere, refert aut reſti-
1 tutio principaliter petitur, aut incidenter. In † pri
mo caſu debet habere ſpeciale mandatum. vt ff. de mino. l. il-
lud. §. ſi talis. In ſecundo caſu refert. quia † aut reſtitutio peti-
tur ante ſententiam, vel poſt ſnĩam per appellationem ſuſpen-
ſam vel nondum per appellationem ſuſpenſam: ſed tñ pôt ap-
pellari infra tempus iuris, & tunc talis procurator poterit pe-
tere talem reſtitutionem, licet ad hoc non habeat ſpeciale mã
datum, arg. iſtius. c. & ĵ. c. proxi. cum ibi notatis. Et eſt rô, quia
procurator datus ad cauſam, ad omnia datus cenſetur, ſine q-
bus cauſa ad effectum perduc non poſſet. vt ff. de procurat. l.
ad rem. & l. ad legatum. Ita intellige glo. Ber. hic. & hoc etiam
tenet Cin. C. cauſam reſtitu. in integ. p procuratorem etiam agi
3 poſſe. l. vnica † quæ lex etiam facit ad hoc aut petit reſtitui poſt
ſnĩam, & a ſnĩa a qua non poteſt appellari. & tunc non pôt, ni
ſi habeat ſpeciale mandatum. vt infra eodem c. coram & eſt ra
tio, quia tunc negari non poteſt, quin ſuper principali manda-
tum procuratorium ſit finitum. ergo multo fortius ſuper inci
denti vel acceſſorio. ar. ff. de regu. iur. l. cum principalis. & ĵ. de
regulis iuris. cap. acceſſorium. lib. 6. & ita notat Gen. extra eo.
titu. cap. vnico glo. j in clemen.

¶ Hic poteſt quæri nunquid per modũ exceptionis in integrũ
reſtitutio peti poteſt. v. g. eccleſia, vel minor, cuius res eſt vſu-
4 capta, † nanciſcitur poſſeſsionem rei ſic vſucaptæ, vel rem, quã
vendidit adhuc tenet, nunquid ſi conueniatur poterit excipe-
re, de læſione, & per viam exceptionis reſtitutionis beneficiũ,
implorare, dico quod ſic, vt ff de excep. l. exceptiones quæ per
5 ſonæ. §. fi. in fi. & hic, vbi † monaſterium Ouiẽſe, quod erat reũ
& fuit condemnatũ dum ſnĩa peteretur ex parte epiſcopi exe
cutioni mandari petunt reſtitui, quaſi per modum exceptio-
nis. licet accur. in hoc contra. ff ex qui. cau. ma. l. necnon. §. exẽ
plo. & de iureiur. l. nam & poſtea. § ſi minor. quæ tamen iura fa
6 ciunt. Pro ſecundu poteſt quæri † vtrũ poſt, quadriennij pmo
dum exceptionis poterit implorari, & vř, quod ſic: quia, quæ
temporalia ſunt ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum,
vt C. de excep. doli. l. licet. & ff. de excep. doli. l. pure. §. fi. In cõ-
trarium facit, ꝙ tñ infra quadriennium implorari poſsit, quia
exceptio datur exemplo actionis. vt ff. ex qui. cau. ma. l. necnõ
§. exemplo. Modo certum eſt, ꝙ in modũ agendi non conce-
ditur poſt quadrienniũ in integ. reſti. vt C. de temp. in integ. re-
ſti. pe. l. fi. & ĵ. eo. c. j. & a. li. 6. & eo. tit. c. vnico. in cle. ergo &c.
7 So. Dicendũ eſt, † ꝙ ſicut reſtitutio non pôt vltra quadriẽniũ,
peti per modum agendi vt in iuribus alle. nec fit per modũ ex
cipiendi. Et eſt ratio, quia ceſſante rône legis, ceſſat lex. vt ff. de
iure pat. l. adigere. §. quamuis. ĵ. de appel. cum ceſſante. Quare
autem exceptiones ſunt perpetuæ, hæc eſt ratio, quia non eſt,
in p:ãte rei, qñ proponat exceptionẽ vt in l. alleg. pure. §. fi. Sed
iſta ratio ceſſat in eccleſia, ſeu in minore, & alijs læſis, in quorũ
poteſtate eſt qñ petant reſtitui ergo &c. & pro hoc facit. ff. de
iureiuran l. nam & poſtea. §. ſi minor. in fi. & ff. de inoffi. teſta.
l. Papinianus. §. ſi filius. Vnde ſi quæris vtrum exceptiones ſint
8 perpetuæ, Doctores iuris ciuilis ſic dicunt, aut exceptio † com
petit non quia actio competit, vt in pacto de non petendo, &
ſimilibus, & tunc eſt perpetua. vt in l. allegata, pure. §. fi. & l. li-
9 cet. Aut exceptio † competit quia actio competit, & tunc exce
ptio eſt temporalis, i. eiuſdem vice cuius eſt actio, quæ compe
tit in eodem caſu vt in l. alleg. Papinianus. §. ſi filius. vbi hẽs, qđ
filius exhæredatus, ſi cõueniatur pôt excipere de quærela inof
ficioſi teſtĩ, quæ quidẽ exceptio nõ erit perpetua, ſed tẽporalis
& durabit per quinquennium, ſicut & ipſa quærela ſeu actio
quærelæ, & per eandẽ viã facit. ff. de peti. hære. l. ſi quis liberta
tẽ. Et p hoc determinata fuit ſemel qđ de facto, Ecce, quædã
10 † eccleſia contrahendo cũ quodã decepta eſt, ille q cõtraxit cũ
ea pmiſit eã dormire vſq; ad quadrienniũ, quo elapſo, eccleſia
petit reſtitui p modũ excipiẽdi. dictũ fuit ſibi, qđ iarde vene-
re bubulci. arg. iuriũ alle. Et ea q̃ ſunt dicta, intellige de exce-
ptionibus legalibus, ſecus de exceptionibus conuentualibus
quia illę ſecundum conuentionem partium poſſunt eſſe per-
petuę, vel temporales. vt ff. de exception. lege exceptiones.
j. & Inſti. de excep. §. temporales.

1 *Patris facto contrauenit filius.*
2 *C. conſtitutus ſenſus. & 3 & 4.*
5 *Retrahens venditum non contrauenit.*
6 *L. fin. C. de euict. explicari.*
7 *Hæres quatenus & cui de euictione teneatur.*
8 *Hæredi quando contra factum defuncti venire liceat.*
9 *Defuncti fraudem impugnat hæres.*
10 *Hæres voluntarius: iſque defuncti recte facto non contrauenit.*
11 *Hæres neceſſarius, huicque contrauenire licet.*
12 *Libelli narratione ſub conditione expleta, aut alternatione clara, concipi poſſe.*
13 *Libellum ſub conditione agendo explebili recte concipi alias contra 14.*
15 *Libellus quando alternatiue, an non, concipi poſſit. & 16. 17. & 23.*
18 *Libellus in conditionem futuram non concludendus quandoq; tamen poſſe. 19.*
20 *Libellum, peto declarari nullum, & ſi quod ſit reſcindi, valere.*
21 *Libellum alternatiuum ex hærede, aut lege procedere.*
22 *Conditio, aut alternatio qua libellum non obſcurat.*
24 *Libellus alternatiuus clarus admiſſibilis.*
25 *Alternatio incerta an vitiet libellum.*
26 *Actiones plures an eodem libello proponi poſſint.*
27 *Iuramento impuberem non obligari fallit tamen vt ibi.*
28 *Iurantem in iudicio puberem non reſtitui, qui accipiendum. 29.*
30 *Reſtitutionem iuramento extraiudiciali tolli,*
31 *Auth. ſacramenta puberum ſenſus.*
32 *Pupillum non niſi in ſui commodum obligari.*
33 *Aduitus, qua cum curatore, aut ſine eo, non poſſit. & 34.*
35 *§. Pupillo alienanti quid ſufficiat.*
36 *Pupillo quibus ex cauſis alienare licet.*
37 *Retrahens venditum obſignet*
38 *Oblatio quando inefficax.*
39 *Oblatio partis inefficax.*
40 *offerri per alium non poſſe.*
41 *§. illud ſenſus.*
42 *Obſignatione ſola debitorem liberari.*
43 *Offerens fruſtra non vitans.*
44 *Oblatum reſumens non liberatur.*
45 *Oblatio quando an non vſuras impediat.*
46 *Pignus non, niſi iudiciali oblatione ſolui, fallit. 47.*
48 *Moram oblatione purgari.*
49 *Oblatione præſcriptio an interrumpatur. 50. & 51.*
52 *Vſque vocem varie, accipi eiuſque rei vſus. 54. 56.*
53 *A, exclusionis nota.*
55 *A & vſq; excludere, & includere & quando.*

COnſtitutus. Hic habes, ꝙ filius venit, &
1 † poteſt venire contra factum
patris, & tanquam proximior de genere retrahere,
rem venditam, per patrem. Vnde quidam Doctor
meus nomine magiſter Petrus de Cerau. nunc decanus Tor-
2 nacenſis dicebat, ſuper iſta decretali, quod erat caſus † hic,
in illa quæſtione, qua quæri ſolet vtrum proximior, de ge-
nere ſuccedens alienanti rem immobilem, poſsit eam iure,
proximitatis, & tanquam proximior retrahere, verbi gratia.
Suppoſita conſuetudine retractus, in municipio Parroſinen
3 ſi, prout hic † dicitur, pone, quod iſte pater, qui rem ſuam
immobilem alienauit, infra annum a tempore alienationis fa-
ctæ, & ſic intra annum retractus deceſsit, & iſti filij ſibi ſuc-
ceſſerunt, modo volunt nihilominus rem iſtam immobi-
lem alienatam per patrem retrahere, quæritur vtrum poſsit.
Dicebat quod ſic, & quod erat hic caſus: ſed tamen ſalua ſui
reuerentia, non eſt verum, quod hic ſit caſus de hoc. Nam
hic, non dicitur. quod tempore quo iſti filij agebant ad re-
tractum, quod pater, qui alienauit fuiſſet mortuus, nec quod
iſti filij ſibi ſucceſsiſſent. Et in iſta quæſtione arguo. quod nõ
poſsint: quia hæres reputatur eadem perſona cum defuncto,
vt in auth. de iureiur. a moriente præſtito. §. j. collatio. 5. Sed
defunctus, qui alienauit, ſi viueret non poſſet venire contra
5 quia quẽ de euictione tenet actio &c. vt ff. de euic. l. vẽdicãtem
4 cum ibi notatis. & hic † vbi iſti minores ad retractandum alie
nationem

nationem portionis ſuæ propriæ, ſi in ea decretum interuenit
non admittuntur, de iure cõi, ſed ſolum beneficio minoris æta
tis. Ergo nec hæres ſuus poterit, qui eſt eadem perſona cum
eo. Præterea pro hoc faciunt iura, quæ nõ induco. ff. de rei vẽ-
di. l. ſi a Titio. de act. emp. & vendi. l. ſi quis alienam. de pigno.
l. ſi a Titio. de act. emp. & vendi. l. ſi quis alienam. de pign. l. ſi à
Titio. de excep. rei iudi. l. j. §. reſponſo ad Trebell. l. filium fra-
tribus. C. de rei vendi. l. cum a matre & C. de rebus eccle. non
5 alienan. l. 3. & j. de donatio. c. cum dilecti. In contrarium † ar-
guitur, quia hæres retrahendo tanquam proximior rem aliena
tam per defunctum nõ impugnat, nec retractat factum defun
cti, ſed potius approbat: q̃a per hoc ꝙ retrahit & vult habere,
pro eodẽ p̃tio ꝓ quo fuit vendita res ipſa aſſerit venditionẽ te
nuiſſe, & vna cũ hoc hęres iſte retrahit non vt hęres ſed vt pro
6 ximior de gñe quare. & c. C. de euict. l. fin. vbi hẽs † quod hæres
fideiuſſoris, q fideiuſsit ꝓ euictiõe rei venditæ poteſt rem ven
ditã euincere: q̃a ibi hæres fideiuſſoris, ſi venit ꝯ factũ fideiuſ-
ſoris, qui non vendidit, ſed de euictione promiſit contra, quã
promiſsionem, non venit, licet euincat. Item pro hoc faciunt
ff. de pign. act. l. rem alienam. §. 1. de pign. l. ſi Titio. quia ibi hæ-
res non occurrit facto prædeceſſoris obligantis rem alienam,
ſed potius ipſa lex reprobans obligationem rei alienæ, prout
notat glo. ff. de act. emp. & vendi. l. ſi quis alienam. glo. fin. pro
hoc etiam facit. ff. de ijs qui. vt indign. l. penult. & ff. ſi cui plus
quam per legem Falcid. l. j. §. item ſi ipſe. pro hoc videtur caſus
ff. ad Trebell. l. debitor. §. fin. per quem §. audiui Aureliæ iſtam
quæſtionẽ determinari per bonæ memoriæ dñm Alanũ Har-
leri quondam epiſcopum Trecoren. nepotem beati Iuonis. li-
cet conſuetudo Franciæ contrarium obtineat. Et ad argumen-
ta, & iura in contrarium allegata facile eſt reſpondere, quia in
contrarijs hæres vult impugnare, & retractare factum defun
cti, quod non poteſt. Hic vero non impugnat, nec retractat,
7 vt eſt dictum. Nec obſtat, ſi dicatur † quod iſte hæres, vt hæ-
res tenetur de euictione emptori, quia non eſt verum quod te
neatur de euictione ad intereſſe emptoris, ex quo res eſt eui-
cta non propter defectum dominij, ſeu iuris ipſius vendito-
ris, ſed alia de cauſa, ſcilicet, proximitatis, & retractus, ſed ſo-
lum tenetur emptori ad pretij reſtitutionem, quod quidam,
pretium iam habet per ipſum retractum. de hoc eſt tex. cum
glo. ff. de euictio. l. ſi minor. Et ad iſtius materiæ euidentiam,
pleniorem quæritur, vtrum hæres poſsit venire contra factũ
defuncti, ſeu ipſum retractare? Diſtingue aut hæres retractan
do factum defuncti non improbat nec impugnat factũ ipſius
defuncti. Aut retractando factum defuncti improbat & impu
gnat factum ipſius defuncti. † In primo caſu põt vt hic, intel
ligẽdo quod iſti minores erant iã hæredes patris ſui, vt in iuri
bus ſuperius allegatis. In ſecundo caſu refert, aut defunctus il
lud factum fecit in fraudem hæredis futuri & tunc poteſt ve-
9 nire contra. † Et pro tãto dicit lex, quod licet hæres inſtitutus
ſub conditione nullo modo poſsit adire hæreditatẽ, niſi prius
impleuerit conditionem. ff. de conditionibus. & demonſtra-
tionibus. l. qui hæredi. §. ſi. tamen ſi teſtator in fraudem hære-
dis conditionem apposuit hæres poteſt cõtrauenire. vt C. ad
legem Falcidiam. l. ſi quis. per eandem viam facit C. ſi quid in
fraudem patronorum. a libertis fact. fit. l. 1. vbi Petrus de Bella
partica poſuit iſtud membrum. Aut defunctus † illud factum
10 fecit non in fraudem hæredis futuri, & tunc aut quæris de hæ
rede voluntario hoc eſt de tali quem defunctus ex mera volũ
tate & non iuris neceſsitate hæredem relinquit, & talis nõ po
teſt venire contra factum defuncti ita intellige. ff. de reg. iur. l.
11 hæredẽ. Aut quæris de hærede neceſſario hoc eſt † de tali, quẽ
latam negligentiam, quæ dolo comparatur. ff. depoſiti. l. quod
Nerua. vt eſt videre in præſcriptione temporis iuris eligendi,
vel præſentãdi, & illa currit cum effectu ſine ſpe reſtitutionis,
vt. ſ. de elec. ne pro defectu. & de ſup. neg. præla. per totum. de
elec. cupientes. & c. quam ſit. & c. quanquã. li. 6. de conceſ. pręb.
c. 2. de iure pa. c. qñ. & c. eam te. & c. cum propter diſcordias. &
notant Ioan. Andr. & Gen. extra. eo. cap. vnico in cle. Aut quę-
ris de pręſcriptione, per quã læditur eccleſia, & tunc aut quęris
de pręſcriptionibus in corpore iuris clauſis, aut de alijs. Si de in
corpore iuris clauſis refert, aut quæris de pręſcriptionibus iudi
12 cialibus & tunc aut † quæris de præſcriptione temporis inſtan
tiam iudicialem finientis, & talis currit nec cõtra eam reſtitui-
tur eccleſia, niſi in ſubſidium ad inſtar minoris. ar. C. de iudi. l.
properandum. in fin. & C. in quib. cau. in integr. reſtitu. non eſt
nec. l. fin. vt not. Hoſt. in ſumma. eo. titu. §. qñ. & Gen. extra. eo.
cap. vnico in clem. licet Hoſt. videatur hic notare contrarium.
13 Aut de † alijs præſcriptionib’ iudicialibus & tunc currunt con-
tra eccleſiam ipſo iure, ſed eccleſia reſtituitur cõtra eas, vt hic
&. ſ. eo. auditis. & cap. coram. & extra. eo. titu. cap. vnico. in cle.
vbi de hoc per G. de Monte Lau. & hoc innuunt Hoſt. & Ioan.
Andr. ſ. eod. conſtitutus. Aut quæris de præſcriptionibus ex-
14 traiudicialibus, & tunc refert, aut † quęris de præſcriptionibus
minoribus decennio, & illę bene currunt contra eccleſiam, ſed
reſtituitur contra eas. vt. j. de pręſcr. ca. 1. in auth. de eccle. tit. §.
pro temporalibus. colla. 9. & auth. hæc cõſtitutio innouat con-
ſtitu. & c. colla. 8. C. de præſcri. xxx. vel xl. ann. l. omnes. & C. de
ſacroſan eccle. authen. quas actiones. extra. eo. c. vnico in cle. &
ꝙ res mobiles eccleſię ſicut & cæterę priuatarũ ſpatio triennij
vſucapiantur de iure cõi notat Hoſt. in ſumma de vſuca. §. quæ
non verſi. quidam etiam & ſub rubr. de præſcri. rerum immo-
bilium. §. quæ exigantur ver. qñque tamen. & idem Dyn. j. de
regu. iur. ca. 2. lib. 6. & Innoc. ſ. eo. cap. 1. & Archi. 16. q. 3. §. quas
actiones. & Accur. in prædicta auth. quas actiones & Inſtit. de
vſuca. §. res fiſci. & Gof. in ſumma de præſcrip. licet Hoſt. con-
tra. ſ. eo. c. 1. cuius opinio eſt reprobata extra. eo. c. vnico. in cle.
15 ſm G. & Gen. ibi. Aut † de pręſcriptione x. vel xx. vel xxx. an-
norum, & illę nõ currunt ipſo iure, vt in dicta auth. quas actio-
nes. 16. q. 3. §. poteſt. j. de præſcr. ad aures. de quarta. vigilanti: ſi
diligenti. & per totum ſm Abb. hic. Fallit in caſu. j. de priuile-
gijs. ſi de terra. & ibi dicam. Item fallit in caſu vbi eccleſia ſuc-
cedit priuato, vel habet cauſam a priuato, contra quem præſcri
ptio decem, vel viginti, vel triginta fuerat inchoata. verbi gra-
tia dum præſcriberem contra te rem aliquã immobilem bona
fide, & iuſto titulo inter præſentes, & eam etiã tenuiſſem per
quinq; annos ita, quod non reſtabant niſi alij quinq; anni: & ſic
16 dimidia † pars tẽporis ad præſcriptionem cõplendam tranſtu-
liſti eam in eccleſiam. Nam hoc caſu, ſi tenuerunt eam poſtea
per viginti annus, qui ſunt dimidia pars quadraginta annorũ,
præſcribo contra eccleſiam licet non tenuerim per quadragin-
ta annos, ita ꝙ eccleſia vtetur iure eius, cui ſuccedit pro tem-
pore ipſius. arg. ff. de peti. hæredi. l. item veniunt. §. cum prędi-
ximus. de mino. l. Aemilius Largianus. de vſuris. l. cum quidam
§. fiſcus. pro tempore vero ſuo eccleſia vtetur iure ſeu priuile-
gio ſuo. arg. ff. de mino. l. etiam ei. de vſuris. l. cum quidam. §. ſi
debitores: & pro vtroq; membro facit. ff. de iure fiſci. l. fiſcus
cum in priuati. de fundo dotali. l. ſi fundum melius. C. de præ-
ſcrip. lon. temporis. in auth. ꝙ ſi quibuſdam. & . j. de iure pat. c.
vnico. lib. 6. Et iſtam diſtinctionẽ inter tempus eccleſiæ, & tem
pus ſui prædeceſſoris approbant Ioan. de Deo. & Arch. 16 q. 3.
§. poteſt. ſuper verbo continuare poterit. ſed Tan. & Bart. Bri-
xienſis in quæſtione dominicali, Titius prædium ſen. dicunt,
ꝙ imò ad hoc, vt præſcriptio contra eccleſiam ſit cõpleta cur-
rere debent. trigintaquinq; anni. & ita cõputatis primis quinq;
annis erunt quadraginta anni. Et intellige, quod eccleſia cõtra
complementum talis præſcriptionis in tempore ſuo ſi læſa fue
rit, reſtituetur. ar. extra. eo. c. vnico. in cle. Aut de præſcriptio-
nibus xl. annorum, & illę currunt ipſo iure. vt in iuribus allega
tis. ſed eccleſia reſtituitur cõtra eas vt. ſ. de tranſac. contingit.
ſm Hoſt. ibi de quo per eum in ſumma. eod. titu. §. qñ. & idem
innuit Abbas hic. & de hoc per Io. Andr. j. de regu. iur. c. qui ad
agendum in nouella. lib. 6. vbi dicit, ꝙ eccleſia Romana aduer-
17 ſus eccleſiam † minorem pręſcribit ſpatio. xl. annorum ſicut &
alij: licet contra ipſam minori tpe centum annis inferior eccle
ſia non præſcribat. ad hoc. j. de præſcr. ad audientiam. & de cle.
non reſi. cum dilectus. quibuſdam tñ videtur, ꝙ cum oẽs eccle
ſiæ ſint eccleſiæ Romanæ ipſa eccleſia romana contra inferio-
res non pręſcribat, de quo vide. 16. q. 4. volumus. & in Spec. de
præſcrip. §. illud etiam quęritur. Si quæris de præſcriptionibus
in corpore iuris nõ clauſis tunc aut quæris de cõſuetudinarijs,

& illę currunt ipſo iure ſed reſtitutio datur contra eas. argu.ſ.
eod.conſtitutus. cum ibi notatis. Aut de conuentionalibus,&
tunc aut cœpit præſcriptio in perſona eccleſię & túc currit ſed
datur reſtitutio.argu.extra eo.c.vnico in cle.&.ſ.eo.cap.1.Aut
cœpit in perſona priuati, a quo eccleſia cauſam habet: & tunc
currit cum effectu ſine ſpe reſtitutionis.ar.l.alle. Aemilius Lar
gianus. Vnde dicebant Pet.de Samp.& Abbas hic.& Ioan.poſt
18 eos q † quędam ſunt tempora in quibus ipſa eccleſia ipſo iure
ſeruatur illęſa: quia nó currunt ei vt præſcriptio,decem vel vi-
ginti annorũ.vt in prædicto.§.poteſt cum cócor.ſ.alleg. quæ-
dam in quibus dormit præſcriptio, vt cum eccleſia non habet
prelatum vel habet hæreticum.de præſcrip.c.1. & c.auditis.&
tempus hoſtilitatis.eo.ti.ex tranſmiſſa.quædam de quibus du-
bitatur. 16.q.1. nouarum quæ ſumpta eſt ex.l. placuit.C. de ſa-
croſan.eccle. & dubitatur per l.ſi diuina.C.de exact.trib.lib.10.
Item dubitatur de vſucapione vt in prædicto.§. quas actiones.
Dubitatur autem per l.vlti.C.in quib.cau.in integr.reſtitu.non
eſt nec. ſed eſt certum q ſi in ijs caſibus lædatur eccleſia reſti-
19 tuitur.C.ſi aduer. vſucap.l.vna. Quædam † ſunt tempora, quæ
certitudinaliter currunt, nec reſtituitur eccleſia.ſ. de elect. ne
pro defectu. nec mirũ,quia illa currunt perſonis quædam, quæ
certitudinaliter currunt, & reſtituitur eccleſia vt hic quædam
quæ certitudinaliter currunt: & dubitatur an reſtituatur eccle
ſia ſicut tempora quadraginta annorum: & de hoc.ſ.eo. audi-
tis.& hoc quaſi ad literam notat Spec.eo.titu.§.1.ver. vt autem
20 Sed † quæ eſt ratio quare præſcriptio cóſuetudinaria currit mi-
nori, & etiam eccleſiæ. vt.ſ.eod. conſtitutus ſecus de præſcri-
ptione inducta a iure cómuni ratio poteſt eſſe, quia ius potuit
præcludere præſcriptiones inductas a iure cómuni. & ſic in eis,
vt non currerent minoribus, vel eccleſiæ beneficium indulge-
re, ſed in prȩſcriptione conſuetudinaria iſta ratio ceſſat ſecun-
dum Innoc. & Abb. & Io.Andr.ſ.eo. conſtitutus. & ſm Gen.
extra.eo.c.vnico.in cle.in glo.2.pro hoc.j.de conſtit. c.1.lib.6.
¶ Pro euidentia huius c.diſtingue, aut reſtitutio fuit petita,&
conceſſa,aut nó petita,aut petita & denegata: aut petita & non
21 conceſſa,ſed nec denegata. In ſolo tertio caſu † locũ habet hęc
decretalis. Hinc eſt, q ſi non fuit petita,poteſt peti dummodo
ſit intra tempora. Si conceſſa habet locum,& obtentum. Vlti-
mo caſu proſequatur inſtantiam, quæ ſi periſſet ſm leges in-
choet aliam. Nec obſtant ſibi tpa ex quo non ſtetit per eum.ſ.
eo.cum ex literis.C.de iudi.l.properandum ſm Io.An.hic. qui
etiam dicit q ſi eccleſia petit reſtitui contra contractũ,& dene
gata fuerit reſtitutio per ſniam, non poterit reſtitui contra ſen
22 tentiā denegationis.† Vnde ſiue contra ſniam ſiue contra con-
tractum denegetur reſtitutio, vlterius non concedetur cũ hęc
decretalis. & l.2.C.ſi ſæpius in integr. reſtit. poſtu. indiſtinctè
loquuntur & vtrobiq; ſubeſt eadem ratio. Quæ autē ſint nouæ
rationes, alias defenſiones, de quibus litera loquitur, no. plene
Ioan.Andr.hic. & Spec.eo.ti.§.1.ver.ſed quem vocas.

¶ De alienatione iudicij mutandi cauſa facta. Rubr.

1 *Cedi re integra quando poſſit: & quis agat.*
2 *Ceſsio iudicio cœpto ſit cedentemq; agere.*
3 *Litigioſa non cedenda.*
4 *Cedi potentiori non licere fallit.5.*
6 *Titulo de alie. iud. mu. cau. fa. quando locus ſit.*
7 *Ceſſio bonæ fidei præſumitur.*
8 *Ceſſio ſimulata nulla.*
9 *Ceſſione in ſimulatam præſumi.*
10 *Ceſſio quando ſimulata præſumenda.*
11 *Cedere quando in clericum liceat.*
12 *Potentior qui accipiendus.*
13 *Cedens potentiori an reſtituendus.*
14 *Ceſſio ceſſionario, aut contra an potior. & 15.*

Ex parte. Si quæris qñ ceſſio tenet & quan
do non, diſtingue aliquantulũ cla-
rius quam gl. Aut fit ceſſio actionis, vel rei in vl-
1 tima voluntate, aut inter viuos. Si † in vltima vo
luntate, refert aut fit ceſſio re integra,& tunc va-
let ceſſio: & ipſam actionem mouere poteſt ille in quem ceſſa
eſt, vt teſtator legauit tibi nomen debitoris ſui acquiritur tibi
vtilis actio ex teſtamento: & ſic poteſt agere cótra debitorem
vt.ff.de leg.3.l.nomen debitoris.& de lib.lega.l.legati.C. de le-
2 ga.l.ex legato nominis. Aut † is, qui actionem cedit tibi iam li-
tem conteſtatus eſt: & tunc etiā valet ceſſio ſed tũ non inten-
tabis actionem. imò hæres teſtatoris eam proſequetur, & eius
emolumentũ tibi tradet.vt.C.de litigi.in auth. nunc ſi hæres.
Si ceſsio fit inter viuos tunc aut actio vel res ceſſa vel tranſlata
3 erat litigioſa (aut non. Si erat litigioſa † tunc non valet ceſsio
niſi in caſibus neceſſarijs, de quibus.C.de litig.l.2.& ſi.&.ff. fa-
mi.erc.l.alienationes.propter hoc tũ actio, vel res non.vt.C.de
litigioſis. l.2.3. & vltima. Si non erat litigioſa tunc) refert aut
fit ceſsio in potentiorem, aut fit in non potentiorem. Si in po-
4 tentiorem † tunc aut in potētiorem ratione officij publici, vel
ratione adminiſtrationis publicę, cui, ſcilicet, præeſt: & túc aut
eſt in maiori officio ſeu adminiſtratione cóſtitutus: vt quia eſt
magnus dñs, vel Baliuus, vel magiſtratus cuius officij occaſio-
ne terribilis aduerſario eſſe poteſt.vt.C. quod me. cau.l.fi.C. ſi
quacunq; prædi.po.l.vnica.ſi rector prouinciæ.l.vnica: & tunc
ceſsio eſt nulla: & cedens iactura cauſæ afficitur, ſiue ſit actor,
ſiue reus: quia eadem eſt ratio & text. indiſtinctè loquitur. vt
hic.&.C.ne lice.poten.l.1.& 2.& l.fin.& facit.C.qui da.tu.poſ.
in authen.minoris debitor. Aut eſt in minori officio, vel in mi
nori adminiſtratione conſtitutus, vt ſunt decuriones, & tunc
5 † non habet locum titulus.ne lice.poten.nec ex illo capite ceſ-
ſio vitiatur.vt.C.de aduo.di.iudi.l.2.& hoc notat glo.C.ne lice.
poten.l.1. Aut ceſsio fit in potentiorem alia ratione, quam ra-
tione officij: puta ratione diuitiarum, vel loci: & tunc aut fit
bona fide: & hoc conſtat, & tunc valet. vt.C. de procur.l. qui
6 ſtipendia.cum ibi notatis. Aut fit in † fraudem.& hoc conſtat,
& tunc habet locũ titulus, de alie.mu.iudi.cauſa fac.quia ceſsio
tenet, niſi aliud impediat ſed cedens tenetur aduerſario, contra
quem facta eſt ceſsio, actione in factum ad intereſſe.ff. de alie.
7 iudi.mu.cauſa facta.l.pen. & vltima. Aut † eſt dubium, vtrum
facta fuerit ceſsio bona fide vel in fraudem,& tunc prȩſumitur
bona fides niſi fraus probetur: & qui fraudem allegat fraudem
probare tenetur.vt.ff.de proba.l. quoties §.qui dolo. & C.ad l.
Iul.repe l.vltima. Et hoc tenent. Pet.de Bellapert.& Cy.C.de
procur.l.qui ſtipendia.& Cyn.C.ne liceat poten.l.vlti.Si ceſsio
facta eſt in non potentiorem: tunc aut conſtat ceſsionem eſſe
veram,& tunc tenet: & ſic loquitur totus titulus de hæredi. &
act.ven.per totum.ff.&.C. Aut conſtat eam eſſe ſimulatam, vt
8 quia ille, in quē facta eſt ceſsio, eſt † homo induſtrioſior, quam
tu, qui cedis & tu cedis ſibi actionē, ſcilicet, vt poſtea tibi red-
dat pecuniam, quam exinde proſequetur: & tunc nó valet ceſ-
ſio vt.C.plus valere quod agitur. per totum. Aut eſt dubium,
9 vtrum ſit vera, vel ſimulata: & tunc † præſumitur ſimulata in
tribus caſibus. Primus eſt, quod ſi pro parte ſit vendita & pro
parte donata vt.C. man.l.fi. Et in iſto caſu non agit is, cui cedi-
tur etiam ad id quod dedit ſm Inno.hic.& Spec.tit.de ceſ.act.
.§.C.verſic. præſumitur. licet Bernardus.l. hic aliter in hoc, &
male. Secundo, ſi modicum pretium datur: quo caſu non agit
is, in quem fit ceſsio niſi ad id, quod dedit: & cedens ad reſi-
duum: quia hoc fieri non prohibetur.vt.C.mandati.l.pen.ſm
Odoffre.& Inno.idem Spec.titu.de ceſsi.act.§.1.verſi. primus
eſt. Et vtrum pretium ſit modicũ vel non arbitrio iudicis re-
linquitur.argu.ſ. de off.deleg.c.de cauſis.&.ff. de iure deli.1.in
fin. Tertio præſumitur ſimulata ſi non contineatur cauſa ceſ-
ſionis in inſtrumento ceſsionis.vt.C.mandati.l.per diuerſas.&
10 l.fi.& in alijs caſibus ibi notatis. Item prȩſumitur † ceſsio fieri
in fraudem qñ fit ceſsio clerico a laico contra laicũ: ſecus puto
ſi contra clericum.argumento huius.cap. Vel poteſt diſtingui,
quando, ſcilicet, laicus cedit clerico contra laicum, vtrum cle-
ricus trahat ipſum coram eccleſiaſtico iudice, puta, quia ſic eſt
de conſuetudine, vel corā ſuo iudice laico, vt in primo caſu prȩ
ſumatur contra clericum. In ſecundo minime, vt not.Hoſt.in
ſumma.eo.ti.§.1.in fin. & hoc intellige de iure canonico: quia
de iure ciuili ceſsio facta in clericum non reprobatur: nec prȩ-
11 ſumitur ſimulata. Item etiam † de iure canonico valeret ſi fie-
ret in clericum cóſanguineum, vel coniunctum cedentis, quia
coniunctio facit ceſſare ſimulationem & præſumi veram dona
tionem.argu.ff.de donationibus, inter virum & vxorem.l.3.§.
qui in eiuſdem.& l.ſeruus cómunis. vt hic no.Cyn.C.manda-
12 ti.l.pen.& nota, quod potentior † ſemper debet attendi reſpe-
ctu cedentis: & non reſpectu eius contra quem ceditur vt no.
Spec.titu.de ceſsi.act.§.1.in princ.verſ.quid ſi aliquis. Et ſi mi-
nor, vel eccleſia paſsi ſint iacturā cauſę eo quod ceſſerunt actio
13 ne † potentiori: non pñt petere reſtitui: quia in delictis nó ha-
bet locũ reſtit.C.ſi aduer.delictum.l.1.&.ff.de minorib.l.auxi-
lium.§.in delictis. & hoc tenet Abb. hic.in minore. in eccleſia
vero, hoc verũ eſt ſi prælatus & capitulum id fecerunt: alias ſi
oium conſenſus nó interueniſſet nó redundaret in damnũ ec-
cleſiæ.ar.16.q.6.ſi epm.quod abſit.&.j.de excep. cum venera-
bilis, ſecundũ Spec.ibi.pro hoc.j.de regu.iur. c.delictum.lib 6.

¶ Si cedens

¶ Si cedens, & ceſsionarius ambo veniant ad agendum in iudi
14 cio. ſi quæris quis eorum alteri † præferatur, & vtrum vtilis
actio præferatur directę. Accur. C. de noua. l. 3. determinat, qđ
cedens & ſic habens directã præferatur. Circa quod ſic diſtin-
gue. aut vnuſquiſq; ipſorũ tam ille, qui habet directam, quam
ille qui habet vtilem habet actionem ſuã proprio ſuo iure: &
tunc præfertur habens directam. vt. ff. de loco pu. fru. l. 1. §. ſed
ſi veniant. & de publi. l. pen. & ad hoc facit. ff. de acquir. re. do. l.
15 qna ratione. §. literæ. in gl. quę incipit in rem &c. Aut nõ † pro-
prio ſuo iure, ſed alieno nomine, vel vnus habet ab alio, & tũc
præfertur habens vtilem. vt. ff. de procur. l. in cauſę. in fi. Si ager
vecti. vel emphy. pe. l. 1. & 2. & de ſuperfi. l. 1. Et ideo quicquid
dicat ibi glo. ipſe Cyn. dicit ibi præferendũ ceſsionarium: quia
cedens non poteſt venire contra factum ſuum. pro quo. j. de
clericis coniugatis. c. diuerſis fallacijs cum ibi notatis. & s. de
electio. c. noſti. & hoc videtur verius.

¶ De arbitris. Rubrica.

1 *Arbitrorum vnus, quando ſine alio procedat. & 2.*
3 *Arbitrum ſolum, abſente requiſito, procedere.*
4 *Arbiter abſens vocandus.*
5 *Arbiter, quando, abſente collega procedat.*

SAne. Si quæris, q̃n compromiſſum eſt in plu-
res arbitros duos, vel tres, ſiue plures, v-
trum ſententia per eos vno eorũ abſente, lata va-
leat, diſtingue, aut ſunt electi ſimpliciter ſine clau
ſula, quod ſi non omnes, vel ſine clauſula illa, duo,
1 aut vnus, aut cum clauſula. Si † ſimpliciter & ſine clauſula: tunc
aut ſunt duo ſolum, & tunc vnus, alio abſente, vel ſententiam
ferret procedere põt, vel non põt. arg. ff. eo. l. diem proferre. §. ſi
plures. j. reſponſo. & l. ſi in tres: etiam ſi ille abſens fuerit legi-
time requiſitus de procedendo, cum alio. Et eſt ratio quia ille
præſens, & procedens non facit maiorẽ partem contra abſen-
tem. vt not. Ioan. Andr. j. eo. cap. 2 in glo. per hoc dic. lib. 6. Aut
2 ſunt † tres, vel plures, & tunc aut eſt actum in compromiſſo,
quod non valeat ipſorum trium, vel plurium arbitrorum ſen-
tentia vel proceſſus, niſi omnes ſint præſentes, & concordent:
& tunc, vno abſente, non valebit proceſſus, nec ſententia: quia
contra formam compromiſsi eſſet proceſſum, arg. ff. eo. l. quid
3 tamen. & notat Ioan. And. in glo. allegata. Aut non eſt † actum,
& tũc aut ille abſens fuit & eſt legitime requiſitus per alios co-
arbitros, quod veniat, & compareat ad procedendum vel diſ-
finiendum vna cum eis iuxta capitulum ſecundũ infra eodem
lib. 6. & tunc valet proceſſus, vel ſententia ipſius abſentia non
obſtante. vt ibi. & dico, quod valet de iure canonico, non de
iure ciuili. vt. ff. eo. l. ſi in tres. quod quidem ius ciuile debet ſer
uari in foro ſeculari ſm Ioan. Andr. ibi. Aut non eſt legitime
requiſitus, & tunc non valebit nec de iure canonico, nec de iu-
re ciuili, vt in d. l. ſi in tres: & in d. cap. 2. a cõtrario ſenſu. Si ſint
4 dati † cum clauſula illa, quod ſi non omnes vel ſi non ambo. &
tunc dic idem quod in delegatis, ſcilicet, q̃n abſens debet voca-
ri per alium, vel alios ad procedendum, vel ſententiandum vna
cum eo vel eis & debito tempore expectari, ſicut & condele-
gatus: & ſi non venerit, valebit nihilominus proceſſus vel ſen-
tentia. vt. s. de offi. deleg. c. prudentiam. in principio. Aut ſunt
5 dati † cũ illa clauſula quatenus vos vel duo: aut alter veſtrũ, &c.
& tunc vno abſente, etiam non requiſito, alius procedere pote-
rit, ſi ſint duo, vel alij procedere poterunt ſi ſint plures arbitri
quam duo, argum. j. de offic. deleg. cum plures. lib. 6. & ita in-
telligo quod notat Spec. ti. iſto. §. fin. ver. & nota.

1 *Arbitrio iniqua ex pacto ſtandum.*
2 *Arbitria iniqua ex officio reuocat iudex.*
3 *Arbitrium contra leges nullum.*
4 *Arbitrio doloſo non ſtandum.*
5 *Arbitrium emendabile: quique accipiendum. 6.*
7 *Arbitrium lædens partem ad arb. bo. vi. reducendum.*
8 *Læſio parua non curanda.*
9 *Reductioni an renuntiari poſſit.*

NOn ſine multa neceſsitate.
Si quæris vtrũ ſi ſententia, ſeu dictum arbitri, ſeu
arbitratoris ſit iniquum, poſsit, vel debeat, non
obſtante iuramento, vel pœna appoſita, emenda-
1 ri, vel redigi ad arbitrium boni viri, refert † aut in cõpromiſſo
dictum ſuis ſpecialiter, & expreſſe, quod ius vnus in totũ, vel
in partem poſsit dare alteri, & quod quantumcunq; inique p̃-
nuntiaret debere ſtari dicto ſuo, & tunc debẽt partes ſtare di-
cto ſuo: alias ille, qui non ſtat, eſt periurus, ſi iuramentũ inter-
uenit, vel cõmiſſa eſt pœna ſi promiſſa fuit de rigore iuris: niſi
dictum eſſet contra Deum quia tunc non eſſet obediendũ. 11.
2 q. 3. Iulianus. j. de iureiur. Quintaualls. Sed etiam in caſu † præ-
miſſo iudex ex officio ſuo cõſiderata qualitate perſonarum, &
loci & temporis & alijs circunſtantijs poterit tantę iniquitati
occurrere. arg. hic & s. de tranſac. cap. fin. vt not. Hoſt. in d. cap.
Quintaualls. & Ioan. Andr. poſt eum. Aut non fuit dictum &
3 tunc aut ſententia † ſiue dictum arbitri ſeu arbitratoris eſt ex-
preſſe cõtra leges ſeu canones, & tunc nõ valet ſed debet emen-
dari. vt. ff. de appel. ſi expreſſum. & notat glo. ff. eo. l. diem pro-
ferre. §. ſtari. idem multomagis ſi ſit contra legem Dei. 10. diſt.
cap. lege. cum concor. ibi alleg. Aut non eſt expreſſe contra le-
4 ges, vel canones, & tunc aut † ſententia, ſeu dictũ doloſe latum
eſt, & tunc non oportet ei ſtari. ſed debet ad ſuperioris arbitriũ
emendari. vt. ff. eo. l. ita demum. & C. eo. l. arbitrorum. vt notat
glo. in d. §. ſtari. & ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. Aut
non eſt doloſe latum, & tunc aut quæris de dicto, ſeu ſententia
5 arbitratoris, & † talis ſeu tale poteſt, & debet emendari & redi-
gi ad arbitrium boni viri. vt. ff. de ope. lib. l. ſi libertus iurauerit.
& ff. pro ſocio. l. ſocietatem. §. arbitrorum & hic. Aut de dicto,
ſeu ſententia arbitri: & tunc aut eſt corruptus, & tunc idem vt
hic ſm Hoſt. Aut non eſt corruptus & tunc aut dictum arbi-
tri euidenter iniquitatem peccati continet: & tunc ordinarius
ex officio ſuo faciet hoc emendari. vt hic & j. cap. proximo. &
6 ca. expoſita. Et hoc † intellige verum q̃n infra decem dies fuit
contractum, ſeu reclamatum a parte conquerente, alias cõtra,
vt notatur. j. eo. per tuas. ſm Hoſt. & Io. Andr. hic & Spec. hoc
titu §. fi. ver. ſed infra quod tẽpus. Vnde ſm mentem vtriuſq;
iuris hoc teneas, pro conſtanti quod nullum peccatum per le-
gem, vel conſuetudinem vel aliquam glo. vel iuramentum, vel
priuilegium, vel quodcunq; aliud nutriri poteſt. Sed ijs nõ ob-
ſtantibus, puniatur vt patet. s. de conſue. ca. fin. & legitur & no-
tatur. j. de præb. extirpandę ſm Hoſt. & Ioan. Andr. hic. Idem
notat Ioan. Andr. & clarius Archi. 2. q. 6. a iudicibus in gl. adde.
dicas ibi vide. Aut ſententia, ſeu dictum arbitri non continet
7 euidenter iniquitatem peccati, & tunc † aut ſnia, ſeu dictũ gra-
uiter & enormiter lædit partem, & tũc reducitur ad arbitrium
boni viri. & hoc caſu non eſt ſtandũ legi: ſed canoni: dummo-
do infra decem dies fuerit contradictum. argu. ff. de ope. lib. l. ſi
libertus iurauerit. Ita loquitur Inno. j. de iureiur. Quintaualls
in fin. & Hoſt. poſt eum & Arch. in d. cap. a iudicibus. & ita in-
tellige quod not. Ber. j. eo. expoſita. in glo. ſed videtur. Aut læ-
8 dit † leuiter, & modice, & tunc de tali modico non eſſet curan-
dum. & ita poſſet ſuſtineri, & intelligi. §. ille, ſtari. in l. diem p̃-
ferre. ff. eo. quod, eo caſu ſnię arbitri eſſet ſtandum. & ita intelli-
ge glo. Inno. & Hoſt. in d. cap. Quintaualls. Et vtrum aliquis
poſsit renuntiare arbitrio boni viri per iuramentum vel alias.
vide per Dyn. j. de regu. iur. cap. ſcienti lib. 6. & in Spec. titu. de
arbit. §. vlt. verſ. Item quid ſi compromiſſum. vbi tenent quòd
non. & idem videtur tenere Ber. j. eo. cum dilectus. in fi. & be-
ne licet Accur. innuat contrarium. ff. ſi men. fal. mo. dixe. l. ſi
duobus. §. fin. alias. i. ſuper verbo. venditor.

1 *Religioſus ſimplex non compromittat.*
2 *Cenobij adminiſtrator in cuius damnum ne compromittat.*
3 *Eccleſiæ procuratori quando compromittere liceat.*
4 *Compromitti an in monachum poſſit.*

PEruenit ad nos quòd cum G.
Si quæris nunquid clericus maxime religioſus poſ-
1 ſit cõpromittere, diſtingue, aut † quęris de religio-
ſo, aut de clerico ſeculari. Si de religioſo tũc aut eſt
religioſus non hñs adminiſtrationem, & talis ſine licentia ſupe
rioris non, poteſt compromittere, argu. j. de ſtatu mo. cum ad
monaſterium. §. fi. & cap. monachi: & 12. q. 1. ca. non dicatis. &
16. q. 1. placuit. Aut eſt religioſus habens adminiſtrationem &
in tali eſt idẽ, quod in clerico ſeculari. Dic ergo, quod aut quę-
ris vtrum religioſus adminiſtrationem habens vel clericus ſe-
2 cularis poſsit compromittere quo † ad perpetuũ præiudicium
eccleſiæ, cui preeſt, vel per quod ſua eccleſia obligetur & dico,
quod non poteſt ſaltem ſine cõſenſu ſuperioris, vt hic. & j. eo.
cum tempore. & cap. expoſita. & ca. per tuas. in fin. j. de ijs quæ
fi. a præla. cum apoſtolica. de cenſi. ſignificauit. ſm Hoſt. & Io.
3 Andr. hic. Aut quãtum tangit † ſuum proprium ius, vel factũ:
puta ſi ageretur ſuper poſſeſsionibus ſuis, vel ſuper prioratu, vel
eccleſia

eccleſia ſua tanquam ſuper beneficio, & tunc poteſt compromittere eo modo, quo licite fieri poteſt. vt. ſ. de off. deleg. ſi qñ de tranſa. ſuper eo. &. j. de præb. niſi eſſent. vel quo ad fructus, vel quod ad propriũ ſuum, ſi quod habet, indiſtincte tenet cõpromiſſum. Sic intellige. ſ. eod. cap. 1. & 2. & j. cap. proximo. & cap. innotuit. & c. cum a nobis. & ſic, quamuis in re ſua propria quis ſit moderator, & arbiter. vt. C. de mandati. l. in re mandata, non tñ in re eccleſiaſtica. Et eſt ratio, quia in illa eſt ꝓcurator, non dñs. j. de iureiur. ſicut noſtris. de dona. cap. 2. & de ijs quæ fiunt a ma. parte ca. capit. 1. Vnde nõ omnis, qui poteſt rem eccleſiaſticam in iudicium deducere ſuper eadem poteſt cõpromittere. Et eſt ratio quia primum neceſſarium eſt, & redditur ius in inuitum. vt. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. 1. non autem ſm. vt. ff. eo. titu. l. 2. & de euic. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. Iſtam diſtinctionem in effectu ponit Hoſt. in ſumma eo. tit. §. de qua re. verſi. quid de cler. & Spec. hoc tit. §. reſtat autem verſ. ſed nunquid clericus, &c. De hoc etiam nota. in. §. finitur verſi. quid ſi prælatus. & vtrum vaſallus poſsit cõpromittere ſuper feudo, dic vt per Hoſt. in. §. alleg. de qua re. verſi. ſed nunquid vaſallus. & ſe. & per Spec. in. §. alle. reſtat. verſ. ſed nunquid vaſallus. vbi dicunt, quod hoc poteſt in præiudicium ſui, non dñi ſui, argumento huius capituli. Item vtrum monachus
4 poſsit † recipere arbitrium, vide plene in Spec. hoc titu. §. fin. & ver. ſed quæro diligenter. & ſe. ſed Vinc. dicit q non. j. de ſtatu monacho. cum ad monaſteriũ. in principio ver. vnde ſi quicquam. vbi hoc probatur, quia refert omnia ad abbatis arbitriũ. & in hoc caſu non valet arbitrium vbi reſeruatur arbitrio tertij. ff. eo. l. item ſi vnus. §. 2. ſm Vinc. ibi & Io. Andr. poſt eum.

1 *Penam non petit eccleſia.*
2 *Pœnitentia quatenus infligenda.*
3 *Penam iudici applicabilem recte petit eccleſia quique accipiendum. 4. & 5.*
6 *Penam conuentam recte petit eccleſia. fallit. 7.*
8 *Pena cum re quando, an non, petibilis.*
9 *Pena vſuraria non petenda.*
10 *Penarum genera: & an cum re peti poſſint.*
11 *L. Celſus emendari.*
12 *Pena ſubrogata quando cum re, an non peti poſſit. & 13.*

Dilecti filij abbas & cõuentus.

Super glo. fi. Si quæris, vtrum eccleſia vel perſona eccleſiaſtica poſsit pęnam exigere vel petere, diſtingue, quia aut quæris, nunquid poſsit exige-
1 re, † ſcilicet, in iudicio animæ, & in foro pęnitentiali: puta quia aliquis in foro pœnitentiali confeſſus eſt ſe furtum feciſſe: & dic q non. Sic intellige. 12. q. 2. c. fraternitas. ſm Archi. ibi ſuper verbo recipiat. & cõcor. Io. ibi in fi. gl. & Hoſt. in ſumma. eo. tit. §. quis cõſtituatur verſi. ſed nunquid religioſi. & titulo de pęnis. §. quæ quib' & per quem. ſub. §. ſed nunquid poſſunt perſonæ eccleſiaſticæ. & Archi. 94. diſt. c. dictum. glo.
2 adde vbi hoc &c. vbi dicit ſm Io. Andr. q in † foro pęnitentiali non debet pęna ſiue mulcta pecuniaria imponi pœnitenti: niſi quòd ſm facultates ſatisfaciat læſis, orationibus, ieiunijs & eleemoſynis redimat peccata ſua. de pęni. diſt. j. medicina. &
3 c. medicamentũ. Aut quæris nunquid poſsit † petere, ſeu exigere pœnã in iudicio corporis, ſeu in foro iudiciali: vt quia aliquis in foro iudiciali cõfeſſus vel conuictus eſt furtum feciſſe vel in pęnam aliquã incidiſſe. & tunc aut quæris de pęna iudici applicanda, & quam petit vt iudex, vel vt ſuperior qui pro tribunali præeſt. & dic q eam petere põt ſiue ſit pęna a lege permiſſa. vt notat hic glo. ibi ſoluuo dicas & in iuribus hic allegatis, ſiue ſit pęna conſuetudinaria, vt legitur & notatur. 23. diſt. quanquam. in fi. &. ſ. de off. ordi. dilectus. ſiue ſit pœna contumaciam puniens. ff. ſi quis ius di. non obtemp. l. vnica. & hoc
4 dummodo non † excedat modum definitũ. C. de modo mul. l. eos ſm Hoſt. & Ioan. Andr. hic. & auaritiæ cauſa non extorqueat. ſed pro bono reipublicæ. vt. j. de ſimo. nemo. &. ſ. de off. ordi. irrefragabili. in fi. alias ſecus. Et ita põt intelligi, & ſaluari quod not. Archi. in d. c. dictum. dicens ſm Io. Andr. q in foro
5 † iudiciario eccleſia nõ poteſt recipere pęnam pro culpis commiſsis: niſi vbi inuenitur a canone diffinitu. vt probatur. j. de pœnis. c. 2. c. licet & c. ſequen. & c. ſuam. Aut quæris de pęna, vt priuato applicanda, & quã petit vt priuata perſona. & tunc aut quæris de pœna legali, vel canonica & illã petere poteſt. vt x. q. vt. Aut de pęna a iudice impoſita & illa ſine petitur vt in d. c. quanquam. & ff. de regu. iur. l. a quoquam. vt not. Inn. j. de pœ-
6 nis. c. ſuam. Aut † de conuentionali, & tunc aut de conuentionali promiſſa bona fide non in fraudem vſurarum, & illam petere, poteſt, vt hic. Nam & petit fructus perceptos & percipiendos vt. j. de reſti. ſpol. grauis. & 12. q. 2. non licet. Item petit omne intereſſe. j. de fideiuſ. c. peruenit. & c. conſtitutus ſm Goff. qui ita notat. j. de iudęis. ad liberandam. & Archi. in d. ca. fraternitas. & ad hoc facit quod not. Archi. in d. c. dictũ dicens ſm Ioan. quod in contractibus poteſt peti pęna pro damno, & intereſſe. vt. j. de pœnis conſtitutus. cum ſuis concor. ad idem
7 etiam facit. eo. titu. ſuam a contrario. Aut † de pœna conuentionali promiſſa fraudulenter, & in fraudem vſurarũ & illa peti non poteſt vt. j. de empt. & vendi. ad noſtram. & ff. de actio. empt. & vend. l. Iul. §. idem Iul. ſm Ber. & Hoſt. hic. & Hoſt. in ſumma. in ver. alleg. ſed nunquid religioſi & Io. 25. q. 2. ſi eccleſiæ. alias eſt. §. ſub cap. deceſſorum & adde quod dicam. j. de pœnis. cap. licet vbi etiam de hoc per Ber. in glo. 2. & Inn. & Hoſt. poſt eum. & quod dicam. j. de pigno. illo vos.
8 ¶ Super eadem gl. Si quæris vtrũ res, & pęna † ſimul peti poſſint, potes diſtinguere, vt Ber. hic in verſi. vel melius dicas. & ita etiam diſtinguit Ioan. 25. q. 2. c. deceſſorum. §. ſi eccleſię. Vel diſtingue aliter ſic. Aut pœna ſuccedit loco rei, & tũc altero ſit contentus. vt. ff. pro ſocio. l. ſi quis a ſocio. & l. q ſi ex ſtipulatu. & de act. empt. & ven. l. prædia. Aut pœna nõ ſuccedit loco rei. & tunc vtrunq; petere poteſt. vt. ff. de arbi. l. ſi quis rem. ita notat Ioan. Fabri. & Archi. in d. c. ſi eccleſiæ. & licet vtraq; diſtinctio ꝓbabilis ſit & ſuſtineri poſsit. Ego tñ Henricus credo ſic
9 diſtinguendum. Aut quæris † de pœna, quæ non poteſt exigi, ſeu peti, vt illa quæ interponitur in fraudem vſurarũ vel alia de qua in diſtinctione præcedenti, & talis nec per ſe nec vna cum re peti poteſt, vt eſt dictum. & ita poſſum intelligere. j. de pœnis. c. ſuam. Aut quæris de tali pœna quæ poteſt exigi ſeu peti & tunc aut eſt mera pęna, aut non, aut eſt dubium. Si eſt mera pœna tunc non diſtinguo inter pœnam legalem, & conuentionalem: ſed dico indiſtincte, quod vtrunq; poteſt peti, vt probatur de legali. 22. q. 2. cap. ſi eccleſiæ. inſtit. de oblig. quę ex maleficiis. §. pœna. ff. de fur. l. ſi pro fure. §. furti. De cõuentionali probatur. ff. de tranſac. l. qui fidem. & C. de tranſac. l. cum ꝓponas. licet quidam, vt Pet. de Bellaper. in l. alleg. cum proponas. diſtin-
10 guant † hoc caſu inter pœnam legalem, hoc eſt, appoſitam per legem, in qua obtinet, quod eſt immediate ſupra dictum, ſcilicet, q vtrunq; poſsit peti, vt in l. alleg. ſi pro fure. §. furti. & inter pœnam conuentionalem, hoc eſt, appoſitam per conuentionem partium, quo caſu refert ſm eum, aut res, & pœna petuntur ex eadem cauſa & tunc nõ poteſt vtrunq; peti. vt verbi gratia. Arbiter te cõdemnauit, vt mihi reſtitueres rem intra Calendas Septembris & arbitrium eſt homologatũ expreſſe: quia dicis placet in iſto caſu nõ poſſum vtrunq; petere: vt. ff. de arbi. l. Celſus. 2. reſponſo. Aut petuntur ex diuerſis cauſis: & tunc poteſt vtrunq; peti. vt verbi gratia. Arbiter te condẽnauit, vt mihi rem reſtitueres, nõ vis mihi reſtituere, tunc poſſum rem petere priſtina actione & etiam pœnam quæ fuit deducta in arbitrium. vt. ff. de arbi. l. ſi quis rem. ſm Petrum. Sed contra ſm memorum ipſius, ſcilicet. qñ res & pœna conuentionalis petuntur ex eadẽ cauſa faciunt expreſſe leges allegatę, qui fidem.
11 & cum proponas. Nec obſtat. l. allegata, Celſus. † inducta per eum: quia ibi nec erat pęna legalis nec conuentionalis ſed arbitralis & ille cui pœna erat cõmiſſa recipiendo rem renunciauit tacitę pœnę: & maxime, quia ille condemnatus, & iuſſus reſtituere rem intra Calendas, licet in aliquo contempſerit iuſſum arbitri: quia non ſoluit intra Calendas non tñ in toto contempſit quia ſoluit quam citius potuit, & duo ſunt iuſſus ſeu præcepta ſcilicet, ſoluere, & infra tempus ſoluere vt ibi. & j. de dolo & contu. c. cum olim vt notat ibi glo. Secus ſi in recipiendo rem proteſtatus fuiſſet de pœna, vel ſi rem recepiſſet, ſaluo iure ſuo. Nam tunc poterit petere pœnam, argu. ff. qui. mo. pig vel hyp. ſol. l. ſi debitor. §. 1. & ita intelligit. l. illam Spec. tit. de arbi. §. fin. ver. ſed pone, quod dum recepit. Sequitur de alio mem-
12 bro qñ † non eſt mera pœna: & tunc aut pœna apponitur loco particularis intereſſe: & tunc dico ſimiliter, quod vtrunq; põt peti, vt patet de iure ciuili in vſuris debitis ex mora, vel per ſtipulationem, quæ ſunt in loco particularis intereſſe. vt. C. de vſuris. l. 1. & l. 2. & patet etiam. ff. de act. & obli. l. traiectitiæ. in principio. patet etiam de iure ciuili & canonico in actionibus arbitrarijs. vt. ff. de eo quod certo loco. l. 2. §. fin. & in emptore percipiente fructus rei emptę & eſt in mora ſoluendi preciũ quia tunc veniunt vſuræ vt intereſſe. vt. ff. de vſuris. l. euictis. §. fi. & C. de vſuris. l. 3. patet etiã in damnis & intereſſe, quæ peti põt. vt 12. q. 2. ſi quis clericus. j. de fo. cõpe. c. dilecti. & de fideiuſſo-

p.ruens..

peruenit.& c.conſtitutus.& nota.ibi per Ber.& Hoſt. Item qñ nomine pœnę aliquid promittitur ſine fraude, ſi ad terminum non ſoluatur. & rem promiſſam, & pœnam præſtare compellendus eſt promiſſor. 12.q.2.fraternitas. & melius c.in legibus.
13 & hic ſm Hoſt. in d.c.conqueſtus. Aut † pœna promittitur & ſurrogatur loco totalis intereſſe: & tunc dico quòd non poteſt peti vtrunq;, ſed alterum tantum: vt.ff.de pactis. l.reſcriptũ.§. ſi pacto, niſi quatenus vnum excederet aliud, vt.ff. de act.emp. & vendi.l.prædia.&.ff.pro ſocio.l.fi.ſi quis a ſocio.& l.ſequenti. Quando vero eſt dubium, tunc præſumitur appoſita loco intereſſe: vt.ff.ſi quis cau.l.ſi duo.§.1. vt notat Io.Andr.j. de regu.iur.c.bona fides. in nouella. lib.6.vbi de hoc.]

1 *Compromitti in iudicem eo cogente non poſſe. & cur. 2.*
3 *Compromitti in ſuum iudicem, poſſe de re cuius iudex non eſt.*
4 *Compromitti in ſuum iudicem, vt arbitratorem poſſe.*
5 *Arbitria ſeparatorum partium valere, connexorum non item. 6.*
7 *Teſtamentum partim non valere.*
8 *Libertatis cauſa non compromitti. fallit. 9.*
10 *Liberalis cauſa qua.*
11 *Exemptum foro non renuntiat: nec ſentẽtia in eum lata nõ tenet.*
12 *Exemptionis priuilegio, qui renuntietur.*
13 *C. quia in cunctis. enucleari.*
14 *Clericus quando a iudice laico plectendus.*
15 *Citatus a non habente iuriſdictionem ne ſiſtat.*
16 *Citatus a delegato compareat. fallit. 17.*
18 *Citatus ſiue ſit iuriſdictionis citãtis, aut non, an cõparere debeat.*
19 *Proceſſus a non ſuo iudice an validus.*
20 *Clericus coram laico ne compareat.*

CVm tempore. C. Papæ. Si quæris vtrũ poſsit in iudicem compromitti tanquam in arbi-
1 trum ſeu arbitratorem, aut amicabilem † cõpoſitorem, diſtingue aut compromittitur in iudicem ad ſui iuſsionem ſeu compulſionem, id eſt, ipſo cogente partes in eum compromittere: & tale cõpromiſſum nõ valet. Sic intellige.ff.eo.tit.l. ſed ſi in ſeruũ.§. ſi quis iudex. & Ita Intelligunt Vinc. Tan. Ioan. Philip.& Bernar.hic.in 1.glo.&.j.de pręſump. literas.& Goſ.in decret.vlt.j.de rer.permu.§.illũ. & Io.3.q.7.§.
2 tria ad fin.verſi.ſi quis vero iudex. Et eſt † ratio quia compromiſſum debet eſſe voluntariũ: vt.ff.eo.ti.l.3.& de euic. ſi dictũ.
3 .§.ſi cõpromiſero. Aut cõpromittitur in eum non † ad ſui iuſſionem, vel cõpulſionem, ſed ſponte, & voluntarie, & tunc aut quęris nunquid poſsit compromitti in iudicem de & ſuper tali re, ſeu cauſa, de qua non eſt iudex, nec poteſt vt iudex cognoſcere, & tunc ſic: vt.C.de epiſc.audi.l.epiſcopale. Aut compro-
4 mittitur † in eum de & ſuper re ſeu cauſa de qua eſt iudex. & poteſt cognoſcere ſicut iudex: & tunc aut quęris nunquid poſſit cõpromitti in eum, ſicut in arbitratorem ſeu amicabilem compoſitorem, & dic quod ſic. Ita intellige in authen. vt diffe. iudic.§.ſi vero contigerit. colla.9.& ita poſſet intelligi iſtud. ca. Aut quæris nunquid poſsit compromitti in eum tanquã in arbitrum, & tunc Hoſt.hic & in ſumma.eo.tit.§.quis poſsit eſſe arbiter. verſi Sed nunquid iudex & Hug. & Laur. 3.q.7.§. tria. & Accur.ff.de arbitri.l.ſed & ſi ſeruum.§.ſi quis iudex. & in.§. alleg ſi vero contigerit dicunt quod non. argumento illius.§. ſi quis iudex. Sed Vinc.& Tan. & Bernar. hic. & Ioan. in.§.allegato tria. contrarium tenent per iſtud.cap.&.j.eo.cum olim.& c.ex parte. &.j.de præſump.literas vbi Abbas idem tenet & de præb.niſi eſſent. idem tenet Spec.hoc titu.§.2.verſic.ſed nunquid in ordinariũ. & hoc credo verius de iure canonico. Nec obſtat.§. allegatus. ſi quis iudex 1 quia loquitur de compulſione: vt dicit glo. hic & in capitulo allegato literas.

¶ Si quæris vtrum arbitrium vel ſententia pro parte teneat, & pro parte non, diſtingue aut in arbitrio, vel ſententia ſunt plura
5 capitula, aut eſt vnum ſolum capitulum. Si † ſint plura capitula, tunc aut ſunt diuerſa, & ſeparata: aut ſunt cõnexa. Si ſunt diuerſa, & ſeparata: tunc aut non eſt actũ inter partes, vt de omnibus ſimul pronuntietur: & tunc tenet pro parte ipſa ſententia, & pro parte nõ. & ſic poteſt intelligi iſtud capitulũ. & concor.j.de præb.niſi eſſent. & cap. dilectus. 1.& 2.q.6.§. ſi quis ex pluribus. Aut eſt actum vt de omnibus ſimul pronuntietur, & tunc ſentẽtia non poteſt pro parte valere, & pro parte non. Sic
6 loquitur.ff.eo l.quid tamen. Si † capitula ſint cõnexa, tunc non poteſt pro parte valere, & pro parte non. & idem ſi vnum capitulum tantum eſſet in ſententia. Sic intellige.ff.famil.erciſc.l. in hoc iudicio. ita diſtinguit Goff.hic. & Arch.2.q.6.§. diffini-
7 tiua.verſi. item cum certa. Teſtamentũ † vero non poteſt pro parte valere, & pro parte non. imò aut in totũ valet, aut in nihilum. inſtit. de hæredibus inſtituen.§. non autem. ſm Hoſti. Quid autem de inſtrumento ſi in vno articulo ſit falſum, vide quod notatur.9.diſt.ſi ad ſacras.& per Inn.j.de hæret.fraternitatis.& adde quod dixi.s.de offi.deleg. cum ſuper abbatia.

¶ Super gl.fin. Si quæris, vtrum de & ſuper cauſa libertatis, ſeu ſtatus hominis poſsit in arbitrum compromitti, diſtingue, aut
8 quæris de cauſa libertatis, ſeu † ſtatus hominis. & de tali nõ poteſt compromitti: quia illa cauſa maiores iudices requirit vt.ff. eo.l.non diſtinguemus.§.de liberali. &.s.de in integr. reſtitu.c. cauſa reſtitutionis.in fin. vbi Inno.& Hoſt.ponunt iſta duo pri
9 ma membra. Aut quæris de † cauſa libertatis, ſeu ſtatus eccleſiæ, vt quia agitur de ſubiectione eccleſię alicuius: & de tali poteſt compromitti: vt.s.de reſtitu. in integr.cap.auditis.&.j.de præſcr.cum olim.cum diſtinctione tamen: quia aut iſta eccleſia de cuius ſtatu agitur non eſt immediate ſubiecta Papæ, & tunc poteſt compromitti: vt in iuribus allegatis. Aut eſt immediate ſubiecta Papæ: & tunc non poteſt ſine licentia Papæ compromitti, vt hic. Vnde hic impeditur compromiſſum ratione priuilegij concedentis, ſcilicet, Papæ. de cuius priuilegio nullus ſine ſpeciali eius licentia cognoſcere poteſt, vt legitur & notatur.j.de iudic. capi. cum veniſſent. & ita in effectu diſtinguunt Hoſt. Pet.& Abb. hic. ſed Io.Andr.in d.cap. cauſa. dicit quod Goſ.dicebat, quod hic non approbatur arbitrium, vel de amicabili compoſitore loquitur, ſed tenens dictum Inn. & ſequacium poteſt reddere rationem diuerſitatis: quia qñ agitur de ſtatu, vel exemptione eccleſiæ illa non eſt ſimpliciter cauſa liberalis, ſed potius ſubiectionis.i.cui ſubſit. Vnde eſt libertatis a certa iuriſdictione: ſed non ſimpliciter: quia non põt quis eſſe acephalus.93.diſt. nulla. facit extrauagans Bonifacij vnam ſanctam. Sed cum quæritur de homine, an ſit liber, vel ſeruus
10 † illa proprie dicitur cauſa liberalis. & iſta multomagis eſt pręiudicialis quam prima: quia ſeruitus ferè ęquiparatur morti.ff. de regu.iur.l.ſeruitutem in fine ſm Ioan. And. Vnde tenet diſtinctionem prædictam. Et quæ ſit ratio caſuum in iſto.§. fin. expreſſorum & quid de cauſa excõicationis, vide per Hoſt. in ſumma eod.titu.§. de qua re. poſt principium. Hæc decretalis cum ſua materia inducitur per Guidonem de Mun. epm Mutinenſem ad quęſtionem per eum diſputatam, quam ponit Io. Andr.j.de regu.iur.c.ſcienti.lib.6. in nouella quæ talis eſt. Exemptus cõtrahens in loco exempto ꝓmiſit creditori non declinare forum dioceſani, ſi ſtatuto termino non ſoluiſſet debitum, de quo ſoluendo pręceptum dioceſani recepit. Lapſo termino & debito non ſoluto, dioceſanus ignorans illum exemptum, (quia nec talis cõiter putabatur) illum citauit: & quia nõ comparuit eum vt contumacem excõicauit: quæritur, an talis ſententia liget? quod videtur per illam regulam. Nec enim poteſt ſe dicere iniuriatũ, qui ſciuit & conſenſit. Dubium quęſtionis in duobus conſiſtit, ſcilicet, vtrũ ſententia liget, & vtrũ renuntiare potuit: quorum primum affirmatiue probat rationibus quatuor, & ſm totidem & vna glo. Innoc. & Hoſt.j.de verb.ſign.ex parte.in fin.magnę glo. E contrario horum quod-
11 libet probat negatiue: & † ſucceſsiue ſoluit, ꝙ exemptus priuilegio fori renuntiare nõ poſsit expreſſe, vel tacitè ſine Papæ licentia, & ſi renuntiat proceſſus vel ſnĩa non tenet, cum etiã ſuperioris fauorem reſpiciat tale priuilegiũ, ne ſuus ſubditus iudicetur ab alio. facit ad Romanos. 14.2.q.1.multi. & ca.nomen .j.de iureiur.c. nimis. & hic. Nec obſtat, quod hic notat quod valeat quo ad renuntiationem quia iſtud, & omnia ſimilia procedunt, qñ renuntiatio lędit ius renuntiantis tantum, & nõ ſuperioris vel alterius. benefacit.j.de foro compet.cap.Romana. lib.6.in princ.vbi etiam conſentientibus partibus Archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo, non cognoſcit de principali ad id quod dicũt iura renuntiari poſſe expreſſe priuilegio.j.de foro compe.cap.dilecti.& C.de pactis.l. ſi quis in cõſcribendo. & etiam tacite contrahendo, vel delinquendo in loco non exempto: vt.j.de priuil.cap.1.lib.6.ad quod facit quod not. Ioan.
12 11.q.1.inolita. Vnde exemptus permittendo † præſcribi contra priuilegium exemptionis ſpatio xl. annorum illi renuntiat, vt patet.j.de priuil.in cap.accedentibus. & facit.j.de ca.monacho.cap.2. Reſpondetur, ꝙ illa non fiunt ſine authoritate Papæ, & iuris cõis prouidentis eodem modo reſpondetur ad decretalem vltimam de pœnit. & remiſ.quæ permittit exempto eligere iudicẽ animæ ſuæ, quod eſt maius. 15.q.1. præcipimus. .j.de pœnit. & remiſ. cum infirmitas. Fortius ergo videretur poſſe eligere iudicem ſui corporis quod eſt minus.j.de reg.iura.cui licet.lib.6.dicit tñ Guido, quod exemptus corã ordinario debuit

rio debuit comparere: & ſuum priuilegium allegare: quod ſi
non fecit excõmunicari potuit, vt cõtumax, cui non placet di-
ctum. Spec.de citatione.§.1.verſi,pone iudex.&.§.pen.in fi.cu-
ius verba ponit Arch id. 16.q.4.placita. in fin. Sed in ſibi placet,
quod notant Inno.& Hoſt.in c.alleg.ex parte in Chriſto.in fin.
magnæ glo. Et hoc illa ratione, quia in dubio cognoſcit, an ſit
ſua iuriſdictio: vt.j.de priuileg. c.cum perſonæ.lib.6.ergo cum
quo ad illum articulum ſit iudex cõpetens in dubio ceſſant oĩa
iura,quæ dicunt proceſſum a non ſuo iudice factũ non valere:
nec etiam tenere per quod patet ſolutionem ceſſare vbi noto-
ria eſſet exemptio. Non obſtat capitulum, quia in cunctis. de
13 conceſsione præbendæ.lib.6. † vbi alias, ibi priuilegium, quod
excõmunicari non poſsit ſtatim habet effectum cum ad priui-
legiati notitiã peruenit: quia id facit intentio concedentis vo-
lentis adimere cuiq; etiam ordinario poteſtatem illum excõi-
candi, ſaluo eo, quod habes de priuil.ne aliqui.lib.6. Non enim
ſic in priuilegio exemptionis.eod.titu.cap.1.lib.6. Item in illo
caſu remanet ordinarij poteſtas vel puniendi. vt patet ibi in.§.
in eos,& vide quod notatur. per Ioan.And.ibi in glo.2. Scire te
volo, quod Aegidius. Cremon. poſt Ioan.de Deo.q.32. diſpu-
tauit hanc quæſtionem, an ſi iudex laicus citauit clericum, qui
tamen cõi opinione laicus habebatur, vt ſe defenderet ab ac-
cuſatione homicidij.& quia non venit, eum banniuit, an teneat
bannum. arguebat quod ſic, quia quilibet naſcitur laicus. Talis
ergo præſumitur, niſi clericus probetur.2.q.1. leguni. In con-
trariũ inducebat iura deteſtari, quod aliquo modo laicus in cle-
ricum animaduertat vel iudicium exerceat.11.q.1.nullus iudi-
cum, palea eſt.& quæ habentur.j.de foro cõpe.c.2.ad idem.eo.
tit.c.ſi diligenti. Et dicebat Ioan. de Deo prædicta debere in-
telligi de clerico qui per admonitionem epiſcopi priuatus non
erat priuilegio clericali: vt.j.de ſent. excom. c.in audientia.&
14 cap.contingit. ſoluebat autem ipſe Io. ꝙ cum deliquiſſet † in-
cedendo ſine tonſura, & neſciretur eſſe clericus, & fuiſſet con-
tumax, potuit per iudicem laicũ puniri.j.de priuile.c.ex parte.
Tertio ne furemur Aegidio labores ſuos, eſt ſciendum, quod
ipſe ad ſolutionem ipſius quæſtionis plene tradere voluit mate
riam illam, qñ quis teneatur ire allegaturus priuilegium, ſic di-
ſtinguens, aut citans non innititur alicuius iuriſdictioni nec,
15 † alias eſt notorium citantem eſſe ordinariũ citati, & tunc cita-
tus venire non tenetur etiã allegaturus priuilegium, licet in ve-
ritate iudex iuriſdictionem habeat ex aliqua cauſa latenti.argu.
.ff.ſi quis cau.l.ſi ſeruus.& l.quoties. & ſic loquitur glo. vltimæ
decretalis, bonæ.2.de elec.allegata. & quod notat Inno. de offi.
deleg.prudentiam: vt ibi ſcripſi ſuper glo.2. & de appel. c.Ro-
mana.§.2.lib.6.vt ibi notatur in gl. & ſi citauerit & quod ſuper
16 ea ſcripſi. Aut in citãdo † innititur iuriſdictioni in ſubditum:
& tũc aut delegate aut ordinarie. ſi delegate & verus delegatus
eſt, vt aſſerit, citatus comparere tenetur: alias valebit ſententia
contra eum lata excõmunicationis, miſsionis, & quilibet alius
17 proceſſus alias legitime factus. Si vero nullam † delegationem
habet & forte falſum tenorem reſcripti tranſmittit, tunc licet
caute agat citatus comparendo, tñ licet non compareat, nil va-
let proceſſus cõtra non cõparentem iuriſdictionis defectu. al-
legat notata per Inn.j. de dilatio.ca.2.imò hoc caſu tenetur iu-
dex ad intereſſe citato, vt not. in prædicta decretali prudentiã.
ad finem ſecundę glo. Si aũt innititur iuriſdictioni ordinarię, vt
quia dicit citatũ in territorio ſuo deliquiſſe, vel contraxiſſe vel
eſt alias, ſm communem opinionem, in numero ſubditorum,
tamen per aliquam exceptionem poteſt iuriſdictionẽ eligere.
18 tunc diſtingue, an citatus repetiatur in iuriſdictione citãtis, † an
non. ſecundo caſu ire non cogitur ſic, ſcilicet, quod ſi non va-
dat, poſsit excõicari, vel mulctari. nam extra territoriũ. &c. de
conſtit.c.2. lib.6.alleg.not.de foro cõpet. c.Romana.§. contra-
hentes.lib.6.& not.per Inno.eo.tit.c.licet. Si vero reperitur in
iuriſdictione citantis, tunc ſi ex parte iudicis, vel citati nullum
ſubeſt impedimẽtum iuris, quominus inter eos poſsit eſſe iu-
riſdictionis exercitium, ſiue ſit verum, vel falſum, quod dicitur
contraxiſſe ſub eo, vel deliquiſſe. & ſit exemptus vel non, de-
bet ire allegaturus priuilegium ſuum. alias procedi poterit con
tra eum: cum iudicis ſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. & ſic
loquitur.l.ſi quis ex alien.ff. de iudi. & quod not.ff.ſi quis in ius
19 vo.non ie.l.2.§. de reſcriptis, ſuper literis. ad fin. Sed † ſi quæ-
ratur inquantũ valeat proceſſus hoc caſu factus cõtra eum qui
de iuriſdictione non erat: de delegato, ſe expedit, ꝙ non valet,
ſi falſum erat quod prętendebat. Si verum, valet quicquid alias
legitime fecerit. Si aũt ordinarius erat, licet alias falſa ſit cauſa,
quam prætendebat, valet quod fecit, quo ad punitionem con-
tumacię: ſed de principali cognoſcere non poterit, etiam ſi ſit
talis cauſa, in qua poſsit lite non cõteſtata procedi: & tunc ha-
bet locum, quod ſententia a non ſuo iudice lata non tenet, nec
valet.C.ſi a non cõpeten.iudice.l.fin.cum cõcor. Si autem ſub-
eſſet tale impedimentum, quod citans nullo modo poſſet eſſe
20 iudex: vt quia citans priuatus eſt, vel etiam † citatus a laico cle
ricus eſt, tunc dixit quæſtionem ſoluendo, & terminãdo quod
ire non tenetur. & ad hoc allegat principaliter glo. l.1.C.vbi de
cri.agi oporteat.& dictũ Spe.vbi.ſ.& Io.An.in c.alle. ſcienti.&
de materia hmõi diſtinctionis dicam.j.de iudi. ca.5.diſt.3.&c.

1 *Arbitrum de pœna promiſſa nõ cognoſcere.*
2 *Arbitrum de pœna actionis cognoſcere.*
3 *Appellari an ex pacto poſſit.*

CVm dilectus filius & infra. Ad de-
clarationem glo.fin.in quæſtione. Sed nunquid po-
teſt cognoſcere. ſi quæris, vtrum arbiter poſsit co-
gnoſcere de & ſuper pœna, diſtingue aut quæris de pęna a parti
1 bus † inuicem promiſſa de ſtando dicto arbitri, vel de cõparen
do ad dies aſsignandos coram eo: & de tali non cognoſcit: quia
de ea non eſt in eum compromiſſum: vt in l. hic allegata.ff. eo.
2 l.quid tamen.§.vlt. Aut de pęna † proueniente iure actionis. de
qua in eum eſt cõpromiſſum qualis eſt illa.ff. ad l.Aquil. l. inde
Neratius.ff.quod met. cau.l. ſi cum exceptione.§. hæc aũt acti.
& de illa cognoſcere poteſt.arg.ff.de ijs qui nota.infamia.l.quid
ergo.§.ex cõpromiſſo. Item arbiter non poteſt mulctare con-
tumacem, niſi hoc habeat ex forma compromiſsi: vt.ff.eo.l.2.
in fin. ſed bene poteſt in expenſis condemnare: nam & de in-
tereſſe cognoſcit.ff.eod.l.non diſtinguemus.§. item non eſt. &
hoc eſt quod diſtinguitur.ff.eo.l.nõ ex omnibus. ſm Hoſt.hic.
& Ioan.Andr.poſt eum. & in hoc concor.Inno.j.eo.l.ex parte.
Et de iſta quæſtione not.Hoſt. in ſumma eo.titu.§.qualiter ad
effectum. verſi.ſed nunquid poteſt punire, & vtrum compro-
3 mittentes † poſsint conuenire inter ſe, quòd a ſententia arbitri
vtraque pars appellare poſsit, vide plene per Hoſt.j. de teſta. c.
Raynal. per Cyn.C.eo.l.1. & per Ioan.Andr hic. Item nota, ꝙ
non poteſt peti reſtitutio, vel excipi de ſpoliatione coram arbi
tro ſuper ijs, de quibus non fuit cõpromiſſum, vt not.Bar.Bri-
xienſis in quæſtione dominicali, quæ incipit actor & reus. &c.

1 *Arbiter ex pacto ſui interpres.*
2 *Arbiter dictum ſuum non niſi ſtatim, poteſt declarare. & 3.*

gere rectorem, vel magiſtrũ in locis, vbi ſunt laici conuerſi tan
tum,& dic ꝙ ſic: ſic intelligo.s.de arbi. cũ olim. Aut nunquid
poſsint eligere vna cũ clericis in locis vbi ſunt clerici vna cum
eis: & dic, quòd non: vt.j.de electione.c.ex eo.in fin.lib.6.
¶ Fallit in caſu in quo hoc cõpeteret eis de cõſuetudine præ-
ſcripta. nam illa decretalis ex eo. non tollit ſpeciales locorum,
ordinũ, vel perſonarum, cõſuetudinis pręſcriptas: vt.j.de con-
ſtit.licet Romanus.lib.6.& hoc not.Io.Andr.in c.alleg.ex eo.in
glo.fin.& Inn. & Hoſt.& Ber.j.de inſti.c.in eccleſia.& de hoc
per Arch.12.q.1.nulli. Si de alijs negotijs, tunc dic, ꝙ non pñt:
nam de rigore iuris nullus laicus, quantuncunq; religioſus, de-
bet hr̃e diſpoſitionem ſpiritualium, vel etiam clericorũ, vt in
c.alleg.bene quidem. & 16.q.7.laicis.89.diſt.qm̃ in quibuſdam
& c.iudicatũ eſt.s.de conſti.eccleſia.j.de re.eccle.non alie.cum
7 laicis: quia † nec ſacra vaſa, vel veſtimẽta ab inſacratis, ideſt non
ordinatis hominibus tangi debent. de cõſe.diſt.j.in ſancta.& c.
veſtimẽta.& no.j.de vi.& ho.cle.c.2.vt hic not. Hoſt.j.de de-
ci.c.quũuis.in glo.ergo a contrario.& in ſum.de deci.§.& vtrũ.
Si quæras de ſecundo membro ſubdiſtinctionis. ſcilicet de ci-
uilibus,& temporalibus tunc poſſunt: nam quo ad illa laici con
uerſi noĩe clericorum continentur: vt 12.q.1.duo ſunt genera.
8 Si quæras de ſecũdo membro † principali, hoc eſt de laicis, ha-
bitu & profeſsione, tunc aut quæris nunquid tales laici pñt tra-
ctare vel diſponere, iura ſeu negotia eccleſiaſtica nomine ſuo
& tanquam ius in eis habentes & dico, ꝙ non vt hic.& 10.q.1.
ca.2.& 3.& c.clericum.& per totum ſm Inno. & Hoſt. hic. &
Io.Andr.j.de procu.c.1.lib.6.& pro hoc.s. de elec. ſacroſancta.
& c.Maſſana.& de conſti.eccleſia.j.de reb.eccle.nõ aliena.c.vlt.
& 96.diſt.bene quidem.16.q.vlti. laicis. & c.non placuit. Neq;
enim eccleſias, nec oblationes recipere debent, vt ibi. &.s.de
æta.& quali.ex ratione.10.q.1.quia ſacerdotes. nec in hoc ex-
cuſat authoritas epiſcopi.j.de deci.quamuis.& c.prohibemus.
etiam in ſuo proprio hoſpitio. 89. diſt. iudicatum: vt hoc not.
9 Hoſt.in c.alleg.ex ratione. ¶ Fallit † in rebus eccleſiaſticis ſeu-
dalibus, ſeu alijs temporalibus, quæ ab eis tenentur: vt.j.titu.1.
verum.& c.ex tranſmiſſa.& j.de appel. ſi duobus.§.fi.& de iu-
dic.cæterum. ſm Goff.& Hoſt.& de hoc not. Innoc.j.de foro
compet.ex parte B.ſed Hug. contra.13.q.2.in ſumma.de quo
per Archi.j.de cle.coniuga.c.vnico.in glo.ſic 11.q.1.&c. lib.6.
& adde quod dicam.j.de ſent.excom.vt famę.diſt.2. Aut quę-
ris, nunquid hoc poſſunt facere nomine alieno, puta noĩe præ-
latorum eccleſiarum & tunc refert, aut quæris, vtrum poſsint
10 † tenere vel habere eccleſias ad firmam: & dic quod non: vt.s.
de æta.& quali.ex ratione. & j.ne cleri. vel mona. ſed dic quod
intelligitur ſm diſtinctionem quam fecit Hoſt. in ca.allega.ex
ratione. Et Archi.in c.alleg.iudicatum. ſuper verbo cõmittan-
tur. 89. diſtinctio. vbi dicitur quòd ſi eccleſia adeo eſt oppreſſa
onere debitorum, ita vt nõ poſsit ab eis commode niſi per lai-
cos releuari: tunc ſi ſit eccleſia religioſorũ deficiente religioſo,
cui prius cõmitti deberet.j.de rebus eccle. non alie. poſſeſsio-
nes. & in eius defectu clerico ſeculari.j.de relig. do. inter qua-
tuor, qui ſi etiam in eccleſia deficiat, poterit in tanta neceſsita-
te epiſcopus diſpenſare, ꝙ ad tempus laico committatur.arg.j.
de loca. & conduc. c.veſtra. ita tñ ꝙ non laicus ſed clericus no-
mine laici adminiſtret ibidem: vt in c.alleg.ex ratione.& arg.j.
de iude.ex ſpeciali.quia neceſsitas, & vtilitas eccleſię diſpenſa-
tionem inducunt: alioquin ſi laicus, vellet omnino adminiſtra-
re, ad Papam eſſet recurrendũ ſuper hoc. argu.2.q.5. mennam.
ibi coram te &c.& 32.diſt.§.verũ.& c. ad hæc.ibi 1 ſcribi enim
pędeceſſor noſter.& j.de deci.tua.ſm eos. & idem credit Ar-
chid.ibi. Si eſt eccleſia clericorum ſecularium licet G. & Gen.
extra de exceſsi. prælato.c.vnico. ſuper verbo ad firma. in cle.
Dicant ſimpliciter quòd poſſunt concedi laicis ad firmam. per
11 c.alleg.veſtra. Aut quęris † vtrum poſsint tenere & habere de-
cimas, vel alios reditus eccleſiæ ad firmam, & dic, quod ſic. vt
in c.alleg.veſtra.j.de loca.& conduc.&.j.ne pręla.vic.ſuas.quę-
relam.& hoc quo ad decimas. not. Hoſt.in c.allega.ex ratione.
Aut quæris vtrum poſsint alia negotia eccleſię tractare, & tunc
12 aut quęris † nunquid hoc poſſunt facere in officio inferiori, vt
tanquam procuratores, vel ſyndici: & dic, ꝙ ſic vt.j.de ſyndi.
c.vnico.j.de ſenten.excom.vniuerſitatis.& c.vt famæ.§.fin.&
eo.tit.c.ſi clericos..lib.6.& j.de procur.c.1.lib.6.ſaluo eo quòd
dicam.j.de præb.accedens.ibi Ioan.And.quærit &c. Aut nun-
quid poſſunt hoc facere in officio ſuperiori tanquam iudices,
tunc, aut quæris, nunquid poſſunt iuriſdictionem exercere in
ſpiritualibus, vel quaſi· & dic ꝙ non, etiam ex cõmiſsione epi-
ſcopi: vt.j.c.proxi. & s.de arbit.c.contingit.vt not.Ioan.Hug.
Archi.96.diſtin.bene quidem.& Bert. & Inno. & Hoſt. hic.&
Ber.j.titu.proxi.c.2.& Ber.& Hoſt.s. de arbi.cõtingit. Fallit ſi
Papa hoc cõmittat laico: vt 32.diſtin.§. verum. & 2.q.5.men-
nam.& no.hic glo.ad idem.j. titu.1. cap.2. exponendo ibi ver-
bum pontificis, id eſt Papæ qui poteſt hoc concedere gn̄aliter
vt no.s.de arbit.contingit. prout exponunt ibi Hoſt.& Io.An.
13 ¶ Aut in cauſis ciuilibus, & perſonalibus † ſeu pecuniarijs cle-
ricorum ſeu perſonarum eccleſiaſticarũ, & tunc dicunt Hug.
& Io.96.diſt.bene quidem, ꝙ epiſcopus poteſt eas laicis com-
mittere.arg.j.titu.1.c.2.& 11.q.1. clericum cuiuſlibet a cõtra-
rio ſenſu. Sed Ber.& Innoc.& Hoſt.contra.j.titu. proxi.cap.2.
& ſubaudiunt ibi maxime. Idem Inno.s.de arbit.cõtingit.&.s.
de off.deleg. de cauſis. & Ioan.5.q.6. placuit. & Bart.Brixi.11.
q.1.inolita.in fi.& Hoſt.hic.& Ber.& Hoſt.j. titu.1. ſignifica-
ſti. Sed contradicere videntur Vinc.Tan.Goff.& Ber. hic, vbi
ipſi dicunt, quòd cauſæ pecuniariæ, vel mere ciuiles bene poſ-
ſunt delegari laico, idem Abbas in c.ſignificanti. Sed forte epi-
14 ſcopus † poteſt committere laico cauſam mere ciuilem cleri-
corum: & ſic intelligitur ſentẽtia Hug.& iura, quæ ſibi viden-
tur fauere clericis etiam conſentientibus, & non inuitis: ſecus
vbi ſimpliciter conſenſit epiſcopus. & ſic intelligatur ſenten-
tia aliorum. Et eſt ratio diuerſitatis: quia quando committit
epiſcopus expreſſe tunc ille vtitur iuriſdictione epiſcopi & ſic
ipſe epiſcopus cognoſcere videtur, ſed nõ eſt ita, quando ſim-
pliciter conſentit, vt laicus cognoſcat, ita not. Archid.96. diſt.
bene quidem. Aut in cauſis temporalibus, & realibus quarum
cognitio ſpectat ad eccleſiam, & huiuſmodi negotia eccleſia-
ſtica laici poſſunt tractare etiam ex compromiſſo: vt.s.de arbi.
c.dilecti.& c.expoſita. quinimò prælati eccleſiaſtici talia de ho
neſtate delegare debent; vt 11.q.1.te quidem. §. ex ijs omni-
bus ſecundum Ber.& Hoſt. hic. vnde videmus communiter,
ꝙ prælati eccleſiaſtici iuriſdictionem temporalem ſuam com-
mittunt laicis gubernãdam.pro quo.j.ne cler. vel mona.c.epi-
ſcopus.lib.6. Et adde quod dixi.s.de conſtit.c. quæ in eccleſia-
rum.& in c.alleg. contingit.s.de arbitris.

1 *Spirituale varie accipi.& 2.*
3 *Spirituali annexum quid.*
4 *Decimas percipere cui liceat.*

QVanto. ¶ Ad euidentiam huius c.nota ꝙ ſpiri-
1 tuale † quandoq; ſtrictè qñq; large acci
pitur. Strictè accipitur ſm quod ſpirituale appellatur
illud ſolum, quo habetur ſpiritus Sanctus, vt virtus gratum fa-
ciens, vel quo datur, vt ſacrum; vel quo haberi ſignificatur, vt
2 prophetica poteſtas faciendi miracula. Large † autem accipitur
ſm quòd comprehendit non ſolũ prędicta quatuor, ſed etiam
ea quæ ſequuntur ex ſacramẽto; vt ius percipiendi decimas &
oblationes, quod ſequitur ex ſacramẽto ordinis & etiam illud
quod antecedit ad ſpirituale, vt ius patronatus, quod antecedit
ad præſentationem perſonæ ad aliquam eccleſiam vel preben-
dam & etiam omnis res ſacra inſtituta ad celebrationem ſacra-
mentorum & officiorum diuinorũ, vt calix & eccleſia. Simili-
3 ter † annexũ ſpirituali qñque ſtrictè ſumitur vt appelletur illud
ſolum, quod eſt in illo cui eſt ſacramentum ordinis; vt ius per-
cipiendi decimas & oblationes. Quandoq; large, vt compre-
hẽdat, quod antecedit aliquod ius ſpirituale, vt ius patronatus,
quod antecedit præſentationem nõ eſt ſpirituale, ſtrictè ſum-
pto vocabulo, nec eſt annexum ſpirituali, ſed large. Dic etiam
quòd aliquod ius ſpirituale, vel annexum ſpirituali large ſum-
pto vocabulo poteſt competere laico vt ius patronatus. Sed ius
4 percipiendi † decimas vel oblationes ei non competit. ſed illi
ſolum qui habet ordinem eccleſiaſticum, vel ei qui habet au-
thoritatem a clericis talia percipiendi, vt ſunt quidam regula-
res, & hoſpitalarij, & conſimiles, vt iſta no. Rodoſ.& Arch.16.
quæſt.7.c.piæ mentis. in glo. ad huius intelligentiam.

1 *Clericos a laicis non niſi iuſſu Papæ diſtringi. & 2. fallit. 3.*
4 *Clericus a laico in ciuilibus, quando diſtringendus. & 5.*
6 *Clericus coram laico non reconueniendus. & 8.*
7 *L. nullam. ſenſus: nec ad clerico extenditur.*
9 *Reconuentionis vis.*
10 *Clerici coniugati a laicis diſtringendi.*
11 *Iuriſdictione priuati, ſententiam non tenere.*
12 *Incapacis iudicis ſententiam non valere.*
13 *Iudicis rectè prorogati valida ſententia.*
14 *Sententia iudicis non ſui quando teneat.*
15 *Diſpenſare contra quæ iura non liceat.*
16 *Papa contra quos canones, & contra quos non, diſpenſare poſſit.*
17 *Papa diſpenſans quando peccet.*
18 *Epiſcopos in Canones papales non diſpenſare.*
19 *Epiſcopi in canones pœnales quando, an non, diſpenſent. & 20. 21. 22. & 23.*
24 *Epiſcopus quibus caſibus diſpenſet. & 25.*
26 *Epiſcopo inferior quando diſpenſet.*
27 *Epiſcopus legem ciuilem ne relaxet.*
28 *Epiſcopus quando accuſatum diſpenſet.*
29 *Epiſcopo quatenus diſpenſare liceat.*
30 *Fornicatores ſine Papa non ordinandi.*

AT ſi clerici. ¶Si quæras vtrum clerici poſſint diſtringi per iudicem ſecularem: & in quibus caſibus, diſtingue. aut in ſpiritualibus & tunc dic, vt dixi. ſ. eod. decernimus. & de arb.
1 contingit. Aut † in temporalibus & tunc aut quæris, nunquid
poſſint diſtringi per iudicem ſecularem ex commiſſione ſiue
delegatione Papæ, & dices, ꝙ ſic indiſtinctè, ſiue agatur ciuiliter
ſiue criminaliter. vt 32. diſt. c. ad hęc. & ibi no. Io. in gl. ar. ꝙ
clericus &c. 2. q. 5. Mennam. 63. diſt. in ſynodo. & c. Adrianus. &
Hoſt. & Io. An. j. tit. proxi. c. 2. & Arch. j. de off. deleg. c. ab arbitris.
lib. 6. in gl. Et hoc not. Ber. & Hoſt. ſ. eo. decernimus. 94.
diſt. c. 1. ver. hoc no. Io. in glo. arg. ꝙ Papa. & 96. diſt. bene quidem.
vbi hoc no. Io. in glo. non licuit. & gl. ar. ꝙ cauſa. & de cle.
2 coniug. c. vnico. in gl. ſubaudiunt quidam. lib. 6. Aut † nunquid
poſſint diſtringi per iudicē ſecularem citra cōmiſſionem, ſeu
delegationem Papæ: & tunc aut nō ſunt coniugati: & tunc aut
quęris, nunquid poſſint coram iudice ſeculari cōueniri. & tunc
aut in cauſa criminali, & dic ꝙ non, quantumcunq; etiam eps ordinarius
clerici conuenti conſentiat, & cōmittat & vna cū hoc
clericus conuentus in hoc conſentiat. vt not. j. tit. 1. c. 1. in glo.
M. & probatur. 11. q. 1. c. 1. 2. & 3. & c. clericum. & per totū. & j.
titu. 1. c. ſignificaſti. & quod dicitur. 11. q. 1. c. 1. 2. & 3. ꝙ nullus
præſumat trahere clericū coram iudice ſeculari abſq; permiſſu
epi &c. ſubaudi maxime. ſi intelligas, quod loquatur ibi de tra-
3 ctu in cauſa criminali. Sed hoc † fallit primo ſi ſit incorrigibilis,
& ob hoc traditus curię ſeculari. vt. j. eo. cū non ab hoīe. Scđo
qñ immiſcet ſe ſeuis & enormibus ſm ea quę not. j. de priuile.
ex parte. de ſent. excom. perpendimus. Tertio qñ inuocatur ab
epiſcopo auxiliū brachij ſecularis. vt. ſ. de off. ordi. c. 1. & . j. ti. 1.
c. nullus. Alios caſus vide per Hoſt. in ſumma de ſent. excō. §.
quis poſſit excōicare. ſub. §. illo autē canone. & de hoc per Io.
11. q. 1. in ſum. & c. clericum nullus. & per Hoſt. j. de ſent. excō.
4 vt famę. & ibi dicam. Aut quæris † nunquid poſſit cōueniri in
cauſa mere ciuili: & tunc, aut quæris vtrū poſſit conueniri coram
eo in cauſa alia q̄ feudali: & tunc aut de cōſenſu, & cōmiſſione
[epiſcopi] ordinarij & de cōſenſu ipſius clerici cōuenti:
& tunc ſic. pro hoc. j. tit. 1. c. 2. 1. reſponſo a cōtrario. vbi Hoſt.
& Io. Andr. ſm vnum modum exponunt ibi verbū pontificis,
id eſt epiſcopi, qui poteſt hoc concedere in caſibus, dicit Ioan.
An. ſcilicet in cauſa mere ciuili per no. hic & in c. bene quidē. j.
alleg. & ſic nō vacat ibi arg. a contrario ſenſu: licet Ber. & Inno.
5 ibi cōtra. Si autem aliter † ꝙ ex commiſſione epi ordinarij, &
conſenſu clerici conuenit: & tunc ꝙ non. arg. 3. q. 6. non liceat.
vt iſta no. Hug 11. q. 1. clericum cuiuſlibet. & Archi. j. de cleri.
coniug. c. vnico. in dicta glo. ſubaudiunt quidem. li. 6. & 96. diſt.
bene quidem. pro hoc. j. de foro cōpe. ſeculares. li. 6. Aut quæris,
vtrum poſſit cōueniri corā eo in cauſa feudali & not. Hug.
11. q. 2. in ſum. ꝙ non. Sed Goff. & Hoſt. tenent cōtra. per decreta.
j. eo. cæterum. j. tit. proxi. c. ex tranſmiſſa. & de hoc not.
Inno. eo. tit. c. ex parte B. in glo. vlt. quorū opi. de facto tenetur.
& de hoc per Archid. in d. c. vnico. ſuper verbo condemnari. de
cleri. coniug. lib. 6. vbi tenet opi. prædictam Goff. Sed quicquid
dicat Archi. ibi. gloſſatores & oēs moderni contra. quod teneas
dummodo non fiat diſtrictio perſonalis clerici per dominum
feudi ſed ſolum ciuilis ſecundum Ioan. Andr. ibi in nouella.
6 ¶Si quæras nunquid clerici † poſſint recōueniri coram iudice
ſeculari tunc Io. 11. q. 1. in ſum. & 3. q. 8. §. cuius in agendo. & B.
& Hoſt. hic. in glo. vt 2. q. 1. & Ber. & Inno. & Hoſt. j. titu. 1. c.
nullus. & Hoſt. Pet. de Samp. & Io. An. in c. qualiter. & Hoſt. j.
de reſcrip. diſpendia. lib. 6. & in ſumma tit. de excep. §. vlt. ad fi.
ſub. §. quid ſi clericus proſequetur. dicunt ꝙ ſic cū quibus concordant
Goff. & Vinc. & cōiter omnes alij. Sed contrarium dicunt
Hug. & quidam alij, ſcilicet ꝙ clericus reconueniri nō poteſt
corā iudice laico actione, quæ infamet: imò videtur, ꝙ de
nullo crimine clerici etiam ciuiliter, vel in modū exceptionis
puta, vt repellatur a teſtimonio laicus iudex cognoſcere poſſit
per ea quæ not. per Inno. j. tit. 1. verum. Glo. 2. in fin. & Hoſt. &
Io. Andr. poſt eum dicentes, ꝙ de crimine laicorū nec directe,
nec incidenter poteſt laicus cognoſcere, ſicut nec de legitimatione.
arg. hic. & . j. de ordi. cog. tuam. qui fi. ſint legi. lator. j. tit.
proxi. poſtulaſti. Nec ob. ſi dicas ꝙ contra clericū productum
in teſtem coram laico obijcitur crimen, & probatur vt a teſtimonio
repellatur. j. de teſtibus teſtimonium. quia nō propriè
obijcitur crimen clerico, vel cōtra clericum. ſed contra laicum
qui eum producit. Et quia ipſe ex eius repulſione pęnam patiotur,
& non clericus: quia eius teſtimonio nō creditur. Nec ob-
7 ſtat. ſm Hoſt. & Io. And. bi. C. de teſti. l. nullum. † vbi dicitur,
ꝙ ſi teſtis inſerendo teſtimonium aures iudicis offenderit per
eum puniri debet: quia lex illa clericos teſtificantes corā laico
non adſtringit, & etiam in hac materia videtur dicendum, ꝙ ſi
coram laico crimen opponitur clerico, vt a teſtimonio repellatur.
huiuſmodi cognitio ſit diœceſano remittenda. argu. j. titu.
proxi. nullus. de ordi. cogn. tuam. de ſolu. c. fin. & per ea quæ dicam
poſt Hoſt. & Io. Andr. j. de mut. peti. c. 1. diſt. 4. Hanc partem
etiam tenet Arch. in c. vnico. de cleri. coniug. lib. 6. In glo.
8 ſic. 11. q. 1. in fi. ibi ſi audacia concedatur &c. dicens † ꝙ etiam
in ciuili nō poteſt clericus recōueniri coram laico: & ꝙ de hoc
eſt tradita regula negatiue. 11. q. 1. c. 1. & 2. nunquam reperietur
vitiata etiam in cauſa reconuentionis & Pet. de Bellapert. C. de
ſent. & interlocu. om. iud. in aut. & conſequenter. hac potiſſimum
rōne quia clericus etiā expreſſe iuriſdictionē laici ad cauſam
ſuam prorogare non poſſet. j. tit. 1. ſi diligenti. ergo nec tacite.
& Spec. tit. de recōuentione. §. 1. verſi. quid ſi laicus &c. &
Abbas ſaltem in cauſa criminali. j. de mut. pe. ti. c. 1. Quorū opinionem
credo veriorem in caſu, vbi laicus procuraret fraudulenter
ſe conueniri corā iudice ſeculari ad finem, ꝙ clericū coram
eo reconuenire poſſet: quia fraus, & dolus nemini patrocinari
debent. ſ. de reſcr. c. ſedes Apoſtolica. ff. de rei vend. l. in fundo.
cū ibi alleg. & hoc innuit Hoſt. in ſubſti. §. alleg. ꝙ ſi clericus
& expreſſius Hoſt. & Io. An. in c. alleg. qualiter. aliter prior opi.
videtur poſſe ſuſtineri de iure & eſſe vera ſaltē in cauſa ciuili. vt
not. Spec. in tit. de reconuen. §. 1. verſi. quid ſi laicus iniuriatur.
& §. 2. verſi. ſed pone clericus. & eam tenet Ioan. Andr. hic.
¶Reſpondeas ad rationes cōtrarias: primò ad illam Archi. ꝙ
9 licet de clerico nō habeamus caſum expreſſum: ſatis eſt quod
tex. habemus † ꝙ recōuentio facit illum iudicem qui alias iudex
non eſt. Capi. autem. j. per eum alleg. loquitur in accuſatione.
ca. 2. loquitur in eo qui trahit. ¶Ad rationem Pet. reſpondet
negari non poſſe quin clericus faciat laicum iudicem cauſę
ſuę agendo coram ipſo contra laicum: quod ergo poteſt actio,
poteſt & recōuentio, & fortius hæc ratio procedit cum coram
laico conuenit laicum, quem etiam poſſet coram eccleſiaſtico
iudice conuenire. j. titu. 1. cum ſit. Multi clerici amplectuntur
opinionem contrariam, ſed videtur ſapere tyranniam & cōtra
ęquitatem. De criminali dicam. j. de mu. pe. c. 1. Aut ſunt con-
10 iugati † & tales conueniuntur & recōueniuntur coram iudice
ſeculari in omnibus caſibus, in quibus conueniuntur, & reconueniuntur
nō coniugati, & etiam in alijs caſibus qui leguntur
& no. in dicto cap. vnico. de cleric. coniugati. lib. 6.
¶Sed ſi quæras verū ſnīa lata a non ſuo iudice valeat & teneat,
11 refert, aut eſt † oīno priuatus iuriſdictionem, aliquam nō hñs
nec cum adminiſtratione, de quibus legi. & not. C. vbi & apud
quos l. vlt. &. ſ. de reſti. in integr. c. pen. & cōſtat, ꝙ ſnīa lata per
talem non valet. ita intellige. ſ. de conſti. c. ad noſtram. 2. q. 1. in
primis. etiam ſi partes in eum cōſentiant, tanquam in iudicem
quia priuatorū conſenſus &c. C. de iuriſd. om. iud. l. priuatorū.
ſecus ſi tanquam in arbitrum, vel arbitratorem. vt. ſ. de arb. per
totum &. ff. & C. de arbi. per totum. Aut non eſt oīno priuatus
12 † ſed eſt iudex iuriſdictionem hñs, & tūc aut quæris de tali cauſa,
cuius iudex ſnīans non eſt capax citra delegationē ſeu commiſſionē
illius ſuperioris qui eam ſibi cōmittere poteſt, vt iudex
laicus qui non eſt capax cauſæ ſpiritualis, vel alias eccleſia-
ſticæ,

ſticæ, niſi de authoritate ſuperioris, vt de hoc dixi.ſ.eo.c.de-
cernimus. vel epiſcopus cauſæ clerici ſubditi alterius epiſcopi
in caſu certo, ſecus in caſu dubio vt ſtatim dicam niſi interue-
niant illa. de quibus not.per Hoſt.j.titu. proxi.c.ſignificaſti.&
per Cardi.j.de ſup. ne.præla.c. Romana.lib.6.& conſtat quod
ſententia lata per talem non valet: etiam ſi partes expreſſe con
ſentirent, in eum vt in iuribus alle.& hic &.C.ſi a non cõpe. in
l.2.& 3.& fi. Aut quæris de tali cauſa cuius iudex ſentẽtians eſt
13 capax † etiã citra delegationem vel cõmiſsionem ſuperiorum:
puta per prorogationem tacitam vel expreſſam, vt tu es iudex
laicus in cauſa alterius laici ſubditi:& tunc aut iuriſdictio ipſius
non eſt prorogata expreſſe & tunc valet ſnĩa: quia eo caſu ſnĩa
eſt lata a ſuo & cõpetenti per prorogationem. vt.ff.eo.iudi.l.1.
Aut iuriſdictio ipſius nõ eſt ꝓrogata expreſſe, & tunc aut reus
oppoſuit exceptionem non ſui iudicis. & iudex in dubio pro-
nuntiauit eum de iuriſdictione ſua, & poſtea eum condemna-
uit vel abſoluit: & tunc valet ſententia, quia per primam ſenten
tentiam interlocutoriã, quæ habetur pro veritate. vt.ff.de reg.
iur.l.res iudicata. cepit habere iuriſdictionẽ in cauſa.ff. de iudi.
l.ſi quis ex aliena.& l.a.§.ſed ſi dubitetur & no.Accur.ff. ſi quis
14 in ius vo. non ierit. l.2. Aut non oppoſuit † exceptionem non
ſui iudicis: ſed reſpõdit, & proceſsit corã eo & tunc aut ſciens
hoc fecit & tunc valet ſnĩa: & eo caſu videtur iuriſdictionem
eius prorogare. vt.ff.de iudi.l.1.& 2. Aut hoc fecit ignorans, &
errans & tunc nõ valet ſnĩa: quia non eſt iudex, nec reus, erran-
do ſuam iuriſdictionem prorogauit.ff.de iuriſ.om.iud.l. ſi per
errorem. Vnde veraciter loquendo credo, ꝙ illa regula, ſnĩa a
non ſuo iudice lata non valet, eſt generaliter vera, & in caſibus
prędictis, in quibus dixi ſnĩam valere habet iuriſdictionem vel
natam vel datam: & idem in caſu.j.de reſcr.c.ſtatutum.§.cum
vero.in fin. lib.6. Vnde in negotijs differendis non ſolũ eſt ne-
ceſſaria ſcientia. ſed etiam poteſtas, vt xx.diſt.in ſumma.

¶ Super glo. quia de poteſtate. Si quæras vtrum & qui prælati
poſſint diſpenſare, & in quibus, diſtingue aut quæris vtrũ poſ-
ſint diſpenſare contra legem diuinã: aut contra legẽ naturalem:
15 aut cõtra legem canonicã, vel ciuilem. In † primis duobus ca-
ſibus dic ꝙ non. Pro primo facit.ſ.de maio. & obe. cum infe-
rior. cum ibi alleg. Pro ſecundo 5.diſt.in prin. ſaluo eo quod di-
cam de Papa.j.de conceſ. præb. propoſuit. Si quæras de tertio
caſu, ſcilicet vtrũ poſſint diſpenſare contra canones & in qui-
bus, diſtingue, aut quęris de Papa, aut epĩs, & alijs ſuperioribus
epĩs alijs a Papa, aut quæris de abbatibus, & alijs inferiorib[us] prę
16 latis. Si de Papa dic † ꝙ ille poteſt mutare canones, prout vult,
& contra eos diſpenſare. vt.ſ.de conſti.c.1.& c.fi.&.j.eo.tit.de
conſti.c.licet Romanus.li.6. Sed hoc fallit in caſibus: in primo
modo non poteſt diſpenſare contra canones articulos fidei vel
legem diuinã continẽtes. Item nõ poſſet diſpenſare ſeu facere
diſpenſationem per quã ſubuerteretur ſtatus vniuerſalis eccle-
ſiæ, & iſta probãtur. 55.diſt. ſicut ſancti.24.q.1. memor ſum.j.
de conceſ.præb. propoſuit.& adde quod ibi dicam. Item nõ di-
ſpenſat vbicunq; decoloratur vniuerſalis ſtatus eccleſię. vt 5.q.7.
& ſi illa.& hoc not. Arch. 25.q.5.c.ſunt quadam.in glo.fi. Item.
non poteſt diſpenſare cum monacho manente monacho, ꝙ ha
beat proprium.j.de ſta.regu.cũ ad monaſterium.in fi.quod in-
tellige vt ibi no. per Inn. & Hoſt. & vt ibi dicam. & in alijs ca-
ſibus not.j.de reſti.ſpol.literas. ſuper verbo nõ poteſt diſpenſa-
17 re, & plenius in Spe.tit.de leg.§.nunc breuiter. ¶ Et nota ꝙ † ſi
Papa in caſibus in quibus põt ex cauſa diſpenſare, diſpenſet ſine
cauſa iuſta, peccat, & ille cum quo diſpenſatur: licet habeat ex-
ceptionem quo ad eccleſiam vt not. Gofſ.Ber. & Hoſt.j.de vo.
non eſt.& Inn.ſ.de renun.cũ inter.j. de ſtatu mona. cũ ad mo-
naſterium. Glo. niſi ex cauſa.& Hoſt. poſt eum.& Spec.rubr.de
diſpenſa.papali.in fi.& Gen.in extrauag. Ioan.22. quæ incipit,
execrabilis.gl.2.qđ intellige, vt dicã in c.alle.cũ ad monaſteriũ.
¶ Si quæras de epĩs & ſuperioribus alijs a Papa tunc refert, aut
18 † quæris nunquid poſsint diſpenſare cõtra canones ius præro-
gatiuum, ſeu priuilegium ſingulare dñi Papæ continentes, vel
reſpicientes, & tunc non poſſunt.ſ.de tranſla. epiſc.c.5.& c.in-
ter corporalia.& c.quanto.& c.licet.& de off.lega. c. ꝙ tranſla-
tionem.cũ ibi no. Aut nunquid poſsint diſpenſare contra alios
canones & tunc refert, aut quæris nunquid poſsint diſpenſare
19 † contra canones, qui imponunt pœnam, vel legem, regulã ſeu
normã ipſis epĩs & archiepiſcopis & alijs ſuperioribus, ſeu ꝓ-
mouendis ad dignitates epiſcopales ſeu ſuperiores: & tunc dic
ꝙ non poſſunt. ſed eo caſu ſolus Papa diſpenſat: niſi in illis, vel
alijs canonibus diſpenſationem ipſis inferioribus concedat. Ita
intellige.ſ.de tẽpo.ordi.dilectus. alias eſſent iudices in cauſa ꝓ-
pria quod eſſe non debet. C. ne quis in ſua cauſa ius ſi.di. in ru-
bro & nigro. & in facto ſuo ſeu in cauſa ad vtilitatem ſuam di-
ſpenſarent, quod eſſe nõ debet. arg.j. qui fil. ſint legi. per venera
bilem.§.de filijs.ver.in quo &c. & ita not. G de Mõte Lau. ex-
tra de priuile.c.1. ſuper verbo diſpenſare. in clem. Item Hoſt.&
Io.Andr.ſ. de biga. c. ſuper eo. dant pro regula ꝙ in omni caſu
quo meretur epĩs depoſitionem ad ſolum Papã ſpectat diſpen-
ſatio, ad quem ſpectat depoſitio.3.q.6.quamuis. & c.multũ. &
c.dudum. cum regulariter eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare.ſ.de
tranſla.c.2.§.1.de maio.& obe.cum inferior. Item cum ꝓmo-
tiendis ad epiſcopatus diſpenſare nõ poſſunt ſm̃ Pet. de Samp.
& Abb.& Ioan.Andr. hic. ad hoc.ſ.de elect. innotuit.
20 ¶ Aut nunquid † poſsint diſpenſare cõtra canones, qui impo-
nunt pœnam, vel legem, regulã ſeu normam alijs inferioribus
prælatis vel alijs clericis vel laicis: & tunc aut quęris de canoni-
bus pęnam imponẽtibus: aut de canonibus pęnã non imponen
tibus. Si de canonibus pęnã imponẽtibus: tunc aut imponunt
pęnam in foro penitentiali: aut in foro iudiciali & cõtentioſo.
Si in foro penitẽtiali tunc dicit Gul. de Monte Lau. in d.c.1.de
priuil. in cle. ꝙ quilibet ſacerdos poteſt diſpenſare. 82.diſt. preſ-
byter. Sed ego Henricus credo ſic dicẽdum, Aut delictum ſeu
peccatum eſt notorium: & tunc non pñt diſpenſare, niſi in ca-
ſibus eis expreſſe permiſsis. vt.j.de pęni.& remiſ. ca.1. & not.
21 Hoſt.eo.tit.ſignificauit. Aut † eſt occultũ & tunc poſſunt, niſi
in caſibus expreſſe eis ꝓhibitis: quia tpa plenitudinis ſunt ar-
bitraria. vt 25.q.7.tpa plenitudinis. qđ intellige vt leg. & not.ſ.
de tempo.ordi.c.vlt.& ita intellige opin. prædict. G.de Monte
Lau. Si canones ſint tales, qui pęnã imponunt in foro iudiciali,
ſeu cõtentioſo tunc refert. quia aut imponunt pęnã irregulari-
tatis, & tunc non pñt diſpenſare: niſi expreſſe eis concedatur.
11.q.3.ſi quis epĩs.& not. gl.50.diſt. presbyteros. & eſt expreſ-
ſum.j.de re iudi.cum æterni.de ſent.exc.c.cũ medicinalis.& c.
is qui.§.is vero.li.6.& hoc ibi no.Cardi.G.& Io.An. Aut impo-
nunt pœnam excõicationis, & tunc poſſunt diſpenſare, niſi eis
expreſſe prohibeatur. vt legi.& not.j.de ſent.exc.c.nuper. Aut
22 imponunt † pęnã ſuſpenſionis vel interdicti, & tunc aut pœna
eſt certo tpe limitata, & tunc nõ poſſunt diſpenſare, niſi eis ex-
preſsè cõcedatur.ſ.de elec.cũ in cunctis.§.clerici.eo.ti. ſi com
promiſſarius.§.porro.lib.6.j. de re iudi. cũ æterni.§. ſi quis aũt.
de ſent.exc.cum medicinalis.§. ſi quis aũt. eo.lib. vbi hoc not.
Cardi. Archi.& Io.Andr.j.de elec.cupientes.§.cæterum. ſuper
verbo ſuſpenſos. lib.6. Aut pęna non eſt certo tpe limitata: &
tunc poſſunt diſpenſare niſi vbi contrariũ inueniretur expreſ-
ſum.arg.j.de regula.non ſolũ.lib.6. Fallit vbi contrariũ inueni-
tur expreſſum, vel Papa ſibi diſpenſationẽ reſeruauit. & ſic po-
teſt intelligi.c.alleg.ſ.de tempo.ordin.dilectus. Aut imponunt
23 † aliam pœnam & tunc aut quæris nunquid poſsint diſpenſare
cum iam depoſitis actualiter ꝓpter crimen iuxta formam. c.
degradatio.j.de pęnis.li.6.& dic ꝙ non pñt cum talibus diſpen
ſare. Sic poteſt intelligi hic.§.ſi vero j. Sic etiã intellige qđ legi.
& not.j.de cle.excom. mi.cleri. Aut cum nondũ depoſitus ſal-
ſem actualiter iuxta formã. c.degradatio.j. de pe.lib.6. & tunc
ſequendo opi. Hoſt.dic ꝙ in adulterio, & minoribus crimini-
bus adulterio pñt diſpenſare, niſi expreſſe ꝓhibeatur, vt hic in
.§.de adult. a contrario ſenſu & pro hoc.j.de cler.coniuga.c.ſa-
ne.2.vbi idem ſentiunt Tan.& Goff.idem not.Goff. in ſumma
ſua titu.de cler.coniu.§.ſed quęritur. & hic idem Arch.50.diſt.
in ſum.& 1.q.7.niſi rigor.& Lau 1.q.5.in ſum.quorũ glo.vide-
tur approbare Io.An.j.de ſupplen.negli.præla.c.Romana.in fi.
lib.6.in nouella & hic. vnde cũ clerico qui cõmiſit adulterium
inceſtuoſum non poſſet epĩs diſpenſare & hoc propter inciden
tem inceſtũ.arg.ff.ad l.Iul.de adul.l.vim paſſam.§. præſcriptio-
ne. vt no. Vin.hic.& Io.An.poſt eum & Archi.27.q.1. c.virgi-
24 nem. & vide ibi Io. Aut ſunt tales canones † qui nullã pęnam,
ſed ſolũ legem regulam, ſeu normã imponunt inferioribus: &
tunc aut quęris nunquid poſsint diſpẽſare in caſibus in quibus
ius cõcedit eis expreſſe poteſtatẽ diſpenſandi, & tunc nulli du-
bium, eos diſpẽſare poſſe. vt.j.de æta.& quali.c.vnico.li.6.& de
fil.presby.eo.lib. Aut in caſibus in quibus ius expreſſe eis dene
gat poteſtatẽ diſpenſandi & tũc non pñt.ar. c.dilectus de tẽpo.
ordi.& de fi.presby.c.dilectus. quia quæ cõtra legem fiunt &c.
C.de legi.l.nõ dubiũ. Aut in caſibus, in quibus ius nõ concedit,
nec denegat expreſſe eis poteſtatẽ diſpenſandi, & tunc ſeqnẽdo
opinionẽ Inn. hic in gl.no.nõ licere.ver. vel dic forte & melius.
25 Aut quæris † nunquid poſsint diſpẽſare in caſibus in quib[us] ius
concedit ſimpliciter diſpenſationẽ non ſpecificando per quẽ va
leat diſpenſari: & tunc pñt diſpenſare, niſi expreſſe prohibeatur.
vt.j.de cler.exc.mi.poſtulaſti.& in d.c.nuper.j.de ſen.exc. Aut
nunqd poſsint diſpenſare in caſibus, in quibus ius nõ concedit

nec ſimpliciter nec ſpecialiter diſpenſationem, & tunc nõ poſ-
ſunt diſpenſare, niſi in caſibus expreſſe permiſsis. vt.j. de con-
ſangui. & affi. ꝙ dilectio. 35.q.6. quod ſcripſi. j. de præb. de mul-
ta. &. j. de elec. c. nemo. lib. 6. Et eſt ratio: quia cum epi debeant
ſeruare canones non debent cõtra facere: niſi expreſſe eis con
cedatur. vt 25.q.1.c.1.2.3.& 4. ſm Inno. Fallit ſm Hoſti. in c.
alleg. de multa. in caſu vbi imminet neceſsitas vel vtilitas eccle
ſiæ. idem Arch. j. de elec. licet canon. li.6. vbi de hoc. & de con-
ſuetu. c.1. lib.6. ¶ Si quæras de prælatis inferioribus epiſcopis:
26 tunc dic ꝙ † non poſſunt diſpenſare, niſi in caſibus eis ſpeciali-
ter conceſsis, & expreſsis in iure. Sic intelligo quod not. Inno.
& Hoſt. j. de eo qui fur. or. re. c. fin. cum G. & Hoſt. & Inno. &
Compo. s. de poſtu. præla. c. fin. & Ber. & Hoſt. j. ne cle. vel mo-
na. c. non magno. gl. fi. & de ſent. exc. cum illorum. in fi. & Spec.
tit. de leg. § ſunt quoq;. in fi. & G. j. de elec. cũ ex eo. ſuper ver-
bo ſuperiores. lib.6. & 16.q.1. eccleſia habet ſenatum. glo. adde
dicit Inno. Et eſt ratio: quia diſpenſatio eſt de maioribus nego
tijs. vt 1.q.1. dixi. & maiora negotia debent epiſcopis reſeruari.
25. diſt. perlectis. j. de exceſ. præla. ſicut vnire. & quia epiſcopi
ſunt adminiſtratores canonũ vt dictum eſt. 21. diſt. circa princ.
Et de iſta materia vide plene per Inno. in d.c. dilectus. glo. pro-
hibetur epiſcopo. per Hoſt. ibi. & in ſumma. de diſpenſa. §. quis
poſsit. & plenius in Spec. titu. de lega. §. nunc de epiſcoporũ di-
ſpenſatione. vbi ponit. 7. 20. & 12. caſus in quibus poteſt epi-
ſcopus diſpenſare. & per Archi. j. de elec. licet canon. in glo. Di-
cunt quidam. li.6. & per G. de Monte Lau. extra de relig. do. c.1.
ſuper verbo fortius. in cle. vbi dicit, ꝙ in omni caſu tangẽte in-
feriores, poteſt epiſcopus diſpẽſare, niſi expreſſe prohibeatur.
quod non credo generaliter verum: ideo dic vt ſupra.
27 ¶ Si quæras de quarto, ſcilicet vtrum poſsint † diſpenſare con-
tra legem ciuilem, tunc dic ꝙ non: alias falcem ſuam mitterent
in meſſem alienam. s. de elec. venerabilem. j. eo. nouit. quod tñ
intellige vt dixi. s. de conſtit. c.1. diſt.1. in fi. Et caſus in quibus
Abbas poteſt diſpenſare, vide in Spec. titu. de leg. §. ſunt quoq;.
ver. Abbas quoq;. Dicit Io. Andr. hic ꝙ hæc decret. loquitur in
criminibus manifeſtis: quia in occultis diſpenſatio non eſt ne-
ceſſaria: quod dic vt. s. de temp. ordi. c. vlt. Item poſt peractam
pęnitentiam nedum poteſt iuxta formam huius. c. diſpenſare,
ſed etiam debet ſm Pet. de Samp. Abb. & Io. Andr. arg. 50. diſt.
domino ſancto. Eſt enim diſpenſatio quandoque debita, & de
hoc. 1.q.7. exigunt. & in Spec. ti.2. §. genera. nec impeditur pro-
pter ſcandalum. Dicunt etiam Gul. Nazo. Io. de Deo Fran. Pe.
28 Abb. & Ioan. Andr. ꝙ epiſcopus † iuncto accuſatore, etiam qui
iam probauit: poteſt diſpenſare cum accuſato qui egit pęniten-
tiam, cum hoc habeat a iure: quod beneficium non eſt ſibi aufe
rendum. j. de reg. iur. indultum. li.6. nec facit iniuriam &c. s. de
elec. cum eccleſia. ad hoc. 50. diſt. ſi quis presbyter. & de hoc in
Spec. de aboli. § 1. ver. ſed cum is. Cum accuſatore vero qui nõ
probauit diſpenſare non poteſt: tum quia punitur ex præſum-
ptione calumniæ: tum quia non egit pęnitentiã. de hoc in d. §.
nunc de epiſcoporum. ver. ſed nunquid cum accuſatore. Item
dicunt idem Pet. & Abb. & Io. An. ꝙ per ſimplicẽ diſpenſatio-
29 nem † epi, diſpenſatum intelligitur in acquiſitis, & acquirendis
ordinibus, & beneficijs: cum enim diſpenſatio ſit beneficium
late eſt interpręetandum. de dona. cum dilectus. de priuile. quia
circa. de verb. ſig. olim. quod intelligunt quo ad iura quę diſpen
ſans cõferre poteſt. Et ſic nõ obſt. j. de conſan. & affin. ꝙ dile-
ctio. Dicunt etiam, ꝙ per diſpenſationem epi non erit habili-
tatus ad epatum, vt in c. alle. innotuit. Et ſic notorij fornicato-
res, & alij ſimiles quamcunq; pęnitentiam egerint, non pñt ſine
licentia Papæ in epos promoueri: quod ſatis eſt graue ſecundũ
Abb. & Io. An. Et de iſta materia not. per Ray. in ſum. ſua. &
per Alten. ti. de diſpen. art.3. & per fratrẽ Io. in ſum. de confeſ.
tit. de lapſis, & diſpen. q.3. Hæc tñ ſufficiant pro gñali & ſum-
maria cognitione huius materiæ quæ eſt ſatis dubia & cõfuſa.

Cæterum. ¶ Si quæras coram quo iudice, ſeu coram quibus iudicibus cauſę feudi debent agitari. vide. j. de feu. ca.2. vbi de hoc dicam.

1 *Subtilitas qua admiſsibilis.*
2 *Subtilitas capitoſa reijcienda.*

Dilecti. ¶ Si quæras, nunquid ſubtilitas appro
betur, diſtingue aut eſt ſubtilitas vtilis
1 † & rationabilis tendens ad indagationem intelle
ctus iurium, vel cuiuſlibet alterius veritatis: & ta
lis ſubtilitas approbatur. vt. j. de fer. capellanus. in
fi. s. de celebra. miſſa. cũ Marthę. &. s. de transla. epiſco. c.2 §. 1.
2 ver. ſicut ergo. Aut eſt † ſubtilitas captioſa & pernicioſa & talis
reprobatur: vt in iuribus hic alleg. in prin. gl. & 24.q.1. ſchiſma.
37. diſt. relatum. Ita diſtinguit Hoſt. hic. & in d. ca. capellanus.
¶ Si autem quæras vtrum actio ſit exprimẽda in libello. dicam
. j. de libel. obla. c. ſignificantibus.

1 *Excommunicatum occultum, omnimodo in iudicio ſtare.*
2 *Excommunicatus minori, quatenus in iudicio ſtare poteſt.*
3 *Excommunicatus maiori, non, niſi excipiens, iudicio ſtet.*
4 *Excommunicato, quando agere liceat. 5.7.8. & 9.*
6 *Appellationem proſequi, an poſſit excommunicatus.*
10 *Excommunicato non reſtituendo actiones perire.*
11 *Excommunicatione, quando rectè excipietur.*
12 *C. ſignificauit. ſenſus.*
13 *Excommunicatus, appellatione cum principali, mixta an audiendus.*
14 *Reconuentionem conuentioni commenſurari.*
15 *Compromitti in excommunicatum non poſſe.*
16 *Excommunicatus an in foro procuret.*
17 *Excommunicatus non ſit aduocatus.*
18 *Excommunicatus nec iudex nec teſtis ſit. fallit. 19.*

Intelleximus. ¶ Si quæras vtrum, & qñ
excõmunicatus in iudicio
ſtare poſsit, diſtingue: aut eſt occulte excõicatus:
1 aut publice, ſeu manifeſte. In primo caſu dic † in-
diſtincte, ꝙ in iudicio ſtare poteſt. ſiue vt iudex vt no. per Ber.
Inno. & Hoſt. j. de re iudi. ad probandum. per Inn. & Hoſt. j. de
ſent. excõ. ſi vero. per Arch. 24.q.1. in ſum. ſuper verbo toleran
da. Siue vt pars vt legi. & not. j. de excep. pia. §. ſi quis igitur. &
ver. ꝙ ſi non. per totũ. li.6. Siue vt teſtis vt not. Hoſt. j. de teſti.
c. teſtimoniũ. ſuper verbo opponitur. ſiue vt procurator vt no.
Spec. rubr. de procur. §. rationem igitur cauſæ. in prin. ar. c. alle-
gato. pia. & 3.q.7. §. tuam. ſiue vt aduocatus. j. de ſen. exc. decer
nimus. a cõtrario. lib.6. Et eſt ratio: quia cum ſit occultus, pręſumo
eum de crimine emẽdatum, quia occultum in meliorem
partem interpręto. j. de ſortileg. ex tuarum. de reg. iur. eſtote.
vt not. Io. 2.q.7. ipſi Apoſtoli. Alia eſt ratio: quia idem eſt de eo
quod non eſt, & de eo quod non apparet. ff. de cõtrahen. empt.
& vendi. l.3. 8.q.4. nonne. Item eccleſia nõ iudicat de occultis.
vt. j. de ſimo. ſicut tuis. in fin. & c. tua nos. 32.q.5. Chriſtiana. In
ſecũdo caſu refert, aut eſt excõicatus minori excõmunicatio-
2 ne tantum. aut eſt excõicatus maiori. In primo † caſu tunc aut
eſt in iudicio tanquam pars: & dic ꝙ bene poteſt: tam agendo
quàm defendẽdo, vt legi. & no. j. de excep. a nobis. & no. Car. j.
de ſent. excõ. cum medicinalis. li.6. Siue, vt aduocatus. j. de ſen.
excom. decernimus. a contrario. lib.6. Fallit in accuſatione cri-
minali ad quam nõ admittitur, cum ſit criminoſus. vt. 3.q.7. qui
ſine. & c. poſtulatus. & c. iudicet. & c. ipſi apoſtoli. 32.q.6. nihil
iniquius. j. de adult. c. pen. & vlt. vt not. per Ber. & Inn. & Hoſt.
in c. alleg. a nobis. excepto hæretico, qui etiã a criminoſo, & in-
fami accuſari põt. vt. 2.q.7. alieni. & §. in hoc. ſm Ber. & Hoſt.
in c. alleg. a nobis. Aut eſt in iudicio vt teſtis: & dic ꝙ non po-
teſt. j. de teſti. c. teſtimonium. in princ. & c. veniens. 2. §. fin. niſi
in caſu, vbi excõicatus maiori teſtificari poſſet. vt in cauſa hæ-
reſis, vt ſtatim dicam in fi. Aut eſt in iudicio vt iudex, & nõ po
teſt vt 3.q.7. qui ſine. & cap. poſtulatus. & quæ legun. & notan.
2.q.7. ipſi apoſtoli. &. j. de accu. c.1. Si quæras in ſecundo caſu,
ſcilicet qñ eſt excommunicatus maiori excõicatione: tunc aut
quæris vtrum poſsit eſſe in iudicio vt pars: aut vt procurator:
3 aut vt aduocatus aut vt iudex, aut vt teſtis. Si vt † pars tunc aut
excipiendo, & ſe defendendo: & dic ꝙ ſic, ſiue per ſe, ſiue per
procuratorem vt hic. &. j. de ſen. excom. ſi vere. &. j. de hære. c.
excõicamus. §. credentes, de excep. cum inter. c. dilecti. & c. di-
lectæ. & c. ſignificauit. Et hoc intellige verũ, ſiue excipiat de fa
cto, & opponẽdo exceptiones facti: vt negãdo ſe debere, & in-
troducendo teſtes, & defendẽdo ſe, ſiue excipiat de iure, & op
ponendo exceptiones iuris, vt ſi velit aliqd obijcere in perſo-
nam accuſatoris vel teſtis. arg. huius. c. &. j. de except. cũ inter.
ſm Vinc. ibi idem Arch. 4.q.1. in ſumma. ſuper verbo gl. exci-
pere. & c. quod aũt. ſuper verbo primitus. licet Hug. ibi teneat
contrarium in exceptionibus iuris. Item hoc verũ nedum in
reo neceſſario, ſeu excipiente neceſſario puta, illo qui noiatim
tractus eſt ad iudiciũ neceſſario ſe habet defendere. Iudicium
enim redditur in inuitũ. vt. ff. de verb. obli. inter ſtipulantẽ. §.1.
ſed etiã in reo voluntario (ſeu in excipiente voluntario) puta
ſi aliqs canonicus volũtarie ſe opponit ei, qui electus eſt in præ
latum eccleſiæ ſuæ petẽti confirmationẽ electionis ſuę. Vnde
excipiens cõtra petentem ſuã electionem cõfirmari prætextu

con. mu-

excommunicationis repelli non poteſt.ar.j.de exceptio.c.di
lectu. vt hoc not.Hoſt.eo.tit.cum inter.& Ber. & Hoſt.j.eo.
exhibita.In gl.exceptio excommunicationis.licet Innocen. in
c.alleg.cum inter teneat contrarium in reo voluntario: cuius
opi.ſequitur Guil.in c.alleg.pia.ſuper verbo agentes. & male,
vt credo ſaltem;vbi excipiens exciperet ad vtilitatem & defē
ſionem eccleſiæ ad quam tenetur, propter quod neceſſarius,
reus cenſetur. Nullus.n.poteſt dici neceſſarius excipiens, quã
is qui malum prælatum intendit repellere.Quid.n.grauius,in-
9 tolerabilius aut periculoſius,quam quod detur lupus loco pa-
ſtoris,diſsipator loco cultoris: homicida loco medici, tyran-
nus loco defenſoris:inimicus loco aduocati? vtique nihil.s.de
electio.ne pro defectu.& c.nihil. ſm Hoſt.ſed nomine ſuo p
prio & pro ſuo intereſſe non admitteretur,& ſic ſeruat hodie
curia vt hoc notat.Spec.tit.de actore.§.j.in 3.col.ver.ſane reo
4 neceſſario.Aut conueniendo & agendo † & tunc,aut conue-
niendo & agendo pro eo,& ſuper eo, quod impeditur facere
id quod licite facere pōt,& debet,& tunc pōt,v.g.aliquis eum
impedit conſtituere procuratorem,vel ſi vadat ad curiam pro
iniectione manuum in clericum,& in via offenditur,nã in his,
caſibus poteſt conqueri, & agere,& audietur,arg.j.de excep.
venerabilem.ff.de iudi.l.ſi longius.ſm Vinc.hic & idem not.
Archid.4.q.j.in ſum.in gl.adde & poteſt per procuratorem.
Aut contraueniendo,ſeu agendo aliter quam pro eo vel ſuper
eo quod impeditur facere illud,quod pōt facere & debet. Et
5 tunc aut † quæris nunquid poſsit ſtare in iudicio in cauſa abſo-
lutionis,& ad finem abſolutionis obtinendæ ab excommuni-
cationis ſñia,& dic quod ſic.s.de offi.delega.ca.prudentiam.§.
ſexta.quod dic vt ibi dixi.& c.cum contingat.j.de reſcrip.ca.
ipſo iure.lib.6.Aut aliter quam in cauſa abſolutionis, & tunc
aut in cauſa appellationis iudicialis,aut extraiudicialis. Si in cã
appellationis iudicialis,tunc poteſt.vt j.de except. cum inter.
& c.fi.& 3.q.9 reuera.quod verum etiam ſi erat actor origina
liter in cã principali: quia talis,etiam ſi ſit excommunicatus,
appellare pōt,& appellationem proſequi.vt j.de except. dile-
ctæ.& c.ſignificauit.& no.Inno.& Io.An.ibi.& eo.tit.c.exce
ptionem.licet Hoſt.in d.c.ſignificauit in actore originaliter ap
pellante contradicere videatur:vt ſtatim ſequitur in verſic v-
num tñ. Intellige tñ ſane quod in cã appellationis licet cogni-
tio prætextu excõicationis non impediatur, executio tñ ſñiæ,
impeditur,vt j.de except. c.pia.§.ſed ſi poſt rem lib.6.ſecun-
dum Card.ibi in glo.etiam cauſa appellationis.& G. in glo. 1.
6 principalis.Aut in cauſa † appellationis extraiudicialis, & tunc
aut appellauit extra iudicium ante excõmunicationem,& ne-
gotium eſt ad ſuperiorem per appellationem deuolutum, &
tunc ſimiliter poteſt.arg.3.q.9.reuera. Aut poſt excõicationē
appellauit,vel per appellationem ad ſuperiorem fuerit nego-
tium deuolutum,& tunc diſtingue vt not.Card.& G.j.de ex-
cep.pia.lib.6.Quia aut appellatio eſt mere extraiudicialis.vt s.
de elec.cum nobis olim.j.de appellatio.bonæ. & talis appella-
tio eſt duntaxat prouocatio ad cãm.vt j.de appella.cum ſit ro
mana.§.j.& tunc appellans bene repellitur ab agendo per exce
ptionem excõicationis.& ita intellige gl.Inn.in d.c.cum inter
priorem.glo.j.verſ.item nota quod excõicatus.vbi dicit quod
repellitur.Aut appellatio non eſt mere extraiudicialis,ſed hēt
aliquid de iudiciali,quod impugnat,vt de facto nedum partis,
ſed poteſtatis,vt ſi executor prouidit de beneficio,quod dico
meum,vel mihi debitum,vel executor legitimas exceptiones
coram eo propoſitas non admittit dicendo ſe non hr̃e neceſſe
aſſumere partes iudicis,vt no.Inno.j.de præſump.dudum. &
appel.propter hoc proſecutio talis appella.non impeditur per
obiectum exceptionis excõicationis, & ita intellige gl. Inn.s.
de maio.& obe.c.dilecti.in glo.ad quid valet.verſic.& eſt alius
7 magnus effectus,vbi dicit qđ non repellitur.Aut quæris † vtrũ
poſsit ſtare in iudicio conueniendo & agendo in cauſa princi
pali & tunc refert.Aut excõicatus agit cauſam nullitatis, vel
impetrat reſcriptum ſuper nullitate ſñiæ,etiã tacito de excõi
catione,& tunc in iudicio ſtare poteſt:nam ex quo hoc opor-
tet in appellatio.vt j.eo.c.fi.qñ ſententia eſt aliqua, multo ma-
gis quando eſt nulla.argu.s.de electio.cum in cunctis. in prin.
qui fi.ſint legi.per venerabilem.pro hoc etiam facit j.de exce.
c.ſignificauit.ibi cum omnis legitima defenſio &c. & qui om
ne, dicit nihil excipit.s.de maio.& obed. c.ſolitę.in fi.& hoc
not.Hoſt.in d.c.ſignificauit.Sed Io.And.credit ibi contra.per
decret.j.j.de reſcript.lib.6.Et melius(vt credo) quia in appel-
latione,nullum reſtat remedium lapſis temporibus.j.de appe.
ex ratione.& c.oblatæ.ſecus in nullitate, quo caſu ius excom-
municati ſaluum manet,cum ſnia nulla nunquam tranſeat in
8 rem iudicatam. Aut † excõicatus agit aliam cãm ſeu in alia cã,
quam in cã nullitatis & tunc refert.aut agit in cauſa reſtitutio
nis in integrum,aut in cauſa ſpoliationis,aut in alia. In primo
caſu refert,aut in cã reſtitutionis,quæ ex ſolo fauore petentis
reſtitutionem non dependet ſed potius ex cauſa expreſſa,qua
probata,niſi ſubueniretur,innocens damnaretur, vt quia non
appellauit iuſte impeditus,vel anima periclitaretur vt conque
ratur de quauis ſententia cenſuræ eccleſiaſticæ arg.j.de excep.
cum inter.s.de reſtitu.in integ.ex literis. & tunc in iudicio ſta
re poteſt.arg.c.alleg.ſignificauit.quando dicit omnis legitima,
9 defenſio &c.vbi no. Hoſt.hoc.Aut excommunicatus agit † in
cã reſtitutionis,quæ ex ſolo fauore dependet, & tunc nõ pōt
ſtare in iudicio:imo per exceptionem excõicationis repelli de
bet ſm Hoſt. in d.c.ſignificauit.j.de excep. & Ioan. And. ibi
poſt eum.In ſecundo caſu.ſ.quando agit in cauſa † ſpoliationis,
dic,quod in iudicio ſtare non poteſt.Et quod excõicatus ma-
iori excõicatione non poſsit petere reſtitutionem, obſtante
exceptione excõicationis,vt no.Ber.& Hoſti.s. de reſcriptis.
dilectus. j.de offi.deleg.prudentiam.§.ſexta.de procura.ex in
ſinuatione.ibi in glo.ſua penul.Idem tenet Archid. 14. q. 1.in
ſumma.ſuper verbo non debet peti.& 18.q.2.c.abbates.gloſ.
ſic clerici.in fi.& de excep.c.pia.ſuper verbo agentes.lib.6. &
Inno.j.de conceſ.præben.cum noſtris.in gl.credimus. ad hoc
verſ.item faciendum.& Hoſt.ibi.& Spec.tit.de pen. & poſ.§.
fin.ver.eſt octauus.& ad hoc facit quod not.Io.3.q.7.§. verũ.
in glo.ecce.in fi.facit etiam.j.de excep.exceptionem.quod ve
rum eſt in excõicatiõe maiori,minoris autem excõicationis,
obiectio non impedit reſtitutionē ſpoliati,ſicut nec obiectus
alterius criminis.j.de reſtitu.ſpolia.c.item cum quis. vt hoc
not. Vinc.in gloſ.c.alleg.prudentiam.iuxta fi.& Arch.in c. alle
ga.in nomine dñi.in glo.pen. In tertio caſu.ſ. qñ agit in alia cã
10 a cauſa † nullitatis,vel reſtitutionis in integrum, vel ſpoliatio-
nis,tunc dic,quod in iudicio ſtare non poteſt etiam quo ad in
terruptionem faciendam in actione tẽpore peritura ſm Ho-
ſti.& Io.And.in d.c.ſignificauit.& hoc dummodo per exce-
ptionem excõicationis repellatur per reum, vel per iudicem.
Per reum ſi excõmunicationem probare poſsit, licet non ſit
publica per iudicem,ſi excõmunicatio ſit publica, alias ſecus,
in d.c.cum inter.& c.exceptionem.& c.fi.de excep.& e. titul.
c.pia.lib.6. Vnum tñ dicit Hoſt.in prædic.c.ſignificauit. & j.
de excep.quod ſi is, qui in cauſa principali erat actor, & nunc
actor in cauſa appellationis,ſicut in principali repulſus fuiſſet
ita & modo repelletur.Si ergo vult audiri faciat ſe abſolui. ad
hoc.j.de excep.exceptionem. s.de offic.deleg.prudentiam.§.
ſexta. Dicit etiam,quod ſi tñ excommunicatus taceat quod
tempus tranſeat infra quod appellatio debuit exerceri, de ſe,
conqueratur per quem ſtat.arg.ff.de mino.l.cum mandato. C.
de tranſact.l.cum don[illegible]nis.nam ex quo lapſum eſt tempus,
nec ſubeſt iuſta cauſa [illegible]eniendi,rata maneat ſñia.in auth.de
ijs qui ingredi. ad ap.§.hoc quoq; ſtatuimus.collatio.5.2.q.7.
ſi quis appellet.j.de appellatio.conſtitutus.§.fi.Sed Io.And.ibi
dicit quod ſurte tranſiret hoc dictum Hoſt.in appellatione in
terpoſita a diffinitiua.Sed ſi actor appellaret a grauamine cre
11 dit verum quod dicit Vinc. qui † dicit,quod finitæ appellatio
nis articulo cum iudex appellationis hr̃et cognitionem nego
cij principalis,bene obſtabit exceptio excõicationis, quæ tũc
ſm eum non opponitur cãæ appellationis,ſed negotio princi
pali.Et diuerſitatis rõ patet ex eo,quod in appellatione inter-
poſita a diffinitiua ſñia ſtatim iudex cognoſcit de principali,
ſed ante ſñiam ſeparatus eſt articulus appellationis a negotio,
principali,de quo j.de appel.non ſolum.lib.6. Sed contra hoc
12 aperte videtur.decretalis illa ſignificauit † quæ admittit acto
rem originalem ad appellationem proſequendam? Sed hoc in-
tellige ſm prædictam diſtinctionem. Vel dic,q in appellatio-
ne interpoſita per capitulum a ſñia,qua denegata fuit confir-
matio non debuerunt audiri,ſicut nec audirentur in principa
13 li,vt eſt dictum:ſed eo reſpectu,quo appellauerunt, † ab inſtitu
tione.n.archipreſbyteri non dicuntur originales actores,ſed
rei quo reſpectu debuerunt indifferenter audiri cũ in eo, ſint
proprie defenſores,non actores,ſed quia non erat capitulum
in cã illius primæ appellationis ſed ſecundæ videtur verius,qđ
no. Inno.ibi.& s.tactum eſt,vt ſit commixtio appellationis &
principalis concurrens in appellatione interpoſita a diffiniti-
ua potius,propter iniquitatem grauaminis ſaltẽ in re, & ſi non
iudicis animo audiri faciat excõicatum ſuper principali, quã
propter principale commixtum illum excludit a proſecutio-
ne grauaminis.facit.C. de rei vxo.act.l.vna.in princ.C.cõra de
leg.l.2.j.de ſepul.ſacris.& quod ibi no.per Io.And. j. ne ſede
vacan.

vacan.c.vno.glo.2. & de offi deleg. ſi duo glo.2.lib.6.hæc Io.
An.Et hoc vltimum credo verum,quod etiam approbat.G.in
3 d.c.pia.glo.1.principalis.vbi etiam approbat dictum Vinc. vt
ſ. & ibi dicit ꝙ appellato, qui non proſequente appellante ꝓ
ſequitur appellationem obſtat excõicatio & idem Io. An. ibi
in nouella. Fallit io caſu in quo iudex excõicatum agere cogit
quod eſt,qñ ſemel abſolutus in eodem crimine,& in eadẽ con
tumacia perſeuerat.vt ſ.de offic. ordina.cap.ſignificauit.j. de
appella.quæſtioni.& hoc in pœnam ſuam fit ſm Inn. & Hoſ.
& Io And.io c.alleg.ſignificauit.Item excõicatus non eſt re-
pellendus,ſi reus contradicat,& petat procedi in lite cepta.C.
qũo.& qñ iudex.auth. qui ſemel. C. de epiſc.& cleri.auth.ge-
neraliter.&idem ſi reus nondum fuerit ab excõicato conuen-
tus ſed timeat ab eo conueniri. C.de inge. manu.l.diffamari.ſe
34 cundum Inno.& Hoſt.in d.c.exceptionem.Et ea quæ † dicta
ſunt in conuentione eadem intelligas in reconuentione, vt in
ijs caſibus in quibus non poteſt eſſe in iudicio agendo ꝑ mo-
dum conuentionis. non põt eſſe in iudicio agendo per modũ
reconuentionis.vt in d.c.cum inter.Et vtrum officiũ ſuũ ex-
cõicatus dicere teneatur, vide j.de cle.excõic.mi.c.2.Et vtrũ
poſsit teſtari,vide per Card. j.de vſur.quanquam.li.6. Et vtrũ
ſi cedat actionem alteri,alter poſsit agere durante excõicatio-
ne.vide per Dy.j.de reg.iur.ſi quis in ius.li.6.Et vide quod no
35 tat.in ſpec.hoc tit.§. reſtat aũt in fi.vbi dicit ꝙ cum excõica-
to non poteſt compromitti propter periculum cõionis. arg.
hic.& j.de excep.dilecti.de ſenten.excom.ſolet.lib.6.24.q.1.
audiuimus.4.q.j.c.j.non.n.poterit aliquid coram arbitro pete
re vt ibi,quod verum eſt de arbitro voluntario per ea quæ no.
Inno.j.de excep.cum inter.ſecus in neceſſario de quo j. de of
fic.deleg.de arbitris.li.6.quia ibi videtur poſſe ſtare in illis caſi
bus, in quibus poſsit ſtare coram iudice. vide etiam quod no.
Spec.tit.de arbi.§.differt.verſi.item ſm eum.& ver.ſeq.vbi di
cit ꝙ non poteſt eſſe arbiter. arg.j.de re iudi. ad probandum.
niſi inter excõicatos.arg.C.de hære.l.qm.vt ibi no. & quod no
ta.Ioan.And.j.de reg.iur c.dolo facit.in nouella.li.6.dicens.ꝙ
non poteſt eſſe arbitrator, nec valet arbitramentũ, per modũ
laudi vel ſententiæ per publice excõicatum factum.¶ Si quæ-
ras,nunquid poſsit eſſe in iudicio † vt procurator:credo indi-
36 ſtincte,ꝙ non vt legi.& not. j.de probati. c. poſt ceſsionem,
quia regula eſt generalis,ꝙ nullus debet cõicare cum excõica-
1 *Principi mortuo in omnibus quando ſuccedat legitimus.*
2 *c.licet. enucleari.*
4 *Negligenti mortuo quis ſuccedat.* & 4.
5 *Negligentibus, vacante regno Papam ſuccedere.*
6 *Negligentiæ & mortis caſus in deuolutione iuriſdictionis cur diuerſi.*

LIcet ex ſuſcepto. ¶Si quæras, vtrum
aliquo principe, vel
dño temporali mortuo vel negligente iuſtitiam face
re Papa in eius locum,& ius ſuccedit quo ad iuſtitiã
1 exhibendam,diſtingue,Aut talis mortuus habet † actu legiti-
mum ſucceſſorem,& tunc ſucceſſor ſuccedet in iuſtitia exhi-
benda quam,& prout defunctus poterat exhibere, ſicut ſuc-
cedit in alijs bonis principatus.ff.de reg.iur.nihil.& l. hæredi-
tas.cum concor.ibi alleg. nam regulariter ſucceſſor poteſt fa-
cere quod poterat prædeceſſor.ſ.de reſcrip.c.literis,j.de voto
c.licet.de iure patro.c.j.& c.3.& extra eo.tit.c.plures.in clem.
e[illegible]n in iuſtitia vt legi.& no.ſ. de offi.delegat.qm Abbas. &
2 h[illegible] quando dicit vacante imperio a contrario in illa autẽ iu-
ſti[illegible] [illegible]am predeceſſor ſuus in vita ſua amiſerat per negligen-
tia[illegible] ſuam vel alias non ſuccedet,ſed ille ad quem iuriſdictio,
deuoluitur vt ſequitur.Aut mortuus non habet actu ſucceſſo
rem,& tunc aut quæris de Imperatore,& dic, quod, eo mor-
tuo,Papa in iure imperij, ſuccedit,vt hic.Aut quæris, de alio
3 principe, vel dño, †temporali,& tunc aut habet ſuperiorem,
aut non,ſi ſic,tunc aut eſt ſubditus alij,quam Imperatori, &
tunc ſi ſit mortuus vel negligens in reddenda iuſtitia deuolue
tur iuriſdictio non ad Papam ſed ad proximum ſuperiorem.
Et eſt ratio diuerſitatis propter ſpecialem coniunctionem,quæ
eſt in-

eſt inter ipſum & Imperatorem:quia Papa eum conſecrat, &
coronat & examinat & ipſe Imperator aduocatus eius eſt, iu-
rat ei, & ab eo tenet imperium ſ. de elec. venerabilem. 63. diſt.
4 ego Ludouicus. Si non habet †ſuperiorem, tunc, eo mortuo,
vel negligente, Papa ſuccedit in iuriſdictione eius. arg. 15. q. 6.
alius & ſ. de elec. cum inter vniuerſas. in fi. vt no. Inn. hic in gl.
hoc eſt propter & Spec. rubric. de compe. iudi. adi. c. 1. ver. 31.
Et quod dicit de ſubdito Imperatori. ſ. vt ad ipſum Imperato
rem per mortem, vel negligentiam ſubditi ſui iuriſdictio de-
uoluatur: quia eadem eſt ratio, imo maior in Imperatore, cum
ſit maior & locum Dei teneat in temporalibus. vt ſ. de maio.
& obe. c. cum inferior, & pro hoc facit tex. hic in ver. hoc præ
5 ſertim tempore &c Sed Hoſt. dicit ꝙ vacantibus† regnis, &
principatibus quibuſcunq; & vbicunq;, ſi iudex ſecularis negli
gens fuerit in iuſtitia exhibenda, Papa non ſolum de plenitudi
ne poteſtatis, ſed etiam de iure & conſuetudine pôt, & debet
iuſtitiam facere, quia de iure communi his caſibus omnib. epi
ſcopis in ciuitatibus ſuis ſunt côes & hoc vr notare Inn. j. in
glo. proxi. ſeq. ſm eum. Cuius opinionem credo veram in re-
gibus & principibus ſuperiorem non habentibus vt hic. & 96.
diſt. cum ad verum. & c. ſi Imperator. j. de ſupplen. negl. præl.
grandi. li. 6. In alijs ſuperiorem habentibus videtur probabili-
6 ter diſtinguendum †inter caſum negligentiæ, & caſum mortis
vt in primo caſu Papa poſsit eorum vices ſupplere in iuriſdi-
ctione exerceoda vt patet hic in comite Britanniæ, qui licet ſit
ſubditus Regis Franciæ Papa tñ ſupplet eius negligentiam in
iuſtitia exhibenda, licet poſſet dici quod tunc non erat ſubdi-
tus ſibi. ſed in ſecundo caſu. ſ. mortis pôt eſſe vera opinio. Inn.
ſcilicet quod ad ſuperiorem immediatum iuriſdictio deuolua
tur. Et pôt eſſe ratio: quia ſuperior quicunque, qñ negligit iu-
ſtitiam facere, peccat, vt i. de offic. ordi. c. j. & ca. irrefragabilit.
& 23. q. 5. adminiſtratores, ideo non mirum, ſi propter pecca-
tum iuriſdictio ad Papam deuoluatur vt ſ. tit. proxi. nouit. cũ
ibi nota. ſecus in caſu mortis. Item in caſu negligentiæ ſaltem
notoriæ poteſt ſuperiori immediato culpa, ſeu negligentia im
putari: quia negligentiam ſui ſubditi non ſupplet. arg. not. per
Hoſt. i. de offic. ordi. quanto. §. fin. vbi dicit, quod in notorijs,
non habet locum illa monitio de qua ibi loquitur, imo eps eſt
negligens eo ipſo, quod negligentiam notoriam, Abbatis ſui
ſubditi non ſupplet, licet ſecus in caſu mortis.

1 *Miſerabilium tuitionem, & iniuriam ad eccleſiam pertinere.*
2 *Miſerabilium poſſeſſoria iudicet eccleſiaſticus.*
3 *Petitorij actionem neglectu ad eccleſiaſticum deuolui.*
4 *Miſerabiles perſonæ quæ. 5.*

EX tenore. ¶Si quæras, vtrum cauſæ, ſeu ſta
tus pupillorum viduarum, ſeu de
bilium perſonarum pertineant ad eccleſiam, diſtin-
1 gue, aut quantum ad †protectionem, tuitionem, de-
fenſionem, vt opprimantur à potentioribus, & dic, quod ſic,
87. diſt. c. j. & 2. 23. q. 5. adminiſtratores & 24. q. 3. ſi quis de po
tentibus. & c. ſeq. Aut quantum ad cauſarũ ſuarũ cognitionẽ,
& deciſionẽ, & tunc aut agitur de iniuria, ſeu violentia eis illa
ta, & de hoc eccleſia cognoſcere poteſt. vt 24. q. 3. ſi quis de po
tentibus. & j. eo. ex parte. B. Aut agitur de alijs iuribus, ſeu re-
2 bus ipſorum. & tunc aut agitur poſſeſſorio & tunc ſpectat co
gnitio ad eccleſiam. vt j. eo. tit. ex parte. B. ſm Inno. & Hoſtiẽ.
ibi & ſm B & Inno. ſ. de offi. deleg. c. ſignificantibus. & Ho.
in ſum. eo. tit. §. 2. ver. ex præmiſsis. Aut agitur petitorio, &
tunc ſpectat ſpecialiter & primarie ad iudicem ſecularem, vt
hic. & in d. c. ſignificantibus. & 23. q. 5. regnum. C. qñ impe. in
3 ter pupil. & viduam. l. j. †& in defectum ſeu negligentiam iudi
cis ſecularis ſpectat, & deuoluitur iuriſdictio ad eccleſiam, ſi-
cut in cauſis aliorum. j. eo. ex tenore. ſm Hoſt. in d. ver. ex p-
miſsis. & ſatis concordat quod not. ipſe Hoſt. j. de verb. ſigni.
ſuper quibuſdam §. vlti. glo. pen. & vlti. licet Inno. ibi dicat vi-
duas pupillos orphanos & reliquas miſerabiles perſonas poſ-
ſe conueniri quoſlibet ſub eccleſiaſtico iudice, quod nimis ge
neraliter dictum videtur. Et idem poteſt dici de peregrinis,
de mercatoribus, de officialibus, ruſticis libertorum, ſeu fa-
miliaribus eccleſiarum, & de † expoſitis, & de cęcis de muti-
latis membris, de leproſis, de captiuis, de debilibus, de diutur
no morbo fatigatis, de furioſis, & alijs perſonis miſerabilibus,
de quibus, dic plene, per Innocen. in dicto cap. ſignificanti-
bus. in gloſſ. 2.

1 *Renunciare iuri publico clericum non poſſe.*
2 *Viſitandi ius cur irremiſſibile.*
3 *Clerici quibus non renuntient. & 4.*
5 *Renuntiari quibus quoue modo liceat.*
6 *Primatum ius renuntiabile eſſe.*
7 *Naturæ iuri non renuntiari.*
8 *Publico iuri non renuntiandum. fallit. 9.*
10 *Iuri ſuo quatenus an non renuntiare liceat. & 11.*
12 *Pactio reſtringens probationem nulla.*
13 *Iuriſdictio ſpiritualium epiſcopis competit.*
14 *Iuriſdictionem temporalem epiſcopis non competiiſſe.*
15 *Iuriſdictio in quos & quatenus, quoue iure competat. & 16.*
17 *Vocantis in vetitum forum clerici pœna & 19.*
18 *Amiſſio iuris qui accipienda.*
20 *Pœnæ c. ſi diligenti non niſi lit. conteſt. locum eſſe.*
21 *Accuſanti quandiu impune pœnitere liceat.*
22 *l, Quamuis. ſenſus.*
23 *Formulæ non teneor reſpondere effectus.*
24 *Iuramentum contra ius quando, an non, valeat.*

SI diligenti. ¶Si quæras vtrum poſſit renũ-
tiari iuri, diſtingue aut quæris,
de iure humano eccleſiaſtico eccleſijs, vel eccleſiaſti-
cis perſonis conceſſo, aut de iure naturali, aut de iure
humano, canonico, vel ciuili. Si primo modo, tunc aut quæris
1 †de iure publico, & collegiato, quale eſt illud, quo prohibetur
clericus perſonam ſuam iudici ſeculari ſupponere, & tali iuri
renuntiari non poteſt vt hic. & j. de ſent. excom. ca. contingit.
ideſt, niſi forſan per actum contrarium. vt j. de priuile. ex par
te. & de ſent. excommu. perpendimus. & c. in audientia & c. cõ
tingit. 2. Et vide quod not. Inno. j. de præſcrip. cum ex officij
2 glo. 2. & Hoſt. poſt eum vbi dicunt, ꝙ ius † viſitandi etiam ex
preſſe remitti non poteſt, nec ei renunciari, cum publicũ ius
ſit viſitare, & corrigere. arg. huius c. & idem de procuratione,
debita ratione viſitationis ſm eos. idem Archidia. 11. q. j. rela-
tum glo. pen. vbi plene de hoc, & j. de cenſi. c. perpetuo gl. no.
ꝙ conſuetudo. lib. 6. Idem etiam B. & Inno. & Hoſt. j. de cen-
ſi. cum venerabilis. Non. n, quis poteſt ſuam iuriſdictionem in
totum a ſe remouere, vel ei renuntiare vt hic ſm eos ibi, ad
3 hoc etiam facit expreſſe quod not. Hoſt. j. ne † cleri. vel mo.
c. 2. ad fin. ſuper verbo ſubueniri dicens, quod nullo verbo po
teſt clericus renuntiare foro ſuo, vt hic & in c. alleg. contingit
primo, ſed ipſo facto contrario poteſt, vt ibi & in iuribus alle.
perpendimus. in audientia, contingit 2. nec iuri etiam conceſ-
ſo eccleſię, ſicus eſt ne res ſua alienetur, renuntiari non poteſt
4 etiam per ſacramentum. vt j. de iureiur. ſicut noſtris. †Nec iu
ri conceſſo in libertatem eccleſiæ vt j. de immu. eccleſiarum,
non minus. & c. aduerſus nec iuri inducto ob honorem Dei,
& ſanctorum. j. de ferijs. c. fin. nec iuri diuinis præceptis firma
to. ſ. de conſuetu. cap. fin. j. de præſcrip. c. fi. ſeu firmato con-
cilijs generalibus vel prouincialibus ſeu alijs iuribus, quorum
tranſgreſſio mortale peccatum inducit. 15. diſti. ſicut ſancti,
& 25. q. j. ſunt quidam, ſ. de tranſac. c. fin. j. de exce. c. exceptio
5 nem. Aut quæris de iure conceſſo † in fauorem ſingularis ec-
cleſiæ, vel collegij, & tali bene renuntiatur, quandoque per pa-
ctum, quandoque per lapſum temporis, quod dic vt ſ. de con-
ſti. cum acceſsiſſent. & prædicta locũ habente de iure diuino,
publico, & reali. Perſonali vero iuri & ſi valeat renuntiari, quo
ad renuntiationem non tñ obeſt eccleſiæ vel dignitati, vt ſ.
quod me. cau. ca. pen. de arbi. c. cum tempore. Aut quæris, de
6 iure †propter priuatam libertatem, & vtilitatem, vel priuatũ
ius inducto, & tali iuri etiam ſi ſit commune renuntiari pôt,
vt ſ. de reſcr. nonnulli. de electio. quod licut. §. ſi autem. & ca.
ne pro defectu. idem & multo fortius ſi ſit perſonale, ſiue ſpe-
ciale. vt j. de conc præb. conſtitutus. Porro illi iuri, quod ſtatũ
publicum reſpicit renuntiari non poteſt, vt quod idoneus, &
canonice eligatur, ſupra. de electio. cauſam, quæ. & capit. quia
propter. & c. nihil. eſt vel, quod defunctorum voluntas ſeruo-
tur. j. de teſta. tua. & ſimilia ſm Hoſt.
7 ¶Si quæras de ſecundo principali, ſcilicet de iure †naturali,
tunc dic, quod tali renuntiari non poteſt. ff. de pactis. l. ius agna
tionis. de regulis iuris. l. iura ſanguinis. C. de patria po. l. abdi-
catio. Si quæras de tertio principali, ſcilicet de iure humano,
canonico, vel ciuili, refert. Aut eſt publicum, aut priuatum.
8 Si publicum, † tunc aut eſt publicum authoritate, & vtilita-
te, ſicut eſt ius fiſcale, & illud, quod præcipit puniri, malefi-
cia, & in iudicijs iudicialem ordinem ſeruare, & tali renuntia
ri non poteſt vt ff. de pactis. l. ius publicum. & l. inter debito-
rem. ad leg. Aquilia. l. ita vulneratus. j. de ſentent. excommu.
vt la-

vt ſame.de libel.obla.& de litis conteſta.per totum.Aut eſt pu
blicum authoritate ſed priuatam vtilitatem,& tunc aut eſt in-
ductum propter communem vtilitatem,& tunc aut quis vult
renuntiare iuri cuius diſpoſitio,vel commertium ſibi non cõ-
ceditur vt ſi quis renuntiat libertati ſuæ & tali iuri non põt re
nuntiari.C.de libera.cau.l.iubemus.& l.nec ſi volens.nemo.n.
eſt dominus membrorum ſuorum.vt ff.ad le.Aquil. l.liber ho
mo.quod verum, niſi occurrant ſolennitates debitæ, & tunc
fieret ſeruus non propter renuntiationem, ſed propter deli-
ctum ſuum.vt C.qui ad liber.procla.non lib.l.j.& l. Rufinus.
Aut vult renuntiare iuri cuius diſpoſitionem, & commerciũ,
habet, & tunc aut renuntiatio eſt contra bonos mores, vel
inuitaret aduerſarium ad delinquendum & non valet.vt ff. ſo
lu.matr.l.alia §. eleganter, C.de pactis.l.fina. ſi manci. ita ven-
dit. ne proſti.l.j.ff.de colla.l.ſi pactum.cum l.ſeq. ff.de pactis.l.
iuriſgentium.§.ſi paciſcar.& l.ſi vnus. §.illud. de pac.dota. l.cõ
uenire. Aut non eſt contra bonos mores,nec alias inuitaret ali
quem ad delinquendum, & tunc tali iuri non poteſt renuntia
ri expræſſe.j.de iureiur.cum contingat.C.ſi aduer.ven.in au-
then. ſacramẽta puberum. niſi iuramentum inueniat.alias ſor
te ſecus, quod dic.vt le.& not.in d.c.cum contingat.& j.de pa
ctis.c.quamuis.lib.6.ſed tacite bene poteſt.vt ff.de procura.l.ſi
9 ſiusfamilias.§.veterani.Aut † eſt inductum propter priuatam
vtilitatem,& tunc aut eſt fauorabile,& tali renuntiari poteſt,
vt C.quando muli.tute. offi.fun.po.in auth.matri.& auiæ. C.
ad Vel. l. ſi mulier.& l.iubemus.j.de priuileg.ſi de terra.& ca-
pit.accidentib.& not. hoc.B.j.e.c.dilectus.in glo.qui certo lo.
& Hoſt. poſt eum & Ber.& Innocen.& Ab.hic & hoc inquã
tum tangit renuntiantem ſiue ius renuntiantis. Sed inquantũ
tangit alterum ſiue ius alterius non valet renuntiatio, vt patet.
ff.de ſeruo.rubri.prædi. l.per fundum.& de offic. deleg. ſigni
ficantibus.& de arbi.cum tempore.Aut eſt odioſum, & tali re
nunciari non poteſt.vt legi.& nota. ff.ad macedon. l. ſed ſi pa-
ter.§.fin.& de condi. indebi. l. qui exceptionem. Cætera dic,
vt per Hoſt.in ſumma. tit.de renuntia.§.2.& §. quibus ex cau
ſis.ſub.§.liquet etiam ex præmiſsis. & infra. de regula. ad apo
ſtolicam.ita pro magna parte diſtinguit Ho. hic & Io.An.poſt
eum. & frater Io.in ſum.confeſſ.titu.de electio. ſub rubricel-
la. de renuntia.quæſtio. 24.quæ poſſunt renuntiari vbi ponit
totam diſtinctionem Hoſt.hic. Vide etiam de iſta materia qđ
not. Hoſt.s.de renuntia.c.fin. & Archid. 7.quæſtio.j. qualiter
10 in glo.adde vbi probatur &c.vbi dicunt ꝙ † in illis actibus, q
non pendent ex iure,vel iudicis poteſtate,& quo ad præiudi-
cium renuntiantis tantum quis poteſt renuntiare iuri ſuo ex-
preſſe.vt C.de pactis. ſi quis in conſcribẽdo.ad Velleia.l.ſi mu
lier. s.de elect.cum inter. R.ſeniorem.& de renuntia. per to-
tum. infra de regula.ad apoſtolicam.& etiam tacite.vt ff.deleg.
commiſſo.l.poſt diem.C.de iure do.Impe.l.ſecunda.s.de of-
fi. delegati.gratum.infra de teſti. cum veniſſent.& de ijs quæ
fiunt a maior.par.c.ex ore.ſupra de conſtitu.cum acceſsiſſent.
11 Sed in illis † actibus,qui dependent ex iuris, vel iudicis autho
ritate cum nemo habeat in burſa ſua ius vel iudicem, vt patet
s.ti proxi.nouit.§.nos igitur. ver cæterum.j.de exce.cum in
ter. & de teſta.requiſiſti.primo reſponſo.in fi. cum ſuis conc.
non valet regulariter renuntiatio tacita.vel expreſſa vt legi. &
not. hic. Item nec in præiudicium alterius renuntiatio tenet.
vt s.de arbit.cum tempore.& j.de donat. inter dilectos. ad fi.
ſm eos. Et licet iſta diſtinctio ſit probabilis,tamen prima eſt
magis ſpecifica, & magis clara. De hac etiã materia diſtinguit,
Spec. tit.de renuntia.& concludit in 3.colum.ver. cui autem
iuri &c.ibi vide. & per Huli. de Montelau.extra de iureiuran.
c.vnico.in cle.& per Archidia.7 q.j.quam periculoſum.glo.fi.
& per Accur. in auth.quomo.opor.epiſc. & cæteros cleri.§.
igitur ordinandus.ſuper verbo interroget. colla. j. & in auth.
vt ſine prohib.mat. debi. & credi. §. fin. ſuper verbo ſenatuſ-
12 conſulto.col.7.vbi ſatis de iſta materia,vbi etiam dicit non † va
lere pactum,quod faciunt debitores cum creditoribus de ſo
lutione non probanda,niſi per inſtrumentum,cum teſtifican
di vtilitas ſit communis,in authen.de teſti.in princip.colla.7.
Nec debet anguſtari.C.de hæredi.l.quoniam.in fi. imo impin
guari.C.de re.credi.l.generaliter. in princ. nec ad vnam ſpẽm
coarctari. ff.de teſti.l. 3. §.eiuſdem.infra.de probatio. in præſen
tia.ſecundum Io. And.idem Spec.tit.de probat.§. videndum,
poſt princip. Et 18. caſus,in quibus non poteſt renuntiare iuri
ſuo enumerant Goff. & Hoſt. & Ioan. Andr. poſt eum. j. de re
gula. ad apoſtolicam.

¶ Si quæras vtrum epiſcopi iuriſdictionem habeant, & quam
13 ſeu in quibus, diſtingue. † Aut quæris, nunquid habeant iuriſdi
ctionem in ſpiritualibus, & dic,quod ſic etiam a tempore pri
mitiuæ eccleſiæ. Vnde conſtituit Deus duo luminaria magna
in terris,vnum vt præeſſet ſpiritualibus,vt Papam,aliud,vt pre
eſſet temporalibus,vt Imperatorem.in auth.quomodo opor.
epi. & cete.cle.ad ordi.perdu.in prin.colla.j.s.de maio. & obe.
c.ſolitæ.& pro hoc s.titu. proxi. decernimus.j.de ord.cog.tua
qui fi.ſint legi. cauſam quæ.2.Quod verum eſt de iure Digeſto
rum ſaltem in certis caſibus,vt ff.de peti.hæredi. l. hæreditas.
§.fin.ff.de rel.& ſumma fu.l.oſſa.Aut in temporalibus,& tunc
aut quæris vtrum habeat iuriſdictionem in clericos,aut in lai
14 cos.Si in clericos,tunc aut quæris de iure Codicis.Et dic † qđ
non:quia primo fuit data iuriſdictio Archiepiſcopo Conſtan
tinopolitano in clericos ſuos,quia ſibi conceſſa fuiſſet ſpecia
liter, per conſequens alijs non dabatur.C.de epi.& cler.l.oẽs.
15 & l.cum clericis. & l. iubemus. in fi. Aut quæris de iure authẽ
ticorum † illo iure iuriſdictio eorum excreuit, vt iuriſdictio-
nem haberent in monachos, deinde vt haberent iuriſdictio-
nem in omnes clericos,quod procedit in cauſa ciuili, non in
cauſa criminali niſi cum diſtinctione,poſtea conceſſa eſt eis in
quacunq; cauſa vt in auth.quo opor.epi. & cete.cleri.ad ordi.p
du.circa princi.& in authen. de ſta.& imagi.§.ſtatuimus. Aut
16 † quæris de iure canonico, & illo iure,epiſcopi, & alij iudices
eccleſiaſtici habent omnimodam iuriſdictionem in clericos,
vt hic. & s. titu. proxim.cap. decernimus.& per totum.ſaluo
eo quod dixi de feudalibus in d. cap. decernimus. Aut quæris
vtrum habeant iuriſdictionem in laicos. Et tunc aut in crimi
nibus eccleſiaſticis, ſeu in caſibus quorum negotium ad iudi-
cem eccleſiaſticum ſpectat,de quibus dixi s. eodem ex tranſ-
miſſa.& tunc dic, ꝙ ſic.Aut alijs,& dic quod non niſi contra-
rium obtineant de conſuetudine,vt ibi dixi & leg.& not.j.de
appella.ſi duobus.& de immu.eccle.c.quoniam, vt intellexi-
mus.lib.6.Vel priuilegio ſeu conceſsione principis ſecularis,
vt legi.& nota.96.diſtinctione Conſtantinus.infra de raptori.
capitulo. in archiepiſcopatu.

¶ Ad declarationem gloſſ. quæ incipit, ſed nunquid per ſen-
tentiam &c. ſi quæras,vtrum clericus trahens clericum cõtra
tenorem huius decreta.coram iudice ſeculari, perdat cauſam
17 ſuam, diſtingue. Aut quæris † vtrum eam perdat ex ſola voca
tione,ſeu ex ſolo tractu,& dic,quod ſic,ita, quod non erit lo-
cus pœnitentiæ, vt hic in verſicu. cum igitur. & 11. quæſti. 1.
inolita. & capitu.placuit, & in hoc concord.cum Hug. hic in
verſic. Hug. dicebat &c. & in hoc concordat Innocen. & Ho
ſtien. Aut quæris vtrum perdat cauſam ipſo iure, & dic quod
non,ſed per ſententiam per cap. inolita. 11. q. 1.& per l.in cri
minali. C. de iuriſdictio. omnium iudic.hic alleg. in principi.
huius gloſſ.in hoc concordes cum Io.in c.alleg.inolita.& cum
Vinc. Laur. Tanc.Goſ.Inno.Hoſt.Pet.Ab.& Io. And. & alijs
modernis qui hoc tenẽt hic.Pro hoc facit quod not. j. de reg.
iuris. cap.in pœnis, lib. 6.& quod not. Cyn.C.quo.& quan.iu
18 dex.in authen.qui ſemel.in q. 5. vbi dicit,quod † vbicunq; di-
cit lex aliquem ius ſuum amittere,nec dicit quomodo, intelli
gendum eſt per ſententiam C.de hæreti.& maniche.l.quicun
que.§.quod ſi ſecerit. Item pro vtroq; membro facit s.de of-
fic.deleg.quærenti.j.de exceſ.prælato.c.grauem.vbi de hoc p
Ber in glo.arg.eſt hic &c.ita diſtinguit Hoſt. hic & idem Ar-
19 chidia.cum eo.in d.c.inolita.in glo.adde & bene. Et idem † in
tellige de laico trahente clericum in caſibus non permiſsis co
ram iudice ſeculari.vt C.de epiſc.& cler.in auth.ſtatuimus.&
C.ne fi.pro pat.in auth.habita.Et not.Spec.tit.de compe. iud.
adi.§.j.ver.12. ver.ſed nunquid idem eſt in laico.&c. Vnde ad
pleniorem euidentiam huius materiæ ſcire debes, quod qñq;
lex canonica vel ciuilis punit eum qui agit contra alium.qñq;
punit eum qui accuſat alium.qñq; punit eum qui in ius vocat
20 alium. Reſpondeo † ad primum,quod punit eum qui agit con
tra alium tunc non vocando in ius incidit in pœnam, ſed litẽ
conteſtando & non ante,ſic intelligitur lex.C.de iuriſd. omn.
iudi.l.in criminali.Ratio eſt,quia ante litem conteſtatam non
videtur agere,ſed agere velle,vt ff.rem ra.habe.l.amplius hoc,
& in auth.de litig.§.ſi vero 2.col. 8. poſt litem vero conteſta,
incidit in pœnam,nec poteſt pœnitere,quia iam eſt ius quæſi-
tum alteri parti arg.ff.de reg. iur. l.nemo poteſt,& j.de reg.iu.
21 mutare lib.6. In ſecundo caſu, qñ punit eum,qui accuſat † tũc
accuſans nõ incidit in penam,niſi quouſq; perueniatur ad ſen
tentiam,vnde ante ſniam pœnitet,quia de effectu accuſationis
qui per ſententiam euenit,lex cogitauit.ita loquitur.ff. de bo.
libert.l.qui cum maior.§.accuſaſſe.Hinc eſt,quod ſi appellatur
a ſententia non eſt locus pœnæ.In tertio caſu. ſ. quando punit,
eum qui vocat aliquẽ in ius, tunc ſiue ſit lis conteſtata, ſiue no

ſiue vocatus venit ſiue nō in pœnā incidit, qui vocat quaſi de
lictū ſit conſummatū. ff. de edil. edic. l. quid ſi fugitiuus. ita in
telligunt Hug. & Hoſt. iſtud c. & c. inolita. 11. q. j. vbi Archidia.
idē intelligit, vt ſ. dictū eſt. nec obſtat ad iſtud vltimū mēbrū.
22 ff. de in ius voc. l. ſi quis. vbi †libertus vocans patronū ſuum, in
ius ſine venia: ſi ante litē conteſtatā pœniteat, euitat pœnam,
quia ibi libertus nedum pęnitet, ſed ēt remittit actionē. & iō
prætor remittit ſibi pœnam ergo fuit ſemel cōmiſſa. ſed cum
ſit de ęquitate, remittenti liberto prętor pœnā remittit, & ſic
intelligunt Iaco. de Ra. Pet. de bella. perti. & Cyn. illam. l. ſi quis
in l. alleg. in criminali. C. de iuriſd. omn. iud. vbi in iſta diſtinct.
concordant in effectu ab illo. verſic. vnde ad pleniorem euidē
tiam &c. Et Ioan. And. hic. idem dicunt Pet. Ab. & Ioan. An.
ſm illā opi. quæ habet locum non eſſe locū pœnæ ante litē cō
23 teſta. Hanc etiam cautelā in reo, ad iudiciū ſeculare †vocato, vt
non exciperet declinatoriā fori, ſed proteſtaretur ſe nolle, nec
teneri reſpondere, & quia tunc iudex inſtabit, vt reſpondeat,
ſcā ꝓteſtatiōe ꝙ conatus rñdeat & cōteſtetī litē & tūc erit lo
cus pęne ꝓ parte ipſius actoris & ſic dicit Pe. ſe ſemel feciſſe
Bononiæ. ¶ Super glo. fi. Ad ſolutionem contrarij de. c. cū cō
24 tingat. j. de iureiur. dic quod †iuramentum præſtitum contra
ſtatuta canonica ad publicum ſtatum ſpectantia, non valet, vt
hic, quia nec conſuetudo hoc caſu valeret, vt ſ. de conſue. cū
inter vos & c. cum venerabilis. ſed præſtitum contra ſtatuta ca
nonica, ad priuatum ſtatum ſeu ad fauorem priuatorum ſpe-
ctantia bene valet. vt in c. cum contingat. qđ dic vt ibi plenius.

1 *Iuriſdictionem in principem, moribus non dari. Extendit. 2.*
3 *Iuriſdictionem eccleſiaſticam, præter excommunicationem, mori
bus dari.*
4 *Excommunicandi ius, ſine præambulis moribus non quæri, alias
contra.*
5 *Iuriſdictionum genera, & quæ præſcribi poſſint. & 6.*
7 *Iuriſdictionum eccleſiaſticarum quæ moribus quæri, an non poſ-
ſit.*
8 *Pater, aut magiſter iudices quando, an non, recuſabiles, &
9. 10.*
11 *Pater quatenus iudex ordinarius eſſe poſſit.*

CVm contingat. ¶ Si quæras vtrum cō-
ſuetudo poſſit dare ali
1 cui iuriſdictionem. diſtingue, †aut quæris vtrum poſ
ſit eam dare contra principē. ſ. Papā, vel Imperatorē,
& dico ꝙ n̄, nā obedientia eſt iuriſdōnis. vt ſ. de offic. ord. con
quęrenre. & ꝫ obedientiā non ꝑōt p̄ſcribi. vt j. de p̄ſcri. cū non
liceat. & facit ad hoc C. de decur. l. vacuatis. li. 10. ff. de pact. l. iu
riſgentium. §. ſi paciſcar. ſ. de arbi. cum tpe. j. de p̄ſcript. ad au-
dientiam. & c. cū nobis olim. & de confir. vti, vel inuti. cū dile
cta. & hoc no. Arch. 9. q. 4. conquæſtus. in gl. adde hic no. Aut
2 †vtrū poſſit eā dare cōtra alium inferiorem principem, & tūc
aut quæris, vtrū poſſit eā dare minori in maiorem, & dico, ꝙ
non arg. ſ. de maio. & obe. cum inferior. 21. di. inferior. 93. di.
nulla rōne, 89. diſt. ad hoc 96. di. ſi quis dubitet talis. n. conſue-
tudo. ſ. ꝙ minor iuriſdōnē hēat in maiorē eſſet irrationabilis.
p iura allc. & iō oīno reprobāda, & impręſcriptibilis. vt ſ. de cō
ſue. cū inter vos. & c. fi. & ad hoc facit quod no. Inn. & Hoſt. ſ.
de offic. ord. irrefragabili. & ita not. Archi. in d. c. cum inferior
Aut quæris, vtrū poſſit eā dare maiori in minorē, vel ęqualē,
& tunc refert: quia aut quæris de iuriſdōne eccleſiaſtica aut de
tpali. Si de iuriſdōe eccleſiaſtica refert. Aut quæris vtrum cō
ſuetudo poſſit eā dare p̄ſonæ eccleſiaſticę, Aut nunquid poſſit
eā dare p̄ſonæ laicali. In primo caſu refert, quia aut q̄ris vtrum
poſſit eā dare priuatæ perſonæ in dignitate ſeu prælatura ec-
cleſiaſtica nō conſtitutæ. Aut vtrū poſſit eā dare p̄ſonæ in di-
3 gnitate ſeu prælatura eccleſiaſtica cōſtitutæ. In primo †caſu re
fert, aut q̄ris, vtrū poſſit dare ſibi iuriſdōnē eccleſiaſticā aliā a
iuriſdictione, ſeu ptāte excōicandi & dico quod ſic. vt hic ſe-
cundū Ho. qui dicit hic. ꝙ alibi ſic expreſſe de priuata p̄ſona,
non meminit ſe legiſſe. Alia. n. iura loquuntur. vel in Abbatib.
vel in Archidiaconis, vel in alijs p̄latis, capitulis, ſeu collegijs,
vel aliꝗ tenentib. adminiſtrationē, ſicut patet. 9. q. 3. conquæ-
ſtus. ſ. de ordi. c. irrefragabili. §. exceſſus ſ. tit. j. nouit. verſi. nō
enim. de arbit. dilecti. j. de exceſſi. prælato. ad hæc. & c. accedē
tibus. C. de emancip. li. l. j. & fi. ſecundum Hoſt. & Io. And. poſt
eum. idem not. Arch. in d. c. conquęſtus. in glo. adde dic, qđ cō
ſuetudo. & j. de offi. ordi. c. j. ſuper verbo conſuetudine. lib. 6.
& Gen. in extrauag. Io. 22. quæ incipit execrabilis. ſuper ver-
bo conſuetudine in fin. Et intellige, quod dat iuriſdictionem,
etiam ſpiritualem vt hic, & extra de elect. c. ſtatutum. §. fin. in
cle. ſecundum G. de Montelau. ibi quod tn̄ hic, & §. alleg. exceſ
ſus. & in iuribus ſimilibus dicitur intelligas ſm Inno. & Ho.
& Io. And. de modica iuriſdictione, non. n. poſſet conſuetudo
inferioribus, tribuere poteſtatem deponendi clericos. ad hoc
ſ. de elect. tranſmiſſam. & de conſuetu. quanto. Aut quæris v-
trum conſuetudo poſſit ſibi dare iuriſdōnem, ſeu ptātem ex-
communicandi & tunc dicit Hoſt. hic. & Io. And. poſt eū, ꝙ
non. arg. eorum quæ legun. & not. ſ. de offic. Arch. cum ſatis,
& c. ſeq. & de conſue. quanto. ſed Inno. in hoc contra, j. de re
ſti. ſpo. olim. 3. & idem cum eo vr̄ ibi tenere Hoſtiē. Ego vero
Hen. concordo eos ſic, quia aut quæris, vtrū conſuetudo poſ-
ſit dare priuatæ perſonæ p̄tātem, excommunicandi, ſolummo-
do abſq; eo, quod aliā iuriſdictionem eccleſiaſticam præambu
lam ad excommunicationem habeat, vel præſcribat puta citā
4 di, †mouendi, in contumacia ponendi, quæ oīa excommunica
tionem præcedere debent. vt j. de ſent. exc. ſacro. e. tit. ſtatui-
mus. & c. conſtitutionem. li. 6. 12. q. 2. in digne. & dico, qđ nō.
nam conſuetudo, ꝙ quis poſſet excommunicare abſq; alia ci-
tatione, vel contumacia præcedente eſſet irrationabilis per iu
ra alleg. & per conſequens impręſcriptibilis. vt ſ. de conſuetu.
c. fin. ita intelligo opinionem Hoſt. hic. Aut vtrum poſſit ſibi
dare ptātem excommunicandi vna cum iuriſdōne alia præam
bula ad ipſam excōmunicationem & dico ꝙ ſic vt hic. & ita in
telligo opi. Inn. & Ho. in c. alle. olim. 3. j. de reſtit. ſpol. & quod
no. Ber. & Ho. ſ. e. ſ. cū ſit gn̄ale. in fi. pro qua diſtinctione, vr̄
caſus. j. de præb. ſuper eo. li. 6. iuncto c. quærenti. j. verb. ſign.
Et iſtam diſtinctionē approbat expreſſe Inn. in materia inter-
dicti. j. de ijs quæ fi. a maio. par. capit. c. quæſiuit. gl. 2. in princ.
& Ho. ibi poſt eū. Et pro hoc facit quod not. Guil. j. de priuil.
c. ep̄orum. ſuper verbo ab ordinarijs li. 6. ¶ Si quæras, vtrū cō
ſuetudo poſſit dare iuriſdōnem excommunicandi, vel aliam
perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, vt Archidiaco-
nis, decanis, Archipresbyteris plebanis & ſimilibus. Et dic, ꝙ
ſic, vt ſ. de elect. dudum. 2. §. tandem. & de offic. ordin. cum ab
eccleſiarū prælatis ſm Hoſt. ad idem j. de offic. ordi. Romana
de fo. comp. Romana, de appel. Romana, de pœn. Romana. de
ſent. excō. Romana. li. 6. j. de re. ſpol. literis. vbi Ber. in gloſ. j. &
Inn. & Io. An. hoc tenent. licet Hoſt. ibi contra in maioribus,
cauſis, qualis eſt matrimonialis de qua ibi. Sed contra eum eſt,
quod iſtud non eſt ordinis, ſed dignitatis epiſcopalis quod dic
vt dicam. j. de præſcrip. auditis. ¶ Si quæras, vtrū poſſit dare,
5 iuriſdōnem eccleſiaſticā perſonæ laicali refert: quia † quædam
eſt iuriſdō naturalis competens naturaliter, & de iure commu
ni eccleſiæ & quæ eſt propriæ propria eccleſiæ, vt in actibus
ſpiritualibus & in factis perſonalib. clericorum. Alia eſt, vel
eſſe pōt iuriſdō accidentalis, & accidentaliter per præſcriptio-
nem vel conſuetudinem vel donationem laici eccleſię acquiſi
ta. vt j. de immu. eccle. c. qm̄ vt intelleximus. li. 6. nam de iure
iuriſdō tpalis pōt præſcribi per iudicem eccleſiaſticum ita qđ
de iuriſdictione tpali fiat eccleſiaſtica, vt ibi patet expreſſe, cū
6 omnis †iuriſdō aut eſt eccleſiaſtica, aut tpalis, & ſic patet ibi qm̄
dicit ſuper cauſis, quæ ad idē forū de iure vel antiqua conſue-
tudine &c. quod dicit de antiqua conſuetudine oportet intel
ligi de iuriſdōne tpali, per conſuetudinē eccleſiæ acquiſita, nā
iuriſdō eccleſiaſtica, quæ eſt ſua per præſcriptionem, vel cōſue
tudinē amplius ſua fieri nō pōt. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. lana. j.
de fid. inſtru. inter dilectos. & not. j. de præſcr. veniēs. & quod
iuriſdō tpalis poſſit p conſuetudinē fieri eccleſiaſtica probat,
ſ. de indic. nouit. Et no. Card. j. de vſur. in rub. li. 6. Aut ergo q̄-
7 ris, †vtrū cōſuetudo poſſit dare iuriſdōnē eccleſiaſticā, primo
modo ſumptā p̄ſonæ laicali, & dico qđ nō, vt ſ. tit. pro x. c. de
cernimus. & c. at ſi clerici. & c. clerici. & j. eod. tit. c. ſeculares.
lib. 6. & facit optime, quod dicam poſt Hoſt. infra, de apoſta. c.
1. in fin. illius diſtinctionis. Aut ſecundo modo ſumptam, &
credo quod ſic, quia poſtquam a laicis fuit acquiſita per eccle
ſia, non mirum, ſi ad laicos per conſuetudinem redire poſſet:
quia res de facili redit ad primęuam naturam. 35. q. 1. ab exor-
dio. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret quod in ſpecie do-
tis. & quia nihil tam naturale &c. j. de reg. iur. omnis res. ff. de
reg. iur. l. nihil tam naturale. ¶ Si quæras de iuriſdictione tem
porali, dico, quod illa tam clerico, quam laico per conſuetu
dinem quæri poteſt. infra, de appellatio. ſi duobus. in fine.
C. de emancipation. lib. lege prima.
¶ Super glo. fi. Si quæras, vtrum pater, vel magiſter, qui eſt iu-
dex in cauſa ſui filij, ſiue ſcholares, vel familiaris poſſi… eadē
8 cā recuſari, vt ſuſpectus, diſtingue †aut iudex vult pr… dere,
in his, q̄ officio ſine libelli oblatione expediuntur, & tunc … ot
eti m

etiam contra patrem.vt ff.ad Trebel.l.ille a quo.§.fi. & l.ſequ.
Aut in alijs,& tunc aut vult punire notorie delinquentes, &
hoc poteſt facere quantumcunq; recuſetur,& ſic contra ſuos
ius dicere.ff.de pœnis.l.ſi aliquis ſorte.§.penulti.& argu. C.de
conduct.prædio.fiſca.l.vnica.lib.11.vel etiam pro ſuis vt ſ. de
offic.delega.ex literis Patriarchæ.& j.de pœnis.Romana. lib.
6.not.Hoſt.in ſumma de ſent.& re iudic.ſub rubri.de ſenten.
§.quis debet verſi.ſed nunquid ſuis.vſque ad verſicu.3. vbi de
9 hoc.Aut vult cum cauſæ † cognitione procedere inter partes
tunc refert,Aut extraneus agit contra filium,vel familiarem,
vel conquæritur de eo coram ſuo patre,vel magiſtro, & tunc
ipſe reus non poteſt eum recuſare ea de cauſa vt hic,ſed actor
bene ſi reus de nouo incepit eſſe ſeruitor,vel familiaris.vt no
ta.Io.And.j.de regulis iu.non licet,libro 6.Aut ipſe filius[vel
ſcholaris]agit contra extraneum reum,vel conquæritur de eo
10 coram patre,vel magiſtro ſuo† & tunc poteſt recuſari tanquã
ſuſpectus,ſiue ſit delegatus,vt ſ.de officio deleg. cũm quæ. j.
de appella.poſtremo.ſiue ordinarius.ff.de iniur.l.lex Cornelia
Aut vterque actor & reus eius filij vel familiares ſiue ſeruito-
res,& tunc non poteſt ea de cauſa recuſari:quia par affectionis
cauſam omnẽ ſuſpicionem tollit.argu.ff. de ritu nup.l. non ſo
lum.§.denuo.Et gratia huius ſi quæras vtrum ceſſante recuſa-
tione pater poſsit eſſe iudex in cauſa filij,vel econtra; filius in
cauſa patris diſtingue prout diſtinguitur per Archid.3.q.5.c.j.
11 Aut quæris,vtrum poſsit eſſe† ordinarius & tunc aut in ciuili
bus, aut in criminalibus. Si in ciuilibus,aut in ijs quæ ex offi-
cio ſine libelli oblatione expediuntur,& tunc poteſt, vt ff.ad
Trebel.l.ille a quo §.tempeſtiuum cum l.ſeq.Aut in ijs,quæ in-
ter partes cum cauſæ cognitione expediuntur,& tunc pôt vſ-
que ad litem conteſta.vt ff.de iudic.l.in priuatis non poſt.vt ff.
de officio præſidis.l.ſenatuſconſulto. Aut in criminalibus, &
tunc neuter poteſt eſſe iudex alij, ſeu in cauſa alterius, vt ff.
de iuriſdict.omniũ.iudic.l.qui iuriſdictioni.& ff.de iniur.l. lex
Cornelia.Aut vtrum poſsit eſſe delegatus,& dic quod ſic, niſi
legitime recuſetur.vt in l.alleg.in priuatis ſm Archid. qui di-
cit,quod idem not.Vinc. ſupra de maiorit.& obed.cum infe-
rior.Et vide,quod not.de iſta materia per Ioan.& Archidia.3.
q.7.§.tria. verſicu. filius.

¶ De materia quam tractat Innocẽ. hic.ſ. quis dicatur habere
territorium & quis non,dicam j.de rap.c.j.

Poſtulaſti. ¶Si quæras, vtrum, & quando, in delictis habeat fieri remiſsio & qñ non, vide quod dicam, infra, de raptori. capitulo primo.

1 *Sacrilegium quid.*
2 *Sacrum quid.*
3 *Sacrilegus quando excommunicatus ipſo iure, excommunicandus ve ſit.& 4.*
5 *Eccleſiaſtice immunitatis violatores.*

Conquæſtus. ¶Si quæras,vtrum, & quã do ſacrilegi ſunt excõicati
vel excõicandi. Eſt †autem ſacrilegium ſacræ rei,
violatio,vel eiuſdem vſurpatio.Et dicitur hoc vio
latio communiter quæcunq; irreuerentia vel ex-
honoratio.vnde dicitur ſacrilegium quaſi ſacriledium,quia le
1 dit ſacrum. Dicitur autem †aliquid ſacrum,quod ordinatur ad
Dei cultum:quia per hoc ſit quoddam diuinum,& ſic ei quæ-
dam reuerentia debetur,quæ in Deum refertur,& ideo omne
illud,quod ad irreuerentiam ſacrarum rerum pertinet ad iniu
riam Dei pertinet,& rationem ſacrilegij habet,diſtingue, aut
3 ſacrilegium committit †in perſonam eccleſiæ,puta, quia cleri
cus verberatur,vel alicuius religionis conuerſus, & tunc ſacri
legus eſt ipſo facto excommunicatus.17.q.4.c. ſi quis ſuaden
te. & j.de ſent.excom.non dubium.Aut committitur in rem
eccleſię,& tunc ſacrilegus eſt excõicandus,vt hic.Aut ſacrile-
gium committitur in ipſam eccleſiam,& tũc ſubdiſtinguitur,
4 †quia aut cũ effractione vel incendio,& tunc ſacrilegus eſt ip
ſo facto excõicatus,vt j.de ſent.exc.conqueſti.vbi hoc tenẽt,
Ber. Inn.& Hoſt.& c.tuas nos.11.q. 3.canonica.vbi hoc tene
Io.& 17.q.4.oĩs eccleſiæ.& j.de rap.in literis . Aut ſine effra-
ctione vel incendio,puta:quia ſine aliqua violentia, vel incen-
dio ſubripiũt calicem incaute dimiſſum in ipſa eccleſia,& tũc
non eſt excõicatus,vt j.de furt. c.vlti. quia ibi nihil de excom
municatione mandatur,ſicut fieri conſueuit.pro hoc 23.q.fi.
peſsimam.ita diſtinguunt Pet.Abb,& Io.And.hic.& Hoſtien.
in effectu. & Goſ. in ſum.de immun.eccle.in fin.& frater. Io.
in ſum.confeſsi.tit.de immu.eccl.q.21.quæ pœna violẽtiũ&c.
a tit.de ſacrileg.q.4.& Aſten.li.j.tit.de ſacrileg.arti.2. & li.7.ti.
2.ver.18.in fi.Et quod modis puniatur ſacrilegus,vide ibi, p
5 Archi.17.q.4.attendendũ.& ſeq. De illis †aut, qui immunitatẽ
eccleſiæ violãt collectas,& exactiones indebitas eccleſijs, vel
perſonis eccleſiaſticis imponendo,vide j.de immu.eccle.cap.
non minus.& eod.tit.c.quia nonnulli.& c. clericis.& c.qm vt
intelleximus.lib.6.Et qualiter ſacrilegus puniatur ſecundum
leges,vide. ff. ad legem Iuli. pecu.l. ſacrilegij. Et adde quod di
cam in d.c.j. conquæſtus.

1 *Clericum foro ſuo renuntiare non poſſe.*
2 *Clericum non.niſi amiſſo priuilegio, in delictis foro ſuo renuntiare. & 3.*
4 *Pactum iuriſdictionis non declinandæ valere.*
5 *Iuriſdictio,præterquam in laicum,pacto prorogabilis.*
6 *Pactum reſpondendi & ſoluendi cur diuerſa.*
7 *C.Dilecti filij intellectus.& 15.*
8 *Expenſas litis iuramento probari.*
9 *Expenſæ quæ teſtibus probandæ.*
10 *Clericos non,niſi fauore,populo contineri.*
11 *Ordinarius omnimodo competens.*
12 *Dietæ vnde computandæ.*
13 *Foro ſuo qui tacite renuntietur.*
14 *Excommunicationum genera:quibuſque an non renuntietur.*

Dilecti filij. ¶Si quæras vtrum clericus re- nuntiare valet foro ſuo, diſtin
1 gue,aut quæris,vtrum poſsit renuntiare foro †ec
cleſiaſtico,& ſortiri forum ſeculare,& tunc aut ex
preſſe,& dic,quod non pôt.vt ſ. c.ſi diligẽti. cum
ibi alleg. aut tacite, & tunc aut contrahendo, vel quaſi in iuriſ
dictione iudicis ſecularis.Et dic quod non poteſt.vt in c.alle.
ſi diligenti.in fi.& j.eodem tit.c.ſeculares.li.6 ſaluo eo, quod
legi.& not. j.de biga.c.vnico.lib.6.Aut †delinquendo:& tunc
2 aut perpetrat tale delictum propter quod gaudere debet nihi
hilominus priuilegio clericali,& tunc non poteſt. vt ſ.tit. 1.at
ſi clerici.& ca. decernimus.& c.cum non ab homine.& cleri
ci.& ſ.eod.ſi diligenti.j.de cleri.coniug.c.vnico.li.6.Aut per-
3 petrat †tale delictum,propter quod gaudere non debet priui
legio clericali,& tunc poteſt,vt j.de ſent.excom. cum non ab
homine. de vita & ho.cle.c.vnico.lib.ſexto.& c.dioceſanis.in
cle. & de cleri.coniu.c.vnico.lib.6.Aut quæris, vtrum poſsit
renuntiare foro ſui iudicis eccleſiaſtici competentis & ſortiri
forum alterius iudicis eccleſiaſtici,& tunc aut tacitę,& tũc po
teſt ſiue delinquendo,vel quaſi.vt ſ. eod.poſtulaſti. j.de priui
leg.cap.volentes,libro 6. ſiue contrahendo,vel quaſi vt hic ſe-
cundum Innoc.in glo. videtur in fin. Aut expreſſe, & tũc dic
vt Abb.hic & Ioann. And. poſt eum, qui diſtinguunt: quia
aut clericus paciſcitur de iuriſdictione non declinanda, aut de
4 iuriſdictione danda, ſi de iuriſdictione non declinanda † valet
ſimpliciter pactum ſeu renuntiatio vt hic.& ſ.de iud.c.1. Nã
& illud concilium,alias habebat iuriſdictionem in illum epm
licet ipſe epiſcopus potuiſſet ipſum concilium declinare, &
cauſam deferre ad dominum Papam,cum eſſet de maioribus,
vt infra de appella.vt debitus in fin.& hic. Similiter delegatus
poterat cognoſcere de iſta cauſa contra epiſcopum,cum per-
ſonam Papæ repræſentet 93. diſtinct.cap.vlt. & 94.diſtin. ca.
1. tamen per exceptionem poterat ſe excuſare priuilegij ra-
tione,ſed renuntiatum fuit priuilegio ex eo,quod promiſit
reſpondere vel ſoluere, vt litera dicit. Et ideo, qui ſemel,de
iuriſdictione non declinanda pactum fecit ſiue iudicis delega
ti vt hic, ſiue iudicis ordinarij, vt ibi ſimpliciter obligatur.
5 Si de iuriſdictione danda, ſiue † prorogãda,puta, conſentien
do in illum, qui aliter in conſentientem nullam iuriſdictionẽ
haberet, tunc aut paciſcitur ſimpliciter ſe iudicium ſuſceptu
rum vbicunque conueniatur, & tunc non valet ſine licentia
epiſcopi:quia eſt neceſſe,quod in iudicem eccleſiaſticum eius
intentio dirigatur vt hic, & ſupra eod. capit.ſi diligenti. nam
etiam inter laicos tale pactum non valeret: quin ſaltem ante li
tem conteſta.poſſet conſentiens pœnitere.ff.de iuriſdicti. om
nium iudic.l.ſi conuenerit. Aut promiſit ſe iudicium ſuſce-
pturum & etiam ſoluturum, & tunc refert,aut cõſentit in iu
dicem ſecularem quo caſu non valet. ſ. eod. ſi diligenti. Aut
in eccleſiaſticum,& tunc valet vt hic,& ſic poteſt intelligi. C.
6 de pac.l.ſi quis in conſcribendo Et eſt ratio† diuerſitatis,qua-
re eſt aliud,quando promittit ſe ſimpliciter reſponſurum, &
ad aliud quando promittit ſe vbicunq; ſoluturum,quia qs fin-
gitur cõtraxiſſe,vbi ſe vt ſolueret obligauit ff.de act. & obli.l.

contraxiſſe. ratione autem contractus ſortitur quis ſorum. j. eo. c. eũ ſi. & ſ. eo. tit. Romana. §. contrahentes. lib. 6. [quare tũc valet. Sed† attende quod dicit hęc litera reſpondere vel ſoluere: quia cum litera iſta duo æquiparet, non videtur diſtinguẽdum ſiue ſe ſoluturum ſiue ſe reſponſurum promiſerit. Sed dic hoc eſſe verum, cũ paciſcitur, de iuriſdictione non declinãda, quo caſu loquitur hæc decreta. vt ſ. dixi. Sed ſi de iuriſdictione danda, vel proroganda, tunc ſufficeret, ſi ſe promitteret ſoluturum, non tamen ſi ſe promitteret reſponſurum. vnde tũc exponendum eſſet vel, pro & ſm Abb. & vide, quod dixi. ſ. titu. proxi. c. j. in prima diſtinct. Vide etiam, quod no. ſpec. rubrica de compe. iudi. aditio. §. j. verſic. 22.

8 ¶ Glo. ſi. Si quæris qualiter probentur expenſæ, diſtingue, aut quæris de expenſis †factis in lite, & tales probantur per iuramentum illius, qui eas ſecit præmiſſa taxatione a iudice. vt C. de iudic. l. ſancimus, & l. properandum. §. ſin autem. & ſupra, de procurato. conſtitutus. & 2. q. 1. in primis. C. de bono. au. iudi. poſ. l. ſi. §. expẽſas.
9 Aut quæris † de expenſis factis extra iudiciũ & tales probantur per teſtes. argu. Inſtitu. de verbo. obliga. §. non ſolum. Sed ſallit in actionibus arbitrarijs, in quibus videtur deferendum iuramentum quod dic vt ff. de eo quod cert. loco l. 2. & 3. ſm Hoſt. hic. & in ſum. de re iudi. ſub rubricella de ſent. §. quis ſit effectus. ſub. §. ſed & quia aliquoties & de iureiur. ſub rubrica de iuramento in litem. §. propter quæ. & §. in quibus. Item ſallit in minutis expenſis factis extra iudiciũ, propter difficultatem probandi. argu. C. vbi pupillus. edu. debet. l. 2. & adde quod dixi ſ. quod met. cau. ſi. & ſupple illam diſtinctionem per iſtam.

¶ Ex hac decretali no. Petr. de Samp. & Abbas, quod priuilegium conceſſum laicis prodeſt clericis. Vnde ſi queras, vtrum
10 appellatione populi, clerici comprehendantur, diſtingue. † Aut in odioſis, & dic quod non, vt ſ. de reſcript. ſedes apoſtolica, & j. de ſenten. excommuni. ſi ciuitas. lib. 6. & not. Hoſtiẽ. j. de priuileg. ex parte Abbatiſſę. Aut in ſauorabilibus, & maxime attenta propria ſignificatione. verbi populi, & tunc illi de clero comprehenduntur, vt hic vbi tractatur, de extenſione priuilegij ad clericos. Et ita intellige opinionem Pet. de Samp. & Abba. hic. & pro hoc Inſti. de iure natura. §. plebiſcitũ. ita not. Genze. extra de elec. in pleriſq;. in gloſſ. 2. in clemen.

11 ¶ Hoſt. hic tradit vnam regulam quod coram † quocunque iudice ordinario, & quocunq; modo de iure communi poſſit, quis in loco aliquo conueniri ibidem, & in eodẽ caſu & in eodem modo coram delegato Papæ conueniri poteſt. Et eſt rõ, quia talis in nullo grauatur per Papam: cum & ipſe ordinarius ſit cunctorum. 9. q. 3. cuncta modum. & c. per principalem. ſm Gof. & idem recitat Io. An. hic. Sed ego credo veriorem opinionem Guli. & Io. An. j. de reſcr. c. ſtatutum. §. cum vero. lib. 6. per G. in glo. manifeſte, & per Ioan. And. in glo. olim dico-
12 bamus, † qui dicunt q in omnibus actionibus cõputantur dietæ a fine dioceſis domicilij, rei & quod vltra vnam dietam, a fine dioceſis domicilij ſui reus coram delegato trahi non põt, quod dic, vt ibi plene not. licet Innoc. no. aliter. ſ. re reſcript. c. dilectus 2. & Guli. de Montelau. & Gen. extra de reſcript. c. j. in cle. diſtinguentes inter actiones reales, & perſonales.

13 ¶ Dico, q licet iſte epiſcopus Dulmenſis† promittendo ſoluere parijs vel alibi citra mare Angliæ, indulgentiæ conceſſæ Anglicis a ſede apo. quod ſuper cauſis pecuniarijs, citra mare Angliæ conueniri non poſſint, tacite renunciauit, & per conſequens de ipſa excipere non poſſit, vt in fine dicitur, de inſtãtia tamen vnius dietæ excipere poſſit, ſi vltra vnam dietam, a
14 fine dioceſis traheretur. Iſtę. n. † exceptionis cauſæ ſunt diuerſę, nam prima eſt priuilegij & iuris ſpecialis, alia iuris communis. Item prime poteſt renuntiari tacite & expreſſe, vt hic. ſecundæ non, niſi expreſſe vt legi. & no. ſupra de reſcrip. nonnulli. Item vna, ſ. illa indulgentia poſſet habere locum, vbi alia nõ haberet, puta quia aliquis Anglicus, qui non renuntiauit dictæ indulgentiæ habens domicilium in dioceſi, cuius fines prętenduntur vſq; ad limites regni Angliæ a parte regni Franciæ, conuenitur citra mare ad locũ ſitũ in regno Franciæ iuxta limites ipſius regni, & ſic infra vnam dietam a fine ſuæ dioceſis, & econtra, illa exceptio iuris communis poſſet locum habere, vbi alia exceptio de indulgentia locũ non hẽt, puta ſi renuntians indulgentiæ tacite vel expreſſe conueniatur vltra die
15 tam in regno Franciæ, vt hic. Et ideo † notabiliter dicit text. propoſita ex parte tua indulgentia non obſtante, quaſi dicat, quod exceptio diſtantiæ localis, vltra duas dietas olim, hodie vltra vnam dietam bene obſtitiſſet, ſi propoſita fuiſſet, ſed non fuit.

1 *Forum aliud eccleſiaſticum ſubire non cogendus clericus. fallit 2.*
3 *Iudici non ſuo conueniendo requiſita.*

SIgnificaſti. ¶ In glo. ſi. in ſi. dr̃, q epiſcopus non poteſt compellere, clericum ſubditum ſuum, ad hoc vt in alium iudicem eccleſiaſticum conſentiat vel iuriſdictionem ſeu iudiciũ ipſius ſubeat. Circa qđ diſtingue, aut
1 epſ ſuus † vult eum ad hoc compellere iure ordinariæ iuriſdõnis, hoc eſt quod in illum iudicem eccleſiaſticum tanquam, in ordinarium conſentiat, & non poteſt, ita intellige, quod notat. hic glo. Aut vult eum ad hoc † compellere iure delegationis,
2 hoc eſt q illum iudicem eccleſiaſticum per ipſum epm ad hoc delegatum tanquam delegatum ſuum recipiat, & coram eo, tã quam coram delegato ſuo procedat, & dic q poteſt. vt ſ. de offic. ord. q ſedem. ſm Hoſt. hic & Io. And. poſt eũ. idẽ Archid.
3 9. q. 2. c. j. in 2. glo. ibi vide. Et octo, quæ † requiruntur ad hoc, vt clericus poſſit in iudicem eccleſiaſticum non ſuum conſentire, vide hic per Hoſtien. & per Arcbid. 11. q. 1. inolita. ſuper verbo, nec renuntiare poteſt. & per Cardin. infra eod. titulo. cap. Romana. lib. 6.

¶ Si quæras quando habet locum argumentum, a contrario ſenſu, & quando non, vide quod dicam. infra de magi. ca. prohibeas. diſtinct. 2.

1 *Citationum genera, eorumque definitiones.*
2 *Edicto quando citandum.*
3 *Album varie accipi.*
4 *Citationis verbalis modi.*
5 *Iudicum gradus.*
6 *Ordinarius qui citet.*
7 *Citare re quibus liceat.*
8 *Forum laicum clericus non niſi in criminibus, mutare. & 9. declarat, 10.*
11 *Homicida clericus a laico plectendus.*

PRopoſuiſti. ¶ Si quæras, vtrum & quando vna iuriſdictio per aliam præuenitur, diſtingue vt dixi. ſ. de reſcri. plerũq;. ¶ Quia hic loquitur de citatione ſi quæras, qui iudices poſſint citare, & quot modis, vide primo, qđ no. per Card. j. de iudic c. j. libr. 6. Ad cuius euidentiam debes
1 ſcire, † q duplex eſt citatio vna realis, & alia verbalis. Realis eſt vt re ipſa trahatur quis ad iudicium per manus impoſitionem, vt j. de ſent. excõ. c. ſi clericos. lib. 6. C. vbi de cri. agi opo. in auth, qua in prouincia. Verbalis citatio eſt illa quæ ſit verbis
2 duntaxat, & hæc habet fieri ſex modis. Primo † modo hẽt fieri per edicta quę ſcribuntur in quodam loco palatij dealbato, gra
3 tia cuius ſciendum eſt, q in iure, ſit mentio de tribus albis, † vno modo dicitur album locus dealbatus, in quo ſcribebantur, citationes, vt C. quõ & qñ iudex in auth. qui ſemel. & extra de iudi. c. dudũ. in cle. vbi de hoc. Aliud erat album, locus dealbatus, in quo ſcribebantur generalia edicta. vt ff. de iuriſd. om. iudi. l. ſi id quod. Tertium albũ erat, locus dealbatus, in quo ſcribebantur nomina decurionũ. vt ff. de albo. ſcri. l. j. & per totũ.
4 Secundo modo habet fieri verbalis † citatio per literas, ſeu epiſtolã. vt ff. de arbit. l. ſed interpellatur. §. arbiter. j. de probа. cap. qm contra. Tertio modo hẽt fieri per vocẽ preconis. vt C. de ferijs. l. vlti. & C. quõ & qñ iudex. in auth. alleg. qui ſemel. j. de appel. cũ parati. Quarto modo editione vel ordinatione iuris. vt j. de elect. ſtatuimus. & c. cupientes. & de offic. ordi. c. quis, li. 6. Iſtos quatuor modos citãdi ponit Gul. de Montelau. in d. c. dudũ. Quinto mõ põt fieri p ipſum iudicẽ in pſona ſua citãtẽ vt patet. C. de iud. ſancimus. in ſi. Sexto mõ fit p nuntiũ, vt l. alleg ſed interpellatur §. arbiter. C. de pſcr. 30. vel 40. ann. l. ſi-
5 cut, & l. cũ notiſsim. in prin. ¶ His viſis, diſtingue † tres gradus iudicũ, quia quidã ſunt pedanei, illi non citãt niſi p ſe, ſeu p nũtiũ, vel epiſtolã ſicut nec arbiter, vt l. l. ſed Iterpellat. §. arbiter. ff de arb & i l. alle. ſancimus. in ſi. C. de iudi. Itẽ delegati a principe, & iſti citãt dictis modis, & ẽt p edicta. vt auth. de litigio. §.
6 oẽm. coll. 8. & in auth. alle. q ſemel. C. quõ & qñ iudex. Itẽ ordinarij † q poſſunt citare dictis modis, & ẽt p preconẽ, vt in dictis auth. & ẽt pſonaliter re, & verbo, vt in auth. de exhibẽ. & intro. re. §. ſi vero quidã. coll. 5. & no. gl. ff. de i ius vo. l. ſed etſi is & p Car. in d. c. j. j. de iudi. li. 6. Illã aũt citationẽ, q ſit editione ſeu ordinatione iuris, ſolũ ius facit. vt in ca. alle. ſtatuimus. &
7 c. cupiẽtes. Itẽ delegatus † principis & ẽt ſorte delegatus alteri' ordinarij poſſet citare re ipſa, ſi hoc ei eſſet cõmiſſum. arg. c. alleg.

leg.ſi clericos.ꝫ.de ſent.excom.lib.6.maxime de iure canoni-
co ſ.n quod,ea,quæ ſunt meri vel mixti imperij cõmitti poſ
ſunt,vt legib.& nota.ꝫ.de rap.capitu. in archiepiſcopatu. Po-
ne,quod aliquis cõueniatur coram iudice ſecularis lite pendẽ-
te factus eſt clericus,quæritur,vtrum iudex ſecularis, poſsit
procedere? Scripſerunt Ala.& Goſ.ſupra.ſ.de oblig.ad rati.c.
vno.quod ſic,idem ſentit Vinc ſ.tit.proximo at ſi clerici. &
hoc per l.ff.de iudic.l.ſi quis poſtea.de iuriſdi.omn. iudicum.
l.cum quædam puella, & per iſtud c vbi Hoſt. ſequitur iſtam
ſententiam.per quod capitu.Bart.Brixien. idem ſentiebat in
q.venereali quæ incipit aliquis litigabat.dicens etiam,quod ſa
tis videtur determinare.quæſtio.iſtam.Sed Ioan. de Deo dice
8 bat †iſtam ſententiam eſſe veram,vbi eſt cauſa ciuilis, nam v-
bi ceptum eſt iudicium,ibi finem accipere debet.ff.de iudiciis
l.vbi ceptum.Si vero cauſa eſſet criminalis, tunc iſta ſentẽtia
9 non eſt vera:quia tunc † coram iudice eccleſiaſtico conueniri
debet 11.q.1.de perſona.& hoc ſcripſit in ſuis cauillationibus
rubrica de priuileg.clericorum.in fin.Alij dicunt indiſtinctè,
contra per l.ff. de arbitr.non diſtinguemus. §.ſacerdo.& vide
tur hoc expreſſum.ff.de re milita.l.qui cum vno.§.reus.ad idẽ
de accuſa.l.hos accuſare.§.hoc beneficio.& hoc tenet Archi-
diaco.11.q.1.c.j. nam iſte per ſuſceptionem ordinis clerica-
lis omnino forum mutauit.Et ſic non obſtant illa iura quæ cõ
trarium innuunt,in quibus(ſi bene videantur) quis non mu-
tat forum ſed addit forum foro. ad hoc. 54.diſt.ca.j.ibi ſeculũ
fugere ſed mutare &c. 61.diſt. quid proderit, ibi in aliud vice
genue.Nam aliud eſt fori adiectio,aliud fori mutatio.ff. de ſe-
nat.l.ſenatores.& hoc vbi bona fide, & non in fraudem factus
10 eſt clericus. †nam ſi in fraudem,tunc non videtur, quod poſ-
ſit declinare cognitionem iudicis ſecularis.vt ff.de adulter.l.ſi
maritus.§.1.vbi dicitur,quod abſens cauſa reipublice bonę fi-
de,dum eſt abſens,non poteſt accuſari,ſecus ſi abeſſet in frau-
dem, & data opera vt euitaret cognitionem iudicis, vt ibi di-
terminata cognitio ſeu quæſtio cauſæ appellationis ab interlo-
16 cutoria vel grauamine † & non poteſt. Ratio eſt, quia ſi iudex
appellationis pronuntiet male appellatū partes redibunt ad prio
rem iudicem per c. vt debitus.j. de appel. & ſic proceſſus ſuus
eſſet deluſorius in cauſa reconuentionis, quod eſſe nō debet.ff.
de iudi.l.ſi prætor. Si aūt pronuntiet bene appellatum, remane-
bit iuriſdictio & cognitio cauſæ principalis apud ipſum iudicē
appel. Vnde, pendente cognitione ſuper grauamine dubiū eſt,
cui competat iuriſdictio: & ideo nō habet locum reconuētio,
arg.s.de reſcrip.c.paſtoralis. vbi habes, q ante dubium recon-
uentionis literarum, diſcuſſum neutri iudices cognoſcere poſ-
ſunt de principali. Item hoc caſu datur iſti iudici cauſæ appel-
lationis iuriſdictio in cauſa principali ſub cōditione.ſ. ſi ſit be-
ne.appellatū. modo antequā hoc appareat pendet conditio ſub
qua data eſt iuriſdictio: & ideo, ea pendente, non habet iuriſdi-
ctionem.ff.de condi.& demon.l. qui hæredi.§.fin. hoc patet in
poſſeſsione data ſub conditione, quæ ante cōditionem extan-
tem non quæritur.ff.de acqui. poſ.l.qui abſenti.§.1.j. de reſtit.
ſpoli. c.olim cauſam. hoc patet etiam in iuriſdictione data ſub
conditione.s.de off.deleg.prudentiam. in prin. Aut appellatus
17 † vult reconuenire, poſtquā quæſtio, ſeu cognitio cauſæ appella
tionis ab interlocutoria, vel grauamine eſt terminata: & tunc
ſi iudex cauſæ appellationis pronuntiauit male appellatū, & re-
uertitur iudicium, ſeu cauſa ad priorem iudicem. per c.vt debi
tus.& tunc nō poteſt coram ipſo iudice appellationis, fieri re-
conuentio: quia coram eo non agitur ſed coram priore iudice.
Et ſi quæris vtrum coram priore iudice poſsit fieri reconuen-
tio, dic q ſic, ſi cauſa ſit in eo ſtatu, in quo poſsit fieri recōuen-
tio.ſ.ante litem conteſtatam, vel incōtinenti poſt: alias non, vt
dictum eſt.s.in 2.diſt. Aut iudex cauſæ appellationis pronun-
tiauit bene appellatum, & per hoc iuriſdictio & cognitio cauſę
principalis remanet apud eum, vt in c.alleg.vt debitus. & reſu-
mit cognitionē ipſius cauſæ principalis, in eo ſtatu in quo erat
pœnes priorem iudicem, vt legi.& no.j.de appel.& per tuas.&
in c.vt debitus.ver.alioquin. & tūc ſi coram priore iudice erat
iam ad litis conteſta. proceſſum, non poterit fieri reconuentio
coram ipſo iudice appellationis. Si vero non erat proceſſum ad
litis conteſta. coram priori iudice poteſt dici ſecure, quòd po-
teſt fieri reconuentio coram eo ante litem conteſta. vel in ipſa
litis conteſta. vel incontinenti poſt, vt dictum eſt.s. in 2.diſt.
Et poteſt eſſe ratio: quia in iſta cauſa iudex non eſt iudex ap-
pel.ſed iudex cauſæ principalis, quę poteſt perpetuo coram eo
durare & in qua litis conteſtatio eſt facienda ſi nondum eſt fa-
cta corā priore iudice, & ſic ceſſent rationes.s. allega. Nec hoc
eſt contra prædictam opin. Inno. Hoſt.& Arch. quæ debet in-
telligi in vera & propria cauſa appellationis.
¶ Caſus, in quibus nō habet locū reconuentio vide per Ber.s.
de arbi.c.cum dilectus. in 1.glo.& per Inn. & Hoſt.hic. & ple-
nius in Spec.tit.de reconuen.§.nunc dicamus. Hic dicunt Inn.
& Hoſt.poſt eum quòd conuentus in cauſa, quæ requirit ſum-
mariam cauſæ cognitionem reconuenire non poteſt, niſi ſuper
cauſa cōſimilis cognitionis. Et eſt ratio ſm eos, quia cauſa con
uentionis & reconuentionis, ſimul ſint tractandæ. j. de ordina.
18 cog. c.2. vbi † vna requirit plenā cognitionem, altera ſumma-
riam, reſtat, quòd ſine alterius præiudicio ſimul tractari non
poſſunt cum altera accelerationem exigat, altera longiores di-
lationes expoſcat. & facit pro opinio. Inn. & Hoſt.C. depoſi.l.
fin. &.j.de depoſi.c.bona fides.in fin. Idem Spec. tit. de recon-
uen.§.nunc dicamus.ver.ſed nec habet locum. Sed quidam le-
giſtæ tenent cōtrarium per.l.ſed & hæ.§.non ſolum.ff.de pro-
19 cur.vbi dicitur, q ſi per † procuratorem actoris petitur cautio
damni infecti, quæ tñ celeritatem deſiderat, vt.ff.de dam.inſe.
l.j.& 4.§.pen. & reus velit dñm aliqua actione recōuenire pro-
curator tenetur illum defendere, & hūc intellectum approbat
ibi glo.Pet. tñ de Bellaper. ſequitur Inno.C. vbi cau. ſta.l.1.vbi
hoc not.&.C.de ſent.& interlo.om.iudi.in aut. & conſequen-
ter.& Dy.& Cy.ibi tenent idem poſt eum. Nec obſtat.§.alle.
non ſolum, quia intelligitur ſm alium intellectum.ſcilicet vbi
20 † procurator recōuenitur nomine dñi actione ſummariā cauſę
cognitionem requirēte, vt puta q præſtet nomine dñi cautio-
nem damni infecti non aūt conuenit, vt expreſſe dicitur.ff.de
procur.l.omnium.& l.non ſolum.in prin. ſm Pet. prædictum.
vel poſſet intelligi ille.§.nō ſolum.in prin. ſm Pet. qñq; vtraq;
actio, tam in cauſa cōuentionis, quam in cauſa recōuentionis
deducta ſummariam cauſæ cognitionem requirebat, vt dica-
mus quod ille procurator petens cautionem damni infecti re-
cōueniebatur actione ſeu petitione ſimilem ſummariam cau-
ſæ cognitionē requirente, & ſic non obſtat. Sed circa hoc po-
tes diſtinguere, prout diſtinguit Io.Andr. extra de verb.ſign c.

ſæpe contingit.§.verum.ſuper verbo voluerit.in fi.gl.in cle.di-
cens ꝙ æque dici poſſet, ꝙ aut ordinarius vel delegatus cogno
ſcit de cauſa, in qua de ſui natura ſummarie proceditur & tunc
ſit locus prędictę opinioni Inn.& ſequacium, vt qualiter cauſę
reconuentionem impediat ſicut not.Ber.hic.in fi.pen.gl.& de
arbi.cum dilectus.in 1.glo. Aut delegatus virtute cõmiſsionis,
in cauſa, in qua alias plena cognitio requirebatur ſummarie co-
gnoſcit, & tunc refert. Aut Papa proprio motu tollit ſubſtantia-
lia, & tunc idem quod.ſ. Aut ad petitionẽ impetrantis: & tunc
arg.c.j.proxi.& l.vlt.C.de fruc.& li.expen.videtur eſſe remiſſa
plena cognitio etiam in reconuentione & ſic ceſſabit obſtacu-
lum Inno.& pro hoc facit litera illius c.ſæpe.in.§. verum.gene
raliter loquens ibi: ſi aliquid voluerit petere &c. ſm Io.Andr.
ibi. Et vide quod no.Bart.Brixien.in q.dominicali, quę incipit,
21 actor conueniebat reum, vbi dicit, ꝙ reus non poteſt † recon-
uenire actorem coram delegato iudice quem repulit ab agen-
do, coram eo, prætextu excõicationis, cum non habeat locum
reconuentio, niſi conuentio pręcedat quod etiam credit Tan-
cre. Vide etiam eos ibi in quæſt. ſeq. quæ incipit aliquis contra
reſcriptum: vbi dicunt, ꝙ licet reus contra reſcriptũ contra ſe
22 impetratum † multas exceptiones ꝑpoſuerit, & ſuccubuerit,
nihilominus poterit actorem reconuenire per c. iſtud & c.ſeq.
quæ indiſtinctè loquuntur. Nocob. ꝙ qui dicit teſtamentum
falſum & ſuccumbit, nullum ex eo cõmodum obtinebit.C.de
his qui.vt indig.l.pollo.C.ad l.Corne. de fal.l.qui falſas.ff.de ac-
quir.hæred.l.quæſitum.& idem ſi dicat inofficioſum.ff.de in-
offic.teſtam.l.Papi.§.3.quia hoc eſt in fauorem teſtamẽtorum
vt melius ſeruentur vltimæ voluntates ſm eos. Eſt & alia ra-
tio: quia beneficium reconueniendi non competit, nec proce-
dit principaliter, & immediate ex reſcripto, ſeu viribus reſcri-
pti contra ſe impetrati, ſed potius ex conuentione, ſeu viribus
conuentionis, vt in toto iſto titulo ſecus in contrarijs.

1 *Iniquum ius in impetrantem retorqueri.*
2 *Impetratus fauor quibus competat.* 3.
4 *Impetrans iuris, eo vtatur.*

PRudentiam. ¶Si quæras vtrũ in iudicijs
debeat ęqualitas obſeruari a-
deo ꝙ ſi vni partium litigantium cõpetat aliquod
priuilegium, altera poſſit & debeat vti eodem, vide
quod not.ſpecialiter per Dy.j.de regu.iur.c.in iudicijs.lib.6.&
per Doc.iuris ciuilis.C.de fruc.& lib.expen.l.fin.vnde poſt ali-
quas opiniones per eos recitatas, finaliter dicunt ſic. Aut priui
1 legium † continet ius iniquum: quia in alterius præiudiciũ, &
læſionem cõceſſum & tunc refert: quia ſi ad partis poſtulatio-
nem cõceditur debet impetrans vti eodem iure. ſi vero ſine po
ſtulatione cõceditur tunc non cogitur eodem iure vti.vt.ff.qđ
2 quiſq; ioris. l.1. & l.3. Aut priuilegium † non continet ius ini-
quum, ſed fauorem illius cui conceditur, & aliquam iuris cõis
relaxationem: & tunc ſiue ad poſtulationem, ſiue ſine poſtula-
tione cõcedatur prodeſt impetranti tantũ, & non alij eum non
contingenti: vt inſti.de iure natura gen. & ciui.§.ſed & qđ prin
3 cipi. Iterum † prodeſt non illi ſolum, cui cõceditur, ſed etiam
ſecum litiganti occaſione controuerſiæ, quæ inter eos verſa-
tur, & inæqualitatis vitandę & ita loquũtur.C.de fruc.& li.ex-
pen.l.fi.C.de proxi.ſacro.ſcri.l.in ſacris. & l.vnicuiq;. lib.12. &
hic.quæ connexitas, & extenſio priuilegij procedit: quia nõ eſt
habenda in iudicijs acceptio perſonarum: vt in c.alleg. in iudi-
cijs.de reg.iur.lib.6.ſm Dyn.ibi & videtur hoc tangere glo.in
d.§.ſed & quod principi. & in d.l.fi.C.de fru.& liti. expenſis.in
1.glo.in ſecunda ſolutione quæ eſt verior. Et per præmiſſa ſol-
4 uitur quæſtio † de priuilegiato, ne trahatur extra diœceſim ſuã
per literas apoſtolicas, qui extra ipſam aliũ trahit ille alius vult
ſe ipſo priuilegio tueri, quod habet actor. quæritur vtrum poſ-
ſit, dic quod ſic ſi ad actoris inſtantiam ſit datum priuilegium:
alias ſecus.C.de legi.quod fauore. ſm Pet. & Abb. hic. Idem
Archid. de pe.diſtin.1. hæc autem glo. adde circa hoc quæro.
Item dicit Ioan. Andr. hic quòd ſi ille alius reconueniat eum
quod licitè facere poteſt per hanc decre. ſi illud priuilegium ad
ſui inſtantiam fuit ſibi conceſſum. & idem in priuilegio iuris,
de quo.ſ.de reſcrip.nonnulli. in principio.

¶De litis conteſtatione. Rubrica.

1 *Litem non niſi aptis verbis, conteſtari.* & 2.
3 *Sententiam ſine petitione non ferri.*
4 *Litis conteſtatio quid.*
5 *Poſitionum genera: quibuſque an non reſpondendum.* 6. 7. 8. 9.
10. 11. & 12.

OLim. ¶Si quęras vtrũ per narrationem acto-
ris, & reſponſionem rei fiat litis conte-
1 ſtatio, diſtingue. Aut verba † ſunt apta per petitio
nem in iure propoſitam, & congruam reſponſio-
nem ſecutam animo conteſtandi factam, & tunc
fit litis conteſtatio: niſi reus de contrario proteſtetur, vel con-
trarium appareat per probationem legitimam, vt no.ſ.de con-
2 ſtit.cum M. Aut verba non † ſunt apta, & tunc non fit litis con-
teſtatio: licet partes intendant litem conteſtari, vt hic.& C.eo.
l.vnica. Fallit, vbi agitur coram Papa: quia tunc ſine petitione
aliqua ſufficerent narrationes partium: vt.j.de inſti.cum veniſ-
ſent. Et eſt ratio: quia præſentia Papæ ſupplet has ſolennitates
vt.C.de teſta.l.omnium.&.ſ.de tranſac.cap.1. Et licet de rigo-
re per tales narrationes eis reſpondeatur, & litis cõteſtatio non
fiat, niſi aliquid petatur: de æquitate tñ ſecus, vt res potius va-
leat quam pereat.j.de fide inſtru.inter dilectos.& maxime vbi
agitur de iuribus eccleſiæ vt in negatoria & cõfeſſoria.ſ.de iu-
di.examinata. Tutius tñ eſt quòd ſemper aliquid petatur ſm
3 Inno. imò † eſt neceſſe. ſine petitione enim nõ poſſet dari ſen-
tentia vt hic.&.ff.communi diui.l.vt fundus. nec in alio, quam
petitum eſt poteſt aliquis condemnari: vt.C. de fideicom. lib.
l.fin.j.de accuſa. c. qualiter & quando.2.§.debet. ſm Hoſt. Et
quod dictum eſt de ꝓteſtatione, intellige per ea quæ dicam.j.
de condi.appel.c.fin.diſtin.2. Et diffinitionem litis conteſtatæ,
habes hic per Ber.cum quo concordat Spec.hoc tit.§.1.in prin.
quæ diffinitio non eſt ſufficiens: quia per poſitionẽ & reſpon-
ſionem ad eam fit narratio hincinde & tamen nõ fit conteſta-
4 tio. Dic ergo, quòd † litis conteſtatio eſt fundamentum iudi-
cij per petitionem in iure propoſitã: & non congruam reſpon
ſionem ſecutam animo cõteſtandi litem factam: qua omiſſo,
ſi in figura iudicij procedatur vexantur inanibus laboribus, &
ſumptibus litigantes ſecundum Hoſt. & Ioan. Andr.
¶Quia hic fit mentio de poſitionibus: licet ſatis tractetur de
hoc per docto.j.de confeſſio.cap.1.lib.6: & in Spec. tit. depo-
ſitio. per totum. tamen ad aliqualem breuem inſtructionem.
¶Si quæras, quibus poſitionibus eſt reſpondendum, & quibus
5 non diſtingue. Et primo ſciendum eſt, quod † poſitionũ quæ-
dam ſunt impertinentes, & quædam repugnantes, quædã dę-
pendentes quædam obſcurę, quædam ſuperfluę, quædã dupli-
ces, quædam negatiuę, quædam impoſsibiles, quædam iuris &
impertinentium, quædã ſunt impertinentes ſimpliciter, verbi
gratia, pono ꝙ eſt procurator, & poſtea pono ꝙ Henricus eſt
6 Imperator, vel ꝙ Philippus eſt Rex Frãcię vel ſimiles. † Quę-
dam impertinentes per ſe, ſed cum alia iuncta bene ſunt perti-
nentes: vt ſi velim probare ꝙ ſis excõicatus, & ponam ſic. po-
no ꝙ Titius erat iam eſt annus, & adhuc eſt clericus deferens
publice tonſuram, & habitum clericalem: iſta eſt impertinens
per ſe, ſed iuncta cum iſta poſitione: pono quod tu heri percuſ-
ſiſti iniurioſe dictum Titium, & manus in eum iniiciſti teme-
7 re violentas, bene eſt pertinens. † Item quædam ſunt imperti-
nentes neceſſario, ſed bene ſunt pertinentes præſumptiue, ver-
bi gratia. Pono quod ſum dñs talis rei; vel pono ꝙ tu eras ante
electionem excõmunicatus. Ex his neceſſario nihil ſequitur,
ſed iuris præſumptione ſic: quia ſi ſemel fui dñs, ſequitur iuris
præſumptione quòd etiam nunc ſum dñs, vt.C.de proba.l.ſiue
poſſidetis.j.de fide inſtru.inter dilectos.§.cæterum in fi. Et ſi
fuiſti excõicatus in præteritum ſequitur iuris præſumptione,
non tñ neceſſario, quod nunc ſis excõicatus. vt.ſ. de elec. cum
inter. R.ſeniorem.in fin.j.de ſen.excõ.cum deſideres. in prin.
&.§.ſecundæ vero quæſtioni.& de regu.iur.c.ſemel malus.li.6.
cum ibi no. Repugnantium quædam ſunt repugnantes neceſ-
ſario, quædam cõtingenter. Vnde do tibi talem regulam, quòd
quicquid expoſitis, & reſponſis ſequitur, vel conſonat cõceden
dum eſt: & quicquid repugnat negandum. Conſiderãdum eſt
ergo vtrum, quod ponitur, modo poſsit ſtare cum poſito prius
aut non. Et ſi nõ poſsit ſtare, aut neceſſario aut contingenter.
Si neceſſario, verbi gratia. Pone, quod ſit hæres Titij, poſtea
pono, quod ille Titius viuit iſta poſitio repugnans eſt neceſſa-
ria. Si contingenter. verbi gratia: pono, quod geſsiſti negotia
mea. poſtea pono quod geſsiſti cum mandato, iſta repugnant.
8 contingẽter. † Diſtingue ergo, aut quæris de poſitionibus im-
pertinentibus, & tunc aut impertinentibus ſimpliciter & tali-
bus non eſt reſpondendũ, vt.C.de proba.l.ad probationem.ff.
de peti.hære.l.ſi quis libertatem.ad fin.ſ.de off. dele. c.cũ con-
tingat.&.j.de except.c.dilecti. Aut de impertinenti per ſe, ſed
cum alia iuncta pertinenti: & tali bene eſt reſpõdendum. Aut
de impertinenti iuris præſumptione, & tali ſimiliter reſpon-
deri debet. Aut quæris de repugnantibus, & tunc aut de repu-
gnantibus

grantibus neceſſario, & talibus non eſt reſpondendũ. Aut con
tingenter & tunc idem: qñ reſponſio facta ad illã cui repugnat
contingenter ſufficit ad eam. Aut quæris de dependentibus:
9 & tunc † qñ reſponſio facta ad poſitionem, ex qua alia depen-
det, ſufficit ad ipſam dependentiam, nõ eſt ei reſpondendum:
alias ſic, quod qñ ſit vide per Cardi. ĵ. de confeſ. c. 1. in glo. tan-
gitur an poſitio &c. li. 6. & per alios doc. ibi. Aut quæris de ob-
ſcuris, & talibus non eſt reſpondendum, niſi declarentur. vt. C.
de impube. & alijs ſubſti. l. precib. & ar. ſ. de libel. obla. c. 1. & 2.
10 Aut quæris † de ſuperfluis, & iſtis non eſt reſpondendum quia
ſuperflua reijci debẽt. vt. C. de nouo codi. faci. §. quibus. ibi: re-
ſecatis ſuperfluis. Aut q̃ris de duplicibus ſiue implicitis & iſtis
non eſt reſpondendũ niſi diſtinguatur. vt. ff. ad l. Corne. de ſal.
l. ſi Titius. & hoc qñ poſitio eſt implicita in ſeipſa. & idem vi-
detur dicẽdum ſi propter aliquod extrinſecus imminens eum
cui ſit poſitio implicet, vt ſine periculo reſpondere nõ poſsit.
11 & pone exemplum. ff. de interro. actio. l. & quia §. fin. Aut † de
negatiuis, & talibus eſt reſpondendum. Et eſt ratio: quia pro-
bantur per confeſsionem partis. vt. C. de non nu. pec. l. in con-
tractibus. ff. de dona. l. cum quidam. in aut. de ijs, qui ingre. ad
ap. §. vlti. & eſt hodie expreſſum. ĵ. de confeſ. c. 1. lib. 6. quod dic,
vt ibi. Aut quæris de impoſsibilibus, & tunc aut ſunt impoſsi-
biles de facto, & talibus nõ eſt reſpondendum, vt. ff. de interro.
acti. l. cõfeſsionibus. & ff. de reg. iur. l. impoſsibilium. Aut ſunt
12 impoſsibiles † de iure: vt quia ſunt ſuper crimine, & talibus nõ
eſt reſpondendum vt patet. ſ. de elec. dudum. §. nos igitur. ver.
partibus. & ver. licet aũt. quod in intellige vt ibi dixi. Aut quæ-
ris de poſitionibus iuris, & talibus nõ eſt reſpondendum quia
ius certũ eſt, vt. ff. de proba. l. ab ea parte. ĵ. de appel. c. ſæpe con-
tingit. Item dicerent quidam q non eſt reſpondendum poſi-
tioni qñ is qui reſponderet incurreret periurium per l. qui iu-
raſſe. §. pen. ff. de iureiur. quod eſt falſum, alias nulli poſitioni in
vi iuramenti de calumnia eſſet reſpõdendum, quod eſt falſum.
vt. ĵ. de confeſ. c. 1. & 2. lib. 6. nec lex contraria concludit cõtra-
rium, ſi bene videatur. Et de hoc ponunt aliqui tales verſus.

Duplex incerta, non pertinet abnegat ante.
Dicis aduerſa iuris, non ponitur apte.

¶ Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitiuam. Rubrica.

1 *Teſtes adulterij lite non conteſta. non recipiendi.*
2 *Teſtes virium matrimonij lit. non conteſt. non recipi.*
3 *Lite non conteſt. quando an non in abſentem procedatur. 4. & 5.*
6 *Procurator expreſſus contrahens nocet.*
7 *Procurator delinquens an noceat domino, quiq; accipiendum. 8.*
9 *Procuratorem generalem nocere domino, quatenus verum.*
10 *Procuratorem excommunicari, qui accipiendum.*
11 *Minor an excommunicabilis.*

AD hæc Deus. ¶ Si quæras, qñ agitur de matrimonio contrahẽdo
impediendo, vel cõtracto dirimendo, vtrum lite
non cõteſtata poſsit procedi contra abſentem ad
1 teſtium receptionẽ. diſtingue, aut agitur † de adul
terio ad thori ſeparationem: & tunc non recipiuntur teſtes, li-
te non conteſtata, ſaltem ſuper principali, quicquid ſit de emer
gentibus ante litis conteſtationem, de quibus dicam. ĵ. eo. qñ.
diſt. 2. vt hic & ĵ. de eo qui cog. conſang. vxo. ſuę c. diſcretionẽ.
& ſic poteſt intelligi. ĵ. e. qñ. §. ſi vero. verſ. ſi autem de carnali
coniugio, & ita in hoc caſu non corrigitur iſtud c. per c. diſpen
dioſam. extra de iudi. & c. ſæpe contingit. de verb. ſigni. in cle.
ſm Ioan. Andr. G. de Monte Lau. & Gente. in c. alleg. diſpen-
2 dioſam. ſuper verbo matrimonijs. Aut agitur de † fœdere ma-
trimonij, vel ſponſaliorum, ſcilicet, vtrum de iure poſsit ſtare,
vel non, ſiue agatur ad impediendum, ſiue ad dirimẽdum, ſiue
ad declarandum matrimonium cõtractum vel cõtrahendum,
& tunc ſm vetera iura non poterant recipi teſtes lite non con-
teſtata niſi parte cõtumace: vt. ĵ. eo. accedẽs. 2. & c. qñ. §. por-
ro. & §. ſi aũt. Hodie vero qñcunq; indiſtinctè in cauſa rite in-
choata poteſt procedi lite non conteſtata ad teſtium receptio-
nem, ſiue vtraq; parte præſente ſiue altera abſente: vt in c. alle.
diſpendioſam. & c. ſæpe contingit. Et notabiliter dico in cauſa
3 rite inchoata. nã ſi vtraq; pars ſit præſens rite eſt inchoata † ſi
altera eſt abſens: & quæris vtrum ea nõ expectata poſsit agi in
cauſa & teſtes recipi refert. aut eſt abſens per cõtumaciam &
tunc recipiuntur teſtes: vt. ĵ. eo. qñ. §. porro. Aut non eſt ab-
ſens per contumaciam: & tunc aut agitur de matrimonio con-
trahendo, & tunc dic vt. ĵ. de ſponſa. c. de illis. ĵ. ſm Hoſt. hic.
Aut de iam contracto, & tunc aut eſt abſens ex neceſsitate, aut
ex ſola voluntate. Si ex neceſsitate: vt quia captus eſt, vel infir-
mus, vel alio iuſto impedimẽto detentus: & tunc aut ſperatur
de proximo ipſius reditus, & tunc non proceditur cõtra ipſum
lite non conteſt. ad teſtium receptionem: vt. ĵ. eo. qñ. §. ſi ve-
4 ro. verſ. ſi autem in princ. † Aut non ſperatur, imò deſperatur
de ipſius reditu, vt quia venire non audet ꝓpter homicidium
quod cõmiſit: & tunc poſſunt recipi teſtes. & ſic loquitur. ĵ. qui
matri. accu. poſ. cap. 2. Si eſt abſens ex ſola voluntate: tunc aut
voluntas eſt malitioſa, & tunc poteſt procedi contra ipſum: vt
in d. verſ. ſi autem. a contrario ſenſu ibi. Aut etiam propria ſed
non malitioſa & in. §. porro. ibi: ſiue qa malitioſe &c. Aut vo-
luntas non eſt malitioſa, & tunc aut de facili vel in breui citari
non poteſt: & tunc non proceditur contra ipſum: vt d. verſi. ſi
autem, ibi vt de facili &c. Aut poteſt citari de facili & in breui
& tunc citandus eſt & requirẽdus eſt legitime antequã contra
ipſum procedatur: vt. ĵ. eod. accedens. 2. in fin. Sed ſi legitime
5 † citatus & requiſitus nõ venerit nec aliquis defendat eũ pro-
ceditur contra ipſum. ſic intellige. ĵ. qui filij ſint legi. per latum.
& facit. ĵ. de ſponſa. c. in præſentia. vbi de hoc tangam. & c. de il-
lis. & de ſecun. nupt. c. dñs. ſm Hoſt. qui pro maiori parte ita
notat in ſumma. eo. titu. §. 1. ſub. §. tñ de hac materia. & Aſten.
poſt eum lib. 8. titu. de accuſa. matrimo. propter conſang. art. 3.
verſi. ad huius autẽ. Et de matrimonio ſpirituali vide per eum
ibi in ſub. §. ſeq. & per Ber. & Abb. ĵ. eo. qñ in. §. ſi vero. Et quot
ſunt ſpecialia in matrimonio no. hic Ber. in gl. no. q & plenius
Hoſt. & plenißimè Io. An. de hoc etiã per Hoſt. ĵ. qui matr. ac-
cu. poſ. vñ ſuper verbo fauorabilis. & in Spe. de peti. & poſ. §. fi.
¶ Super glo. fin. Si quæras vtrum factum procuratoris noceat
dño, diſtingue. Aut quæris, vtrum factum procuratoris noceat
dño in criminalibus, vel delictis: & de hoc diſtingue: vt dicam
. ĵ. de excep. cum venerabilis. Aut in contractibus vel quaſi: &
tunc refert. Aut quæris de procuratore ſpeciali aut de procu-
ratore generali. Si de pcuratore ſpeciali, tunc aut quæris vtrũ
præiudicat dño contrahendo vel quaſi: aut in iudiciũ ſubeun-
6 do. In primo † caſu factum ipſius regulariter dño præiudicat
in his quæ ſibi cõmiſſa ſunt, & in quibus poteſtatem habet. ff.
de tribu. l. pcurator. & C. de eroga. mili. anno. l. in executione.
lib. 12. Circa tñ iſtum articulum diſtinguam plenius. ĵ. de fide-
iuſſo. c. q quibuſdam. In ſecundo caſu diſtingue, aut procura-
tor peccat negligendo in his, quæ ſibi ſunt cõmiſſa, & talis ne-
gligentia dño præiudicat. vt 2. q. 6. biduum. verſi. ſi aduerſus. ĵ.
de in integr. reſti. c. cum veniſſent. & ĵ. de appel. c. ſæpe contin-
7 git. in prin. Aut peccat † delinquendo, vel quaſi ſeu dolum, vel
contumaciam cõmittendo. Et tunc aut quæris vtrum præiu-
dicat dño ante litem conteſtatam, aut poſt. Si ante tunc refert.
Aut quæris vtrum factum ipſius præiudicet dño ignoranti. &
tunc aut quæris vtrum factũ procuratoris præiudicet dño quo
ad hoc vt poſsit, & debeat excõicari, vel ſuſpendi vel interdici,
vel etiam mulctari. & dic q non vt. ff. ſi quis ius dicen. non ob-
temp. l. vnica. §. ſi procurator. ff. quod quiſq; iur. l. 3 § 1. & ff. ad
l. Aquil. l. proinde. §. 1. & ff. de procur. l. ignorantis. ff. de except.
dot. l. ſi procurator egit. t. reſponſo. & in auth. de eccle. titu. §. ſi
quis in ſua. colla. 9. Aut quantum ad hoc, vt in expenſis poſsit
condemnari vel in poſſeſsionem cauſæ rei ſeruandæ, vel in ve-
ram poſſeſsionem mitti. Et dic ſm Inno. & Abb. hic quòd ſic.
Idem Spec. tit. de j. & 2. decre. §. 1. verſi. quid ſi reus agit per ꝓ-
curatorem. pro quibus facit. ff. de procur. l. ſed & hę perſonę. in
fin. cum l. ſeq C. de digni. l. quoties. lib. 12. & ĵ. de dolo & con-
8 tuma. c. cauſam quæ. Aut quæris † vtrũ præiudicat dño ſcienti,
& tunc aut dño ſcienti, & ratificanti tacite vel expreſſe factum
procuratoris non purganti cum poteſt ipſum factũ purgare, &
dic quod ſic vt hic in fin. & ſ. de off. deleg. cum olim abbas. in
fi. quia paria ſunt ſcire ab initio contumaciam procuratoris ſui
& ignorare ab initio, ſed cum ſciuerit non purgare vt ibi. & C.
de inceſtis nupt. l. qui contra. Aut dño ſcienti non tñ ratifican-
ti tacite, vel expreſſe, ſed cum poteſt factum ipſius procurato-
ris purganti, & dic q non vt hic a cõtrario ſenſu. & in d. c. cum
olim Abb. in fin. Si poſt litis cõteſtationem tunc dño præiudi-
cat excipitur contra dñm de dolo ſuo, ipſe tñ procurator domi
no tenetur & ſi non ſit ſoluendo reſtituitur dño actio: vt. ff. de
dolo. l. eleganter. §. pen. & ff. de eo per quem factum eſt. l. ſi. ſm
Hoſt. hic. quod vltimum credo verum, ſcilicet, quod dño præ-
iudicat in his, & quantum ad ea, quæ reſpiciunt præiudicium
cauſæ, vt eſt ſententia lata contra eum dño præiudicet, & quod
propter cõtumaciam ipſius dñs condemnetur in expenſis ſm
Innoc. hic: non autem alias. vnde ſi procurator ſit contumax
vel aliquid malitioſe agat tunc ipſe procurator de dolo ſuo pu-
nitur: vt

nitur: vt.ff.ſi quis ius dicen.'non obtem.l.1.§.ſi procurator. & hoc not. Innoc.hic. &.j.de appel. c.ſæpe.in 2.glo. Si quæras de
9 †procuratore generali omnium rerum: tunc dic,quod factum tali dño præiudicat: vt.ff.de except. doli.l.apud Celſum.§.quæſitum.& ſic intellige.ff.de tributo.l.procurator.&.ff.de inſtito.l.cuicunq;.§.fin. Quod intelligo verum in his,in quibus ſua poteſtas ſe extendit: non in alijs,quæ requirunt mãdatum ſpeciale, de quibus per Io.Andr.j.de procura.qui ad agendum.lib.6. Sed nec propter factum,ſeu negligentiam ipſius dñs,debet excommunicari ſuſpendi,vel interdici,niſi prout.ſ.dictum eſt in procuratore ſpeciali. Et iſtam diſtinctionem, quaſi pro maiori parte ponit Hoſt.hic & in ſumma ſua de dolo ſob rubr. de contumacia.§.qualiter.verſi. ſed nunquid contumacia. & de con-
10 feſsio.§.1.ibi: vel melius &c.Et dic,quod procurator † contomax propter ſuam contumaciam poteſt excõmunicari.arg.ff. ſi quis ius dic.nõ obſtat.l.vnica.§.ſi procurator. Quod eſt verum in caſu, vbi dñs cauit pro eo præſente, vel ſciente, & non contradicente apud acta: nam tunc cogitur defendere:nec ſufficit ſtipulationem committi.ff.de procur.l. filiusfamilias.§.fi. & l.ſi defunctus.§.1. Vbi vero ipſe procurator pro ſe cauit,vel dominus,pro eo abſente non excommunicatur,'ſed ſufficit ſtipulationem committi ob rem oon defenſam, vt eo.titu.l.non cogendum.§.1.ſm Ioan. Vinc. Philip.& Ioan.Andr.hic. Idem
11 not.Spec.titu.de procura.§.vt autem. in fin. Et vtrum † minor ſciens tutoris contumaciam & eam nõ purgans poſsit excommunicari. Hoſt.hic dicit quòd ſi eſt talis cauſa in qua ſentiatur maior,tunc poteſt & debet excõmunicari: vt.j.de reſtitutione ſpoliato. ex parte. Si vero nõ ſit talis cauſa & ſit adultus tenebit talis ſententia licet ferri non debeat: vt.ff. de bo. autho. iu.poſſ. l. ſi minor. Si vero ſit impubes, nec eſt doli capax tunc nec ſenteutia excommunicationis ferri debet, nec lata tenet: vt.C.de ſal.mone.l.1.&.ff.de in ius vocan.l. quicunque. ſecundum Spec.& credo quòd bene.& vide qnod ipſe no. tit. de ſen. execu.§.ſequitur videre. verſi. quid ſi procurator.

1 *Notorium a quo, an non, releuet.*
2 *C.accedens. ſenſus.*
3 *Suffraganeus in cauſa metropolitani recuſabilis.*
4 *Ordinarius quando non recuſandus.*

Accedens.j. ¶In j.gl.in fine, hanc glo. approbant Vinc. & Hoſt.hic.& Arch. 2.q.7.quoties epiſcopi. gloſ. penul.vbi de hoc.
¶Hanc tamen opinionẽ non aſſero eſſe veram:quia proceſſus iudicis non debet impediri ex quo. nihil proponitur cõtra ipſum: & ideo, licet cauſa recuſationis ſit notoria, & releuet † a probando ſeu ab onere probandi non tamen, a propo-
1 nendo, ſeu ab onere proponendi, vel excipiendi. argum.j. de accuſa. euidentia.ſ.de elec.bonæ.1.§.licet autem: vt not. Ioan. Andr.& Gente. extra de appel.c.appellanti. ſuper verbo cauſas alias. & ſuper verbo nec proceſſus. in clemen. quorum opinio videtur verior de iure.& iſtam opinio. videtur tenere Archi. 2.q.6.non ita glo.antepen.dicens quòd hic ſuffraganei iſti fuerunt recuſati a plebano: & quia nõ admittebant recuſationem appellauit, vt hic Innoc. ſuper verbo appellauit. & Guil. Nazo dixerunt, quòd cauſæ hic expreſſe fuerunt in appellatione. & vide quod notat Guil. in dicto cap. cordi. ſuper verbo cauſam, vbi dicit primum dictum procedere cum appellatur ad alium, quam ad Papam, ſed quando appellatur ad Papam ſecus vt ibi:
2 quod non placet Ioan. Andr. ibi in nouella, † nam & hæc decre.loquitur de appellatione interiecta ad Papam. & vide quod dicam.j. de appella. conſtitutis. diſtin. 2. vbi terminatur quod notat Ber. infra in glo. quare dicit.
¶Si quæras vtrum ſuffraganeus qui eſt iudex in cauſa metropolitani poſsit per aduerſarium recuſari, vt ſuſpectus, diſtin-
3 gue, aut ſuffraganeus † eſt iudex delegatus in cauſa ſui metropolitani: & tunc poteſt recuſari per aduerſarium reum vt hic. & 16.q.2.viſis.ſ.de foro compet. cap.1. Aut eſt iudex ordina-
4 rius ipſius † metropolitani, vt quia metropolitanus conquæritur de ſubdito ſuffraganei ſui coram ipſo ſuffraganeo ſuo, & tunc nõ poterit per ipſum ſubditum ſuffraganei recuſari: quia actor ſequitur forum rei. C. de iuriſdictio. omnium iudicum. l.iuris ordine.9.quæſtio.1. experientiæ. ſuprà de foro compet. ad hæc. & c.fin. ſecundum Spec. qui hoc notat titu. 1.§.ſupereſt videre. verſic. quid ſi conquæror.

1 *Contumax non, niſi ceſſantibus alijs remedijs, excõmunicandus.*
2 *Miſſio in poſſeſ. quando non teneat.*
3 *Miſſionem paſſus ad quid cogendus.*

Væ fraternitatis. ¶Si quæras vtrũ contra cõtumacem pro-
1 cedi debeat ad excõicationem, diſtingue, aut † eſt locus alij remedio, puta, miſsioni in poſſeſsionem, quam ipſe contumax tantum, vel plus timeret, quam excommunicationẽ:& tunc nõ proceditur ad excõicationem, vt hic. Et eſt ratio: quia excõicatio eſt odioſa ſicut & actio de dolo.ff. de dolo.l.3.& 4. Aut non eſt locus alij remedio: vt quia non timet tantum miſsionem quãtum excõicationem & tunc, exigente contumacia ipſius, proceditur ad vtrunq; & ad excommunicationem & ad miſsionem: vt.j.eo. quoniam. in fin. ſm Goff.hic. idem Hoſt.in hoc vltimo. Idem Arch.qui ita diſtinguit.2.q.6.§.ſunt enim quorum.glo.adde & not. quod contra contumacem &c. Et idem not. Spec.titu.de contumacia.§. ſequi-
2 tur videre. verſi.cæterum. Et nota † quod miſsio in poſſeſsionem non citato reo legitime & præcedente ſummaria cognitione non tenet. arg.2.q.6.§.ſunt enim quorum.ff.de re iudic. l.ſi cum nulla. quod dic vt not.Spec.rubr. de primo decreto.§. iam de effectu.verſi.ſed quid ſi iudex. Et hęc ſummaria cognitio præcedet,etiam qñ agitur actione reali: vt not. Specu.rubr. de primo decreto.§.1. verſic. ſed nunquid præcedet &c. Item
3 dicit, quod† paſſus miſsionem in poſſeſsionẽ cauſa rei ſeruandę poteſt compelli infra annum, vt ipſam poſſeſsionẽ recuperet,& ſic poſtea in cauſa procedat, vt notat plene Archid.2.q.6. ſunt quorum. in d.gl. Adde & nota, quod cõtra contumacem.

1 *Conterraneus quando, an non, recuſandus.2.& 3.*
4 *Iurans redire in carcerem an teneatur.*

Accedens. ij. ¶Si quæras vtrũ compatriota impetratus per aliũ cõpatriotam in iudicem poſsit recuſari, vt ſuſpectus, diſtin-
1 gue, aut † ipſum impetrat contra alium compatriotam: & tunc nõ poteſt recuſari, vt ſuſpectus: quia par affectionis cauſa, &c.ff.de ritu nupt.l. non ſolum.§.de vno. Aut ipſum
2 †impetrat contra extraneum.& tunc aut ipſum impetrat contra extraneũ. & in terra extranea: & tũc eſt cauſa ſufficiẽs recuſationis: nam tales cõſueuerunt ſe ſicut fratres diligere.arg.3.q.5.quia ſuſpecti.ff.pro ſocio.l.verum.&.ff.de hære.inſtituen.l.nemo dubitat.§.qui frater, quia tales affectiones cõſueuerunt veritatem impedire.11.q.3.quatuor modis.3.q.5.accuſatores.ſm Hoſt.hic. & idem Spec.tit.1.§.ſupereſt. vide circa princ.verſi. item ſi ſit
3 de terra. Aut † ipſum impetrat cõtra extraneum in terra non extranea, ſed in ſua patria & tunc non eſſet ſufficiens cauſa recuſationis per ſe,ſed quæ nõ profunt ſingula,multa iuuant ſm Bernar.in glo. vbi quis. ¶Item nota quod ſi Pariſienſis impetret Pariſijs ad cognoſcendum Pariſijs contra alienigenã iuſta eſſet cauſa recuſationis,vt not. Hoſt.in ſumma titu. de officio delegati.§.quæ ſunt iuſtæ cauſæ. verſic.8. & adde quod dixi.ſ. de officio delegati. ca. cum R.canonicus. ¶Hæc decreta. ibi:
4 ſine mortis periculo &c. eſt in argumen. † quod ſi captiuus ad pœnam vel mortis periculum relaxatur iuramento ſuo de redeundo ad carcerem certa die,quod redire non tenetur. Circa quod diſtingue. aut mors erat iniurioſa,& tunc redire non tenetur vt hic. Aut nõ erat iniurioſa ſed iuſta: & tunc redire tenetur. Pro hoc.22.q.4.§.illicitum.verſic.quicquid. & extra de re iudica. c.paſtoralis.§. notorium. in cle. vbi hoc tenent Ioan. Andr.Guil.de Monte Lau.& Gen.ſuper verbo,violentiam.

1 *Abſens cupidus non expectandus.*
2 *Abſens ob lucrum quandiu expectandus.*
3 *Abſentiam pro repub. impedimento commutari.*
4 *Abſens ob maiorem vtilitatem quandiu expectetur.*
5 *Abſens ob neceſſitatem, ea durante, expectandus.*
6 *Religionem intrans quandiu expectari debeat.*
7 *C. quoniam freq. explicari.*
8 *Eccleſiam deſerens non expectandus.*
9 *Abſens quomodo & quando ſuo iure priuandus.*

Quoniam frequenter.§.ſi vero.
Quando clericus ſe abſentat ab eccleſia ſua ſeu a beneficio ſuo. ſi quæras quanto tẽpore debeat expectari, diſtingue. Aut clericus abſentat ſe ab eccleſia cauſa cupiditatis: aut cauſa lucri,aut cauſa reipublicę, aut cauſa priuilegij ſibi conceſsi, aut cauſa maioris vtilitatis,aut cauſa neceſsitatis,aut cauſa humilitatis,aut cauſa voluntatis,vel voluptatis aut cauſa probabilita-
1 tis,vel honeſtatis. Si cauſa cupiditatis,vt † quia ſine licentia ſuperioris eam dimittit & aliam accipit: tũc debet carere habita, & ambita:

& ambitu: vt 7.q.1.ſi quis epiſcopus. &.s. de tranſla. epiſco. c.
quanto. & ſic expectabitur nullo t̄pe ſicut eſt in proximi. ĩ. ca-
nonibus diffinitum: niſi prima eccleſia ipſum reuocare velit:
2 vt 7.q.1. non oportet. & 18.q.2. abbates. Si † cauſa lucri, puta
negotiationis, tunc eo caſu, vt in ſuperiori caſu. Si tñ placet ec-
cleſiæ, quod reuocetur, citandus eſt arbitrarie ſm Hoſtien. in
ſumma titu. de cleri. non reſid. §. vlti. & ita intelligit, quod per
vnam horam ſolam expectetur: vt 92. diſt. ca. vlti. vel per duos
menſes: vt 7.q.1. præſentium, vel per tres ſeptimanas. 7.q.1. ſi
quis in clero. vel per quinq; menſes, vt diſt. c. quoniam. vel per
tres menſes: vt 25. diſt. qm̃ quidem, vel per quinq; annos, vel
per decem vel per quatuor. j. de cleri. non reſi. c. 2. c. qualiter. &
c. ex parte. Si † cauſa reipublicæ puta, quia eſt in ſeruitio epiſco
3 pi, vel Papæ, tunc excuſatur, quandiu tali ſeruitio inſiſtit, iuxta
ea quæ leguntur, & notantur. j. de cleri. non reſi. c. de cætero. &
c. cum dilectus. & c. ad audientiam. Si cauſa priuilegij ſibi con-
ceſſi: tunc excuſatur, niſi ex cauſa priuilegiũ reuocetur, quan-
diu priuilegium illud durat: vt not. Ber. hic. Si cauſa † maioris
4 vtilitatis, vt quia de licentia ſuperioris dimittit eam, & ꝓmo-
uetur ad aliam, vt ibi maiorem fructum faciat. j. de rer. permu.
c. quæſitũ. tunc expectabitur ſicut eſt in canonibus diffinitum.
ſcilicet, quos habes. s. de elect. cum in cunctis. §. cum vero. &
21.q.2. ſi quis iam tranſlatus. hoc eſt donec habeat pacificam
poſſeſsionem bonorum ſecũdæ eccleſiæ: & lapſum ſit tempus
5 de cõſecrandis ep̃is vt ibi. Si abſentat † ſe ex cauſa neceſsitatis
puta hoſtilitatis vel infirmitatis: quia aer eſt infirmus, & peſti-
fer. argu. 74. diſt. c. quorundam. s. de renun. ad ſupplicationem,
tunc debet expectari, donec ceſſet hoſtilitas: vt 7.q.1. paſtora-
lis, ſaluis his quæ notantur. s. de renunt. poſt tranſlationem, vel
donec ceſſet infirmitas. 7.q.1. præſentiũ. & ſi infirmitas ſit per-
petua, dabitur coadiutor: vt. j. de cleri. ęgro. c. pen. & vlti. Si ex
cauſa humilitatis: vt quia intrat religionem: tunc refert, aut in-
6 trat † propter crimen, & tunc non reſurget amplius, nec expe-
ctabitur poſt ingreſſum: vt 7.q.1. nequaquam, niſi ſm quod di-
ſtinguitur. s. de renunt. c. poſt tranſlationem. §. quanquam. Aut
intrauit ex alia cauſa: & tunc expectabitur per annum. j. de re-
gula. ſtatuimus & eod. titu. c. beneficium. lib. 6. Si abſentat ſe ex
cauſa voluntaria. tunc refert. Aut abſentat ſe negligenter ſeu
cauſa negligentiæ: puta quia nõ offert ſe cõſecrationi infra ſex
menſes: & tunc tene, quod diffinitũ eſt. s. de tranſla. inter cor-
7 poralia. §. ſed neq;. & c. diſt. c. 1. & † tunc reuolue literam, vt hęc
litera electione maxime confirmata, vltimo legatur poſt verbũ
diffinitum: & eſt vna de expoſitionibus Innoc. hic. Si abſentat
8 ſe ex cauſa voluntatis, ſeu voluptatis tunc refert: quia † aut ha-
bet eccleſiam pro derelicta: vt quia factus eſt miles, vel duxit
vxorem. his enim caſibus fingitur hr̃e eccleſiam pro derelicta:
vt no. j. de cler. non reſi. c. fin. vel alias vitã aſſumit primę con-
trariam. C. de mune. patri. l. profeſsio. lib. 10. quo caſu amplius
non expectatur: vt. j. de cleri. coniug. diuerſis fallacijs. Aut non
habet eccleſiam pro derelicta, & tũc dic idem quod in caſu ſe-
quenti. Si ex cauſa ꝓbabilitatis, puta ſtudij. ff. ex qui. cau. maio.
l. necnon. s. de off. deleg. conſultationibus vel honeſtatis puta
peregrinationis, quam non debet facere ſine licentia prælati. de
conſecra. diſt. 5. nõ oportet, tunc expectatur, prout traditur. j.
de cleri. non reſi. ex tuæ. & ſic intelligitur glo. quæ hic tractat
de expectatione. Illi caſus pro parte ponuntur in ſumma Goſ.
titu. de cleri. non reſi. Attendens igitur Inno. ꝙ tanta varietas
eſſe poterat. reſpõdit ita in genere ſicut eſt in ſacris canonibus
diffinitum. Iſtam diſtinctionem pro parte ponit Abbas hic, &
plenius Hoſt. in ſumma tit. de cler. non reſi. §. vlti. cui iunge di-
ſtinctionem Ber. hic in gl. de hac abſentia: & tunc habebis ma-
teriam perfectam. Sed Hoſt. dicit hic, ꝙ ideo diuerſa tempora
per canones ſtatuuntur, vt denotent hoc tempus eſſe arbitra-
rium, ſed præcedens diſtinctio probabilior eſt, & clariorẽ tra-
9 dit doctrinam. Et nota quòd ſemper † debet quis moneri ante
quam priuetur, qualitercunq; ſit abſens, vt no. Ber. & Hoſt. hic.
& j. de cler. non reſi. c. 2. & c. ex parte. j. & c. qualiter. quod ve-
rum, niſi licentiatus fuiſſet ad certum t̃ps. Quo caſu ſi vltra il-
lud t̃ps abfuerit, priuari debet, niſi iuſtam cauſam habeat. 7.q.1.
præſentium. & ſic dies interpellet. j. de locato. potuit. ſm Goſ.
Cuius dictum ꝓcederet, ſi in datione licentiæ monitus fuiſſet
redire in termino ſm Io. Andr. hic. & in d. c. ex parte. j. per iſta
iura determinat Bart. Brix. q. dñicalem, quæ incipit cũ quidam
clericus: de clerico, qui dum a ſuo ep̃o ad ordines inuitaret ex-
cuſauit ſe per ignorantiã, qui abſq; licẽtia ſui ep̃i ad ſcholas ꝓ-
ficiſcens morã ibi fecit, & ꝓfecit: poſtea reuerſus inuenit eccle
ſiam ſuã ab alio occupatã, cui ep̃s eã ꝯtulerat ſoluẽs, ꝙ eã repe-
tere põt cũ an̄ priuationẽ & collationẽ fuerit vocãd᷑ ꝑ p̃miſſa.

1 *Teſtes rei, non actoris, lit. non conteſta. recipi poſſe.*
2 *Teſtes in notorijs non recipiendi.*
3 *Teſtes in emergentibus ante lit. conteſt. admitti.*
4 *Teſtes criminis non niſi lit. conteſta. recipiendi.*
5 *Teſtes in ſpiritalibus an lit. conteſta. admiſſibiles.*
6 *Lite non conteſta. quando, an non, in abſentem procedatur.*

§. Sunt & alij. ¶ Si quæras, vtrum, & qñ teſtes poſ-
ſint recipi, lite non conteſtata, & quan
do non, diſtingue. Aut nondũ eſt cauſa inchoata. Aut eſt ven-
1 tum ad iudicium & cauſa inchoata. In † primo caſu, aut quæ-
ris vtrũ poſſunt teſtes recipi ex parte rei: & tunc dic, quod ſic,
prout legitur & not. j. de teſti. ſignificauit. Aut quæris, vtrum
poſsint recipi ex parte actoris: & tunc dic, quod nõ niſi timea-
tur veriſimiliter de eorũ morte, vel abſentia diuturna. vt. s. eo.
c. in princ. In ſecundo caſu, ſcilicet, qñ ventum eſt ad iudiciũ,
& cauſa inchoata refert, aut factum eſt notorium: aut non eſt
2 notorium. Si ſit † notorium nõ recipiuntur aliqui teſtes. 2.q.1.
de manifeſta. j. de accuſ. euidentia. j. de teſti. cogen. ca. 3. quia in
notorijs nullę ſunt partes iudicis, niſi ad citationem & ſñiam.
vt. j. de iureiur. ad noſtram. 3. Si vero non eſt notorium ſubdi-
3 ſtingue. Ad cuius euidentiam ſcire debes, quod † quædã ſunt
quæ emergunt expedienda ante litem conteſtatam, vt exce-
ptiones declinatorię. vt. C. de except. l. pen. & vlt. s. de off. dele.
ſuſpitionis. j. de appel. c. cum ſpeciali. §. cum vero. & eo. titu. c.
legitima. lib. 6. & quæſtiones ſeu exceptiones præiudiciales co-
gnitioni negotij principalis. vt. C. de ord. iud. l. 1. de ord. cogni.
l. 1. & 2. j. de ordi. cogni. c. cum dilectus. §. nos igitur. verſi. ſed
quoniam. & c. pen. & vlti. de excep. c. exceptionem. & c. pia. de
reſtit. ſpolia. c. frequens. lib. 6. & in iſtis indiſtinctè recipiuntur
teſtes ante litis conteſta. vt in iuribus allegatis. Quædam ſunt,
quæ de ſui natura habent expediri poſt litis conteſtationem, vt
eſt negotium principalis intentionis ex parte actoris & exce-
ptiones dilatorię vel peremptorię ex parte rei. C. de ꝓba. l. ex-
ceptionem. C. ſent. reſcin. non poſ. l. peremptorias. 3.q.6. §. ex-
ceptionem. s. de elec. c. dudum. 2. in. §. licet autem. & §. ſeq. j. de
teſti. c. de teſtibus in fi. de præſcr. c. auditis. de fid. inſtru. c. cum
Ioannes heremita. & tunc refert. Aut eſt cauſa criminalis, aut
ciuilis, aut ſpiritualis. Si criminalis: tunc aut agit de crimine
4 criminaliter aut ciuiliter. Si † criminaliter tunc nõ recipiuntur
teſtes lite non conteſtata, vt hic a contrario ſenſu. &. s. eo. c. in
princ. vbi dicitur cum ciuiliter eſt agendũ vbi hoc tenent Ber.
Inno. & Hoſt. & pro hoc. s. de iud. c. 1. Si ciuiliter: puta cum in-
quiritur de criminib᷒ aliquibus, ſeu de exceſsibus alicuius reci
piuntur teſtes lite non conteſtata, vt hic. &. j. de accuſa. c. qua-
liter & quan. 2. §. debet. de ſimo. licet Hely. ſm Abb. Circa tñ
iſtud membrum diſtingue, vt dicam in d. c. qualiter & quãdo
5 ſecundo. &. j. de dolo & contu. veritatis. Si cauſa † eſt ſpiritua-
lis tunc refert: aut mora eſt periculum allatura. Aut agitur de
fędere matrimonij ſpiritualis vel carnalis, & tunc recipiuntur
teſtes lite non conteſtata: vt quia eſt cauſa electionis, vel matri
monialis, vt. s. eo. §. porro. & §. ſeq. ſm Abbatem. Quod verũ,
qñ vtraque pars eſt præſens, vel altera abſens eſt per contuma-
ciam, quod dic hodie, vt legitur & nota. extra de iudic. diſpen-
dioſam. & de verb. ſignifi. ſæpe. in clem. licet olim nõ tenuerit
proceſſus, partibus præſentibus lite non conteſt. s. de elec. du-
dum ſm. in. §. licet autem. &. s. eo. §. porro. & c. proxi. Quando
vero eſt abſens non tñ per contumaciam, tunc quando poteſt
agi poſſunt etiam teſtes recipi, lite non conteſtata, vt in iuribus
6 alleg. diſpendioſam. ſæpe cõtingit. ¶ Sed ſi quæras, per † quan-
tum tempus abſens expectari debeat antequam agatur, tunc ſi
agitur de matrimonio carnali, dic vt dixi. s. eo. cap. 1. ſi de ſpiri-
tuali refert, quia aut agitur ſuper electione alicuius electi non
confirmati & tunc habet locum. j. eo. §. ſi vero aliter. Aut agi-
tur ſuper electione alicuius electi & confirmati, & tunc habet
locum. j. eo. §. quod ſi forſan. Aut non agitur de fędere matri-
monij, ſed de alio caſu: puta adulterio, vel huiuſmodi, & tunc
non eſt procedendum lite non cõteſt. vt. s. eo. c. 1. & adde quod
ibi dixi. Si mora non ſit periculum allatura, puta quia agitur de
decimis, vel de iurepatronatus, vel petitur eccleſia, vt ſubiecta
tunc non procedetur lite non conteſt. s. eod. accedens primum
nec recipiunt teſtes niſi in caſu vbi de morte, vel diuturna ab-
ſentia timeretur. vt. s. eo. ca. 1. reſponſo. Si ſit cauſa ciuilis ſub-
diſtingue, aut eſt caſus, in quo poteſt procedi lite nõ conteſta-
ta, qui caſus enumerantur per Ber. Inno. & Hoſt. s. eo. ca. 1. re-
ſponſo. & tunc procedetur & teſtes recipientur, lite non conte
ſtata. Aut eſt caſus, in quo regulariter non poteſt procedi lite
non cõteſtata, & tunc refert. Aut actor eſt abſens & reus præ-
ſens &

ſens & tunc recipiuntur teſtes lite non conteſtata . vt.C. quo-
modo & quando iudex. aut.qui ſemel.j.de dolo & contum. c.
cauſam quę. Si actor eſt pręſens, & reus eſt abſens: tunc aut du
bitatur,ſeu timetur de morte teſtium, vel abſentia diuturna &
tunc recipiuntur teſtes lite non conteſtata. vt.ſ.eo.j.reſponſo.
Ita poteſt intelligi.C.de teſt.in auth.ſed & ſi quis. & conſigna-
tur ita,quod non publicantur,niſi facta litis conteſtatione.arg.
a contrario ſenſu eius quod proximo dictum eſt ſm Abb. qui
ita diſtinguit hic pro maiori parte . Hodie vero regulariter in
cauſis ſpiritualibus puta beneficialibus matrimonialibus deci-
marum , & vſurarũ & ipſis tangentibus indiſtinctè poteſt pro-
cedi lite non conteſtata ad receptionem teſtium , & alias quod
dic vt extra de iudic. diſpendioſam. & de verbor.ſignific. ſæpe
contingit.in cle.& adde quod dicam infra,de teſti.ſignificauit.
¶ Si quæras vtrum in cauſa inquiſitionis poſsit ꝓcedi lite non
conteſtata, dic (ſi placet) vt dicam.j.de accu. qualiter & quan-
do.2.& de do. & contuma.c.veritatis.

1 *Iudiciorum tempora .*
2 *Poſſeſſionem bo. contumacis anno quæri .*
3 *Miſſus lite conteſta. fit verus dominus. & 4.*
5 *Poſſeſſio lite non conteſta. recuperabilis .*
6 *Poſſeſſio poſt definitiuam quando, an non, recuperabilis .*
7 *Contumax quando , an non, rem recuperet .*
8 *Fugæ ſuſpectus qui coercendus .*

§. In alijs.

¶ Si quæras , vtrum miſſus in poſſeſsionem
bonorum efficiatur verus poſſeſſor, & vtrum
reus poſtea comparens admittatur, & debeat ſibi fieri reſtitu-
tio bonorum, diſtingue. Et primo ſciendum eſt, quod in iudi-
1 cio † ſunt tria tempora : nam eſt tempus ante litis conteſtatio-
nem, vel quaſi : & eſt tempus poſt litis cõteſtationem vel quaſi
& ante diffinitiuã ſententiam. & eſt tempus poſt diffinitiuam
ſentẽtiam. Diſtingue ergo, aut actor mittitur in poſſeſsionem
2 ante litis conteſtationem, vel quaſi. aut poſt.Si ante † poſſeſsio
ſibi acquiritur, tamen, ſi reus redierit intra annũ audiendus eſt
de poſſeſsione, & recuperabit poſſeſsionẽ.ſi perſeueret in con-
tumacia per annum, non auditur vlterius de poſſeſsione, ſed de
proprietate audiendus eſt. vt. C.de præſcri.30. vel 40.anno.l.ſi
quis emptionis.§ pen.& vlt.& hic.&.ſ. de offi.ord. paſtoralis.
in fin. Vnde etiam infra annum actor efficitur verus poſſeſſor
licet commutabiliter ſm Io.Mar.& Azo. in l.alleg.ſi quis em-
ptionis.§.pen.& Guil.in Spec.titu.de primo decreto.§.de effe-
ctu.ver. ſi vero.§. iam de effectu. ver. ſi verò agatur de reali. &
de dolo & contum.§.vnico.ver. ſed nos dicimus. Idem tenent
Goſ.& Roſ.ſed Tan.Bul.Ia.& Hu Ber. & Ho. & quaſi omnes
Canoniſtæ contradicentes, ꝙ infra annum non efficitur verus
3 poſſeſſor . Aut actor † mittitur in poſſeſsionem poſt litis con-
teſtationem, vel quaſi, & tunc ſtatim efficitur verus poſſeſſor:
nec reus audietur de poſſeſsione, etiam ſi milleſies vellet cane-
re, ſed bene de ꝓprietate audiendus eſt.C. vbi in rem actio.l.2.
C.quomodo & qñ iudex l.conſentaneum &.j.§.proxi. quę iu-
ra glo.& doc. extendunt etiam ad res mobiles : licet hoc nullo
iure expreſſe caueatur, ſed tñ, quia æquitas iſtã opinionem iu-
4 uat, tenenda eſt. Aut mittitur † in poſſeſsionem poſt litis con-
teſta.& poſt diffinitiuã ſñiam : vt quia iudex exequendo ſuam
ſñiam mittit actorem in poſſeſsionẽ, & tunc perpetuo non au-
dietur reus, nec in proprietate, nec in poſſeſsiune. vt.C. de iud.
properãdum.§.ſinautem reus. quia ſtandum eſt ſñiæ, a qua non
eſt appellatum vt ibi.&.C. de re iudi.l.1. Et in iſta diſt. concor.
Iam.& Cyn.C.de iud.l.properandum.& Cy.C.vbi in rem ac.
l.2.quã diſt.intellige fore veram, qñ agitur actione reali.Si vero
agatur actione perſonali tũc diſtingue vt prius. Aut actor mit-
titur in poſſeſsionem ante litem cõteſtatam, vel quaſi. aut poſt
litem conteſtatam. Aut poſt ſñiam diffinitiuã . In primis duo-
5 bus † caſibus actor nõ efficitur verus poſſeſſor: imò reus quan
docunq; reſtitutis expenſis, & pręſtita cautione iudicio ſiſti ſi-
ue infra annum, ſiue poſt annum veniens poſſeſsionem ſuã re-
cuperabit. vt legi.& no.j.eo.§.fin. quod intellige, vt dicam ibi
poſt Ioan. Andr.pro hoc.ff.ex qui.cau.in poſ. ea.l.hæc autem.§.
fin.&.C.de bo.auc.iud.poſ.ant.& qui iurat. In tertio vero caſu
dic ꝙ non audietur reus ſicut dictum eſt in actione reali. Circa
tñ iſtud membrum.ſ.ꝙ poſt diffinitiuam quis mittitur in poſ-
ſeſsionẽ, ſiue in reali, ſiue in perſonali poteſt diſtingui, aut actor
miſſus eſt in poſſeſsionem rei petitę:& tunc reus non audietur
6 vt eſt dictum. Aut in † poſſeſsione aliorum bonorũ rei, vt quia
non reperitur equus petitus:& actor mittitur in poſſeſsionem
æſtimationis equi petiti : vel actor petit centum actione per-
ſonali, & mittitur in poſſeſsione pro quantitate debiti:& tunc,
ſi reus vellet ſoluere actori qđ debet recuperaret bona ſua niſi
iam a iudice eſſent data actori inſolutũ vel diſtracta, & de pre-
tio ei ſatisfactum.vt.ff.de re iudic.l.a diuo Pio.& C.de iure do.
impe.l.fin.ſm Lamb.in d.l.properandum.§. ſinautem reus. Et
vide quod not.Spec.in d.§.iam de effectu.ver.ſed pone ꝙ miſ-
ſus. & quod not. Hoſt.in ſum. eo.tit. ver. ſic nota quatuor ca-
ſus & c. vbi dicit nota quatuor caſus. Primus eſt, quãdo lis nul-
7 lo modo eſt conteſtata, vbi quidẽ nulla fit examinatio † ſed ſola
miſsio in poſſeſsionem. & ideo cõtumax veniens infra annum
poſſeſsionem recuperat, vt hic . Secundus vbi lis quaſi cõteſta-
ri videtur, vt qñ colonus vocatus fuit ad iudicium , & dñm in
iudicio nominauit hic enim , quia ius fingit litem quaſi conte-
ſtatam. primo, pro eo quia colonus ſiue inquilinus vocatur: ſe-
cundo, quia auditur dñm nominans abſentem , tertio quia da-
tur ei tempus ad denuntiandum dño . quarto quia expectatus
in termino nõ venit : & propter hæc quatuor interpretatur ius
litem quaſi conteſtatã eſſe. Vnde in hoc caſu non auditur con-
tumax, etiam ſi veniat infra annum, niſi ſuper ꝓprietate. vt in
.§.ſeq.ꝙ ſi ſuper. niſi forte veniat iudice adhuc ſedente pro tri-
bunali.ff.de in integ.reſti.l. diuus. vel niſi probaret iuſtum im-
pedimentum quo detentus fuiſſet vt.j.de re iud.cum Berthol-
dus. Tertium, vbi lis eſt vere conteſtata, ſed non liquet de cau-
ſa, & tunc non debet ferri ſñia. 11.q.3.& inſti.de actio.§. cura-
re. & ideo mittendus eſt actor in poſſeſsionem ita, ꝙ reus ve-
niens nõ audiatur, niſi ſuper proprietate. vt.C.quomodo & qñ
iudex.l.conſentaneum.3.q.9.decernimus.&.j.de dolo & con-
tuma. prout. Quartum vbi lis vere cõteſtata eſt, & de cauſa li-
quet : & in hoc caſu , ſi ſñia feratur contra abſentem , & actor
mittatur in poſſeſsionem, contumacis, quantumcunq; veniat ,
denegatur omnis petitio.vt.C.de iudi.l.properandum.§.ſinau-
tem reus.&.j.de dolo & contu.prout. Ratio eſt quia in primo
caſu vnica contumacia deprehenditur & nulla examinatio. In
ſecundo duplex contumacia. ſ. domini & coloni & ſummaria
examinatio aperta malitia & cõtumacia & quaſi fundamentũ .
In tertio vero in quo lis, vere conteſtata eſt poteſt, reddi ratio
veri fundamenti inſtantia iudicis, & iuris & iudicis cõtemptus
& plenaria examinatio. In quarto iuris diſſidentia & declaratio
veritatis : quia res iudicata pro veritate accipitur . vt ff. de ſta.
3 † propoſita eſt præiudicialis primo propoſitæ, & tunc ſecundo
propoſita debet prius intentari ſiue ſit ciuilis ſiue ſit criminalis
vt.C.de ordi.cog.l.ſi ſtatus.Aut ſecundo propoſita nõ eſt præ-
iudicialis primo propoſitæ, & tunc aut primo propoſita eſt cri-
minalis & ſecundo propoſita ciuilis: & tunc habet locũ regula
qui prior. Aut ecõtra primo ꝓpoſita eſt ciuilis, & ſecũdo pro-
poſita criminalis,& tunc ſecũdo ꝓpoſita prius ventilabitur. vt
4 C.de ordi.iud.l.fi. Et † intellige iſtam regulam,qui prior ſic, ꝙ
reus,pendẽte lite prioris,poſſit ſuã proponere querelã, & pro-
bationes inducere: licet alter primo probet & factũ ſuum nar-
ret. vt in auth.de executio.§. ſancimus. Et iſtã diſtinctionem
in effectu ponit gl.in d.l.qui prior.& Hoſt. hic & in ſum.eo.tit.
circa medium.in verſic.ſed ſi a diuerſis partibus. & iſta hñt lo-
cum,qñ plures & diuerſę quęſtiones,ſeu petitiones mouentur
a diuerſis.Si vero ab vno,& eodem, vide per Hoſt. in ſum.eo.
ti.in principio.vſq; ad verſi.alleg.ſed ſi a diuerſis. Et gratia hu-
ius ſi quæras,qñ alicui plures actiones cõpetunt, nunqd vtraq;
experiri poterit,diſtingue, aut oẽs ſunt criminales, aut oẽs ciui-
les, aut altera criminalis, aut altera ciuilis nõ eſt dare medium.
5 Si oẽs ſint criminales refert. Aut illa † diuerſa crimina ꝓcedunt
ex eodem facto, vt qñ aliquis cognouit conſanguineam ſuam
nuptam, & tunc non poteſt accuſari ſimul & ſemel ab eodem,
ſed ab alio ſic.vt.C.de accu.l.qui de crimine. 2.reſpõſo a cõtra-
rio ſenſu qđ ar.eſt fortiſſimũ in iure. vt.ff.de off. eius cui man.
eſt iuriſd.l.1.§.huius rei.& ita not.ibi glo.ſuper verbo ab alio &
etiam Pet.de Bellaper.& Cyn.eam approbãt ibi.idem no. Lau.
6 & Archi.2.q.4.cap.1. Aut † procedunt ex diuerſis factis, vt qñ
aliquis ſeruum meum interficit. Item ſurripit mihi bouem,&
tunc poteſt ab eodem accuſari ſimul, & ſemel. vt.C.de plagia.
l.1.ff.de accu. l.libellorũ.§. ſed ſi aliquis. & adde quod dicam.j.
de accu.c.de his verſi.ſequitur. De ſecundo mẽbro,&c. Si illas
cauſas criminales vult intentare contra plures,refert,aut vnus
vult accuſare plures ex eodẽ delicto, & tunc poteſt etiã mille.
vt.C.ſi ac.vel reus mor.fue.l.1.ſed fallit in crimine adulterij.vt
C.de adul.l.reos.&.ff.de adult.l. ſi maritus.§.1. Aut vult plures
accuſare ex diuerſis delictis:& tũc aut ex vno facto, aut ex di-
uerſis factis deſcẽdentibus. Si ex vno facto deſcendant diuer-
ſa delicta tunc non poteſt. vt in d.l.qui de crimine. 2.rñſo. ſcđo
Pet.de Bellapert.& Cy.ibi. Si ex diuerſis factis deſcendant di-
uerſa delicta,tunc aut in eodẽ libello & coram eodem iudice &
non põt vt.ff. de accu.l. hos accuſari.§. lege. Aut diuerſis libel-
lis,& eorã diuerſis iudicibus,& tunc poteſt duos nõ tres accu
ſare,niſi ſuam vel ſuorũ iniuriam ꝓſequatur.vt.C. qui accu.nõ
poſ.l. cum rõnibus. Sequitur ſcđm membrũ principale, ſcilicet,
qñ vtraq; actio eſt ciuilis,& tũc refert. aut ſunt ſibi adinuicem
7 cõtrariæ,aut non. Si ſunt † ſibi adinuicem ɔtrariæ,tunc dicunt
quidã Docto. ꝙ non poſſunt ambę inſimul intentari in eadem
inſtantia.vt.C.de fur.l.1.ff.qñ appel.ſit l.2.§.ſed ſi alius. Sed ſi in
diuerſis inſtantijs glo. dicunt qñque ꝙ non vt.C. de ſur.l.1. &
C.ſi ſer.expor.l.vna. Sed oſtendo contrarium:nulli.n.dubium,
ꝙ actio ex debito alias ex teſtamento ſunt cõtrariæ:nam ſi pe-
to debitum,nego legatũ.ff.de leg.1.l.ſi creditori. Pone ergo,ꝙ
teſtator dicit ſic: centum,quę Titio debeo,lego: Titio agit ex
debito,& ſuccumbit: quia nõ eſt debitum: nunquid ex legato
poteſt agere? lex dicit,ꝙ ſic: ergo &c.ff. de lib.leg. l. Aurelius.§.
8 fin.Quid dicemus? Crederẽ † ſic dicendũ aut quæris,nunquid
in eadem inſtantia proponere poteſt cõtrarias actiones & dico
ꝙ non: ſed nec diuerſas diuerſitate incompaſſibili. vt.ff. de re.
iur.l.nemo ex ijs.§.quoties.ff.de tributo.l. quod in heredem.§.
eligere.ff.de lega.2.l.cum filius.§.varus. Aut quæris nunquid in
diuerſis inſtantijs poteſt: & tunc diſtinguerem ſic, aut tollunt
ſe per electionẽ,& tunc non poteſt: vt in dictis legib.C.de fur.
l.1.& C.ſi ſer.exte. ſe emi manda. l.vna. Aut non tollunt ſe per
electionem: & tunc aut per vnã actionem intentatã actor ob-
tinuit & adhuc dicerem ꝙ non poteſt alia actione agere.vt.ff.
de reg.iur.l.bona fides. De hoc ſunt tex.ff.de condi.& demon.
l.Titio.C.de inoff.teſta.l.cum qui.& l.cõtra maiores. Aut ſuc-
cubuit: & tunc credo, quod poteſt alia contraria agere. vt.ff.de
libe.leg.l. Aurelius.§.fi.& in iſto articulo,ſcilicet,qñ ſunt actio
nes contrarię,vide quod no. Dyn.j.de reg.iur. c.nullus pluri-
bus.lib.6.& quod dicam.j.de appel. c.ſollicitudinem. Si actio-
nes non ſunt ſibi adinuicem contrariæ, tunc refert, aut vtraq:
actio eſt poena pęnalis. aut vtraq; eſt rei perſecutoria. Si vtraq;
ſit pęnalis tunc ſubdiſtingue,aut competunt ex diuerſis factis,
9 † ſeu delictis: vt quia tu ſurripuiſti ſeruũ meum & poſtea vul-
neraſti eum: & ſic ex alio facto, ſeu delicto cõpetit mihi actio
furti: & ex alio actio legis Aquiliæ,& tunc vna non tollitur per
alteram. vt.ff.de priua.delic.l.nunquã.Aut plures pęnales actio
nes cõpetunt de eodem facto ſeu delicto,& tunc aut cõpetunt
eidem contra diuerſos.aut contra eundem. Si contra diuerſos,
tunc aut procedunt,& cõpetunt ex eodẽ delicto: & tunc vnus
exactus non liberat alium.vt.ff.ad l.Aquil.l.item mela.§. ſi plu-
res. Aut procedunt & cõpetunt ex eodem quaſi delicto,vt eſt
deiectio & effuſio: & tunc vnus exactus liberat alium.vt.ff.eo.
de ijs,qui deiec.vel effu.l.perceptione. Si procedunt & compe-
tunt ex eodem facto contra vnũ, & eundem: & tũc ſubdiſtin-
gue, aut ambę actiones cõpetunt ad vindictam tm̃: & tunc li-
cet vna actio maiorem vindictã requirat quam alia,tñ poſtquã
fuerit actũ vna, nunquã agetur alia, vt eſt videre in actione in-
iuriarum & legis Corneliæ,quæ ambę cõpetunt pro hoĩe vul-
nerato,& ſunt ad pęnam.ff.de iniur.l.quod Senatus. & l.prętor
edixit.§.1.hoc no.Inno.j.de purg.c.cum dilectus.in magna gl.
circa medium verſi.quidam tñ dixerunt.& Dy.in l.alleg. quod
ſenatus.& Io.An.j.de pęnis.felicis.§. per hoc ſuper verbo edi-
derunt.in nouella.li.6. Aut ambæ competunt,vel altera earum
competit propter rem familiarem.i. quia aliquid ſibi abeſt, &
tunc aut ambæ ſe hñt ad delictum tanquam ſpecies, & genus.
10 † Aut tanquam excedentia, & exceſſa. Si tanquã ſpecies & ge-
nus,tunc vna tollit aliam,quantũ ad exactionem, verbi gratia,
actio furti, & actio vi bonorũ raptorum ex eodem delicto ꝓ-
cedunt:nec poteſt vna,ſcilicet,actio vi bo.rapt.eſſe ſine alia,ſci
licet,ſine actione furti. vnde ſi vna fuerit exacta nõ poteſt alia
exigi,niſi in eo,in quo vna excedit aliam vt.ff. vi bo.rapt.l.1.ff.
arborũ fur.cęſ.l.1.ff.de act.& obl.l.cum ex vno. Si ſe hñt tan-
quam excedentia,& exceſſa,vt quia vna poteſt competere vbi
alia non cõpetit,& ecõuerſo tunc refert. Aut ꝓcedunt ex eo-
dem delicto & eadẽ conſideratione habita, & tunc vna exacta
non tollitur alia quo ad exactionem ſed eo caſu delictũ vtraq;
actione,ſeu vtraq; pęna vendicabitur verbi gratia,ſi tutor rem
pupilli ſurripiat tenetur actione furti,& actione de tutelis & ra
tioni. diſtra. Iſtę actiones ex eodem delicto deſcendunt, & ſe
11 hñt † vt excedẽtia, & exceſſa, ideo poteſt exigi vna poſt aliam.
vt.ff.de tute.& ra.diſt.l.2.Aut plures actiones cõpetunt ex eo-
dem facto nõ eadẽ cõſideratione,ſed diuerſis, verbi gratia,ali-
quis vulnerauit ſeruũ meum in mei iniuriã iniuria põt fieri ſi-
ne damno & ecõtra,hic competit vna actio legis Aquiliæ, quia
damnũ datum eſt & actio iniuriarũ competit,quia cõtumelia,
& tunc ſi vna acta fuerit,nõ poteſt agi alia, niſi inquantũ exce-
dit alia.vt.ff.de act.& obl.l.qui ſeruũ. & l.plura.& iſta ſunt vera
vbi plures actiones ex delicto ꝓcedunt & vtraq: eſt pęnalis. Si
12 vtraq; † actio eſt rei perſecutoria refert,quia aut vtraq; obliga-
tio interponitur eo animo,vt quęlibet habeat per ſe effectũ,&
ex vtraq; agi valeat cũ effectu, & tũc ex vtraq; agi poterit cum
effectu.vt.ff. de nouati.l.fundũ.& no. gl.ff.de tabu.exhi.l.locũ.
.§.condẽnatio.in fin. Aut nõ interponitur, ſaltem eo aĩo ſeu ea
intentione,vt ex vtraq; agatur cũ effectu,& tunc aut oẽs com-

petunt contra eundem, aut contra diuerſos. Si contra eundem
ſubdiſtingue. aut ex eodem facto: verbi gratia: cõmodaui tibi
rem meam, illam mihi ſurripuiſti: duę mihi cõpetunt actiones
contra te rei perſecutorię.ſ. actio cõmodati, & condictio fur-
tiua. In caſu iſto non agam vtraq; vt.ff.de acti. & obli.l.qui ſer-
uum.1.reſponſo.& §.1.& 2.&.ff.loca.& conduc.l.ſi merces.§.
culpæ.& l.ſi vulnerauerís & ita põt intelligi.ff.de tabu.exhibẽ.
l.locum.§.condemnatio.in fin.ibi & putem &c. Aut cõpetunt
contra eundẽ ex diuerſis factis, & tunc refert, aut vtraq; com-
petit ex cauſa lucratiua, aut vtraq; ex cauſa oneroſa. Aut vna ex
13 cauſa lucratiua, & altera ex cauſa oneroſa. Si vtraq; † ex cauſa lu
cratiua: tunc aut vtraq; ab initio & modo cõcurrit in eandem
perſonam: & tunc aut ex vna cauſa fuit primo conſecutus non
ęſtimationem, ſed ipſam rem: & tunc nõ fiet exactio ex altera.
Sic intellige.ff.de ſolu.l.quoties.2. Aut ex vna cauſa fuit primo
conſecutus æſtimationem: & tunc aut ambę cauſę procedunt
ex diſpoſitione diuerſorũ, & tũc poterit ex alia cauſa rem pe-
tere. vt inſtit.de leg.§.ſi res aliena. Aut smbę cauſæ procedunt
ex diſpoſitione vnius, vel duorum, quorũ vnus perſonam alte-
rius repręſentat, & tunc ſi ex vna cauſa exegerit nõ poterit ex
14 alia exigere.vt.ff.de leg.1.l.hujuſmodi.§.1. Aut † vtraq; ab ini-
tio cõcurrit in diuerſis perſonis: & tunc quælibet illarũ perſo-
narum poterit rem exigere inſolidũ: & tunc iſte in cuius per-
ſonam inſimul cõcurrunt, poteſt bis ſimiliter exigere.ff.de act.
& obli.l.ſi is qui Stichum.&.ff.de le.1.l. ſi ſeruus legatus.§.1.&
ita etiam poſſet intelligi dictus.§.condemnatio. ver. & putem.
Aut cõcurrunt in diuerſis perſonis, quarũ quælibet non pote-
rat petere, niſi partem & tunc non fiet exactio, niſi ſemel vt.ff.
de leg.1.l.ſi mihi & tibi. iuncta.l.ſi plurib.eo.ti. Si vtraq; com-
petit ex cauſa oneroſa tunc poterit ex vtraq; cauſa exigi, vt.ff.
de act.empt.& vendi.l.nõ eſt nouũ. Fallit in caſu vbi per vnam
ſolutionẽ factam nõ intereſſet amplius creditoris: vel in dam-
no non remaneret, vt patet in duobus reis debendi quorũ alter
ſoluit totum. vt.C.de duo.re.l.1.cum ſua glo.&.ff.de duo.reis.
l.3.§.fi.&.ff.de ſol.l.qui hoĩem.§.1. Si altera eſt lucratiua, & al-
tera oneroſa tunc poteſt ex vtraq; peti. vt.ff.de acti.& obli.l. ſi
is qui Stichum. & l. ſi ex promiſſione. ¶ Sequitur, qñ omnes
15 actiones rei perſecutorię competunt contra diuerſos: & † tunc
ſubdiſtingue, aut oẽs competunt ex eodem facto & tunc vnus
ſoluendo alios liberat: verbi gratia: plures ſurripiunt rẽ meam,
ſi cum vno fuerit actum, & ſoluerit alij liberantur. vt.ff.de dolo
l.ſi plures.& de cõdi.furti.l.1.& infinitis legibus. Aut oẽs pro-
cedunt & cõpetunt ex diuerſis factis: & tunc ſubdiſtingue, aut
agitur cõtra diuerſos, quorũ vnus habet cauſam ab alio, vt tu-
tor vendit rem pupilli ſine decreto alicui emptori, actio tutelę
competit contra tutorem & rei vendicatio contra emptorem
poſſidentem: Emptor a tutore habet cauſam &c. & tũc ſi fue
rit cõſecutus ab vno rem, vel eius æſtimationem, non poterit
agere contra alium.vt.ff.de re.eo.qui ſunt tut. vel cura.l.illicite.
Aut vnus nõ habet cauſam ab alio & tunc refert, aut oẽs ꝓce-
16 dunt, & cõpetunt ex cauſa lucratiua, aut † vna cõpetit, & ꝓce-
dit ex cauſa lucratiua & altera ex cauſa oneroſa. Aut vtraq; ꝓ-
cedit & cõpetit ex cauſa oneroſa. Si oẽs competunt, & proce-
dunt ex cauſa lucratiua: veluti vnus tenet mihi ex teſtamento
& alius ſimiliter tunc ſi ex vna cauſa, & ab vno cõſecutus fue-
ro rem nõ poſſum agere ex alia cauſa cõtra alium ad æſtimatio
nem. ſecus ſi primo cõſecutus fuero extimationem ab vno.vt
.ff.de act.& obl.l.oẽs debitores.inſti.de leg.§.ſi res alie.ff.de ſo-
lut.l.quoties &.ff.de leg.2.l.Meuius § duorũ. Si vna cõpetit, &
procedit ex cauſa lucratiua, & altera ex cauſa oneroſa, tunc ex
vtraq; agi & exigi poterit cũ effectu.vt.ff.de acti. & obli.l. ſi is
qui Stichum.& l.ſeq.& in.§.alle.ſi res.inſti. de leg. Si vtraq; ꝓ-
cedit & cõpetit ex cauſa oneroſa tũc refert, aut primo eſt actũ
ad intereſſe, quam ad rem: vt quia dolo deſijſti poſſidere rem
meam, egi cõtra te & cõſecutus ſum litis ęſtimationẽ: & tunc
nihilominus poſtea contra alium poſſeſſorem agere potero ad
rem ipſam. Aut eſt actum ad rem ipſam contra poſſeſſorem &
eam ſum cõſecutus, & tunc nõ poſſum agere ad litis æſtimatio
nem cõtra te qui dolo deſijſti poſſidere.vt.ff.de pet.hære.l.nec
nulla.§.item ſi quis.&.ff.de ſolu.l.Stichum.§.dolo. &.ff.de tab.
exhi.l.locũ.§.condẽnatio.in fi.ibi: ſi alius &c. &.ff.de ſolu.l.Sti-
chum.§.ſi dolo. ¶ Sequitur, qñ altera actio eſt rei perſecutoria,
& altera pœnalis, tunc refert, aut actio pęnalis ex conuentione
17 † partium ꝓcedit: & in iſto articulo dic, vt dixi.ſ.de arbit. per
tuas.& de hoc.ff.de pactis.l.reſcriptum.§.ſi pacto. & C.de pac.
l.ſi pacto, quo pęnã. Aut illa actio pęnalis ex lege ꝓcedit: tunc
ſubdiſtinguo. Aut pęnalis actio ab initio, & originaliter eſt pę-
nalis: vt actio furti, cõdictio furtiua, vi bonorum raptorum &
tunc refert, aut cõpetunt contra eundem, & tunc vna nõ tollit
aliam.vt.ff.de act.& obl.l.qui ſeruum.§.1.&.ff.de condi. furti.l.
ſi pro fure. Aut cõpetunt contra diuerſos: & tunc aut agẽs rei
perſecutoria nõ tenetur cedere aliam pęnalem, & tunc vna nõ
tollit aliam.arg.ff.de condic. fur.l. ſi pro fure.§.furti. Aut agens
rei perſecutoria tenetur cedere pęnalẽ, & tunc vna tollit aliam:
verbi gratia: ſi furtũ mihi fuerit factũ in caupona actionẽ furti
habeo cõtra furem. Item actionem in factũ contra cauponem
ſi cõtra cauponem agam, cedam ſibi actionẽ furti cõtra furem
vt.ff.nau.cau.ſtab.l.licet.§.poſſumus. Vel ſi cõmodaui tibi rem,
& ſurripiatur, habeo actionem furti, & actionem cõmodati, ſi
rei perſecutoria egi, nõ agam actione pęnali.vt.ff.nau.cau.ſta.l.
idem.§.nouiſſime.C. de fur.l. manifeſtiſſimi.2. Aut actio pœ-
nalis non eſt ab initio pœnalis, ſed accidentalis ex poſtfacto, &
tunc ſi actũ fuerit vna, altera tollitur. vt.ff.qđ met.cau.l.metũ.
.§.ſed licet.nam actio, qđ metus cauſa nõ eſt pœnalis ab initio,
ſed accidẽtaliter. vt.ff.quod me.cau.l.ſi cum exceptione.§.ſatis
clementer. ¶ Sequitur tertium membrũ principale.ſ.qñ altera
actio eſt ciuilis, & altera criminalis, tunc refert, aut procedunt
ſeu cõpetunt ex diuerſis factis, & tunc vna nõ tollit aliam: quia
ſeparatorũ ſeparata debet eſſe ratio.C.de don.int.vir.& vxo.l.ſi
maritus. Aut procedunt, ſeu cõpetunt ex eodem facto & tunc
aut in primo iudicio fuit lata ſñia condemnatoria: & tunc non
obſtat exceptio in alio iudicio. ſic dẽt intelligi.C. qñ ciui. actio
præiudi.crimi.l.vna. Aut fuit in primo iudicio lata ſñia abſolu
toria: & tunc ſubdiſtingue, aut abſolutio facta eſt ſuper facto,
vt quia non ſit crimen commiſſum, & tunc obſtat exceptio rei
iudicatę in alio indicio ꝓponẽdo, quia res iudicata pro verita-
te accipitur.vt.ff.de ſta.homi.l.ingenuum.&.ff.de reg.iur.l.res
18 iudicata. Et pro hoc videtur † caſus in ratione.ff.de iureiur. l.ſi
duo patroni.§.idem Iulianus.videtur etiã caſus in terminis.C.
ad l.Flauiam (alias & verius Fabiam) de pla. l.1. pro hoc etiam
bene facit ſi bene inducatur.ff.de aqua quo. & ęſti.l.1.§.vlti. &
per eandem viam facit.C.ad l.Cor. de Fal.l.ſi docueris. &.ff.ad
Turpil.l. aut priuatim.§. xxx. Aut abſolutio facta eſt ſuper iu-
re, vt quia iudex pronuntiat reum nõ teneri: forte, quia nõ eſt
contra eũ crimen probatũ, & tunc exceptio rei iudicatę in vno
non obſtat in alio vt.ff.de iureiur.l.ſi duo patroni.§.idem Iulia-
nus.& in eo.ti.l.duob.§.ſi colonus. & iſtud reſpexit Iuriſcõſul.
dum dixit, ꝙ pendente vno iudicio, nõ poteſt agi alio: quia põt
ſic ferri ſñia ſuper intentato, vt obſtet exceptio rei iudicatę ſu
per intentãdo: nec iſtud poteſt eſſe niſi ferretur ſñia abſoluto-
ria ſuper facto.vt.ff.vi bono.rap.l.2.§.1. &.ff. de pub. iudi.l.in-
terdũ. & hoc ſatis oſtẽditur licet obſcure per Dy.ĩ. de reg.iur.
c.nullus pluribus.li.6. Et licet iſta vltima diſtinctio ſit aliquan-
tulũ extra materiã ſubiectam: tñ quia eſt vtilis & ſubtilis nec-
non cõis ad multas materias, hic ipſam volui expedire. Et de
iſta materia vide, quod not.Innoc.ĩ.de colluſio.detegen.c.vlti.
¶ In glo.hic pater in fi. Si quæras, vtrũ proponens quęſtionem
ſpoliationis, & in ea ſuccumbens poſſit eam iterũ proponere,
19 diſtingue. Aut eam † primo ꝓpoſuit per modũ exceptionis &
in ea ſuccubuit: & tunc nihilominus poterit eam ꝓponere per
modum actionis nec obſtabit exceptio rei iudicatę ſibi agenti
interdicto, vel alias per modũ actionis ſm Io.Ber. Inno.Hoſt.
& Io. An. hic. Aut eam primo propoſuit per modũ interdicti
20 † ſeu actionis & ſuccũbit, & tunc non poterit de ea poſtea ex-
cipere: & ſi exciperet obſtat ſibi exceptio. vt.ff. de ijs qui no.
infa.l.Lucius. ſm Inn.& Hoſt.hic. Et gratia huius ad euiden-
tiam illius materiæ pleniorẽ poſſet quæri, nunquid illud quod
eſt excluſum per viam exceptionis, poſſit ꝓponi poſtea & di-
ſcuti per viam actionis. Et videtur ꝙ non: quia qđ vna via de-
21 negatum eſt alia via † concedi non debet.ff. de tranſac.l.cũ.2.§.
ſed cum lis.ff.de tut.& cur.da ab ijs.l.ſcire oportet.§.ſi mater.ſ.
de procur.c.tuę.& ĩ.de reg.iur.c.cum quid vna via.lib.6. Item
quia exceptio peremptoria poſt ſñiam diffinitiuã proponi non
poteſt, vt.C.ſent.reſcin.non poſſ.l.peremptorias.ĩ.de præſcr.
auditis.& de fide inſtr.c.cum dilectus. In contrariũ videtur ar.
no.in iſta gl.de quæſtione ſpoliationis. Item iura dicunt, ꝙ de-
negatum vna via conceditur alia via, ſi non ſubſit eadem ratio
denegandi in ſecundã via, quæ in prima. vt.ſ.de in integ.reſtit.
corã.de iudi.examinata.& ſcripſi in c.alleg.ibi. In iſto articulo
22 ſic diſtingue: quia † quæſtionũ ſeu exceptionũ quędã ſunt quę
per ſe nõ ſtant, niſi quatenus reſpiciunt, ſeu cõcernunt princi-
pales actiones, ſicut eſt exceptio pacti de nõ petẽdo, & pacti de
nõ agendo, & ſimiles: & iſtę nõ pñt poſt diffinitiuã ꝓponi, nec
in modũ exceptionis nec in modũ actionis vt in d. l. perempto
rias. Alię ſunt qõnes, ſeu exceptiones quę per ſe ſtant nec cõcer
nunt de ſui natura principales actiones. Et iſtarũ quædam ſunt
quæ

quæ tendunt ad eundem finem,& ad eundem effectũ propoſi-
tæ per modum,ſeu viam exceptionis, ad quem tendunt ꝓpo-
ſitæ per modum actionis: & econtra ſicut eſt exceptio cõpen-
23 ſationis. Quædam † aliæ ſunt quæ propoſitæ per modum ſeu
viam exceptionis tendunt ad alium & diuerſum finẽ ſeu effe-
ctum, quam illũ ad quem tendunt,propoſitæ per modum, ſeu
viam actionis,& econtra,ſicut eſt exceptio,ſeu quæſtio ſpolia-
tionis,vt patet hic in tex.& in glo. &.j.eo.c.vlti. In primo caſu
excluſum per viam actionis nõ poteſt proponi per viam exce-
ptionis,& quæſtio ꝓpoſita per viam exceptionis, & reprobata
non poterit decætero proponi per modum actionis, vt proba-
tur.ff.de neg.geſt.l.ſinautem.§.ſi quocunq; modo.&.ff.de com
penſat.l.quod in diem.§.1.& le.& no.j.de re iudi.c. cum inter
24 monaſterium.in gl.ſi exponitur &c.In ſecundo vero caſu † ex-
cluſum per viam exceptionis proponi poteſt per viã actionis,
& quæſtio ꝓpoſita per viam exceptionis,& repulſa poterit ni-
hilominus proponi, & diſcuti per modũ, ſeu viam actionis,vt
hic.&.ff.de euic.l.vendicãtem.& in l.ſeq.& eſt notabile. & vi-
de qđ de hoc not.Arch.6.q.4.Oſius.in glo.per appellationẽ &c.
25 Et nota,ꝙ licet nõ fuerit petita reſtitutio,ſi tñ † conſtet de ex-
poliatione debet ſubſequi reſtitutio:& iudex debet cogere ſpo
liantem vt rem cum effectu reſtituat. ad hoc.j.q.4. quia pręſu-
latus. Et eſt ratio: quia conſtat ſpoliantem mortaliter peccaſſe
& in publicis,& enormibus criminibus quis cõpellitur ad pę-
nitentiam peragendam.17.diſt.nec licuit.35.q.8. inceſtuoſum.
33.q.2.c.1.& c.quicunq;.vbi de hoc no. Ad idem.34.q.3.itaq;.
ſed in hoc caſu nõ poteſt agi pęnitentia,niſi reſtituta re.14.q.6.
ſi res.& hoc ſm canonicã æquitatẽ quæ iuris rigori præfertur
cum ſit ſcripta.C.de iud.l.placuit.& hoc no.Arch.2.q.1.in pri-
mis.& c.votũ.& 7.q.1.pręſentium.& 1.q.4.quia præſulatus.in
quibus canonibus nõ apparet, ꝙ deiectus petierit directè reſti
tui: & tamen Papa mandat eum debere reſtitui ſecundũ eum.
¶ In fin. tex. Si quæras vtrum periurus ſit infamis, diſtingue.
aut quæris, vtrũ ſit infamis infamia canonica, ſicut & qualibet
26 alter exiſtẽs in peccato mortali,† & dic,ꝙ ſic ſiue iuret de prę-
terito,ſiue de præſenti,ſiue de futuro ſcienter, & ſpõte falſum
aſſerendo,vel verum negando ſiue iuramentum ſponte pręſti-
tum de dando vel faciendo violando: ſed talis infamia per pęni
tentiam aboletur vt leg. & not.6.q.1.c. illi qui. & c.infames. &
not.Goff.in ſum.ſua de iureiur.§. quæritur an periurus. & Ar-
chi.50.diſt.ſi epiſcopus.& Gul. de Mõte Lau. extra de iureiur.
c.vnico. ſuper verbo reſpondit in clem. Aut quæris, vtrum ſit
27 infamis infamia ciuili: & tunc † aut eſt ſimplex iuramentũ, &
tale nõ irrogat infamiam,ſed tñ ſolenne.6 q.1.infames. & no.
Hoſt.in ſum.ti.de vo.& voti redem.§. quot ſunt ſpecies. ſub.§.
nunquid ergo valet votũ.ver.ſolutio. Hugu. Aut eſt iuramen-
tum ſolenne: & tunc antequã ſit conuictus confeſſus vel con-
demnatus de periurio: aut poſt. Si ante,dic,ꝙ non eſt infamis:
quia talis infamia legalis regulariter non ipſo facto, ſed per ſen-
tentiam irrogatur vt not.Goſ.in.§.alleg. quæritur an periurus.
& Arch.in d.c.ſi archiepiſcopus.Si poſtquã eſt conuictus: tunc
aut quæris,vtrum ſit infamis infamia facti, & dic ꝙ ſic.vt.j.de
teſti.c.cum tu.& ita intelligit glo.ibi & hic. Aut vtrum, ſit in-
28 famis infamia iuris: & tunc aut † eſt cõuictus de periurio per
modum exceptionis,vt quia repellitur a teſtimonio perhiben
do tanquam periurus & tunc nõ eſt infamis, vt hic in fin. &.j.
de excep.c.deniq;.&.ff.de ijs qui not.infam.l.Lucius. nec pro-
pter hoc debet repelli a promotione ſm Bart.Brix.in q.j.alleg.
Aut eſt cõuictus per modum actionis vel accuſationis:& tunc
aut eſt conuictus ciuiliter: tunc non eſt infamis, vt not. Bart.
Brix.in quæſtione venereali, quæ incipit aliquis teſtis. & idem
Hugu.& Archi.in d.cap.ſi epiſcopus. & idem ſentiunt Tanc.&
Ber. Aut eſt conuictus criminaliter: & tunc eſt infamis, vt.j.
29 de iureiur.quærelã. cum ibi not. Dic tamen,ꝙ periurus † quo-
modocunq; de periurio cõuictus repellitur a teſtimonio per-
hibendo.vt 22.q.5.paruuli.j.de teſti.c.ſicut.& c.teſtimonium.
30 & hic.& hoc teneas. Licet legiſtę diſtinguant dicentes, ꝙ † in
iuramento de præterito, vel de præſenti periurus non eſt infa-
mis. & ſic intelligunt ff. de ijs qui not. infam. l.Lucius. vbi de
hoc: ſed tenetur de crimine ſtellionatus vt.ff.de crimi. ſtellio.
l.2.& vlti. Iuramento vero de futuro non eſt infamis: niſi ve-
nerit contra duo ſcilicet cõtra iuramentum, & contra pactio-
nem ſi quæ ſit facta inter partes.vt.C. de tranſact.l. ſi quis ma-
ior.&.C.de re.credi.l.iuriſiurandi. habebit tamen Deum vlto-
rem, vt ibi. Rayn. vero in ſumma ſua diſtinguit inter aſſerto-
rium & promiſſorium iuramentum. Periurum in prima ſpe-
cie dicit non eſſe infamem,arg.huius cap.in fin.&.j.de excep.
denique. & l.alleg. Lucius.

1 *Præiudicialem quæſtionem varie dici.*
2 *Præiudicij vis.*
3 *Eccleſiaſticas cauſas ne tractet laicus.*
4 *Laicas cauſas qui tractet eccleſiaſticus.*

IVam. ¶ Si quæras,quot modis dicitur,quæſtio
præiudicialis. & vtrum de cauſa eccleſia-
ſtica iudex laicus cognoſcere poſsit, diſtingue, aut
quæris de primo,& tunc dic ſm Io. Andr. hic præ-
1 iudicialem dici quęſtionem diuerſis reſpectibus. † Primo, quo
ad intentionem actoris,cui præiudicat, & eam perimit, & hoc
modo præiudicialis eſt omnis peremptoria. Iſta tñ præiudicat
ſolum in diffinitione,per quam ꝓbatam imponitur ſilentium
ipſi actori,ſed non præiudicat proceſſui regulariter.j.c.1.Fallit
in caſibus.j.de litis conteſt.c.1.lib.6. Secundo eſt præiudicialis
reſpectu proceſſus.ſ.quia primitus tractanda: & de ijs loquitur
glo.hic.& hoc modo poteſt dici pręiudicialis oĩs emergens, de
qua prius debet cognoſci,& ꝓnuntiari.vt.s.eo.c.1.& hoc mo-
do præiudicialis eſt interdum actio. vt.j.c.proxi.Aliu modo di
citur quæſtio præiudicialis, quo ad eligentem alteram de dua-
bus, quæ cõpetere poterant per quod ſibi facit pręiudicium in
reliqua.ff.de trib.quod in hęredẽ.§. eligere.j.de poſtu. c.vnico.
de elec.vt qui duas. lib.6. Eſt etiam præiudicialis reſpectu iudi
cis,vel ſuę iuriſdictionis: & de hac loquitur iſte tex.pręiudicat
2 † enim quęſtio natiuitatis,ne ſecularis iudex de ipſa cognoſcat.
Item, ne in principali ꝓcedat, donec illa per iudicem eccleſia-
ſticum fuerit diffinita, quæ cum occurreret corã iudice eccle-
ſiaſtico: puta habente tpalem iuriſdictionem vt dixi: vel quia
de hoc excipitur cõtra electũ,vel præſentatum, confirmandũ,
vel conſecrandum,benedicendũ,vel ordinandũ tunc eſſet vere
peremptoria: & eo caſu verum eſt dictum Inno. hic: quia nec
præiudicat proceſſui nec iuriſdictioni,ſed ſolum probata facit
præiudiciũ actori in ſua petitione,quã perimit. Aut quæris de
ſecundo principali & tunc dicunt Vin.& Io.An. hic referre in-
3 ter cauſas,quæ † de ſui natura ſunt de ſuro eccleſiæ,vt ſpiritua-
les matrimoniales,patronatus, & eas quæ ſolũ ratione perſona
rum poſsidentiũ ſunt de eccleſiaſtico ſuro,vt cauſæ poſſeſsio-
num clericorũ proprie nec incidenter,nec per recõuentionem
poſſunt eſſe coram iudice laico,vt hic. ſecundæ pñt,quod dic,
4 vt dixi.s.de iudi.cap.decernimus. Si vero eſt quæſtio † de foro
ſeculari circunſcripta cauſa ſanguinis põt iudex eccleſiaſticus
incidenter,& per recõuentionem cognoſcere: hic aũt de ſuc-
ceſsione nõ cognouit Papa: quia nec etiam incidẽter fuit pro-
poſita corã eo,nec ſequitur ꝙ ſi legitimus eſt ſibi hęreditas de-
beatur. Poteſt.n.ſubeſſe aliud impedimentum,vel patrię con-
ſuetudo per quod etiam ſatis placuit Vin. quod etiã incidenter
iudex eccleſiaſticus de ſucceſsione non cognoſcat. Ioan.Andr.

1 *Agi in non ſpoliantem non poſſe.*
2 *Excipi in non ſpoliantem quando, an non, poſſit. & 3.*
4 *Exceptio ſpoliationis quando non obſit executioni.*
5 *Spoliationem criminali, in tertium præiudicare.*
6 *Spoliatio criminali concurrenti præiudicat.*
7 *Spoliatio quando, cuius actioni præiudicialis.*
8 *Poſſeſſorium quando petitorium præiudicet.*
9 *Spoliationis concurſus, quando forte dirimendus.*
10 *Spoliationes quando ſimul iudicandæ.*
11 *Vim priorem quando conſumat ſecunda.*
12 *Spoliationem obijci poſſe agenti pro rebus eccleſiæ.*
13 *Spoliationes diuerſorum mutuo obijci: eorundem ſecus. 14.*
15 *Recuperans ſtatim non ſpoliat.*

SVper ſpoliatione. ¶ Ad euidentiã
iſtius materiæ q̃
eſt ſubtilis intricata, dubia, & confuſa. Si quæras
quando quęſtio ſpoliationis poſsit proponi,& qñ
propoſita præiudicet alteri quæſtioni, diſtingue.
Aut quæris quãdo quæſtio ſpoliationis vna, cum alia quæſtio-
ne ꝓponitur ab vno & eodem, & tunc habet locum illa theo-
rica vtrum petitorium & poſſeſſorium poſsint inſimul inten-
tari. de quo dicam.j.de cau.poſſ.& proprie.cum dilectus.& de
hoc per Gul.de Monte Lau.extra de cau.poſ.& proprie.c.vni-
co. in clem. Aut quæris,quando quæſtio ſpoliationis concurrit
cum alia quæſtione,& ꝓponitur a diuerſis,& tunc refert: quia
aut quæris de ſpoliatione alia, quam illa quę facta eſt inconti-
nenti per ſpoliatũ de eadem re, de qua prius fuerat ſpoliatus,
aut de illa ſpoliatione, quæ facta eſt incontinenti per ſpolia-
tum de eadem re, de qua prius fuerat ſpoliatus. in primo caſu

1 refert, aut quæſtio † ſpoliationis proponitur contra non ſpo-
liantem: & tunc aut proponitur per modū actionis, & non po-
teſt proponi. vt. ff. de vi & vi ar. l. cum ante. s. eo. cum dilectus.
§. verum. Nam non debet quis alterius odio prægrauari. vt. C.
de inoff. teſta. l. ſi quis in ſuo. C. de pœnis. l. ſancimus. j. de regu.
iur. cap. non debet. lib. 6. & de ijs quæ fi. a ma. par. ca. quæſiuit.
Aut proponitur per modum exceptionis, & tunc aut ꝓponit
contra non ſpoliantem in cauſa ciuili, aut in cauſa criminali. Si
2 in ciuili refert † aut quæris, vtrum poſsit contra eum proponi
ad finem impediendi ſeu differendi cognitionē, & deciſionem
quæſtionis ab ipſo non ſpoliante propoſitę: & tunc non po. eſt
contra eum proponi, nec præiudicat alteri quęſtioni. vt. s. eo. c.
cum dilectus. ver. verum. & j. de reſtit. ſpol. c. frequens. in prin.
3 lib. 6. aut quæris, † vtrum poſsit proponi contra eum ad finem
impediendi executionem, ſeu ſatisfactionem donec fuerit ab
alio, qui eum ſpoliauit reſtitutus, vel alias habeat, vnde ſoluat,
& tunc, aut taliter eſt ſpoliatus per tertium, qui eſt ꝑenitus nō
ſoluendo, & tunc poteſt proponi, & pręiudicat executioni, ſeu
ſatisfactioni. vt. j. de reſti. ſpol. c. olim nobis. & no. Car. Gof. &
Io. An. j. de reſti. ſpol. c. frequēs. ſuper verbo nō poſtponat. li. 6.
Aut eſt taliter a tertio ſpoliatus, ꝙ nihilominus eſt ſoluendo, &
poteſt ſatisfacere in toto, vel in parte: & tunc nō poteſt ꝓponi
4 vt impediat † executionem, in & pro eo quod ſoluere poteſt.
vt in d. c. olim nobis. verſ. verum, qm inanis eſt actio &c. a con
trario ſenſu ita intellige quod not. Inn. j. de appel. nouit. gl. pen.
in fi. vbi dicit ꝙ per exceptionem ſpoliationis nō credit retar-
dari executionem. ſed ibi dicit Hoſt. ꝙ ipſe Inno. temperauit
hoc dictū per decre. alle. frequens. & ibi ipſe Hoſt. notat, ꝙ be-
ne obſtat hæc exceptio executioni in ſpoliato, qui non eſt ſol-
5 uendo: ſed illud facit inopia etiam præter ſpoliationem proue-
niens puta per caſum & idem not. Io. An. in d. c. nouit. Si † pro-
ponatur in cauſa criminali: tunc poteſt & præiudicat principali
quæſtioni: dummodo excipiendo proponens proponat ſe ſpo-
liatum tota ſubſtantia ſua, vel maiori parte ipſius. vt in d. c. fre-
quens. §. illū. & dic vt ibi. ſecus ſi exciperet de ſpoliatione re-
rum eccleſiaſticarum, vt ibi in §. fin. Aut quæſtio ſpoliationis
proponitur contra ſpoliantem & tunc aut proponitur per mo-
dum actionis: aut per modum exceptionis: aut per modū re-
6 plicationis. Si primo † modo: tunc aut cōcurrit cum cauſa cri-
minali & tunc ſiue primo & in modū conuentionis propona-
tur, præiudicat ei vt hic. & j. de reſtit. ſpol. c. item cum quis. &
C. ad l. Iul. de vi pu. vel pri. l. ſi quis ad ſe fundum. ſiue ſecundo &
in modum reconuentionis. vt. 3. q. 1. per totū. & 2. q. 2. per to-
tum. & hoc not. Ber. s. eo. c. cum dilectus. ſuper verbo in mo-
dum exceptionis. & Hoſt. poſt eum. Aut quæſtio ſpoliationis
concurrit cū alia quæſtione ciuili nō criminali: & tunc aut con
currit cum alia quæſtione a quæſtione ſpoliationis. Aut cū alia
7 quæſtione ſpoliationis. in primo caſu refert. Aut quæſtio † ſpo
liationis primo & in modū conuentionis proponitur: & tunc
præiudicat cuicunq; alteri quęſtioni ex parte ſpoliantis ea pen-
dente intentandę vt hic. Aut proponitur ſecundo & in modū
reconuentionis, & tunc aut quæſtio ſpoliationis ſecundo pro-
poſita proponitur ſuper eadem re ſuper qua etiā prima quęſtio
ſeu cauſa cōuentionis proponitur: & tunc pręiudicat ipſi cauſę
conuentionis ita ꝙ de ipſa prius cognoſcetur & diffinietur prio-
ri cauſa conuentionis ſuſpenſa, vt no. Ber. hic in glo. 1. circa me-
dium. arg. j. de reſti. ſpoli. ex conquæſtione. vbi idem not. Ber.
Goff. Vin. Inn. Abb. & Io. An. & Innu. j. de cau. poſſ. & proprie.
ca. 2. & Io. & Arch. 2. q. 2. ca. 1. licet hoc non placuerit Hoſt. in c.
alleg. ex conquęſtione. dicenti eum qui intentat poſſeſſorium
recuperandæ non prius audiendum, ſed ſimul dicenti etiam ꝙ
in c. illo prius excepit & poſtea egit. Sed tu tene primam opi-
nionem quæ videtur approbari extra de can. poſſ. & proprie. c.
vnico. in cle. ſm Io. And. & Gul. & Genze. ibi. Et ipſe Hoſt. in
prædicto. c. ex conquæſtione. in fi. c. dicit hoc dici poſſe ꝙ poſ-
8 ſeſſorium † ſecundo loco proponitur, ex quo verſatur circa ean
dem rem pręiudicet petitorio remittēs. eo. ti. c. literas. in prin.
ſuper verbo poſtulabat. & de hoc in Spec. tit. de peti. & poſſ. in
prin. ver. ſi vero. & hoc intellige dūmodo fiat recōuentio ante
lit. conte. vel in ipſa lit. cont. vel incōtinenti poſt l. iuxta ea quæ
no. Ber. ibi in gl. 3. & quæ dixi. s. de mu. peti. c. 1. diſt. 2. Sed Inn.
j. de cau. poſ. & ꝓprie. c. 2. & in c. alle. ex conquæſtione. dicit ꝙ
in cauſa matrimoniali, lite cōteſtata, ſuper matrimonio poteſt
reus reſtitutionem petere & prius audietur. Aut quęſtio ſpolia
tionis ſecundo propoſita proponitur ſuper alia re, & tunc non
præiudicat priori quæſtioni, nec eam impedit vel retardat: ſed
qui prior appellat prior agat. vt. s. eo. cū dilectus §. nos aūt. Aut
9 vtraq; quęſtio. ſ. quæſtio ſpoliationis, & alia inſimul ꝓponun-
tur, nec apparet quæ prius: vt quia ambæ partes ſimul concur-
runt ad iudicem, & tunc ſorte dirimetur. arg. ff. de iudic. l. cum
ambo. & hoc niſi allegetur recens ſpoliatio, vel rixa, de qua etiā
tempore feriato agatur. ff. de ferijs. l. ſolet. vel ſit actio tempore
peritura vt ibi. & hoc not. Spec. titu. de peti. & poſſe. §. 1. circa
princ. in ver. ſed pone duo. In ſecundo caſu. ſ. qn̄ quæſtio ſpo-
liationis concurrit cū alia quęſtione ſpoliationis, ſubdiſtingue,
10 aut ſunt diuerſę ſpoliationes † ſuper diuerſis rebus. Aut diuer-
ſæ ſpoliationes ſuper vna, & eadem re. In primo caſu vna alteri
non præiudicat, ſed ſimul de vtraq; cognoſcetur, vt hic in ver.
niſi ſuper. & qui prior appellat prior agat. vt. s. eo. cum dilectus.
§. nos autem. In ſecundo caſu. ſ. qn̄ ſuper vna re vltima ſpolia-
tio præiudicet primæ, & cognitionē eius ſuſpendit & ante eſt
purganda ſiue primo ſiue vltimo ꝓponatur. vt. ff. de vi & vi ar.
l. 1. §. qui vi a me. & l. colonus. & l. cum fundum. & eſt caſus in-
ſtit. de interdic. §. recuperandæ. & 3. q. 1. patet. ver. ſi aūt. & hoc
tenent Vinc. Goff. & Ber. hæc in 2. glo. & Io. Andr. poſt eos. &
Spec. tit. de peti. & poſſ. §. 1. in princ. & Archi. in §. alleg. patet. &
2. q. 2. cap. 1. & j. de reſti. ſpol. c. frequens. in gl. cum potuit. lib. 6.
licet Ber. contra. j. de reſti. ſpol. ca. 2. & Hoſt. eo. ti. c. in literis. &
male ſm Ioan. Andr. ibi & intelligo, ꝙ vltima præiudicat pri-
mæ, quo ad cognitionem, non quo ad cōſumptionem, ſeu ſub-
lationem licet glo. notet. C. ad l. Iuli. de vi publi. vel pri. l. ſi quis
11 ad ſe fundum. ꝙ prima violentia † per ſecundam ex interuallo
adhibitam ſit conſumpta, & quo ad ciuilem & quo ad crimina
lem viam: ſed hoc eſſet cōtra iura, quæ dicunt ꝙ maleficia nō
debent remanere impunita. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. & j. de
ſent. excom. vt famę. & ideo Iac. de Ra. & Pet. de Bellapert. di-
cunt ibi contrarium, & ꝙ ciuilis & criminalis vtriq; competit
per l. ff. de pu. iu. ſi quis. & ff. de adulte. l. 2. ſi publico & bene vt
credo. Si quæſtio ſpoliationis proponatur per modū exceptio-
nis ſubdiſtingue, aut aliquid petitur per officiū iudicis, & tunc
non obſtat exceptio ſpoliationis. vt. j. de cau. poſſe. & ꝓprie. c.
cum eccleſia ſutrina. vbi hoc not. Inn. Hoſt. & Abb. ſuper ver-
bo poſtulabant. Aut aliquid petitur aliter quam per officiū iu-
12 dicis: & † tunc aut agenti ſuper rebus eccleſiaſticis opponitur
ſpoliatio rerū priuatarum: vel econtra & non poteſt. vt in d. c.
frequens. §. vlt. quod intellige vt ibi. Aut agenti ſuper rebus ec-
cleſiaſticis opponitur ſpoliatio, rerū eccleſiaſticarum, vel agen
ti ſuper rebus priuatis opponitur ſpoliatio rerum priuatarū &
tunc refert. Aut excipitur de ſpoliatione cōtra aliam quæſtio-
nem a quæſtione ſpoliationis: & hoc fieri poteſt: ita ꝙ repellit
agentem. vt. s. eo. cū dilectus. §. ſed qm̄. & in d. c. frequens. lib. 6.
Sed hoc fallit in caſibus, qui celeritatem deſiderāt: vt ſi agatur
contra impedientem baptizari puerum vel alium baptizari vo
lentem: vel contra volentem ſepelire mortuū, vel domū ruen-
tem reficere. arg. 5. diſt. baptizari. 8. q. 4. nōne. ff. de no. ope. nun.
l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ſecus ſi ageretur de iniuria iam irro-
gata: puta de eo, qui non permiſit baptizari filium, vel ſepeliri
defunctum: tunc enim per exceptionem ſpoliationis ęlidi po-
teſt actio. hoc no. Spe. tit. de peti. & poſſ. §. 1. ver. quid ſi aliquis.
& Vinc. & Ioan. Andr. s. de ordi. cogn. cum dilectus. Aut exci-
13 pitur de ſpoliatione contra quæſtionē † ſpoliationis: & tunc aut
ambæ ſpoliationes ſunt factæ, de & ſuper diuerſis rebus, & tūc
poteſt excipi de vna ſpoliatione contra aliam ſpoliationem, ſiue
priorem in tempore ſiue poſteriorem, vt hic in fin. & ff. quod
vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſsimè. & § ſeq. & ita intellige quod
not. Ber. j. de reſti. ſpoli. c. 2. & Hoſt. eo. tit. c. in literis. Aut am-
14 bæ ſpoliationes ſunt de & ſuper eadem re, & tunc † aut excipi-
tur de prima ſpoliatione cōtra ſecundam, ſiue vltimam & non
poteſt: quia vltima ſpoliatio eſt primo purgāda per iura iam al-
legata. Aut econtra de vltima ſpoliatione excipitur contra pri-
mam, & hoc fieri poteſt: & talis exceptio propoſita præiudi-
cat per eadem iura. & hoc innuit Gratianus in §. alleg. patet. in
fin. & ita intelligit Hoſt. in c. alleg. 2. & cap. in literis. & in c. alle.
frequens. ſuper verbo nō petierit. Si quæras de ſecundo mem-
bro principali ſcilicet de illa ſpoliatione, quæ eſt facta incontinenti
per ſpoliatum de eadem re, de qua prius fuerat ſpoliatus,
15 dic, quòd illa non eſt † proprie ſpoliatio ſed potius recuperatio
poſſeſsionis facti, & retentio poſſeſsionis iuris. vt. ff. de vi &
vi arm. l. 3. §. eum igitur. & l. qui poſſeſsionem. j. de reſtit. ſpolia.
olim. j. quia non videtur verſum quod non durat verſum. ff. de
in rem ver. l. ſi pro parte. §. verſum. vnde de tali nec agi nec ex-
cipi poteſt vt in iuribus alleg. & idem intelligas in omnibus ca-
ſibus, in quibus nō habet locum reſtitutio ſcilicet quòd de ta-
libus ſpoliationibus, nec agi nec excipi poſsit, quos caſus vide
in Spec. tit. de peti. & poſſeſ. §. fin. & per Hoſt. in ſum. de reſtit.
ſpolia. §. quando. ſub. §. & in caſibus &c.

¶ De plus

De plus petitionibus. Rubrica.

1 *Plus petens lit. non conteſt. quatenus an, non puniendus.*
2 *Plus petentem lit. cont. debito priuari. fallit. 3.*
4 *Reum in vetitum forum trahentis pæna.*
5 *Plus petens quando in triplum puniendus.*
6 *Alternatiuorum quando vtrunque præſtandum.*
7 *Alternatiua quando disiunctim capienda.*
8 *Diſiuncta legis copulæ vim habet. fallit. 9.*
10 *Diſiuncta amplians perſonas, & res diſiungit.*
11 *Diſiuncta inter honorato pares, vim ſuam retinet.*
12 *Alternatiua inter honoratos diſpares copulat.*
13 *Alternatiua triplex. & quis, in membro quouis eligit.*
14 *Electionem eius, ad quem refertur, eſſe. & 15.*
16 *Teſtamentu cur plenius contractu interpretanda.*

CONſilium. ¶Si quæras qualiter puniatur qui re plus petit, diſtingue aut ille, qui plus petit re per dolum exigit, vel extorquet maiorem cautionem. & ex illa cautione plus
1 re petit. aut maiorem cautionem non exigit, nec extorquet, ſed tantum re plus petit. In primo caſu refert, aut talis †plus petens ante litis conteſta. penitet, & deſiſtit, & pōt, etiam inuito reo, nec punitur in amiſsione veri debiti: quia nō videtur agere, ſed agere velle. vt ff. rem ra. hab. l. amplius nō peti. & eſt tex. C. eo. tit. l. vnica. in princ. ſed bene punitur in triplum damnorum & expenſarum quæ & quas occaſione, huiuſmodi maioris exactionis patitur ipſe reus, vt inſti. de act. §. tripli. ſm Hoſt. & in ſum. huius titu. §. fi. Sed Accur. in §. alle. tripli. dicit ꝙ hodie in duplum tm̄. vt in auth. de executorib. §. j. col. 7. quæ hodie corrigit. §. illum tripli. ſm Accur. ibi Placentinus vero & Iaco. de Aret. & Cyn. dicunt, ꝙ punitur, in ſimplum tm̄ poſtquam ante lit. conteſt. pęnitet, & deſiſtit, & hoc per text. illius l. vnica C. eo. tit. qui dicit nullo enim diſpēdio prægrauari. pro quibus facit: quia in pęnis. & c. ff. de pę. l. interpretatione ff. de reg. iur. l. in pœnalibus. j. de reg. iur. c. in pęnis, lib. 6. nec obſtat. §. alleg. tripli. quia in alio caſu loquitur, vt
2 ibi patet. Aut talis †plus petens in ſua petitione vſq; ad litis cōteſt. perſeuerat & litem conteſtatur. & tunc aut de huiuſmodi maiori & indebita exactione conuincitur per teſtes, vel alias per confeſsionem, & tunc quia in duobus delinquit, tum quia maiorem cautionem extorquet, tum quia plus petit per dolū punitur in amiſsione totius debiti etiam iuſti, ſaluis tranſactionibus, ſeu confeſsionibus ſic loquitur. C. eo. l. vnica. in fi. & hic
3 in princ. Aut de hoc †conuincitur per confeſsionem ſponte factam ſimul delato vel relato iureiurando, & tunc non amiſſione veri debiti, ſed in expenſis tm̄ punitur, & condemnatur arg. ff. de iureiur. l. eum qui ſm Accur. & Azo. C. eo. l. vnica. & Hoſt. in ſum. eo. tit. §. fi. Quod verum ſm Pet de Bellapert. & Cyn. in d. l. vnica. quando reus vult confeſsionem actorum admittere & ei acquieſcere, quia tunc remittitur pœna illius. l. & ſic intelligunt illam l. eum, qui. Secus autem in reo renitente, & nolente probare per teſtes vel per inſtrumenta huiuſmodi fraudem, non obſtante ipſius actoris confeſsione, nam tunc non euitat pœnam illius. l. ſm eos. In ſecundo caſu principali ſcilicet qn̄ maiorem cautionem non exigit, nec extorquet, ſed tantum plus petit re, refert aut illa ratione plus petit, vt debi-
4 torem †trahat ad aliud iudicium, & eum vexat coram alio iudice, & tunc licet foueat iuſtam cauſam in ſumptibus litis punitur in authen. de deſen. ciuita. §. & iudicare. colla. 3. Aut tra-
5 hit eum coram iudice †coram quo poteſt & debet, & tunc debet in triplum condemnari nomine ſportularum maiorum, & in expenſis. quas facit aduerſarius ratione plus petitionis, vt hic & Inſtit. de actio. § plus vero. melius in §. tripli. ſm Lambertum de Salinis, qui ponit iſta duo membra vltima in d. l. vnica & hoc quod dictum eſt de triplo hic. Et gloſ. in iſtis habet locum ſm leges, ſed ſm canones ſecus. ar. j. de do. & contu. c. j. nam ſi de triplo intellexiſſet auctor hoc expreſsiſſet. j.
1 de deci. ad audientiam. Item in eccleſiaſtico foro non præſtātur ſportulę. j. de vi. & hon. cle. c. cum ab omni, igitur quod non eſt, vel non exigitur triplicari non poteſt. arg. ſ. de conſti. cum acceſsiſſent, & per hoc placet Inn. Hoſt. Pe. Ab. & Io. An. hic. Et per iſtud etiam ſequitur, quod etiam in foro ciuili, vbi ſportulę de conſuetudine nō præſtantur nō ſit locus illi pęnæ. ¶Si quæras, vtrum in alternatiuis, ſeu diſiunctiuis electio ſit debitorum, diſtingue. aut quæris de illis alternatiuis, in quibus alternatiua, ſeu diſiunctiua accipitur pro coniunctiua, aut in illis in quibus diſiunctiua nō accipitur pro coniunctiua. In pri-
6 mo †caſu non eſt electio debitorum, imo vtrunq; eſt in obligatione & ſolutione & debitor ad vtrunq; ſoluendum tenetur vt patet. ff. de aur. & arg. leg. l. ſi quis ita. & in alijs. j. alleg.
¶Et pro euidentia huius materiæ, vt ſcias, quando dictio di-
7 ſiunctiua accipitur pro coniunctiua, refert, aut diſiunctiua †ꝓfertur ſuper materia vel diſpoſitione præcedenti alternatiuæ intellecta. vel refertur ad eam, & tunc accipitur alternatiue, ſicut ex materia ſuper qua profertur. vt ff. de pact. dota. l. ſi pater. §. ſi mulier. ff. de leg. j. l. j. & l. cum res aliena. §. ſed ſi alienus. & §. ſeq. & inſti. de actio. §. huic autem. Et rō eſt quia talia ſunt prædicta, qualia ſubiecta demonſtrant. ff. vt leg. not. l. j. §. ſiquis ſub conditione. C. de inoffi. teſta l. ſi quando. Aut diſiunctiua profertur, in alia materia, & in alio caſu, & tunc aut profertur, a lege, aut ab homine. Si profertur a lege tunc accipi-
8 tur, †pro coniunctiua. vt ff. de auro & argen. leg. l. Quintus. & ff. de verb. ſigni. l. ſæpe. Et eſt ratio, ne lex remaneret incerta, quod eſſe non debet. C. de nouo codi. faci. conſti. vnica 14. diſ. erit aut lex & j. de verb. ſignifi. abbate ſane. §. ſi vero verbum, quod verum, niſi diſiunctiua ponatur inter terminos, qui ſe ſimul compati non poſſunt, vt ſi promiſi tibi ſtare iuri certo, die, aut pęnam ſi non ſteterim, tunc dicit lex, quod ſi iuſta cau-
9 ſa abſtinentiæ non ſteterim. Aut †denegatur tibi actio, aut datur mihi exceptio contra te, iſta. n. inſimul ſe compati nō poſſunt. ſ. quod denegetur tibi actio, & quod mihi det exceptio, quia exceptio præſupponit actionem cum ſit actionis excluſio. ff. de exceptio. l. 2. & tunc diſiunctiua non accipitur pro cōiunctiua. ita loquitur. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. ſiquis ex litigatoribus. Si profertur ab homine, tunc aut dictio alternatiua eſt talis, quæ de ſui natura ampliationem importat, vt dictio, ſeu, & tunc accipitur pro copulatiua, ſiue loquamur, in vltimis voluntatibus, vt ſi teſtator dicat lego tibi aurum ſeu argētum, vt probatur expreſſe. ff. de auro & argen. leg. l. ſi quis ita, ſiue in contractibus inter viuos vt in donatione, & ſimilibus, vt probatur. 63. diſt. ego Ludouicus & hoc no. ibi Io. & Arch.
10 Aut dictio alternatiua talis eſt, quæ de ſui natura †non importat ampliationem, ſicut hæc dictio, vel: & dictio aut, & tunc, aut diſiuncta ponitur inter res, aut inter perſonas. Si inter res vt lego tibi domum, vel fundum tunc remanet in ſua propria ſignificatione. vt ff. de iure doti. l. plerunq; & ff. de ſta. libe. l. ſtatuliber. §. vlt. & ff. de verb. oblig. ſi duo rei. ſ. de reſcrip. inter cęteras. & hic. Si inter perſonas tunc aut illę perſonæ ponuntur, loco rerum & tunc idem, vt ff de leg. 2. l. ſtatu liberorum. §. vlti. Aut ponuntur, & accipiuntur loco perſonarum, & tūc aut apparet de voluntate proferentis, ꝙ eam vult diſiunctiuo modo accipere & ſic ꝙ remaneat in ſua propria natura. Aut non apparet ſi ſic tunc accipitur pro diſiunctiua. vt ff. de teſta. tu. l. tutor. ff. de lega. 2. l. ſi Titio aut Seio. Si non apparet, tunc aut apponitur inter tales perſonas, & in eo caſu, vbi ſi poneretur copulatiua non poſſet operari, & tunc accipitur pro diſiunctiua. ita loquitur. ff. de contrahen. emp. & vend. l. fundus. & ff. de verb. obliga. l. eum, qui ita. §. quæ filio. & ff. de ſtip. ſeruo. l. 1. §. ſi fructuarius. & ff. de ſolu. l. cum quis ſibi aut Titio. 1 reſponſo. Aut ponitur inter tales perſonas, & in eo caſu vbi poſſet ꝓlata coniunctiua operari, & tunc aut ponitur inter perſonas, grauatas, aut inter perſonas honoratas, ſi inter perſonas grauatas, tunc manet in ſua natura. vt ff. de leg. j l. ſi ex toto. §. j. & ff.
11 de leg. 3. l. ille aut ille. Si inter perſonas honoratas †tunc aut inter eas eſt affectio ordinata, vt quia pater idemque auus in teſtamento ſuo dicit hæredi inſtituto talia verba, me mortuo reſtitues hæreditatem filijs, aut nepotibus meis, & tunc manet in ſua natura. ſ. diſiunctiua, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. penult. Plus. n. tenetur pater filijs ſuis quam nepotibus, & plus præſumitur eos diligere vt ibi. Item plus ſeipſum, quam filios ſuos diligere tenetur, & ideo quando pater ſtipulatur copulatiue ſibi, & filijs ſuis ad vitam ſuam, & filiorum ſuorum aliquem redditum videtur ſibi totum ſtipulari, quādiu viuet, & poſt mortem filijs, quia charitas ordinata & c. C. de ſer. & aqua. l. præſes pro hoc. ff. ſi quis omiſ cauſ. teſta. l. Iulianus & de lega. 2. l. peto. §. fratre, & quod not. glo. ff. de libe. & poſth. l. gallus. in princip. & hoc tenet Cyn. C. de ope. liber. l. liberti. Aut inter eos,
12 †non eſt affectio ordinata, & tunc diſiunctiua accipitur pro coniunctiua, quicquid ſit de iure veteri, vt probatur. ff. de lega. j. l. ſi fundum ſub conditione. §. ijs verbis. & C. de verbo. ſign. l. cum quidam. ibi Lamber. & Cyn. pro maiori parte ponunt iſtam diſtinctionē præmiſſam. Si quæras, in ſecundo caſu principali. ſ. in illis caſibus, in quibus diſiunctiua non accipitur, pro
13 coniunctiua, tunc diſtingue triplicem †alternatiuam: quia quædam eſt alternatiua offerētis: quædam alternatiua ordinis, alia alterna-

alternatiua præſtationis. Aut ergo quæris de alternatiua offeré
tis poſita in fauorem illius cui offertur, & tunc eſt electio cre
ditoris. i. illius cui offertur.arg. ff.de leg.j.l.plane.j.§.penul. ff.
qui.mo.pign.vel hypo.ſol.l.ſicut.§.pe.& de hoc leg.& no.per
Car.ĳ.de reſcript.c.cum in multis.& de præben.cap.mandato.
2.reſpon.li.6 Aut de alternatiua ordinis,& in tali non eſt ele-
ctio debitoris, ſed ordo eſt ſeruandus.vt in d.c.mandato.j.re-
ſpon.li.6.pro hoc.ff.de leg.2.l.cum pater.§.pen.Aut quæris de
alternatiua pręſtationis,& tunc aut eſt actum expreſſe cuius
ſit electio& tunc illud quod actum eſt ſeruabitur,& illius erit
electio cuius vt ſic eſt actum.vt ff. depoſi.l.j.§.ſi cum venerię
& ĳ.depoſi.bona fides. Aut non eſt actum expreſſe,& tunc aut
verbum facti executiui appoſitum in promiſſione, vel datio-
ne ſeu diſpoſitione refertur ad perſonam debitorum,ſeu obli
gati. Aut ad perſonā crediторum,ſeu illius cui obligatio quæ-
ritur.aut eſt dubium ad cuius perſonam referatur.In primo ca
ſu.ſ.qñ refertur ad perſonam debitoris † ſeu obligati tunc in-
14 diſtincte debitoris ſeu obligati eſt electio,ſiue in contractibus
vt ſi dicam promitto quod dabo tibi Stichum aut Pamphilū,
ibi verbum dabo,quod eſt facti executiui refertur ad me de-
bitorem.ff. de iure do.l.plerunq;. de eo quod cer.lo.l. non vti
que.§.qui ſtichum.& inſti.de actio.§.præterea.& hic.ſiue in vl
timis volūtatibus vt ſi teſtator dicat, hæres mi, dato Titio Sti
chum aut Pamphilum,vbi verbum dato,quod eſt verbum fa-
cti executiui refertur ad perſonam hæredis.ſic intelligitur. ff.
15 de leg.2.l.relictum. §.vlti.In ſecundo caſu.ſ.qñ verbum † facti,
executiui refertur ad perſonam creditorum,ſeu illius cui obli
gatio quæritur indiſtincte electio eſt creditorum,ſiue in vlti-
mis voluntatibus,vt ſi teſtator dicat Titio accipio Stichū aut
Pamphilum,vendicato Stichū aut Pamphilum,vt eſt expreſ-
ſum.ff.de leg.1.l.plane.j.§.pen.ſiue in contractibus inter viuos
in quibus licet non ſit lex expreſſa eſt tamen bonum arg. ff.de
verb.obliga.l.ſi ſic ſtipulatus fuero per te non fieri.In tertio ve
ro caſu,quādo dubium eſt ad cuius perſonam referatur, diſtin
guitur inter vltimas voluntates & contractus,nam in vltimis
voluntatibus electio eſt creditorum.vt ff.de leg.2.l.Lucio. Sed
in contractibus electio eſt debitorum. vt ff.de iure do.l.plerū
que,& hic & ṡ.de reſcrip.inter cæteras.& ĳ.de reg.iur.c.in al-
16 ternatiuis.lib.6. §.Et eſt ratio,† quare ſecus in vltimis volunta
tibus,& contractibus inter viuos;quia in vltimis voluntatib.
plenior ſit interpretatio.vt ff.de regul. iur.l.in teſtamentis.Et
iſtam diſtinctionem a,ver.aut quæris de alternatiua præſtatio
nis.&c.vſq; ad finem ponunt in effectu Pet.de Bel.perti.ff.de
lega.2.l.alleg.Lucio.& Inſtitu.de actio.§.ſi quis agens & Cin.
in l.alleg.cum quidam.C.de verb.ſignifi.præmiſſa intellige, in
obligatione alternatiua ſeu diſiunctiua.Sed ſi quæras de obli-
gatione generis vtrum electio ſit debitorum , vide quod dicā,
de ſigillo cuiuſlibet collegij .j. de exceſ. prælato. c. dilecta. nam
in quolibet talium cõſuetudo eſt conſideranda vt not. Hoſt. in
ſum. eo. tit. §. fin. verſi. 10. & Io. 6. q. 2. placuit. & idem Archi. .j.
de elec. c. vt circa. in glo. .j. de fide inſtru. Aut nõ eſt aliqua con-
ſuetudo circa hoc: & tunc refert. Aut loquimur de his, quę epſ
5 facere debet vel poteſt ratione officij † & maxime in fauorabi-
libus, & nulli præiudicialibus ad officium ſuum ſpectãtibus vt
in excõmunicatione quæ nõ eſt mortalis ſed medicinalis 2. q. 1.
multi. & .j. de ſententia excõicationis. c. cum medicinalis. lib. 6.
& tũc creditur literis epi ſic intelligitur iſta decre. & .s. de treu.
& pac. c. 1. & 11. q. 3. cure. & c. debent. ſm Hugo. & Hoſt. hic. &
iſta no. Arch. 3. q. 9. teſtes. & in c. alleg. vt circa. in fi. quod c. bene
facit ad hoc. & .s. offi. ordi. c. ſi canonici. & d. c. cum medicinalis.
& hoc verum eſt qñ litera eſt promulgatoria ſententiæ excõi-
6 cationis. Si vero † ſit pure teſtimonialis, ei non ſtatur, vt qñ epi
ſcopus ad petitionem partis ſcribit iudici, quod excõicauit ta-
lem ad quod facit quod not. 3. q. 9. teſtes. ſm Io. And. hic. idem
in literis teſtimonialibus extra iudicium, ſcilicet quòd eis cre-
ditur: vt .s. de maio. & obe. c. cum in eccleſijs, vbi hoc no. Gof.
.s. de cler. peregri. per totum .j. de teſti. cum a nobis. Idem ſi ar-
chiepiſcopus ratione ſui officij citet ad concilium. 18. diſtin. ſi
epiſcopus metropolitanus, vel ad conſecrationem epiſcoporũ:
vt 65. diſt. non debet. idem in literis cõmendatitijs. 72. diſt. per
totum. vt no. Inno. .j. de fide inſtru. c. 1. in fin. & Archid. 6. q. 2.
placuit. idem ſi epſ per literas ſuas cognitionem cauſę cõmit-
tat & hoc quia iudicium redditur in inuitum. ff. de verb. oblig.
l. inter ſtipulantem. § . ſ vt no. Vinc. hic & Arch. 7. q. 1. qualiter.
in glo. hinc elicitur. & idem in omnibus alijs actibus, in quibus
epiſcopus habet diſpoſitionem, & a voluntate ſua dependent:
vt ſunt collationes beneficiorum, & ſimilia. ad hoc facit quod
no. Hoſt. Abb. & Ioan. Andr. .j. de ſent. excõ. ſicut nobis dicen-
tes quòd creditur literis penitentiarij. & in iſto caſu poteſt ſal-
uari opi. Hug. & Hoſt. hic. & Goff. in ſum. titu. de fide inſtru. in
princ. & Spec. hoc titu. §. fin. verſi. 10. & Hoſt. in ſum. eo. titu. §.
fin. ver. x. ibi dicas igitur &c. & Ber. & Hoſt. de fideiuſſo. c. 2. in
7 glo. no. ſcripturam. Aut loquimur † in alijs: & tunc aut illę lite-
ræ habent teſtium ſubſcriptionem & tunc creditur eis: vt .s. de
procur. c. 1. & .j. titu. proxi. cum a nobis. vnde Vinc. intelligit q̃
hic & .j. de fide inſtru. c. 2. 1. ſubſcriptio teſtiũ interuenit. Idem
Io. in d. c. placuit. & Inno. .j. de fide inſtru. c. 1. & c. cum dilectus.
& Archi. in d. c. qualiter. gl. hic elicitur. Aut non habet teſtium
ſubſcriptionem: & tunc dic quòd non creditur eis. ar. .j. tit. 1. c.
cũ a nobis. & hoc tenet expreſſe Io. in d. c. placuit. 6. q. 2. & Ar-
chi. 11. q. 3. c. cure. gl. fi. alias. j. in fi. & in d. c. vt circa. vbi de hoc
vide & maxime in caſu vbi pars de hoc contenderet vt not. in
d. c. qualiter. & in c. curę. & eſt in iſta opi. Io. An. hic. De literis
vero delegati diſtinguit Io. An. hic. & dicam .j. eo. c. qm contra
8 falſam. diſt. 1. in fin. Quid de literis arbitratorũ † qui voluntate
adeuntur. dic ſm Io. An. hic, q̃ non creditur literis ſuis vel ſigil
lo per l. ne in arbitris. C. de arbi. nec mirum: cum etiã infamis
poſsit eſſe arbiter. ff. de arbi. l. Pędius. 3. q. 7. §. tria cuiꝰ dicto vel
literis, vel ſigillo credi eſſet abſurdũ. .j. ti. 1. licet. 2. nõ obſtat. eo.
tit. pręſentata. vbi factũ narratur. Sed quid dices literis, vel ſigil
lo priuati, dic q̃ fidem faciunt cõtra eum, ſed pro eo non. ff. de
procu. ſi procuratorẽ. & facit cle. de procur. inſtro. ſm. Io. An.
¶Si quęras, vtrum procurator excõmunicatus ad procuratio-
9 nis officium admittatur, diſtingue. Aut † excõmunicatus erat
tempore, quo procurationis officium aſſumpſit, & tunc nõ ad-
mittitur, vt hic. Aut excõmunicatus erat tempore cõſtitutio-
nis ſed abſolutus tempore aſſumptionis. & tunc Boatinus dicit
idem cum conſideremus initium vt no. Ber. hic in glo. vlt. Aut
vtroq; tempore conſtitutionis, & aſſumptionis erat excõica-
tus, ſed nunc abſolutus & apparet inſtituentẽ in eadem volun-
tate permanere: & tunc dicunt Vinc. Pe. & Abb. procuratoriũ
10 non valere. Nec obſtat. ff. de off. ꝓcon. l. obſeruare. §. vlt. † quia
ibi proconſul qui ante ingreſſum prouincię legatũ dabat iuriſ-
dictionem habebat in habitu, licet nõ in actu, vel exercitio. per
ingreſſum: ergo prouincię ſumens exercitiũ illud legato com-
municat ſi illum non reuocat ex vi præcedentis habitus. Item
non obſtat. .j. de procu. c. licet 11. lib. 6. quia procuratoriũ ab ini-
tio tenuit, nec per diſſenſum procuratoris tenere deſijt: valet
ergo ipſius conſenſus dño in eadẽ voluntate manente, ſed pro-
curatorium a principio nõ tenuit: & hoc placet Spec. de ꝓcur.
11 poſt prin. Aut vtroq; tempore † nõ erat ligatus nunc qñ litigat
eſt excõicatus: & tunc dic procuratoriũ valere, ſed quandiu ſit

ligatus manet non proceditur cum illo, ſed cum fuerit abſolutus vtetur primo procuratorio,& ſic propter cōionis periculū non ꝓpter defectum ꝓcuratorij repelletur,& poterit opponi exceptio etiam poſt litis conte.& an in caſu huius de reta. neceſſaria ſit exceptio: an vero ſine exceptione nullus eſt proceſſus cum tali procuratore. Inno.vř velle. ꝙ exceptio eſt neceſſaria,qui dicit ıitum procuratorem nō admiſſum,quia per exceptionem elidi poterat ꝓcuratio. ęquiparat etiā ipſum procuratorem excōicato cōſtituenti dicens , ꝙ quicquid in iudicio facit procurator antequā probetur cōſtituentem fuiſſe excōicatum valet:quia valeret,ꝙ ipſe excōicatus prius feciſſet per decret.pia.ĭ.de excep.lib.6. extra iudicium vero : nam plus tenet quod fit per excōicatum ante ꝓbationem exceptionis q̃ poſt remittens.de procu.c.vlt.de dolo & contu.veritatis. in Spe.de procur.in prin. In occulto excōicato poſt cōſtitutionem vř fateri, ꝙ teneat proceſſus: ſed in excōicato tempore cōſtitutionis non Sed nunquid excōicatus pōt eſſe procurator rei,quod videtur per decreta. intelleximus.ſ. de iudi. Tu dic contra per eandem decretalem : nam etiam reus excōicatus deberet per alium ſe defendere. item reus eſt neceſſarius,ſed ipſius ꝓcurator voluntatius . Sed an in cauſa cōi reo, & procuratori poterit excōicatos conſtitui procurator: videtur ꝙ ſic per cle.religio-
12 ſus.de procura. Sed Io.An.dicit,ꝙ libenter † vidiſſet integram huius decreta.per quam forſan ſoluebatur hæc quæſtio: forſan enim vacāte eccleſia per ceſsionem prælati canonici elegerunt; & ad illam electionem cōfirmandam, vel caſſandam datus fuit iſte.G.procurator quem Papa licet admiſerit vt principalē non
13 vt procuratorem.Sed † nunquid excōicatus procurator conſtitotus habens mandatum ſubſtituēdi poterit ſaltem ſubſtituere? videtur quòd ſic: cum iſte ſit actus qui poteſt per aliū exerceri &c.ĭ.de reg.iur.qui per alium.& videtur ſubſtitotus, conſtitutus a primo conſtituente.ff.quod cuiuſq; vni.l.item eorū.§.1.videtur contra per dictam cle. religioſus . Sed ſi ſequamur opinionem prædictā Inno.quòd ope exceptionis elidatur procuratorium, tunc videtur, ꝙ valeat ſubſtitutio facta de habili antequā exciperetur per ea,quę no.in d.c.religioſus.in fi.& per decret.iudex.ĭ.de off.dele.lib.6 & hæc indiſtinctè ſuperius dicta procedant, ſi poſt aſſumptionem officij excommunicatus fuiſſet ſm Ioan. Andr. ex cuius dictis ſumitur hæc diſtinctio.

1 *Aetatem in tutelis quis probet.*
2 *L. de ætate explicari.*
3 *Probationum præſumptionem transferri.*
4 *Corporis aſpectu an probetur ætas.*
5 *Locupletem quis probet.*
6 *Maiorem quando probet curator.*
7 *Religionem ingreſſus quando omnia retineat.*
8 *Religionem ingreſſus quādo totū hæredibus reliquat declarat.* 9.
10 *Religionem ingreſſus an de ſuis diſponat.*
11 *Religionem ingreſſus an & quando ſua recuperet.*
12 *Religionem ingreſſus an teſtari queat.*
13 *Profeſſus bona inter liberos rectè diſtribuit.*
14 *Cenobium cur bona quærat.*
15 *Feudum an in cenobium tranſeat.*
16 *Monaſterium ſuccedere poſſe.*
17 *Mendicantes non ſuccedunt. declarat.* 18.
19 *Cenobia filios ſui iuris eſſe.*
20 *Religionis exitu conditionem non deficere.* & 21.
22 *Mendicantes loco filij non eſſe.*
23 *Cenobium loco filij eſſe, qui accipiendum.*
24 *Princeps dubiorum interpres.*
25 *Conditio ſi ſine lib. quando religionis ingreſſu defecta.*
26 *Conditio quando remiſſibilis.*
27 *Subſtitutionem, monaſterio inſtituto, ceſſare.*
28 *Fideicommiſſario traditionem ſuorum non obeſſe.*
29 *Cenobium creditoribus non niſi bonis omnibus translatis teneri.* & 30.
31 *Certæ rei ſucceſſor quando a creditoribus conueniendus, an non.*
32 *Conuenire perſonam, & rem exequi quando liceat.*

IN præſentia. ¶ Si quæras, qn̄ controuerſia, ſeu dubium eſt de ætate alicuius. vtrū ſit minor, vel maior quis eam probare teneatur. Pro cuius euidētia ſcire debes,quòd circa hunc articulum multiplex fuit opinio vna Io. & Laur. 78.diſt. presbyter,ꝙ agens probet ętatem. cui concor. Azo in ſum.eo. tit.in fi.& Hoſt.eo.ti.§. fi.ver.8. vbi tenet, ꝙ aſſerens ſe maio-
1 rem, vt a tutela † liberetur , vel vt tanquam maior admittatur, vel qui dicit ſe minorem, vt reſtituatur ꝓbare debet, & ſi tutores dicunt finitā tutelā,& minor negat: tutores probant, cui etiā accedit opi.dicentium,quòd qui petit ſe admitti vt talem, probet ſe talem. Secunda fuit opi. Spe.ti.de act.in prin.quòd ſi negatiue proponatur exceptio ætatis.ſ.nego te maiorem.& eſt ſimile quod no.ſ.de procu.c.1.hoc dicit niſi per aſpectū corporis appareat minor: quia tunc ſecure proponat affirmatiuę.ſ.tu es minor.Sed certe nō curo vtrū affirmatiue vel negatiue proponatur : abſit.n.quòd per ſophiſticationis verborū affirmatiuorū natura mutetur contra id.C.cōia de leg.l.2.in fi.ĭ.de elec. cōmiſſa.§.porro.lib.6.Tertia opi.ſic diſtinguit. Aut vnus ꝓponit affirmatiue & alius negatiue, & tunc affirmans probet. Aut vterq; affirmatiue tunc probet actor . Aut vterq; negatiue : & tunc probet etiā actor. Sed Accur.ff.de minori.l.de ætate. vult
2 † quòd qn̄ vterq; proponit negatiue pro minore præſumatur. Ioan.de Deo dicebat quod implicita a negante. Bonaguida dicebat obtentū fuiſſe,vt no.Gul.ĭ.de reſcr. ſi eo tpe.lib.6. quod is,qui dicit aliquem non idoneum ꝓꝑ minorem ætatem, tunc procedit opi. Iac.de Ra.& Pet.de Bellaper.cū procuratori opponitur defectus ætatis no.Cy.C.de procur. cum te.& volunt ꝙ eo caſu probet excipiēs & Pe. dicebat quòd edictū de ꝓcu. eſt prohibitorium. Dicens ergo prohibitū probet,in permiſſorijs debet locum hr̄e,quòd probet dicens permiſſum ſibi. His viſis diſtingue. Aut aſpectus corporis facit, & inducit aliquam
3 præſumptionē pro vna parte . & tunc illa præſumptio † transfert onus probādi in illum, qui cōtra præſumptionem, aſſerit, & affirmat ſiue ſit minor, ſiue aduerſarius minoris. vnde ſi ex aſpectu appareat minor,cōtrarium aſſerēti incumbit probatio.
4 Si vero ex † aſpectu appareat maior , ſimiliter cōtrarium aſſerenti incumbit probatio:vt.ff.de mino.l.minor xxv.annis adito præſide.&.ĭ.vt eccle.beneficijs c.vt noſtrum. Aut aſpectus corporis non inducit pręſumptionē pro vna parte magis quam pro alia: & tūc aut minor eſt actor,& petit admitti ad aliquem actum, aut eſt reus . Si actor, tunc aut petit admitti ad actū, ad quem nō admitteretur niſi maior eſſet: vt quia dicit finitā curam & ſe bona ſua adminiſtrare debere , & tunc incumbit ſibi onus probādi eſſe maiorem: vt.ff.de mino.l.de ætate. Aut petit admitti ad actum,ad quem nō admitteretur, niſi minor eſſet: vt quia petit in integrum reſtitutionem tanquam minor,& tunc debet probare ſe eſſe minorem : vt.ff.de iureiur. l.nam & poſtea.§.ſi minor.C.de in integ.reſti.mi.l.ſi minorē.& de ꝓba. l.cum te.ita no.Hoſt.in ſum.eo.ti.§.fin.ver.verū.& verſ.item minor ætas.& Accur.& Lam.in d.l.de ætate. & idem ſentit Io. 78.diſt.presby.& vide quod no.Arch.ĭ.de reſcr.ſi eo tpe.in gl. proprietatis.lib.6.& per iſtum eundem modū diſſoluunt doc. iuris ciuilis quędā iura ſibi inuicem cōtraria prima facie.Quę-
5 dam.o.iura dicunt ꝙ oportet aliquem ꝓbare † ſe locupletem . quędā iura dicunt cōtrariū diſſoluuntur ſic . Aut petit admitti ad actū talem ad quem non admitteretur niſi locuples: & tunc præſumitur pauper donec ꝓbauerit ſe diuitem, vt in fideiuſſore.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi fideiuſſor.§.qui pro rei qualitate.Aut petit admitti ad actū talem,ad quē non admitteretur,niſi pauper: & tunc oportet, ꝙ probet ſe pauperem:vt ſi petat alimenta: quia pauper a ſuo filio vel liberto, vel alio qui ipſum in caſu paupertatis alere tenet vt.ff.de lib.agno.l.fin. Si minor eſt reus, & aduerſarius ſuus actor , tūc aut aduerſarius minoris petit ab eo,vel vult exercere in perſona ipſius tale quid quod non poſſet facere , niſi minor eſſet , vt quia petit adminiſtrationē reū ipſius tanquā minoris ſibi decerni , & tunc debet eum probare
6 minorem. Aut petit † ab eo,vel vult exercere in perſona ipſius tale quid,qđ non poſſet facere niſi maior eſſet: vt qa dicit finitam eſſe curā, & vult reddere rōnem curę : & ab onere ipſius abſolui,& tunc tenet eū ꝓbare eſſe maiorē vt in l.all.de ętate. &.C.q & aduer.quos.l.j & qn̄ electo in ꝓlatū opponit defectus natalū,& ętatis qs ꝓbare debeat dicā.ĭ. de purga.ca.accedens. ¶ Si quæras , nunquid bona ingredientis monaſterium tacitè transferantur & pertineāt ad ipſum,diſtingue. Aut ingreditur monaſteriū in vita,aut in morte. Si in vita, tunc aut quæris de bonis non feudalibus,aut de feudalibus . Si de non feudalibus:
7 tunc aut quis † detruditur inuitus in monaſterium:& tunc aut ad tps : & tunc oīa bona retinet , vel ſaltem recuperat tpe elapſo.vt 2.q.1.in primis &.ĭ.de cler.coniu.quod a te. vt hoc not.
8 Spec.rubr.de ſta.mo §.vnico.in fin. Aut in † perpetuū,& tunc totum relinquitur legitimis hæredibus reſeruato aliquo vnde viuere poſſit monaſteriū.vt 16.q.6.c. de lapſis.qđ arbitrādum iudicio eius relinquitur,qui eum in monaſterio poni,vel forte tantum habebit quantum vnus ex hæredibus.ar.14.q.2. ſi quis

iraſcitur.

iraſcitur. Lex tamen ciuilis ſtatuit, quod bona intruſi aliter di-
uidantur, videlicet, quod ſi habet liberos duas partes bonorum
habeant. Si non habet liberos: ſed parẽtes, illi habebunt vnam
tertiam partem bonorum: monaſterium vero duas. Si aũt non
habet parentes, monaſterium omnia bona habebit, vt in aut. vt
lice. ma. & auie. §. quia vero quædam ſm Ber. y ſi. qui hoc no.
in d.c. alleg. de lapſis. Idem Arch. 27. q. 1. c. ſi quis rapuerit. ſed
primum verius eſt ſcilicet, quod legitimi hęredes totum habe-
9 bunt præter † vitę neceſſaria: illi qui in monaſterio intruditur.
vnde per illud. ca. de lapſis. derogatur legi prædictæ vt li. ma. &
auię. vt not. Spe. vbi. ſ. Aut quis ſponte ingreditur monaſteriũ:
puta quia ſanus, vel infirmus ad hoc, vt monachus fiat ingredi
10 tur: & tunc aut † ante ingreſſum diſpoſuit de bonis ſuis, & va-
luit. 19. q. vlt. §. ſi qua mulier. &. §. nunc autem. & c. quia ingre-
dientibus. & in auth. de mo. circa prin. col. 1: quæ iura dant ei po
teſtatem diſponendi de rebus ſuis ante ingreſſum. & ar. 17. q.
vlt. quicunque. vt nn. Spec. rub. de ſta. mo. ver. ſi. 6. Aut non di-
ſpoſuit ante ingreſſum, & tunc aut ingreditur monaſteriũ re-
ligionis a ſede Apoſtolica non approbatę, & tunc nõ eſt ligatus
ordini, vt no. Hoſt. ĩ. de regu. c. is qui. & Arch. eo. ti. c. conſtitu-
tionem. ſuper verbo in illa. lib. 6. & Gen. de vo. & voti redemp.
c. vnico. lib. 6. & extra de reg. c. eos. ſuper verbo religionem. in
cle. & in extraua. Ioan. 22. quæ incipit, Sancta Romana. ſuper
verbo approbati. & ideo, ex quo nõ valet ingreſſus quoad per-
ſonam, non debet valere quo ad bona, quę ſequuntur regulari-
ter perſonam. vt. ĩ. de vi. & ho. cle. c. fi. & vbi expreſſum nõ va-
let, nec tacitum. ff. de ſerui. ruſti. prędi. l. 3. in fi. ad hoc facit. ff. de
his qui. vt indig. l. cum ſenatus. & de colleg. illi. l. 1. & 3. Aut in-
11 greditur monaſteriũ † religionis a ſe. Apoſt. approbatę, & tunc
vel non tenet ingreſſus aut tenet. primo caſu recuperabit bona
ſua. arg. iurium alleg. & hoc tenet gl. C. de ſacroſan. eccl. aut. in-
greſſi. & hoc ꝓbat hic. Nam ſi ingreſſus teneret & ingrediens
infra annum exiret religionẽ recuperaret bona ſua: vt. ſ. de re-
nunt. c. ex tranſmiſſa. & ĩ. de reg. ſtatuimus. ergo multo fortius
vbi ingreſſus ab initio non tenuit: quia multa impediunt con-
trahenda quæ nõ dirimunt iam contracta. ff. de his quę ſunt ſui
vel alie. iu. l. patre furioſo. ĩ. de regu. ad apoſtolicã. Aut tenet in-
greſſus: & tũc aut remanet in monaſterio, aut non. Si ſic: tunc
aut poſt ingreſſũ diſpoſuit ritę & legitimẽ de bonis ſuis in per-
ſona alterius vel aliorum ꝙ̃ monaſterij, & tunc non transferun-
tur ad monaſterium: & qñ eſt hoc, dic aut nondũ fecit profeſ-
12 ſionẽ † tacitã, vel expreſſam in religione, & tunc poteſt teſtari,
vt 12. q. 5. c. ſi. cum tunc etiã ad ſeculũ, reuerti poſſet. ĩ. de regu.
ſtatuimus. eo. tit. c. is qui. & c. non ſolũ. lib. 6. & hoc tenent Inn.
& Hoſt. ĩ. de teſta. cap. 2. & Hoſt. in ſum. tit. de teſta. §. is. ſub. §.
quis poſsit facere. ver. item puto. & pro hoc vr̃ caſus. ĩ. de ſent.
excom. c. religioſo. §. fi. lib. 6. & de reg. c. beneficium. eo. lib. vbi
hoc idem tenet Archi. ſuper verbo aſſenſus. & 19. q. vlt. §. nunc
aũt. & Io. de Ancona in ſum. de teſta. §. ſed quid ſi intrauit. Aut
iam fecit profeſsionem tacitã vel expreſſam: & tunc aut habet
13 liberos: aut non. ſi ſic tunc etiã poſt † ꝓfeſsionem bona inter
eos diuidere poteſt, ita ꝙ legitimam tribuat eis ad minus: & ꝙ
monaſterium tñ habeat quantũ vnus ex filijs, vt 19. q. vlt. §. ſi
qua mulier. & ſi nõ diuidat inter eos liberos: liberis cõceditur
legitima. reſiduũ vero erit monaſterij, vt in prædic. §. nunc aũt.
de quo articulo vide quod no. plenè Spe. rub. de ſta. mo. ver. 53.
& ver. fi. & ſe. Aut non diſpoſuit de bonis ſuis, nec habet libe-
ros, & tunc aut eſt ingreſſus monaſteriũ religionis non mendi-
cantis. aut monaſteriũ religionis mendicãtis. In primo caſu re-
fert, aut moritur infra tp̃s probationis: & tunc diſtinguunt Iac.
de Ra. Pet. de Bellaper. & Cy. C. de ſacroſ. eccle. in aut. ingreſsi.
Aut fuit ingreſſus & dedicauit ſe pure. aut ſub conditione, aut
eſt dubiũ. Si pure, tunc remanent penes monaſteriũ. ar. ff. de in
di. adic. l. 2. & probatur. 19. q. vlti. c. perlatum. & §. ſi qua mulier.
& C. de ſacroſan. eccle. in aut. ingreſsi, ſed hoc fallit in caſu, vbi
per fraudem inductus intrauit, vt legi. & no. 20. q. 3. cõſtituit. ĩ.
de teſta. requiſiſti. in fi. & de conuer. coniu. dudũ. Si ſub condi-
tione, tunc nõ remanent. ar. illius. l. 2. reſpon. quia pendente con
ditione nihil eſt in re. vt. ff. de cõdi. & demon. l. qui heredẽ. §. fi.
Si eſt dubiũ, tunc dicunt Iac. de Ra. & Pet. ꝙ ex quo decedit vt
monachus, vr̃ ſibi placere ꝙ ſit monachus, & ꝙ bona ſua ſint
monaſterij perinde ac ſi eſſet profeſſus: quia ſumma eſt ratio,
quæ pro religione facit. ff. de relig. & ſump. fu. l. ſunt perſonę. &
quia per mortem vr̃ confirmari, ſicut donatio facta inter con-
iuges. C. de don. int. vir. & vxo. l. fi. & ĩ. de dona. inter vi. & vxo.
c. fi. Quam opinionem Cy. reputat duram vt. ſ. per hoc exclu-
dantur ſuccedẽtes ab inteſtato pro opi. tñ Iac. & Pet. bene facit
. ĩ. de bap. c. maiores. §. pe. & fi. cum ibi no. Aut nõ moritur in-
fra annũ profeſsionis, ſed profitetur tacitè vel expreſſe & tunc
bona tranſeunt in monaſteriũ, vt hic. & C. de ſacroſan. eccle. in
aut. ingreſsi. In ſecundo caſu. ſ. qñ eſt ingreſſus monaſteriũ re-
ligionis mendicantiũ & prędicatorũ vel minutũ, tunc doc. ſunt
contrarij. nam quidã dicunt ꝙ cum ſit monachus non tñ mo-
naſterij, ſed etiam epi, ex quo monaſteriũ non poteſt eius bona
hr̃e perueniant ad ep̃m. arg. 16. q. 1. qui vere. 27. q. 1. de puellis.
melius ar. ĩ. de deci. qm̃. C. de epi. & cle. l. nulli. §. ꝙ ſi teſtator. &
in iſta ſñia remanet Inno. hic vt no. Arch. 27. q. 1. de viduis. vbi
etiam Io. recitat iſtã opi. Vel poteſt dici, ꝙ deuoluantur ſucce-
dentibus ab inteſtato. ar. C. de epi. & cle. l. ſi quis presby. & hoc
ideo quia, qñ monaſteriũ ingreditur, mori fingitur. 19. q. 3. quia
ingredientib. & hanc etiã opinionẽ recitat Io. in d. c. alle. de vi-
duis. & hoc etiã ſentit Inn. ĩ. de ſepul. c. relatũ. in gl. 1. vnde di-
14 cit hic Hoſti. ꝙ talia monaſteria † volunt hr̃e bona non vt ſibi
retineant, ſed vt vendant. Quo aũt iure hoc faciant, aduertant:
nam pretiũ ſuccedit loco rei. ff. de vſufr. l. quia qui pretio. Gul.
vero in Spec. tit. de ſta. regu. ver. 3. & verſi. ſe. tenet ꝙ monaſte-
rium habebit. ar. 19. q. vlt. ſi qua mulier, qa & ſi ordo illa tenere
non poſsit, vendere tñ poterit pro ſuis neceſsitatibus. arg. ff. de
iure doti. l. cũ in fundo. §. ipſius. nam & ſeruus nõ poteſt hr̃e ꝓ-
prium: vt. ff. de acq. rer. domi. l. acquiritur. & tñ tenet ſibi reli-
ctum. vt. ff. de leg. 2. l. debitor. §. fin. & iſta opi. eſt benignior ſm
Archi. in c. alleg. quia ingredientibus. 19. q. vlt. Sed ſecundã opi
nionem credo veriorem de iure ſaltem in ordine fratrũ mino-
rum: vt. ĩ. de verb. ſig. c. exijt qui ſeminat. §. ad hoc quia. cum. §.
ſeq. lib. 6. & eo. ti. exiui de paradiſo. §. cæterum. ver. cũ ergo &c.
& §. quia igitur. in cle. & in extraua. Ioan. 12. quæ incipit quo-
rundam exigit. Si nõ remanet in monaſterio, tunc dic vt not.
per Hoſt. ĩ. de cler. coniu. quod a te. ¶ Si quęras de bonis feuda-
libus tunc dicunt Inn. hic & Hoſt. poſt eum, ꝙ talia tranſeunt,
15 † ſi debent talia ſeruitia, quæ monaſteriũ poſsit honeſte exhi-
bere per ſe vel per alium. C. de epi. & cle. l. quiſquis. & l. ad ſimi-
litudinem: alias redibunt ad dñm. arg. C. de cad. tol. l. vnica. §. ne
autem. ff. de ſoluti. inter artifices. ſm Inn. & Hoſt. hic. Sed I. au.
19. q. 3. §. ſi qua mulier. in hoc contradicens tenet indiſtincte, ꝙ
non trãſeunt in monaſteriũ. & credo ꝙ iſta opinio teneatur de
facto in omni tranſitu ſeu ingreſſu cuiuſcunq; religionis. Porro
ſi in morte ingreditur monaſterium: puta quia ideo ſolum ad
monaſterium accedit vt mortuus ibi ſepeliatur: vt. ĩ. de ſepul.
relatum. tũc nihil ad monaſteriũ pertinebit, niſi ei nominatim
aliquid relinquatur, ſed nec hoc totum retinebit monaſterium
quin vel quartã vel medietatem ſm locorum varietatem reſti-
tuat eccleſiæ, in qua moriens ſacramenta recepit: vt. ĩ. de ſepul.
c. certificari. & quaſi per totũ quod dic hodie vt legi. & no. ex-
16 tra de ſepul. c. dudum. alias incipit ſuper cathedram. in cle. Sed
ſi quæras nunquid religioſi poſsint ſuccedere, & hr̃e ſucceſsio
nem ex teſtamẽto vel ab inteſtato, diſtingue. Aut ſunt religio-
ſi non mendicantes: vt monachi, & ſimiles. & dic ꝙ tales pñt
ſuccedere ita ꝙ monaſteriũ loco eorum ſuccedat: vt. C. de epi.
& cler. l. Deo nobis. & in aut. de ſanctiſ. epiſ. §. nullam. colla. 9. &
no. hoc Gof. & Hoſt. ſ. de poſtu. c. ex parte, quod dic vt ibi dixi.
& Arch. 16. q. j. monachi. 2. Aut ſunt mendicãtes: & tũc dicunt
17 Iac. de Ra. & Pet. de Bellaper. † & quidã alij doc. iuris ciuilis in
l. alleg. Deo nobis, ꝙ tales non poſſunt hr̃e ſucceſsionẽ aliquam
nec ex teſtamẽto, nec ab inteſtato: vt. ff. de his quę pro nõ ſcrip.
ha. l. in metallum. C. de hære. inſti. l. 1. & hoc credo verũ, ſaltem
in fratribus minoribus, vt patet in d. c. exiui de paradiſo. §. quia
igitur. Licet aliqui dicant ꝙ tales fratres mendicãtes ſuccede-
18 re poſſunt non, vt † ſibi retineant, ſed vt vendant, & pecuniam
conuertant in libros, & veſtes & alimẽta: vt. ff. de leg. 1. l. cętera.
§. ſi duobus. & l. filiusfamilias. §. ſi quid alicui. &. ff. de le. 3. l. fi-
deicõmiſſa. §. ſeruo. Et nota ꝙ ingrediens monaſteriũ deſinit
hr̃e filios in poteſtate. ar. ff. de adul. l. ſi eueniet. & l. ſeq. Sed in-
truſus bene retinet, vt in aut. vt nul. iudi. §. quia vero. col. 9. Sed
nunquid filij trãſeunt in poteſtatem abbatis videtur, ꝙ ſic. arg.
de adul. ſi pater. ſed contrarium verius eſt arg. 19. q. 3. ſi qua. Et
eſt ratio diuerſitatis, quia qui monaſteriũ ingreditur renuntiat
19 † proprijs & ita filij efficiuntur ſui iuris. In arrogato nõ ita ſm
Lau. & Archi. 12. q. 1. non dicatis, ſuper verbo poſsidere.
¶ In gl. fin. Si quæras, vtrum ingrediens monaſteriũ, vel cleri-
catũ aſſumens, ſeu eccleſiæ ſe cõferens fingatur ſeu reputetur
hr̃e liberos adeo, ꝙ ſi talis ex teſtamento, vel ab inteſtato ſucce
dens oneratus ſit ſubſtitutione vel fideicõmiſſo ſub cõditione
ſi ſine liberis decederet per hęc defecta cõdictio videat̃, diſtin-
gue. Aut quæris de ingrediente monaſteriũ aut de clericatũ aſ-
ſumẽte aut cõferẽte ſe eccleſię. Si de ingrediente monaſteriũ &
intellige ſpõtè & de monaſterio religionis a ſe. apo. approbatę:

20 aliàs ſecus, vt dixi.ſ. in proxi. diſtin. † tunc refert, aut talis ingre
diens monaſterium intra tempus ꝓbationis exiuit, & tunc nõ
eſt deſecta cõditio nec talis ingreſſus prçiudicat ſubſtituto ſeu
fideicõmiſſario.j. de regu. ſtatuimus. & eo. titu. c. is qui. lib. 6. &
hoc not. Abb. & Inno. An. hic. pro hoc in aut. de ſan. epiſ. §. ſed
& hoc præſenti. coll. 9. & in aut. de mona. §. illud. col. 1. vbi de
21 hoc. Aut nõ exiuit infra † tempus probationis, ſed religionem
profitetur tacitè, vel expreſſe. & tunc aut intrauit in fraudem
ſubſtituti, ſeu fideicõmiſſarij, vt eũ fraudaret, & priuaret com-
mõdo ſubſtitutionis vel fideicõmiſſi: & tunc non deficit con-
ditio nec præiudicat ſubſtituto ſeu fideicommiſſario maxime
cum titulum lucratiuũ habeat monaſterium. arg. ff. de his quæ
in frau. cre. l. oẽs. §. Lucius & hoc tenet gl. C. ad Treb. in aut. niſi
rogati. & Pet. & Cyn. poſt eum. idem tenent Pet. de Samp. &
Abb. & Io. Andr. hic: quia fraus, & dolus &c. ſ. de reſcri. c. ſedes
apoſtolica. cum ſuis cõcor. & videtur caſus. j. de ſepul. in noſtra.
ibi niſi dolo vel fraude &c. & bene facit. j. de teſta. requiſiſti. &
c. officij. §. ſi vero. & c. vlt. & talis fraus ꝓbabitur probando cõ-
minationes factas ab hçrede ipſi ſubſtituto ſeu fideicõmiſſario
22 ſm eos. Aut non intrauit monaſterium in fraudem † ſed bona
fide: & tunc aut intrauit tale monaſterium, cui talis ſucceſſio,
ſeu talia bona acquiri nõ poſſunt, vt quia eſt ordinis mendican-
tium prout dixi. ſ. in diſtin. proxi. & tunc nõ deficit conditio,
nec ꝓiudicat ſubſtituto, ſeu fideicõmiſſario. Et eſt ratio: nam
ex quo bona monaſterio, acquiri non pñt non põt cenſeri loco
filij vel hæredis. Item, ex quo ſibi quæri non poſſunt, non adi-
mentur ſubſtituto vel fideicõmiſſario. ar. ff. de do. inter virum
& vxorem l. vir vxori. §. ſed ſi promiſſor. ff. de ſolu. l. cũ quis. §. ſi
debitorem. ex qui. cau. ma. l. nec vtilem. Aut intrauit tale mona
ſterium quod eſt capax talis ſucceſſionis, vel talium bonorũ &
cui talia quæri poſſunt. & tunc aut ſubſtitutio, vel fideicõmiſ-
ſum fit ab herede per hçc verba: ſi decederet ſine liberis ab ip-
ſo legitime deſcẽdentibus & intrat monaſterium: & tunc dicit
Hoſt. j. de teſta. Raynaldus. circa prin. ſuper verbo decedẽtes,
ꝙ regij fuit hæc queſtio de facto, & cõſulti fuerunt Doct. Bo-
nonienſes. & reſpondit Gabarotus, ꝙ monaſteriũ habebatur
loco talium filiorum, in aut. de ſanc. epiſ. §. ſed & hoc præſenti.
&. §. nullam vero licẽtiam. coll. 9. arg. pro ipſo. j. de pe. c. 2. de te-
ſta. requiſiſti. ff. de leg. 1. l. nemo. nã & ſumma eſt ratio quæ pro
religione facit. ff. de relig. l. ſunt perſonæ. C. de ſacroſan. eccle. l.
pen. & vlt. & hoc placet Dy. vt no. Io. An. hic. Dñs Azo reſpon
23 dit contrarium. Nec obſtat. §. ſed & hoc præſenti † licet. n. mo
naſterium habeatur loco filiorum vt ibi: non tñ loco filiorum
ex ſe vel ex ſuo corpore legitimè deſcendentiũ: vt in caſu no-
ſtro. & illa verba debẽt aliquid operari. ff. de leg. 1. l. ſi qñ. de vſu.
ſi quis ſtipulatus. j. de priuil. ſi propter. lib. 6. Nec ab eorũ ſigni-
ficatione recedi debet, niſi appareat teſtatorẽ aliud voluiſſe. ff.
24 de lega. 3. l. non aliter, † vel niſi a principe (cuius eſt interprçtari
dubia) alia interprçtatio fiat. C. de legi. l. fi. j. qui fi. ſint legiti. per
venerabilem. §. rõnibus, quod putat Hoſt. verius. Si tñ ad prin-
cipem recurſus habeatur, deberet pro monaſterio, penſatis pri
mis iuribus. reſpondere ſm eum. Io. Andr. ibi dicit, ꝙ Iac. de
Bellaper. diſputauit hunc articulũ in corpore ſuper prædic. §. &
tenuit ſubſtitutionem nõ expirare cum teſtator naturalitatem
elegerit: nec reliquit voluntatem ſuã interpretationi iuris. Per
hæc dicit ſolui contraria, quæ volunt, ꝙ dictum ſimpliciter ſi-
ne liberis faciat monaſteriũ haberi loco liberorum. Sed qñ na-
turalitatem elegit, ceſſat interprçtatio. C. de inſtn. & ſubſti. l. ge
neraliter. §. fi. C. de lib. præte. l. 3. ff. de condi. & demon. l. non-
nunquam. & de regu. iur. l. expreſſa. & l. 3. ff. de leg. 3. cum. con-
cor. quam inducit. Dyn. loquitur cũ taciti & expreſſi eſt idem
effectus per omnia quod hic non eſt ſm Io. And. ibi quod cre-
do verius. Aut ſubſtitutio, † vel fideicõmiſſum fit ab hærede
25 ſimpliciter per hæc verba, ſi decederet, ſine liberis, & tunc con-
ditio eſt defecta, & eo caſu ipſum monaſteriũ habetur loco li-
berorum, vt hic. Et ratio poteſt eſſe: quia cũ teſtator dicit in-
ſtituo te hæredem meum & ſi deceſſeris ſine liberis, alij reſti-
tuas &c. vr̃ dicere ſi caſtitatem ſeruaueris reſtituas. Sed cum
per hoc impediatur vita cõtemplatiua, quç ſecurior, & melior
eſt, quam actiua, vt leg. & no. ſ. de renunt. c. niſi cũ pridem. §. ne
putes. & multi vitam illam eligerent & monaſterium intrarent
niſi de adimẽdo fideicõmiſſo timerent: ideo ius voluit, ꝙ illa
26 conditio † remitteretur ſi vitã hanc eligerent & monaſterium
intrarent, vt non timeant hoc facere ſicut & aliç turpes & im-
poſſibiles conditiones remittuntur. inſti. de leg. §. impoſſibilis
. ff. de condi. inſtit. l. conditiones. & l. filius. j. de condi. appel. c. fi.
Fallit, qñ rogatus eſt reſtituere loco religioſo, vel eccleſiæ, vel
expendere in pias cauſas: quia tunc non euaneſcit ſubſtitutio,
vel fideicõmiſſum, vt hic no. gl. & probatur in iuribus. per eam
alle. Et ratio huius colligitur. C. qui po. in pig. ha. l. vlt. §. exce-
ptis. Et hæc vera, qñ ingreditur monaſterium: ſecus ſi non in-
27 grediatur monaſterium ſed † ipſum hæredem inſtituat. Nam
tunc dicunt magiſtri cõiter ꝙ non eſt, locus ſubſtitutioni nec
fideicõmiſſo: nec caſum aut. alleg. niſi rogati. extendunt vltra,
quam loquatur. Alij contra: quia eadem eſt ratio in vtroq;: fa-
uor. ſcilicet, religionis, ergo idem ius. ſ. de conſti. tranſlato arg.
C. de epiſ. & cler. l. ſi quis ad declinandam in aut. de eccl. tit. §. ſi
autem. coll. 9. Et quamuis prima opinio. ſit cõmunior, vltima
tñ çquior eſt: ideo magis cõgruit Canoniſtis. ſ. de iudi. dilecti.
de tranſla. c. fi. ſm quod no. hic Hoſt. In ſecundo mẽbro prin-
cipali. ſcilicet qñ clericatum aſſumit, tunc ceſſante fraude dic,
28 vt hic in glo. In tertio † membro principali. ſcilicet, qñ tradit
ſe & ſua alicui eccleſiæ ſeculari non deficit conditio nec præiu-
dicat ſubſtituto ſeu fideicommiſſario vt dicit gl. hic in fin. cu-
ius opi. tenent Gul. de Mõte Lau. & Genzeb. extra de deci. c. 1.
in cle. licet Hoſt. in hoc contradicens teneat quòd licet iſta opi.
ſit çquior, quia eadem eſt ratio fauor ſcilicet religionis ſiue per
ingreſſum ſiue per donationem inter viuos ſiue per inſtitutio-
nem bona ad monaſteriũ perueniant: ideo magis congruit Ca-
noniſtis ſecundum eum. Prius dictum eſt ſecurius tenere.
¶ Dicit Inno. hic in glo. hic habes in verſi. & monaſterium te-
netur &c. quòd monaſterium vel alius quicunq; ad quem bo-
na alicuius peruenerunt, tenetur creditoribus, inquantũ ad ip-
ſum peruenit. per leges. ff. de cap. dimi. l. tutelas. de peti. hære. l.
in arrogato. & de fideiuſ. l. inter eos. §. fi. Sed cõtra hoc ſunt ca-
ſus. ff. de iure dotium. l. mulier bona. de dona. l. hæreditatem. &
29 C. de hæ. vel acti. vend. l. 2. Ideo circa iſtum articulũ † ſic diſtin-
gue, aut de bonis alicuius certç res ſeu certa bona per modum
ſingularitatis ad aliũ peruenerunt, & tunc in nullo propter hoc
tenetur creditoribus illius, a quo peruenerunt, reſpondere: &
hoc ſiue ad eum perueniunt ex diſpoſitione inter viuos: vt. C.
de ſen. paſ. l. ſi debitor. j. reſpon. ſiue ex diſpoſitione in vltima
voluntate: vt. ff. ad Treb. l. ſi legatus. §. multum intereſt. & inſti.
de fideicõ. hæ. §. ſi quis vnam. cum ibi alleg. Aut de bonis alicu
30 ius certa pars per modum quotç, ſeu oĩa bona ipſius per † mo-
dum vniuerſitatis ad alium peruenit, vel peruenerunt. & tunc
refert, aut ille, a quo peruenerunt factus eſt non ſoluendo, &
tunc æquum eſt eum teneri inquantũ ad eum peruenit, arg. ff.
de leg. 1. l. plane. 2. §. qui rogatus. & de fun. do. l. ſi maritus fun-
dum. & de eo per quẽ fa. eſt. l. vlt. & hoc tenet Accur. C. de hæ-
re. vel actio. vendi. l. 1. & 2. & ita poteſt intelligi opin. Inno. hic.
Aut non eſt factus nõ ſoluendo: & tunc aut iſta bona ſeu quo-
ta bonorum peruenit ſeu ſuperueniunt ad eum iure ſucceſſio-
nis hæreditariç aut alias. Si primo modo tunc tenetur: vt. C. de
hæred. l. 1. & 2. & per totum. de iure delib. l. vlt. §. licentia. & ad
l. fal. in aut. ſed cũ teſtator. j. de ſepul. c. vlt. & de rapto. c. in lite-
ris. Si ſecundo modo tunc refert an bona hmõi ſeu pars quota
bonorum ad eum peruenerũt, ſeu peruenit ex diſpoſitione le-
31 gis, aut ex † cõuentione partium. Si ex diſpoſitione legis, tunc
tenetur pro illa rata quç peruenit ad eum. ita intellige opi. Inn.
hic & iura per eum alleg. nam per legis diſpoſitionem bona in-
greſſi perueniunt ad monaſterium, vt hic. & C. de ſacroſan. ec-
cle. in aut. ingreſſi. Sic etiã intellige. § alleg. multum intereſt. &
C. ad l. Iul. de vi publ. vel pri. l. tutoris. Si ex cõuentione partiũ,
tunc non tenetur. ita intellige iura. ſ. in prin. alle. ff. de iure do. l.
mulier bona. de dona. l. hæreditatem. & C. de hær. vel act. vend.
l. 2. & ita intellexit illa iura Pet. de Bellaper. in l. alleg. tutoris. Sed
fallit vt credo in l. alleg. ſi debitor. in fi. C. de ſen. paſ. & eſt ratio
in fauorem fiſci ne ſua liberalitas ſit ſibi damnoſa. ar. ff. de re iu-
di. l. ne ex liberalitate. & vide Io. Andr. j. de priuil. per exceptio-
nem. ſuper verbo cõuerſi. in nouel. li. 6. vbi dicit ꝙ Io. de Deo
lib. 4. q. 7. diſputauit de debitore, qui facto teſtamẽto, & filia in-
32 ſtituta † factus eſt conuerſus eccleſiæ ſecularis offerens illi oĩa
bona ſua ſaluo teſtamẽto prædicto, an creditor cui ipſius bona
erant obligata, ex mutuo agere debeat cõtra eum vel cõtra ec-
cleſiam vel cõtra eum agi poſſe videtur: quia actio eſt perſona
lis, in qua coercenda eſt perſona. ſ. vt lit. non conteſt. tuæ. & c.
qm. ad fin. Item conſtat quod cõuerſio non eſt ſolutio, nec ac-
ceptilatio ergo remanet obligatus. Item talis poteſt contrahç-
re matrimonium. vt no. 27 q. 1. vt lex. Poſtea arguit contra fi-
liam: poſtea contra eccleſiam. Soluit quod perſona cõuenienda
ſit: executio vero fiet in bonis penes quemcunq; fuerint pro-
pter hypothecam quia res tranſit cum onere. j. de pign. ex lite-
ris. & ſm prçdictam ſolutionem conuenietur, vt exemptus ſi
eccleſia eſt exempta per decreta. illam ſecundum eum. ſed de
[illegible] de priuile. vt priuilegia. diſtin. 2.

Tr[illegible]

1 *Teſtes ante ſententiam falſi corruptiq; probandi, alterum pobare vertus eſt 2.*
3 *Propoſita omnia quando probanda.*
4 *Sententia falſo lata quouſq; valeat, & 13.*
5 *Sententiam matrimonij perpetuo falſi argui.*
6 *Falſi in 20. annos accuſari poſſe.*
7 *Reſtitutio ob falſum quadriennalis, & quatenus verum.*
8 *Officium iudicis ob falſum triennale.*
9 *Officium ſuffectum actioni commenſurari.*
10 *Exceptio falſi perpetua. fallit. 11. & 12.*
13 *Replicationis tempus actione dimittendum.*
14 *Falſarius iudicem non facit.*
15 *Sententiam falſam ſciens.*
16 *Falſi quando ſibi obſit quibus modis agatur.*
17 *Replicare de falſo, quando liceat.*
18 *Duplicare de falſo an liceat.*
19 *Interdictum vti poſſid. poſſidenti dandum.*
20 *Sententia in interd. vti poſ. formula.*
21 *Poſſeſſor iniuſtus vexandus.*
22 *Poſſeſſor reus abſoluendus, eiuſq; rei forma.*
23 *Sententia poſſidentibus partibus formula.*
24 *Interdicto vti poſſidetis locus.*
25 *Poſſeſſionum æqualium vis.*

LIcet. ¶Super gl. ſic. ſ. &c. Si quæras vtrum ad reprobandum teſtes ſufficiat proponere, &
probare, eos falſum dixiſſe, abſq; eo, quod proponantur
vel probentur eſſe corrupti, vel ècõtra, diſtingue, aut
teſtes reprobantur de falſo teſtimonio, ſeu exceptio falſi teſti
monij obijcitur, contra teſtes ante ſententiam, aut poſt. Si an
te, tunc †ſm Inno. non ſufficit proponere, & probare ipſos
teſtes eſſe corruptos niſi etiam probetur eos falſum dixiſſe,
2 vt hic in ver. ad reprobandum. in fi. Sed tu †dic ſm Ho. quod ſuf
ficit alterum probare. ſ. falſitatem, vel corruptionem, & hoc pro
3 batur aperte hic quando dicit adſtrinxit ſm eum. Si poſt † ſenten
tiam, tunc dicit Inno. cuius opinio placet Vin. & Io. And. quod o-
portet proponere, & probare dicta duo. ſ. falſitatem & corru-
ptionem & vltra oportet adijcere, & probare, quod iudex ſecu-
tus eorum dicta pronunciauit. vt j. de re iudic. cum I. & A. j.
de teſti. c. ſicut C. ſi ex fal. inſtru. l. 1. 2. & 3. Sed tu dic ſm Hoſt.
quod ſufficit alterum tantum, ſ. falſitatem, vel corruptionem pro-
ponere & probare, & quod iudex ſecutus eſt dicta eorum. &
de iſta materia not. Ho. in ſum. de cri. fal. § fi. ver. & nota quòd
ſm quoſdam. Item de materia mendacij vide plene per fratrē
Io. in ſum. confeſ. tit. de mendacio. & per fratrem Aſten. de o-
ctauo præcepto. & per Hoſt. in ſum. de pœni. & remiſsio.
¶ Super ea. glo in fi. Quia ſnīa lata per falſos teſtes, vel per falſa
1 inſtrumenta bene tenet mero iure, ſed eſt retractanda. vt ff. de
re iudi. l. diuus. ſm Ber. Inn. & Hoſt. hic. & j. de cri. fal. ca. 1. &
idem Hoſt. in ſum. eo. tit. de re iudi. §. quid iuris. & Spec. tit. de
ſen. prola. §. fi. verſi. in ſum. licet glo. dicat quòd ſit nulla. inſtit.
de excep. §. hodie. & Ber. j. de excep. c. cum venerabilis. in fin.
4 dicens quòd talia ſententia tenet, & in †robore ſuo durat, &
ſeruari debet quouſq; falſitas reuelata fuerit. ſ. de fi. inſtru. ac-
cepimus. veritate vero reuelata tunc primo apparet, quòd nul
la fuit, & ideo tunc pronuntiabitur nulla. ar. j. de frig. & malefi.
fraternitatis. in fi. Hoſt. vero ibi dicit, quòd illa retractatio (de
qua loquitur hic glo.) eſt ſm vulgi opinionem quæ præfertur
veritati occultę. vt ſ. de biga. nuper. veritate vero manifeſta, pro
nuntiatur nulla fuiſſe quo ad veritatem ſm Hoſt. ¶ Si quæris,
vſq; ad quod tempus talis ſententia poſsit retractari? poſſes ſic
5 diſtinguere: quia †aut agitur de cauſis matrimonialib, ſeu alijs
in quibus animæ periculum vertitur, & tunc poteſt agi de fal-
ſo ſine præfinitione temporis etiam vltra centum annos. vt
35. q. 9. §. quia ergo. & c. ſequentibus. j. de re iud. c. lator. & c.
tenor. & c. conſanguinei. nam in talibus præſcriptio locum ha
bere non poteſt. vt 33. q. 5. quod Deo pari. Aut agitur in cauſis
in quibus non vertitur periculum animæ. & tunc aut quæri-
tur de falſo per modum actionis, aut per modum exceptionis
aut per modum replicationis. Si per modum actionis, tūc aut
6 agitur de falſo criminaliter, aut †per viam accuſationis, & tūc
poteſt agi vſq. ad 2 annos. C. ad leg. Cor. de fal. l. quærelam. j.
7 de excep. c. cum venerabilis. Aut †ciuiliter, & tunc aut agitur
per in integrum reſtitutionem, tunc vſq; ad quadriennium. vt
ſ. de in integ. reſtitu. c. j. ſm Ber. & Hoſt. hic. Intellige antē vſ-
que ad quadriennium a tempore ſententiæ numerandum, vt
extra de reſti. in integ. c. vnico. in cle. Aut per actionem in fa-
ctum, & tunc vſque ad 30. annos. vt in d. c. cum venerabilis. &
ff. ad le. Cor. de fal. l. qui nomine in alijs perſonalibus. actionib.
C. de conſtit. pec. l. 2. ſm Ber. Hoſt. Pet. & Abb. hic. Aut per of
8 ficium †iudicis, & tunc vſq; ad 30 annos. vt no. Accur. in d. le.
quærelam. & Spec. titu. de ſen. prola. §. fi. verſi. in ſum. Sed hoc
reprobat Cy. in d. l. quærelam. dicens, quod iſtud eſt officium
6 iudicis mercenarium, & durat quantum durat principalis† pro-
poſita coram iudice. vt C. depoſiti. l. 4. Tu vero tene opinionē
prædictam. Accur. & Spe. & dic. quòd iſtud officiū iudicis non
eſt mercenarium, ſed per ſe ſtans & loco actionis proponitur
ſ. de offi. iud. c. fi. quæ quidem actio durat per 30. annos, vt eſt
dictum ergo, & iſtud officium iudicis, quia res ſubrogata ī lo
co alterius. &c. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. Si quæ-
10 ratur de falſo per modum †exceptionis tunc perpetuo quis au
ditur. quia quæ temporalia ſunt ad agendum perpetua ſunt ad
excipiendum. ff. de excep. do. l. pure. §. fi. ſm Accur. & Spe. vbi
ſ. & Pe. hic. nam tot modis de falſo quæri poteſt, & etiam quin
to modo, quod dic per Spe. in d. §. fi. ver. in ſum. Sed hoc quod
dictum eſt de exceptione non videtur procedere, nam lex di
cit, quòd ſi tu induceres me per falſa inſtrumenta ad tranſigē-
dum poſſim in integrum reſtitui petere. Item ſi per falſa in-
ſtrumenta reportaſti pro te ſnīam poſſum in integrum reſti-
tutionem petere, vt C. de tranſac. l. ſi ex falſis inſtrumentis. &
C. ſi ex falſis inſtrumen. per totum. & ff. de re iudi. l. diuus. Er
11 go †exceptio, quæ loco actionis competit, non debet durare,
vltra, quàm actio duret. vt ff. de peti. hæred. l. ſi quis libertatem. de
inoffi. teſta. l. Papinianus. contra veterani. §. ſi filius. & de hoc
tetigi. ſ. de conſt. c. cum acceſsiſſent. & ideo in iſto articulo ſic
diſtinguo ſequendo opi. Ia. de Ra. & Cy. in d. l. quærelam. Aut
ille qui obtinuit per falſa inſtrumenta fuit in dolo, ſciens eis
12 vtendo, & tunc durat exceptio ſaltem †quantum durat actio,
ciuilis per regulam, cui damus actionem. & c. ff. de reg. iur. in-
uitus. §. cui damus. & j. de reg. iur. c. qui ad agendum. li. 6. Aut
non fuit in dolo, vt pote non conſcius falſitatis, & tunc quia
alias quis nō poteſt excipi niſi habeatur reſtitutio. vt ff. de ex-
cep. l. exceptiones. §. fi. verum eſt, quòd exceptio non durat vl
tra quadriennium. ad hoc facit iſtud c. & j. de excep. c. cum ve
nerabilis. Si quæratur de falſo per viam replicationis tunc dic,
13 quod durat †quantum durat actio. & eſt eiuſdem vitę cuius eſt
actio, cui accedit, & quam repellendo exceptionem roborat,
& confirmat, nam eadem eſt regula in agendo & in replican-
do, vt C. de dila. l. ſi quando. Sic intelligo. ff. de pecu. l. quæſitū,
§. fi. licet Spe. in §. alleg. teneat contrarium dicens. quòd ſiue q-
ratur de falſo per viam exceptionis, ſiue per viam replicatio-
nis, quod quis perpetuo eſt audiendus. per l. all. pure. ſm Ian. &
male, vt credo, & de iſta materia habes per Hoſt. in ſum. e. tit.
de excep. §. & quando. ſub. §. ſed intra quod tempus. vbi ponit
tales verſus qui non ſunt perfecti. Accuſas agis in factum per
iu. verecundis, ideſt, per iudicis officium, quod datur verecun
dia, ideſt, minoribus falſum. 20. 34. annis, quos verſus ibi ex-
pone per eum. [Omnia exemplaria vnum verſum ponunt, re
liquos vide apud Hoſt.] Ipſe vero Hoſt. dicit in ſum. de crim.
fal. §. vlti. in fi. quod ſententia lata occaſione literarum falſarū,
nullius eſt momenti, & opponi poteſt exceptio falſi ēt poſt
ſententiam apud executorem. j. de re iudi. de cetero. ff. de iu-
di. ſi prætor. ſed Io. And. in d. c. cum venerabilis. glo. penul. poſt
multas opi. recitatas dicit, quod de iure noſtro planum videt
quod per viam exceptionis, obijciatur falſitas contra ſnīam,
vt aperte dicit tex. ibi. & hic. & ſ. de procur. in noſtra. quæ iu-
ra in exceptione loquuntur ad idem de cri. fal. c. 2. & tamen de
14 iure mero dicit †valere ſnīam quandiu probetur falſitas. vt in
d. c. accepimus. ſicut & de ciuili. vt in d. l. diuus, ſibi videtur di
ſtinguendum inter veram falſitatem reſcripti, cuius virtute pro
fert delegatus ſententiam de qua loquitur decre. 2. de cri. falſ.
de qua ſine præfinitione temporis agitur, & excipitur contra
agentem vt ibi not. in 1. glo. & falſitatem procuratoria de qua
in prædic. decre. in noſtra. & de ijs duabus ſatis not, per Innoc.
Comp. & Io. And. ſ. de reſcr. ſuper literis. vbi dicunt in j. gl. quod
nec valet ſententia qua delegatus pronuntiauit falſas literas ve
ras eſſe, nec ſequens proceſſus habitus in negotio principali &
hoc propter defectum iuriſdictionis ſ. de offic. vica. tua. C. ſi
a non compe. iudi. per totum. vnde vbi talis litera dicitur fal-
ſa iudex delegatus hoc incidens diffinire non poteſt ſed ſupe
rior. 19. di. in memoria. j. de re iudi. de cetero. Faber. n. falſi re-
15 ſcripti ſicut non †potuit illum facere iudicem in principali ita
nec in incidenti in ſecunda, ſ. de inſtrumento procurationis,
dicunt etiam, ſi pronuntietur verum, cum ſit falſum ſenten-
tia, vel proceſsus cum illo procuratore, habiti non valebunt,
in

in præiudicium dñi abſentis, niſi dñs vellet ratam habere ex-
preſſe, vel tacite appellando. ff. rem ratam hab. l. 3. §. falſus, quia
iudicium ſit nullum. C. de procu. l. licet. ff. de iud. licet ſm eos
ibi. & in ijs duabus quæſtionibus concordat Spec. tit. de reſcri
pti præſenta. §. viſo in fi. ver. quid ſi excipitur. & verſ. ſequ. &
Iac. de Are. & Cy. C. de procu. l. licet. & l. maritus. ſed in vlti-
ma falſitate. ſ. procurationis, Ber. tenet contrarium. ſ. de offic.
deleg. coram gl. j. circa medium. Idem innuit ſpecu. hoc tit. §.
nunc videndum. in fi. ver. in ſum. & de hoc per eum de ſyndi-
co. in prin. ver. quid ſi iudex pronuntiet. primum verius cre-
16 do. ar. C. de fi. inſtru. l. 2. Si tamen † dominus ſciens latam inter-
locutoriam pro inſtrumento, ſeu literis procurationis nõ cõ
tradicat, vel ſaltem non appellet infra decem dies decetero ſi-
bi præcluſa eſt via contradicendi. arg. ff. quod ſal. tu. l. j. in fi. de
pig. act. l. fin. ſ. de elect. cum dilecti. & in eo quod leg. & not. ſ.
de offic. deleg. cum olim Abbas. in fin. j. de re iudi. c. penulti. vt
no. Hoſt. & Io. And. ſ. de procura. c. j. & falſitatem probatio-
17 num † ex quibus fertur ſententia, de qua principaliter loqui-
mur, & de hac poteſt agi criminaliter. Item ciuiliter per actio
nem in factum. Item per beneficium reſtitutionis, & hæc ha-
bent tempora limitata vt in iſta glo. Ber. in fin. Item per viam
exceptionis. item per viam replicationis. Si per viam exceptio
nis, puto verum quod no. Accur. in l. alle. querela. ꝙ perpetuo
quando agetur ex ſententia poterit excepi de ipſius nullitate,
quod placet etiam ſpe. de ſen. prolatio. §. fi. verſic. in ſum. licet
contrarium videatur tenere de ſen. execu. in fi. ſ. ꝙ non exci-
pitur ſine reſtitutione. & idem Compo. in d. c. ſuper literis. in
glo. quæritur hic ver. intellige tamen. nec diſtinguit, an victor
fuerit conſcius falſitatis, necne, & procedit hic proprie, cum
ſententia eſt lata pro actore qui poſtea petit ipſius executio-
nem. Abſolutoria. n. lata pro reo ſecum trahit executionem.
vt no. j. de appell. paſtoralis. ¶ Si per viam replicationis diſtin
guit, aut excipitur, de ſententia contra actorem de nouo repe
tẽtem actionem, vt quia petebat fundum, abſolutus fuit reus,
per falſas probationes, iterũ petit fundum illum. excipit reus
18 de † ſententia actor replicat de nullitate, & de falſitate. Hoc poſ
ſet locum habere, quando actor inepte agit, debuit. n. prius re
ſtitutionem petere, vt in d. l. diuus. Si vero excipitur contra a-
ctorem non repetentem primam actionem. puta peto electio
nem tuam caſſari propter crimen, vel defectum. Tu excipis,
de ſententia abſolutoria. Replico de ipſius nullitate, & falſita-
te. Putat Io. And. ꝙ procedit replicatio & erit perpetua, vt cõ
19 petat, qñcunq; excipitur. Et idem dicit † de duplicatione, vt ſi
petis electionem confirmari. Excipio de crimine. Replicas de
ſententia abſolutoria. Duplico de ipſius nullitate, & falſitate,
ꝓcedet duplicatio & ſine temporis præiudicio. Certum eſt. n.
ꝙ ego contra quem non fuit principaliter formata ſententia,
non teneor petere reſtitutionem contra illam. Si autem vel-
les tenere ꝙ de neceſſitate ſit petenda reſtitutio contra illam,
dici poſſet, ꝙ per viam reſtitutionis conſequeris reuocationẽ
ſententiæ, quam tamen non conſequeris per viam exceptionis
vel replicationis quibus erit ſatis, ꝙ probate ſuum conſequã
tur effectum. ſ. de ord. cog. c. 2. & de reſtitu. ſpo. ſolicitæ. Item
ſi opponis, ex quo competit extraordinarium beneficium re-
ſtitutionis: ergo non competit ordinarium nullitatis, reſpon-
deo hoc non eſſe præciſum, quod patet per c. 2. de in integrũ
reſtitu. lib. 6. ſm Io And. in d. c. cum venerabilis. Cuius diſtin-
ctionem credo veriorem cum his quæ ego interſerui. ſ. a. ver.
vbi dicunt vſq; ad ver. & falſitatem probationum. &c. ¶ ſi ve
ro velis ſcire intra quod tempus poteſt agi de nullitate ſniæ, vi
de per Guliel. de Montelau. & Genze. extra de re iudi. c. j. I cle.
¶ In glo. quandoq; tamen. ſi quæris qualiter fertur, ſeu ferri,
debet ſentẽtia in interdicto vti poſſidetis, diſtingue, aut vnus
ſolus intentat interdictum contra alium. Aut ambo intentant
vnus contra alium. In primo caſu refert. aut iudex inuenit v-
20 num ſolum poſſidere, alium non. redditur † enim hoc interdi
ctum inter eum, qui poſſidet, & eum qui non poſſidet. ſecun
dum Ber. & Io. And. hic licet contrarium no. Ber. ſ. de cau. poſ
ſeſ. cum dilectus. Aut inuenit vtrunque poſſidere. ſi inuenit
vnum ſolũ poſſidere & non alium, tunc aut inuenit actorem
poſſidere aut reum. ſi actorem refert. aut eſt poſſeſſor iuſtus
reſpectu aduerſarij, aut non. ſi ſic, vt quia, non vi, nõ clam, nõ
t precario ab aduerſario poſſidet tunc debet ita pronuntiare, q2
inuenimus, † talem agentem coram nobis de poſſeſſione talis
fundi potiorem eſſe, & moleſtari a tali, idcirco poſſeſſorẽ eũ
eſſe declaramus, & præcipimus tali reo, vt eum non turbet,
ſed pacifice eum poſſidere dimittat, & tñ nomine intereſſe,
præſtet vt ff. vti poſſidetis. l. ſi duo. §. fi. gl. tamen dicit, ꝙ inter
eſſe venit propter contumaciam non parentis. Sed tu dic, ꝙ
venit in ſententia ꝑꝑ incõmodũ inquietationis. vt in d. §. vlti.
22 Si vero actor † eſt iniuſtus, poſſeſſor reſpectu aduerſarij, vt q2
expulit reum, qui eum moleſtat, tunc debet reus moleſtator,
abſolui, & iudex debet ſic dicere, quia comperimus actorem
poſſidere vitioſe, ideo abſoluimus conuentum ab eo, quòd
intereſt actorem non fuiſſe prohibitum & ab eo quod petijt,
ne in futurum turbaretur, nam ſic debet abſolui. vt ff. de pre-
car. l. qui precario. Si autem inuenit reum poſſidere, & nõ acto
rem, vel reus † melius probauit ſe poſſidere, & tunc aut reus,
non petijt aliquid ex ſua parte. aut petijt idem quod actor, ex
ſua. ſi nihil petijt tunc reus abſoluetur. ſ. de elect. cum eccleſia
ſit probare titulum.ĩ.de præſcr.ſi diligenti.& de deci.c.dudũ,
ſm eum.quod dic per Arch.ĩ.de præſcr.c.j lib.6. Poſſes etiã,
ponere exemplum de illo,qui dicit ſe ſpoliatum & ideo petijt
ſe reſtitui,& qui producit teſtes ad probandum . & non pro-
bauit,& poſtea vult probare ſe poſſediſſe , non debet admitti,
quia ſpoliatio in ſe includit duo.ſ.poſſeſſionem.& deiectionẽ.
vt ſ.de offi.dele.cap.conſultationibus.
¶ Ad pleniorem euidentiam glo.ſecundæ ſi quæris vtrum il-
le,qui ſemel tulit teſtimoniũ contra aliquem præſumatur eius
inimicus,vt ipſum poſtea productum in teſtem,contra eum,
poſſit repellere a teſtimonio perhibendo,diſtingue,aut tulit,
13 contra †eum malum & falſum teſtimonium,& ex tunc pote-
rit eum decetero repellere.Ita intellige.ff.eo.tit.l.produci. cũ
ſua glo. ibi ſecundo non poteſt &c.4.q.3.c.placuit.§.item in
criminali. cum ſua glo. ibi alij exponunt, &c. Ita intelligunt
Vin.Tan.& Inno.hic.in glo.3.& Bar.Brixi.in §.alleg. Item, in
criminali,& exponunt verbum illud in tex.renm.i.falſum.Et
rõ quia ſemel malus ſemper præſumitur eſſe malus.ff.de accu
ſa l.is cui.§.iiſdem.ĩ.de præſump.ex ſtudijs.quinimo talis eſt
periurus.& ſic poſt quantamcunq; pœnitentiã ad teſtimoniũ
amplius non recipitur,vt patet.6.q.j.quicunq;.& 22.q.2.par-
uuli.& c.ſi quis.& ĩ.e.c.teſtimonium.§.j.ver. præterquam.ar.
14 2.q.7.non põt.& ĩ.de præſump. literas.Aut non tulit †falſum
teſtimonium contra eum,& tunc aut productus ab eo met tu
lit teſtimonium contra eum,quia teſtis pro vtraq;parte debet
dicere veritatem.C.de epi.& cle.in aut.ſed iudex.15.q.j.c. cle
ricus.ver.ſed iudex.14.q.5.ñ ſane ĩ.e.veniens.in fi.& no.ſpec.
hoc tit.§.ſequitur de teſtiũ.in prin & tunc ñ pot ex eo eũ re-
pellere C.e.ti.l.ſi quis teſtib.4.q.3.ſi teſtes.verſ.itẽ ſi quis teſti
bus.maxime cũ contrariũ non ſit iure cautũ & edictũ de teſti
bus ſit prohibitoriũ.ff.e.l.j.Aut productus ab alio tulit teſti-
moniũ contra eũ,& tunc aut nunc producitur contra eũ in cã
ciuili,& in illa non põt ea de cã repelli per rõnem proxime di
ctam.& ar.illius §.item in criminali. quaſi velit dicere ſecus,
in ciuili,quia quod de vno dicitur de alio notatur.& c.ĩ.de prę
ſump.nonne.cum ſuis concor. Et quia maior idoneitas requi
ritur in teſtibus deponentibus in cã criminali,q̃ in cã ciuili, vt
leg.& no.15.q.3.ex eo.33.q.5.mulierẽ.C.de proba.l.vlt.de ſal.
15 l.vbi.Aut nunc producitur contra eum in cã criminali,& tũc
dic vt no.Ho & Io.An.ĩ.de accu.meminimus:quia aut ĩ prio-
ri cã tulit teſtimonium contra ipſum ſponte, & ſine coactiõe
& ob hoc ſolum præſumitur eius inimicus,& repellitur. vt in
d.c.meminimus.& in d.§.Item in criminali.& ĩ.de accu. cum
P. Aut tulit coactus per iudicem, & tunc non repellitur:quia
tunc bonum obedientiæ ab omni ſuſpicione , & calumnia ,
eum excuſaret. 23. quæſtio.j. quis culpatur. ſ. de tempor.or-
di. ad aures.

1 *Litigioſum fieri iudicium poſſe citantium commiſſione.*
2 *Litis pendentia quibus inducta.*
3 *Commiſſio iudicium, quando litigioſum non faciat.*
4 *Subreptioni commiſſionem ſufficere.*

CAuſam, quæ. Ad declarationẽ gl. q̃ incipit ar.ꝙ poſtquã &c. ſi
quæras vtrum cõmiſſio facta iudicibus faciat rẽ
litigioſam,vel litẽ pendentem, diſtingue aut poſt
1 ipſam cõmiſſionẽ factã proceſſũ eſt †ad ea, q̃ fa-
ciunt rẽ litigioſam,vt quia de dñio rei cã mouetur inter peti-
torem & poſſeſſorẽ iudiciaria conuentione vel præcibus prin
cipi inſinuatis,ac per eũ futuro reo cognitis.vt C.de litigioſis
2 in auth.litigioſa res.Vel ad ea q̃ faciunt litẽ pendere,vt † quia
ab ipſis iudicibus citatio emanauit,& ad partẽ citatã peruenit,
vel per eã factũ fuit,quo minus ad eius notitiã peruenerit , &
in citatione talia ſint expreſſa,per quæ plene poſſit citatus in-
ſtrui, ſuper quibus in iudicio conuenitur vt extra. vt li. pend.
c.2.in cle. & vide ibi Genze.ſuper verbo competenti, vbi di-
cit,quod ad hoc,vt lis dicatur pendere citatio ſaltem exigitur
cum illa dicatur pars prima iudicij.Inſtit. de pe.teme. litigan-
tium.§.fi.& tunc dicitur res litigioſa,vel lis pẽdere,vt ibi.Aut
3 non eſt poſt †cõmiſſionẽ factã proceſſũ ad ea quę faciunt rem
litioſam,vel litem pendere,vt eſt dictum.& tunc per talem cõ
miſſionẽ,nec fit res litigioſa nec lis pendere dicitur. Sed quo
ad reſcriptũ †tacito de hmõi cõmiſſione impetratum reddẽ-
dũ ſubreptitiũ ſola cõmiſſio facta ſufficit vt hic. Tacuit.n.hic
impetrator tale quid,quod expreſſam impetrationẽ impedi-
uiſſet.ſ.de reſcr ſuper literis.ſm.Genz.in d.c.2.

PErſonas. Si quæris, vtrum teſtis habens con
ſimilem cauſam cauſæ,in qua ꝑducitur in teſtem,admitti debeat,vel repelli, diſtingue
vt dixi ſ.de iudi.c.cauſam quæ.

1 *Hæreticis de fide credi.*
2 *Hæreticos extra fidem a teſtimonio reijci.*
3 *Iudici quæ incumbant.*
4 *Infidelibus extra iudicia credi.*
5 *Infideles in iudicio teſtes ne ſint.*
6 *Infidelibus in iudicijs quatenus danda fides.*
7 *Teſtem Chriſtianum criminoſum, quando, an non, reijciat Iudæus.*

IVdæi. Si quæris, vtrum infideles admittãtur
ad teſtimoniũ ꝑhibendũ , diſtingue .
1 aut †in cã fidei,& dic ꝙ ſic , ſiue ſint hæretici , vt
patet ĩ.de hæreti.c.in fidei fauorem.li.6.licet Ioã.
An.intelligat illã decre.ſolũ,vbi ꝓceditur ꝑ viã in
quiſitionis.ſed G.intelligit eã gnł'r.Patet ẽt.e.ti.c.accuſatus. §.
licet.li.6.ſiue ſint Iudæi Saraceni,vel Pagani,vt patet.ĩ. de hæ-
reti.c.cõtra Chriſtianos.li.6.Aut in alia cã & tunc aut quæris,
de infidelib. hæreticis,aut de infidelib.iudæis,Saracenis,vel Pa
ganis.Si de hęreticis,qui ẽ infideles dñr,vt ĩ.de hære.c.j. tunc
aut quæris ſm canones,aut ſm leges. Si ſecundum canones ,
2 tunc dic,quod tales † cum ſint infames,vt C.de ſum.Tri.l.j.&
de hæreti.in auth.Gazaros.a teſtimonio repelluntur vt ff. de
Sena.l.2.& ĩ.e.c.pen.& excõicati ipſo iure,vt ĩ.de hære. c. ex-
cõicamus.j.& 2.non poſſunt eſſe teſtes ẽt inter cohæreticos ,
vt hoc no.expreſſe Io.24.q.j.§.his authoritatib.gl.antepen. &
Io.& Arch.2.q.7.c.ſi hæreticus.gl.j.in fi.imo.iudex ex officio
poterit eos repellere.ff.de poſtulando.l. quos prohibet.ĩ. de
exce.c.exceptionem.& e.ti.c.pia.§.fi.li.6.& C.de temp.appe.
3 l.2.†Et ꝙ iudex teſtes criminoſos ex officio repellere poſſit,
no.Inn.& Ho.& Io.An.ſ.e.ti.intimauit.idem Bar.Brix.& Ar
chi.2.q.7.quærendum.quia ad officium iudicis ſpectat ne ali-
quis iniuſte grauetur.ff.de offi.præſi.l.illicitas.j.reſponſ.ſed is,
contra quem tales producuntur grauatur ergo&c.Si ſm leges
tunc dic idem quod ſequitur de alijs infidelibus.& vt leg.C.de
hæret.l.qm̃ multi.& in c.alle.ſi hæreticus.2.q.7.¶ Si quæris de
4 infidelibus †iudæis,Saracenis vel Paganis, qui non ſunt excõi
cati ſaltem quo ad eccleſiam militantem:vt 2.qu.j.multi. & ĩ.
de diuor.gaudemus. Tunc aut quæris vtrum poſſint teſtificari
in vltimis voluntatibus,vel cõtractibus,ſeu alijs extraiudicia
libus,& dic ꝙ ſic,vt C.de hære.l.qm̃ multi.in fi.& no. Lau. &
Io.de pœ,di.j.multiplex.ad fi.in gl.maxime &c. Aut ĩ iudicijs
5 & tunc aut† inter fideles,inter quos ẽ cã.& dic ꝙ ñ poſſunt te
ſtificari etiam ſuper contractib. extraiudicialib. ſeu alijs acti-
bus extraiudicialibus,in quibus fuerunt teſtes, vt 2.qu.7. non

poteſt.& C.de Paganis. l.Pagani,& 23.q.4.ipſa pietas.ſ.eo.c.j.
& hic no Martinus Silima.& Ci.in l alleg.qm. quia tales ſunt
6 infames ſm eos,ibi.Aut inter† infideles,inter quos eſt cã, &
tunc poſſunt,vt in d.l.qm.ver.inter ſe aũt.& in c.alle. ſi hæreti
cus. Aut inter fidelem,& infidelẽ inter quos eſt cã & tũc poſ-
ſunt,pro parte fidelis,ſed nõ pro pte infidelis,vt in c.alle.ſi hæ
reticus.Et hoc credo verum,licet Spe.hoc tit.§.j.verſ.item ꝙ
eſt Iudæus dicat ꝙ ſi catholicus agat contra infidelem , ꝙ non
poſsit alium infidelem producere in teſtẽ, quia teſtis deponit
pro vtraq; parte.14.q.5.non ſane.& C.de epiſc.& cle. auth.ſed
iudex ſm Azo. & alios.Sed cõtra ſpe.facit illud,quod ipſemet
dicit ibi in ver.immediate ſe ꝙ orthodoxus põt huic priuile-
gio renunciare etiam tacite,vt C.de teſtib.l.ſi quis in hoc etiã
quod Spe. dicit in §.alleg item ꝙ eſt iudæus , ꝙ hæreticus põt
deponere contra hæreticum,vel Paganum,male dicit , cum ſit
excommunicatus,vt eſt dictum. ¶ Si quæris vtrum Iudæus,
poſsit repellere Chriſtianum in teſtẽ contra ipſum productũ
7 teſtimonio ptextu alicuius criminis vel delicti,diſtingue.†aut
quæris vtrum poſsit cũ repellere a teſtimonio prætextu cri-
minis,quod eſt peccatũ ſm vtrunq; teſtamentũ vetus,& no-
uum vt eſt ſymonia in ſacramentis.j.q.j.qui ſtudet.& ca.cito,
turpem.& no. Ho.j.de ſymo.c.vlt.& vſura.j.de vſu.c. ſup e.
& ſurtum,& ſimilia & tunc dic , ꝙ ſic.aut prætextu criminis,
ꝙ eſt pctm̃ ſm vnum teſtamentum tm̃,& tunc aut eſt pctm̃
ſm vetus teſtm̃ duntaxat,vt comedere carnes porcinas.28.q.
in c.ſæpe malorum conſortia.& c.ſeq.vel arare cũ boue & aſi-
8 no.ſ.de ele.c.cum cãm.& dic ꝙ non. &c. Aut † eſt pctm̃ ſm
nouum duntaxat,& tunc ſic.nã ſm legem Romanã ipſos iu-
deos iudicare debemus,ſm eũdem poſſunt excipere,vt C. de
Iudæis.l.Iudei.iudiciũ.n.claudicare non debet,vt ff.de arbi.l.ſi
cum dies.§.pen.& j.de excep.cũ inter priorẽ.ſm Hoſt.& Ioã.
An.hic. Idem Guil. de Montelau. extra eod.tit. cap. 1. ſuper
verbo , aduerſum in clemen.

¶ Si quæras,vtrum parentes,vel conſanguinei admittantur in
teſtes in cauſa matrimoniali, diſtingue, vt dicam.j.qui ma. ac
cu.poſſunt.cap. videtur.

1 *Domeſticum iuriſdictione teſtem eſſe.*
2 *Vaſallus domino teſtis.*
3 *Regi ſubditos teſtes eſſe poſſe.*
4 *Domeſtici ne teſtificentur.*
5 *Vxorem in virum,præter bonorum ſociam,teſtificare.*
6 *Filij,libertique teſtes ne ſint.*
7 *Domeſticitas in teſtibus quando ſpectanda.9.*
8 *Occulta domeſticis probari.*
10 *Domo eiectus an teſtis eſſe poſſit & 11.*
12 *Eiecti reditum ſubitaneum fraude non carere.*

IN literis. Si quæris, vtrum familiaris , vel
domeſticus admitti debeat in te
ſtem,diſtingue,aut quæris de familiari,ſeu dome
ſtico ſocio omnium,vel partis bonorũ, qualis eſt,
vxor de conſuetudine Franciæ,quo ad mobilia &
cunquæſtus & de tali dic.vt dixi.ſ.eo.qm.Aut de familiari,ſeu
domeſtico,non ſocio,& tunc aut quæris de familiari , ſeu do-
meſtico alicuius eccleſiæ vniuerſitatis,vel collegij , & de illo ,
dic vt dixi.ſ.eo.c.inſuper.Aut de familiari,ſeu domeſtico† ali
1 cuius ſingularis perſonæ, & tunc aut eſt improprie , & genera
liter ſumpto vocabulo,puta quia ſubditus ratione iuriſdictio
nis ſpiritualis vel temporalis,& talis non prohibetur pro illo,
vel contra illum,cuius eſt familiaris,teſtimonium perhibere.
Vnde eps poteſt eſſe teſtis in cauſa archiepiſcopi,vt not. Ber.
ſ.vt lite non conteſt.accedens.j.in gl.hæc eſt iuſta cauſa.in fi.
2 & † vaſallus in cauſa domini. nam & peccatum ipſius occultũ
denuntiare poteſt eccleſiæ non obſtante iuramento.arg. 2. q.
7.admonendi,vt no Ber.Hyſpa.& Archi.22.q.vlti. de forma.
& tñ ibi eſt,vt teſtis.& ſ.eod.c.in omni.Item homines †alicu-
ius regni vel prouinciæ vel loci poſſunt eſſe teſtes in cauſa re-
gis vel domini illius regni, vel prouinciæ,vel loci, alias ſeque-
retur inconueniens,& abſurdum,ſi nullus de terra vel iuriſdi
ctione ſua poſſet deponere contra ipſum,vt no.P.de Bel.pert.
& Ci.& alij doct.moderni. C, eo.tit.l. eos teſtes licet glo. in-
nuat contrarium & male ff.eo.tit.l.idonei. Aut eſt familiaris,
proprie ſumpto vocabulo puta ratione dominicæ,vel patriæ,
vel magiſteriæ poteſtatis,& tunc aut iſta familiaritas contrahi
tur,poſt latum teſtimonium & talis non nocet.arg.no. in ſpe.
hoc tit.§.j. ver quid ſi poſt latum teſtimonium & pro hoc. ſ.
de reg.iur. c. factum legitime.lib.6.cum ibi not. Aut ante, &
tunc aut quæris,vtrum poſsit eſſe teſtis cõtra illũ cuius eſt fa-
miliaris,ſeu domeſticus,& ꝓ aduerſario & tunc refert aut ſo
la rõ domeſticitatis aut familiaritatis eſt cã impedimentũ, vel
non ſolũ illa rõ,ſed etiam perſonæ reuerentia ¶ In primo ca-
4 ſu dic, ꝙ põt,& debet admitti,& etiam †cogi teſtificari. Nam
fauore aduerſarij eſt introductum, ꝙ tales nõ admittant, vt hic
& in iurib.hic alleg.ergo nõ debet in eius læſionẽ retorqueri,
ar.C.de legib.quod fauore.& ꝓ hoc faciũt no.p.Acc.ff. e l. fi.
& per Card.& alios.j.e.ti.c.Ro.li.6.& hoc tenet ſpe.hoc tit.§.
j.ver.quid ſi aduerſarius.idẽ no.Acc.C.e.tit.l.ẽt.& Ia.de Aret.
5 & Ci.poſt eũ.Idem no.Ho.in vxore† q̃ eſt domeſtica viri ſui,
vt probatur expreſſe.C.de re mili.l.quicunq;.li.12.vt admitta
tur,& cogatur contra maritum ſuũ teſtimoniũ dicere ſ ſum.
eo.ti.§.2.ver.quid ſi volo.quod intellige qñ non eſt ſocia bo-
norum de conſuetudine,ſicut eſt in Francia,vbi eſt ſocia vt di
xi ſ.e.qm.& hæc vera in ciuilib.Sed in criminalibus forte non
debent cogi,ſed bene volentes admitti.& ita põt intelligi.ff.e.
l.lege Iulia.licet Accur.ibi dicat, ꝙ nec in ciuilibus cogi debẽt,
ita ẽt põt intelligi.3.q.5.cõſanguinei.4.q.3.c.ſi teſtes.§.l. Iulia.
6 cũ ibi no.Aut † nõ ſolũ rõ familiaritatis,ſeu domeſticitatis eſt
cã impedimenti ſed ẽt reuerẽtia perſonæ debita,vt patet in fi
lijs, qui debent parentib. reuerentiã.vt C.de emen. propin.l.
vnica.ibi domeſticę laudis &c. & ff. de in ius vocan. l.quicun
que.§.ptor.ait.C.de in ius vo. l.fi.& in libertis qui debent pa-
tronis reuerentiã.vt ff.de obſequijs paren.& patro.a libe.& li-
ber.pſtandis.l.j.& 2.& tales ſiue volentes,ſiue coactos non po
teſt aduerſarius producere,vt C.de quæſtionib.l.pridẽ.& C.e.
ti.l.libertorũ.qui accu.non po.l.fi.4.q.3.c.ſi teſtes.§.item teſtis
idoneus.& §.item parentes.& §.item liberti.& ſ.de ſeruis nõ
or.c.de famulis.vt no.Spe.hoc ti.§.j.ver.item ꝙ eſt libertus ẽt
volentib.parentib. vel patronis.vt no.gl.in d.l.libertorũ. & Ia.
de Are.& Cin.in d.l.ẽt.in fi.vbi ẽt dñt idem in vxore, quæ de-
bet reuerentiam viro.ff.ſo.ma.l.alia.§.eleganter.ſed in hoc ma
le dñt ſm Ho.& Spe.vt ſ.dictũ ẽ.Aut quæris vtrũ poſsit eſſe te
ſtis pro illo cuius eſt familiaris,vel domeſticus,& tũc aut quę
ris de illo qui eſt familiaris, vel domeſticus illius, qui eũ pro-
7 ducit tpe productionis & diſpoſitionis. Aut †de illo, qui ante
fuit domeſticus,& familiaris producentis,ſed mõ nõ eſt.,ſ.tẽ
pore productionis & depoſitionis.In primo caſu dicitr , qđ
non põt eſſe teſtis.quia tale teſtimoniũ ẽ ſuſpectum, vt hic &
ff.e.l.pen. & C.e.l.ẽt.& l.parentes. 14.q.2.c.de eo.§.leges. & ſe
qu.& c.j.& 4.q.3.c.ſi teſtes.§.item teſtes quus. & ver.item ẽt.
3.q.5.per totum,j.de hære.c.filij.in fi.li.6.& hoc no.Ho.in ſũ
ma e.tit.§.2.ver.item iure ciuili.& ſpe.eo.tit.§.j.ver.itẽ exci-
8 pitur quod eſt domeſticus.Hoc fallit in factis †domeſticis,&
ſecretis q̃ cõmode nõ,niſi p familiares & domeſticos, probari
poſſunt.vt C.de repu. l.conſenſu.§.ſeruus.& §.ſeq.ſuper plagis
& j.e.veniens.2.in fi.[Fallit ẽt in caſu j.qui ma.accu.po.vř.ſm
ſpe.in ver.alleg.itẽ excipitur.] Itẽ fallit.2.q.7.c.cũ paſtoris. &
j.de accu.c.nulli eporum.vbi vita , & conuerſatio ſecreta epi,
probatur per cubicularios ſuos,& iſte caſus continetur ſub p-
9 cedenti de factis ſecretis.In ſecundo †caſu.ſ.qñ ante fuit fami
liaris vel domeſticus producentis,puta eius colonus, cliens ,
vel mercenarius,ſed mõ.ſ.tpe productionis, & depoſitionis ,
non eſt,tunc aut deſijt eſſe colonus,vel cliẽs,vel mercenarius
ſeu alius domeſticus ipſius producentis bona fide,& ſine frau
de,& hoc conſtat,& tunc põt eſſe teſtis.ar.ff.de poſtulã.l.3.§.
10 affinitates.Aut doloſe† & in fraudem aduerſarij,vt quia cũ eie
cit a ſe ad ſinẽ, ꝙ ꝓ ipſo teſtificari poſſet,& hoc cõſtat, & tũc
nõ põt eſſe teſtis.ar.ff.de qõnib.l.vnius.§ ſeruus & C.de qõni-
bus.l.ſeruos,quia fraus & dolus alicui pattocinari ñ debẽt. vt
ſ de reſcr.c.ſedes apoſtolica.in fi.ff de rei ven.l.in fundo.vt no
Ho.in ver.alle.itẽ iure ciuili.ver.quid ſi quis fuit colonus. &c.
& ſpe.in ver.alle.itẽ excipitur.Aut eſt dubiũ & tunc dicit Ia.ď
11 Ra.in d.l.ẽt.C.eo.ꝙ non põt † præſumi fraus ex præcedentib.
hoc ẽ ex eo, ꝙ eũ eiecit,vel licẽtiauit,quia non ẽ fraus ſi aliqs,
parat ſibi ꝓbationes.vt ff.de neg.geſ.l.at qui natura. §.cũ me
abſente.quod põt eſſe verũ ſm ſpec in ver.alleg. item excipit
ver.quid ſi olim.in fi.qñ ante lit.cont.in cã cum licentiauit,ſe-
cus ſi poſt.Pro quo facit,quia poſt lit.cõt.reſtant incontinen-
ti probationes & nõ ante.ſ.de lit.cont.c.vnico.vt lit.non cont.
c.j.& c.accedens.j.& 2.c.qm.& iõ ex his quæ fiunt incontinẽ-
ti præſumitur fraus.ar.ſ.de elec.c.officij.ff.de priuil.credi. l.ſi
ventri.§.fi.Ex ſubſequentib.vero põt præſumi fraus , puta ſi
poſtq̃ teſtificatus eſt,redijt ad dñm ſuum,pro quo eſt teſtifi-
12 catus.¶ Circa hoc tm̃ diſtinguit Cin.(& credo, ꝙ bene,)in d.
l.ẽt.aut talis familiaris.vel ſeruiens partim poſt ſuam depoſi-
tionem , redijt,ad dominum ſuum, & tunc præſumitur fraus,
aut

aut ex interuallo, & tunc non præſumitur. arg. ff. de priu. cre-
di. l. ſi ventri. §. fi. & l. ſeq. & c. alle. officij. Item quod dic[tu]m eſt
de mercenario intelligit ſpec. in ver. alle. de illo, qui me[r]cedē
recepit & non de illo qui gratis ſeruit. Et eſt forte rō, na[m] ille
qui gratis ſeruit non ſperat commodum habere, & ideo non
præſumitur habere animum corruptum, ſeu ad dñm inclina-
tum ſicut primus. 11. q. 3. quatuor. j. de re iudi. c. cum æterni
li. 6. & vide quod not. G. in d. c. filij. ſuper verbo familiares. vbi
dicit, & Ioan. And. poſt eum. quòd mercenarij dicuntur do-
meſtici. ff. de pœnis reſpiciendum. §. furta. C. de his qui ad ec-
cle. confu. l. præſenti.

1 *Renuntians teſtibus generaliter, eos ne producat. & 6.*
2 *Renuntiationem generalem teſtium appellari non obeſſe.*
3 *Renuntiatio ſpecialis quibus, an non obſit.*
4 *Renuntians reſtituendus.*
5 *Renuntiationis generalis, & ſpecialis diſcrimen.*

CVm veniſſent. Si quæras vtrum pars quę
renuntiauit teſtibus pro-
ducendis poſsit amplius teſtes producere, ſiue in cau
ſa principali, ſiue in cauſa appellationis, diſtingue aut
1 renuntiatio fuit generalis aut ſpecialis. Si generalis †refert, aut
ex forma, ſeu verbis renuntiationis apparet, quòd renuncias,
voluit renuntiare perpetuo, & in tota cā tam principali, q̄ ap-
pellationis productioni teſtium vt quia partes dicerent, nō re
nuntiamus, vel concludimus, quòd de cetero, nec de facto, in
cā principali, vel appellationis dicemus aliquid, & tunc talis re
nuntiatio ſemꝑ præiudicat. ar. C. de tēp. appel. l. fi. ad fi. & ff. de
ferijs. l. j. j. de regula. ſtatimus. ſm Inno. hic in glo. not. quòd
in fi. & Hoſt. & Io. And. poſt eum. & ſm Guli. & Genze. extra
eo. c. 2. in cle. & idem ſi renuntiaret omni iuri probationis ſe-
cundum eos ibi. Aut hoc non apparet, & tunc aut quæris, vtrū
talis renunciatio præiudicet in cā principali, & dic, quod ſic.
vnde talis renuntiatio reſtringitur ad inſtantiam cāæ principa
lis & ad factum principale ipſius inſtantiæ ar. C. de iudicijs. ꝑ
perandum. & s. de iud. venerabilis. vt ſuper eo non poſsit renū
tians teſtes producere. niſi ex iuſta cauſa. vt ſequitur & non ad
facta emergentia. Vnde poterit poſtea exceptionem propone
re, & ſuper ea teſtes producere. ar. hic. j. eo. cām quæ. 2. ſed In-
no. hic in glo. no. quòd in prin. & Ho. & Io. And. poſt eū, licet,
contrarium innuat ipſe Inno. & male. s. de do. & con. finem. in
2 3. glo. Aut quæris, vtrum præiudicet† talis generalis renuntia-
tio in cā appellationis, & dic quòd non: quia nō creduntur par
tes hoc intellexiſſe, quin in ipſa cauſa appellationis quæ eſt a-
lia a principali poſsint teſtes produci ſuper antiquis articu-
lis ſuper quibus non ſunt teſtes producti in cauſa principali &
ſuper nouis dependentibus ex primis. vt le. & no. s. eo. frater-
nitatis. ſm Inno. Hoſt. Io. An. ¶ Si renuntiatio fuit ſpecialis,
3 †ſuper certo articulo, ſeu certis articulis facta, tunc aut quæris
vtrum noceat, ſuper alijs, & dic quòd non, vt hic in fi. ſm Gu
li. & Genze. extra eo. c. 2. in cle. Aut ſuper illo vel illis ſuꝑ quo
vel quibus renuntiauit, & tunc dic, quod ſic, ita quòd ſuper il-
lo, vel illis non ſunt de iure communi vlterius teſtes recipien-
di, nec in cā principali, nec in cā appellationis. In principali nō
vt s. e. antimauit. & c. conſtitutus. in fi. & j. eo. de teſtib. In cau-
ſa appellationis. no. vt j. eo. conſtitutus. in fi. quod intellige, ni
ſi dictum eſſet, quòd renuntiaret in certa cā puta principali, &
tunc non extenderetur ad cauſam appellationis, & hoc verū,
4 de iure communi †ſed per reſtitutionem ex clauſula generali ſi
qua mihi iuſta cauſa videbitur. vt ff. ex qui. cau. ma. l. j. ſi iudici
videatur maxime iuramento a parte præſtito, quòd hoc mali-
tioſe non petit ſuper eodem articulo poterit teſtes produce-
re. arg. in auth. de teſtibus. §. quia vero multi. colla. 7. ſm Inno.
5 ergo multo fortius poterit †hoc facere tam in cā principali, q̄
etiam in cauſa appell. ſi renuntiatio ſit generalis dictum eſt. s.
quòd renuntiatio ſpecialis facta in certo articulo præiudicat,
tam in cā principali, quam etiam in cauſa appellationis, ſecus,
in generali renuntiatione, quæ regulariter nō obſtat niſi in ea-
dem inſtantia, vt eſt dictum, quę eſt rō: ratio eſt, quia in primo
caſu ius ſpāle, ſeu partiale, ꝑ hoc q̄ſitū eſt parti, aduerſæ, quod
per finē illius inſtantiæ non tollitur, vt s. de reſti. ſpol. c. piſanis
& extra de elect. c. conſtitutionem. vt circa. §. inſuper in clem.
ſm Guli. & Gen. in d. c. 2. Et hæc vera licet Accur. in auth. e. ti.
§. quia vero multi. iam alle. & C. qūo & qñ iudex. aut. qui ſemel
dicat quòd quis non pōt renuntiare productioni teſtiū & ma
le. vt not. glo. hic. & j. eo. de teſtibus. in fi. Et nota, quòd ſi v-
6 na pars †renuntiauerit productioni teſtium, altera non renū
tiante quod poteſt vt C. de iudi. in auth. iubemus. pars renun-
tians amplius producere ne qui teſtes, altera vero ſic, vt nota
Spec. hoc tit. §. fi. in fine.

1 *Copulam viſu probari.*
2 *Teſtimonium de auditu viſus.*
3 *Auditu viſus quæ probentur. & 4.*
5 *Viſu ſolo quæ probanda. & 6.*
7 *Auditu relato non danda fides. fallit. 8.*
9 *Iudici ipſi probationibus quæ ſpectanda.*

PRæterea. Si quęras, vtrū carnales cōmix-
tio poſsit probari per teſtes, &
quale teſtimoniū ſufficiat ī hoc caſu diſtingue, aut
1 eſt teſtimoniū ve viſu †vt quia teſtes deponūt, q̄d
viderunt eos carnaliter cōmiſcentes, & illud teſtimoniū ſuffi-
cit, vt hic, qñ dicit de viſu ſm Inn. & Hoſti. hic. Vnde recitat
Ho. hic, quòd ſemel corā eo fuit facta tā euidens probatio, q̄
cogitare eſt pudibundū. Aut eſt teſtimoniū de auditu, & tunc
ſubdiſtingue duplex teſtimoniū de auditu. quia vnū eſt de au-
2 ditu viſus, aliud de auditu relationis. †Teſtimoniū de auditu,
viſus appello teſtimoniū de auditu ꝓprio, & qñ teſtes nō erāt
in pñtia cōtrahentiū, ſed erat in medio tenuis paries, vel corti
na. vel aſſeres ita, quod teſtes videre non poterant, tñ audiebāt
3 & cognoſcebant, & percipiebāt† coitū viri, & mulieris ex eui
dentib. coniecturis, & pſumptionib. violentis, auditu, & intel
lectu potius, quā viſu. & tale teſtimoniū bene valet, vt hic. & j.
de pſump. c. literis. & 32. q. j. dicit dñs. Fallit vbi ageretur crimi
4 naliter. vt no. c. veniēs. †Iſtud ēt teſtimoniū valet ad ꝓbandū il
los contractus, qui auditu percipiuntur, vt ſtipulationes & ꝓ-
miſſiones, & contractus matrimoniales, q verbis cōtrahuntur
j. de ſpon. tue. ff. de verb. obl. l. j. & quaſi ꝑ totū. Sed hoc fallit in
illis ꝯtib. q requirunt viſum, & oculos, in quibus teſtimoniū
5 de auditu viſus nō valeret, †vt ſunt datio annuli, numeratio pe
cuniæ, ingreſſus in poſſeſsionem, & hmōi, ꝓbationē vere ocu
lorū & viſus requirunt. De quibus reperies octo caſus expreſ
6 ſos in iure. †Primo eſt, cū q̄ritur de finibus. ff. fi. regū. l. ſi irru-
ptione Secundus eſt cū quærit de ętate. ff. de mi. l. minor. Ter
tius, cū quæritur an aliqua ſit virgo, vel corrupta. 27. q. j. nec ali
qua s. de prob. propoſuiſti. & c. cauſam. Quartus cū q̄ritur, an
aliquis ſit ſectus, vel hēat aliud impedimentū in genitalib. vt
j. de fridi. laudabilē. in prin. Quintus, cū quæritur an aliqua ſit
prægnans, ff. de vent. inſpi. l. j. Sextus, cū quæritur, an aliquis ſit
infirmus, quo caſu oculus medici requiritur, & mittitur ad in
firmum. C. de re mili. l. ſemel. li. 20. Septimus eſt, cū q̄ritur, an
pecunia fuerit numerata, & q̄ fuerit illa pecunia. C. de teſti. l.
teſtiū. Octauus, cū q̄ritur, an aliquis hēat maculā in oculo, vel
aliud impedimentū corporale. vt s. de cor. vitia. c. 2. & vlt. Pōt
addi nonus cum quæritur an inuentarium ſit bene factum. in
auth. de hæred. & faci. §. ſi vere abſunt. colla. j. vbi not. gl. quòd
7 eo caſu cœcus non admitteretur in teſtē. † Teſtimoniū vero
de auditu relationis non valet niſi ad præſumptionem facien-
dam, nec talia teſtimonia probant, ſed adminiculant intentio
nem ꝓducentis, & ſic poſſet intelligi iſtud. c. in fi. ita intellige
8 j. de ſucceſ. ab inte. c. cū dilectus. Sunt †tñ aliqui caſus, in quib.
valet tale teſtimonium vt in cōſanguinit. & affi. ꝓbanda. j. e.
licet. 35. q. 6. de parentela. Itē cum agitur de fraude cōmiſſa, ab
hærede, in auth. de hæredi. & falc. §. ſi vero, colla. j. Itē vbi tra-
ctatur de antiquitate q̄ ꝓbatur per libros antiquos, vel per te-
ſtes, qui dicunt ſemper hoc audiuiſſe a ſuis maiorib. & nemo,
eſt qui viderit, vel audiuerit aliud. ff. aqu. pluui. ar. l. in ſum. de
aqua quotid. & ęſtiu. lege hoc iure. §. ductus aquæ. de probat.
ſi arbiter. C. titu. proxi. cum cauſam. & not. j. de præſcriptio.
auditis. Et ſi qui ſunt alij caſus, de iſta materia, vide quod no.
22. q. 5. hoc videtur & ſpecialiter per Archid. qui in ſupradi-
ctis ibi concordat. & 3. q. 9. de his. & in ſpecu. hoc titu. §. 1.
verſic. item qui non prohibet & ver. ſeq. In materia vero hu
9 ius cap. licet per text. & gloſſ. inſtruatur iudex †certa, tamen
regula tradi non poteſt, ſed ipſe ſi ſit diſcretus iudex poteſt vi
dere, ſi probatio facta coram eo ſufficiat, vel non. vt j. eo. præ-
ſentium. & capit. in noſtra. ff. eod. l. 3. & l. ob carnem. ſecun-
dum Hoſtien. quaſi dicat tota iſta materia arbitraria eſt, & vi-
de, quod dicam infra eodem, tam literis, vbi de hoc dicam.

CVm nobis. ¶ Si quæras vtrum aſſertioni,
vel literis iudicis credatur, ſu-
per proceſſu facto, & habito coram eo, vide quod
ſcripſi. s. de proba. qm̄ contra falſam. Sed ſi quæras
latius. & vtrum iudex, vel etiam arbiter poſsit eſſe teſtis in cau
ſa, vide quod dicam. j. eo. dilecto.

1 *Teſti præter productum dicenti an credatur.& 2. 3.*
4 *Teſtem non iuratum non recte deponere.fallit.5.*

De teſtibus. Si quæras,vtrum, & quādo te
ſtis deponit ſuper alio, quā ſu-
per quo fuit productus, & iuratus eius depoſitio
1 valeat, referi,aut †quæris vtrum valeat in eo ſuper
quo fuit productus,& iuratus, vt quia fuit ꝓdu-
ctus & iuratus ſuper vno articulo tm̄,& tn̄ depoſuit ſuper illo
& alio, & tunc ſic,vt hic, & ag.ꝭ.de of.dele.cum olim abbas.
ꝭ.de proba.hoc.t.j.tit.proxi.præterea.Et eſt rō quia in ſepara-
tis non debet vtile per inutile vitiari.vt le.& not.j.de reg.iur.
vtile.lib.6.& hoc tenet Ho.hic.aut quæris,vtrum valeat in eo
ſuper quo non fuit productus nec iuratus & tūc ſubdiſtingue,
ſm Spec. hoc tit. §.j.in.. col.ver. itē q depoſuit ſuper alio, q
2 ſuper quo.&c.Aut teſtis †depoſuit ſuper dependentibus, ſeu
cohærentibus capitulis illi capitulo,ſuper quo productus exti
tit & iuratus,& tunc valet eius dictum.arg.ff.de mi.l.etiam.§.
ex cauſa.& C.de temp.appel.l.per hanc.ꝭ.offi.dele. prudentiā,
3 §. fi.Aut ſuper non †cohærentibus,nec dependentibus illi ca-
pitulo, ſeu ab illo capitulo ſuper quo productus extitit,& iu-
ratus & tunc non valet eius dictū.vt in iuribus hic per Ber.in
prin.glo.alleg.ff.de peti.hære.ſi quis libertatem.§.vlti.de inre
tur.ſi duo patroni. §.idem Iulianus in fi.& C.qui legi.perſonā.
l.vlt.Et prædicta intellige fore vera,qn̄ teſtis iurauit dicere ve
ritatem ſup certis articulis ſeu capitulis propoſitis tm̄.ſecus ſi
iurauit dicere veritatem ſuper quocunq; interrogaretur, quia
tunc valet ſuper omnibus.vt j.de accu.cum dilecti. & de hoc,
no.Iaco.de Are.& Cy.C.qui legi.perſonam ſtan.in iudicio ha
4 bent.l.vlt.Quid dicens,ſi teſtes prius †deponunt, & poſtea iu
rant dicit Goff.in ſumma huius tit.ante fi.& Ab. Gall. in ſum.
eo.tit.ver.antepen.teſtimonium non valere prius.n. debēt iu
rare.4.q.3.c.ſi teſtes.§.item in criminali.ver. iuriſiurandi. ꝭ.e.
fraternitatis.Sed Bar.Brixien.in q.venerabili.46.incip. aliquis
ductus fuit in teſtimoniū dicit,q iſte non eſt ordo, qui vitiet
& q valet teſtimoniū,ſi talis eſt bonæ famæ, & hoc ſibi videt.
Dicit tn̄ q Tanc.dicit contrarium cū Bartholo. Concordat,
Ho.in ſum.huius tit.§.ſuper quibus.verſ.ſed quid ſi teſtis. de
hoc tractat Spec.nil comprobans.hoc tit.§ ſequitur. ad fin. &
5 Io.An.nil eligit.Prima opinio pōt eſſe vera,ſi iurauerit†ex in-
teruallo poſt,depoſitionem, vltima vero,ſi incontinenti,poſt
quia quæ incontinenti fiunt.&c.ff.ſi certum.petatur. l. lecta.
j.titu.t.præterea.cum concord.ſuis.& in conuictis nullus eſt
ordo regularitet.ff.de pe.lega.l.quidam.ꝭ.de reſcr.c.cūm,quæ.
Item dicit hic Goſ.non valere teſtimoniū ſi ſcribatur & trada
tur iudici.Idem.Ab.Gall.eo.tit.ver.pen.quia iudex conſidera
re debet vocem conſtantem.& trepidationem.ff.de qonibus.
de minore.§.2.5.q.2.relatum.3.q.9.teſtes.Hæc vera in illo,qui
loqui poteſt,ſecus in muto.de hoc in Specu. hoc titul. §.nunc
tractandum. verſicu. qui de muto. ſm Io.And.hic.
¶ In glo.fin.Si quæras,vtrum publicatis atteſtationibus, poſ-
ſint alij teſtes produci. vide quod dixi. ꝭ. eod. fraternitatis.
Item.ſi quæris vtrum pars, quæ renunciauit teſtibus produ-
cendis poſsit amplius teſtes producere, vide,quod dixi ꝭ.eo.
cum veniſſent.

1 *Teſtibus quæ,an non obijcienda.*
2 *Teſtem a me productum, quando, an non , reijciam.3.4.5.6.*
7 *Inſtrumentum a me prolatum an reprobem.*
8 *Iuramentorum genera.*
9 *Iuſiurandum varie præſtari.*
10 *Iuſiurandum præſentis non extendi.*
11 *Iuſiurandum præteriti inextendibile.*
12 *Iuſiurandum futuri non extenditur.*
13 *Iuramentum iudiciale quando,an non,reiterabile.*
14 *Iurantem de calumnia de veritate iurare.*
15 *Iuſiurandum non,niſi inutile,reiterandum & 16.*
17 *Iurari de calumnia ſemel.*
18 *Iurari de malitia quandocunque.*

Præſentium. Si quæris vtrū ille contra quē
producti ſunt teſtes poſsit o-
bijcere contra eos crimina, diſtingue, aut crimina,
orta,& nata ſunt t pa teſtimonij lati,& dic regulariter
q ſic,vt hic in tex.& in glo.obijcere poteſt quis.&c.Aut cri-
mina orta & nata poſt latū teſtimoniū,& talia non nocēt.ar.ff.
de reg.iur.l.factū.& e.ti.c.factū legitime.li.6.& hoc tenet Spe.
hoc ti.§.j.ver.quid ſi poſt latū teſtimoniū.¶ In gl.j. Si quæris,
vtrū teſtē ꝓ me inductū in aliqua cā poſsim poſtea in eadē cā
vel in alia cōtra me inductum reprobare,'diſtingue, aut volo
2 eū reprobare,ex cā ſupuenienti nata,& orta,poſtq̄ †eū produ
xi in teſtē,& tunc poſſum ſm Ber.& Ho.hic idē Spe.hoc ti.§.
j.in tu.col.ver. itē qđ is pro quo aliquis dicit ibi hoc aūt cer-
tū &c.ꝓ hoc facit.ꝭ.de offi.dele.inſinuante.j.tit.ꝓxi.c.ꝓterea
de eſſe vt circa.li.6.& eſt caſus.C.e.ti.l.ſi quis teſtib. & iō dicit
Spe.hoc tit.§.ſæpe teſtes.ver.quid ſi produxi teſtē & volo &c.
q ſi produxi teſtē contra te,& poſtea volo ꝓbare, qđ tu cor-
rupiſti eū potero eū repellere. Idē ſi vellē eū repellere ꝓtextu
criminū poſtea ꝑ ipſum cōmiſſorū per iura alleg. & arg.j. de
iureiur.quemadmodū.Idem tenet Inn.j.de excep. cū venera
bilis.in glo.q.d.inſtrumentū.ver.& etiam contra teſtem. & c.
3 Aut † volo eum reprobare ex cā antiqua,i. nata,& orta anteq̄
ipſum produxiſſem in teſtem,& tunc aut eū produxi pro me,
& cū hoc,fui eo & eius teſtimonio vſus.Aut dūtaxat eum ꝓ
duxi,ſed non fui vſus eo.In primo caſu refert,aut volo eū re-
probare ex cā quæ ex me vel ex eo procedit , vt quia ꝓpono,
eū periurū, infamē,conſpiratorē,vel inimicū meū,& tūc non
poſſum.vt C.de teſt.l.ſi quis teſtib.& 4.q.3.c.ſi teſtes.c.ſi quis
teſtibus. ſm Ber.& Hoſt.hic.& hoc intellige , nec in eadē cā,
nec in alia & non ſolū ſi perſona,contra quā primo eū produ
xi,mō contra me eum producat ſed etiam ſi quæcunq; alia..vt
no. Inno.j.de excep.c.alle.cum venerabilis in.glo.j.q.d.inſtru
mentum.ver.idem no.&c.Et idem no.doct.iuris ciuilis.in d.
l.ſi quis teſtibus. arg.illius.l.quæ loquitur imperſonaliter. arg.
ff.quod quiſq; iur.l.3. §.hæc pœna.Fallit in caſu,vbi talis cā an-
tiqua latebat tempore,quo eum produxi,& quam tunc veriſi-
militer ignorabā,quæ de nouo ad mei notitiam peruenit,arg.
c.alleg.vt circa ver.niſi aliquid &c.cū ibi no.Non.n. videor eū
approbare in eo,quod ignoro.ff.de iur.om.iudi.l.ſi per errorē
de reg.iur.l.non vr̄ qui.n.errat conſentire non pōt.j. de con-
iu.ſeruo.c.propoſuit.& c.ad noſtram. Idem,n.eſt de eo, quod
non eſt,& de eo quod non apparet.ff.de contrah.emp.& vē.l.
in lege,& hoc tenet Ci.in d.l.alleg.ſi quis teſtib.dicens & bene
4 quod eſt quaſi caſus.ff.de conſit.tuto.l.vtilitatem. Aut † volo
eum reprobare ex cā,quæ de me vel ex perſona ipſius teſtis,
ſolius non procedit.ſed ex perſona eū producentis cōtra me,
& tūc poſſum.v.g.patrem tuū induxi teſtem cōtra aliquē.mō
tu inducis eum contra me,certe bene potero eum reprobare,
quia ex tunc procedit cā quare eū reprobo.ſ.quia pater tuus ē.
vt hoc no.Inn.in c.alle.cū venerabilis.in gl.quaſi dicat.ver.itē
no.& Hoſt.poſt eū.idē Arch.4.q.3.c.ſi teſtes.§.ſi quis teſtib.j.
5 gl. & 3.q.8.cuius in agendo.in gl.3.Si eū†produxi pro me,ſed
non fui eo ſeu eius teſtimonio vſus,& tunc aut non fui eo v-
ſus ea ratione,quia non potuit,vt quia ad reprobationem,'par-
tis aduerſæ contra quem eum produxi,& qui ipſum reproba-
uit,repulſus fuit,vel non fuit repulſus,ſed nihil pro me diſpo
ſuit,& tunc non poſſum eum reprobare,arg.j.de cri.fal.ca. ad
falſariorū.in fi.& c.dura.ff.quod quiſq; iuris vni.l.3.in princip.
ver.ſed ſi ipſe.& de poſtu.l.j.§.beſtias.quia quod approbo , nō
reprobo.ff.de nego.geſt.l.Pomponius ſcribit.& hoc tenet ſpe
cu. eo.tit.§.ſæpe teſtes.ver.& no,q te'tam.ver.ſed quid ſi eū
Idem tenent doct.iuris ciuilis in l.alleg.ſi quis teſtib.excepto
P.de Bel.per. qui ſub dubio forte dicit in primo exēplo de il-
lo,qui per partē aduerſam repulſus eſt,ſecurius eſſe, q dicatur
6 quod poſsit reprobari,arg.ff.quod quiſq; iura.l.j.Aut †non fui
eo vſus,'ea rōne quia nolui,& tunc dicit Spec.in ver. alleg. ſed
quid ſi eū,q ipſum potero reprobare.arg.ff.ad l.Cor.de fal.l.q
falſam.& C.ad l.Cor. de fal.l.ſi falſos.& hoc pōt eſſe verū, qn̄
teſtem duntaxat produxi,ſed ipſum nolui facere examinari,
ſecus ſi teſtem vnum,vel plures produxerim qui depoſuerūt
in cā ſed nolo vti atteſtationib.eorū quia eo caſu dn̄t Ia.de ra.
& P.de Bel.pert.& Cy.in d.l.ſi quis teſtib.& idē vr̄ tenere Io.
And.quod ipſum ſeu illos nō potero reprobare niſi ex noua
cā, & hoc attēta rōne illius legis.qa qđ ſemel approbo nō re-
probo.vt in l.alle.Pōpo.nec obſt.illa litera qn̄ dicit vſuc.&c. qa
debet ſubaudiri maxime.nā ſufficit,q potui vti.ar.l.alle.ff.'qđ
7 quiſq; iura.l.3.in prin.ver.ſed ſi ipſe.¶ Si quæras, ſi ſim †vſus
vno inſtrumēto in vna cā,deinde illud ꝓducitur cōtra me, nū
quid illud potero reprobare,diſtingue. Aut volo ipſum repro
bare'ꝑꝑ defectū authoris vel eius q ſcripſit & tūc n̄ poſsū ar.
l.C.de teſti.l.ſi qs teſtib.Aut ꝑꝑ hoc qa ibi eſt aliud capitulū,
ſeparatū a primo qđ ꝯ me facit,& tūc poſsū.ar.l.ff.depoſi.l.pu
bli.§.vl.& C.de.tranſa.l.ſi ex falſis ſcta no.P.de bel.ꝑti.& Ci.in
d.l.ſi qs teſtib.¶ Ad euidentia gl. quæ incipit iuramentum eſt
etiam &c.ſi quæras vtrū in eadē cā,ſeu in eodē negotio poſsit
pluries & debeat iurari,diſtingue,& ad huius articuli notitiā,
pleniorē no.ſm Spe.q quadruplex ē gen⁹ iuramēti . Vnū ē de-
ciſorium

ciſ[illegible]ium,de quo.C.de re.cre.l.generaliter.&.j.de iureiur.c.vlt.
Aliud eſt iuramentum, de veritate dicenda, quod præſtatur in
ſpiritualibus cauſis,vel in ſpiritualibus annexis.vt.s.de iura.ca.
8 c.literas. Tertium genus eſt † iuramentũ de malitia,quod pre-
ſtatur ſuper exceptionibus vel cũ aliquid loco exceptionis ꝓ-
ponitur quoties præſumptio eſt cõtra aliquem,quòd malitioſe
proponitur aliquid. vt.ff.ad exhi.l.theſaurus.s.de elec.c.cũ di-
lecti.Quartum genus eſt iuramentum,de calumnia.de quo.C.
de iura.calum.per totum.&.s.de iura.calum. per totum. vt no.
Spe.ti.de iura.cal.§.1.ver. vnde ad huius articuli notitiam &c.
Et licet ipſe ponat duo prima genera iuramenti, vt diuerſa &
ſeparata, ego tñ Hen. pono, vt vnum genus ſeu vnam ſpeciem
hoc eſt iuramentum de veritate dicenda, & quòd non ſint niſi
tria genera ſ.de veritate dicenda.de calumnia,& de malitia ſatis
9 innuit.j.de iura.calum.ca.2.lib.6. diſtingue ergo, aut † iuratur
de præſenti tñ,& ſpecialiter. vel de præterito tantũ & ſpecia-
liter. vel de futuro tñ,& ſpecialiter. Aut iuratur de futuro, &
generaliter. In primo caſu non extenditur iuramentum ad fu-
10 turum: & † ideo oportet iterum iurari. ita intellige.ff.de dam.
infecto.l.qui bona.§.ſi quis ſtipulaturus. arg.ff. de noxa.l.quo-
ties.§.ſi iniurãdum.& ita intelligunt.l.illam. Pe.de Bellaper.&
Cyn.C.de iura.calum.aut.hoc ſacramẽtum.licet Accur. ibi, in-
telligat.l.illam,in extraiudicialibus. Et pro opi.Pe.& Cy.facit,
quòd iuramentũ non extenditur,niſi ad ea,de quibus eſt veri-
ſimiliter cogitatum,vt.j.de iureiur.ca.pen.cum ibi notatis. In
11 † ſecundo caſu,ſcilicet, qñ iuratur de præterito tñ, & ſpeciali-
ter tunc idem quod in caſu præcedenti,& per eandem rõnem.
& ita poſſes intelligere in aut.eo.ti.§. quia vero multi. &.j.eo.
vltra tertiam. In tertio caſu,ſcilicet,qñ iuratur de futuro tantũ
12 & ſpecialiter tunc idem quod in primo caſu.ſ.quòd non † ex-
tendatur iuramentum ad aliud quam ad illud quod eſt iuratũ.
Ideoq; ſi aliquis iurauerit fidelitatem regi, vel epiſcopo tñ, &
non ſucceſſori ſuo poſt mortem Regis, vel epiſcopi iurare te-
nebitur ſucceſſori. vt in li.feu.de prohib.feu.alie. per Federicũ
c.imperialem.§.præterea.colla.10. per eandem viam. facit.j.de
iureiur.c clericus. In quarto vero caſu,ſcilicet,qñ iuratur de fu-
turo,& generaliter,refert aut quæris de negotijs extraiudicia-
libus, & tunc iterũ iurare non debet, vt probatur.j. de iureiur.
13 c.veritatis.cum ibi no.Si de iudicialibus † tunc refert,aut quę-
ris de iuramẽtis generalibus,quæ pręſtant officiales,qui iurant
officium ſuum fideliter exercere: ſiue ſint teſtes ſynodales, vt
.j.titu.ꝓximo.c.præterea.ſiue iudices vt in aut.iuſiuran.quod
præſta.ab his.§.& eques ero.colla.2.j.de iureiur. ca.venientes.
ſiue tabelliones vel quicunq; alij vt ſi ſunt nuncij inſulciti.j.de
præſump.illud de præſcrip.& ad audientiam.de ap.cum parati.
Aut de alijs iuramentis ſi de iuramentis generalibus quæ præ-
ſtant officiales: tunc aut quæris vtrum tales tenentur decętero
iterum iurare de his ſeu ſuper his, quæ pertinent ad officium
ſuum: & dic quòd non vt in iuribus alleg. Aut vtrum tenentur
iurare de his,ſeu ſuper his quæ nõ pertinent ad officiũ ſuum:
& dic quòd ſic,vt in c.alleg.præterea. verſi. niſi forte. vbi hoc
not.Hoſt. Si de alijs iuramẽtis tunc refert: aut eſt eadem cauſa
in genere: plures tñ inſtãtiæ, ſicut eſt videre in cauſa principa-
li & in cauſa appel.quæ ſunt diuerſæ inſtantiæ. vt.ff. iudi.ſolu.l.
cum apud.C.de ap.l.eos.s.de procu.c.non iniuſte.in fin.vbi de
hoc in gl.vlt.&.j.de iura.calũ.c.in appellationis cauſa. lib.6. vbi
de hoc. tñ ambæ ſunt eadem cauſa in ſubſtantia.arg.3.q.7.c.ac-
cuſatus. vbi dicit iterato iudicio &c. 31.q.2. Lotharius. in fin.
2.q.6.poſt ſecundam.& bene facit.C.ne li.in vna eademq; cau-
ſa tertio app.in ru.& in nigro.C.de procu.l.ita demum. & Lin-
uitus.vbi de hoc.& j.de app.c.Romana.li.6. vbi de hoc per G.
in 1.glo.& iſta fuit opin. Io. & Lau.& tunc dico q in tali cauſa
omnia iuramenta prædicta.ſ.tam de veritate dicenda, quam de
calumnia & etiam de malitia & quodlibet ipſorum per ſe plu-
ries præſtari põt & debent,ſi exigantur, hoc eſt, ſemel in cauſa
principali,& iterum in qualibet cauſa appellationis, vt.ꝓbatur
expreſſe in c.alleg.appel.cauſa in prin.vbi corrigitur opi.Azo.&
pla.& approbatur opi. Io.no.C.de iura.calum.l.2. in princ. Aut
14 eſt † vna cauſa, & vna inſtantia: & tunc aut quæris vtrũ omnia
genera iuramentorum prædictorum poſsint & debeant in ea-
dem cauſa præſtari, hoc quòd licet in vna cauſa ſit iuratum de
calum.q in ea nihilominus poſsit & debeat iurari de malitia &
etiam de veritate dicenda ſi,& qñ & quum iudici videbitur.&
dic quòd ſic,vt.s.de elec.cum dilecti. de reſtit.ſpol.c.literas.&
expreſsius probatur.j.de iur.calum.c.s.§.quamuis.& c.in appel
lationis cauſa. iam alle.§.fin. lib.6. & hoc tenent Inno. & Hoſt.
hic: licet Ber.hic contra in ver.ſi vero iuratũ eſſet,& male. Aut
quæris, vtrum quodlibet prædictorum generũ iuramentorum
ſeu quodlibet genus iuramẽtorum prædictorum poſsit & de-
beat pluries in eadem cauſa præſtari, & tunc refert: aut primo
iuratum eſt inutiliter,& indebite,aut vtiliter,& debite. Si inu-
15 tiliter † vt quia contra ordinem iuris,vel ſine delatione,ſeu re-
quiſitione iudicis,vel partis tunc iterum eſt iurandum ei iã eo-
dem genere iuramẽti,vt probatur.s.de elec.c. dudum.2.§. par-
tibus.iuncto.§.ſe. tandem Archi. &c. Et optima eſt ratio, quia
iuramentum primum inutiliter præſtitũ,pro non præſtito ha-
betur: & ideo non præſtat impedimentum,quo minus iterum
vtiliter præſtetur.arg.ff.qui ſatiſd.coguntur.l.quoties.ff. de iu-
reiur.l.3.in fin.cum l.ſeq.j.de regu.iur.c.non pręſtat.lib.6.cum
16 ibi notatis. Si vtiliter † & debite tunc aut quæris de iuramẽto
de veritate dicenda, & dic quòd illud ſemel præſtari debet.arg.
.ff.de iureiur.l.admonendi.C. de rebus cre. l.actori. & l.ſi quis
iuſiurandum. in fin. Et quia tale iuramentum loco ſolutionis
cedit. vt.ff.de iureiur.l. iuſiurandum & modo conſtat, q ſuf-
ficit ſemel debitũ ſoluere.inſti.qui.mo. tol.oblig.in princ. Aut
17 de † iuramento calumniæ & dic quòd illud ſemel duntaxat in
eadem cauſa præſtatur, vt ꝓbatur.C.de iura.calum. in aut. hoc
ſacramentũ quod ſumitur in corpore auth. de his qui ingredi.
ad appella.§.fi. colla.5. Sed hoc fallit in auth. de teſtibus.§. quia
vero. Et eſt ratio,qa ibi iura timent de ſubornatione ſm Cyn.
in auth.alleg.hoc ſacramentum. Vel poſſes dicere,quòd ibi lo-
quitur de duplici genere iuramẽti.ſ.calumniæ, & de malitia &
ſic non fallit. Aut de iuramento de malitia: & dic q illud præ-
18 ſtatur in omnibus † cauſis,& in qualibet cauſa nedũ ante litem
conteſt.ſed etiam poſt lit.conte.quoties iudex viderit expedi-
re,vt probatur in c.alleg.in appellationis cauſa.§.fin. in fin.& de
iſto iuramento malitiæ poſſet forſan intelligi.§.alleg.ſi quis ſti-
pulaturus. & in hoc & in quibuſdã alijs præmiſſorũ corrigitur
opi.Spe.in verſi.alle. vnde ad huius articuli prout ibi põt vide-
re. Et nota,quod iſtud iurm malitiæ differt a iuramẽto calum-
niæ in quatuor,vt no.Goff.in ſum.tit.de cura.calum.§. præſta-
tur iuramentum hoc.& Spe.in.§.s.alleg.ver. differunt aũt. quę
differentiæ non ſunt vſquequaque veræ,vt patet per præmiſſa.

1 *Teſtium contrarietas.*
2 *C. in noſtra, ſenſus.*
3 *Teſtes plures quã ſpectandi.*

In noſtra. De materia huius c. hoc de cõtra-
rietate teſtium ſ.tis plene notatur
hic per Ber. & Hoſt. & plenius per Hoſt. in ſumma
eo.ti.§.quot diuerſitates.& in Spec.hoc titu.§.poſt-
1 quam per totum.&.§.ſæpe.ver.quid ſi produxi. Et qñ † teſtes
contrariantur inſtrumento vide in Spec. tit.de inſtru.edi.§.re-
ſtat videre,quibus.ver.ſed alij.& per Ioan.& Arch.4.q.3.ſi te-
ſtes.& de glo.Ioan.ibi ſumpta fuit hæc gl.Ber.de verbo ad ver
bum. vnde iſtam glo. ſuppleas per illas, & tunc habebis diſtin-
ctionem perfectam,& iſtam diſtinctionẽ Ber. & Hoſt. hic po-
nit frater Ioan.in ſumma confeſ.ti.de rap.rub. de teſtib. q.186.
2 Vnum tñ quod dicit Ber.hic in glo.fin. quòd † illud quod dicit
tex. hic, quòd recurrendum eſt ad dignitatem perſonarum, vt
authoritas præferatur multitudini ex altera parte: intelligitur
quando numerus in modicum excedit.s.de elec.c.eccleſia ve-
ſtra. Si enim in multum excederet,præferetur numerus.arg.s.
de elec.dudum.j. Reprobat Hoſt.dicens quòd hęc glo.eſt mi-
rabilis,imò miſerabilis: quia eſt contra textum qui dicit quòd
3 ad multitudinem † reſpici non debet. ideo dicit cũ textu quid
enim (inquit) ſi centum peccatores ribaldi notorij & periuri
ſint ex vna parte: & ex altera duo epiſcopi vel religioſi honeſti.
vtiq; ſtabo honeſtis.s.de procur.in noſtra. hæc Hoſt. Tu vero
potes ſaluare glo. & dicere quòd glo.eſt vera, vbi ſunt pares in
idoneitate licet non in dignitate. Glo. vero Hoſti. vbi in nullo
ſunt pares. argu.ff.eo.titu.l.5.§. tu magis ſcire potes.

1 *Auditu probanda.*
2 *Viſu omnes ſenſus contineri.*
3 *Auditum, niſi certa perſona actum ſpectet probare. & 4.*
5 *Auditus adminiculatus probat.*
6 *Auditus, comite fama, an probet.*
7 *Auditum auditus non niſi cum adminiculis probare.*

Cum literis. ¶ Ad declarationem & ſupple-
tionem primę glo.ſi quęris, vtrũ
teſtimonium de auditu ſolo vel vna cũ fama faciat
plenam fidem, diſtingue aut quæris de teſtimonio
de auditu ſolo aut de teſtimoniu de auditu vna cum fama, ſeu
alijs adminiculis. In primo caſu refert: aut quęris de auditu vi-
ſus: hoc eſt de auditu proprio: aut de auditu relationis hoc eſt
de auditu

de auditu auditus alterius ſeu de auditu alieno, quod eſt idem:
1 Si primo modo, tunc aut agitur † de talibus actibus, qui per ſen
ſum auditus proprie percipiuntur & percipi pñt: vt ſunt ver-
ba, clamores, & voces, & tunc valet & probat teſtimonium de
auditu: dummodo ſit alias ſufficiens, vt ꝓbatur. ṡ. de conſue.
ca. 2. de elec. per inquiſitionem. ȷ̇. eo. c. cum cauſam quæ. inter
archiepiſcopum de ſucce. ab inteſta. c. fi. ver. & licet. 14. q. 2. ſu-
per prudentia. 3. q. 9. c. teſtes. §. de his. & c. ſi debitum. 26. q. 6. c.
de his. & c. qui recedunt: vt. C. eo. ti. in aut. rogati. Et tale teſti-
monium licet auditu perceptū fuerit dicitur perhiberi de vi-
2 ſu: quia qñq; nomine † viſus oẽs ſenſus corporis intelliguntur,
vt patet in c. alleg. fi. ȷ̇. de ſucceſ. ab inteſta. & ex eo quod habe-
tur Io. j. ibi. palpate, & videte &c. Exodi. j. viderunt voces &c.
Nec diſtinguo in hoc caſu inter actum corporalem, & incor-
poralem. prout Hoſt. hic & ȷ̇. eod. licet ex quadam diſtinguere
videtur. Sed ſi quæris, vtrum tale teſtimonium de auditu pro-
3 bet plene abſq; alio adminiculo, refert aut iſte † auditus nõ con
cernit actum certæ perſonæ, vt quia cum ageretur de impedi-
mento tempeſtatis teſtes deponunt, ꝙ hodie audiuerũt toni-
trua, & tempeſtates magnas fieri Pariſijs. vel cum ageretur de
violatione interdicti deponunt, ꝙ audiuerunt campanas pulſa-
ri, vel miſſas alta voce cantari in eccleſia Pariſijs. & dic ꝙ ſic ita
poſſum intelligere. §. alleg. de his. 3. q. 9. & c. alleg. cum cauſam
quę. ȷ̇. eo. ti. ita intelligo illud generale illud dicimur ſcire, quod
4 ab alijs audiuimus. 22. q. 5. hoc videtur. aut † iſte auditus con-
cernit actum certæ perſonæ ſeu certarum perſonarum, vt quia
tractatur de matrimonio Titij, & Berthæ: & teſtes deponunt
ſe audiuiſſe verba contractus matrimonij: vel quia proponitur
contra Titium presbyterum, quòd ipſe violauit interdictum,
& teſtes deponunt, quòd audiuerũt eum in eccleſia interdicta
campanis pulſantibus miſſam celebrantem. & tunc nõ ſuffice-
ret teſtimonium ſolum de auditu: niſi adeſſet adminiculũ no-
titiæ vocis, ſeu loquelę perſonæ, ſeu perſonarũ ſed cum notitia
bene valet vt in iuribus. ṡ. in prin. alle. & 2. q. 1. multi. & 15. q. 5.
presbyter. Et in iſto caſu non poſſet cęcus deponere, niſi hr̃et
notam vocem illius, ſeu illorum, de cuius ſeu quorum actu vel
contractu deponit. vt no. Spec. hoc ti. §. 1. ver. ſed nunquid cę-
cus poteſt. & Ioan. 3. q. 9. teſtes. & Io. Andr. ȷ̇. eo. cum cauſam
quæ inter. ad quod facit quod no. glo. in aut. de hære. & fal. §. ſi
vero abſint. glo. no. teſtimonium. colla. j. licet in caſu præceden-
5 ti poſſet abſq; aliqua notitia perſonarum. † Aut agitur de tali-
bus actibus, qui per ſenſum auditus ſolius proprie percipi non
poſſunt, vt carnalis copula, & ſimilia. & tunc nõ probat, niſi alia
adminicula interueniant. vt leg. & no. ṡ. eo. præterea. Si quæris
de auditu relationis, tunc tale teſtimonium nõ valet per ſe, niſi
ad præſumptionem faciendam: vt dixi. ṡ. eo. pręterea: ſed fallit
in caſibus vt ibi. ¶ Si quæris de ſecundo membro principali,
6 vtrum teſtimonium de auditu † cum fama plene probet, tunc
aut quæris de auditu ꝓprio & illud vna cum fama bene probat
vt in c. alle. præterea. ȷ̇. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuę. ſuper eo:
& ita intellige quod not. Goff. & Io. Andr. hic qui putant, quòd
fama cum vno teſte, vel alijs argumẽtis fidem facit. vt 4. q. 3. c.
ſi teſtes. §. item ſæpe. 35. q. 6. ſi duo. ȷ̇. de præſum. illud. Fallit in
cauſis criminalibus criminaliter intentatis. vbi vnus teſtis vna
cum fama non probaret: vt no. Ber. Lau. Vin. & Hoſt. ṡ. eo. ve-
niens. j. & Archi. 2. q. 8. ſciant cuncti. & de hoc per eum. 35. q. 6.
7 ſi duo. † Aut quæris de auditu auditus ſeu de auditu relationis,
quod eſt idem: & tunc non probat. niſi adminicula ſuffragen-
tur. Ita intelligo hic in tex. & in gl. ſed fallit in caſibus quos no.
Spec. hoc tit. §. 1. verſi. quid ergo. & ſeq. & adde quod dixi. ṡ. eo.
præterea. Et de teſtimonio ſuper viſu, guſtu, tactu, & odoratu
vide plene in Spec. hoc ti. § nunc tractandum. ver. vt autem. &
ver. ſeq. & ibi inuenies quod not. Innoc. & Hoſt. ȷ̇. eodem. cum
cauſam quæ inter.

1 *Procurator caueat de rato.*
2 *Decanus petens alienata nõ cauet de rato, nec recõueniendus eſt.*
3 *Agens ex c. cum olim procuratorem dat.*

CVm olim. ¶ Si quęris, qñ aliquis de eccle-
ſia agit pro eccleſia recõuenitur
nomine eccleſiæ, vtrũ teneatur cauere de rato &
iudicatum ſolui. Et vtrum in cauſa recõuentionis
eccleſiã defendere teneatur, diſtingue aut agit pro
1 eccleſia tanquam procurator noĩe procuratorio ipſius † eccle-
ſiæ, & aliorũ de eccleſia, tunc dic, quòd tenetur cauere de rato.
& de iudicato ſoluendo prout & in illis caſibus, in quibus ex-
traneus hoc facere tenetur. arg. ṡ. de procu. cõſtitutis. & de off.
deleg. curam. in prin. 3. q. 8. cuius in agendo. & etiam eccleſiam
defendere in cauſa reconuentionis. de quo tñ dic, & diſtingue
vt plene dixi. ṡ. de ꝓrocu. c. non iniuſte. Aut agit pro eccleſia &
alijs negligentibus non tanquam procura. ſeu procuratorio no
2 mine ſed tanquam vnus de eccleſia: puta † decanus, vel cantor,
archidiacon', vel canonicus, cuius intereſt forte repetẽdo alie-
nata de bonis eccleſiæ iuxta. c. nõ liceat Papę. 12. q. 2. & c. ſi quis
presbyterorum. ȷ̇. de re. eccle. non alie. vel agendo pro libertate
eccleſiæ vt hic. & ȷ̇. de præb. ex parte. ff. de libe. cauſa. l. 1. & 2. &
tunc dic, quòd nõ tenetur defendere eccleſiam in cauſa reconuentionis, nec cauere de rato nec etiam ſatiſdare: quia hoc ei
conceditur a iure abſq; alio mandato: vt in iuribus alle. ar. ff. de
re mili. l. 2. imò, niſi hoc faceret, puniendus eſſet, vt. §. q. 5. qua-
propter. ȷ̇. de re. eccl. nõ alie. c. hoc cõſultiſsimo. §. & nihilomi-
nus. lib. 6. & hoc tenet, Spec. ti. de reconuen. §. 1. verſi. ſed pone
aliquis agit. & pro hoc facit quod not. ipſe. Spec. titu. de pro-
cur. §. ratione quoque. ver. quid ſi canonicus & Archi. in c. alle.
3 non liceat Papæ. vbi dicunt, quòd agens † iuxta formam illo-
rum c. non liceat Papæ ſi quis presbyterorũ poteſt conſtituere
procuratorem ante litem conteſt. nam in hoc ſuccedit loco ca-
pituli, ſeu collegij, & in his conco. Ioan. Andr. hic.

1 *Exceptio excommu. ſtatim probanda.*
2 *Teſtes quando obiecta excommu. recipiendi.*
3 *Teſtes quando non obſtan. obiectis recipiendi.*
4 *Teſti obiecta quando reſeruanda. Cap. ex parte. ſenſus.*
6 *Exceptionis probatio ob quæ differenda.*
7 *Teſtium depoſitionem differre arbitrarium. & 8.*
9 *Reprobatorij an probatorijs praexaminandi.*
10 *Rationem extranei facti non reddat teſtis.*
11 *Facti cauſati non reddenda ratio.*
12 *Rationem reddat rogatus.*
13 *Ratio quando a quæſtore quærenda.*
14 *Teſtimonium omiſſa ratione valere.*
15 *Criminis particeps teſtis de ſe reſpondeat.*
16 *C. cum cauſam quæ ſenſus.*
17 *Teſtis in quibus de ſe reſpondeat.*
18 *Litigantes an teſtibus cognoſcendi & quando.*
19 *Teſtis quando, an non, pro recepto habendus. & 20.*
21 *Actuum iudicialium qui conſenſu, an non, ratificandi. & 22.*

CVm cauſam quæ. ¶ Ad declara
tionem & ſup
pletionem primę glo. Ber. Si quęras, vbi con-
tra teſtem proponitur aliqua exceptio, vtrum
de exceptione quæri, & diſcuti, & ipſius pro-
batio fieri debeat antequã teſtis deponat: vel
vtrũ debet prius recipi & deponere: & ipſius depoſitio in tem
pus diſputationis reſeruari, diſtingue aut exceptio excõicatio-
nis maioris eſt oppoſita contra teſtem ſeu teſtes: aut alia exce-
1 ptio. † Si exceptio excõicationis non ſtatim eſt probatio pro-
pter periculum participationis admittenda. ar. 11. q. 3. cum ex-
cõmunicato. ȷ̇. de excep. exceptionem. de ſen. excõ. ſoler. lib. 6.
& vt no. Spec. hoc tit. §. 1. in 6. col. verſi. ſed quid ſi dicitur. ver.
porro. & Ioan. An. ṡ. eo. ex parte. Ade. & videtur expreſſum. ȷ̇.
de ſen. excom. decernimus. lib. 6. quo caſu, teſtium cõtra quos
opponitur receptio & examinatio interim differentur, niſi ab-
ſoluantur ad cautelam quo caſu valeret etiam depoſitio. vt. ȷ̇. c.
2 proxi. in fin. Vel † periculum ſit in mora: quo caſu examina-
buntur, & effectus obiectorũ in tempus diſputationis debent
reſeruari per iura quę ſequũtur. Si alia exceptio obijciatur tunc
3 poſſet † ſic ſubdiſtingui. aut mora eſt periculum allatura, & ex
parte ꝓducentis ipſum teſtem, vt quia ipſe teſtis productus eſt
infirmus, vel ſenex vel abſuturus vel bellum campeſtre intratu
rus vel vltra mare iturus, & ex parte illius contra quem produ
citur: vt quia teſtes per quos exceptionẽ ſeu obiecta contra te-
ſtem productum ex parte aduerſa ꝓbare intendit, ſunt infirmi
ſenes vel abſuturi vel bellum campeſtre intraturi, vel vltra ma-
re ituri, & tunc ex quo vtrobiq; periculũ eſt in mora vtriuſq;
partis teſtes ſunt examinandi: & obiecta debent in tempus di-
ſputationis reſeruari arg. ṡ. vt lit. nõ conteſt. qm̃ frequenter. in
princ. quia materia probationũ anguſtari non debet. C. de ber.
l. qm̃. in fin. Aut ex altera parte tm̃ mora eſt periculum adlatu-
4 ra: & tunc ex illa parte teſtes recipientur, & † examinabuntur
obiectis in tempus diſputationum reſeruatis per iura alle. hoc
ſatis in effectu not. Innoc. & Hoſt. hic. & Spec. hoc tit §. 1. verſi.
quid ergo ſi præmiſſa obijciens. Aut mora non eſt periculũ ad-
latura: & tunc aut iſte excipiens, & obijciens contra teſtes ha-
bet teſtes ſuos, ſeu ꝓbationes ſuas incõtinẽti paratas, aut non:

Si ſic,

Si ſic,tunc debent recipi,& admitti ſtatim & interim teſtium,
contra quos fiunt obiectiones, receptio, & examinatio differ-
ri. ita intellige quod no.ſ.eo.ex parte Ade.&.j.c.ꝓximo. Vnde
poteſt dici,hodie poteſt cõſtare,de obiectis hodie agatur. arg.
.ff.ad exhib.l.3.§.ibidem vt in poſ.leg.l.is,a quo. in prin.& quia
teſtis non debet admitti, cuius depoſitio nõ prodeſſet. arg.C.
de proba.l.ad probationẽ dominij.j.de excep.dilecti.ſ. de offi.
delega. cum contingat. Aut obijciens contra teſtem,ſeu teſtes
partis aduerſæ nõ habet,ad probandum obiecta, teſtes ſuos in-
continenti paratos,& tunc debent teſtes partis aduerſæ recipi,
& examinari,non obſtantibus obiectis, ſuper quibus obiectis,
vel ſimul cum eis recipientur ꝓbationes, vel differẽtur in tꝑs
diſputationis,arg.in aut.eo.ti.§.ſi vero dicatur.colla.7.Iſta duo
membra vltima not. Inno.& Hoſti.hic.& ad iſta poteſt reduci
quicquid dicitur in iſta glo. Vel dic plenius, & melius,quod in
iſto articulo ſunt opiniones quas recitat Io. And.ſ.eo. ex parte
Ade. Prima Io.& Vinc.hic qui tenent per c.alle.ex parte.quod
ſemper admittatur a principio probatio,niſi in caſibus, vbi ius
exprimit illam reſeruandam.alleg.etiam.C. de proba.l. ad pro-
5 bationem. Secunda,quæ eſt ex verbis Inn.in d.c.ex parte. † vi-
detur colligi, ꝙ ſi id quod opponitur eſt publicũ & probatio-
nes offerũtur recipi debeant, alias ſi requirit tꝑis tractum ſiue
fieri debeat reprobatio per teſtes ſiue per inſtrumentum reci-
pietur teſtis,& reſeruabitur probatio poſt publicationẽ. & hoc
per aut.ſi dicatur.C.eo & in corpore aut.eo.titu.§.ſi vero dica-
tur.&.§.ſeq.colla.7. Tertia Hoſt. qui videtur velle in d.c.quod
ſtatim ſit recipienda, probatio & quod ita reſeruandum diſpu-
tationem,poſt publicationem:verum intelligit de publicatio-
ne ipſius probationis reprobatorię. prius enim debet diſputa-
ri,quam diſcutiatur.j.eo.in cauſis. Quarta eſt Spec.in præalle.
ver.qui videtur velle,quod probatio exceptionis ſit differenda
6 † niſi mora periculum afferret, vt quia teſtes,per quos vult re-
probare ſunt infirmi,vel receſſuri, vel bellũ vel mare intraturi.
tunc enim recipietur dictum illorum,ſi ſunt parati. Quinta eſt
Ioan.Andr.in prædicto.c.ex parte. cui videtur, ꝙ exceptio le-
gitima contra teſtes oppoſita ſemper a principio ſit recipien-
da.ſ. eo. præſentium. alias ad quid tꝑe productionis citaretur
is,cõtra quem producitur quod tñ omiſſum vitiat productio-
nem.ſ.eo.c.2.& putat,ꝙ grauaret iudex non recipiendo exce-
ptionem: & ꝙ locus eſſet appellationi:& forte ita fuit in d.c.ex
parte. Recipere aũt ſtatim,vel differre probationem exceptio-
nis credit,ꝙ ſit iudici arbitrarium. ad hoc inducit.c.ſtud.&.ſ.
tit.1.licet.Exceptis ſpecialibus caſibus duobus quos ponit glo.
hic.& tertio de excõicatione vt dictum eſt.ſ. Caſum aũt Spe-
culatoris nõ putat ſpecialem,vt prius recipiatur,ſed fatetur ſpe
7 cialem,vt ſtatim recipiatur. Vnde tunc non differretur † iura-
mentum, vel depoſitio teſtium, ſed eo tꝑe, quo forſan ille ſu-
per principali deponit,& de quorũ periculo timetur,deponent
ſuper reprobatione,ſicut & alias ſuꝑ principali deponere poſ-
ſent propter illam cauſam.ſ.vt lit.nõ conteſt.c.qm. In arbitra-
tu aũt iſto conſideret iudex,an illud,quod excipitur habeat pa-
rem æquitatem,cum caſibus.ſ.exceptis. Item an ſit publicum
& an offerentur probationes. & an præſumptio ſit contra exci
pientem ꝙ hoc faciat cauſa differendi.& tunc an his qui produ
cuntur ſuper principali immineat periculum mortis: vel cauſa
abſentiæ, vel an venerit de longinquo. Item ꝙ poſſit facilius
expediri probatio, vel reprobatio. Item an reprobatio fiat ob
cauſam exoſam puta criminis an non, vt quia dicitur conſan-
8 guineus,vel familiaris,vel his ſimile.Item conſideret,† ex quo
poſſet ſequi maius malum,vel odium,& ſm circunſtantias fa-
cti,quæ nec declarari poſſent, videat quod expedit prius reci-
pere,& illud eligat. & ſi prius recipiat probatorios, q reproba-
torios non poteſt excipiens conqueri. nam parcitur in hoc la-
boribus & expenſis ſuis. Forte em̃ teſtis nil deponet vel ſi de-
ponet multi alij nõ reprobabiles idem deponent, & ſic nõ ex-
pediret illum reprobaſſe imò magis expedit non reprobaſſe. Si
9 vero † prius recepit reprobatorios non poteſt excipiens con-
queri quia petit quod intus habet.& eaſdem rationes reuoluas
erga producentem,qui non poteſt conqueri,ſi delata reproba-
tione ſtatim recipitur teſtis, quem produxit. Item nec poteſt
conqueri,ſi differatur receptio ſui teſtis cõtra quem excipitur:
parcitur enim laboribus,& expenſis ſuis. & exceptione ꝓbata
non expediebat illum produxiſſe: imò expediebat nõ produ-
xiſſe. In dubio vero vbi facti circunſtantię non monent,vt eli-
gendum, ꝙ differatur reprobatio per illud quod.ſ. dictum eſt
in verſi. & ſi prius.tamen quia adhuc poſſet reprobatio repro-
bari. & ſic eſt ſuſpicio de longiori tractu.j.eo. licet.3. hoc ſe-
cure teneas ꝙ rationem habet,& æquitatem. & cõtrarias opi-
niones concordat quas reducas ad caſus diuerſos Ioan. Andr.
¶ Ad declarationem glo. quæ incipit, cauſam enim. Si quæras
vtrum teſtis teneatur reddere cauſam dicti ſui ſuper quo depo
10 nit,diſtingue,aut quæris,vtrum † teneatur reddere cauſam di-
cti alterius,aut facti alterius, ſuper quo deponit. & dic,ꝙ non.
verbi gratia, teſtis ꝓducitur ad probandum ꝙ propoſitus vel
officialis Pariſienſis tulit talem ſnĩam cõtra talem,nunquid te-
netur dicere cauſam, quæ mouit talem iudicem ad ferendũ il-
lam ſnĩam: certè non quia nec ipſe iudex cauſam ipſam in ſnĩa
exprimere tenetur.j.de re iudi.c.ſicut nobis. vbi hoc no.Hoſt.
& Ioan.Andr.ibi.&.ſ.eo.tit.ſuper rubrica. Aut quæris vtrum
11 teneatur † reddere cauſam dicti ſui. & tunc aut ipſa depoſitio
ſeu ipſum dictum teſtis continet in ſe cauſam ſuam ſufficien-
tem: vt cum eſſet quæſtio inter aliquos,an aliquis tenuerit ali-
quam rem de facto vel non. Teſtis dicit, ego vidi, quod de fa-
cto tenebat rem talem,de qua eſt quæſtio inter partes: & tunc
nec eſt neceſſe,nec vtile reddere cauſam ſcientiæ: quia iam vi-
dit eam qñ dicit, quod vidit, quod tenebat eam: quia nulla alia
cauſa poteſt eſſe ſui dicti ratio, niſi quia vidit. & idem ſi ſuper
ſenſu auditus deponit quod audiuit: vel ſuper ſenſu guſtus,ꝙ
guſtauit. & ſic de alijs ſenſibus corporis humani.ſm Inno.hic
in glo.dic ꝙ teſtis.& Hoſt.poſt eum. idem Spec.hoc ti.§ nunc
tractandum.ver.vt aũt hoc plenius. Aut ipſum dictũ, ſeu ipſa
depoſitio teſtis non continet in ſe cauſam ſuam ſufficientem,
vt quia dicit, ꝙ ille tenuit de facto rem illã de qua erat quęſtio.
nec dicit ꝙ vidit eum tenere. & ſic de alijs ſenſibus corporis
12 humani poſſes ponere exempla infinita. & † tunc refert aut iu-
dex,ſeu examinator interrogat eũ de cauſa dicti ſui,ſiue ſcien-
tiæ ſuæ: & tunc tenetur reddere cauſam ipſam: alias ſua depo-
ſitio non valeret,vt hic & in aut.de teſti.§.& licet.coll.7.4.q.3.
c.ſi teſtes.§.item ſolam. vbi hoc no.Ioan. idem Ber.& Hoſt. &
Ioan.Andr.hic. & in c.alleg.ſicut nobis. Aut iudex, ſeu exami-
nator non interrogat eũ de cauſa dicti ſui: & tunc aut pars,con
tra quam teſtes examinãtur,dedit interrogatoria, ſm quæ vult
ipſos teſtes examinari: & de cauſis ſcientiæ ſeu dictorũ ſuorũ
13 interrogari: aut non. Si ſic,tunc tenetur † examinator eum in-
terrogare de cã dicti ſui: & ipſe teſtis interrogatus ipſam cau-
ſam reddere & dicere tenetur,quod dic vt not.Spec.hoc titu.§.
iam de interrogatorijs.in fi.ver.item caute.pro hoc.j.eo.præ-
ſentium.§.teſtes.lib.6.vbi de hoc. Si non,tunc refert: aut exa-
minator omittit quærere de capitulis principalibus cauſæ: vt
cum ageretur rei vendicatione, teſtis dicit ſcio, ꝙ talis eſt dñs
rei petitę,ſine cauſæ expreſſione. & tunc tenetur etiam nõ in-
terrogatus cauſam dicti ſui dicere: quia per talẽ depoſitionem
fert teſtimoniũ de iure,non de facto quod non licet. & talis te-
ſtis debet interrogari ex qua cauſa habuit.& ſic reſpõdeat ꝙ ex
cauſa emptionis: iterũ interrogabitur,a quo dño emit. ſm Inn.
& Hoſt.hic in gl.ſcilicet an lucri cauſa. & Spe.vbi.ſ. Aut omit-
14 tit † quærere de alijs capitulis, ſeu cauſis non principalibus. &
tunc teſtis nõ tenetur reddere cauſam dicti ſui: & nihilominus
valebit eius depoſitio ſm Ber.Inn.Hoſt.& Io.An.hic. pro hoc
.ff.de no.ope.nuntia.l.de pupillo.§.qui nouũ opus. de iureiur.l.
iuſiurandũ & ad pecunias.§. qui iuſiurandũ.C. de edic.di.Adri.
tol.l.fi.§.ſi aũt. idem Accur.C.eo.ti.l.3. Et no.ꝙ idem eſt ſi te-
ſtis non reddat aliquã cauſam dicti ſui:& ſi reddat tñ malã, vel
inhabilem,vt ſatis no.Inn.hic in gl.alle.ꝙ teſtis. & expreſſius.
Spec.hoc tit.§.5.verſi. item ꝙ interrogatus.in 9.col. & totam.
glo.Inno.hic ipſe ſpeculator ponit in §.alleg. nunc tractandum.
ver.vt autem. hoc plenius & in verſi. attendat etiam iudex.
¶ Ad declarationem gl.quæ incipit ipſorum teſtium. Si quęris
15 † vtrũ teſtis interrogatus de, & ſuper ſuo crimine teneatur re-
ſpondere. Hoſt.hic diſtinguit ſic,aut quęritur ſpecialiter de ali
quo crimine,cuius particeps dicatur eſſe teſtis: & tunc licet de
alijs non credatur ei in omnibus de ſe: tñ reſpondere debet, &
ei creditur,vt.ſ.de elec.per inquiſitionem. de confeſ.ca.1.& 2.
&.C.eo.ti.l.nullum.alias aũt non cogitur reſpondere: quia ne-
mo tenetur confiteri contra ſe de pęni.diſt.1. nõ tibi dico. nec
obſtat quod hic dicitur: quia quãuis iudex de his quærat: te-
16 ſtis non cogitur reſpondere. Vel dic ꝙ hoc quod † hic dicitur.
& 4.q.3 §.ſi teſtes. verſi.item teſtium.&.ff.eo.ti.l.3.intelligitur
de perſonis litigãtium a quibus & cõtra quos inducuntur,quas
teſtes debent cognoſcere: vt in aut.eo.ti.§. 1.colla.7. Non ergo
de criminibus teſtium, qui non cõtingunt cauſam, de qua agi-
tur debet iudex teſtes interrogare,ſed iudex ipſe dẽt hoc con-
ſiderare apud ſe, qui forſan teſtes nouit, vel etiã ab alijs explo-
rare ſed ſi explorat a teſte, & ipſe ſe ꝓdiderit ſibi imputet. ſm
17 Hoſti. Vel † poteſt dicere, ꝙ quatuor ſunt ad quæ tenetur re-
ſpondere.ſ.an ſit decurio, vel plebeius egenus, liber, an ſeruus.
infamis,

infamis,an bonæ famæ. amicus, vel inimicus eius, pro quo vel
contra quem teſtificatur locuples an egenus, prout dicit Ber.
hic. & hoc tenet Abb. veruntamen prius dictum crederem ve
rius de iure.& adde quod no.Inno.j.de accu.c.inquiſitionis.gl.
ex hoc loco.& quod ibi dicam. & de hoc vide in Spec. hoc.tit.
.§.iam de interrogatorijs.ver.ſed nunquid quæretur.
¶ Super eadem gl.in fi. ſi quæris, vtrum teſtes neceſſe habeant
cognoſcere perſonas litigantium,a quibus,& cõtra quas indu-
18 cuntur, refert, aut teſtes † producuntur ſuper facto producen-
tis. & eius contra quem producuntur, vt ſuper cõtractu inter
eos inito,vel ſuper iniuria alteri per alterũ eorum illata, & tunc
ſic. Ita intellige glo. Ber.hic in verſi.in præterea teſtes. argu.in
aut.eo.tit.§.1.coll.7. Aut producuntur ſuper facto alterius eo-
rum tantum: & tunc debent illum cognoſcere ſuper cuius fa-
cto producuntur: nec habent neceſſe cognoſcere alium. Aut
producuntur ſuper facto tertij ſeu alio negotio nõ concernen-
se factum ipſoru litigantium, ſeu alicuius eorum: & tunc non
habet neceſſe cognoſcera perſonas litigãtium, vel alicuius ip-
ſorum, & in iſta diſtinctione concordat Accur.ff. eod.titu.l.5.
§.3.glo.debet ergo. & Archid.4.q.3.c.ſi teſtes.§.item ſeſtium.
& idem quod Ber. hic in verſic. præterea teſtes. not.Accur.in
aut. de iniru.cau. & ſide.§. ſi quis igitur. colla.7.
¶ Ad declarationem glo.quæ incipit. per excõmunicationem.
19 ſi quæris vtrum, & † qñ teſtis impeditur deponere,ſeu teſtimo
nium perhibere an per hoc hñ debeat pro producto,diſtingue
aut pars principalis contra quam producitur, vel alius,eo man-
dante,impedit ipſum teſtem teſtimonium perhibere: aut non.
Si ſic, tunc teſtis habetur pro producto, ac ſi depoſuiſſet cõtra
eum.arg.ff.ſi quis cau.l.2.§.ſimili modo. Si non, tunc aut teſtis
impeditur per aliquem amicum partis, contra quem producí-
tur. Aut impeditur per aliquem inimicum ſuum, aut impedi-
tur per aliquem extraneum,ſeu caſum aliquem impedientem.
20 In primo † caſu refert: aut impeditur per amicum ipſius par-
tis parte ipſa ratificãte,vel tacẽte & diſsimulãte, & tunc idem,
ſcilicet ꝙ habetur pro producto acſi depoſuiſſet cõtra eum.ar.
.j.de ſimo. ſicut nobis. alias incipit ſicut tuis. & ca.nobis fuit.
Aut contradicente,& diſſentiente ſine fraude: & tunc non ha-
betur pro producto.arg.dictorum iurium a contrario ſenſu.&
1.q.4.quia præſulatus.&.ff.ex quibus cau.in poſſ. ea.l.penul. In
ſecundo caſu.ſ.qñ per inimicum partis,cõtra quam producitur
impeditur, tunc nõ habetur pro ꝓducto,vt in c.alle. ſicut no-
bis.ver.alioquin.& c.nobis fuit.ver.quia igr̃ ibi.per fraudẽ &c.
In tertio caſu dic idem, ſcilicet ꝙ non præiudicat ſibi nec habe
tur pro producto: niſi in hoc cõſenſerit expreſſe, vel tacitè per
iura allegata. Et in iſta diſtinctione ſatis concordat Hoſti. hic.
¶ Ad declarationem glo. Inno.quæ incipit.not.quòd etiam. Si
quæras,vtrum actus iudiciales, qui nõ valent ratificari poſsint
per conſenſum partium expreſſum vel tacitum, diſtingue aut
21 quæris de illis actibus iudicialibus, qui † non ſunt de ſubſtantia
iudiciorum,vt ſunt atteſtationes: & tales ratificantur per con-
ſenſum partium non ſolum expreſſum,ſed etiam tacitum.arg.
4.q.3.c.ſi teſtes.§.ſi quis teſtibus.s.eo. c.tuis.j.eo. præſentata.
& de appel.c.conſtitutus. Aut quæris de illis actibus iudiciali-
bus, qui ſunt de ſubſtantia iudiciorum: vt ſunt lit.conte. & res
iudicata & ſimiles. & tales nõ poſſunt ratificari vt no.per Inn.
.s.de off.deleg prudentiam.in glo. ſed quid ſi iudex. & in gl.ex
22 hoc loco. Et eſt ratio † primi mẽbri, quia licet receptio teſtiũ,
vel alius actus non ſubſtantialis iudicij nõ valeat:tamen neutra
pars poteſt contradicere, obſtante ſibi exceptione pacti, vt pa-
tet in iuribus alleg &.ff.de re iud.ſi conuenerit.cõmuni.di.l.&
in diem.de no.ope.nun.l.1.§ & poſt operis. &.§ ſeq. & patet in
eo quod leg.& no.s.eo. ſi c.1. Et hac ratione videtur, ꝙ ſi ille,
cui eſt cõmiſſa receptio teſtium de conſenſu partiũ etiã tacito
cõmittat receptionem alijs, ꝙ valet dummodo nõ erret in fa-
cto vel in iure licet aliter non poſsit alij cõmittere,cum ſit mi-
niſterium induſtriale: vt not.s. de off.deleg.c. qm.§.is autem.
&.j.de re iudi.cum Bertoldus. ſecundũ Inno & Hoſt.ibi.idem
Spec.hoc titu.§.nunc tractandum.ver. attendere debet. &c.

1 Sententia quando, præſtita cautione, exequenda. & 2.
3 Oppoſitionem non proſequi & non opponere, paria.
4 Executionem appellatione ceſſare.
5 Executionem abſentia impediri.
6 Conditio petentis quando, an non deterior.
7 Depoſitione prima vtili ſtandum.
8 Teſtimonium ſecundum vtile præualere.
9 Abſoluitur cautè nullus, niſi vere ligatus.
10 Abſoluit nequa impedientes.
11 Abſoluitur inuitus, & excommunicatur.
*12 Teſtis iurans habilis, deponens inhabilis aut contra, an admit-
tendus.*

VEniens. ¶ Ad euidentiam iſtius. c. & glo. quæ
incipit ſnia lata &c. Si quæris, vtrũ op-
poſitio tertij impediat ſniam inter alios latam execu
1 tioni debitè demandari, diſtingue † aut eſt præſum-
ptio contra opponẽtem: & tunc dic, quòd non: imò cautione
præſtita fiet executio. vt.s.de in integr.reſtit. c.ſubſtituta. Aut
2 † non eſt præſumptio contra opponentem, & tunc, aut res de
qua agitur poſſeſſa erat per reum victũ per ſniam, & tunc etiã
mandabitur executioni pręſtita cautione ab illo,qui in ſnia ob-
tinuit illi contra quam lata eſt quòd ſeruetur indemnis contra
alium petitorem,vt.ff.de rei vendi.l.is a quo. ſm Inn. Hoſt. &
Io.Andr. hic in gl.no.ſnia. & idem ſi eſt poſſeſſa ab alio tertio.
ſm Gul.de Monte Lau.extra de re iudi.c.1.in cle. verſi.1. Aut
a nullo res illa erat poſſeſſa: & tunc aut opponens erat præſens
3 tpe ſententiæ: aut erat abſens. Si erat præſens, tunc aut † nihil
oppoſuit,& tunc non impeditur executio: vt.j.de re iudi.c.ſi.
aut oppoſuit: & tunc aut nõ fuit oppoſitionem ſuam legitime
proſecutus,& tunc fiet nihilominus executio: quia paria repu-
tantur ſe non opponere, & oppoſitionem ſuã non proſequi. ar.
ff.de iis qui no. infa.l.furti accipe.j.de app. cum ſit Romana &
4 c.ex rõne. cum ibi no. Aut † fuit proſecutus per viam appella-
tionis,vel alias ius ſuum: & tunc non fiet executio ſed impedi
5 tur,oppoſitione durante.j.de re iudi.c.cum ſuper. Si aũt † erat
abſens,tunc cognitio ſemiplene,ꝙ ſua intereſt impeditur exe-
cutio,maximè vbi agitur de beneficio perſonali: vt no.per In-
noc.in c.alleg.cũ ſuper. & hic. Et eſt ratio diuerſitatis, quia vbi
6 res vacans transfertur in alium † deterioratur cõditio petentis.
Leuius enim petitur vacãs, quam poſſaſſa, ſed vbi de vno poſ-
ſidente in alium poſſeſſorem transfertur non poteſt dici dete-
riorari conditio petitoris. Item, vbi res vacans eſt, non eſt qui
recipiat cautionem prędictam de indefinito ſeruando ſm Inn.
Hoſti.& Io Andr. Fallit in caſu vbi ille qui petit executionem
ſententiæ fieri,obtinuit tres ſententias pro ſe, quod dic,vt leg.
& no.extra de re iudi.ca.5.in cle.vbi Gul. de Monte Lau. ponit
totam iſtam diſtinctionem & vide quod no.in c.alleg. cũ ſuper
ſpecialiter per Inno.ſuper verbo conſtiterit.& ſuper verbo ap-
pellationem.&.j.de iure patro. cũ dilectus. & quod ibi dicam.
¶ Ad declarationem glo. ſed quare habet. in fin. Si quæris, qñ
teſtis ſecundo inductus,ſiue in eodẽ,ſiue in alio iudicio depo-
nit cõtrarium eius,quod primo depoſuit vtrum valeat dictum
eius ſm ſeu depoſitio eius ſecunda,diſtingue aut prima depo-
ſitio,ſeu atteſtatio fuit,& eſt vtilis & valida: aut fuit, & eſt in-
7 utilis & inualida. In primo † caſu dictum eius ſm, ſeu depoſi-
tio eius ſecunda nõ valet: quia in hoc eſt ſibi contrarius, & etiã
periurus.j.de præſump.literas.vbi hoc no. Ber.&.j.vt eccl.be-
nefi.c.vnico in glo.cum primę confeſsioni.de appel.ſolicitudi-
nem.in fin.j.eo.cũ in tua a contrario ſenſu. vbi de hoc no. Ber.
hoc idem no.hic.&.s.c.proxi.licet Spec.hoc ti.§.5.11.col.ver.
quid ſi idem teſtis dicas neutrum dictum valere. & hoc intel-
lige verum, niſi excuſaret dictũ ſuum, quia aliter intelligebat
tunc,& aliter nunc ſm Hoſt.pro quo.j.de accu.c.cum dilectus.
de quo vide per Ber.j.de diuor.ex literis.in glo.ſed nunquid.in
fin.& per gl.j.de iureiur.c.ſi.ſuper verbo excuſet. li.6 & de ac-
cu.c.1.gl.3.& glo.fi.eo.lib. Fallit hoc in caſu hæreſis & hoc fa-
uore fidei: vt.j.de hære.c.accuſatus.§.licet. lib.6. vbi idem no.
8 Guil. In † ſecundo caſu.ſ.qn prima depoſitio fuit & eſt inutilis
& inualida, tunc valet ſm eius dictum, ſeu ſecunda depoſitio
eius. ſm Ber.& Hoſt.hic. pro quo.s.de iudi.at ſi clerici.&.j.de
app.vt debitus.in prin.quia non præſtat impedimentum &c.s.
de elec. auditis.j. de regu.iuris. c.non præſtat.lib.6.idem tenet
Spec.in ver.quid ſi idem teſtis iam allega. Poſſes tamen dicere
prout dicebat quidam magiſter meus (quòd quia periurus eſt)
eius ſecunda depoſitio non valebit.j.eo.teſtimonium. niſi ex-
cuſaret dictum ſuum,vt dictum eſt in primo caſu.argu.22.q.5.
paruuli.j.eo cum tu. & de iureiuran. quærelam.
¶ Super glo.fin. Si quæris, vtrum abſolutio præſtita ad caute-
lam ſit vera abſolutio, vel non, diſtingue aut quæris de illa ab-
ſolutione ad cautelã,quæ præſtatur parti principali petenti ab-
ſolui: aut de illa,quę pręſtatur teſti vt poſsit legitimè teſtimo-
9 nium perhibere. In primo † caſu refert,aut talis petens abſolui
ad cautelam eſt vere excõicatus: & tunc eſt vera abſolutio,aut
non eſt vere excõicatus: & tunc non eſt vera abſolutio,ſed re-
putatiua,quod dic vt no. plene Cardi.& G.& Io.And.j.de ſen.
10 excom.c.ſolet.in prin.li.6. In ſecundo † caſu dic, quod non eſt
vera

vera abſolutio, cum non pęniteat, nec ex corde veniam petat,
ſed ad tp̄s depoſitione durante: vt not. Hoſt. hic. & Io. An. poſt
eum. & Cardi. in d. c. ſolet. in 1. glo. ſua in fin. vnde ſtatim poſt
depoſitionem in eandem ſn̄iam redigetur vt no. Hoſt. & Ioan.
Andr. hic. & Gul. de Monte Lau. extra de cōſan. & affi. c. vnico,
ſuper verbo recognoſcentes. in cle. Et non mireris, ſi abſolutio
11 † excōicationis impendatur inuito in caſu iſtius. c. & .ſ. de offi.
deleg. prudentiam. cum etiam excōicatio in inuitū feratur: ſecus
de alijs peccatis mortalibus: quæ cum a voluntarijs ſolum
contrahantur, alias nō eſſent peccata. vt 15. q. 1. c. quod aūt. §. 1.
ſolis voluntarijs & veris pęnitentibus remittuntur peccata, &
non alijs. j. de pę. & re. c. q quidam. ſm̄ G. de Monte Lau. in c.
alleg. vnico. & adde quod not. Ioan. Andr. j. de reg. iur. c. factum
legitime. in nouella. lib. 6. vbi quærit de teſte, qui poſt iuramentum
præſtitum excōicatur ab homine, vel a iure, vel e conuerſo,
cum prius excōmunicatus eſſet poſtea abſoluitur, & poſtea
dictum ſuum deponit, an valeat depoſitio. Prima quæſtio no.
per G. in Spec. hoc. ti. §. 1. ver. quid ſi teſtis erat. & ponit ibi tres
opiniones & demum ſoluit tñ inepte ſm̄ Io. Andr. qui credit,
quòd ſi poſt iuramentum excōicetur q repellatur dictum deponendum
vel depoſitum. nam in teſtimonio ponderamus &
principale ipſum dictum depoſitum: vt. j. de excep. ca. 1. ibi. in
ferendo teſtimonium. probatur etiam ex eo quòd iuramentū
non eſt de ſubſtātia teſtimonij quod patet, quia poteſt remitti.
j. eo. c. proxi. In caſu conuerſo cum. ſ. tempore iuramēti poſt-
12 modum † antequā deponat, abſoluitur credit, quòd ex quo tp̄e
productionis, & iuramenti nō fuit exceptum poſt depoſitionem,
opponi nō poterit illa excōicatio, cum iuramentū (quod
de iure naturali eſt) adſtringat etiam excōicatum ad veritatem
dicendam, quod patet: quia multa iuramenta neceſſaria pręſtat
excōmunicatus: vt. j. de ſent. excō. cum deſideres. & .j. de her.
in fidei fauorem. li. 6. & pro hoc. j. ti. j. præterea. vbi infamia ſuperueniens
iuramēto repellit teſtem, vt ibi pręcedens non. vbi
ergo tp̄e receptionis, ad quam de neceſsitate vocandus ſum. ſ.
eo. c. 2. Nil excipio cōtra teſtem, ergo perſonā ipſius approbo.
& licet in caſibus decre. præſentium. ſ. eo. poſt depoſitionē admittatur.
illud intellige, cum durat impedimentum tp̄e depoſitionis.
In caſu vero conuerſo, ſi tēpore productionis erat habilis
nil eſt, quod mihi imputetur, ſi nō oppoſui ante teſtimonij
inhabilitatem, cum nec ad illud vocari debueram. Io. Andr.

1 *Iuramentum præſtandum remiſsibile.*
2 *Iuramentum præſtitum iure ciuili irremiſsibile.*
3 *Iuramentum præſtitum canonibus remitti.*
4 *Iuramentum extraiudiciale remitti.*
5 *Iuramentorum iudicialium genera, & quæ, an non, remiſsibilia.*
6 *Iuramentum veritatis duplex.*
7 *Iuramentum neceſſarium non niſi a iudice, remitti.*
8 *Iuramentum aduocati irremiſsibile.*
9 *Iuramentum teſtis irremiſsibile.*
10 *Iuramenti calumniæ & teſtis diſcrimen.*

TVis quæſtionibus. ¶Si quæris, vtrum iuramētum remitti
poſsit, diſtingue, aut quæris de remiſsione facienda
a iure: aut ab homine. Si a iure refert: aut quæris de
remiſsione iuramenti nondū præſtiti, ſed præſtandi, aut de re-
1 miſsione iuramenti iam præſtiti. In primo † caſu pōt fieri remiſsio,
nedum a iure canonico. vt. j. de cohabi. cle. & mulie. c.
clericos. & de ſepul. c. animarū periculis. lib. 6. ſed etiam a iure
ciuili quolibet in foro ſuo. vt. ff. de condi. inſti. l. quę ſub conditione
iuriſiurandi. per totum. & .C. qn̄ mulier tu. offi. fungi po.
l. 2. & in aut. ibi ſignata quæ incipit ſacramentum. de indi. vidu.
toll. 2. in aut. vt ma. credi. & debi. §. fin. coll. 7. In ſecundo caſu,
2 aut quæris de iure ciuili † vtrū poſsit remittere iam præſtitum
iuramētum. & dicunt quidam quod ſic per l. imperatores. ff. ad
municip. ſed Hoſt. j. de deci. c. tua. ſuper verbo eximere. tenet
contrarium dicēs quod oēs leges, quæ Imperatori vel alij laico
quo ad remiſsionem iuramenti vr̄ poteſtatem cōcedere corriguntur
etiā de mente iuris ciuilis. ar. in aut. vt cle. apud propri.
epi. §. ſi vero eccleſiaſticum. coll. 6. & credo, quod bene dicat &
vide ibi per eum. Aut quæris † de iure canonico. & dic quod il-
3 lud poteſt remittere iuramentum iam præſtitum, ſicut poteſt
facere ipſe Papa. j. de iureiur. cap. 2. & 3. quod intellige ex cauſa
rationabili: alias nō eſſet lex. 4. diſt. erit aūt lex. Si quæris de remiſsione
facienda ab homine: tunc ſubdiſtingue, vt prius. aut
quæris de remiſsione iuramenti nondum pręſtiti, ſed præſtandi:
aut de remiſsione iuramenti iam præſtiti. Si de remiſsione
iuramenti nondum pręſtiti, ſed pręſtandi de quo loquitur hic:
4 tunc aut quæris † de iuramento voluntario, & extraiudiciali. &
dico quod tale iuramentum per partem, cui debet, & ad cuius
vtilitatem pręſtari debet, remitti poteſt. vt. ff. de iureiur. l. 3. §. fi.
& l. ſeq. & l. nam & poſtea. §. 1. Nec mirum quia tale iuramentū
voluntarie, & per conſenſum partiū defertur & ideo per conſenſum
cōtrarium remitti pōt, quia nihil eſt tam naturale &c.
ff. de regu. iur. l. nihil eſt tam naturale. & .j. de reg. iur. oīs res. Si
de iuramento iudiciali, ſubdiſtingue. aut quæris de iuramento
partium principalium, aut de iuramento aduocati, aut de iuramento
teſtis. Si primo modo, tunc refert. quoddam. n. eſt iuramentum
de calumnia: & illud poteſt remitti tacite, ſed nō expreſſe.
vt. C. de iura. cal. l. 2. §. ſed quia veremur. vbi hoc tenent
Iaco. Accur. & alij ſequaces ſui. quorū opinio eſt hodie approbata.
j. de iura. calum. c. 1. §. 1. lib. 6. ſm̄ G. & Io. An. licet Azo &
Martinus. in. §. alleg. ſed quia veremur. & Hoſt. hic cōtra dicentes,
quòd nec etiam tacitè remitti poteſt: quorū opinio repro-
5 batur in c. alleg. 1. §. 1. de iura. calum. lib. 6. † Aliud eſt iurm̄ malitiæ,
& tunc aut quæris, vtrum illud iuramentū poſsit remitti
tacitè, & dic q ſic ad inſtar iuramenti de calumnia & per partem
& per iudicem. Aut quæris vtrū poſsit remitti expreſſe, &
tunc aut quæris vtrū poſsit remitti per partem. & credo quòd
non: quia nō eſt in poteſtate partis præſtatio huiuſmodi iuramenti.
arg. j. de iura. cal. c. in appellationis. §. fi. lib. 6. vbi dicitur,
quòd iudex poteſt exigere a partibus iuſum malitioſe quoties
viderit expedire: ergo non eſt in poteſtate partis remiſsio huiuſmodi
iuramenti. j. de præſump. nōne. Aut vtrum poſsit re-
6 mitti per iudicem: & dic quòd ſic vt in d. §. fi. Aliud eſt † iuramentum
de veritate dicenda, ſeu deciſorium cauſæ, ſeu litis: &
illud eſt duplex, quia quoddā eſt iudiciale non neceſſariū, vt illud
quod defertur a parte parti: & credo quòd illud poteſt remitti
a parte aduerſa nedum tacitè non deferendo, ſed etiā expreſſe
delatum remittendo: vt. ff. de iureiur. l. 3. in fi. & l. remittit.
& l. nam & poſtea. §. 1. & .C. de re. cre. & iureiur. l. actori. & l.
ſi quis iuſiurandum. in princ. ſed nō a iudice, quia iudex regulariter
non poteſt remittere ius partis, nec aliquid in ſui præiudicium
facere ſaltem in his, quæ ſuo officio non ſunt cōmiſſa.
ar. C. de iudi. l. properādum. §. ſin autem alterutra. ſ. de off. dele.
7 conſuluit. §. ſi aūt expiret. Aliud † eſt iudiciale neceſſarium, vt
eſt illud quod in defectum probationis defertur a iudice alicui
partium. & tunc aut quæris vtrum tale iuramētum poſsit remitti
a iudice: aut a parte. Si a iudice refert: aut quæris vtrum
poſsit remitti a iudice, vt non præſtetur. & credo quòd ſic ſiue
tacitè non deferendo, ſiue expreſſe remittendo delatum, nondum
tñ præſtitum. arg. C. de re. cre. & iureiur. l. in bonæ fidei. &
.j. de iureiur. c. fi. in fin. Aut vt delatum non tñ præſtitum pro
præſtito habeatur, & credo quòd non: quia hoc eſſet gratiā facere
in præiudicium partis, quod non poteſt, vt ſtatim dixi. Si
a parte credo quòd non poteſt remitti: nec vt non deferatur a
iudice: nec vt delatum pro præſtito habeatur: quia de iſto iuramento
ordinare pertinet ad iudicem, nō ad partem, vt in l. alle.
8 admonendi. & .j. de iureiur. c. fi. in fin. Si quęris † de iuramento
aduocati. de quo habes. C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni
cauſarum. tunc dicit Hoſt. ſ. de iura. calū. c. cæterum. quòd tale
iurm̄ nec tacite, nec expreſſe remitti poteſt. ar. alle. ſed quia veremur.
idem innuunt Hoſt. & Cardi. j. de foro cōpe. c. Romana.
§. 1. lib. 6. dicentes, quòd cōſuetudo etiā in contrarium non
valet, ſicut nec illa, quia hoīes inuitarētur ad delinquendū. ſ. de
conſue. c. ex parte. idem etiam innuit Spec. ti. de aduocato. §. 1.
item excipitur quòd non iurauit. Ego credo, quòd licet cōſuetudo
generalis, quòd iſtud iurm̄ non præſtaretur in certo territorio,
ſeu foro nō valeret per rōnem prædictam: ſi tñ, ceſſante
conſuetudine, omitteretur ſaltem tacitè, non tñ proceſſus vitiaretur,
ſicut eſt in iuramento calumniæ per ca. 1. ſæpe alleg. j.
de iuramento cal. lib. 6. In quo iuramēto maior ratio videtur,
cum magis quis in cauſa propria ad proprium cōmodum præſumatur
calumniari, q̄ patronus in cauſa alien. arg. ff. de Carbo.
edi. l. 1. in fin. de his qui ſibi mor. conſci. l. 1. & plenius iſtam ra-
9 tionem ſtatim tangam. Si quæris de iuramento † teſtis vtrum
remitti poſsit, refert aut a iudice & tunc nō nec tacitè, nec expreſsè
remitti poteſt vt hic in primo reſpon. & .j. eo. c. nuper.
Aut a parte aduerſa cōtra quam producitur: & tunc aut tacite,
& credo quòd non, vt hic & .j. eo. c. nuper. aut expreſſe, & dico
quòd ſic, vt hic in fin. Fallit ſm̄ Gul. in Spec. ti. de teſti. §. ſequitur
de teſtium, ad fi. ver. & no. in caſu vbi agitur de matrimonio
diſiungendo: quo caſu iuramentum teſtibus remitti nō poteſt.
arg. j. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuę. ſuper eo. Si de coniungendo
ſecus. j. de clan. deſpon. c. 2. & in hoc concor. Goff. Phil.
Her. Inno.

Ber. Inno. Hoſt. & Ioan. Andr. ĵ. de fri. & maleſi. fraternitatis. in
prin. c. dicentes, q̧ iuramentum obſtetricibus quæ habent de-
ponere, vtrum mulier ſit idonea ad viriles amplexus, vel ne in
cauſa diuortij remittendum nó eſt vt no. Ber. ibi in glo. 2. Mo-
do reſtat † reſpondere ad vnum, ſcilicet, quę eſt ratio quare iu-
ramentum calumniæ expreſsè remitti nó poſsit: & tamen iu-
ramentum teſtis poteſt expreſſe remitti, ratio poteſt eſſe: quia
maius periculú eſt in iuramento calumniæ. tum quia plura ca-
pitula continet: vt. C. de iuramento calumniæ. in aut. principa-
les. Tum quia non eſt veriſimile: quod teſtes remiſſo iuramen
to velint pro alio calumniari ſicut pro ſe. arg. C. eo. l. omnibus.
ff. de Carbo. edi. l. 1. in fin. ideo &c. quia vbi maius periculú &c.
ff. de Carbo. edi. l. 1. §. ſed ſi quis ideo. Item vbi eſt turpe factú
quia pro hoc inducuntur partes ad calumniandum: ideo &c. ff.
de pactis. l. ſi vnus. §. illud. & §. pacta quæ turpem cauſam, ſecus
in caſu huius capituli. Si quęris de remiſsione iurí iam præſtiti,
tunc dic vt dicam. ĵ. de ſpon. c. præterea. j. Et vide quod no. Bar.
Brix. in quęſt. dominicali, quę incipit, aliquis fuit ductus in te-
ſtimonium, vbi quærit, vtrum teſtimonium non iurati valeat.
Soluendo dicit Hug. reſpondiſſe, q̧ valet eius teſtimonium, ſi
incontinenti iurat. Quidam tñ dicunt contrarium vt Tancre-
dus. Tutius tñ videtur vt iuret & poſtea dicat quæ vidit.

1 *Iudex in eadem cauſa non teſtificet.*
2 *C. dilecto explicare.*
3 *Iudex functus officio teſtis eſſe poteſt.*
4 *Iudex litis, non iuſtitiæ teſtis.*

DIlecto. ¶ Ad euidentiá iſtius capituli, ſi quæ-
ras, vtrú iudex, vel arbiter poſsit eſſe
teſtis in cauſa in qua fuit, vel eſt iudex, vel arbi-
ter, diſtingue duobus membris ꝓut diſtinguunt
Iac. de Are. & Cyn. C. de arbi. l. ne in arbitris. Aut
quæris, vtrum poſsit eſſe teſtis coram ſe: aut coram alio. Si co-
1 ram † ſe. non poteſt: quia in eadé lite, ſeu cauſa non debet quis
eſſe aduocatus, & iudex, vt. C. de poſtulan. l. quiſquis. & eſt hic
caſus. vnde nedum ante litem conteſtatam, ſed etiam poſt, vbi
iſte præpoſitus de nouo ſcit, q̧ decanus iſte veritatem ſciebat,
2 decanus † cognoſcendo & iudicando remoueri debet, arg. š. de
off. deleg. c. inſinuante. & iſte videtur verior huius capituli in-
tellectus. ſm Hoſt. hic. licet Innoc. dicat q̧ poſt litem conteſt.
iudex non de facili remoueretur, ff. de procur. ante lit. etiam
ſi de nouo ſciat: vt. 2. q. 6. ſtatuendum. ¶ Si coram alio, tunc re-
fert, aut in negotio ſeu cauſa principali: vel in cauſa appellatio-
nis interpoſitæ ab alia ſnia, q̄ a ſentétia ipſius. verbi gratia: quia
3 finiunt officium ſuú ante litem finitam. † & tunc poteſt teſti-
ficari. ff. eo. ti. l. ob carmen. §. illud, quod verum, ſm Ber. & Ho.
hic, etiam ſi ſubdelegatus ab eo in totum de cauſa cognoſcat:
quia poterit eſſe teſtis corá eo. pro hoc. ĵ. de off. deleg. c. index.
4 & c. quáuis. lib. 6. licet Io. Goff. & Inno. hic contra. Aut in † ne-
gotio ſeu cauſa appellationia interpoſitæ a ſnia ipſius, & tunc
ſubdiſtingue, aut eſt quęſtio de proceſſu, & tunc poteſt teſtifi-
cari: vt. š. de elec. cum dilecti. ĵ. de accuſa. cum dilecti. Aut eſt
quæſtio de iuſtitia: & tunc non poteſt. 2. q. 6. ſtatuendum. &
adde quod ſcripſi. š. de probatio. quoniam contra falſam.

1 *Teſtes rei lite non conteſt. receptibiles.*
2 *Teſtes rei lite non conteſta. actoris non item, recipi. 3. & cur. 4.*

SIgnificauit. ¶ Si quæras vtrum & qñ teſtes
poſsint recipi, & examinari lite
1 non conteſtata, diſtingue, quia quædam ſunt † quæ
emergunt eapedienda ante litem conteſtatá, vt ſunt
exceptiones declinatorię, quę reſpiciunt primas partes iudicia
les: & in iſtis indiſtinctè recipiuntur teſtes ante litem conte. vt
C. de excep. l. pen. & fin. Quædam ſunt, quæ hñt expediri poſt
litem conteſt. vt eſt negotium principalis intentionis ex parte
actoris vel exceptiones dilatorię, vel peremptoriæ ex parte rei
2 in quibus refert, aut quæris † vtrú teſtes poſsint recipi ex par-
te actoris. & dic q̧ non regulariter: vt. š. vt lit. nó conte. c. qñ
frequéter. in prin. ſed fallit in caſibus ibi no. & in. §. ſunt & alij.
3 vbi de hoc plenius dixi. Aut † quæris vtrum teſtes pñt recipi
ex parte rei. & tunc aut ex parte rei vel poſſeſſoris qui habet
actionem puta, vti poſsidetis, vel cóſeſſoriam vel aliam com-
petentem: & tunc idem quia deficit pronifio huius c. ratio, ſi-
ue cauſa, per cóſequens & effectus ar. ĵ. de appel. cum ceſſante.
in princ. de voto magnæ ad fi. & habet locú prouiſio. c. alle. qñ.
ſm Inno. Hoſt. & Io. Andr. Aut rei, vel poſſeſſoris, qui nó ha-
bet actionem. & dic quód ſic iuxta formam iſtius c. & eſt ratio
4 † quare ſecus in actore & ſecus in reo: quia non eſt in poteſtate
rei quando cóueniatur, ideoq; auditur volens producere teſtes
ad æternam rei memoriam ſiue teſtes poſsint facile nó eſſe, ſi-
ue non. In poteſtate vero actoris eſt, qñ agat ideo non auditur
volens teſtes producere, niſi qñ facile poſſunt nó eſſe: & in ca-
ſibus not. in ca. qñ frequenter. & ſm formam iſtius capituli.
Hinc eſt, q̧ ea, quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpe-
tua ad excipiendum: vt. ff. de excep. doli. l. pure. §. vlt. & in hoc
quod dicit Ber. hic in glo. ſecunda. & Hoſt. poſt eum quód te-
ſtes recepti & examinati ſecúdum formam huius. c. publican-
tur. no. Spec. contrarium eo. tit. §. nunc tractetur. ver. in hoc au-
tem ibi dic ergo quòd ſiue &c. Cuius opinio, quam credo ve-
riorem, ſeruatur de facto in Parlamento Franciæ.

1 *Interloqui ſine ſcriptis poſſe.*
2 *C. ſi. de re iudi. lib. 6. ſenſus.*
3 *Definitiuam ſine ſcriptis non valere. & 5. fallit. 6.*
4 *C. Albericus. enucleare.*

ALbericus. ¶ Si quęratur vtrum ſnia lata ſine
ſcriptis valeat, diſtingue, aut quæ-
ris de ſnia interlocutoria: aut de ſentétia diffinitiua.
1 Si de † ſnia interlocutoria dic quòd talis bene poteſt
ferri ſine ſcriptis, & lata tenet: vt. ff. de appel. l. 2. in fi. & hoc te-
net ibi Accur. & idem G. & Io. Andr. ĵ. de re iudi. c. fin. lib. 6. in
2 princ. & ad hoc bene facit illud c. in prin. qñ dicit. † & ſi ſenten-
tia diffinitiua &c. quaſi dicat ſecus in interlocutoria, qa quod
de vno dicitur de alio denegatur. ff. de iudicijs. l. cum prætor. in
prin. ĵ. de præſump. c. nonne. cum alijs ibi alle. Si quæris de diſ-
3 finitiua † ſnia tunc dic, q̧ illa regulariter debet proferri & reci-
tari in ſcriptis: vt probatur. C. de ſent. ex breuic. reci. l. 2. & 3. &
in c. alle. & ſi ſententia. ĵ. de ſen. & re iudi. lib. 6. Sed (vt plenius
videas opinionea circa húc articulum,) diſtingue, inter cauſas
matrimoniales, & alias vt in primo caſu valeat ſnia lata etiá re-
citata ſine ſcriptis. & hoc tenent Vinc. Goff. & Ioan. Ber. Idem
Inno. hic & per iſtud c. ſm Hoſt. in ſumma de diuor. §. & qua-
4 liter ſub. §. quid ſi ſnia contradicens qđ iſtud c. hoc † non pro-
bat quia textus dicit hic redacta non recitata. potuit. n. recitari
in ſcriptis nó publicis, ſed priuatis: & hoc ſatis innuit hic in fi.
qñ dicit in ſcripturá publicam. Per quod patet de qua ſcriptu-
ra loquitur hic ſm eum, & ſic intelligit q̧ hic bene fuerit ſnia
lata & recitata in ſcriptis, ſed nó publicis. Idem Spec. ti. de ſen.
prola. §. iuxta. ver. ité fallit in cauſa matrimoniali. Idem tenet
Io. An. in c. etſi ſnia ſuper verbo illuſtrium. per c. ſæpe contin-
git. in fi. extra de verb. ſign. in cle. vbi eſt caſus iuncto. c. diſpen-
dioſam. extra de iudi. in cle. & hoc teneas: licet ipſe Hoſt. hic
vltra tranſeat, dicens diſtinguendum, an iudex ꝓcedat ex offi-
cio, ſeu per modum inquiſitionis, an in figura iudicij, vt in pri-
mo caſu teneat ſnia. in ſecundo non. vel an procedat in figura
iudicij vtraq; parte præſente, an altera cótumaciter abſente: vt
in primo caſu valeat. in ſcđo non. & hinc dicit ſtandum per c. j.
& c. qñ frequenter. š. vt lit. nó conte. In ſcđo vero caſu hoc eſt
5 in alijs cauſis quá matrimonialibus † non valet regulariter ſnia
diffinitiua, niſi fuerit lata & recitata in ſcriptis per iura in prin.
6 allega. Fallit † in certis caſibus in quibus valet ſnia ſine ſcriptis
primo in ſententijs latis per illuſtres perſonas: vt. C. de ſent. ex
breuiculo reci. l. 2. in aut. de illuſtribus & qui ſuper eo ſunt. § ſan
cimus. coll. 5. & in c. ſæpe alle. etſi ſnia. vbi Io. An. ponit iſtos ca-
ſus. Item fallit qñ cauſæ ſunt breues & maximè vilium perſo-
narum, vt probatur. C. de ſen. ex breuic. reci. in aut. niſi breues.
& breuis poteſt dici duorú aureorú. ar. ff. de dolo. l. nó debet. &
l. ſeq. Vel hoc caſu inſpiciatur qualitas perſonarú, & relinquatur
iudicis arbitrio. ar. ff. de iur. deli. lib. 1. in fi. & . š. de off. deleg. c. de
cauſis. in fin. Vel inſpiciatur cóſuetudo loci vel fori. 11. di. con
ſuetudinis. Item fallit, cum eps de cauſa ciuili iudicat inter cle
ricos ſuos, vt in aut. alleg. niſi breues. & pro hoc. 11. q. 1. ſi quis
cum clerico. Item cum præſes, depoſito officio cóuenitur, vt
reddat adminiſtrationem. in aut. vt iudices ſine quoquo ſuffra-
gio. §. neceſsitatem. coll. 2. Item cú Papa pro ſe pronuntiat, va-
let enim, licet eam non tulerit in ſcriptis: ipſe. n. ſolutus eſt le-
gibus: vt. ff. de legibus. l. princeps. ipſe enim oém ſupplet ſolen-
nitatem: vt. C. de teſta. l. omnium. š. de elec. illa quotidiana.

1 *Iuramento temerario teſtem reyci.*
2 *C. conſtitutis ſenſus.*

COnſtitutis. j. ¶ Ber. hic. š. eo. intimauit. no-
1 tat, q̧ temerarium † iuramen-
tum non repellit aliquem a teſtimonio. vt hic. Idem
tenet Spec. hoc titu. §. 1. ver. item excipitur, quod eſt
fatuus in fin. Sed Inno. & Hoſt. hic dicunt hoc, quod hic dici-
tur eſſe

2 tur eſſe in odium archiepiſcopi,qui † hoc creditur procuraſſe,
vel ad minus in fauorem eius procuratum,vt puniatur in eo,in
quo deliquit.ſ.de tranſla. epiſcopi. quanto . alias temerariũ iu-
ramentum repellit a teſtimonio.vt 11.q.3.quiſquis. ſecundum
Inno.& Hoſt.hic. & de hoc dicam.j. eodem teſtimonium.

1 *Conſanguinitas qui probanda.*
2 *C. licet ex ſenſus.*
3 *Conſanguinitas coniugum a diuerſis probari poteſt.*

LIcet ex quadam. In glo. ſed nunquid
tenetur in fin. dicit
Ber. ꝙ ad probandũ conſanguinitatem non ſuffi-
1 cit, ꝙ quidam teſtes ꝓbent de vno † latere, & alij
probent de alio latere tantum: imò ab vtroq; la-
tere teſtes debent computare cõſanguinitatem, per iſtud c.qñ
dicit ab vtroq; latere.ar.35.q.6.de parentela.&.ſ.eo. quoties.&
c.cum tua.j.de conſan.& affi. Idem tenent Lau.& Bar. Brix.in
d.c.de parentela.& Hoſt.hic & Aſten.li.8.tit. de adulterio pro-
pter fornicationem.art.3. ver. deinde dicendum. Sed Ioan. gl.
Hug.& Io.de Fa.ibi. & Goff.hic contra. Sed dic, ꝙ prima opi-
nio poteſt habere locum, qñ teſtes deponunt de auditu iuxta
2 † formam huius c.& hoc innuit hic Hoſt.dicẽs, quòd quia hic
admittitur teſtimonium de auditu, ideo non ſufficit niſi con-
ſanguinitas ex vtroq; latere probetur ꝓpter pericula, &c.ſ.eo.
1.reſponſo. Secunda vero opinio poteſt habere locum, quãdo
3 † teſtes deponunt de ſcientia: quo caſu ſufficit, quòd duo te-
ſtes fide digni probent cõſanguinitatem ex vno latere puta vi-
ri: & duo alij ex alio latere puta mulieris,vt not.Inno.& Hoſt.
.ſ.eod.tit u.cap.ſeries. & Ioan. Andr. bic dicens, quòd rationes
vtrorumque hanc diſtinctionem probant.

1 *Acta diuerſa res in alio iudicio non probare.*
2 *Acta vnius iudicij ex alia cauſa in alio iudicio non probare.*
3 *Acta litis etiam ex eadem cauſa in alio iudicio non probant.*
4 *Acta deciſiua quando, an non in alio iudicio probent. & 5.*
6 *Actorum quæ perpetuo valeant.*
7 *Teſtes vni quando repetibiles & a quo.*
8 *Acta contra quem, an non, plene probent.*
9 *Actis quando præſumatur.*

PRæſentata. ¶Si quæris, vtrum acta vnius
iudicij faciant fidẽ in alio iudi-
dicio: ſeu ex actis in vno iudicio habitis probetur
in alio ſiue corã eodem iudice ſiue corã alio, diſtin-
gue,aut in iſto alio iudicio agitur de alia re,quã agebatur in pri-
1 mo. aut agitur ex eadem re,de qua agebatur in primo. † Si pri-
mo modo tunc non,vt.ſ.de off.ordi.c.dilectus.verſi. vnde pre-
fatus. vbi not. Hoſt. quod teſtes ſuper vna re produci non va-
lent ſuper alia re etiam inter eaſdem perſonas. Idem not.ſ. eo.
conſtitutus.ver.ſed procurator & in hoc ſatis concordat. Inn.
2 ibi. Si ſecundo † modo refert: aut agitur ex alia cauſa in ſecun
do iudicio,quam in primo: & tunc acta prioris iudicij nõ pro-
bant in ſecũdo iudicio.vt.ff.de excep.rei iudi.l.cum quæritur.
& l ſeq. ſm Inno. & Hoſt. in d.c.conſtitutus. ¶Aut agitur ex
eadem cauſa in ſecundo iudicio, ex qua agebatur in primo. &
tunc refert,quia aut quęris nunquid probent contra eandẽ per-
ſonam: aut nunquid probent cõtra diuerſas. Si contra eandem
3 tunc ſubdiſtingue aut quęris de actis † factis ad litis ordinatio-
nem,vel proceſſum,vt ſunt citatio,libelli oblatio,litis conteſta
tio, dilationum aſsignatio & ſimilia: & dic, quod talia non va-
lent,nec hñt locum in alio iudicio: in quo alio iudicio de nouo,
citatio,libelli oblatio,litis cõteſtatio,dilationũ aſsignatio,& ſi-
milia. debent dari & fieri. & concedi. Ita intellige.ff. iudi. ſol.l.
cum mortua lite.C.de iudi.l.properandum.§.1.& §.pen.&.ſ.de
elec. c.dudum.2.§. partibus iuncto.§.ſeq. tandem. & hoc not.
Inno.& Hoſt.ſ.eo.cauſam quę. & Hoſt.in ſum.ti.de iudi.§.quę
ſunt neceſſaria.ver.licet inſtantia iudicij.& Spec.ti.de inſtr.edi.
4 §.ſatis vtiliter. vbi de hoc. ¶Aut † quæris de actis, quæ facta
ſunt ad litis deciſionem: vt ſunt confeſsiones, atteſtationes,&
ſimilia. & tunc refert: quia aut quod probatum eſt in præteri-
to iudicio neceſſario vel pręſumptiuè non ſequitur verũ eſſe in
præſenti. aut quod probatũ eſt in præterito iudicio neceſſario,
vel præſumptiuę ſequitur verũ eſſe in pręſenti: vt cum minor
in priori iudicio probauerit minorẽ ætatem: vel cum vocatus
ad tutelam vel ad curam ad ſui excuſationem ꝓpoſuit, & pro-
bauit de ſufficienti numero trium tutelarum, & tunc verũ eſt,
quod acta vnius cauſæ non proſunt in alia,etiam inter eaſdem
perſonas.vt.ff.de excu. nu.l. t.§. qui excuſationẽ. & eſt expreſ-
ſum etiã.ff.de excuſa.tu.l. ſpadonẽ.§. qui abſolutus. & ibi not.
5 ¶Si vero † probatum in præterito iudicio ſequitur neceſſario
vel præſumptiuę verum eſſe in præſenti: vt quia in primo iudi
cio probatum fuit de dominio,vel de libertate vel de numero.
lx.annorum,vel ſimilibus,ex tunc iudex perperam,& iuris or-
dine nõ ſeruato, cognouit & perperam iudicauit, & tunc non
valent acta eadem rõne,qua nõ valet ſñia: vt.ff.de re iudi.l.con-
quęrebatur.C. de lit.conte.l. vnica.ſ.de elec.dudum.2.§ parti-
bus.& §.tandem.de litis conte.c.vnico. Idem dico ſi perperam
cognouit,& ꝓceſsit: ſed circunſcripto proceſſu rite & debite
iudicauit per eadem iura. ¶Aut iudex non perperã cognouit,
ſed perperã iudicauit: & tunc nõ vitiatur vtile per inutile, ſed
valebunt illa acta & hñt locũ ea quæ leg.& not.C. de teſti.l. vlt.
&.ff.de appel.l.ſi expreſſum. Vnde dic idem, quod in membro
ſequenti.ſ.qñ ritè & legitimè cognouit, & etiam iudicauit. &
tunc ſubdiſtingue,aut quæris de actis confeſsionũ,aut de actis
inſtrumẽtorum: aut de actis atteſtationum. In primis duobus
6 caſibus dic, ꝙ talia acta factum † reſpicientia perpetuo valent
inter eaſdẽ perſonas: & faciunt fidem in alio iudicio.C. de ar-
bi.l.pe.ſ.de elec.per inquiſitionem.de confeſsis cum ſuper. de
proba. c.fi.ſ.de reſtit.ſpol.c.cum ad ſedem.j.de cle.ex.mi.pro-
poſuit.de pur.c.cum dilectus.§. his igitur. & hoc tenent Inno.
Hoſt.& Io.An.in c.alle.cauſam quę & Hoſt.in ver.alle.licet in-
ſtantia.& Spe.in.§.alle.ſatis vtiliter. ¶In tertio caſu refert,aut
7 teſtes † viuunt, & tunc eſt in electione eius, contra quem ſunt
producti, an velit ſtare dictis eorũ, aut velit eos iterum inter-
rogari: vt.C. de teſt.l.cum apud.& de arbi.l.pen.§.fin.& hic. &
hoc no.Ber.hic in gl.& ſic patet.& Inn.Hoſt.& Io.An. poſt cũ.
¶Aut ſunt mortui & tunc idem iuris eſt, quod in actis cõfeſ-
ſionum,& inſtrumentorũ quibus ſimpliciter ſtatur, vt iam di-
xi.C.de libera.cauſa.l.iubemus.ſ.de proba.c.fin. ¶Si quæris de
ſecundo membro principali.ſ.vtrũ probent cõtra diuerſas per-
ſonas. tũc ſubdiſtingue, aut quæris vtrũ faciant plenam fidem,
ſeu probationem. aut vtrũ faciant vel inducant præſumptionẽ.
8 Si quęras † vtrum faciant plenam fidem ſeu probationem,tunc
refert aut quæris vtrũ faciant plenã fidem contra alium vel pro
alio ꝗ contra hæredem, vel pro hærede illius, ſeu cõtra cauſam
habentem vel pro cauſam hñte ab illo cõtra quem vel pro quo
acta fuerunt & ſunt cõfecta.Et tunc dic regulariter ꝙ non.arg.
2.q.5.non in quenquã: quia res inter alios acta &c in rub.& in
nigro.j.de fide inſtr.c.inter dilectos. & c.cũ ſuper.j. de re iudi.
c.quamuis.& hoc verũ etiam ſi de eadem re agatur: vt patet in
c.alle.conſtitutus.ver.ſed procurator.vbi hoc no.Inn. & Hoſt.
Fallit in caſibus.ff. de re iudi.l. ſæpe. qui quidẽ caſus le.& no.j.
de re iudi.c.quãuis.vbi de hoc. Item fallit in caſibus in quibus
ſñia facit ius inter oẽs: vt.ff.de ſta.ho.l.ingenuum. de lib.agno.
l.1.in fin.cum l.ſeq.cũ ibi no. ¶Aut quæris nunquid probent,
& faciant fidẽ contra hęredem,vel pro hęrede illius ſeu contra
cauſam habentem vel pro cauſam habente ab alio,cõtra quem
vel pro quo acta fuerunt & ſunt confecta,& dic,quòd ſic vt.ff.
fam.erciſc.l.hæredes.§.idem ſcribit. & hęc ſunt vera quantum
9 ad plenam probationem. ¶Si quæris, vtrũ faciant † præſum-
ptionem,dic, quòd ſic, maxime vbi ratio cõnexitatis interue-
nit: vt.ff.de iureiur.l.ſi duo patroni. in princ. & ſic poteſt intel-
ligi.ff.de cri.expi.hære. res hæreditarias:

1 *Miraculorum genera, & eorum fides.*

VEnerabili. ¶De miraculis ſuper quibus in-
terrogandi ſunt teſtes,cum de ca
nonizatione alicuius ſancti agitur, dic hic plene per
Hoſt.& per Io.An.j.de reliqui.& vene. ſanctorũ.c.
vnico.in magna gl.lib.6.ver. ad canonizandum. vbi eſt tota gl.
ras. niſi priuata probationibus teſtium, ſeu alijs adminiculis,
8 † validioribus iuuaretur, quæ ſcripturæ publicæ deberent me-
rito derogare, quia tunc ſecus. arg. eorum, quæ dixi. ſ. e. cũ Io.
in 3. di. Si ſcripturæ contrariæ ſiue inuicem repugnantes ꝓdu
cuntur ab vna & eadem parte tunc refert, aut producuntur ab
actore, aut a reo. Si producuntur ab actore & tunc non valet,
ſed ſibiinuicem derogant. vt hic & C. eo. l. ſcripturæ. Et vide,
quod no. Inn. ʃ. de cenſi. cum olim. ſup verbo impugnare ver.
ſi ante ſnĩam. & in glo. fi. in fi. & Hoſt. poſt eum. & G. de Mon
telau & Genze. extra de procur. c. j. ſuper verbo. in omnib. in
cle. dicentes ꝙ approbans ſcripturam aliquam & tacite omnia
ibi contenta approbaſſe videtur. ar. 3. q. 9. di. vt veterum. & c.
9 ſi ad ſcripturas. ſed duo contraria quis † approbare non poteſt
quare &c. Et hoc intellige, ſiue ambæ ſint publicæ, ſiue ambæ
ſint priuatæ, ſiue vna ſit publica & alia priuata, quia æquales,
ſunt quo ad hoc, non quantum ad aduerſarium conuincendũ.
Et ꝗa tex. iſtius. c. & illius l. ſcripturæ generaliter loquuntur, &
ideo generaliter debent intelligi. vt ff. de publicia. l. de prætio.
de leg. præſtan. l. j. §. & generaliter. ʃ. de priui. vt circa. vnde li-
cet quis in dubio præſumatur ignorans. vt ʃ. de reg. iur. c. præ-
10 ſumitur. li. 6. ille tñ, qui literas apertas † deliberate reſpicit ſcire
præſumitur contenta in eis. arg. hic & ʃ. de procu. c. j. in clem.
vbi hoc no. Genz. ſuper verbo. ſcienter. Hoc fallit ſm Iac. de
Ra. in perſonis ruſticorum. arg. ff. ſi quis in ius voc. non ierit
l. 2. quod poſſet eſſe verum, ſi non poſſent côſulere peritiores,
alias credo idem in eis, quod in alijs. vt ff. de bo. po. l. penult. &
quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. l. 2. Si producun
tur a reo, tunc talis ad ſuam innocentiam purgandam pôt ꝓ-
ducere contraria inſtrumenta cum proteſtatione tñ, alias non
vt C. de excep. l. ſi quidam. ſm Ho. hic. pro quo. ʃ. de præſcrip.
veniens. cum ibi no. Et quod hic dicitur de contrarietate, ſeu
11 repugnãtia ſcripturarum † idem intellige ſi ſcripturæ ſint adeo
diuerſæ, ꝙ non ſit veriſimile rẽ ita proceſſiſſe, vt ſi in vna ſcri
ptura contineatur, ꝙ pro eccleſia emi fundum a te pro centũ
tali die & coram talibus teſtibus, & in alia contineatur, ꝙ emi
fundum eundem a te eadem die, & eodem loco, eodem pre-
tio & nomine meo, & coram alijs teſtibus. ſm Inno. & Hoſti.
Vel ſi in vna contineatur quòd cum vxore mea emi a tali fun
dum pro c. & in alia quòd ego ſolus ſine vxore mea emi eodẽ
die, eundem fundum. ſm Hoſt. hic & Azo. in l. alleg. ſcriptu
ræ. C. eod. titulo.

1 *Exceptioni non numera. pecu. in mutuo locum non eſſe.*
2 *Exceptionem non numera. pecunia. ſcripta competere. fallit. 3. & 4.*
5 *Exceptioni non nu. pecu. renuntiari ne poſſit.*
7 *Excipit de non nu pec. perpetuo eccleſia. & 8.*
9 *Excipi de non nu. pecu. cur non poſſit.*
10 *Exceptio non nu. pecu. quando inpræſcriptibilis.*

SI cautio. Super glo. ſic ergo. licet iſta mate
ria ſit magis ciuilis, ꝗ canonica: tñ
pro aliquali introductione canoniſtarum bŕ tran-
ſeundo, ſi quæras qñ, & intra quod tp̃s exceptio,
non numeratæ pecuniæ poſſit, & debeat compe-
tere, diſtingue. aut quæris quando, & in quibus caſibus poſſit,
& debeat côpetere, aut quęris infra quod tp̃s poſſit, & debeat
competere. In primo caſu refert, aut confeſſio emittitur, in, &
1 ſuper alia cauſa, quam cã mutui † ſeu aliquis confitetur ſe de-
bere ex alia cã, quam ex cã mutui, & tunc non competit vt C.
de non nu. pecu. l. generaliter. & l. ſi ex cautione. vbi hoc nota.
Accur. Inſti. de literarum obli. alias de verb. obli. in princ. Aut
confitetur ſe debere ex cauſa mutui: & tunc aut confitetur ver-
botenus, & ſine ſcriptis, & tunc non habet locũ exceptio, nô
numeratæ pecuniæ ſed habet locum exceptio in factum, &
hoc vbi ſtipulatio interceſſit, quod dic, vt no. Accur. C. de nô
nu. pecu. l. cum vltra. Aut confitetur in ſcriptis, & tunc aut ſcri
ptura eſt priuata, tunc aut eſt ſcriptura côficientis, aut alterius
2 Si côficientis, tunc † habet locum & competit dicta exceptio,
vt probatur in d. l. ſi ex cautione per pronomen tua patet, qd
loquitur de cautione, ſeu ſcriptura confitentis. Si eſt ſcriptu-
ra tertij priuati non ipſius confitentis, tunc aut talis ſcriptu-
ra habet inſcriptionem teſtium, & tunc poteſt competere, &
habere locum. vt C. eo. tit. l. comparationes. C. ſi cer. pet. l. vlt.
C. qui po. in pig. ha. l. ſcripturas. in auth. de inſtr. cau. & fide. §.
3 ſed & ſi quis. & §. ſi tamen quiſpiam. colla. 6. Aut † non habet,
inſcriptionem teſtium, & tunc pôt dici, quòd non competit,
quia talis ſcriptura nec naturaliter nec ciuiliter obligat & in ni
hilo præiudicat. vt C. de proba. l. inſtrumenta. Si ſcriptura eſt
publica, tunc refert, ſecundum Acc. in d. l. ſi cautio. & ff. de ꝓ-
ba. l. cum de indebito. §. fi. & Inn. & Ho. hic. Aut in illa ſcriptu-
ra dicitur, quòd talis recepit a tali centum ex cauſa mutui, aut
in illa ſcriptura dicitur quòd talis confeſſus eſt ſe recepiſſe a ta
4 li centum. † In primo caſu non habet locum exceptio iſta, ſed
ſtabit inſtrumento niſi poſſet reprobari de falſitate. C. de pro
ba. l. cum præcibus. In ſecundo vero caſu habet locum. Si quæ
ras de ſecundo membro principali. ſ. infra, quod tp̃s poſſit, &
debeat competere, diſtingue aut debitor renuntiauit hmôi ex
ceptioni, aut non. Si ſic, tunc ſunt opiniones. Vna Azo. Iaco.
Bulga. & Odof. & Accur. in d. l. ſi ex cautione. dicentiũ, quòd
poterit nihilominus excipere, ſed ſibi icumbit probatio, alias
renuntiatio de nihilo ſeruiet, quod eſſe nô debet. vt ff. de lega.
j. l. ſi qñ. Alij (vt Ia. de Ra. & Cyn.) dicunt, quòd tali exceptioni
5 renuntiari † non pôt. quia talis confitens vr̃ confiteri ſub ſpe fu
turæ numerationis, & illa exceptio introducta ẽ ad occurren-
dum facilitati debitorum pecunia indigentium, vt no. C. de nô
nume. pecu. l. contractibus. Vnde ſi tali beneficio poſſet renũ
tiari

tiari eadem facilitate, & indigentia inducerentur ad renuntiã
dum, qua inducuntur ad cõfitendum. ar. C. ad Velle. l. ſi mulier
ibi, ne ex conſequentia ſuę fragilitatis &c. Item, ſi talis renun
tiatio teneret, induceret creditores ad delinquendum: quia p
hoc non numerarẽt pecuniam, quod eſſe non debet. ff. de pac.
do. l. conuenire. Et iſta opinio videtur tutior animę, & iõ am-
plectenda. Si debitor non renuntiauit hmõi exceptioni, tunc
aut quæris nunquid competit infra biennium. & dic rñr, ꝙ ſic
7 vt inſtit. de liter. obli. in fi. C. de non nu. pecu. l. ſi intra. Aut † q̃
ris, nunquid competit poſt biennium, & tunc aut confeſſio fit
nomine eccleſiæ, vel ipſius eccleſiæ negotijs expediendis con
fitetur ſe mutuum recepiſſe, & hoc caſu non obſtante aliqua
renuntiatione non ſolum infra biennium, ſed etiam in perpe
tuum competit exceptio contra creditorẽ niſi probet in vti-
litatẽ eccleſiæ pecuniam fore verſam. 10. q. 2. hoc ius porrectũ
ſm ꝙ hoc no. Hoſt. hic. & Io. An. poſt eum. j. de ſolu. c. fin. vbi
idem dicit in clericis quod in eccleſijs. Sed hic dicit ſub forte,
8 tamen, quod idem eſt de clericis, quod de laicis. † Aut confeſ-
ſio fit non nomine eccleſiæ, ſed alias & maxime per laicos, &
tũc põt dici, ꝙ competit exceptio etiam perpetuo, ſed in hoc
eſt differentia, vtrum proponatur infra biennium, vel poſt q̃a
ſi ante probatio incumbit creditori. Si vero poſt, tunc proba-
tio incumbit debitori. Et ſi dicatur, ꝙ poſt biẽnium nullo mo
do poſsit debitor excipere, alias fruſtra videtẽtur leges de biẽ
nio loqui, reſpondere põt, ꝙ leges, quæ dñt eam durare biẽnio
non voluerunt excludere exceptionem non numeratæ pecu.
niæ. per biennium, nam omnes exceptiones ſunt perpetuę. vt
ff. de excep. doli. l. pure. §. fi. ſed dñt eam infra biennium debere
9 proponi: † quia cum reus negando non debeat probare ſed cre
ditor noluerit onerare creditorem onere probandi vltra bien-
nium. ſed leges nunquam negant quin in perpetuum debitor
poſsit illam exceptionem proponere. vt patet expreſſe. C. de
non nu. pec. l. aſſeueratio. vnde leges reſpiciendo ad frequẽtia,
ſcilicet ꝙ negatiua non probetur, & quòd reus negando pro-
bat eo ipſo quod creditor non probat, contrarium dixerunt,
exceptionem non nu. pecu. poſt biennium non proponi volẽ
do (vt dixi) nimis onerare creditorem. ſed cum poſt bienniũ,
non creditor ſed debitor habeat probare, nõ põt negare, quin
excipere poſsit etiam perpetuo ſm regulam quę eſt in l. alle.
pure. §. fi. Et hoc no. Pe. de Bel. perti. in l. alle. ſi ex cautione. &
ad hoc concor. quod no. Dy. j. de reg. iur. c. locupletari. in fin.
10 li. 6. vbi dicit ꝙ ſi creditor † ſciat ſe non numeraſſe de æquita-
te canonica exceptio non nu. pec. non excluditur biennio, cũ
malę fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribat. vt j. de reg. iur.
c. poſſeſſor. li. 6. & hoc idem tenet j. de ſolu. c. fi. in magna glo.
vbi diffuſe tractat de iſta materia. & idem innuit Innoc. j. de
immunita. eccle. c. quia. plerique.

1 *Tabelliones a quibus, an non, creandi.*
2 *Tabellionatus ſumma capita.*

CVm P. Tabellio. Si quæras, quis po
teſt facere tabel-
liones. Dicit Inn. hic, ꝙ nullus poteſt facere ta-
1 belliones, niſi † Papa, vel imperator, vel reges ha-
bentes ſupremum, & merum imperium, vel inſe
rior cui conſuetudo, vel ſpeciale priuilegium Papæ, vel impera
toris hoc ſpecialiter conceſſerit. arg. C. de eman. li. l. j. & fi. j. de
conceſ. præben. accedentibus. ad fi. ſm Inn. hic. Sed Hoſti. di-
cit hic, quod etiam is qui regit vniuerſitatem de conſenſu ip-
ſius poteſt facere tabellionem, cum poſsit facere iudicem ordi
narium, quod eſt maius. s. de offi. ord. cum ab eccleſiarum. Idõ
notat in ſumma eo. tit. §. quibus inſtrumentis. in princi. quòd
comites, & prælati hoc poſſunt in terris ſuæ iuriſdictionis. ar.
in auth. de tabel. §. pen. col. 4. & 10. q. j. regenda. de hoc etiam,
per eum in ſumma. titu. ne cle. vel mona. §. ſunt, ſub. §. clericis.
ver. qui igitur. & j. ne cleric. vel mona. ſicut te. & de hoc vide
plene in Spe. tit. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. ſed quis poteſt face-
2 re. Et qualiter probetur † aliquis eſſe tabellio vide in d. §. reſtat
ver. illud autem notandum eſt, & vtrum tabellio conſtitutus,
ab inferiore extra, territorium illius poſsit conficere inſtru-
menta, vide in Spe. in prædicto. §. reſtat. ver. quid de his. cuius,
dictum ibi ſatis approbat Arch. j. de ſo. comp. Romana. §. fi. &
Io. And. in contrahentes. ſuper verbo. coram ipſis. in nouella.
lib. 6. vbi plene de hoc.

1 *Scriptura priuata quando, an non, danda fides.*
2 *Scriptura publica quid.*
3 *Scriptura publicæ referenti quando credendum. & 4 6. fallit. 5.*
7 *Inſtrumentum refectum qui, an non, probet. & 8.*
9 *Tranſcripto quando, an non, ſtandum.*

SI inſtrumenta Si quæris, quando ſcriptu
ra fidem faciat, & quãdo,
non. diſtingue, aut quæris de ſcriptura priuata, aut
de publica. Si de priuata, tunc aut quæris, vtrũ faciat
fidẽ pro ſcribente, & illo cuius eſt, aut cõ eũ aut cõ tertium. In pri
1 mo † caſu refert: quia aut facit principaliter contra ſcribentem
vel eum cuius eſt, conſecutiue, tñ, & acceſſorie facit pro eo, &
tunc facit fidem etiam pro eo, vt patet. ff. de procu. l. ſi procura
torem abſentem, ſm Iac. de Ra. ibi & pro iſto membro facit,
in ratione. ff. de autb. tut. l. j. in princ. & ff. de excu. tut. l. ſed &
milites. §. ſed ignominia. Aut ſcriptura facit principaliter pro
ſcribente vel eo cuius eſt. & tunc nõ facit fidem pro eo. vt C.
de proba. l. inſtrumenta. & l. rõnes. & l. exemplo. In ſecundo ca
ſu dic, quòd facit fidem contra eum, qui ſcripſit ſi per confeſ-
ſionem ſuam, vel alias conſtet, quòd fuerit. vt C. de non num.
pecu. in auth. contra qui propriam & l. generaliter. Fallit in cau
ſa mutui, & dotis, vt C. de non nu. pecu. l. ſi ex cautione. & p
totum. C. de dote cau. non nu. per totum. & dixi s. e. ſi cautio.
In tertio caſu refert, aut quæris, vtrum faciat fidem contra ter
tium habentem cauſam a ſcribente, & dic, quòd ſic, vt probatẽ
ff. eo. tit. l. repetita. & ff. de excep. rei iudi. l. ex ſextante. §. La-
tinus quod tñ intellige ſm diſtinctionem quam hẽs. C. q po.
in pig. ha. l. ſcripturas. Aut quæris, vtrum faciat fidem, contra
tertium qui non hẽt cãm a ſcribente, & dic, quòd non niſi ha-
beat ſubſcriptionem teſtium, qui deponent pro ſcriptura, &
pro eius tenore. vt 63. di. literas. C. de non nu. pecu. l. inſtrumẽ
ta. vbi de hoc. & s. eo. c. 2. Si quæris de ſcriptura publica. (Su-
2 mo hic ſcripturam † publicam generaliter & proprie, vt patet
ex ſequentibus) tunc refert, aut illa ſcriptura, ſeu illud inſtru-
mentum facit mentionem de alia ſcriptura, ſeu de alio inſtru
mento, aut non. Si ſic tunc aut inſtrumentum illud, quod facit
de alio mentionem publicatum eſt, vocatis illis, quorum in-
tereſt, coram iudice ordinario vel delegato ipſius ad hoc ſpãli
ter deputatu per tabellionem, qui iudex authoritatem ſuã in-
terpoſuit, & alijs omnibus rite actis, prout hic le. & no. & s. ca.
c. proxi. & s. de teſti. Albericus. tale inſtrumentum facit eandẽ
fidem, ſicut & originale, & hẽt eandem authoritatem, ſicut &
originale. vt hic & ff. de admi. tu. l. Chirographis. C. de teſta. le.
publicati. C. de dona. l. ſi donatio. & in auth. vt fratrum filij. §.
illud. collat. 9. & hoc ſub forte tenet Bar. Brixien. in q. dñicali
quidam impetrauit reſcriptum &c. licet Tan. aliter dixerit vt
no. ibi. Simile, vides circa teſtes productos ad æternam rei me
moriam, vt in auth. de teſti. §. pen. coll. 7. s. de teſt. ſignificauit.
illi. n. quorum intereſt, ſunt vocandi. ff. de adopt. l. nam ita. Et
de modo, & forma hmõi publicationis, vide plene in Spe. tit.
4 de inſtrum. edi. §. oſtenſo. in fi. ver. hic ẽt no. & dic, † quòd tale
inſtrumentum hẽt eandem authoritatem cum originali, non
tñ maiorem, quia per talem publicationem non datur aliquod
ius de nouo, ſed antiquum tñ, ſi quod erat reſeruatur. j. de cõ
fir. vti. vel inuti. cum dilecta. §. nos igitur. de priuile. c. ex par-
te abbatiſſę. ſm. Hoſt. hic. Et hoc, quòd dictum eſt, quòd tale
inſtrumentum hẽt eandem authoritatem cum originali, eſt ve
5 rum † niſi contineatur in lege, vel canone, quòd propria manu
alicuius certi hominis debeat fieri inſtrumentum: quia tunc
publicatio facta per manum alterius non facit fidem. vt C. de
diuer. offi. l. penul. cum ſua glo. li. 12. Aut inſtrumentum illud
6 † quòd facit de alio mentionem non eſt publicatum, vocatis,
illis, quorum intereſt, coram iudice ordinario, ſeu delegato ip
ſius. & alijs neceſſarijs debite obſeruatis, & tunc refert, aut q̃
ris vtrum faciat fidem contra exhibentem eum, & in præiudi
cium exhibentis, & dic, quòd ſic, vt ff. de eden. l. ſi quis ex argẽ
tarijs. § prohibet. ff. de iur. fiſc. l. in fraudem. §. neque inſtrumẽ
ta. & ita poſſes intelligere. l. alle, ſi donatio. C. de dona. Aut quę
ris vtrum faciat fidem contra tertium, & in præiudiciũ illius,
contra quem exhibet, & tunc aut illud inſtrm̃ fuit publicatũ,
ſeu (magis proprie) loquendo tabellionatum per tabellionem
abſque authoritate iudicis competentis, vel alijs neceſſarijs,
ad talem publicationem interuenientibus, de conſenſu tamẽ
vtriuſque partis, ſeu partium, quas lædere, ſeu tangere poterat
inſtrm̃ ſm Guil. Abb. v. g. Habebam inſtrm̃ contra te, dixi ti-
7 bi, meum inſtrm̃ eſt † inueteratum, volo illud renouare, vnani
miter vadamus ad tabellionem, & dicamus ei, quòd reſcribat
& in formam debitam redigat vocatis ad hoc teſtibus. tunc ta
le inſtrm̃ facit fidem contra illos, & inter illos, quorum cõſen
ſu talis publicatio facta fuit, & inter illos, qui habẽt cauſam, ab

eis, vt in l.alleg.rõnes.& l.exemplo. quia,licet tale inſtrumentum non ſit modo debito publicatum,vt ſic habeat eandẽ authoritatem,quam & primum,vt eſt dictum , habet tñ de forma publici inſtrumenti : quia per tabellionem de conſenſu, partinm,& teſtibus rogatis præſentibus confectum.ita intellige. C.de proba.l.cũ præcibus.C.de re iudi.l geſta & l.alle.ſcripturas.& l.alle. chirographis.& auth.de inſtru.cau.& fide §. ſi
8 vero moriantnr colla.6. †Aut hmõi inſtrumentũ non fuit publicatum modo debito,nec tabellionatum de conſenſu partiũ quas lędere,ſeu tangere poterat,vt v.g. ego Henricus hñs inſtrumentum contra te ſolus ſine te iui ad tabellionem:qui tabellio ad requiſitionem mei ſolius illud tabellionauit. & tunc non facit fidem contra illum,ſeu in præiudicinm illius, contra quem exhibetur,& qui aut eius prædeceſſor tali publicationi, non conſenſit. vt in auth.vt ſpon.largi.§.j.& in auth. ſi quis in aliquo documento.quæ eſt ſignata.C.de edendo. pro boc.ff.e.ti.l.2.Idem(quantum ad hoc)potes dicere de exemplo inſtrumenti,vt tale exemplum,ſeu copia faciat fidem contra illum, qui dedit exemplum illius non contra alios. vt ff.de edend. l.ſi quis ex argentarjis.§.prohibet. Et intellige ſm Ho.hic,quod non facit fidem cõtra alios, etiam ſi triplici manu. tabellionũ, fuerit exemplatum.qnod dic vt ̃s.tit.c.j.Ad quod facit.j̃.de fideiuſ.c.2. & quod ibi no.Inn.Ho.& Ab. dicentes, ꝙ tranſcri-
9 pta non ſufficiunt ad probationem niſi facta eſſent cũ ea † ſolennitate,de qua hic,& in dicto cap.alle.Alberic.Et idem not. Genz. extra de elect.c.conſtitutionem. vt circa glo.penulti.in cle.ſequitur quando ſcriptura,ſeu inſtrumentũ non facit mentionem,de alia ſcriptura,ſeu de alio inſtrumento,& tunc facit plenam fidem.vt ̃s.eo.ti.c.2.quod dic vt ibi. Et vtrum originalibus non apparentibus literis confirmatorijs ſit fides adhibenda. dixi.̃s. eod.inter dilectos.

De præſumptionibus. Rubrica.

1 *Delinquendi non malus animus,circunſtantijs conijciendus.*
2 *Crimine ſine circunſtantijs inexcuſabilis.*

SIcut noxius. Super gloſſ.fin. Si quæras, vtrum omne maleficium, præſumatur malo animo actum,vel non, diſtingue,aut huiuſmodi præſumptio pôt tolli ex varijs circunſtantijs,ſeu veriſimilibus coniecturis ipsũ, animum excuſantibus, & tunc non præſumitur malo animo, factum.vt patet. 23.qu.2. quod ait.& c.ne quis arbitretur. de con.di.4. ſolet ita.ff.de ac.& ob.l.4.§.verborum. ff. de iureiur. l.illud.§.pen.15. di.illud.de ſent.exc.c illud.Aut nõ † eſt aliqua,
2 circunſtantia,ſeu veriſimilis coniectura, per quam maleficiũ, poſsit tolli.per quam animus ſacientis valeat excuſari, & tunc ſemper præſumitur contra maleſactorem, de malo animo. vt ff. ad l. Aquil.l.item ſi obſtetrix.§.cum l.ſeq.hoc autem arbitrabitur bonus iudex ſm Go.Inn.Ho.& Io.And.hic. & idem Arch.1.diſt.eum,qui.vbi de hoc.

1 *Poſſidenti ſuccedi.*
2 *Filiationem ſucceſſurus probet.*
3 *Teſtamentorum duorum, vtrum potior.*

AFferte. Ad declarationem. glo.vlti. in fi.ſi quęris,qñ vtraq; mulier,quarum quælibet,
1 † vendicat puerum in filium,lite pendente, moritur, cui earum puer ſuccedat,diſtingue aut altera tm erat in poſſeſsione filijſeu filiationis.& illi ſuccedet.ar.inſti.de interdictis.§.commodum.& ff.de proba.ei qui dicit.ſm Vincẽ.
2 & Laur.Ber. & Holt. hic.Aut neutra † erat in poſſeſsione filij ſeu filiationis,& tunc ſi vellet ſuccedere alicui illarum, oporteret ſe probare filium eius per l.alle.ei, qui dicit.ita di.Bar.Brixien.in q. dñicali,quæ incipit.cum duæ mulieres.dicens etiam ꝙ ſimilis eſt quæſtio,ſi duo oſtendant duo teſtamenta eadem
3 die confecta.& in vno ſit inſtitutus vnus & in alio † alius. nã dicit poſt Hugon.ꝙ ſi inter ſe agant, melior eſt cõditio poſſidentis. Sed ſi contra tertium agant,vel obtineant , quaſi diuerſæ ſcripturæ ab eadem parte prolatę ſm eum ꝑ hoc, quod ſcripſi.̃s.tit.proxi.imputari.in fi.

1 *§.Vetare ſenſus*
2 *Tacens quando,an non,conſentiat.*
3 *Regulam,qui tacet &c. varie reſtringi.*
4 *Præſens tacens,in quibus,an non,conſentiat.& 5.7.*
6 *Præſentem tacentem in exprimendis non conſentire.*
8 *Tacens fraude conſentit.*
9 *Tacens in iudicio quando,an non,conſentiat.& 11.*
10 *C.ſi præſtitum explicari.*
12 *Tacens obligandus non conſentit.*
13 *Tacens quando alienationi conſentiat,an non.*
14 *Tacentem liberationi non abſentire.*
15 *Tacentem delicto quod vetare potuit,obligari.*
16 *Delicto multo quis tacens conſentiat.*
17 *Negato vno,an reliquo tacens conſentiat.& 18.& 19. & 20.*
21 *Regulam qui concedit maius limitari.*
22 *C.nonne explicari.*
23 *Regula, qui tacet locus.*
24 *Tacentem in damnoſis non conſentire.*
25 *Conſentientem tacite diſceſſui eum non punire.*
26 *Alienata tacente capitulo reuocabilia.*
27 *Monachum tacente epiſcopo non poſſe exequi.*
28 *Pœnam ex inutili contractu non deberi.*

NOnne bene. Si quæras, vtrum qui tacet conſentire videatur. Accur. diſtinxit.ff.de procu.l.filiusfamilias.§.inuitus.Aut tractatur de aliquo obligando, aut de præiudicio parendo.In primo caſu habet locum illud generale,qui tacet,non conſentit.Sed fallit in quibuſdam caſibus ibi notatis.In ſecundo caſu hẽt locum contrarium.l.qui tacet,cõſentit.Sed iſta diſtinctio videtur calumniari per l.ff.de fur. l.q
1 vas. §.vetare † vbi non tractatur de aliquo obligãdo, ſed de ꝓiudicio parendo, & tñ habetur pro diſſentiente.Sed ad hoc reſpondent quidẽ dicentes, ꝙ cum tractetur de præiudicio parando debet ſubdiſtingui,aut ambo ſunt in pari cã,& tunc ha
2 bet locum dictum illius glo.Si ſint in diſpari cã , vt quia † vnus in dolo alter in culpa.tunc ille non habetur pro conſentiente qui eſt in culpa.vt in d.§.vetare.ſed ad hoc obſtat.ff.de pig.ac. l.Caius.Præterea vbi tractatur de aliquo obligando, tacens habetur pro conſentiente.vt ff.mandati.l.qui patitur. & l.qui fidem.Item pro hoc & contra dictam diſtinctionem facit expreſſe.ff. de fideiuſ.tu.l.cum oſtendimus.§.vti.Sed Din. videt, dicere,aut tractatur de aliquo obligando ,aut de ꝓiudicio parando,vt dixi.̃s.ſm Accur. Sed in primo caſu videtur ſubdiſtinguere,aut tractatur de obligando alio extra perſonam tacentis,vt in primo caſu habeat locum regula,qui tacet,cõſentire videtur.§.de reg.iur.li.6.In ſecundo caſu ſecus. vt ff. de re iudi.l.tunc aũt.& ff.de arbi.l.ſicuti,In ſecundo caſu ſubdiſtingũe,prout no.ff.de pig.ac.l.nam ſi contradicendo.poterat impedire actum qui agebatur tunc tacens videtur conſentire.vt
3 ff.de pig.l.fideiuſſor. §.pater Seij.Si † vero contradicendo non poterat impedire tunc tacere aſsimilatur contradictioni.vt in d.l.Caius.& de leg.2.l.Titia.§.Lucia.& de re iudi.l.ſæpe.Quidam vero doctorum iuris ciuilis,vt Ia.de Ra.expediunt iſtam materiam per regulam,& exceptiones á regula. & dicunt , ꝙ regula eſt.qui tacet,non conſentit,nec diſſentit.vt in regula,q tacet.† Sed hæc regula fallit in quibuſdam caſibus ſingularibus,
4 in quibus qui tacet, videtur conſentire. Quandoq; rõne coniunctionis,& communionis actionis.vt ff.ſolu.matri.l.2.§.voluntatem.Quandoq; ratione coniunctionis tm.vt ff. de adop. l.in adoptionibus. & ff.de do.inter vi.& vxo.l.ſi ſeruus.Quandoque fauore publicę vtilitatis.ff.ad munici.l.2. quandoq; fauore pupilli.vt ff.de fideiuſ. tu.l.4.2.fin.Quandoq; fauore vtilitatis eius,in cuius præſentia negotium agitur.vt ff.manda.l. qui patitur.& l.qui fidem. Quandoq;fallit fauore matrimonij vt C.de nup. l.5.& ff. de ſponſa.l.in ſponſalibus.§. j. & l.ſed ea quæ patris.Quandoq; fauore clericatus.vt C.de epi.& cleri.in aut.ſi ſeruus.Qñq; fallit odio prohibere ceſſantis,vt ff.de noxal.l.4. C.de commer.& merca.l.2.lib.10. quandoq; odio fallentis,vt C.ad vellei.l.fine.Petrus vero de Bel.perti.diſtinguit, inter iudicia,delicta,& contractus.In iudicijs dicit habere locum.ff.de re iud.l.ſæpe.In delictis dicit habere locum. §.alleg. vetare.In contractibus ſubdiſtinguit inter contractus,in qui-
4 bus requiritur expreſſus conſenſus † & alius in quibus ſufficit, tacitus. In primo caſu non ſufficit tacere,ita, quód qui tacet, non conſentit.vt ff.de aut.tu.l.j. 2.& 3.In ſecundo caſu diſtinguit,aut præſens tenetur conſentire,tunc in dubio conſentit. vt. C.de acq.poſ. l. 2.Si non tenetur,cõſentire tunc refert,aut non poteſt contradicere,& non videtur conſentire vt ff.loca. & conduc.l.qui ad certum.Sed fallit in filia,cuius pater dotem repetit,vt in d.l.2.§.voluntatem.Aut poteſt contradicere ; & tunc

tunc aut tacet in fraudem, & videtur conſentire. vt in d.l.ſi ſi-
ne. Aut ſine fraude, & tunc aut credit ius ſuum vbiq; durare,
& tunc non videtur conſentire. vt ff. qui. mo. pi vel hypo. ſolu
l. ſicut. §. non videtur. Aut non credit ius ſuum vbiq; durare, &
tunc nõ videtur conſentire. vt C. de remiſ. pig. l. j & 2. & fi. ſe-
cundum Pe. prædictum. Doctores vero iuris canonici cõiter
dicunt, quod in facto appetibili, vel honorabili, ſeu meritorio, q
tacet conſentire videtur, vt in regula iuri., qui tacet. cum ſuis
concor. alias ſecus. & ita not. Inn. ſ. de elec. in Gene. gloſſ. licet
collacta. & etiam Hoſt. idem Comp. eo. tit. quia propter. & Io.
And. j. de elec. ſicut cum per formam. ſuper verbo. per vnum
li. 6. & de reg. iur. c. is qui tacet. eo. lib. & Arch. 54. di. ſi ſeruus
ſciente. in glo. adde dicas quod non contradictio. &c. & Car. in
d. c. qui tacet. & de elec. cupientes. li. 6. & Guil. de Montelau. in
extrauag. Io. 22. ſuſcepti regiminis. ſuper verbo, voluerit. E-
go vero Henricus nullam prædictarum opinionum reprehẽ-
dens, credo ſic probabibter poſſe dici, Si quæratur nunquid p̃-
ſens, ſeu ſciens, & tacens conſentire videtur, refert aut tacitur
nitas, quæ eſt mediũ inter duo extrema. ſ. cõſenſum, & diſſen
ſum non inducit effectum proprium, & ſeparatum ab altero,
extremorum. ſ. quod vbi tacens non reperitur conſentire, quod
diſſentiat, vel econtra. Aut taciturnitas inducit effectum pro-
prium, & ſeparatum ab altero extremorum, ſeu ab effectibus
alterius extremorum. In primo caſu refert, aut tacens nedum
tacet, ſed gerit, vel agit aliquid in ipſo actu gerendo, aut non.
Si ſic, tunc dic, vt dixi. ſ. de tranſact. ex literis. Si non agit aliqd
in ipſo actu gerendo ſed ſolum tacet, tunc aut tacet ſimplici-
ter, aut de duobus ſibi propoſitis, & illatis reſpondet ad alte-
rum illatorum, vel de duobus ſuæ diſpoſitioni ſubiectis ſuper
5 altero tñ ſtatuit & diſponit. In primo † caſu refert aut agitur,
& tractatur de actu, qui requirit expreſsionem verborum, &
expreſſum conſenſum, & vbi verborum expreſsio eſt neceſ-
ſario. vt in ſtipulationibus. & tunc tacens nõ conſentit, ſed po
tius diſſentit. vt ff. de legat. j. l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. & de
ver. oblig. l. centeſimis. §. fi. de ritu nup. l. in eo iure §. deinde ait
lex. de auth. tut. l. j. in fi. & 2. & 3. & in hoc concordat Pe. vt ſ.
patet. & hoc innuit glo. de reg. iur. l. qui tacet lib. 6. item Inſtit.
hæredi. &c. & pro hoc faciunt ea quæ leg. & not. j. de ſpon. &
matri. c. fi. inter virum & vxor. c. cum apud. & c. tuæ. De hoc
6 etiam poteſt ponere exemplum in ſeruitutibus † conſtituen-
dis, vbi nudus conſenſus non ſufficit, ſed oportet ſtipulatio-
nem, vel alium contractum nominatum interuenire. vt inſtit.
de ſeruitu. §. j. & ff. de vſufruc. l. 3. §. j. hoc ſuppoſito facit. ff. de
ſerui. vrba. præd. l. intuitu. ſi ſerui. ven. l. ſi cum mens. & hoc idẽ
põt dici in ſeruitute amittenda. vt ff. quemadmo. ſerui. amit-
tatur. l. ſi ſtillicidij. ibi permiſero, innuens quod niſi exprimeret,
ius non amitteret ſeruitutem. cum glo. ibi pro hoc facit ff. cõ
munia prædio. l. ſi præcario. licet ibi in fi. ſit glo. in contrariũ.
Item pone exemplum. j. de his quæ fi. a prela ſine conſen. ca.
c. 1. cum no. in c. 2. Eſt & aliud exemplum. 65. diſt. ſi forte vbi
de hoc per Io. in glo. fi. Aut agitur, & tractatur de actu, qui nõ
requirit expreſsionem verborum, & vbi verborum expreſ-
ſio non eſt neceſſaria. & tunc aut tractatur de conſenſu furio-
ſi, aut de conſenſu hominis ſanę mentis. Si de conſenſu furioſi
tunc aut eſt tale negotium, quod ſi eſſet ſanę mentis, contradice-
re non poſſet, & tunc habetur pro conſentiente. vt ff. ſolu. ma
tri. l. 2. §. voluntatem. Aut tale negotiũ, quod ſi eſſet ſanę men
tis, contradicere poſſet. & tunc ſubdiſtingue, aut eſt tale nego
tium, quod conſenſu contrahitur, & in quo requiritur cõſen-
ſus, & tunc habetur pro diſſentiente. vt ff. loca. & condu. l. qui
7 ad certum. Aut eſt † tale negotium quod ſolo conſenſu cõtrahi
tur, & in quo non requiritur conſenſus, & tunc habetur pro
conſentiente & ſic obligatur. vt ff. de neg. geſt. l. ait prætor. §. cu
ratori. de actio. & obl. l. furioſus. Si tractetur de conſenſu ho-
minis ſanę mentis, ſubdiſtingue, aut tacens tenetur conſenti-
re, aut non. Si tenetur conſentire, tunc habetur pro conſentiẽ
te. vt C. de acqui. po. l. 2. in fi. ar. ff. de acqui. poſ. l. fundi. cum ibi
not. ad idem quod no. Hoſt. j. de priuile. antiqua. in princip. ibi
vniuerſali ſynodo approbante &c. vbi dicit, quod vniuerſalis ſy-
nodus approbat ſtatuta in ea, eo ipſo quòd nullus contradicit
8 . 3 1. di. nicena. ff. manda. ſi remunerandi. §. 2. Si non tenetur † cõ
ſentire, tunc refert, aut tacet in fraudem & animo decipiendi,
& tunc videtur conſentire, & ſibi præiudicat arg. ff. ad vellei.
l. ſi decipiendi, C. ad vellei. l. ſi ſine. & C. ſi res alie. pig. da. ſit l. 2.
& in hoc concor. Pe. vt ſ. patet. Aut tacet ſine fraude, & nõ a-
nimo decipiendi, & tunc aut tractatur de commodo illius, q
tacet & tunc conſentire videtur, vt ff. man. l. qui patitur. de re
gu. iur. l. qui non prohibet. & l. qui tacet. & ita intellige opi. p̃-
dictam Inno. & ſuorum ſequacium, & quod le. & not. 27. di. c.
j. in glo. fi. Aut tractatur de incommodo illius qui tacet & tũc
aut taciturnitas interuenit in iudicijs, aut interuenit in cõtra-
9 ctibus, aut interuenit in delictis. † Si in iudicijs, tunc aut tacẽs,
eſt in iudicio, ſicut pars, ſeu obtinens vicem partis, aut non.
In primo caſu refert, aut tacens ſuper ſibi oppoſitis, ſeu pro-
poſitis non eſt interrogatus, nec iuſſus reſpondere. Aut eſt in-
terrogatus, ſed non eſt iuſſus reſpondere, aut eſt interrogatus
& etiam iuſſus reſpondere. In primis duobus caſibus tacens,
non habetur pro conſentiẽte nec pro diſſentiente, vt patet de
primo in illo, contra quem petitio eſt edita in iudicio. vt C. de
lit. conteſt. auth. offeratur. 3. q. 3. c. induciæ. § offeratur. ſ. de li-
bel. obla. per totum. & in illo contra quem fiunt poſitiones, q
eo ipſo non habetur pro conſentiente, nec pro diſſentiente.
De ſecundo patet etiam. j. de confeſ. c. ſi poſt præſtitũ. ibi, in-
terrogatus iuſſuq; li. 6. q. d. ſecus, ſi ſolum interrogatus & non
iuſſus. vbi de hoc per Guli. & Io. An. In tertio caſu refert, aut
eſt interrogatus, & iuſſus per iudicem reſpondere, aut eſt in-
terrogatus, & iuſſus per alium quam per iudicem. In primo
caſu refert, aut eſt magis damnoſum tacenti, quod habeatur pro
conſentiente, quam pro diſſentiente, & tunc habetur p̃ con-
ſentiente, vt in c. alle. ſi poſt præſtitum. vbi hoc no. Gul. & Io.
An. pro hoc. C. de iura calum. l. 2. §. quòd ſi actor. ſ. de iur. calũ.
c. fi. in fi. Aut eſt magis damnoſum tacenti, quòd habeatur pro
diſſentiente, quam quod habeatur p̃ conſentiente, & tunc habe
tur pro diſſentiente ſeu negante. vt ff. de inter. act. l. de ętate. §.
qui tacuit. & l. ſi alienum. & de procur. l. non ſolum. in princ. &
ſic illud extremum accipitur contra tacentem quod eſt ma-
gis damnoſum tacenti. ſm Guli. & Io. An. in c. alle. ſi poſt pre
ſtitum. Si eſt interrogatus, & reſpondere iuſſus per alium, quã
per iudicem puta per partem aduerſam, vel etiam per nuntiũ
iudicis citantem, tunc non habetur pro conſentiente, nec pro
10 diſſentiente, vt probatur in c. alle. ſi poſt præſtitum, † ibi qñ di
cit, interrogatus iuſſusq; a iudice. q. d. ſecus ſi ab alio. quod dic
vt ibi no. Guli. & Io. An. In ſecundo caſu. ſ. qñ tacens eſt in iu
dicio non ſicut pars ſeu altera partium, tunc aut tacens eſt ille
nomine cuius agitur in iudicio, vt v. g. dñs videt cãm ſuo noie
agi, vel defendi in iudicio per falſum procuratorem, & nõ con
tradicit, ſed tacet, & tunc habetur p̃ conſentiente. Nã de vo-
luntate ſua præſumitur falſus ille procurator agere vel defende
re, cum poſsit dñs præſens eum prohibere, & nõ prohibet. ff.
de re iudi. l. ſæpe. Vnde contra eum mandabitur ſententia exe
cutioni, cum credatur. eius mandato agere, vel defendere. vt
ff. de re iudi. l. 4. quod dic vt no. Inno. & Hoſ. ſ. de reſcri. ca. ex
parte decani. glo. 2. & de offi. dele. cum in iure. & Guli. j. de p̃
11 cur. c. qui ad agendum. glo. 2. li. 6. Aut tacens † eſt in iudicio nõ
vt pars, nec vt ille, cuius nomine agitur, ſed alias: & tunc tracta
tur de aliquo tacente perſonaliter obligando, & tunc credo,
quòd tacens non habetur pro conſentiente. ar. l. alle. filiusfami
lias. §. inuitus. ff. de procur. C. de procu. l. inuitus. Quæ iura poſ
ſunt intelligi nedum in contractib. ſed etiam in iudicijs. & eſt
caſus expreſſus in iudicijs. ff. ex qui. cau. in po. eatur. l. hæc aũt
§. ſin autem. ver. ſi aũt negent. ibi, aut non negent, ſed tacẽt &c.
niſi forte in caſu & fauore publicę vtilitatis. arg. ff. ad muni. l. 2.
& de fideiu. tu. l. cum oſtendimus. §. fi. pro quo no. per Gul. de
Mon. lau. extra de procur. c. j. ſuper verbo. videaris. in cle. Aut
tractatur de aliquo præiudicio tacenti parando in iure ſuo, &
tunc aut tacens habet cauſam ab eo, qui deducit rem in iudi-
cium, & tunc videtur conſentire, & ſibi præiudicat. vt ff. de re
iud. l. ſæpe. §. ſed ſcientibus. Aut tacens non habet cãm ab eo,
qui deducit rem in iudicium, & tunc non videtur conſentire,
nec ſibi præiudicat, vt in d. l. ſæpe. §. reſponſo. & j. de re iudi. ca.
quamuis. vbi de iſto articulo dicam latius. ¶ Si taciturnitas in
teruenit in contractibus refert: aut tractatur de aliquo tacen-
te perſonaliter obligando, aut de aliquo præiudicio ſibi paran-
12 do. Si de † aliquo tacente perſonaliter obligando tunc tacẽs nõ
videtur regulariter conſentire. vt ff. de procu. l. filiusfamilias.
§. inuitus de interrog. acti. l. de ętate. §. qui tacuit. Fallit fauore,
publicę vtilitatis, vt ff. ad munic. l. 2. & de fideiuſ. tu. l. cum oſtẽ
dimus. §. fi. de vetera. l. fi. de decur. l. honores. §. fi. C. de fil. fac. &
quemadm. pater pro his tenetur. l. j. li. 10. in fi. & in hoc cõcor.
Ia. de Ra. vt ſ. dixi. Et iuxta hoc vide, quod no. Guli. de mon.
lau. extra de procur. c. j. ſuper verbo videaris. in cle. & per hoc
non credo, verum quod not. Spec. tit. de arbitrio. §. fi. 2. col. ver
ſic. ſed nunquid arbitrator. ver. ſuſcepiſſe autẽ. vbi dicit quod
arbiter, vel arbitrator ſuſcepiſſe videtur arbitrium, eo ipſo, quod
præſens patitur in ſe compromitti contra quem facit quòd di
cam poſt Io. An. j. de teſta. tua. di. j. Si tractetur de aliquo præ-
iudicio

iudicio ipſi tacenti parando, refert, aut tractatur de re tacentis
alienanda, ſeu in aliū transferenda, ſeu de aliquo p̄iudicio ſibi
generando in iure ſuo, ſiue in re ſua, aut de liberationi dāda ꝓ
ſuam taciturnitatē. Primo caſu refert, aut tacēs potuit impe-
13 dire, & nō ſecit, aut nō potuit impedire. † In primo caſu refert
quia aut tacēs tacet in & ſuper actu, vel cōtractu qui agitur, vł
diſponitur in perſona cōiuncta tacenti & maxime ad eius cō-
modum, & tunc tacens hr̄ pro conſentiente. vt ff. de adop. l. in
adoptionib. de dona. inter vir. & vxor. l. ſi ſeruus cōis. 20. q. 2.
puella, & in hoc cōcor. Ia. de Ra. vt s̈. patet. Aut tacēs tacet in
& ſuper actu, qui geritur, vel diſponitur in perſona extranei, &
tunc tacens non vr̄ conſentire. vt C. de remiſ. pig. l. 2. & no. gl.
in d. l. ſi ſeruus communis. ff. de don. inter vir. & vxo, Sed hoc
fallit in certis caſibus fauorabilib. vt fauore libertatis, vbi tacēs
videtur conſentire. C. de remiſ. pig. l. j. C. de epi. & cle. l. ſi ſeru⁹
de re mili. l. ſuper ſeruis. li. 12. de lati. libe. tol. in auth. ad hæc. in
auth. de nup. §. ſi vero ab initio. collatio 4. vt liber. de cetero au
reo. §. ſi quis autem colla. 6. 54. diſt. ſi ſeruus ſciente & fauore,
fiſci. vt C. de remiſ. pig. l. j. & fauore legitimationis. vt ff. de lib.
agno. l. j. §. pœna. Si tacēs non poterat actum qui gerebatur im-
pedire, tunc non videtur conſentire, vt ff. quib. modis, pig. vel
hypo. ſol. l. ſicut. §. non videtur. vbi de hoc. ¶ In ſecūdo caſu. ſ.
14 vbi tractatur † de liberatione danda, ſeu p̄ſtanda, tunc non vi
detur regulariter tacens conſentire. arg. ff. de ritu. nupt. l. in eo
iure. §. deinde ait lex. de noua. l. Stichum. §. fi. de exce. l. 3. Et eſt
ratio, quia forte in tali caſu requiritur expreſſio verborum, &
ſic comprehenditur ſub illo membro de quo s̈. ¶ Si quæratur
de delictis tunc aut tractatur de præiudicio parando tacenti in
re ſua, vel in iure ſuo, & tunc nun habetur pro conſentiente,
vt ff. de ſur. l. qui vas. §. vetare. l. pen. Eſt etiam ſpecialis caſus v-
bi expreſſe conſentiens hr̄ pro diſſentiente. vt C. de ſur. l. ſi qs
15 ſeruo. Aut † tractatur de tacente, tanquam delinquēte, ſeu par-
ticipe, & complice delicti, & conſentiente in delicto perſona-
liter obligando, & tunc aut tacens potuit prohibere delictū &
prohibere neglexit, & tunc regulariter videtur conſentire. vt
ff. de noxa. act. l. 2. 3. & 4. cum concor. ibi alle. & de re mili. l. qui
cum vno. §. qui poſt. C. de commer. & merca. l. 2. ȷ̈. de ſen. exc.
c. quantæ. Aut non potuit prohibere. & tunc aut iſte tacens eſt
ſuperior ad quem ſpectat correctio, & punitio delicti perpetra
16 ti, aut non. † Si ſic, tunc tacens delictum negligens vindicare,
conſentire videtur. vt le. & no. 43. di. ſi rector. & ex eo permit
titur ſecuritas delinquendi 83. diſt. error & c. ſeq. & s̈. de offic.
ordi. irrefragabili. in prin. & no. Ber. ibi in glo. j. quod verū eſt,
quando tacet, & negligit delictum corrigere ſine cauſa, ſecus,
ſi tacet ex cā legitima, & maxime qñ eſt princeps, vt Papa, vel
imperator. Ita intellige quod leg. & no. 86. di. c. tanta nequitia.
1. q. 7. c. tanta nequitia. Si vero ſuperior non eſt, tunc regulari-
ter non videtur conſentire, nec ab initio quia non impedit. vt
in iuribus alleg nec ex poſt facto quia non denunciat, nec accu
ſat præſertim, vbi probare nō pōt. ita intellige. 2. q. 7. plerunq;.
cum ibi not. per Io. in glo. 2. q. 6. illud. dicat tamen ei, quod ꝓ-
deſſe pōt, & non obeſſe. 22. q. 5. hoc videtur. & de hoc dic, vt
le. & no. in d. c. quanto. & ibi plenius dicam. Et hæc vera ſunt,
qñ tractatur de incommodo illius qui tacet, aut tractatur non
de commodo, vel incommodo illius qui tacet, ſed alterius a ta
cente. & tunc tacens non habetur pro conſentiente. vt ff. de au
th. tu. l. 3. de iudi. l. tunc aūt. de arbi. l. ſicuti. & hoc membrū po
nit Dy. ȷ̈. de reg. iur. c. qui tacet. li. 6. Et hæc ſufficiāt quantū ad
illum qui ſimpliciter tacet. ¶ Si quæris de illo tacente, qui de
17 † duobus ſibi propoſitis & illatis reſpondet ad alterum illato-
rum & de altero tacet, vt fuit hic. vel de duobus diſpoſitiuni,
ſuæ ſubiectis ſuper vno tantum ſtatuit, & diſponit, & de alio
tacet, vt fuit. C. de procu. l. maritus. tunc refert, aut illud quod
tacetur, eſt de ſimpliciter & in ſuo genere prophibitis. aut eſt
de ſimpliciter in ſuo genere conceſſis. aut nec eſt de ſimplici-
ter prohibitis nec eſt de ſimpliciter conceſſis. In primo caſu,
tacens nunquam videtur illud prohibitum concedere. vt not.
Io. An. extra de vſu. c. vnico. ſuper verbo. facere. in cle. vbi di
cit, ꝙ ſi princeps, vel alius qui poteſt, ſtatuat, ꝙ nullus pro vſu
ra recipiat vltra duos denarios pro libra in menſe. nō propter
hoc videtur cōcedere, ꝙ poſſit recipere duos denarios vel mi
nus: quia oīs vſura, etiā minima, eſt in ſuo genere prohibita:
vt ȷ̈. de vſur. ſuper eo. & c. conſuluit. ibi nihil indeſperantes. &
c. quanto per eandem viam facit. s̈. de treu. & pace. c. j. vbi hēs
18 ꝙ certis tēporib. conceduntur vt ibi no. ¶ In ſecundo † caſu,
tacens non videtur illud conceſſum denegare, & iō ſtatutū
quod ſtatuit, & concedit, ꝙ quilibet cōfiteatur ꝓprio ſacerdō
ti ſemel in anno peccata ſua, non ꝓꝑ hoc negat quin pluries cō
fiteatur. qm̄ confiteri peccata eſt de ſimpliciter & in ſuo gene-
re cōceſſis. ȷ̈. de pœni. & remiſ. omnis vtriuſq;. in princ. vbi de
hoc. Item ſtatutum quod ſtatuit, & concedit, ꝙ archieṗs, vel
eṗs ſemel in anno viſitet ſuam prouinciam, vel diœceſim. vt
10. q. j. c. epiſcopum. & c. decernimus. & c. placuit. s̈. de offi. ar
chi. mandamus. non per hoc denegat, quin poſſit pluries, & ma
xime toties quoties opus fuerit viſitare, vt 10. q. j. regenda. 18
q. 2. viſitandi. vbi de hoc per Archi. in glo. fi. & c. non ſemel. ȷ̈.
de cenſi. c. cum venerabilis. vbi de hoc. ¶ In tertio vero caſu,
19 refert, † aut eſt eadem ratio in tacito, quæ in expreſſo, & tunc
conceſſum vel denegatum in expreſſo intelligitur conceſſum
vel denegatum in tacito. nam ſtatutum pœnale, & odioſum,
in caſu certo factum ad conſimile propter identitatem ratio-
nis extenditur. vt ff. de eden. l. quædam. §. nummularios. ad le.
Iul. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. ratio. vt no. Garſ. & Card. ȷ̈. de
ele. c. cupientes. in prin. lib. 6. & Genz. extra de reſcr. c. j. in cle.
Idem no. Arch. de pœni. di. 1. §. pœnæ glo. j. & Genz. de vi. & ho
ne. cle. c. qm̄. ſuper verbo. videatur. in cle. & de re. permu. c. vni
co. gl. fi. in cle. & plenius in extrauag. Io. 22. ſuper verb. perſo-
næ. & ꝓ hoc facit expreſſe in auth. vt hi qui obli. ſe hr̄e perhi.
res mi. §. j. colla. 6. vbi lex pœnalis facta in curatore extenditur
ad tutorem, & cenſetur facta in tutore. Hoc colligitur ex. c. al
leg. cupientes. in prin. iuncto ad illam decretalem. ſi poſtquam
§. vlti. eo. tit. & ex decretali. licet canon. eo. tit. iuncta ad illā de-
cretalem vnicam. extra de offi. vica. in cle. vbi habemus, quod
ſtatutum illud pœnale licet, canon loquens in rectoribus eccle
ſiarum parochialium extenditur ad vicarios. & hoc tenuit Ac
cur. ff. de iudi. l. cum prætor. in glo. no. quòd in fi. Aut non eſt
20 eadem ratio in tacito, quæ in expreſſo, & † tunc conceſſum vel
denegatum in expreſſo non intelligitur conceſſum, vel dene-
gatum in tacito. imo quod de vno conceditur, de alio videtur
eſſe negatum. vt C. de procu. l. maritus. cum multis conco. ibi
alle. vbi habes, quòd licet maritus poſſit agere ſine mandato,
in rebus paraphernalib. vxoris, ſi tn̄ vxor mandauerit ſibi age
re in quibuſdam rebus videtur prohibere in alijs, quia non eſt
eadem rō committendi omnia negotia ſicut vnum ſolum &
maxime maiora. ar. s̈. de reſcr. c. ſedes apoſtolica. & extra de ꝓ
cur. c. non pōt. in cle. cum ibi no. & in concur. hic alle. per Ber.
per eandem viam facit ff. ſolut. mat. l. ſi cum dotem. in prin. de
libe. & poſth. l. cōmodiſſime. de do. inter vi. & vx. l. ſed ſi mors
de pac. dota. l. pacta conuenta. de ſolu. l. quæro. & ȷ̈. de reſcr. ſi
ſcepto. li. 6. cum ibi not. Ad idem facit, quod not. Io. And. s̈. de
reſcrip. poſtulaſti. vbi dicit, † quòd regula, quæ concedit ma-
ius, concedit & minus. ȷ̈. de deci. ex parte. 3. qui fil. ſint legiti.
c. per venerabilem. Fallit in priuilegijs & diſpenſationibus. nā
21 diſpenſatio in maiori, non extenditur ad ſimile vel minus. ȷ̈.
de priuileg. ſanæ. niſi illud minus ſub maiori includatur, vt ſi
concedatur illegitimo, quòd promoueatur in eṗm, & de reli-
quis ſacris intelligitur conceſſum. ȷ̈. de conceſ. pre. ex literis.
Vel dic, quòd illud argumentum in gratijs fauorabilibus poſ-
ſet habere locū non in odioſis. ȷ̈. de præb. quamuis. j. & c. cū in
illis. lib. 6. & e contra. quod de vno negatur. de alio videtur eſ
ſe conceſſum. vt ff. de iudi. l. cum prætor. cum concor. multis
22 ibi alleg. & † hic per Ber. Chriſtus enim ſuper duobus interro
gabatur, ſcilicet vtrum eſſet Samaritanus, & verū haberet de-
monium. de quibus non erat eadem ratio, ſed valde diuerſa. &
ideo negando de demonio, videtur de alio concedere. vt hic,
23 & Io. Vin. & Tan. ¶ Si quæris † de ſecundo membro principa-
li, vtrum vbi taciturnitas quæ eſt medium inter duo extrema,
ſcilicet, inter conſenſum expreſſum, & diſſenſum inducit effe
ctum, proprium ſeparatum ab altero extremorum, & tūc ha
bet locum regula iuris, quòd tacens non conſentit, nec diſſen-
tit. vt ȷ̈. de reg. iur. c. qui tacet, li. 6. & pone exemplum vt ibi in
glo. per l. ff. de tribu. li. j. §. ſcientiam. vt hic not. Dyn. & Cin. in
c. alle. is, qui tacet. & vide quod no. Io. And. in c. alle. is qui tacet
51 in nouella. vbi ponit quatuor quæſtiones antiquas. Quarum
prima eſt venerealis. 29. qua quæritur, Aliquis electus fuit ad
dignitatem epiſcopatus, eo tacente & præſente contulit præ-
bendam illius demum caſſatur electio. quæritur an præbendā
repetere poſſit, cum videatur eā habuiſſe pro derelicta: quia
potuit contradicere & nō contradixit. Hanc ſoluit Bart. Brix.
dicens Tan. dixiſſe, quòd iſte non poterit præbendam repete-
re cum videatur eam habuiſſe pro derelicta, quia potuit con-
tradicere, & non contradixit. Sed hæc ſolutio non placet Io.
24 And. cum in dānoſis, ſeu oneroſis tacere, non † ſit conſentire,
vt in l. alleg. vetare, cum concor. vnde a ſimili decretalis, bene-
ficium ȷ̈. de regularibus. li. 6. dicit ꝙ oportet aſſenſus accedere
quod notat actum, non taciturnitatē. itē beneficia non vacātia
conſerri

conferri non poſſunt.ĵ.de conceſ.præb.c.2.& per totum. Sed
qui dicit per taciturnitatem beneficium vacare,det mihi tex-
tum expreſſum:alias ſibi non credam.15.q.3.c. ſaoæ quiſquis.
§.vnde aut.ver.nec quiſquam.Ad.q.facit.ĵ.de inſti. cum veniſ
ſent.vbi non ſolum tacere,ſed etiam perverba generalia loqui
non nocuit Archidiacono qui promouebatur ab Archiepō,
bene facit etiam.ĵ.de præben.ſi beneficia.li.6.¶ Secunda q.eſt
dñicalis,quæ incipit.Præſbyter quidam.& eſt talis,Preſbyter,
præſente,& non contradicentem epō,votum peregrinatiõis,
emiſit:quod dum exequi vellet epiſcopus contradicit.ſed ipſe
nibilominus iter arripuit,epiſcopus eo abſente eccleſiam con
25 tulit alteri.Quæritur †an preſbyter reuerſus illã repetere poſ-
ſit.Hanc ſoluit Bartho.ꝙ epiſcopus tacendo fecit ſibi præiudi
cium,nec debet vltra cõtradicere niſi cauſa noua iotetueniat.
Quæ ſolutio ſm Io.An.non eſt ſufficiens.niſi per hoc intelle
xerit ſacerdotem,non potuiſſe priuari per epiſcopum,qui ta
cuit in remiſsione voti.Fatetur quòd inhoneſte facit epſ,qui
sunc tacuit ſine cauſa noua.Reſiſtendo tñ inhoneſtius facit ſa
cerdos eo contradicente itinerando.7 t.di.c.vlti.de conſe.di.5
non oportet,de voto,magnæ,circa medium.Remanet queſtio
dubia quam ſuluendo dicit,quòd epiſcopus illum priuare non
potuit.Sed hoc ſolo attento.quòd ille peregrinando ſe abſen-
tauit,etiam eo contradicente ſimpliciter,& ſi non monuiſſet,
eum,quòd ſe non abſentaſſet ſub pœna priuationis, cui moni
tioni non parens ſe abſentaſſet, non putat, quòd taciturnitas,
epiſcopi excuſet eum a pœna,quia etiam ſi expreſſe conceſsiſ
ſet,non videtur,quòd eo inuito votum perficere poſſet.33.q.
5.manifeſtum.& c.noluit.Poſſet etenim epiſcopus aliquid oc
cultum nouiter ſciuiſſe propter quod peregrinatio non expe
dit etiam ſaluti vouentis. facit.ĵ.de temp.or.ad aures. Fortius
ergo in terminis quæſtionis.Si autem præſbyter ſic monitus,
non paruiſſet,eccleſiam,qua priuatus fuiſſet, non repeteret.
Vbi vero epiſcopus contradixiſset,vel vetuiſset, ſed talẽ mo-
nitionem non feciſſet,dic priuationem fieri non potuiſſe, ꝓ-
pter abſentiam,vel non reſidentiam etiam ex iuſta cauſa, niſi
prius eo citato,& expectato ſm formam decret.ex tuæ.ĵ. de
cle.non reſi.¶ Tertia quæſtio eſt dominicalis, & incipit. epi-
ſcopus quidam fecit.& Dama.7 t.de his quæ fi a præ. de epo,
26 qui fecit †alienationem tacente,& non contradicente capitu-
lo an ſucceſſor illam reuocare poſsit.Et ſoluunt,alienationem
tacente & non contradicente capitulo non valuiſſe,& ſic reuo
candam eſſe per capitulum ſine exceptione.12.q.2.& c.2.ĵ.de
his,quæ fiunt a præla.ſine conſenſu capituli.loquitur de colla-
tione decimarum nomine beneficij perſonaliter facta, vbi ſuf
ficit patientia.Vnde dicit Barth.illam intelligi de conceſsione,
facta cauſa pietatis,vel de re minima , vel ad certum factum,
vel ad certum tempus.Et vide quod ibi no.in s.& 3.glo.& e.
ti.cum vos.Per quæ patet,quòd vera eſt huius quæſtionis ſo-
lutio,quòd neceſſario concluditur ex præcedenti tractatu qui
neceſſarius eſt in alienatione.ĵ.de rebus eccle.non alie.c.dudũ
lib.6.ex quo ſequitur taciturnitatem vel patientiam non ſuffi
27 cere.¶ Quarta quæſtio eſt an religioſus tacente,†vel patiente
ſuo prælato poſsit eſſe executor teſtamenti,ſaltem in quo ſũt
multa relicta ad pias cauſas,& ſoluit quòd taciturnitas, vel pa-
tientia prælati hoc caſu non ſufficit,cum enim religiuſus vel-
le vel nolle non habeat,& omnis talis actus,quem aggreditur,
ante licentiam eſt illicitus,& per illum frangitur obediẽtia, &
abdicatio propriꝫ voluntatis.facit cle.religioſus.de procur. &
quæ ibi no.in glo. repete &c. patientia ergo non poſſet facere
illum licitum.Vnde requiritur,quòd ſuper hoc prius petatur,
& obtineatur licentia,vt patet.ĵ.de teſta.c.2.lib.6.& eo.tit.c.j.
in cle.vbi de hoc no.glo. reprobatum.vide etiam quod no.ip-
ſe Io.An.ĵ.de de reg.iur.qui tacet.lib.6.vbi quęrit ſi conſtitu-
tio Bonon.epiſcopi præcipit nullam alienationem immobiliũ
28 rerum eccleſiaſticarum fieri per clericos ſine licentia epiſcopi
vitians †contractum & addens pœnam arbitrariam:& capitu-
lum Buno.præmiſſo tractatu epiſcopi,epiſcopo vẽdat aliquas
serrulas ſine alia licentia,an locus ſit pœnis ſtatuti& poſt mul
ta argumenta,pro & contra, ſoluendo dicit epiſcopum nõ au
diendum.& pœnis ſtatuti locum non eſſe, quia ſi dicit contra-
ctum non tenere ex viribus conſtitutionis contrahendo con
ſenſiſſe,& licentiam dediſse dicetur, nam ſi tacens conſentit,
vt in c.alleg.qui tacet. multo fortius agens.Si dicatur de autho
rizatione in facto proprio,hoc non eſt curandũ,vbi de conſti
tutione tñ quæritur,quæ non læditur data licentia qualitercũ
que verbo vel facto expreſſe,vel tacite & in ſcriptis , vel ſine.
facit ad ita cle.de conce.præb.c.vni.o.ver.ꝙ etiam.Si vero ex
viribus iuribus communis dicatur contractum non tenere,
hoc non procedit:quia ſm no.12.q.2.Abbatibus. inferiores
in inuitis non habent neceſſe habere conſenſum epiſcopi . Et
ſi diceretur opinio contraria verior,adhuc venditio epiſcopo
fieri non potuit ob hoc quòd in facto ſuo authorizare nõ pôt.
quia.c.quæſti.s 7.q.4.& quod no.Io.in §.ibi præcedenti.loqui-
tur,quando prælatus contrahit cum alijs eccleſijs, non cum ec
cleſia cathedrali.& ſic etiam loquitur in cle.vnica de re ecc.nõ
alie.& vide quod no.ibi in glo antepe.ad iſtam diſtinctionem
facit.ĵ.de teſta.requiſiſti.ad finem.

1 *Priuilegium legis tranſmiſſibile.& 3.fallit.2.*
4 *Priuilegium principis, quando perſonale, aut tranſmiſſibile.
& 5.*
6 *Hæredes non,niſi expreſſi gaudent priuilegio.*
7 *Priuilegium reale tranſmiſſibile.*
8 *Priuilegium ad futuros tranſire.*
9 *Priuilegium ciuitatis perpetuum.*
10 *Priuilegium cauſæ tranſmiſſibile.*
11 *Iuriſdictio mandato quis,& quando incipiat.*
12 *Leges aliquas enucleat.*
13 *Deus laudandus.*
14 *Laudare homines quatenus liceat & 15.*
16 *Adulationum genera,quæque permiſſa.*
17 *Laus quæ famam minuat.*

non placet Hoſt. quia ſic poſſet cuilibet beneficiato, & per con
ſequens ſibi iurato ſuum beneficium auferre. š. eo. c. querelam.
& c. ſeq. imò dic ꝙ hoc caſu ſufficit tradere æquè bonum. arg.
ff. de nego. geſt. l. at qui natura. §. cum me. ff. de iuriſd. om. iud. l.
prætor. quem ſi nō poſſit inuenire, adhuc arbitrio boni viri re-
linquitur, qui conſiderata qualitate perſonæ aduocati, & cauſæ
caueat ne quid fraudulenter fingatur, ſed in dubio conſcientiæ
ſuæ relinquatur. arg. ĵ. eo. mulieri. & de procura. in noſtra. Nec
4 obſtat. c. literas. † & c. inquiſitioni. alle. per Ber. quia loquuntur
in matrimonio, in quo de colluſione timeri poteſt. arg. ĵ. de eo
qui cog. conſan. vxoris ſuæ. ſuper eo. ĵ. eo. tua. & in quo verti-
tur periculum incontinentiæ: nec poteſt per alium ſubueniri
congrue, ſecus in officio aduocationis, quod poteſt per alium
expleri. vt. C. de iudic. rem nouam. ſecundum Hoſti.

1 *Minuta moneta periculo debitoris eſſe.*
2 *Moneta periculum fraudantis debitoris eſſe.*
3 *Solui, qua moneta debeat.*
4 *Monetam cudendi, ſoli principi ius.*
5 *Monetam cudere quo iure liceat.*
6 *Iuramentum illicitum indiſpenſabile.*
7 *Iuramentum licitum quatenus, an non, mutabile.*
8 *Iuramentum quoduis relaxat Papa.*
9 *Iuramentum mutat epiſcopus. fallit. 10.*
11 *Iuramentum extortum obligare, diſpenſari tamen poteſt.*
12 *Imperator iuramentum non relaxat.*

QVanto. ¶ Si quęras, vbi certa quātitas pecunię,
vel monetæ debeatur, & moneta eſt po
ſtea per ſuperiorē reprobata, vel efficitur minor, vel
deterior, cuius erit periculum in caſu reprobationis, vtrū debi-
toris, vel creditoris, vel in qua pecunia, ſeu moneta debebit fie
ri ſolutio in caſu deteriorationis, diſtingue, aut quæris, cuius
eſt periculū, in caſu reprobationis: aut in qua moneta, ſeu pecu
nia fiet ſolutio, in caſu deteriorationis, ſeu minorationis. In pri
1 mo † caſu refert: aut moneta eſt reprobata: quia nimis diminu
ta eſt in valore, & tunc periculum eſt debitoris ita, quod tene-
bitur ſoluere in valore, quo erat tp̃e mutui. ſeu alterius obliga
tionis contractæ. vt hic. &. ĵ. de cenſi. cap. olim cauſam. & cap.
2 pen. & ff. de ſoluto. l. creditor. Aut eſt † reprobata per auaritiam
principis ad finē, vt, ea reprobata, lucretur: & tunc refert vtrū
debitor fuit conſcius fraudis, vel in culpa: & idem tunc, quod
prius. ar. ff. ſi cer. peta. l. quod mihi & l. periculum. Aut non, &
tunc ſufficit ꝙ reddat pecuniam in eodem genere pondere, &
valore: licet diminuta ſit, quo ad curſum ſm̃ Hoſt. qui ita di-
ſtinguit a principio huius diſtinctionis huc vſq; cui cōcordat.
Aſten. lib. 3. titu. de ſolu. art. 5. q. ſed quid ſi mercator. Si quęras
3 † in ſecundo caſu, ſcilicet, deteriorationis, ſeu diminutionis,
refert: aut quæris de pecunia, ſeu moneta ex cauſa delicti, vel
noui ſtatuti debita: & tunc iuxta nouam monetā fiet ſolutio.
ar. C. qui admit. ad bo. poſſ. poſſunt. l. fin. & C. de rei vxo. act. l.
vnica. §. fi. & in corpore authenticorū de nō alie. aut permuta.
reb. eccl. §. vt aūt. coll. a. Aut de pecunia, vel moneta ex contra-
ctu debita: & tunc fiet ſolutio iuxta æſtimationē antiquę mo-
netæ. arg. d. c. olim cauſam. & c. pe. ĵ. de cenſi. ita diſtinguit Spe.
ab illo. ver. Si quæris in ſecundo caſu titu. de ſolu. §. 1. in fin. &
Genze. extra de deci. c. fi. ſuper verbo, currentem. in fin. in cle.
¶ Si quæras ad quem ſpectat & debeat pertinere ius ſeu autho
4 ritas fabricandi ſeu cudendi monetam, diſtingue: † aut quæris
de iure cōi, & tunc dic, ꝙ ad ſolum principem. ar. ff. de ori. iur.
l. a. §. deinde cum ęrarium. C. de fal. mone. l. a. Vnde de iure re-
galium eſt monetā cudere. vt in lib. feu. quæ ſunt regalia. c. vni-
co. Vnde nulli priuato cōpetit de iure ſcripto monetam cude-
re poſſe etiam legitimę materiæ, & legitimi ponderis exiſten-
tem. tum quia moneta debet eſſe publica forma percuſſa. ff. de
contrahen. empt. & ven. l. 1. & hic. qñ dicit patris tui cōſerua-
re monetam, &c. qua forma priuatus ſine pœna falſi vti nō po-
teſt. ff. ad l. Corn. de Fal. l. falſis nummis. & l. qui noïe. tum quia
per priuilegium impetratur, vt patet in extrauaganti Ioan. 22.
quæ incipit. ꝓdiens quaſi ex adipe. vbi hoc tenet Genze. alias
enim fruſtra per priuilegiū impetraretur. ff. de priuil. cre. l. im-
peratores. &. C. de theſau. l. 1. lib. 10. tum quia illam cudens, vt
falſarius punietur. vt. ff. ad l. Cor. de Fal. l. quicunq;. & l. Corn. C.
de Fal. mo. l. 1. quod non contingeret ſi iure permittente hoc
faceret. C. ad l. Cor. de adul. l. Gracchus. 23. q. 4. qui peccat. tum
etiam quia ea quæ iuris publici ſunt priuato ſine cōſenſu prin-
cipis non competunt. ff. ne quid in loco publ. fiat. l. 2. §. ſi quis a
principe. & §. idem ait. C. de ſun. limi. l. quicunque. lib. 10. quare
nulli permiſſum videatur, quod in ſignum prærogatiuę ſpecia-
lis eſt principi reſeruatum. arg. C. de diuer. offi. & apparitoribus
5 iud. & probatorijs eorum l. probatorias. lib. 12. Aut quęris † de
iure ſpeciali puta per priuilegium vel conſuetudinem: & tunc
poteſt quęri & petere ius cudendi monetam. vt patet in extra-
uaganti alleg. prodiens ex adipe. & ar. pro priuilegio, quia ea quę
competunt

competunt principi vt principi per eum committi poſſunt. vt
le.& no.ſ.de offic.lega.quod tranſlationem.& ar.pro conſue.ff.
de diuer. & tempo. præſcrip. l. ſi quanquam.ff. de fun. limi.l.1.
.ff.de paſcuis publi.l.1.lib.10. Et quot modis defraudetur mo-
nera vide hic per Hoſti. & quod ipſe no. in ſumma tit.de cenſi.
.§.ex quib.cauſis. verſi.quid ſi mutetur moneta. Et quot ſunt
ſpecialia circa monetam, vide per Hoſtien. in ſumma titu. de
crimi. ſal.§.qualis ſit accuſatio. ver.ſpecialis.
¶ Ad declarationem gloſſæ ſecundę,ſi queras,vtrum ſuper iu-
ramentum diſpenſari poſsit: & per quem diſtingue, aut quæris
de iuramentis aſſertorijs,quæ ſunt præterita,vel de pręſenti &
ibi non habet locũ aliqua diſpenſatio; quia in talibus iurans ſta
tim aut verum aut falſum iurauit. 22.q.2. hoĩes falſum iurant.
& c.is autem. Aut quęris de iuramentis promiſſorijs,quę ſunt
de futuro,& de re futura,& tunc aut conſtat iuſm,ſeu id quod
deducitur in iuſm,eſſe illicitum, vel nociuum manifeſtè repu-
gnans iuſtitię: aut conſtat iuſm,ſeu illud quod deducitur in iu-
ramentum eſſe manifeſte licitũ, & vtile. aut eſt dubium an iu-
6 ramentum ſit temerarium. Si conſtat iuſm † eſſe illicitum,vel
nociuum manifeſtè repugnans iuſtitię,illicitum eſt:quia con-
tinet peccatum:vt ſi quis iuret homicidiũ vel adulterium per-
petrare: nociuũ, vt quia eſt maioris impedimentum: vt ſi quis
iuret,ꝙ non intrabit religionem: tunc tale iuſm diſpenſatione
non indiget. Pro primo facit. 22.q.4.c.in malis.& c.iurauit Da-
uid.& c.quod Dauid. Vnde tale iuſm ipſo iure non obligat.vt
not. Io. 15.q.6. authoritatem. Pro ſecundo facit.ſ.eo.c.perue-
nit.2.cum ibi not. Et pro vtroq; facit.j.de reg.iur.c.nõ eſt obli
gatorium.lib.6.cum ibi not. per doc. & hoc tenet S. Thom. in
ſumma quæſt.89.artic.9. vbi de iſta materia per eum.
7 ¶ Si conſtat † iuſm, ſeu id quod deducitur in iuramẽtum, eſſe
manifeſtè vtile,& licitum. tunc dicit S.Tho. vbi.ſ. ſcilicet, in
ſumma.q.89.arti.9. ꝙ in tali iuramẽto non videtur hr̃e locum
diſpenſatio,vel cõmutatio: niſi aliquid melius cõcurrat facien
dum ob cõem vtilitatem quod maxime vr̃ pertinere ad pote-
ſtatem Papæ qui habet curam vniuerſalis eccleſię. Tu vero di-
8 ſtingue,(& melius,vt credo.) aut quęris de Papa,& dic † quòd
talis poteſt ſuper tali iuramẽto diſpenſare,& ipſum ex cauſa re-
mittere,vel relaxare ad tempus,vel in perpetuũ. 25.q.1. c.vlti.
ver.ipſi nanq;.j.eo.c.verum.& c.ea te.& in c.ſi vero. & de hoc
tangam.j.eo.c.proxi.& hoc approbat Ray. in ſumma ſua. li.3.
c.27.de diff. offi.§.1. Et idem Io. 15.q.6. authoritatem. in ma-
gna gl.in fi.vbi dicit,ꝙ in voluntarijs iuramentis non diſpenſat
Papa: ſi tñ abſoluat aliquem tenet abſolutio. Et Archi.dicit ibi
ſuper illo verbo intelligo diſpenſat,ſi eſt cauſa:alias ſecus.& ſic
videntur intelligere Inno.Hoſti. Ber.& Cõpoſt.de renun.cum
inter. Et ita intelligo opin. Tanc.Lau.Ber.Innoc.& Hoſti. hic.
& Innoc.& Hoſti.ſ.de elec.venerabilem. in fin. licet Hug. hic
& in d.cap.authoritatem. teneat contra, & male.
¶ Aut quæris de epiſcopo,vel archiepiſcopo, ſeu alio ſuperio-
re. & tunc aut de iuramẽto non vi,nec dolo, metuve extorto:
9 aut de iuramẽto vi,vel dolo,vel metu extorto. † Si primo mo-
do,tunc aut quæris, vtrum poſsit ſuper tali iuramento diſpen-
ſare ipſum in melius cõmutando.& credo, ꝙ ſic. ar.eorũ quæ
le.& no.ſ.eo.c.2. Nec obſt.quod dicit Ray. in ſumma ſua. li.3.
titu.27.de diff.offi.§.1.iam alleg. vbi dicit, ꝙ ſolus Papa poteſt
concedere ꝙ aliquis veniat contra iuſm licitum,vel de quo du
bitatur, vtrum ſit licitũ vel illicitum: quia reſtringendũ eſt ad
caſus maiores. Vel loquitur de authoritate præſtanda venien-
di contra licitum iuſm, vel dubium præcisè ſine aliqua cõmu-
tatione, quod ſolus Papa poteſt facere cuius authoritas vr̃ ex-
cepta in iuramẽtis.vt.j.eo.venientes. Epiſcopus vero & ſi non
poſsit ſimpliciter a iuramento abſoluere, poteſt tamen in me-
lius cõmutare nec,hoc eſt, venire contra iuſm, vel infringere.
vt.ſ.eod. peruenit.2. Et hoc tenet glo. Genze.ſuper Ray.hoc
titu.§.17.item pone ꝙ aliquis. & Inno.ſ. eo. debitores. in fine
10 gloſſæ ſuæ. Aut † quæris vtrum poſsit ſuper tali iuramento di-
ſpenſare non ipſum in melius commutando, ſed dando licen-
tiam veniendi contra abſque aliqua commutatione, & credo,
quod non poteſt. argu.ſ.de reſcrip. conſtitutus. de electio. ve-
nerabilem.& ar.no.per G.ſuper Ray.in.§.1. iam alleg.
11 ¶ Si ſecundo modo,ſcilicet, qñ † iuramẽtum eſt dolo,vel me-
tu, vel vi extortũ quod quidam iuſm obliget ipſo iure. vt not.
Ioan.in c.alleg.authoritatem.& per Ber.ſ. quod met.cau.Abb.
tunc dicunt Innoc.& Hoſti.ſ. eo. debitores. ꝙ ſuper tali iura-
mento epſ diſpenſat.ar.15.q.6.c.j.& 2.j.eo.cum cõtingat.imò
etiam diſpenſare poteſt epſ quandoq; ex cauſa in iuramẽtis li-
citè præſtitis. vt.15.q.6. nos ſanctorũ. & c.iuratos. ſm eos. in
c.alleg.debitores. Sed ſalua eorũ reuerentia. c.alle. iuratos. & c.
nos ſanctorũ. loquuntur de diſpenſatione Papæ vel iuris cõis.
Si eſt dubium, vtrum iuſm, ſeu id quod deducitur in iuſm eſt
licitum vel illicitum proficuum vel nociuum. Aut ſimpliciter,
vel in aliquo caſu: tunc dicit Sanctus; Tho.vbi.ſ. ꝙ poteſt qui-
libet epiſcopus diſpenſare. Sed in hoc articulo,credo tutius di-
cendum cum Ray.lib.3.tit.27.de diff.offi.§.1.iam alle.ꝙ ſolus
Papa poſsit concedere ꝙ quis veniat contra tale iuſm.arg.ſ.de
elec.venerabilem. Si iuſm eſt temerarium tunc,dic vt dixi.ſ.
eo ſi vero. Aut quæris de Abbate,vel alijs pręlatis inferioribus
epiſcopo: & tales non poſſunt ſuper iuramẽtis diſpenſare, quia
non poſſunt diſpenſare,niſi in caſib' expreſsis in iure.j.de ſent.
excom.cum illorum. de eo qui fur.ordi. ſuſcepit.ca.2. vbi hoc
not. Inno.& Hoſti.& Inno.& Hoſt.& Cõpo.ſ. de tranſ.epiſ.c.
vlt.in fi.iſte vero caſus non eſt expreſſus in iure,&c. Aut quæ-
ris de Imperatore,vel alijs dñis temporalibus:& dic ꝙ tales ſu-
per iuramẽtis nequeunt diſpenſare.arg.j.de deci.c.tua. &.j.nec
12 obſt.ff.ad munic.l.Imperatores. Nam oẽs † leges,quę impera-
tori,vel alij laico quoad remiſsionẽ iuramenti, vel diſpenſandi
ſuper eo vnr̃ poteſtatem cõcedere.corriguntur de mente iuris
ciuilis,arg.vt in authen. vt clerici apud ꝓprios epiſcopos.§. ſi
vero eccleſiaſticum.coll.6. Item dic ꝙ in L.cõtraria Imperator
non remiſit iuſm, ſed fecit gratiam ei, qui iurauerat, ꝙ ſuum
iuramentum nõ reciperet & poſtea recepit in eo, ꝙ ab ordine
illo non remoueretur. ſecundum Hoſti. in c.allega. tua.

1 *Iuramento ſuperiorem tacitè excipi. & 5.*
2 *C. venientes. ſenſus.*
3 *Authoritas iuris duplex,quęque tacitè excipiatur. & 4.*
6 *Iurans non ſiſtere: an citatus ſiſtere, an teneatur.*

VEnientes. ¶ Si quęris, vtrum in iuramen-
tis ius ſuperioris intelligatur exce
1 ptum, diſtingue, aut quæris † de iure propriè lo-
quendo ipſius ſuperioris, & cõpetenti ſuperiori,
& conſtat, ꝙ tale ius in quolibet iuramẽto intel-
ligitur exceptum. & ita intellige. de prohib.feu.alie. per Fede.
c.imperialem.§.fin. in vſi. feu.quia etiam ius cuiuſlibet priuati
intelligitur,exceptum in iuramento alterius.vt.j.eo. cum con-
tingat.§. fin. ſm Hoſti. hic. Aut quæris de iure impropriè lo-
quendo ſuperioris,id eſt,de authoritate. & tunc aut quæris de
iuramento aſſertorio,quod eſt de præterito,vel de præſenti:&
in tali authoritas ſuperioris non intelligit excepta, quia tale iu-
ramentum: quod eſt de pręterito, vel de præſenti non recipit
aliquam ſuſpenſionẽ: imò ſtatim eſt iurans periurus, ſi falſum
iurauit,vel non periurus ſi verum. arg.ff.de verb.obli.l.condi-
tio in præteritum,&.ff.ſi cert.peta.l.cum ad præſens cũ ſimili-
bus.& de tali iuramẽto loquitur.C.de iur. do.l.ſi mulier a viro.
&.32.q.vlti.c.vlti. ſm Ber.& Hoſti.j.eo.c.quemadmodum. in
prin. Aut quæris de iuramento promiſſorio, quod eſt de futu-
ro: & tunc aut quæris de authoritate Papæ, & dic, quod illa in
quolibet iuramento intelligitur excepta.vt hic patet. &.j.eo.ea
te. &.ſ.de reſcript. c.conſtitutus.in fin. a contrario ſenſu.& de
elec.c.ſignificaſti.&.25.q.1.§.vlt.ipſi nanque. &.22.q.2.beatus.
vnde ex cauſa poteſt remittere vel relaxare ad tp̃s vel in perpe
tuum iuramẽtum.vt.ſ.eo.ſi vero.& c.verum. &.j.eo.c. ea te.
2 Et † ita exponit hic ius in textu: idem authoritas, vt ſit diffe-
rentia inter ius ſuperioris, & priuati cuius etiã ius intelligitur
exceptum,& ita exponit Hoſti.hic. & Archi.27.q.2. cum ini-
tiatur. Aut quæris de authoritate alterius ſuperioris,qui nõ po
teſt ſuper tali iuramento diſpenſare, & tunc vr̃ dicendũ idem,
quod eſt dictũ de Papa.ar.not.per Hoſti.j.eo.quemad.in princ.
vbi dicit, quod ſi iurauit tibi ſoluere centũ infra certum tem-
pus: intelligitur,niſi iudex interdicat. arg.j. de cenſi. ſignifica-
uit.&.ff.qui ſatiſda.cog.l fin.ſed ipſe Hoſti.not.contrarium in
d.c.ſignificauit. vbi quærit, quid ſi Petrus iurauit. G. vſque ad
menſem ſoluere centum,& interim pendente die. G. cõdem-
netur per iudicem ſecularem,vel accuſetur de aliquo graui cri-
mine, & iudex interdicat. P. ſub magna pœna, ne ſoluat inſtat
dies ſolutionis nunquid teneatur ſoluere: & arg ibi.11.q.3.qui
reſiſtit.& 23.q.1.quid culpatur puta.qđ non. poſtea dicit,puto
tñ de iure contra,quia tali rectè ſoluitur.ff.de ſolu.l. reo crimi-
nis.ff.de iur.fiſci.l.auſertur.§.in reatu.niſi in caſu.C.ad l.Iul.ma.
l.vlt. Vnde & certum eſt,quod iuſm licitum eſt. Vnde nõ obli
gat contrarium mandatũ.11.q.3.Iulia.ſ.eo.c.1. & c.debitores.
Si vero de pœna temporali timeas, reſpondeo, quod magis ti-
mendus eſt Deus. vt.ſ.quod met. cauſa. c.ſacris. hæc Hoſti.in
3 c.alleg.ſignificauit. Ideo credo ſic dicendum, quia quædã † eſt
authoritas ſuperioris, ſeu iudicis, quæ eſt adiuta & approbata
authoritate iuris: & illa intelligitur in iuramento excepta. Ita
intelligo

intelligo dict. gló. Hoſt. in c. quemadmodum vbi etiam Hoſt.
dicit, quod authoritas in iuramento intelligitur excepta. & di-
ctum. cap. ſignificauit. intelligendo ibi, quod conſcientia ſua di-
ctabat illi rectori iurati cenſum illum ſoluere, quod ille cenſus
erat indebitus quo caſu debet eū denegare & non ſoluere. ſm
4 Hoſt. ibi. Quædam † eſt authoritas iudicis, ſeu ſuperioris, quę
non adiuta, ſeu approbata authoritate iuris vt in q. prædicta. &
credo q̃ talis ſuperioris authoritas nō intelligitur in iuramen-
to excepta per d. gl. Hoſt. in c. alle. ſignificauit. & per iura. ſ. alle.
ar. no. per Inn. & Hoſt. ſ. eo. debitoris. & de elec. c. venerabilem.
5 vbi de hoc. Et † nota, q̃ ſicut in iuramēto ius ſuperioris intel-
ligitur exceptū, ita & in cōſuetudine, & in ſtatuto. ar. de prohi.
feu. alie. per Feder. c. imperialem. §. fi. in vſib. feu. coll. 10. & no.
Genzę. in extraua. Ioan. 22 quæ incipit. ſuſcepti. & ar. iſtorum
iurium dicit Bar. Brix. in q. dominicali. 39. q̃ non obſtante vo-
to de non iurando pręsbyter infamatus cogitur per iuramen-
tum ſe purgare, & ſuper contractu veritatem dicere. Ad idem
facit. 22. q. 2. beatus. 22. q. 4. c. tribus. & ca. inter cætera. 33. q. 5.
noluit. ff. qui ſatiſda. cog. l. vlt. ȷ̈. de vo. c. non eſt. & idem not. Io.
Andr. ȷ̈. de offic. or. quia plerique. lib. 6. in nouella. idem dicit Spe.
tit. de citatione. §. 1. in fi. ver. quid ſi quis iurat. & Archi. 15. q. 6.
authoritatem. in glo. adde quid ergo, &c. quòd ſi aliquis iurauit
non exire domum ſuam vſque ad 15. dies interim citatus ad iu-
dicem venire tenetur: quia in quolibet iuramento intelligitur
quodlibet ius ſuperioris exceptum ſm eos. Sed ego Henricus
6 intelligo, quòd hoc non facit authoritas † citantis ſi ſit inferior
Papa, ſed authoritas iuris ſcripti volentis, & ſtatuētis, quòd ci-
tatus ad iudicem venire teneatur. vt. ff. de in ius vo. per totum.
& ff. in ius vo. vt eant. aut ſatiſdent. in rubro, & in nigro. ſ. de
dolo & contu. cum dilecti & per totum. vnde etiam ſi iuraret
ſpecialiter, & expreſſe non venire ad iudicium vſque ad 15. dies
& interim citaretur venire teneretur: licet eſſet eo caſu periu-
rus, alias iurm̃ eſſet, & ſeruaretur in detrimentum alterius, pu-
ta, iudicis vocantis, cuius iuriſdictio contemneretur, & etiam
partis cuius iuſtitiam differet quod eſſe non debet. ſ. eo. ſi ve-
ro & c. verum & ȷ̈. eo. cum cōtingat. in fi. vide etiam quod no.
Spec. ti. 2 §. conſequenter in fine vbi dicit q̃ ſi Abbas vel prior
iurat non alienare ſine cōſenſu epi, vel alterius infra legationem
legati conſtituti legatus licentiam dare poteſt. vide etiā quod
not. Hoſti. in ſumma eodem titu. §. quot ſpecies. in princ.

1 *Ordinem iuris non ſeruat Papa.*
2 *Citatio, præterquam in notorijs, neceſſaria. & 3.*
3 *Statutum ſine citatione tolli poſſe.*
4 *Condemnationem generalem citatione non egere.*
6 *L. nullum de teſtibus. C. ſenſus.*
7 *Raptor quando, an non, excommunicandus.*
8 *Ordine proponendum.*
9 *Ordine probandum.*
10 *Sententia ordine ferenda eaque neceſſaria.*
11 *Notoriorum genera.*
12 *Notoria quando ordine tractanda.*
13 *Concubina quando, an non contra iuramentum ducenda vxor.*
14 *Iuramentum non coeundi qui accipiendum.*
15 *Iuramentum qui interpretandum.*

AD noſtram. Le tiers. Si quæris, vtrū in no-
torijs ordo iuris ſit ſeruandus,
1 diſtingue aut quęris de Papa, & talis † nō tenetur or-
dinem iuris ſeruare: & maxime in his, in quibus eſt
circonuentus. vt. ȷ̈. de re iud. cum olim. ſm Ber. Inno. & Hoſt.
ibi. Aut de alijs iudicibus inferioribus, & tunc aut quo ad cita-
tionem præmittendam: aut quo ad facti propoſitionē facien-
dam: aut quo ad probationem: aut quantū ad ſniam ferendam,
aut quantū ad alios actus ſeu articulos ordinis iudiciarij obſer-
2 uandos. Si quantū ad citationem † præmittendam dicunt Ber.
Inno. & Hoſti. hic & ȷ̈. de re iudi. c. cum olim. gl. antepen. q̃ ſic.
Idem Inno. & Hoſt. & Io. Andr. ȷ̈. de appel. cum ſit Romana. in
fin. & de cohabi. cleri. & mulie. c. 1. ua. in glo. fama procedit ver.
citatio aūt & per totum. & Ber. Hoſt. & Io. Andr. ȷ̈. de purg. ca.
c. pen. glo. quia nec probatione. & Spe. tit. de notorijs crimini-
bus circa princ. ver. q̃ ſi non citetur. & Cardi. ȷ̈. de off. deleg. c.
ſi. lib. 6 & inn. & Io. Andr. in c. ſtatuimus. co. li. & Gul. de Mon-
te Lau. & Genzę. extra de priui. c. 2. ſuper verbo conſtiterit. in
glo. & de verb. ſign. ſæpe contingit. in cle. Idem tenet Ioan. ſub
forte t. men. 2. q. 1. manifeſta. & hoc tenet per c. illud manife-
ſta. & per c. 24. q. 3. de illicita. vbi idem tenet Arch. ſuper verbo
prouocatus. 2. q. 1. Deus omnipotens. & ȷ̈. de appel. cōſuluit. de
diuor. porro, vbi idem tenet Io. Andr. ſed Ber. & Hoſti. contra
dicentes citationem non eſſe in notorijs, de neceſsitate facien-
dam in d. c. porro & Ber. in d. c. cum ſit, & q̃ in notorijs poſſit
ferri ſnia parte non citata, videtur expreſſum. ſ. de transla. epi-
ſcopi. c. quanto ibi præcepimus, &c. vbi hoc approbant Inn. &
Hoſti. & Io. And. nam verbum præcipimus vim habet ſenten-
tiæ. vt. ȷ̈. de verb. ſign. in his & pro hoc facit quod not. Io. Lau.
& Hug. 2. q. 1. §. vl. 1. Sed pro concordantia iſtarum opinionum
3 diſtingue. aut quęris † de tali actu, ſeu facto notorio, in quo nō
requiritur condemnatio, ſed ſufficit tm̃ inhibitio, ſeu ordina-
tio. vt verbi gratia ſtatutum eſt ab aliqua ciuitate aliquid, quod
eſt contra ius diuinum, vel contra ciuitatem eccleſiæ, ſi hoc ſit
notoriū ſuperior poteſt illud tollere, vel tolli facere, & non ob-
ſeruari mandare ſine vlla citatione, & decernere illud nō tene-
re, & caſſare. ad hoc facit. ff. de ſeruis fugi. l. diuus. ff. de off. pro-
cura. Cęſ. l. vlt. vt hoc no. Archi. 2. q. 1. de manifeſta. Aut quę-
4 ris † de actu, ſeu de facto, in quo exigitur cōdemnatio. Et tunc
refert, aut agitur de condemnatione incertæ perſonæ: vt quia
factum eſt notorium non tn̄ eſt notorium, quis fecit quo caſu
proceditur ad cōdemnationem generalem & indeterminatam
contra facientem: & tunc non eſt neceſſaria citatio: vt. ſ. de off.
ord. c. ſi ſacerdos. ȷ̈. de ſent. excō. c. a nobis in paruo. & de con-
ſtit. c. vt animarum. lib. 6. Aut agitur de condemnatione certę
perſonæ: vt quia factum eſt notorium, non tn̄ eſt notoriū quis
5 † fecit, vel qui fecerunt, & proceditur ad condemnationē ſpe-
cialem & determinatam cōtra certam perſonā, ſeu certas per-
ſonas. & tunc aut factum eſt iudici ita notorium, ſeu exceſſus
vnde iudici ita notorius, q̃ nulla poteſt tergiuerſatione celari
& tunc non eſt neceſſaria citatio. ita intellige. c. quanto. alleg. ſ.
de poſtula. præla. & opi. prædictam Inno. & Hoſti. & Io. Andr.
ibi. & c. cum olim. ȷ̈. de re iudi. & opin. Hoſti. ibi. Vnde contra
talem cōprehenſum in actu notorij facinoris abſentem, & non
citatum poterit ferri ſnia: vt not. etiam Genzę. extra de re iud.
c. paſtoralis. ſuper verbo citatum. in cle. pro quo. ȷ̈. de app. cum
6 ſit Romana. §. ſin. in fin. C. de teſti. l. nullum. vbi † habes, quòd
iudex teſtem, quem examinat, & in ſua depoſitione reperit va
cillantem, ſine aliqua denūtiatione, vel accuſatione, vel inqui-
ſitione vlteriori poteſt ſuo arbitrio punire. per eandem viam,
facit. C. qui accu. non po. l. pen. vbi habes, q̃ iudex coram, quo
familiaris accuſat dn̄m ſuum poteſt eum capere, & punire. &
ita no. Cyn. C. de accu. l. ea quidē, quod verum eſt, maximè, vbi
factum notorium eſt in fieri, non in facto eſſe. & negotium re-
quirit celeritatem, & periculū eſt in mora, vtputa, cum aliquis
potens manu armata inuadit terrā alicuius monaſterij, cui de-
tus eſt aliquis conſeruator, inuenit ipſum potentem, & ſuos in
maleficijs vel euntibus occurrit, & non acquieſcunt, ſed nihil-
ominus monaſteriū deprædantur, tunc merito ipſe conſerua-
tor abſque aliqua monitione, ſeu citatione poterit animaduerte-
re in tales violentos, cum iam ſibi conſtet de contumacia. ar. ff.
de rei vend. l. qui reſtituere. &. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ.
eſt l. ſi quis miſſus. ff. ſi quis ius dicen. nō obtem. l. 1. ff. de appel.
l. creditor. §. iuſſus. vt hoc not. Inno. & Hoſt. ȷ̈. de off. dele. c. ſta-
tuimus lib. 6. & plenius Archi ibi in glo. præterquam in noto-
rijs, &c. & in hoc concor. quod not. Inno. ȷ̈. de ſent. excō. dile-
7 cto. ſuper verbo eccleſiaſticum. lib. 6. † dicens quoſdam dice-
re, q̃ etiam incontinenti nō poſſet raptor excommunicari pro
rapina facta, niſi monitione præmiſſa. Tamen melius videtur
quòd ſi rapina eſſet manifeſta ſtatim poteſt excōicari, niſi in-
continenti eam reſtituat, ſi eſt præſens. eſt enim iuſta cauſa, vel
ſi nō eſt ibi infra certū tempus quod duxerit præfigendum. ȷ̈.
de ſent. ex com. c. romana. §. caueant. lib. 6. ff. de rei vend. l. ſi res
mobilis. & l. ſeq. ſm eum. & idem Io. Andr. ibi. in nouella. Aut
factum eſt notorium non tn̄ iudici: vel ſi eſt notorium iudici,
non eſt tn̄ adeo, quin excuſationes legitimas recipere poſſit: &
tunc quantumcunque ſit notorium, debet citari ad ſniam audien
dam. Et eſt ratio, quia abſens multas excuſationes, & defen-
ſiones poſſet prætendere, per quas non condemnaretur ſi eſſet
præſens, & eas proponeret. & ita intellige quod not. Archi. in
c. alleg. de manifeſta. & iura & opin. ſ. in princip. alleg.
¶ Si quæris de ſecundo, ſcilicet, quo ad facti propoſitionem fa
8 ciendam, dic quòd † ſic, ſi reus petat: quia licet notorium rele-
uet ab onere probandi: non tn̄ ab onere proponendi, vt no. Io.
Andr. & Genzę. extra de appel. c. appellanti. in cle. ſuper verbo
cauſas alias. & ſuper verbo. nec proceſſus. pro hoc. ſ. de elec.
bonæ. ȷ̈. Idem innuit Inno. ȷ̈. vt lite non conte. accedens. ȷ̈. gl. 2.
& Archi. 2. q. 6. non ita glo. antepen. approbātes illud, quod no.
Ber in d. c. accedens. ȷ̈. glo. prima. in princ. ſcilicet, quod ibi duo
iudices, qui erant ſuffraganei impetrātis recuſati fuerunt a ple-
bano: &

bano: & quia non admittebant recuſationem, cuius cauſa erat
manifeſta, appellauit ab eis: alias non videt, ibi Archi. quomodo
illa decretalis. accedens. j. poſsit ſtare cum decre. vt debitis. j.
de ap. licet Ber. in d. c. accedens. in glo. j. in fin. & Hoſt. ibi poſt
eum. & Archi. 2. q. 6. quoties glo. fin. contrarium tenere viden-
9 tur: & credo, quòd male. ¶ Si quæris de tertio † ſcilicet quo ad
probationem dic, quod talis ordo non eſt ſeruandus, niſi ad caute-
lam, vt in d. c. bonæ §. licet &. §. contra legati. ff. de adul. l. 1. §. ſi
publico. C. de teſti. nullum vt no. Ber. & Hoſti. ibi. & j. de accu.
euidentia. ¶ Si queris de quarto, ſcilicet, quantum ad ſniam fe-
rendam, dicit Hoſt. in c. alleg. porro. & Io. Andr. poſt eum quòd
ſemper ſeruandus eſt ordo iuris, vt ibi & de app. cum ſpeciali:
de ſent. excom. ſacro. ff. ad l. Aquil. proinde. in fin. Vel melius,
refert: an quæras, vtrū in talibus notorijs ſit de neceſsitate ſnia
ferenda in ſcriptis, & dic, quod non. Ita intellige quod no. Inno. j.
de verb. ſign. c. ex parte. j. in glo. ſed dices iuxta princ. vbi dicit,
quod non eſt neceſſaria ſnia ſuper crimine, vel iniuria, quæ noto-
ria eſt. Sed dic, quòd non requiritur ſnia, ſcilicet, in ſcriptis, &
ſolenniter proferenda. ſic not. in auth. vt iudices ſine quo ſuf-
fra. §. neceſsitatem. coll. 2. & ita intelligit Archi. in dicta gl. ad-
de pro iſto forte. & de pe. c. felicis. §. fi. glo. fi. ad fi. in ver. & quod
dictum de ſnia &c. lib 6. Aut quæris vtrum in talibus notorijs
ſit neceſſaria ſnia ſaltem ſine ſcriptis, & dic, quòd ſic, vt in c. al-
leg. porro. & in c. alle. j. de ap. cum ſit romana. in ſin. ita intellige
quod no. Inno. & Hoſt. hic & Ber. & Hoſt. & Io. An. in d. c. por-
ro. & de accu. euidentia. & Hoſt. in d. c. a. allega. cum ſit romana.
¶ Si quæris quantum ad alios actus ſeu articulos ordinis iudi-
ciarij obſeruandos, tunc dic, quod ordinem iuris non oportet ob-
10 ſeruare, vt hic. † Vnde in talibus non eſt neceſſaria litis conte-
ſtatio, vt not. Hoſt. de cohabi. cle. & mulie. c. tua. in gl. puta quia.
ver. item dicimus quod licet in notorio. & Hoſti. poſt eum. & ad-
de quod dicā ibi. Et iſta intellige fore vera de his, quæ ſunt no-
toria in prouincia in qua, & iudici corā quo proceditur. Si vero
11 ſunt notoria in illa prouincia non tā ſunt † notoria iudici coram
quo proceditur, tunc. dic vt Ber. hic, quòd iudex duobus mo-
dis procedere poteſt, ſcilicet, ordine iudiciario, ac ſi eſſet occul
tum. argu. s. de elec. bonæ. j. & 24. q. 1. pudenda. & 2. q. 1. Deus
omnipotens. vel cognoſcere, an ſit notorium & facta ſibi fide
ſuper hoc procedet contra reum quaſi crimen eſſet notorium.
ſm Ber. Et poteſt probari notoriū per duos teſtes. vt no. Lau.
2. q. 1. Deus omnipotens. & Ioan. in §. qū autem. & Gul. in Spe.
rubr. de notorijs criminib. §. 1. ver. ſed qualiter. Aliquid enim
poteſt eſſe notorium in vna terra, & non in alia: & ideo coram
iudice extraneo requiritur probatio. Sic poteſt intelligi. 11. q. 3.
eorum qui. 7. q. 1. præſentium. 2. q. 1. c. de manifeſta. §. ſed ſcien-
dum eſt &. §. quando de præſum. quoſdā. & c. quanto. & iura. s.
proxi. alle. vt no. Hoſt. in ſumma ti. de cohabi. cle. & muli. c. vlt.
ver. poteſt tā eſſe. &c. & j. de accu. euidentia. & concor. quod
ipſe & Io. Andr. no. in c. alleg. porro. dicentes, quod in examinatio-
12 ne notorij non eſt ſeruandus ordo iuris, vt hic, & † in concor-
dantijs: niſi fiat ad cautelam. vt. s. de elec. bonæ. 1. §. contra. vel
niſi ſit notoriū in vna terra, & non in alia vbi dantur octo dies
tantum ad probandū die obiectionis non computato. j. de ex-
cep. pia. lib. 6. de ſent. excō. ſolet. lib. 6. Quod ſi probari nō po-
teſt, dicit hic Hoſt. quod indicenda eſt purgatio propter infamiam
j. de cohabi. cle. & mulie. c. tua. ad quam purgationē deficiente
probatione veniendum eſt. s. de proba. c. ad noſtram. ſm eum.
& de materia notorij vide quod not. Accur. ff. de in litem iurā.
l. 2. in glo. 1. & quod no. Hugo. Lau. & Ioan. in. §. alleg. qū autem
2. q. 1. in glo. 1. Et de materia ſummariæ cognitionis, & in qui-
bus caſibus ſummariè eſt procedendū, vide in Spec. tit. de offi.
omnium iudi. §. fin. Hæc vera de notorijs. In non notorijs ve-
ro ſeruandus eſt ordo iuris. vt. j. de accu. qualiter & quādo. j. vbi
Ioan. Andr. dicit, quòd Beatus Bernardus contra Cluniacenſes
dicit, nullus quidem ordo quempiam recipit inordinatum. &
Hieronimus ſuper Ieremiam. lib. 20. ibi non poteſt maturitas
eſſe conſilij, vbi nullus eſt ordo iudicij.
¶ In glo. fin. Si quæris, vtrum ille, qui iurauit non cognoſcere
concubinam ſuam, poſsit, non obſtante iuramento ipſam du-
cere in vxorem? diſtingue aut iurans intellexit ſolum de forni-
cario coitu, & non de licito, & debito: aut intellexit nedum de
fornicario coitu, ſed etiam de licito & debito: aut eſt dubium.
13 In primo † caſu poteſt eam nihilominus ducere in vxorē: quia
iuramentum non debet extendi vltra intentionem iurantis. s.
eo. quanto. & c. proxi. & j. eo. cler. Et ita intellige opin. Ber. hic.
& Ioan. 31. q. 1. c. illud. vnde ſumpta fuit iſta glo. Ber. In ſecun-
do caſu non debet, nec poteſt abſque tranſgreſsione iuramenti
ipſam ducere in vxorem. & hoc innuit Ber. hic. & hoc Ioan. in
c. alleg. dicentes, quod intelligitur iurare de fornicario coitu, &
14 non de † illicito: quaſi velint dicere, quod ſi intellexit iurare etiam
de coitu licito, quòd non poteſt eam ducere in vxorem, & quod
tenetur ſeruare iuramentū: cum poſsit ſeruari ſine detrimen-
to ſalutis æternæ, & alterius diſpendio. vt. s. eo. ſi vero &. j. eo.
cum cōtingat. in fin. In tertio caſu intelligitur iurare ſolum de
coitu licito, & non de alio: & per cōſequens poteſt eam duce-
re in vxorem arg. 22. q. 5. humanæ aures. ff. de fideicom. li. l. Lu-
cius. Et eſt ratio, quia in dubio iuramentum generaliter & in-
diffinitè præſtitum non intelligitur excludere opus charitatis,
ſeu aliquid, quod ſit de opere charitatis. j. eod. Quintaualliſ. s.
eo. veniens. & arg. j. de reg. iur. c. in generali. lib. 6. cum ibi not.
Nam talem concubinam reconciliare, & ducere in vxorem eſt
inter opera charitatis. vt. j. de ſpon. c. inter opera charitatis. qua
re, &c. & ita intellige gl. in c. alleg. illud. & Ber. hic. & vide quod
not. Innoc. & Hoſti. in c. veniens. allega. vbi dicunt quòd iura-
mentum in conſilium animæ ſecundū ſanam, & bonam & non
fraudulentam intentionem iurantis recipit interpretationem
vt. s. eo. quanto. & c. proxi. in iudicio, non animæ ſecundum ius
erit interpretatio facienda. vt. s. eo. venientes.

1 *Diuertere iurantibus non, niſi ex cauſa licere. & 2.*
3 *Accuſare quibus, & ad quid liceat.*
4 *Continentiam a coniugibus iurari poſſe.*

TVa nos. ¶ Super glo. 2. Si quæras, vtrum
coniuges, qui iurauerunt, quòd
nunquā diuerterent ab inuicem, vel qui ſe ab-
iurauerunt iuramentum huiuſmodi obſeruare
1 teneantur, diſtingue: † aut quæris de primo, &
tunc aut non eſt iuſta cauſa diuertendi, & tunc ſic: quia tale iu-
ramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. ar. s. eo. ſi
vero. & c cum contingat. in fin. Aut ſubeſt iuſta cauſa diuer-
tendi, & tunc aut ſubeſt iuſta cauſa diuertēdi totaliter, & per-
petuo ſedere matrimonij non extante, vt quia ſubeſt conſan-
guinitas vel aliud canonicum impedimentū eſt inter eos, tunc
non valet iuramentum. arg. ff. de verb. obli. l. ſi ita ſtipulatio fa-
cta fuerit. Sicut enim libera debent eſſe matrimonia in contra-
hendo, & ita in diſſoluendo. vt. C. de inutili ſtipu. libera. C. de
nup. l. neq; 2. ff. de dona. inter virum & vxorem l. ea quæ a ma-
2 rito. &. ff. de verb. obli. l. Titia &. j. de ſpon. c. gemma. Aut † ſub-
eſt iuſta cauſa diuertendi non totaliter, & perpetuo, ſed quo ad
thorum: vt quia agitur de adulterio ad ſeparationem thori. Et
tunc aut quæris nunquid poſsit alter alterū accuſare ad ſepara-
tionem thori; & dic quod non, obſtante iuramento. Aut quæris
3 † nunquid poſsit alter alterum denuntiare: & dic, quod ſic vt le. &
no. j. c. proxi. §. fin. & in iſta di. concor. in effectu Hoſt. hic. Aut
quæris, de ſecundo: & tunc dicunt Inno. & Hoſti. hic, quòd ſi
4 iurarent perpetuam continentiam † ipſam ſeruare debent ita,
quòd vnus ab altero debitū vlterius petere non poſſet. 33. q. 5.
quòd Deo pari. Idem innuit Ber. hic. idem tenent Vinc. Ioan.
Ber. Inno. Hoſt. & Io. Andr. de regula. veniens. imò etiam ſine
aliquo iuramēto poſſet ſe obligare ad perpetuā continentiam.
ſecundum Ber. Inno. & Hoſt. ibi. & etiam ad temporalem. j. de
conuer. coniu. chariſsimus. & c. placet. ſecundū Hoſti. in ſum-
ma. de conuer. coniu. §. 1. ver. poſſunt tamen & hoc, habet ve-
rum: dūmodo coniuges hoc faciant deliberate & bona inten-
tione: ſecus ſi animo irato, vel commoto. vt hic &. j. de con-
uer. coniu. ex parte. ſecundum Io. Andr. & ſatis concor. Aſten.
lib. 8. titu. de bono fidei. artic. 2. q. vtrum coniuges.

1 *Iuramentum contra ius, non ſeruandum.*
2 *Iuramentum contra leges, an ſeruandum.*
3 *Sponſa de futuro dimitti, de præſenti non poteſt.*
4 *Vxor ex cauſa verberanda.*
5 *Vxor non vinculanda. fallit ibidem.*
6 *Adulterij incommoda.*
7 *Fornicaria occulta non relinquenda.*
8 *Fornicaria reconcilianda.*
9 *Vxor ſolita adulterare non reconcilianda.*
10 *Vxor incorrigibilis.*
11 *Iurantem cohabitare adulteræ non obligari.*

QVemadmodum. ¶ In gl. ſic patet. ver.
ſed ſi iuramentum. Si
quæras, vtrum iuramentū quod eſt contra leges de-
1 beat obſeruari, diſtingue: † aut iuramentum eſt con-
tra legem diuinam, vel canonicam, & tunc nō debet ſeruari: vt
22. q. 4. inter cætera. s. eo. & c. proxi. venientes. j. eo. tit. c. ſicut no-
ſtra.

ſtris.ј.de ſepul.c.1.& de regu.iur.c. non eſt obligatorium.lib.6.
2 Aut eſt,contra legem ciuilem: & tunc † aut iurm,quod eſt con
tra legem ciuilem per legem canonicam reprobatur, ſicuti eſt
videre.ſ.de ſoro cōpe.ſi diligenti.11.q.1.inolita. & tunc ſerua-
ri non debet. Aut per legem canonicam nō reprobatur,& tunc
debet ſeruari,ex quo eſt alias licitum.vt.ј.eo.cum cōtingat. &
eo.ti.c.licet mulieres.lib.6.& de pactis c.quamuis.eo.lib. Nam
legi ciuili nō ſtatur ſimplr in hac parte:quia nec de ſoro ſuo eſt
iurm: vt.ſ.de iudi.nouit.& de elec.venerabilem. ſm Hoſt.qui
in effectu. ponit iſtam diſtinctionem hic.& Io.An, poſt eum.
¶ Super gl.quaſi dicat. Si quæris, vtrum ſpunſa propter caſum
ſuperuenientem dimitti poſſit,diſtingue,aut quæris de ſponſa
3 de præſenti,cum † qua eſt matrimonium de pręſenti: & illa re-
gulariter dimitti non poteſt.vt hic & in.§.quod ſi poſt.ver.per-
fecto,&c. Fallit in caſu.ј.de conuer.coniu.ex publico.ſecundū
Ber.& Hoſti.& in alio caſu.ј.de diuor.c.quāto. & c.gaudemus.
ſecundum Hoſti. Aut quæris de ſponſa de futuro,& illa poteſt
dimitti in multis caſibus ſuperuenientibꝰ a iure approbatis. vt
hic in princ.vſq; ad.§.illud autem. De quibus per Ioan. 27.q.2.
an.ſic quippe.§.ex his. per Inn.ј.de ſpon.ſicut. per Hoſti.eo.ti.
ex literis. per Ber.eod.titu. de illis.
¶ Super gl. fin. Si quæras, vtrum maritus poſsit vxorem ſuam
delinquentem caſtigare,& verberare & ligare & in vinculis te-
nere,diſtingue,aut quæris, nunqd poſsit caſtigare eam, & ver-
4 berare,aut nunqd poſsit eam in vinculis tenere. In primo † ca-
ſu refert: aut hoc facit ex magna cauſa,& leuiter: & tūc poteſt.
De magna cauſa habes exemplum hic in fine. De leui verbera-
tione, ꝙ ſit permiſſa patriſamilias habes.ff. ad l.Aquil.l.præce-
ptoris enim.argu.ј.de homici.ad audientiam, &c.23.q.5.pro-
5 deſt.Aut hoc † facit ſine cauſa,vel cum cauſa,ſed enormiter:&
hoc non licet ſibi facere quod ſi fecerit,eſt puniendus. vt.C.de
repudijs l.conſenſu.& in aut.ibi poſita.ſed nouo iure.& in aut.
ſed hodie. ſm Goff.Hoſt.& Ioan.And.qui ita no.hic. & idem
Archi.7.q.1. ſicut alterius. in gl. pen. & idem vr̃ ſentire Io. ibi.
In ſecundo caſu refert: aut quæris, vtrum maritus poſsit eam
ligare,& in vinculis tenere pro alio delicto, quam delicto adul-
terij,& credo,ꝙ non: quia hoc non inuenio expreſſum in iure
2.q.5.conſuluiſti.ſ.de tranſla.epi.c.2.§.ſed neque.in fi. Aut pro
delicto adulterij,& tūc ſi maritus eſt clericus poteſt.vt 33.q.2.
c.placuit.& no. hic per Ber. Si vero eſt laicus non poteſt vt no.
Ioan.ibi per rationem prædictam: quia non inuenit hoc in iu-
re expreſſum. cuius opinio ſeruatur in Francia: licet Hug. ibi
contra. Et ratio, quare ſecus in crimine adulterij, quam in alijs
6 criminibus poteſt eſſe,quia adulteriū † mulieris maculat thorū
viri, & reddit liberos poſtea naſcituros incertos, vt dixi.ſ. de
procur.tuę.diſt.2. Ad hoc Leuitici.18.cum vxore proximi tui
non coibis:nec ſeminis cōmixtione maculabis,& ipſum mari-
tum bigamum,ſi poſtea ipſam cognoſcat, reddit.34.diſt. ſi cu-
ius etiam ſm Petrum. Hugo. Laurētium, & Archidiaconum
ibi. Hoc tamen non procedit ſi eam cognoſcat ignoranter.
¶ Super eadem glo. Si quæras,vtrum ex pręcepto teneatur vir
coniugem adulterantem dimittere, diſtingue, aut vir eſt igno-
rans huiuſmodi adulterij,& tunc excuſatur,vt not. Hoſti.ј.de
adult. c.ſi vir ſciens. pro quo facit illud generale, ignorans non
conſentit.ff.de iuriſd.om.iud.l.ſi per errorem. de reg.iur.l.nihil
conſenſui.§. non videntur. vbi dicit text. non vīr, qui errant,
conſentire. Nec obſtat.C.de tab.l.generali. lib. 10.&.ј. de con-
7 ſtit.c.vlt.lib.6.Aut eſt ſciens,& tunc aut fornicatio † eſt occul-
ta,quæ probari non pōt:& pp talem fornicationem dimitti nō
debet pp ſcandalū.2.q.1. nos in quenquam.ј. de diuor. porro.
Quia idē iuris debet eſſe de eo, quod nō eſt, & de eo quod non
eſt probatum,& de eo quod non apparet.vt.ff.de cōtrah.empt.
& ven.l.in lege.ff.de teſta.tu.l.duo ſunt Titij. Aut fornicatio eſt
manifeſta,quæ probari poteſt: & tunc aut ſecuta eſt correctio
8 in re, aut in ſpe: aut perſeuerat in malitia ſua. In primo † caſu,
licet vxorem ſuam retinere,& reconciliare. ſed non debet hoc
facere nimis ſæpe. Quod dic vt in d.c.ſi vir.vel debet dimitte-
re, ſnīa mediante etiam poſt pœnitentiam.33.q.2. admonere.
Et eſt ratio, quare pōt eam retinere: quia ſeparatio indulta eſt
ad correptionem, pœna vero corrigens non de neceſsitate re-
quiritur: vbi correptio præceſsit.ar.no.ſ.de iudi. cum non ab
homine. Vnde poſt pœnitentiam eam reconciliare poteſt non
ſolum ſemel,ſed etiam in infinitum.& ſic exponenda eſt autho
ritas hic poſita: ſed ad intercesſionem eccleſiæ non reconcilia-
bit eam ſæpe. vt in d.c.ſi vir.quod dic vt not. Hoſti.in ſumma.
de adul.§. qualiter.ver. repellit etiam &.§.quæ ſit pœna.ad fin.
9 ver.quid ergo ſi maritus. In ſecundo † caſu, non licet viro eam
retinere, ne videatur correptionem negligere, & vt patronus
turpitudinis peccato conſentire. Ita intellige.d.c. ſi vir ſciens.
& hic in.§.ꝙ ſi expreſſe. ibi cum ſcriptura, &c.ff.de adulte.l.2.
§.2.32.q.1.c.ſi quis vxorem. & c.ſeq. & quia facilitas venię in-
centiuū tribuit delinquendi.23.q.4.eſt iniuſta.§.non poteſt igi-
10 tur. in fin. † Tunc aut pręſumitur incorrigibilis & perſeuerare
in malitia ſua, qñ pertinaci animo ſe corrigere recuſat: aut qñ
correctionem promittens ex cōſuetudine relabitur in adulte-
rium maxime, quia mulieres ſunt magis ducibiles ad concupi
ſcentias,quā viri. Vnde Chryſoſto. dicit ꝙ propria paſsio mu-
lierum eſt luxuria.Et Philoſophus in 7.Ethic.dicit,ꝙ mulieres
incontinentes dicuntur proprie loquēdo, propter facilem in-
clinationem in concupiſcentias. Et in iſta diſtinctione cōcor-
dant P.& Beatus Tho.in ſcriptis ſuis.& frater Io.in ſum.cōfeſ.
titu.de diuor.propter fornicationem.q.6.quæro etiam vtrum.
& Aſten.lib.8.titu. de bono ſacramenti.artic.3.q.vtrum vir te-
neatur. & in iſto vltimo membro concor. hic Hoſti. dicens ꝙ
11 † ſi vir iuraret vxori adulterę & non correptę cohabitare: iura-
mentum huiuſmodi non eſt ſeruandum.arg.c.alleg.32.q.1.c.1.
& adde,quod dicam.ј.de conuer. coniu.cap.fin.
¶ In fine tex. Si quæras,vtrum ille qui iurauit aliquem non ac-
cuſare, ab eius denuntiatione repellatur, diſtingue, vt dicam.ј.
de accu. c. veniens. diſtinctione penultima.

1 *Negata iuncta adfirmant.*
2 *Negantia quando adfirmanti paria.*
3 *Cauſa finalis effectus. & 4.*
5 *Cauſarum genera.*
6 *Momentaneum quid.*
7 *Succeſſiuum quid.*
8 *Cauſa momentanea ceſſante, an ceſſet effectus. & 9.*
10 *Cauſa ſucceſſiua ceſſante, an ceſſet effectus. & 11.*
12 *Cauſa qualis præſumenda. 13. & 14.*
15 *L.2.§.fin. de dona. cenſus.*
16 *Cauſam ſecundum ius adpoſitum regulari.*
17 *Diſpenſatio an ceſſante cauſa, ceſſet.*

ET ſi. Chriſtus. ¶ Super j.gl.Si quęras,vtrū
duę negationes faciant vnā
affirmationem, diſtingue, aut duæ negationes refe-
runtur ad idem: aut referuntur ad diuerſa. Si primo
1 modo, tunc † aut referuntur ad idem coniunctim: & tunc fa-
ciunt vnam affirmationem,& æquipollent vni affirmatiue.vt
.ff.de verbo.ſigni.l.duobus verbis hic alleg. Aut referuntur ad
idem diuiſim,& tunc non æquipollent vni affirmatiuę.vt.ј.de
conſti.ca.2.in fin.lib.6.vbi Card.exponit illa verba. non pareа-
tur impune. vt ſit ſenſus. non pareatur, & hoc fiet impune. &
ſic accipitur negatiua diuiſim ab Hora. cum dicit.
¶ Si nullus puluis fuerit,tu excute nullum. arg.ff.de iureiur.l.ſi
duo patroni. §. Marcellus. in fin. Si ſecundo modo, tunc non
2 ęquipollēt † vni affirmatiuę,vt hic,ſit ſermo veſter eſt eſt: non
non. quia hic prima negatio refertur ad os: ſecunda ad cor. ſe-
cundum Ber. & Hoſti. vel prima negatio eſt interrogans, ſe-
cunda reſpondens. ſecundum Hoſti. hic. & iſto modo poſſes
intelligere.ca.2.de conſti.lib.6. in fin.iam alleg.

§.Licet ergo. ¶ Si quæras vtrū, ceſſante cauſa ceſſet
effectus,diſtingue. nam aut cōſtat cau
ſam eſſe finalem: aut conſtat eſſe impulſiuam: aut eſt dubium.
3 Si cōſtat cauſam eſſe † finalem, tunc aut cauſa finalis inductio-
nis ſeu introductionis effectus eſt duplex: quarū vna ceſſat &
altera non.& tunc,cauſa ceſſante, nō ceſſat effectus, vt patet in
matrimonio quod eſt introductum ppter prolis propagatio-
nem, & fornicationis vitationem. vnde licet ceſſet cauſa pro-
lis: non tñ matrimonium diſſoluitur: quia remanet alia cauſa,
ſcilicet, euitationis fornicationis. vt probatur.32 q.7.tantum.
Per eandem viam.ff. de vaca. mune.l.2.§. corporis debilitas.ſ.
de renun.c.1.ver.maxime.iuncto.c.niſi cum pridem.§.pro de-
fectu.eo.titu.de æta.& qua.c.quæris.ver. & niſi forte, &c. Aut
4 † cauſa inductionis, ſeu introductionis effectus eſt vna ſola: &
tunc aut cauſa finalis ceſſat,& tollitur in totum ita ꝙ nullę reli-
quiæ ipſius cauſæ remanent: aut remanent aliquæ reliquię ip-
ſius cauſæ. Si cauſa finalis ceſſat,& tollitur in totum, ita ꝙ nul-
læ reliquiæ ipſius cauſæ remanent. tunc Dynus dicit.ј. de reg.
iur.c.decet cōceſſum.lib.6.ꝙ ceſſat & tollitur effectus.vt.ј.de
præb.c.ſi pauper cler.lib.6.&.ff.de acti. & obl.l.qui cū hærede.
5 ¶ Tu vero in iſto articulo ſic diſtingue: quia cauſarum † quæ-
dam eſt momentanea hñs effectum momentaneum. quędā eſt
cauſa momentanea hñs effectum ſucceſsiuum. quædā eſt cau-
ſa ſucceſsiua hñs effectum momentaneum. & quædam eſt alia
cauſa

6 cauſa ſucceſsiua hñs effectum ſucceſsiuum. Et voco hic † mo
momentaneum cuius eſt eſſe tpe momentaneo, & quod tpe mo-
mentaneo poteſt acquiri, ſicut eſt in hæreditatis acquiſitione,
quod ius etiã ſolo momento acquiritur. Item ſolo momẽto fit
aliquis agnatus.ſ.eo tempore quo naſcitur. vt inſtit.de hæredũ
qua.& diſ.§.ſui. Item ſolo momẽto fit aliquis beneficiatus, vt
7 le.& no.de præb.c. ſi tibi abſenti. li.6. † Succeſsiuum aũt voco,
quod ad ſuũ eſſe requirit ſucceſsionem tpis: vt eſt tutela quæ
eſt ius in ſucceſsiune tpis conſiſtens, & ad ſui eſſe requirit to-
8 tum tempus impubertatis. In primo † caſu.ſ. qñ eſt cauſa mo-
mentanea, quæ habet effectũ momentaneum, tunc refert: aut
cauſa ceſſat poſt cõpletum effectũ. & tunc nõ ceſſat effectus.
& ideo dicit lex, ꝙ hæreditas, quæ defertur agnatis poſt eam
acquiſitam licet deſinat agnatio: non tñ propter hoc deſinit ef-
fectus. vt.ff. vnde li.l.vlt.1.reſpon.& ar.qui ſatiſda.cog.l.ſcien-
dum.§.fi.&.ff.de reb.dub.l. ſi cognatis.j.reſpon. & eſt caſus.C.
de pac.l.1.vbi pactũ ſeu cõtractus innominatus.ſ.dationis ſex-
tantis ex parte filij teſtatoris rogati per teſtatorẽ hæreditatem
reſtituere Licinio Frontoni ſi ſine liberis decederet, & remiſ-
ſionis fideicõmiſsi ex parte ipſius Licini Frontonis fuit cõple-
tus. & ideo licet cauſa, propter quã contractus ſeu pactũ inter-
uenit.ſ.timor filij timẽtis decedere ſine liberis ceſſat: quia de-
ceſsit liberis relictis non tñ ceſſat effectus: id eſt, nõ retractatur
contractus, ſi ſit cõpletus. per eandem viam facit.ff. de præſcr.
9 verb.naturalis.§ 1. Aut cauſa † momentanea ceſſat ante cõple-
tum eſſe effectus, & tũc ceſſante cauſa ceſſat effectus.v.g.agna-
tis deferẽ hęreditas, & tutela. pone quòd ſi deſinit eſſe agnatus
nunquid hęreditates vel tutelas nondũ delatas, ſed in futurum
deferendas recipiet & habebit: certe nun. vt in d.l.vlti.2.rñſo.
.ff.vnde lib.&.ff.vnde legi.l.1.in fi.&.ff.de bon.poſſ.l.in contra
tabulas.§. ſi emancipatus filius. In ſecundo caſu.ſ. qñ eſt cauſa
momentanea hñs effectum ſucceſsiuum, vt patet in tutela le-
gitima, quæ defertur agnatis, quę quidem tutela eſt quidã effe-
ctus ſucceſsiuus, tunc dic vt prius: quia aut ante cõpletum eſſe
effectus ceſſat cauſa, & tunc ceſſat effectus: & ideo dicit lex, ꝙ
ſi ante finitam tutelam delatam agnato, ipſe agnatus capite mi-
nuatur, finitur tutela. vt.ff.de capi.di.l.tutelas. & inſti. de le.ag.
tu §.vlt.& quib.mo.tu.finitur.§.minima. Aut cauſa ceſſat poſt
completũ eſſe effectus: & tũc cauſa ceſſante nõ ceſſat effectus.
10 In tertio caſu.ſ.qñ † eſt cauſa ſucceſsiua quę habet effectũ mo-
mentaneum tunc, ceſſante cauſa, ceſſat effectus, vt patet in ab-
ſentia cauſa reipublicæ, quæ eſt cauſa dandi reſtitutionem, qua
abſentia ceſſante ceſſat reſtitutio. vt.ff.ex qui. cau. ma.l. ab ho-
ſtibus.§.ſed quod ſimpliciter. vt.C.de reſti.mili.l.quod tẽpore.
Patet etiã hoc in officio, propter quod datur beneficiũ. 81.diſt.
c.eos.& c.ſi quis ſacerdotum.32.diſt.præter hoc.j. de cler.non
reſi.c.quia nõnulli.& c.relatum.de appel.paſtoralis.de cleri. ex-
com.miniſtrantes.&.j.de reſcr.c.fi.lib.6. Et ideo dicunt iura, ꝙ ſi
beneficiatus deueniat ſaltem per culpã ſuam ad talem caſum, in
quo non poſsit facere ſuũ officium, amittit beneficiũ. vt le. &
no.ſ.de æta.& quali.c.1.&.j.de cleri.ægro.c.tua nos. In quarto
11 caſu, ſcilicet, qñ eſt cauſa ſucceſsiua † quę habet effectũ ſucceſ-
ſiuum, vt ſi aliquis ſit abſens cauſa reipublicę, abſentia eſt quid
ſucceſsiuum. ſimiliter excuſare ſe a tutela eſt effectus ſucceſ-
ſiuus. & tũc cauſa ceſſante ceſſat effectus: & ideo ſi tutor abſit
cauſa reipublicę, quãdiu abeſt tandiu ab adminiſtratione tutelę
excuſatur: abſentia vero ceſſante, ceſſat excuſatio. vt inſtitu.de
excu.tu.§.item qui reipublicę. Item clerici & monachi hñt ex-
cuſationem a tutela vel cura quandiu diuinis officijs inſiſtunt,
& non alias. vt.C.de epi.& cle.l. generaliter. Item in bona fide,
quæ vna cum alijs eſt cauſa præſcriptionis, vel vſucapionis, qua
ceſſante, ante cõpletam præſcriptionem vel vſucapionẽ ceſſat
pręſcriptio, vel vſucapio vt.j.de pręſcr.c.qm omne.de reg.iur.
c.malæ fidei poſſeſſor.li.6. licet de iure ciuili in vſucapionibus
contrarium obtineat. vt.C.de vſucap.transfor.l.vnica.in princ.
hoc idem patet, hic in fin. &.ſ.de renun. poſt tranſlationem.§.
cæterum. vbi & cauſa & effectus ſunt ſucceſsiui. Si cauſa finali
ſublata remaneant aliquæ reliquiæ precedentis cauſæ, tunc du-
rat regulariter effectus. vt patet.ff. de quæſti.l. vnius.§. ſeruus.
vbi habes ꝙ ſeruus a dño ſuo diſtractus: non debet nec poteſt
in memoriã priſtini dominij contra dñm ſuum quondã inter-
rogari. Item, qui deſinit eſſe decurio in memoriã prioris digni
tatis torqueri nõ debet.ff.de decur.l. vlti. Item cõtra eam quæ
deſijt eſſe vxor nõ inſtituitur actio turpis in memoriam & ho
norem præteriti matrimonij. vt.ff. rerũ amo.l.1. & 2.& 3. ſm
Dyn.in c.alle.decet. Si cõſtat cauſam eſſe impulſiuam, tunc fi-
nita cauſa nõ finitur effectus: vt.ff.de poſtu.l.1.§.ſexum.ff.de
dona.l.2.§.vl..& l.ſeq.C.de pac.l.1.cum ſua glo. & 32.q.1. dicit
12 dominus.cum ibi alle. † ¶ Si dubitatur, vtrum ſit cauſa finalis,
vel impulſiua: tunc dicit Dy.in c.alle.decet. ꝙ in dubio pręſu-
mitur impulſiua: & ideo, ea finita, nũ finitur effectus, vt.ff.de
cundi.& de.l. cum tale.§. falſam cauſam. & l.Titio.§. ſi cũ ante
nuptias.& ff.de vſufr.le.l.generali.§. duas.ff. de dona. int.vir.&
vxo.l.ſed ſi mors.§. vlti.C. de iur. do.l. ſi mulier. & idem tenet
Accur.ff.de don.l.2.§.fi. Sed in contrarium vr, quia lex dicit, ꝙ
ſi lego tibi dumũ, vt des Titio decem, niſi modũ impleas non
habebis legatũ, vt.ff.de le.3.l.ſi tibi legatum & tñ non apparet,
ꝙ illud fuerit additũ finaliter, vel occaſionaliter. vnde videtur
ꝙ pro cauſa finali in dubio præſumitur: & ideo Lamb. de Sali-
nis.C.de rer.permu.l.fi.& Pe.de Bellaper.& Cy.C. de dona.l.ſi
13 quis pro redemptione. † Sic diſtinguunt in caſu dubij: aut cau-
ſæ impletio cõtinet aliquid' reipublicę vel alias aliquid fauora-
bile vel pium, vt legatũ in redemptione captiuorũ & legatũ re-
lictum alicui mulieri vt nubat: & tũc præſumitur cauſa finalis.
vt in l.alle.ſi quis pro redemptione captiuorũ. & .ff.de iur.dot.
14 l.ſi ego.j.rñſo. & 2. † Aut cauſę impletio non cõtinet aliquid fa
uorabile vel pium: & tũc aut illam cauſam impleri intereſt al-
terius, quam eius qui debet cauſam implere: & tũc reputatur
cauſa finalis: vt in l.alle.ſi tibi legatũ.ff.de leg.3. eo.ti.l.pater fi-
lium.§. Tuſcu.ff.de leg.1.l.ſi fundũ per fideicõmiſſum.§.Iul.&
ita pñt intelligi omnes leges.ff.&.C.de rer.permuta. Aut illam
cauſam impleri nõ intereſt alterius, quã eius qui debet cauſam
implere. & vera eſt tunc opinio Accur. & Dy. vbi.ſ.ſcilicet ꝙ
cauſa in dubio præſumitur impulſiua per alle.l.cũ tale.§. falſam
cauſam. cum alijs cõcor.ſ.alle.& vide quod no. Car.j.de heret.
c.fi.§.ceſſante.lib.6.& Io.Andr.poſt eum in nouella. vbi dicit
opi.Accur.& Dy. fore verã in caſu, vbi factum eſſet indifferẽs
ad impreſsionem huius cauſæ vel illius, vt patet in l.2. alle.§.fi.
15 .ff.de dona. † vbi in dubio donans vr potius agere de re, vel di-
rigere in quem vſum cõuertat donatarius rem donatam, quam
vt neceſsitatẽ ei imponat: alias nõ donaturus. Sed vbi factum
non eſt indifferens, ſed limitatũ ad vnum extremũ per ius ſcri-
ptum, vt patet in d.c.fi.§.ceſſante vero. tunc, ceſſante cauſa quę
fuit cauſa iuris cõis commutandi, ceſſat ius ſpeciale, & reditur
ad ius cõmune cum ſpeciale tollens ius cõmune ſit ſublatum
ſm eum. Sed dic, ꝙ ibi cauſam impleri intereſt alterius quam
eius qui debet cauſam implere.ſ. accuſatorũ, & teſtium quo-
rum periculis occurritur, ibi etiam cauſę impletio continet, &
reſpicit vtilitatem reipublicę: quia in fauorem fidei, ideo pręſ-
ſumitur cauſa finalis: vt in diſtinctione prædicta. Et licet prę-
dicta ſufficere poſsint quo ad euidentiã huius materię, tñ vide
quod no. Io.Hug. & Archi. 61.diſt. Neophytus. vbi Hugo.&
Archi.dicunt ſic in gl.ſua fi. ꝙ aut ius cõe conſtituitur: aut ius
16 cõmune diſpenſatur. Si ius † cõe conſtituitur: tunc aut cauſa
cõſtitutionis eſt perpetua, & tunc iuris obſeruantia eſt perpe-
tua: vt cõtinentia coniugum, & ſacerdotũ. & ſuſpitio dilapida-
tionis.31.diſt.ſi laicus.& c.ſacerdotibus 3.q.2. quia ea.C.de in-
terdi.ma.l.ſi tutor. Si eſt tpalis tunc aut exprimitur ceſſare con
ſtitutionem, ceſſante cauſa, & tunc ceſſabit. vt 50.diſt. dño ſan-
cto.& c. vt conſtitueretur. Aut nõ exprimitur, & tunc nõ ceſ-
ſat. vt 32.q.1.dicit dñs. niſi interueniat neceſsitas. vt 55.diſtin.
priſcis. vel vtilitas: vt in c.alle. Neophytus 61.diſt. aut pietas,
vt 9.q.2.Lugdun. aut contraria cõſtitutio: vt 76.diſt.optimam.
17 Aut contraria conſuetudo: vt 4.diſt.§.leges. Si contra † ius cõe
diſpenſatur, tunc ceſſante cauſa ceſſat diſpenſatio. 1.q.7. ꝙ pro
neceſsitate. de con.di.5.quicquid. niſi vtilitas ſuccedat in locũ
neceſsitatis: vt de monachis ordinandis. 16.q.1. ſunt nonnulli.
ſm Hug.& Arch.in c.alle.Neophytus.& idem in hoc vlt.B.c.
.ſ.de renun.poſt tranſlationem.§.cęterũ. vbi etiam Io.An.po-
nit iſtam diſt.Hug.Archi.& Gul. de Monte Lau. extra de app.
c.1.ſuper verbo.quia forte.in gl. & hoc intellige ſane, ſcilicet,
ꝙ ſi propter neceſsitatẽ fiat diſpenſatio, ceſſante neceſsitate,
ſimilis diſpenſatio nõ fiat illi vel alteri. nam diſpenſatio ſemel
facta legitime, & ex cauſa nõ eſt ampliꝰ reuocãda.ſ. de fi. pręſ-
byterorũ.ex parte. alias incipit. ex tua. ſicut nec iniurię remiſ-
ſio. vt 23.q.4.ſi illic. vt hoc no.Spe.ti.2.§.ſi. ver. in ſum. & vide
quod no.Car.Arch.& Io.An.de hac materia.j. de ele.cupiẽtes.
in prin.li.6.& de qõne Legiſtarũ de illo, cui pp numerũ filiorũ
cõceſſa fuit immunitas, ſi poſtea aliqui de numero perierũt, an
duret immunitas. vide per Ioan.An. in c.alle. decet.in nouella.

1 *Peccator quando, an non, promouendus.*
2 *Peccator promotus, an remouendus.*
3 *C. ſicut noſtris ſenſus.*
4 *Iurans infamis.*
5 *Infamis inhabilis.*

Sicut

SIcut noſtris. ¶Si quęris, vtrum in mortali peccato exiſtentes poſſint ꝓmoueri ad dignitates eccleſiaſticas,& vtrũ
promoti poſsint & debeant remoueri & deponi,
1 diſtingue aut † quæris primo vtrum poſsint pro-
moueri:& tunc dicunt Gar.& Car.j̈.de elec.vt circa.ſuper ver-
bo.elec.lib.6.& Car.& Gul.eo.tit.c.perpetuæ ꝙ non.idem Io.
25.diſt.c.vlt.ſed Bar.Brix.contra ibi. & 22.q.4.diffinitio.& Io.
Andr.in c.alleg. perpetuæ.arg. huius.c Sed potes dicere quod
prima opinio eſt vera in peccatis notorijs . vt 25.diſt.c.fin. Se-
cunda opinio eſt vera in peccatis occultis,quę poſt peractã pę-
nitentiam executionem nõ impediunt , ſaltem cum diſpenſa-
tione epiſcopi.ar.no.s̈.de temp.or.per Ber.c.vlti.in glo.ſed non
compellendi. In illis vero occultis, quæ poſt peractã pœniten-
tiam impediunt executionem,ſecus.quod dic vt no.Inno.s̈.de
poſtu.prę.c.1.in fi.Aut quęris,vtrũ promoti debeant remoue-
2 ri:& † tunc refert, quantũ tangit iſtud c.aut quæris de ꝓmotis
exiſtentibus in magnis,& publicis criminibus, & talia crimina
deijceremetiã poſt promotionem.vt.s̈.de renun.niſi cum pri-
dem.§.perſonæ.24.diſt.c.vlt.50.diſt. ex pœnitentibus.81.diſt.
ſi quis ſine examinatione. & c.quicunque . ſm Inno.& Hoſti.
quod intellige,ſi ſint manifeſta,quę ꝓbari poſſunt:ſecus ſi oc-
culta. quod dic vt.s̈.de tẽpo.or.ex tenore. Aut quæris de pro-
motis exiſtentibus in mediocribus criminibus:& tunc aut iſtã
peccata ſunt occulta,& tunc acta pęnitentia,vel parte eius,po-
terunt remanere in officio ſuo,& ad maiores ordines promo-
ueri.vt.l.di.de his vero.etiam ſine diſpenſatione:nec forte tales
ſunt admonẽdi vt abſtineant,vt no.Spec.ti.2.alias.3.§.qualiter.
ver.hoc quoq;. Aut iſta peccata ſunt manifeſta, quæ ꝓbari pñt
& tunc aut talis criminoſus eſt cõuictus in iudicio, vel timore
probationũ confeſſus: & tunc poteſt deponi, vt 81.diſt. ſi quis
clericus. Si vero crimina ſint publica, per operis euidẽtiam,vel
ſpontaneam & propriam cõfeſsionem, tunc acta pęnitẽtia po-
terit cũ eis miſericorditer agi, ſm quòd viſum fuerit epõ ſuo,
qñq; plus vel minus.15.q.vlt.c.ſi quis præsbyter.50.diſt. preſ-
3 byterum.vt no.Ber.& Hoſt.in d.c.ex tenore. Et ad iſtam † de-
cretalem poteſt reſpõderi ſm Hoſti.hic,ꝙ iſte temere iurans,
& nihilominus promotus nõ fuit remotus a dignitate: quia ad
hoc non fuit actũ hic.s̈.de or.cog.cum dilectus.§.fi.alle.contra
in his quæ no.s̈.de cor.viciatis.expoſuiſti.& de ſcrut. ca.1. ſm
Hoſti.hic.idem Arch.85.diſt.c. Florẽtinum. in gl. adde parum
aut nihil facit.& ad hoc facit quod ipſe no. ibi in glo. adde dicas
ꝙ voluntarium . vbi dicit ꝙ ex decretali ex diligẽti.j̈. de ſimo.
4 colligitur,ꝙ ita infamis efficitur† qui indiſcretè iurat ſicut ille
qui diſcrete ſiue ſcienter. Sed ibi credunt Vinc.& Tanc.talem
eſſe infamem infamia canonica quæ per pœnitẽtiam aboletur.
6.q.1. omnes. & c.illi qui. & ideo exponunt , quod dicit illa de-
cre. infamia de facto.quia infamatur infamatione vulgi. & non
per infamiam iuris ſecundum Innoc. Vinc. & Tan. & ita reci-
5 tat Archi.ibi.& vide quod ipſe no.6.q.1.quicunq;. Modo † in-
famis de facto non debet promoueri, & ſi promotus fuerit, de
facto remoueri debet quod dic per inno.s̈.de elec.per inquiſi-
tionem . & vtrum electus in epiſcopum excludatur ideo , quia
iurauit non epiſcopari. no. in d.c.Florentinum .

1 *Alienationem proprij iuratam tenere . fallit.2.*
3 *Alienationem inualidam,iuramento firmari. fallit.4.*
5 *Iuramento priore alienatione futuram vitari.6. & 7.*
8 *Pacto alienationem vetari .*

CVm contingat. ¶Si quæris,vtrũ iu-
ramentum interpoſi
tum per aliquem ſuper alienatione, vel nõ aliena-
tione rei ſuæ valeat,& teneat & factum in cõtra-
rium faciat non tenere, diſtingue , aut quæris de
iuramento interpoſito ſuper alienatione rei ſuæ: aut de iuſo in-
1 terpoſito ſuper non alienatione rei ſuæ . In primo † caſu refert
aut iuſm interponitur ſuper alienatione a iure licita & permiſ-
ſa: & tunc nulli dubium ꝙ valet & tenet iuſm.vt.s̈.eo. ſi vero.
2 & c.verum.& per totum. Aut interponitur † ſuper alienatione
rei a iure prohibita.& tunc aut alienatio eſt prohibita a iure ca-
nonico,vel per ius canonicum approbatum : & tunc iuſm non
poteſt talem alienationẽ firmare,vel facere valere.vt.s̈.eo. tua.
Et eſt ratio,quia quod contra iura fit· pro infecto debet haberi
x.diſt.vides. Nec valet iuſm contra hoc factum.C. de legi.non
dubium.s̈.de ſo. cõpe. ſi diligenti. quia iuſm non eſt vinculum
iniquitatis,vt 22.q.4.inter cętera.&.s̈.eo.quanto.& ita intelli-
ge.quod no.Ber.hic in gl 2.in princ.& Hoſt.poſt eum.pro hoc
etiam facit.j̈.de re.ec.non alie.c.ſi quis præsbyterorum. ſed ibi
alienans non eſt dñs.Item pone exemplum in prodigo,cui ad-
miniſtratio bonorum eſt interdicta a iure cõi , vt quia notorie
prodigus, vel per iudicẽ authoritate iuris cõis.vt.ff. de cur.fu-
rioſ.l.1.in prin.&.ff.de verb. obl.l.is cui bonis.& ita intellige.
j̈.de pign.ſignificante.vbi Hoſti.dicit,ꝙ quia iuramẽtum illud
fuit cõtra ius licet teneat ipſo iure vt ibi innuit : tñ relaxari de-
bet.ar.s̈.eo.c.1.& c.debitores. ſm eum.& credo, ꝙ bene licet
Ber.hic in glo.2.in fin.contradicere videatur dicens,ꝙ ſi iura-
mentum interueniat ſuper pacto illo tenet nec auditur volens
venire contra . Et eſt ratio, quia illud pactũ eſt contra ius, quia
licet res vendantur cõiter quantum valent non tñ ſic eſt in pi-
gnoribus. Item quia pro hoc, ſcilicet, ſi pactũ valeret credito-
res inuitarentur ad vſuram,quia aliter nollent credere . ſm Io.
Andr. ibi . Aut alienatio eſt prohibita a iure ſpeciali in priuile-
3 gium vel fauorem † perſonæ.& tunc quicquid ſit de iure tñ ca-
nonico iuſm firmat alienationem & facit eam valere vt hic. &
C.ſi aduer.ven.in authen. ſacramenta. &.j̈. de pactis.c. quãuis.
& de iureiur.c. licet mulieres. lib.6. Et licet Vinc. Io. & Goff.
dicant quòd hic præiudicat mulieri iuſm quando aliunde con-
ſulit eidem.vt.C.ad vellei.in auth.ſiue a me. Verius tñ eſt dice-
re,quòd ſiue mulier poſsit conſulere ſibi aliunde ſiue non:non
poteſt venire contra iuſm ſpontè præſtitum , & ſine dolo, vel
metu.vt no.Archi.j̈.de pactis.c.quamuis.ſuper verbo.omnino
lib.6. Et iſtam opin.ponit hic Ber. in glo.2. in ver. aliter poteſt
dici. Nec obſtat,quod de iure ciuili in caſu huius.c. & c.quam-
uis.j̈.de pactis.lib.6. quòd pactum nõ valeat nec forſitan iuſm
vt.C.de pact.l.pactum quod dotale.de rei vxo.ac.l.vnica.§.pen.
& de colla.l.pactum.quia licet ita ſit de iure ciuili,de iure tñ ca-
nonico ſi iuramentum interueniat, valet: quia in talibus ad ca-
nones recurrendum eſt etiam ſm ipſos,non ſm leges iudican
dum eſt.C.de ſumma trin.l.fin.in authen.vt cle. apud proprios
epi §.ſi vero eccleſiaſticum.colla.5.de eccl.tit.in prin.col.9. ſm
4 Hoſt.hic.Sed hoc quod † dictum eſt,quòd iuſm firmat aliena-
tionem prohibitam a iure ſpeciali.Fallit in caſu vbi prohibitio
iuris eſſet anteriori iuramento firmata : puta ſi vxor dedit do-
tem viro & iurauit ſe non alienaturam:tandem iurat contrariũ
nam eo caſu primum iuramẽtum ſeruabitur.vt no.Cardi.Gul.
& Io.Andr.j̈.eo.ti.c.licet mulieres. lib.6. Et ſtatim ſequitur de
iuramento interpoſito ſuper nõ alienatione rei ſuæ.& tunc re-
fert : aut aliquis iuramentum interponit ſuper non alienatione
rei ſuæ cuius alienatio circunſcripto iuramento eſt a iure pro-
hibita . Aut interponit iuramentum ſuper non alienatione rei
ſuæ cuius alienatio eſt alias circunſcripto iuramẽto a iure per-
5 miſſa.In primo† caſu refert aut eſt alienatio prohibita iure cõi,
& tunc nulli dubium,quòd valet, & tenet iuramẽtum, nec va-
let alienatio poſtea facta in contrarium, etiam ſi ſit iuramento
firmata: quia iuſm eſt licitum,& interponitur ſuper relicta, &
a iure approbata: ideo ſeruandum eſt.s̈.eo.titu.c.& ſi Chriſtus.
& c.ſi vero.& c.verũ. & de hoc eſt caſus.j̈.eo. c.intellecto. vbi
de hoc.Aut eſt prohibita alienatio a iure ſpeciali,vt in caſu hu-
ius.c.& c.quãuis.j̈.de pac.& c.licet mulieres.j̈.eo.ti.lib.6.puta,
6 ſi † vxor dedit dotem viro,& iurauit ſe non alienaturam, tan-
dem iurat contrarium: nam eodem caſu primum iuſm ſerua-
bitur. & tunc dic idem,ſcilicet,quòd iuſm eſt ſeruandũ & im-
pedit alienationem in contrariũ faciendam : licet iuramẽto fir-
metur : quia primum iuſm eſt licitum, & auget obligationem
non alienandi vt etiam alienari non poſsit, vbi alias poſſet.arg.
in aut.de ali.& emphy.§.ſanctiſsimas.col.9. Vnde iuſm ſecun
do præſtitum aduerſum primũ illicitum,& per cõſequens non
ſeruandum.s̈.eo.eam te.& c.intellecto. vt no.Cardi.Gul.& Io.
And.in d.c.licet mulieres.& concor.Hoſt. in ſum.eo.ti.§.quo-
modo ver.cõcilium generale. Idem no.hic Hoſt.dicens, quòd
ſi minor, vel mulier iuret, ꝙ nõ alienabit, nec alienationi con-
ſentiet,niſi ex cauſa rationabili probata corã iudice & ipſo au-
thorizante & ſi hęc fecerit reuocabit iuxta poſſe: ſi poſtea alie
nationi cõſentiat,& iuret, quòd non cõtraueniet nihilominus
contrauenire poterit, & ſtabitur primo iuramento per c.alleg.
intellecto.& per no.s̈.eo.c.veniens.in fi. Idem Spec.ti.de emp.
& ven.§.tertio loco.ver. & no. gñale. & Aſten.lib.8.ti.de dot.
art.4.ad fin.ver. concilium aũt. & idem putat Accur. in pacto,
quod lex alienationem prohibens coadiuuat.C.de re.eccl. non
7 alie.l.fi. In † ſecundo caſu.ſ.qñ quis interponit iuſm ſuper non
alienatione rei ſuæ cuius alienatio, circunſcripto iuramẽto, eſt
a iure permiſſa, refert : aut quæris, nunquid iurans ſeruare de-
beat iuramentum, & dic, quòd ſic, quia licitum, & honeſtum :
& quia ſine interitu ſalutis æternæ poteſt ſeruari . Aut quæris
vtrum ſi veniat contra huiuſmodi iuſm alienando rem ipſam
de facto iuſm faciat alienationem huiuſmodi nõ tenere, & dic
quòd

quòd non: imò alienatio facta in contrarium valebit.vt no.Innoc.j.de preb.dilecto.in gl.no.ꝙ ſi aliqua.ver. ſecus. autē, &c.
Et iſta opinio poteſt ſic fundari. primo quia ſi intelligatur opi.
Inno. de iuramēto ſimpliciter ſumpto tunc probari poteſt ſic,
quia conſenſus duorum fortior eſt, quam conſenſus vnius tantum. vnde iuri futuro non poteſt per ſimplicem renuntiationem renuntiari: & tñ per pactum bene poteſt vt le.& no.C.de
pac.l.1.& in Spe.ti.de renu.& conclu.in priu. ver. quid ſi quis
renuntiat. & tñ pactum vbi eſt conſenſus duorum non poteſt
facere ꝙ quis non poſsit rem ſuā alienare. vt.ff.de pac. l.nemo
paciſcendo. quæ eſt pen. ergo multominus iuramentū hoc fa-
8 cere † poteſt in quo eſt conſenſus vnius ſolius,& maximè quia
fortiora ſunt duo vincula quā ſit vnum ſolum. in aut.de cōſan.
& vterinis fratrib.in prin.& in fi.col.6.vt fra.filij.§.filij. coll.9.
C.de legi.hęre.in aut.ceſſante.& in aut.poſt fratres. Si vero intelligatur, ſicut etiam poteſt intelligi prædicta opinio Inno. de
iuramento pactum & cōuentione partium ſuper nō alienatione rei ſuæ paciſcentrum roborante, tunc poteſt ſic probari. pactum de non alienando rem ſuam eſt contra ius,vt in l.alle nemo.ergo iur̃m hic valere, roborare ſeu facere valere nō poteſt.
.ſ.de ſo.cōpe.ſi diligenti.ſ.eo.tua nos.& c.ea te. & c.quanto.j.
eo.intellecto. Item iur̃m & pactum æquiparantur. vt.ff.de iureiu.l.2.& ff.de ſolu.l.Stichum aut Pamphilum.§. naturalis. ſed
per pactū talis alienatio impediri nō poteſt ergo nec per iur̃m.
Item pactum etiam iuratum non poteſt impedire ea,quæ ſunt
de iure naturali,vt.ſ.eo. Quintauallis. cum ibi no.igitur nō poterit impedire alienationem, ſeu tranſlationē dominij,quæ eſt
de iure,ſeu ratione naturali: quia nihil tam conueniens eſt naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in
alium transferri ratam haberi.inſti.de re.d.§.per traditionem.

1 *Bello iuuare quibus & cui licet an non. 2. & 3.*
4 *Belli ſumma cupita.*

SIcut. ¶Si quæris, vtrum milites ſtipendiarij extranei vel cognati vel amici mouentes bellum, & ipſum in bellu iuuantes excuſentur a crimine,vel peccato, refert: aut conſtat bellū eſſe iuſtum,
1 & tunc ſic dummodo tales in præſtando † conſilium, vel auxilium non excedant.23.q.2.c.dñs.& c. notandum. & per regulam quę dicit ꝙ faciens aliquid de licentia & mādato illius,qui
poteſt licitè hoc facere pœnam non meretur. vt probatur.C.ad
l.Iul.de adult.l.Gracchus.j.de regu.iur.factum legitime. lib.6.
cum ibi no.de ſen.excō.ſi clericos.eo.li. Quod intellige, dummodo ſint tales perſonæ, quæ licitè exercere pñt arma, vt quia
ſunt ſæculares perſonæ: ſecus ſi ſint perſonæ eccleſiaſticæ, quia
tales non pñt nec debent ſe de talibus immiſcere: niſi ſit prælatus hñs iuriſdictionem temporalem, qui contra ſubditos inobedientes licitè mouet arma. 15.q.6.uos ſāctorū. ar.23.q.8.
ſcire vos oportet.c.hortatu.& c.diſpar. Quod verum,etiam ſi
non habeat ius indicendi bellū: dummodo iuriſdictionem habeat: quia in his caſibus non propriè dicitur bellū fieri,ſed melius executio iuriſdictionis, vel iuſtitię.ff. de rei ven. qui reſtituere. vt no.Inno.ſ.de reſti.ſpo.c.olim cauſam. in gl. quo modo.ver. item quilibet prælatus,&c. vbi Hoſti. ſupplet, & bene
(vt credo) ꝙ talis prælatus ad hoc, vt poſsit arma mouere nedum debet hr̃e iuriſdictionem, ſed etiam merū imperium.ar.
.ff.de iur.om.iudi.l.3.& 4. Aut conſtat bellum eſſe iniuſtum,&
tunc nulli dubium, ꝙ non excuſantur tales, vt hic & hoc not.
Inno.hic in prin.in ver.& nota ꝙ nunquam, &c. & quia agētes
& conſentientes pari pœna puniuntur.ſ.de off.dele. c.1.cū ibi
2 no. Aut eſt dubium † vtrū bellum eſt iuſtum, vel non, & tunc
aut tales iuuantes credunt illum, quem iuuant, hr̃e, & fouere
iniuſtum bellum,& tunc non excuſantur,etiam ſi hr̃et iuſtum
bellum: quia faciunt contra conſcientiam,quæ ædificat ad gehennam.ſ.de reſti.ſpol.literas.cū ibi alle.ſ.de treu. & pace.c.1.
Aut tales iuuantes credunt illum, quem iuuant, hr̃e & fouere
iuſtum bellum. & tunc diſtingue,vt no.Archi.14.q.5.denique.
gl.pen.aut tales iuuantes ſunt ſubditi illius mouentis bellū,quē
3 iuuant, aut non. Si ſic, tunc excuſantur † in dubio propter bonum obedientiæ.23.q.1.quid culpatur.ſ.de tempo.or.c. ad aures. Si non,tunc tales non excuſantur propter bonum obedientię nec tales debēt ſe in dubio cōmittere diſcrimini, vt iuuent
aliquem in præiudicium alterius vt le.& no.in c.alle.deniq;. in
textu & in glo. nec eſt ſimile de aduocato, quem excuſat bona
fides,quandiu credit eſſe iuſtam cauſam,quā fouet,licet in veritate ſit iniuſta: quia eſt ibi ſuperior iudex qui cauſam examinat,& iudicat. De allegatis in bello vero,ſiue guerra in viribus
corporalibus negotium innititur non aūt per rōnem dijudica-
4 tur. De materia † belli iuſti vel iniuſti,& de captis,ſeu occupatis in eo habes per Io.& Archi.23.q.5. dicat aliquis. & plenius
per Inno.& Hoſt.hic.&c.ſ.de reſti.ſpol.olim.j.& per Ray.ti.de
bellis.§.17.& per fratrem Io.in ſumma confeſ.tit. de rap.q.45.
cum quatuor ſequentibus queſtionibus &.q.57.& ſequenti.&
q.61.& 62. Et qualiter liceat prælato temporalem iuriſdictionem habenti bellum mouere ad defenſionē iuriſdictionis ſuæ
& eccleſiæ & ſuorum dic per Hoſti.& alios.j.de ſen.excō. dilecto.lib.6. Et qualiter poteſt vnuſquiſq; ius ſibi dicere,no.per
Hoſti.in ſumma de re iud.§.quis debet ſub.§.proprius ordinarius. Et quid dicatur iuſtū bellum & qualiter ad ipſum perueniatur,& quis poſsit indicere no.Hoſt.in ſum.ti.de treu.& pace.§.quid ſi iuſtū bellum.&.j.de homi.pro humani.lib.6.& per
Arch.23.q.2.c.1.in gl.1.& vide qđ dixi.ſ.de treu.& pace.ca.1.

1 *Loquens an ſermone ſuo incluſus. & 2.*
3 *C. peritio ſenſus.*
4 *Capitulum reum, an conſulat epiſcopo.*

PEtitio. ¶Si queras, vtrum in generali ſermone excipiatur perſona loquentis, vel de qua loquimur, vel cui loquimur, diſtingue aut quæris,
1 vtrum † excipiatur perſona loquentis: aut vtrū excipiatur perſona,de qua loquimur,vel perſona cui loquimur. In
primo caſu refert, aut loquens concipit verba in perſona ſua:
aut in perſona alterius. Si in perſona ſua, tūc dico, ꝙ excipitur,
vt.ff.de admi.tu.l.adminiſtrātes.§.fi.C. de ſolu.l. inquiſitio veritatis.& hic,vbi canonici Antiochi præſtiterunt iur̃m principi Antiocheno,ꝙ nō eſſent decętero contra eum:& ſic concipiebant verba in perſona ſua. Si in perſona alterius,vel nomine
alterius, tunc non excipitur perſona loquentis, vt probatur.ff.
de pig.l.Paulus reſpondit.§.fi.ff.de ędil.edic.l. quòd ſi nolit.§.ſi
venditor.ff.de tranſac.l.non eſt ferēdus.de diſtrac.pig.l. & ſi is.
Si quęris in ſecundo caſu.ſ.vtrum in generali ſermone excipiatur perſona,de qua loquimur, tunc dic, ꝙ ſic. ita loquitur.ff.de
Senato.l.1.vbi de hoc. Si quæris in tertio caſu.ſ.vtrum in generali ſermone excipiatur perſona,cui loquimur.tunc refert: aut
verba generalia non pñt aptari perſonæ cui loquimur,& tūc dico,ꝙ excipitur.vt.ff.man.l.ſi mādauero.§.ſi tibi centum. a.reſponſo.ff.de condi.& demon.l. qui hæredi.§. Plautius.ver.ac ſi
2 hæres. & ver. fi. Aut verba generalia poſſunt aptari † perſonæ,
cui loquimur,vt quia illa perſona poteſt conſiderari ſub diuerſis rōnibus,& tunc non excipitur.ff.de leg. 1.l.ab omnibus.§.ſi
Titio.& in d.l.ff.de condi.& dem.l. qui heredi.§.Plautius. 1.reſponſo. Inno.tñ & Hoſt.hic dicunt ꝙ verba præcedentia iſtud
iuramentum, ſeu interuenientia in iuramento iſto.ſ.conſpirationes,&c. iſtam interpretationem.ſ.quòd excipiatur perſona
loquentis recipiunt, alias ſi generaliter ageretur, quòd in nullo
negotio eſſent contra eum in negotijs eccleſię niſi adſtringeretur iurans. vt no.ſ.eo.c.2. Sed in ſuis proprijs negotijs deberēt
obtinere abſolutionē,ſi iuſtus erat metus, vel alia cauſa, vt no.
.ſ.quod met cauſa.ad aures. ſm eos. & per iſtam decre. & per
3 iura alle.in gl.ſi.videtur,quòd † ſi pater iurauit,ꝙ non eſſet contra aliquem,poſſet eſſe contra eum pro ſe & filijs ſuis: contrarium tñ eſt de iure feudorū. vt not.in aut.hic finitur lex, deinde incipiunt cōſuetudines regni.§.ſi. coll.10. Sed primam opi.
ſcilicet,quod vaſallus poſtulando,pro coniuncta perſona cōtra
dñm,non perdit feudum vł tenete Spec.ti.de aduocatu.§.1.circa fi.ver.item quòd poſtulat contra eum quod tñ dicere nō eſt
multum ſecurum.& vide quod ipſe Spe.no.tit.de feu.§.1.ver.
17.ibi exceptis,&c.& vide quod nu.Io.Phi.Vin.& Io.An.j.de
4 his,quæ fiunt a pręla.paſtoralis.in fi.vbi quærunt ſi epſ † agens
contra capitulum ſuper aliqua re petit cōſilium capituli vtrum
teneatur dare. quod videtur.argu.23.q.1. quid culpatur. Nam
nūq; quis admittitur ad duo repugnantia.ff.de inoff.teſta. Papinianus.§. ſed nec impuberis. & l.filius. In contrarium facit,
quia quilibet officio ſuo ſit cōtentus.C. de aſſeſſor.l. nemo. &
de aduo.diuer.iud.l.2.ſibi. ne promiſcuis actibus,&c.C.de teſta.l.conſulta. Dic tñ quòd nō tenetur:quia graue eſt, ꝙ aliquis
procuret ſuū incommodū.ſ.de proba. c.1. ꝙ illi facerent ſtat.
renuarent cōſilio,ꝙ allegationibus grauare nituntur, ſm eos.

1 *Contraria ſe inuicem tollunt.*
2 *Alienata a ſe quando reuocet geſtor.*

INtellecto. ¶Super glo.j. Si quæris vtrum
1 ſi † vnum contrariorum eſt bonum,reliquum ſit malum,diſtingue aut loquimur in
præceptis,& prohibitionib.& dic ꝙ ſic.ita intellige.
8.q.1.ſciendum.& 32.diſt.hoſpitiolum.Aut in conſilijs,& de-

monſtrationibus, ſeu perſuaſionibus: & dic quòd non, ſecundum Goff. Vincen. Iacobum. & Phi.
¶ Super eadem glo. ad fi. Si quæras, vtrum conſtitutus in di-
1 gnitate quæ in damnũ dignitatis † aliqua alienauit, poſsit authoritate ſua propria venire contra, & alienata huiuſmodi reuocare, diſtingue aut quæris, vtrum poſsit alienata huiuſmodi reuocare, quãdiu in adminiſtrationem ſuſtinetur, & toleratur. & dic quòd ſic, vt.s.eo. ſicut noſtris & ita intellige gl. Ber. hic. aut poſtquam eſt ab adminiſtratione dignitatis depoſitus, & remotus, & tunc non poteſt. vt 12.q.2. monemus§. vt hoc no. Ber.j.de re.eccle.non alienan.c. ſi quis præsbyterorum.

1 *Iuramentum falſum reuocabile.*
2 *Matrimonium aſſerens iuret.*
3 *Iuramenti extraiudicialis inualiditas.*
4 *Iuramentum contra matrimonium non deferendum. & 5.*
6 *Iuramentum deciſiuum deferri poſſe.*
7 *Iuramentum vero non obeſſe.*
8 *Iuramentum in beneficialibus deferendum.*

MVlieri. ¶ Si quæras, vtrum in cauſa monachationis, vel conuerſionis, vel matrimonij ſit deferendum iuſm, Azo in ſumma ſua tit. de re. cre. & iureiur.§. item in cauſa monachationis: notat ſub forte, quod ſic ad ſimilitudinem aliarũ cauſarũ. Idem Tan. Phi. & Ber.j.de regu.c.vidua. Eandem opin. tenet Phi.j.eo.tit.
1 c.fi. dicit tamen, ꝙ † quandocunq; cõſtiterit aliud eſſe verum, quam iuratum ſit, retractabitur iuſm: cum eo caſu etiam ſnĩa veritati non præiudicet, licet ſecus ſit in alijs cauſis. C.de iureiur.l.1. Sed Vin. in d.c.fi.j.eo.not. contrarium.ſ.quod in talibus cauſis non eſt deferendum iuſm, cum ibi etiam per ſentẽtiam non fiat præiudicium veritati, vt eſt dictũ. vt probatur.j. de re iudi. lator. & c. conſanguinei. & eius opinionem ſequitur Ber. hic. eandem opi. ſub forte, tñ, ſequitur Gul. in Spec. tit. de iuramenti delatione. verſi. ſi vero cauſa ſit mere ſpiritualis, &c. Primam tñ opi. tenet Hoſti. in ſumma eo. tit. ſub ru. de aſſertorio iura.§. & ſuper quib. ſub.§. quid de cauſa monachationis. ver. ſed, vt ante tempus occurram. vbi dicit, ꝙ melius, & tutius eſt, vt deferatur ei ſacramentũ, qui matrimonium aſſerit eſſe con-
2 tractum † habenti vnũ bonum teſtem ſm varias & bonas circunſtãtias iudicis arbitrio cõmittendo. & hanc opi. credit Archi. eſſe veram dicens, ꝙ ſic de facto fecit, & conſuluit, vt no. 27.q.1.c. viduas autem. palea eſt in glo. ſua fi. de hoc etiam per eum. 2.q.5.c. ſi quis presby. &.j.de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruandę c.vnico in gl.fi.lib.6. Eandem opi. tenet hic Hoſt. dicens, ꝙ regulariter in omni cauſa defertur iuſm etiã ſi de conditione perſonæ agatur. vt.ff.eo.ti.l.3. quacunq;. vbi de hoc per Accur. arg.s.de proba ſicut conſuetudo. & c. ad noſtram. & C. eo. tit.l. in bonæ fidei. Vnde per iſta iura dicit ꝙ hoc arbitrariũ eſt etiã in cauſa matrimoniali. Ego vero Henricus ad concor. dictas opi. credo circa hoc ſic probabiliter diſtinguendũ. Quia,
3 aut quæris de † iuramẽto extraiudiciali, quod pars defert parti voluntarie extra iudicium: & tale iuſm voluntarie defertur, & voluntarie ſuſcipitur, nec præiudicat regulariter iuri alterius. vt.ff.de iureiur.l. iuſiurandum ꝙ ex cõuentione in prin. & no. Ber.j.eo.c.fi. in prin. Aut quæris de iuramento iudiciali, ſeu ꝙ in iudicio defertur: & tunc aut queris, vtrũ poſsit deferri iuſm ad deciſionem fęderis matrimonij: aut ad deciſionem inſtãtię, ſeu litis. In primo caſu refert, aut quæris vtrũ poſsit præſtari & deferri contra ipſum matrimoniũ, & in præiudiciũ fœderis
4 † matrimonij carnalis, vel ſpiritualis. & dic quod non: imò qñcunq; conſtare poterit de fędere matrimonij, retractabitur iuramentum: nam & ſnĩa hoc caſu retractaretur. vt in c. lator. & c. cõſanguinei.j.de re iudi. &.j.de fri. & male. c. fraternitatis. & ita intelligo ſecundã opi.s. tactam, ſcilicet Vinc. & ſequacium. & hoc no. expreſſe Accur. in.§. alle. quacunq;. & Hoſt.j.eo.c.fi. Aut quęris, vtrum poſsit deferri & prę̃ſtari iuſm pro ipſo matrimonio coniungendo, & tunc aut nullũ impedimentũ perpetuum ſubeſt matrimonij cõtrahendi, ſeu coniungendi: & tunc credo, ꝙ poteſt deferri, & præſtari ſiue deferatur a parte parti, ſiue a iudice, inſpecta tñ qualitate perſonarũ, & cauſæ, qñ a iudice defertur. & ita intelligo.§. alleg. quacunq;. & prædictã opi. Azonis & ſequacium. & opi. prædictã Hoſti. in ſumma. & Ar-
5 chi. in c. alle. viduas. Aut ſubeſt impedimentũ † perpetuum matrimonij cõtrahendi, ſeu coniungendi: vt cõſanguinitas, vel affinitas in gradu prohibito iuxta. c. nõ debet.§. prohibitio.j.de conſang. & affi. & tunc dic ꝙ non poteſt deferri, nec præſtari: quia in eo caſu matrimonium in nullo tractatu tpis confirmatur. vt in.§. alleg. prohibitio. & otelius.j. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adul. c. cum haberet. Item in hoc caſu & in ſuperiori, ſcilicet, qñ iuramentum defertur, & præſtatur in præiudicium fęderis matrimonij, iuſm ipſum eſſet vinculum iniquitatis, & cõtra ius diuinum, ſeu canonicũ & ſic nõ ligaret: vt .s.eo. quãto. & c. Quintauallis. 22.q.4. inter cętera. &.j.de reg.
6 iur.c. non eſt obligatorium.lib.6. † Si quæris in ſecundo caſu.s. vtrum iuſm poſsit deferri, & præſtari ad deciſionem inſtãtiæ, ſeu litis. dic ꝙ ſic, ſiue ſit iudiciale, ꝓpriè loquẽdo hoc eſt quod defertur a parte parti: ſiue neceſſariũ qđ defertur a iudice parti, iuxta.c.fi. in prin. &.§.fi.j.eo. at. eorũ quæ le. & no.s. de in integ. reſti.c. ex literis. & ita intelligo opinionem prędictã Azo. & ſequaciũ. & ſpecialiter Hoſt. hic & Accur. in.§. alle. quacunq;. vbi quærit quid in cauſa matrimonij, ſi detulit vxor iuſiurandum vt iuret maritus ſe maritũ non eſſe, &c. vbi patet, ꝙ illud
7 iuſm † præſtitum per maritũ profuit ſibi ad deciſionẽ litis, ſeu inſtantiæ & non ad deciſionem fęderis matrimonij per hoc ꝙ ipſe Accur. ſubiungit ibi in ſolutione ipſius quæſtionis, quod videtur, ꝙ iuſm non pręiudicet, ſi poſtea veritas inueniatur, ꝙ ſit maritus, & idem dicit ibi in cauſa monachationis. ar. in aut. vt liceat matri & auię.§. quia vero. colla. 8. Et quod dixi de matrimonio ſpirituali intellige religionis, per quã quis contrahit matrimonium cum Deo, quod nõ poteſt ſeparari, niſi ſaltẽ per Papam, & ex cauſa. quod dic vt no. per Ber. Inno. & Hoſti.j.de ſtat. mona. cum ad monaſterium.§. vlt. ſecus in matrimonio ſpirituali contracto inter prælatum, & eccleſiam, quod Papa põt diſſoluere, prout ſibi canonicum videtur.s. de tranſla. epi. inter corporalia. Vnde ibi poſſet hr̃e locum delatio iuramẽti etiam ad deciſionem fęderis coniugalis: quia quoddam eſt iuſm extraiudiciale: id eſt qđ, in iudicio præſtatur, ſicut & in alijs cauſis beneficialibus. ar. no. per G. in d.c. vnico. de eo qui mit. in po. cauſa rei ſeruan. gl. fi. dummodo Papa, qui ſolus de illa cauſa habet cognoſcere, vt in c. alleg. inter corporalia eo.ti.c.1. &.j.de elec.c. quamuis.lib.6. delationem talis iuramẽti recipiat, & ad-
8 mittat. Et vtrũ, cum duo litigant de beneficio, & † neuter probat plene, ſed vterq; probat ſemiplene beneficiũ ad ſe ſpectare & neuter eſt actor, quia ambo impetrant cõi conſenſu in formam cõmiſsionis negotium committi.s. de reſcrip. cæterum. vtrum poſsit deferri iuſm, vide per Hoſti. in d. ca. vnico. & per Ioan. Andr. in nouella. ¶ Decretalis iſta facit ad quæſtionem dominicalẽ Bart. Brix. quæ incipit. Martinus deſponſauit. quæ talis eſt. Martinus deſponſauit mulierem quandam in pręſentia patris ſui: quæ cum poſtea negaſſet, pater in teſtimonium adductus negauit & dixit, quòd filius ſuus eam non deſponſauerat: tandem abſoluta fuit mulier, deinde pater Martini cum ea contraxit. quæritur an dirimi debeat matrimonium. & ſoluit, quòd non. idem Tan. per decretalem iſtam.

1 *Iuramentum generale, eiuſque vis.*
2 *Iuramentum an extendibile. & 4.*
3 *Eccleſia vox quid contineat.*
5 *Iuramenta non niſi ad iurata extendi.*

CLericus. ¶ Si quæris, vtrum iuſm extendatur ad facta, ſeu ſtatuta futura vel non, di-
1 ſtingue aut † iuſm eſt generale generaliter comprehendẽs facta, ſeu ſtatuta pręſentia, pręterita, & futura: vt quia quis iurauit ſeruare ſtatuta præſentia, pręterita, & futura, & tunc, ex virtute iuramenti tenetur ad ſtatuta facta poſt iuſm: dummodo ſint poſsibilia, rationabilia, & honeſta. arg.s. eo. veritatis. & c. veniens. ſm Innoc. hic. pro hoc.j. de iureiur. ca.1.lib.6. Fatuum tñ eſſet ita generaliter iurare. Sed caute faciet ille, qui debet iurare, ſi iuret, ſicut.j.de his quæ fi. a ma. parte ca.c.1.§.fi. Aut iuſm non eſt generale taliter, ꝙ de ſui natura poſsit vel debeat comprehendere facta ſeu ſtatuta futura, & tunc aut iurans vult iuſm teneri in ſuis terminis & non extendi ad futura, nec ad alia quã ad iurata, & tunc nõ extenditur ad futura nec ad alia quã ad iurata. ar. huius.c. Aut iurãs vult illud iuſm extendi ad futura vel ad alia quam iurata. & tũc aut quę-
2 ris nunquid iurans † poſsit iuramentum extendere ad alia non iurata, quæ tñ extabant tempore iuramenti præſtiti: vt puta, ſi aliquis iurat multa capitula, & remanent aliqua alia capitula ad iurandum, & poſtea dicit extendo iuſm ad alia. & tunc volunt quidam dicere, vt Vin.s.eo. veritatis. ꝙ poteſt hoc facere. arg. hic. & quia a ſimili mandatũ excedere poteſt ex pacto ſuã naturam.ff. de præſcri. verb.l. naturalis.§. ſed ſi facio. Sed Phi. in hoc cõtra, hic dicens, ꝙ iuſm non poteſt extendi ad alia, niſi ad illa, de quibus in ipſo iuro, fuit expreſſum. vt hic. &.s. eod. veniens. & c. Quintauallis. qm̃ iuramenta ſunt ſemper reſtringenda: & pp metum periurij. ar.j. de verb. ſigni. c. cum clerici Placentini.

centini. vbi propter metum periurij hoc nomen † eccleſia, ec-
cleſiam cathedralem tantum comprehendit: cum tñ alibi noïe
eccleſię comprehendatur quęlibet eccleſia prouinciæ, vel dio-
ceſis. ſ. de vſu pallij. cum ſuper. ſm eum. Cuius opi. approbat
Archi. 22. q. 2. ne quis arbitretur. in gl. vlt. & credo. quod bene.
4 † Aut quæris nunquid iurans poſsit iuramentum extendere ad
alia non iurata quæ non extabant tempore præſtiti iuramenti:
ſed poſtea de nouo ſunt orta edita vel ſtatuta. vt puta ille qui iu-
rauit ſtatura antiqua poſtea facto nouo ſtatuto dicit ſe velle te
neri ad eius obſeruantiam ex debito prius præſtiti iuramenti,
& tunc conſtat, ꝙ talem extentionē facere non poteſt, vt com
prehendatur ſub vi prius præſtiti iuramenti. vt hic Phi. Inn. &
Hoſti. hic. & Archi. in c. alleg. ne quis arbitretur. Et ſic cõclude
5 † ꝙ iuramentum non extenditur ad alia nec poteſt cõprehen-
dere alia, quam iurata, ſiue illa alia extabant, & erant orta tem-
pore præſtiti iuramẽti, ſiue non ar. huius. c. & ſ. eo. quanto. ve-
niens. & c. Quintaualis. Quod verum, niſi eſſent talia, quę eſ-
ſent connexa iuratis: vel quæ tacitè includerentur in eis: quia
tunc ſecus, vt. j. de cleri. non reſi. c. ex parte tua. vbi hoc no.
Hoſt. Et verũ promittens ſtare voluntati alicuius poſsit recur-
rere ad arbitrium boni viri, vide per Inno. ſ. de renun. veniens.
& vtrũ aliquis poſsit renũtiare arbitrio boni viri, vide per Dy.
j. de reg. iur. c. ſcienti. lib. 6. Item nota, ꝙ iuramẽtum eſt, cum
dicitur promitto ſub periculo animæ meæ. j. de ſri. & male. ſra
ternitatis. in princ. no. G. & Ioan. Andr. j. de ſepul. ca. 1. lib. 6.

1 *Iuramentorum partitio.*
2 *Iuramentum iudiciale quis deferat.*
3 *Iuramentum in criminalibus non deferri.*
4 *Iuramentum quod deferat pars, eiuſque vis.*
5 *Iuramentum quod, an non, recuſabile. & 6.*

IVramentum. ¶ Si quæras, vtrum, & qñ
iuramentum poſsit deferri
ſuſcipi & recuſari, diſtingue, quia quoddam eſt iurm
1 † extraiudiciale, & voluntarium: aliud eſt iudiciale
quod in iudicio præſtatur. Aut ergo, quæris de iuramento ex-
traiudiciali, & voluntario: & illud poteſt volũtarie deferri ſu-
ſcipi, & recuſari. vt. ff. eo. ti. l. iuſiurandũ quod ex conuentione.
Aut quæris de iudiciali, & quod in iudicio, ſeu iudice authori-
2 zante aut deferente prę ſtatur. Et tunc refert: quia quoddã † eſt
iurm iudiciale neceſſarium, quod iudex pro ſuo arbitrio defert
parti. & aliud iudiciale non neceſſarium, quod pars in iudicio
defert parti. Si quæris de iudiciali neceſſario, quod eſt triplex:
quia aliqñ eſt probatorum, vt iurm quod teſtis pręſtat, vt veri-
tas probetur. ſ. de teſti. in nomine dñi. & c. tuis. & c. nuper. Ali-
quando eſt ſuſpitionis calumniæ fugatorium. vt iuramentum
calumniæ. ſ. de iura. calum. per totum. & j. de iura. cal. per totũ.
lib. 6. Aliqñ diffinitiuum, vt qñ iudex propter probationũ ino-
piam iuramentum defert. vt hic in fin. & ff. de in litem iuran.
l. vlt. Aliqñ contumaciam puniens, & veritatis declaratorium,
vt. ff. de rei ven. qui reſtituere. de in litem iur. l. pen. & ſ. quod
me. cauſa. c. vlt. Et tunc aut quæris, vtrum tale iurm poſsit de-
ferri per iudicem pro ſuo arbitrio, & dic ꝙ ſic, vt in iuribus alle.
& ff. eo. ti. l. admonendi. C. eo. ti. l. in bonæ fidei. Fallit (vt cre-
3 do) in cauſis † criminalibus criminaliter intentatis, in quibus
iudex actori ſemiplene ſuam intentionem fundanti in præiudi
cium rei accuſati non poſſet deferre iuramentum: quia in tali-
bus cauſis debent eſſe probationes luce meridiana clariores. vt
C. de pba. l. ſciant cuncti. 2. q. 8. ſciant cuncti. & dicam ſtatim
plenius in diſt. ſeq. Aut quæris, vtrum poſsit referri, dic, ꝙ non
aliquo modo. vt. ff. eo. ti. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. 1. Aut
vtrum poſsit recuſari, & dic ꝙ non, niſi ex cauſa, vt hic in j. re-
ſponſo. & C. eo. l. generaliter. §. ſin autem. & §. hoc autem. ſm
Ber. & Hoſt. hic. & ſm Hoſt. in ſumma eo. tit. §. 1. Si quæris de
4 † iudiciali nõ neceſſario, quod pars in iudicio defert parti. tunc
aut quæris vtrum poſsit deferri. & dico quòd ſic, vt hic in ver.
quamuis. ibi, defertur, &c. & C. eo. l. generaliter. §. omne igitur.
& §. ſin autem. etiam in cauſa criminali. quod dic vt not. Spec.
eo. ti. §. vnico. ver. vt aũt plenius. & hoc ſiue reus deferat actori,
quia & cõfiteri poſſet ſiue actor deferat reo. Aut nunquid poſ-
ſit referri vel recuſari. & tunc aut quæris in actionibus famo-
ſis, & in illis iurm poteſt deferri reo, ſed non poteſt per eũ re-
cuſari, vel referri vt hic in. §. nec liceat. Aut quæris in alijs, &
tunc aut quæris in actionibus procedentibus ex delicto, vel in
actione rerũ amotarum, & ſimilibus & tunc idem vt. ff. rerum
amo. l. Marcellus. §. fi. & legib. ſeq. Aut in actionibus pceden-
tibus ex cõtractu, vel quaſi. & tunc aut quęris in caſibus in qui
bus lex, vel canon refert iurm, & tunc idẽ vt. C. de fideiuſ. l. vlt.
C. de iure deli. l. fin. §. licentia. & §. ſin autem. C. de iur. do. impe.
l. vlt. C. de his qui ad eccle. cõfu. l. pręſenti. §. ſicubi. & C. de bo-
nis aut. iu. poſsi. l. fi. §. vlt. & hoc niſi eadem lege concedatur re-
ferendi poteſtas. ſm Ber. & Hoſti. hic. & in ſumma eo. tit. § 1.
Aut quæris in alijs caſibus, quã in illis, in quibus lex, vel canon
defert iuramẽtum. & tunc aut quæris, vtrum poſsit referri, vel
5 recuſari per illum, vel ab illo qui primo † eum detulit: & tunc
aut ille cui iurm eſt delatum ipſum refert deferẽti: & tunc dic
ꝙ non poteſt recuſari nec referri, imò neceſſe habet iurare. vt
ff. eo. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. ait Prætor. alias procede
retur contra eum, quaſi aduerſarius iuraſſet. vt. C. eo. ti. l. genera
liter. in prin. ver. neceſsitate. Aut ille, cui iurm eſt delatum ip-
ſum iurm recipit vltro, & acceptat: & tunc aut ille qui primo
detulit, vult reuocare delationẽ huiuſmodi, & alijs probationi
bus vti, & tunc ſi nondũ eſt præſtitum iurm, poteſt, alias non,
iuxta. l. ſi quis iuſiurandum. C. eo. titu. cum ibi no. Aut quęris
6 † vtrum poſsit referri vel recuſari per illum ſeu ab illo, cui pri-
mo eſt delatum: & tunc aut ille cui eſt delatum iurm ſuſcepit
vel iudex approbauit ipſum iuramentũ. & tunc non poteſt re-
cuſari & hoc quãdo pars ſuſcepit & iudex approbauit expreſſe
ſecus ſi tacitè. vt. C. eo. titu. l. generaliter in princ. ſm Hoſti. in
ſumma eo. tit. §. 1. & hic ſed bene poteſt referri. Sic poteſt in-
telligi. ff. eo. titu. l. manifeſtè turpitudinis. Aut ille, cui eſt dela-
tum ipſum non ſuſcepit, nec iudex approbauit: & tunc poteſt
eum recuſare, & referri & ſine cauſa, & indifferenter. vt. C. eo.
ti. l. delato. & l. generaliter. ſm Hoſti. in ſumma eo. titu. §. 1. vbi
pro magna parte ponit iſtam diſtinctionem.

1 *Iuramentum voluntarium a quo deferendum.*
2 *Iuramentum ſuppletiuum quando, & cui deferendum. 3. 4. 5. 6. 7. & 9.*
8 *Iuramentum deferenti, conſideranda.*

§ Sanè ¶ Si quæris, cui, & a quo deferendum ſit iurm,
diſtingue, aut quæris de iuramẽto extraiudicia-
li, & voluntario & illud qñcunq; deferri poteſt, & in quacunq;
cauſa ſiue ciuili ſiue criminali. vt. ff. eo. l. iuſiurandum quod ex
conuentione. & dixi. ſ. proxi. diſt. Aut quæris de iudiciali: &
1 † tũc aut de iudiciali voluntario qđ a parte parti defertur, & il-
lud põt deferri a parte parti, vt hic in ver. quãuis in quacunq;
cauſa ſiue ciuili ſiue criminali: & hoc ſiue deferatur ab actore,
reo, ſiue ecõtra a reo actori: & ſibi imputet, qui detulit. arg. C.
de fideiuſ. l. vlt. ff. de ędil. edic. l. quęritur. §. ſi venditor. & hoc te
net Arch. 2. q. 5. c. ſi quis presbyter. in glo. 2. Aut quęris de iuro
2 † iudiciali neceſſario, quod a iudice defertur parti ſeu alteri par
tium, & tunc refert aut actor probat plenę intentionem ſuam,
reo nihil pbante: aut actor probat intẽtionem ſuam plene, &
reus ſemiplene exceptionẽ ſuam: aut actor nihil probat aut iu-
ra hincinde ſunt obſcura: quia hincinde probata eſt æqualiter
actoris intentio & rei exceptio, aut actor ſemiplene pbauit &
reus nihil oppoſuit, vel ſi oppoſuit nihil pbauit, aut actor ſemi
plene probat intentionem ſuam, & reus ſitr ſemiplene probat
defenſionem ſuã. In primo caſu. ſ. qñ actor plene probauit reo
nihil probante, tunc debet ſequi condemnatio, vt. C. de acti. &
obl. l. negãtes. C. de cond. ob tur. cau. l. 1. C. de fid. inſtr. l. 1. C. de
pac. inter emp. & ven. l. cum te fundũ. ff. de rei vend. l. officiũ. ſ.
de proba. in pręſentia. de elec. quęrelã. prope fi. j. de re iud. cum
Bertol. §. vlt. Nec hoc caſu eſt deferendum iurm, nec reo, nec
etiam actori cũ plene probauerit. vt eſt caſus. ſ. de proba. c. 2. In
ſecundo caſu. ſ. qñ actor plene probat intentionem ſuam. ſ. per
duos teſtes, vel alias, & reus ſemiplene exceptionẽ: tunc idem,
ſcilicet, ꝙ non eſt deferendum iurm reo, ſed ipſe reus eſt acto-
ri condemnandus. ff. de rei ven. l. officium. de proba. cum de in
debito. §. 1. ſm Odofr. & Abb. hic & Gul. in Spe. hoc ti. §. vni-
co. ad fi. ver. quid ſi actor fundat. In tertio caſu. ſ. qñ actor nihil
probat, tunc reus, etiam ſi nihil præſtiterit, abſoluendus eſt. C.
de eden. l. qui accuſare. C. de rei ven. l. vlti. & hic & ſ. de cauſa.
po. & pro. cum eccleſia. j. vt eccl. bene. vt noſtrum. ſm Ber. &
Hoſti. in ſumma eo. tit. §. qñ ſit. in prin. & Spec. eo. tit. §. vnico.
ver. ſi autem actor, &c. Hoc fallit in quibuſdã caſibus, in qui-
bus defertur a lege alicui ſacramentum ad purgandũ innocen-
tiam ſuam. vt. C. de his qui ad eccle. conſu. l. præſenti. §. ſicubi.
C. de fide inſtr. l. vlt. de iure delib. l. vlti. §. licentia. in aut. de in-
ſtru. cau. & fide. §. ſi vero moriantur. & §. ſi vero nihil aliud. &
in aut. de hære. & falci. §. ſi vero abſunt. colla. 1. & ſm canones
propter infamiam inducitur reo purgatio. & in alijs quos not.
Ber. & Hoſt. poſt eum. j. vt eccle. bene. c. vnico in gl. hoc gñale.
Item fallit in caſu, qñ iudex accuſatur pro diffinienda cauſa pe-
cuniã accepiſſe: quo caſu & ſi nihil probetur cõtra eum, tamen

iorare debet ſe nihil accepiſſe. vt in aut. vt litigan. iurent §. &
hoc quoq;. colla.9. ſm Innoc.& Hoſti.hic & Archid.6.q.vlt.
actor. Fallit etiam in alijs caſibus, quos ibi ponit Io. In quarto
3 † caſu, ſcilicet, qñ iura hincinde ſunt obſcura: quia hincinde pro
bata eſt æqualiter actoris intẽtio, & rei exceptio: tunc pro reo
ſnia fertur, non pro actore.ar.ff.de acti.& obli.l. Arrianus.ff.de
iureiur.l.fauorabiliores. inſtitu. de interdic.§. cõmodum.ſ.de
proba.c.ex literis.j.de regu.iur.c.cum ſunt obſcura. lib.6.quod
verum, niſi actor cauſam fauorabilẽ foueat vtputa libertatem,
teſtamẽtum matrimoniũ, dotem.vt le.& no.j.de re iudi.c.vlt.
4 In quinto † caſu, ſcilicet qñ actor ſemiplene probauit intentio-
nem ſuam, puta per ſcripturã domeſticã, vel per collationem
literarum, vel per vnũ teſtem, vel per fugam rei, qui finito of-
ficio, vbi geſſit officiũ, debuit reſpondere per ſe, vel per procu
ratorem. vt in auth.de colla.§. ſuper hoc.&.§. ſi quis aũt.coll.9.
tunc iudex cũ cauſę cognitione, habito reſpectu ad quãtitatem
cauſæ, & qualitatem perſonæ, defert iurm actori, vel reo vt hic
cum diſtinctione tñ: quia aut quæris de cauſis criminalibus: aut
5 de ciuilibus. Si de criminalibus, † tunc aut quæris vtrũ iudex
cum cauſæ cognitione, de qua infra ſequitur, poſsit in defectũ
plenę probationis deferre iurm reo, & credo ꝙ ſic ar.C.eo.ti.l.
in bonę fidei. ibi, oe enon etiam in alijs cæteris cauſis, &c. quod
verbum cauſis propriè loquendo debet referri ad cauſas crimi
nales, vt no.C.de tranſ.l.cauſas vel lites. pro hoc etiã facit.C.de
aboli.l. fallaciter.&.ff.eo.ti.de iureiur.l. eum qui.§.in pupillari-
bus.& hoc tenet Archi.in c.alle. ſi quis presbyt in glo.2.2.q.5.
Aut quæris, vtrum poſsit deferre iurm actori in defectum &
ſupplementum plenę probationis, & dico ꝙ non: quia in tali-
bus cauſis debent eſſe probationes luce meridiana clariores. vt
C.de proba.l.ſciant cuncti.2.q.vlt.ſciant. Vnde (quod eſt plus)
vnus bonus teſtis vna cum fama in talibus nõ probaret. vt no.
Ber.& Hoſti.ſ.de teſti.c. veniens j. vbi idẽ notant de iuramen
6 to quod de fama.& Arch.in d.c.ſciant.ergo † multo minus pro
bat vnus teſtis quãtuncunque bonus cum iuro acturis. & me-
rito: quia probatio famę eſt fortior, quã probatio vnius teſtis:
vnus teſtis non impedit ſponſalia iurata ſeu matrimoniũ futu-
rum iuratum.vt.j.de ſpon.præterea.2.& tñ fama impedit.vt.j.
conſan.& affi.ſuper eo.vbi de hoc per Ber.in gl.fin. & imputet
ſibi actor ſi plene non probat, quia tali periculo ſe ſubmiſit. Et
hæc intelligo vera etiã in cauſis criminalib. ciuiliter intentatis.
arg.C.de eden.l.qui accuſare.ff. quod met. cauſa.l.non eſt.&.ff.
de mi.l.3.& hoc expreſsè not. Ber.& Hoſt.ſ.de teſt. c.tam lite-
ris.ſuper verbo.eſſe probata.& Gul.in Spec. tit. de off. om.iud.
§.fin.circa finẽ. Aut quęris de cauſis ciuilibus, & tunc aut actor
nouit veritatem cauſæ, & eſt honeſtus homo, & res petita eſt
modica, & tunc ſibi defertur iurm.in auth. de inſtru. cau. & fi-
de.§. ſi vero moriantur.coll.6.& de coll.§.ſuper hoc.&.§.ſi quis
autem.coll.9.ff.eo.l. iuſiurandũ & ad pecunias.§. ſi de qualita-
te.&.§. pen. nam & vnum teſtem dico inducere præſumptio-
nem, & ſemiplenam ꝓbationem.arg.ff.de do.præleg.l. Theo-
pompus.&.ff.quemadmo.teſta.aperiantur.l 1.§. ſi vnus. & eſt
expreſſum.ſ.de procu.ex inſinuatione.& de ſucceſ. ab inteſta-
to.cum dilectus.nam & duo faciunt plenã probationem. vt.ſ.
de teſti.c.in omni.ti.de teſti. vbi numerus. reſtat ergo qđ vnus
7 faciat ſemiplenam probationem. † Aut actor nõ nouit veritatẽ
cauſę vel ſumma magna eſt, & perſona eſt ſuſpecta, vel reus eſt
ita honeſtus, vt actor, & ſumma modica eſt: & tunc defertur
iuſiurandũ, vt abſoluatur. In contractibus bonæ fidei & ſtricti
iuris in delictis & quaſi delictis ꝓpter regulam generalem quæ
traditur.ff.eo.tit.l.admonendi.& C.eo.ti.l.in bonæ fidei. Licet
quidam fuerint, qui dixerunt, quod ſemper reo deferendũ ſit
iurm per l.alleg. admonendi. ibi, cum a iudice aliquis, &c. ſm
Hoſti.in ſumma eo. ti.§.quãdo.vnde pro parte ſumitur iſta di-
ſtinctio vſq; hic.& ex glo. Accur. in l.alleg. in bonæ fidei.& ex
8 Spec.hoc ti.§.vnico.ver.vt aũt plenius. Vnde in iſta † cauſę co-
gnitione quatuor ſunt attendenda. Primo cõditio perſonæ. ſe-
cundo natura cauſarum. tertio quantitas rerũ. quarto qualitas
factorum. Primo dico, ꝙ debet attendi cõditio perſonę, vt vi-
deatur quis melior, quis dignior, quis præſtantior, vt illi defera-
tur: vt hic.& arg.ff.de leg.tu.legitimos. Legalitas aũt iſta con-
ſideratur ex origine perſonę, & ex rerũ accidẽtia, & ex origine
perſonę, qui eſt ex bonis & legalibus parẽtibus bonus & legalis
præſumitur: vt.ff.de edil.edic.l.ꝙ ſi nolit.§. qui mancipia. Item
ex rerum accidentia: vt ex diuitijs, & paupertate: nam paupe-
res libenter deierant. vt.ff.de teſti.l.3.§.1. & in aut. de teſti.§.ſi
vero ignoti. quod eſt verum ſm Iac.de Ra.& Pe. de Bellaper.
alibi de diuitijs legitime quęſitis. Si aũt quęſitę fuerent per vſu-
rariam prauitatem vel rapinas & huiuſmodi præſumẽdum eſt
quòd ſicut vſuras exercendo damnauit animã ſuam, ita & iu-
rando damnaret.arg.ff.de accu.l.ſi cui.§.ijſdem. Secũdo debet
attendi natura cauſarũ vtrum ſint criminales de quibus ſtatim
dixi vel exigentes probationem perſpicuã: nam in talibus non
eſt deferendum iurm a iudice, ſed debent eſſe probationes luce
clariores meridiana.C.de ꝓba.l.ſciant cuncti.canonizata.2.q.8.
ſciant. Tertio debet attẽdi quãtitas rerum, vt ſi magna eſt res,
tunc eſt opus maioribus indicijs.arg.ſ.de elec. cũ in cunctis.in
prin.C.de ſal.l. vbi. Magnitudo aũt, aut paruitas rerum colligi-
tur ex conditione perſonarũ inter quas qñq;. alias eſt parua res
magna, qñq; eſt parua ſm ſtatum nobilitatis, & diuitiarum: vt
.ff.de iudi.l.ſed & ſi ſuſceperit.§.1. Item ex diuerſitate locorũ.
nam in quibuſdã locis aqua, quæ vilis, eſt Pariſijs cara & ſum-
ptuoſa reperitur.ff.de ali. & cibarijs lega.l.1. & l.Mela. Quarto
debet attẽdi qualitas factorũ, vt magis ſcienti, factũ iudex deſe
rat iurm, ꝗ ignoranti.ff.pro ſuo l.vlt. & ad Vellei.l. quanquam.
9 ¶ Sequitur † de ſexto caſu.ſ.qñ actor ſemiplenè probat inten-
tionem ſuam: & reus ſimiliter ſemiplenè probat defenſionem
ſuam.& tunc dicunt Odof.& Abb.hic, ꝙ reo erit deferendum
iurm, cum ſit fauorabilior per l.alle.Arrianus. & l.fauorabilio-
res.&.ſ.de proba.ex literis.vnde delatio iuramenti, tunc habet
locũ, cum alter.ſ.actor tm̃ ſemiplene: & alter.ſ.reus nullo mo-
do vel vterq; ſemiplenè probat ſm eos. Idem in hoc Spec. tit.
eo.§.vnico ad fi.in verſi.quid ſi actor habet vnam. Et qđ dictũ
eſt ꝙ pars poteſt deferre iurm parti, intellige de parte ſaltẽ de-
ferente ad quã negotium ꝓprio noĩe ſpectat: ſecus ſi ſit ꝓcu-
rator, qui iurm deferre nõ poteſt, niſi in tribus caſibus, puta, ſi
habet ad hoc ſpeciale mandatum, ſi in rem ſuã datus ſit, ſi gñá-
lem & liberam habeat adminiſtrationem, & eps habet hanc.ſ.
de elec.cum nobis olim. in fi.21.diſt.relatio. ſm Hoſt. in ſum.
eo.ti.§.ſi quis poteſt. ver.in rebus.& Spec.hoc ti.§.vnico.in fin.

¶ De exceptionibus. Rubrica.

1 *Excipiens quouſque audiendus & 2.*
3 *Teſtes conuicti innocentes ſe probent.*
4 *Teſtes crimen confeſſi innocentiam probent.*
5 *Teſtibus emendatis an credendum.6.& 7.*

DEnique. ¶ Ad declarationem glo.quę inci-
pit.quidam dicunt.in fin.ſi quærat
vſq; ad quod tempus poſsit ille contra quẽ in te-
ſtes producuntur cõtra ipſos teſtes excipere. re-
fert: aut quæris de cauſa principali: aut de cauſa
appellationis. Si de cauſa principali, & tunc refert: aut terminus
1 † fuit peremptorie aſsignatus per iudicem ad excipiendũ con
tra eos, & tunc vſq; ad illum terminum incluſiue, & non poſt,
excipiens audietur: vt.ſ.de proba.c.licet, in prin.& arg.j.eo.pa-
ſtoralis.&.j.de præb. ſi ſibi abſenti. in fin. lib.6. & hoc niſi per
beneficium reſtitutionis in integrum, puta ſi eſſet eccleſia. vt
.ſ.de in integr.reſtit.c.auditis. vel minor: vt.ff. de mino.l.mi-
xxv.annis.omiſſam.& arg.ſ.de in integr.reſtit. c.conſtitutus.
2 Aut terminus † non fuit aſsignatus per iudicem ad excipien-
dum: & tunc poteſt excipere antequam renuntietur, & con-
cludatur in cauſa, poſtea vero non.ſ. de teſti.j. de teſtibus.in fi.
& de fide inſtr. cum dilectus. Si quæris de cauſa appellationis,
tunc poteſt opponere contra teſtes nedum in cauſa appellatio-
nis, ſed etiam in cauſa principali productos: vt not. hic Ber.ar.
C.de fide inſtru.l. fin. de tempore appellationis. per hanc.ſ.de
teſti.fraternitatis. & iſtam diſtin ponit in effectu hic Hoſti.
¶ Ad declarationem glo.quæ incipit. ſi fuerint conuicti, &c. Si
quæras, vtrum, & qualiter teſtes nunc vel alias conuicti de, &
ſuper criminibus ſibi obiectis in modum exceptionis, vt a te-
ſtimonio repellantur poſsint, & debeant ſuã innocentiã oſten-
dere, & probare. diſtingue, aut quæris vtrum & qualiter poſ-
ſint oſtendere & probare ſuam innocentiam oſtendendo, &
probando ſe nõ commiſiſſe crimina eis impoſita, & de quibus
nunc vel alias ſunt conuicti. Aut vtrũ, & qualiter poſsint oſten
dere & probare ſuam innocentiam oſtendendo, & probando ſe
de criminibus ſibi impoſitis, & de quibus ſunt conuicti, fuiſſe
3 debite emendatos. In primo caſu † refert: aut huiuſmodi te-
ſtes fuerunt vel ſunt conuicti de criminibus, alias quàm per
ſuam confeſsionem: aut fuerunt vel ſunt conuicti per ſuã con-
¶ Si quæras, vtrum reus omittens ab initio proponere exceptionem excommunicationis, & poſtea eam proponẽs in expẽſis actori cõdemnari debeat, & in quibus, diſtingue. aut reus 1 omiſit† fraudulenter eam opponere, vt actor laboribus, & ſũptibus fatigetur, & tunc condemnabitur reus expenſis, vt hic. Quod intellige de illis expenſis quas probata excommunicatione facit actor, dum ipſe ſiue reus induxerunt probationes ſuper alijs exceptionibus, vel ſuper principali, vel quocunque alio modo vſque ad tempus, quo propoſita fuit excommunicationis exceptio. Ille. n. fruſtratoriæ factæ ſunt ex malitia rei differentis hanc exceptionem proponere, ſeu opponere, ſed non condemnabitur reus ad expenſas, quas fecit actor, durante probatione exceptionis dummodo ipſe reus illam probet quia in hoc non vexauit actorem, quod apparet ex ſñia pro ipſo lata. arg. C. de iud. rem non nouam. Si non probauit, dic, vt 2 j. ver. ſi non probauit. Aut omiſit eam †opponere non fraudulenter, ſed forte: quia non habebat tunc probationes incontinenti paratas, & nunc habet, & tunc aut reus ipſam exceptionem excommunicationis probauit, aut non. Si ſic, non cõdõnabitur ad expenſas ſed nec etiam ad illas, quas fecit actor durante probatione excõmunicationis: quia in hoc nõ vexauit actorem. Si non probauit, tunc condemnabitur in illis expenſis tñ quæ occaſione excõmunicationis propoſitæ factæ ſunt non in his q̃ præceſſerunt, quia in vtilitatis actorẽ factæ ſunt, & cætera omnia valent, acſi excommunicatio propoſita non fuiſſet. ſm Inno. hic. Idem Hoſt. & Io. An. arg. ff. de eden. l. argentarius. §. pen. Quod verum, vbi erat occulte excõicatus, vel publice, in locis tñ remotis, in loco tñ, vbi agitur, ignorabatur, & actor etiam ignorabat, alias ſi publice in loco iudicij, eſſet excommunicatus fieret condemnatio in omnibus expẽſis cum acta per eum non valeant, & hoc niſi actor ipſe ſciret ſe excommunicatum, quia tunc culpa cum culpa, dolus eũ dolo compenſantur. ff. de dolo. l. ſi duo. & de compen. l. ſi. ambo. j. de adul. c. penult. & vlti. ſm Hoſt. Pet. & Abb. & Ioan. And. hic. Et quod dicit hic Hoſti. ꝙ proceſſus factus cum publice excommunicato non valet, vt j. eo. tit. pia. lib. 6. Idem tenet, ꝙ habet locum ſm iſtam decre. & ſm vetera iura. Hodie vero valet proceſſus quandiu non excipitur contra ipſum, quod dic, vt plene no. Hoſt. j. c. pia. §. pen. ſuper verbo. obtinebit. li. 3 6. & Io. An. in §. ſi. ſuper verbo, ſic publice. lib. 6. Et iſta †decre. loquitur de iure antiquo, quo dic, reiecta iſta diſtinctione Inno. & Hoſt. vt plene per Io. An. j. de reſcr. c. j. ſuper verbo proceſſus. verſic. circa hanc igitur materiam. lib. 6. Et de hoc plenius dixi ſ. de offi. deleg. prudentiam. §. ſexta. vnde per illud c. j. & rationem glo. Ber. hic ſuper verbo condemnandus. in fi. ſatis puto ſecundum Ioan. And. hic, ꝙ ſi doloſe differt reus, 4 †opponere exceptionem excõicationis contra reſcriptum, impetratum ab excommunicato, quòd locus erat condemnationi expenſarum, cum expenſæ litis interim ſint perditæ, per illud cap. Et nota quod licet iudex ex officio poſsit publice excommunicatum repellere ab agendo, ſi tamen eum nõ repellat ex officio, non propter hoc reus poterit appellari, ſecundum Petr. & Ioann. Andr. hic, quod dic, vt notat Speculato. titulo de officio iudic. §. intendit. circa prin.

Duerſario.

De materia huius c. & gloſſ. fin. Ber. hic vide per Spe. rubr. de interrogationibus. §. ſecundo, verſiculo. verum. vſque ad finem.

1 *C. exceptionem. & c. cum inter differentia.*

Enerabilem.

Si quæris, vtrum, & quando excommunicatus in iudicio ſtare poſsit, diſtingue, vt dixi ſ. de iudi. c. intelleximus. Et nota ſm Abb. & Io. An. differentiam inter 1 decre. huius tit. quæ †videtur idem dicere cum decre. cum inter quæ loquitur de excommunicato, qui agit, vel defendit nomine ſuo tantum. & de iure perſonæ ſuæ. Decretalis autem dilecti loquitur de excommunicato defendente ſuam eccleſiã. Decre. dilectæ loquitur de excommunicato lite pendente, & appellationem. Decretalis ſignificauerunt loquitur in actore, originali. Iſta autem decretalis, loquitur in excõmunicato pro alia cauſa, & ab alijs iudicibus.

¶ De præſcriptionibus. Rubrica

1 *Præſcribi vacante ſede, non poſſe.*
2 *Epiſcopum inutilem non præſcribere.*
3 *Epiſcopus conuertens quanto tempore præſcribat. & 5.*
4 *Negligens monitus non repetit.*
6 *C. placuit explicari.*
7 *Præſcribens non peccat.*

Lacuit.

Si quæris vtrum, & infra quod tempus eps contra alium epm, locum per ipſum ad fidem conuerſum præſcribere poſsit, diſtingue. aut epiſcopatus ſeu eccle- 1 ſia †cathedralis populi conuertendi caret, & vacat epiſcopo. & tunc dic quod, durante vacatione, non incurrit præſcriptio contra ipſam eccleſiam. vt hic in ver. ſi autem, 2 & j. eo. de quarta. & cauditis Aut non †vacat epiſcopo & tũc aut epiſcopus eſt inutilis, & talis, qui pro eccleſia agere nõ poteſt, vt quia hæreticus, vel ſciſmaticus, & tunc idem, vt hic in fi. quia tunc eccleſia quaſi vacare intelligitur. arg. j. de transla. epi. inter corporalia. §. ſed neq; Talis. n. cum ſit excommunicatus maior excommunicatione, agere non poteſt. j. de hæreti. excõmunicamus. ergo prælato excõicato non currit præſcriptio. Idem, ſi ſit alias excommunicatus maiori excommunicatione. ſ. de iudi. intelleximus. de excep. cum inter priorem, ſm Vin. Hoſt. & Io. An. hic. Aut epiſcopus eſt vtilis, & talis, q pro eccleſia agere poteſt. & tunc aut iſte eps eccleſiæ populi, conuertendi non eſt præmonitus per epiſcopos conuicinos, vt huiuſmodi populum ſuum, ſeu plebem ſuam conuertat ad fidem catholicam, aut eſt præmonitus. In primo caſu poſſet, forte, dici ꝙ eps hmõi plebem ad fidem conuertens non præſcribet minori tempore, q̃ 40. ann. ſicut in alijs præſcriptionibus, quas vna eccleſia facit contra aliam, j. eo. de quarta. & per 3 totum. Vel melius põt dici, ꝙ iſte eps conuertens eam poterit †eam acquirere per triennium, & poſtquam eam tenuerit p triennium a tẽpore conuerſionis computandum ipſo epiſcopo proprio vidẽte, & negligente vlterius non poterit eps proprius eam repetere, vt hic. & ita intelligit Inn. hic in prin. vbi ſoluit ad illud. c. placuit, vt quicunque. 16. q. 3. dicens, ꝙ hic nõ fuit præmonitus, ibi ſic, & idem tenet Hoſt. poſt eum. In ſecundo caſu. ſ. qñ eſt præmonitus tunc ſi fuerit negligens p ſex 4 menſes a tempore †monitionis factæ computandos, eps q potuerit eam conuertere, & conuertit, habebit eam poſt triennium poſt illos ſex menſes continue computandos, ita quod proprius eps negligens vlterius, ipſam repetere nequibit. & ſic concordantur illud. c. placuit, vt quicunq;. 16. q. 3. vbi ponitur. tempus ſex menſium, poſt, quòd licet alijs epiſcopis huiuſmodi populum in hæreſim lapſum acquirere & lucrari. & iſtud, c. vbi ponitur tempus triennij poſt quòd epiſcopus lapſi populi non poteſt ipſum repetere. ſm Ber Inno. & Hoſt. & Ioã. And. hic. Vnde dicunt Inno. Ho. & Io. And. quòd ibi ponitur tempus poſt quòd licet populum lapſum acquirere, & lucrari, hic vero ponitur tempus poſt quod eps populi lapſi non põe illum repetere. Et ſi dicas, quòd ex hoc ſequitur inconueniẽs, & abſurdum, quia ſm hoc in primo caſu. ſ. vbi non eſt præmonitus, & ſic eſt in minori negligentia, ſeu culpa minori tempore præſcribitur contra eum, qui a triennio, q̃ in caſu vbi eſt p̃monitus. & ſic eſt in maiori negligentia, ſeu culpa, & vbi re- 5 quiruntur ſex menſes, & poſtea triennium. Sed †poteſt dici, quòd in pri-

in primo caſu ad hoc, ꝙ epiſcopus talem populũ conuertens,
præſcribat, oportet, ꝙ realiter poſt conuerſionem eũ tenuerit
per triẽnium cõtinuum, vt hic in prin. vbi dicit, tenuerit, &c.
In ſecundo vero caſu hoc non eſt neceſſe vnde ſi poſt moni-
monitionẽ fluxerint ſex menſes, & duo anni abſq; eo, ꝙ iſte
populus per aliquẽ epm̃ conuertatur, & acquiratur. & in prin-
cipio tertij anni per aliquẽ epm̃ conuertatur, qui poſtea eũ te-
nuerit per annũ præſcriptum eſt, per huiuſmodi trienniũ epo
negligenti, licet præſcribens nõ tenuerit per annum, vt ſi ma-
gis conſideretur negligentia proprij epiſcopi negligentis, quã
præſcriptio præſcribentis qui fuit diligens & quantocitius po-
6 tuit ipſum populum ad fidẽ conuertit. Et hunc † intellectum
innuit expreſſe Ber. ibi quando dixit, computato triennio iſto
poſt illos ſex menſes &c. & Io. in c. alleg. placuit. in glo. exple-
to. alias prædictæ abſurditati non bene reſpõderi poſſet. & hoc
ꝙ dr̃ hic habet locũ de iure cõi. Nam per beneficium reſtitu-
tionis in integrum forſan infra quadrienniũ eccleſia, contra q̃
præſcriptum eſt, audiretur, vt ṡ. de reſti. in integ. c. j. ſm̃ Hoſ.
hic. melius facit pro eo, extra de reſti. in integ. c. vnico. in cle.
7 Item no. ꝙ iſte epũs præſcribens † non peccat, licet ſciat rem,
alienam eſſe. quia hoc facit authoritate iuris, ideo non peccat,
23. q. 4. qui peccat. nec videtur malam fidem habere, qui prius
dominum requiſiuit. j. eo. tit. vigilanti.

1 *Niſi vocis, acceptio multiplex. 3, & 4.*
2 *§. ſi. l. Titia ſenſus.*
5 *Solutione an præſcribatur.*
6 *Remiſſione, an præſcribi poſſit.*
7 *Quarta qui & an præſcriptibilis.*
8 *Præſcriptioni 40. ann. titulus neceſſarius.*
9 *L. ex cautione enucleari.*
10 *Præſcriptionem cur probet negatio.*
11 *C. tertio loco ſenſus.*

DE quarta. Si quæras vtrum hæc dictio, ni
ſi, ponat, vel affirmet, quæ exci
piat, vel neget. diſtingue, omiſsis alijs opinionibus
1 quæ circa hæc poſſent recitari, aut iſta † dictio, niſi:
accedit orationi affirmatiuę, ſiue ſequitur oratio-
nem affirmatiuam, & tunc excipit. ſiue negat, vt omnis homo
diſputat, niſi Socrates. vt ff. de reg. iur. l. quo tutela. C. de tran-
ſac. l. actione. in fi. Aut accedit orationi negatiuę, ſeu ſequitur,
orationem negatiuam, & tunc ponit ſiue affirmat, vt nullus
diſputat niſi Socrates, vt ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ,
de ferijs, l. ſi feriatis. de ventre in poſ. mit. l. extraneo. de cuſto.
reorum. l. j. §. vlti. de annuis leg. l. Titia. & de ali. leg. l. Stichus.
§. Titia. & in l. alleg. actione. C. de tranſac. Iſta duo membra po
nit Archi. 15. q. 3. c. non eſt permiſſum. & ſ. de conſti. cap. licet
Romanus pontifex. ſuper verbo. nouiter edita, li. 6. Et de hoc
vide in Spe. tit. 2. §. videndum reſtat. ver. nunc aliqui. & titu. de
ſpon. in prin. nec obſtat. ff. de manu. teſta. l. Titia. §. vlti. † vbi ꝑ-
2 cedit omnino negatiua, & tñ non ponit. ibi. n. dicitur, quòd ſi
teſtator in teſtamento ſuo dicat, honeſiphore niſi diligenter,
rationes excuſſeris liber ne eſto, licet honeſiphorus rationem
reddiderit non tñ propter hoc erit liber. Nam illa lex non di-
ſcordat, ſed potius concordat, ibi. n. teſtator negabat non liber
tatem actu, ſed poſsibilitatem, ſeu potentiam. ſ. eum non poſ-
ſe, liberum fieri, niſi rationẽ reddiderit, quod ipſe teſtator adij
cere potuit loco pœnæ. vt C. ſi manci. ita fuerit alie. per totũ:
Vnde dictio, niſi ponit, quòd poſsit fieri liber in futurum, nõ
3 tñ ponit, quòd ſit liber, niſi manumittatur, & ſic ponit illud,
quod oratio negatiua negabat. Et per hoc poteſt reſpõderi ad
quæſtionem gloſæ poſitam in §. alle. qui iniuriarum. cum quis
promittit ſe non venditurum alij, niſi mihi, quia in iſta oratio
ne negat debere fieri venditionem, & dictio, niſi † ponit quòd
4 fieri mihi debeat, in futurum, ſi contingat eam vendi, non aũt
quòd mihi ſit facta venditio per hoc. Vnde ſi vendat alij ven-
ditio valet & tenetur mihi ad intereſſe. vt ff. de ac. emp. & vẽ-
di. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ſecundum Lamber. & Pe. in d. §. qui iniu
riarum. & Pe. & Cy. in l. alleg. actione. C. de tranſactio. qui in
iſta diſtinct. concordant. & de hoc not. Dyn. infra de regul.
iur. cap. peccatum. lib. 6.
¶ Ad declarationem glo. fi. ibi. ſed ab aliquo prædeceſſorum,
5 fuit inchoata, &c. potes dicere, quòd iſta † ſolutio eſt ſufficiens
quo ad malam fidem excludendam, ſed quo ad validandã præ
ſcriptionem non ſufficit, niſi allegetur tanti temporis præſcri
ptio, cuius contrariũ memoria hoĩum non exiſtit, quia ius cõ-
mune fundat intentionem epi. vt patet. j. de præſcr. c. j. libr. 6.

Item ad finem huius glo. vbi dicit, quòd iſte præſcribens po-
tuit habere titulum ex conceſsione epi. & c. diſtingue, vtrum
ſolus epũs ſine conſenſu capituli remiſit illam chartam, & tunc
talis remiſsio dat titulum præſcribendi, vt dicit gloſſ. hic. pro
6 hoc, j. de do. c. apoſtolicæ. de iure patro. c. cura. † Aut epũs remi
ſit eam de conſenſu capituli, & tunc talis remiſsio, ſeu dona-
tio reuocari non poſſet, nec præſcriptio neceſſaria eſſet. 12. q.
3. c. fi. ſm̃ Hoſt. hic. & Gof. j. eo. ſi diligenti. Idem Arch. 16. q.
j. c. ſi quis laicus. ſuper verbo. legitime aſsignatam. vbi de hoc.
& vide. 16. q. 3. c. ſi ſacerdos. circa medium.
¶ Si quæris, quando epõ dioceſano petenti quartam decima-
rum eccleſia opponit præſcriptionem, quis probare debeat,
vide quæſtionem diſputatam per Io. And. poſt Io. de Monte
murlo. j. de regu. iur. c. ſine poſſeſsione. in nouella. li. 6. quæ ta-
lis eſt, Epiſcopo dioceſano petenti quartam decimarum oppo
nit eccleſia præſcriptionem, quæritur quis habeat ꝓbare poſt
multa argumenta hincinde per eos & poſt ſolutionem Io. de
Montemur. quam omitto cauſa breuitatis. Io. And. ſoluendo
dicit ſic, aut allegat eccleſia conſuetudinem generalem in loco
aut ſuam ſpecialem præſcriptionem. Primo caſu probet eccle-
7 ſia, quòd aliæ eccleſiæ eiuſdem loci non † ſoluunt hanc quartã,
quo probato per clericos, & rectores eccleſiarum loci, qui de
ſuo negatiuo facto ad ipſius commodum deponere poterunt
tuta erit eccleſia, niſi contrariam conſuetudinem huius eccle
ſiæ probet epiſcopus per decre. vlti. ṡ. de offic. Arch. & ea, quæ
ibi ſcripſi. & ſic intelligo. ff. de publi. l. ſi publicanus. in fi. & l. li-
citatio. §. earum. Secundo caſu, aut eccleſia allegat præſcriptio
nem nomine alieno, puta, alterius epiſcopi, cui ſoluit quartam
quo caſu vbi probet Papa affirmatiuam, & ad hoc. j. eo. c. cũ ex
officij. & ſic loquitur decre. cum perſona. j. de priuile. li. 6. ſ. nõ
ſum tibi ſubiectus, quia ſum alteri immediatus. Aut proprio
nomine, & tunc aut allegat præſcriptionem. 40. anno. aut tan-
8 ti temporis cuius initij non eſt memoria. Si † 40. annorum tñ
probet titulum, qui præceſſerit inchoatam præſcriptionẽ, quo
probato transfertur onus in epiſcopum, ex hac præſumptio-
ne & vi negatiuę, & fortius ſi cum titulo probaret denegatio-
nem. Secundo caſu probet, & ſi non titulum ad quem nõ ad-
ſtringitur ſaltem communem opinionem & famam, iuxta ea,
quæ no. j. de præſcr. c. j. lib. 6. glo. vlti. & in Spec. de proba. §. 1.
ad fin. quo probato transfertur in epiſcopum onus probandi
vt ṡ. de præſump. quia veriſimile. j. de hære. c. filij. lib. 6. & tunc
vtilis eſſet epiſcopo apotheca ſolutionis, vt in l. plures apochis
C. de fide inſtru. & ṡ. de teſti. ſignificauit, vel loquitur decre. de
actis iudicialibus, in quibus negatiua transfertur, vt in decret.
9 qm̃ contra. Et ſic intelligo. legem ſi † ex cautione. & l. aſſeuera
tione. C. de non nu. pecu. vt. ſ. non ex vi negatiuę tñ, ſed etiam
ex præſumptione contra debitores agentes qui conſueuerunt
ſic ſe obligare ſub ſpe futuræ numerationis transferatur pro-
batio in creditores, ne cũ multũ ĩ hoc grauatur epiſcopus, cui
ſatis erit probare ſemel infra 40. annos. in primo caſu, aut a tẽ
pore, cuius initij non eſt, memoria, in ſecundo caſu quartã fuiſ
ſe ſolutam. Si vero neutrum iſtorum in alteram dictarum præ
ſcriptionum probet eccleſia, etiam ſi probaret quartam petitã
& denegatam. ex quo titulum in prima, vel communem opi-
nionem in ſecunda non probat, ſuccumbet, etiam dioceſano,
nihil probante. Si tamen eſſet talis præſcriptio, quæ non requi
reret titulum, poſſet eccleſia probare, quòd non ſoluit per po
ſitionem negatiuam, ſi confiteretur ipſam epiſcopus. j. de con
ſeſſi c. j. lib. 6. per quam decre. Satis poteſt attentari, ſola negati
ua non transfertur onus probandi. & ſi probari non poteſt per
negantem, alias non video, quare fuiſſet neceſſaria vel vtilis ꝓ
10 uiſio illius iuris noui, ex quo † aduerſarius negans haberet ne-
ceſſe probare, non concurrente vero præſumptione, ſecus, vt
dixi. Poſſet etiam probare per libros rationum, ſi ſuper his ex
tent. & ita probantur apud nos aliqui non ſoluiſſe decimas Pa
pales. & eo caſu intelligo. l. fi. C. de fun. patri. lib. 11. Debent. n.
collectores libros habere, per quos de ſolutis rationem reddãt
& per illos poterunt probari ſoluta, & non ſoluta, & facit, qđ
dixi. ṡ. de proba. qm̃ contra. ſuper fi. vlti. glo. Per modum autẽ
decre. tertio loco. ṡ. de probatio. non puto negatiuam caſus no
11 ſtri poſſe probare. Nam illa decret. loquitur † de actu alienatio
nis, qui non poteſt expediri, niſi per tractatum, & deliberatio
nem collegij. Illi ergo, qui fuerunt etiam de neceſsitate in illo
tractatu bene poſſunt probare quid fuit ibi tractatum, & quid
affirmatum fuerit, vel negatum. Sed ſolutio quartæ epiſcopa
lis eſt actus, qui per ſolum prælatum, vel diſpenſatorẽ eccleſiæ
ſine ſcientia vel tractatu, capituli põt fieri licite, & ſic eſt lõge
diuerſus. Ita etiam reſpondetur ad decre. quanto. j. de his quæ
fi. a præla.

ſi.a præſa.decr.3.j̃.de conſue.li.6. non obſtat,na ibi negatiua,
probetur per affirmatiuos actus,quibus coarctata bene cadit,
in intellectum teſtinm,quis percipere poterunt exercitium il-
lorum actuum,capıtulo non vocato,nec conſulto per epiſco
pum expediri.Et per hæc ſic diſtincta puto ſingula contraria,
partim concordata, & partim fore ſoluta. hæc Io.An. in c.al-
gato, ſine poſſeſsione.

1 *Penſionem ſoluat alienans.*
2 *Reſtitui quem aduerſus præſcriptionem poſſe.*
3 *Poſſeſſionum que animo retineatur.*

Vigilanti. Si quęris vtrum malę fidei poſſeſſor aliquo tempore præſcribat,vide per Dy.& alios.j̃.de reg.iur.c.malæ fidei poſſeſſor.lib.6. & dicam.j̃.eo.c.fin.Iſtam decret. inducit Bart.Brixi.ad quæſtionem dñicalem ,quæ incipit.
1 Laicus †quidam, de laico qui fundum ab eccleſia accepit, tem
pore procedente bonæ fidei emptor fundum illum alienanit,
nihilominus tamen ille laicus ſoluebat ſemper penſionem ec
cleſiæ per 40. annos. Et dicit poſt Vin.& Tan.emptorem pe-
tenti eccleſiæ condemnandum:quia contra deſides, & ſui iu-
ris contemptores præſcriptio eſt introducta,vt hic,ſed eccle-
ſia iſta non talis,quæ recipiendo penſionem videretur poſsi-
deretur. Sed Spec.hoc tit. verſ.pone colonus. & titu. de loca
to.§.nunc aliqua. ver. 44. tenet contrarium dicens laicum tu-
tum, ſm Phi.ad hoc.ff.quibus mo.vſuſ.ami.l.Pôpo.C.de fun.
pa.l.ius emphyteutici.li.12. Dicit tamen,ꝙ de æquitate eccle
2 ſia vel dñs contra quem præſcriptum teſt reſtituitur ex gene
rali clauſula ſi qua.&c.ff.ex qui.cau.ma.l.j.Item facit hæc de-
cre.ad q.dñicalẽ,quæ incipit eſtoꝙ vicarius.&c.de vicario ec-
cleſiæ meæ,qui me ignorante ſoluit per 40.annos cenſum alij
prælato perſuadens ei,ꝙ eccleſia mea ſit vnita eccleſiæ ſuæ,v-
bi dicit Ber. ꝙ non præiudicat mihi ignoranti.Idem tenet O
dof.de Seno.titu.de iti.actuq; priuato,in quæſtione pone, ꝙ
capellanus meus per l.j.§.ſi tibi ſundum.ff.eo.titu.cum in hoc
requiratur ſcientia mea,vt ibi.& ff.ſi ſeruitus vend.l.etſi forte
§.ſciendum ibi,ſed & ſi patiente.&c.Nec vicarius, vel capella-
nus meus potuit me ignorante deſaiſire,& alium ſaiſire & in-
ueſtire.C.de acqui.poſ.l.fi.Sed tu potes dicere idem.quod ſu-
pra eſt dictum ſm Spec.in quæſtione præcedenti,& per eadẽ
iura.& hoc dummodo præſcribens ſit bonæ fidei, alias ſecus,
3 j̃.e.c.fi.Vnde †licet poſſeſsio corporalium retineatur animo,
vt C.de acquir.poſ.l.licet.non tamen incorporalium,niſi vta-
tur.vt ff.de ſeruitu.vr.præd.l.ſeruitutes.quæ in ſuperficie. &
no.Arch.27.q.2.in ſumma glo.fi.

1 *Poſſeſſionum genera.*
2 *Poſſeſſionum,quæ & quot præſcriptioni ſufficiant.& 3.*
4 *Poſſidens naturaliter an præſcribat.*
5 *Vectigalis ius an poſſideatur.*
6 *Poſſeſſionis proles.*

Cauſam quæ. Si quæris, quæ poſſeſsio ſit ſufficiens,& neceſſaria ad vſucapionem vel præſcriptionem inducendam, diſtingue,aut quæris de poſſeſsione ciuili , & naturali inſi-
1 mul,aut de ſola ciuili,aut de ſola naturali.†Et ad euidentiã di-
cendorum ſcire debes,ꝙ naturalis,& ciuilis inſimul eſt illa, q̃
corpore,& animo retinetur.Ciuilis tantum, quæ ſolo animo
retinetur.Naturalis tm̃,quæ retinetur ſolo corpore. De quib.
vide,& pone exempla,vt no.per Accur.ff.de acquir.poſſeſ.l.j.
& l.3.§.econtrario.C.de acq.poſſeſ.l.licet.& clarius per Dy.j̃.
de regu.iur.c.ſine poſſeſsione.lib.6.¶ Si quæris de prima.ſ.de
naturali & ciuili inſimul,dic ꝙ illa eſt ſufficiẽs,vt ſ. c proxi. &
16.q.3.per totum.Si quæritur de ſecunda.ſ.de ciuili ſola , dic
idem,ſ.ꝙ eſt ſufficiens,quod probatur,quia lege cauetur , qđ
abſens,quem conſtat habere ſolam ciuilem poſſeſsionem , &
animũ retinere,poſsidet quantum ad hoc, vt vſucapionẽ con
tinuet.ff.de fur.l.ſerui & filij.§.fin.de diuer. & temp. præſcri.
l.acceſsio ſine.& de acquir. poſſeſ.l.j.§. per ſeruum qui in fu-
ga.[inſti.per quas perſonas no.acqui.§.fructuarius.]Si quæris
2 de tertia.ſ.de ſola†naturali dic,quod illa non ſufficit ad præſcri
ptionem.Quod probatur primo per textum.ff.de acquirend.
rerum dñio.l.acquiritur.§.fin. de excep.l. Celſus.§.Iulianus &
ff. de acquir.poſſeſ.l.j §.per eum.inſti.per quas perſonas no.ac
qui.§.fructuarius.Item probatur per argumentum neceſſariũ
cui bene reſponderi non poteſt.Si.n.ille,quis tm̃ ciuiliter poſsi
det,vſucapit,quod verum eſt in iuribus a leg.& ſi præſcriptio
nem continuaret,ſequeretur,ꝙ ex naturali poſſeſsione , ſola
procederet præſcriptio.quòd ſi eodem tempore, alius eandẽ
rem naturaliter poſsideret bona fide,quòd duo quærerent in-
ſolidum eiuſdem rei,& eodem tempore dominium,quod eſt
impoſsibile de iure.vt ff commo.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehi
culum de caſtren.pecu.l.hæreditatem.§.pater. Et ex præmiſ-
3 ſis †patet,quod ad præſcriptionem eſt neceſſaria ciuilis & na-
turalis poſſeſsio inſimul,vel ciuilis ſola,naturalis autem ſola ñ
ſufficeret eo caſu,quo poneremus alium poſsidere ciuiliter,
vt ſ.eſt oſtenſum ſm Dy. in c.alleg.ſine poſſeſsione. Sed con
4 tra hoc vltimum.ſ.quòd poſſeſsio naturalis †non ſufficiat ad
præſcribendum,videtur lex expreſſa,quæ dicit,quòd vtile do
minium fundi vectigalis poteſt præſcribi.Item ius emphyte
utæ,& tamen illud non eſt virtute ciuilis poſſeſsionis,quæ eſt
penes directum dñm.Relinquitur ergo,quòd ſic ratione poſ-
ſeſsionis naturalis,quæ erat penes eum,contra quem præſcri
bitur.Videtur ergo,quòd non ſit verum dicere indiſtincte,ꝙ
naturalis poſſeſsio non ſufficiat ad vſucapionem vel præſcri-
ptionem.ff.de publiciana.l.cum ſponſus.§.in vectigalibus. &
melius ff.de dam.infec.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. Ad quod
reſpondent,quidam,quòd in caſu contrario illa naturalis hẽt,
aliquid ciuilitatis.Nec poteſt dici,quod poſſeſsio naturalis, ñ
eſt cauſa præſcriptionis directi dominij, quæ currit in præiu-
dicium directi domini ſed bene eſt cauſa dominij vtilis.Sed pri
5 mam ſolutionem credo veriorem,vnde ius †vectigalis, ſeu al
terius rei dñium vtile poteſt poſsideri naturaliter, & ciuiliter
ſimul,vel ciuiliter tm̃,vel naturaliter tm̃,alias ius vſuſructus ,
ſeu alia iura vtilia non præſcriberemur,quod non eſt dicendũ
& quod dicit Ber.hic,quòd talis poſſeſsio germinat prolẽ:ex-
ponit Abbas hic,ideſt,duplex impedimentum.ſ. quia poſside
re non poſſunt, & habent conſcientiam rei alienæ ideo germi
nat prolem,ideſt, peccatum in laicis. ſm Abb. Vel dic, quod
6 ciuilis poſſeſsio†cum bona fide, & iuſto titulo germinat pro-
lem, id eſt fructum acquirẽdi dñium cum fuerit præſcriptum
& ita intelligunt Lau.& Vin.hic.& Archid. 14. q. j.in ſumma.
ſuper verbo.glo.detinere.

1 *Cellud explicari.*
2 *Priuata quanto tempore præſcribat eccleſia.& 3.& 4.*
6 *Præſcriptionem 30.anni.in eccleſia ceſſare.& 6.*
7 *Priuilegiorum,quis priuilegiatior,in æqualibus.*
8 *Priuilegium maius minori potius,& quando.& 9.*

Illud. His habes,quòd eccleſia non poteſt præſcribere contra eccleſiam minori tẽpore quam 40.annis.Et ſic eliciunt quidã hic,† quod priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuile-
gio ſuo,vt hic. & ff.ex qui.cau.ma.l.fi. Sed certe hoc verum,
eſt dicendo quòd hæc eccleſia non eſt priuilegiata in præſcri-
bendis rebus alienis,ſed ſolum in præſcriptione rerum ſuarũ,
hoc eſt,quando res ſuæ per alium præſcribũtur . ideo hoc ca
ſu non concurrunt duo priuilegiati,imo priuilegiatus, & nõ
2 priuilegiatus. Vnde †eccleſia præſcribit res priuatorum,tali &
tanto tempore,quali, & quanto poſſet preſcribere vnus priua
tus res alterius priuati,hoc eſt,res immobiles cum titulo , &
cum bona fide per decem annos inter præſentes,& per vigin
ti inter abſentes.vt no.Accur.in auth.de eccle.tit.§. pro tem-
poralibus.colla. 9.& C.de ſacroſan.eccl.in auth.quas actiones
& ſine titulo & cum bona tamen fide per 30.annos.vt ſ.eo.c.
ſanctorum.quod in iſto caſu debet intelligi ſm Lau. Go.Vin.
Ber.& Hoſti.hic.& Tan.Hoſt.Pet.Abb.& Io.And.ibi. & Ar-
chi.16.q.3.c.placuit.glo.2.& de hoc no.in dicta auth. quas a-
ctiones.& plenius per,Io.And.j̃.de reg.iur.c.qui ad agendum
3 in nouella.lib.6.vbi quærit de iſta qõ.ſ. † an eccleſia præſcri-
bat rem laici ſpacio decem annorum ita,quod ex tali præſcri-
ptione agere, & excipere poſsit,quam ſoluendo dicit ſic. Sciẽ
dum eſt,quòd Io.13.q. 2.c. 2.& Ber.in glo.3.dicunt eccleſiam
rem laici præſcribere ſpacio 30.anno.propter quas glo. diſpu-
taui hanc quæſtionem.& Hug.13.q.2.in prin.exprimebat qđ
cum non minor quam decennalis vel vicennalis in eccleſia lo-
cum non habeat.Item ſciendum eſt quòd glo.iſta Ber.ad lite-
ram.fuit Lau. quam etiam poſuerunt Vinc.& Goſ. Sed ratio
quam inducit de l.quod fauore.C.de legi.non cõcludit iſtud,
dictum,ſed potius contrarium,& idem dico de eo quod not.
Ioan.monachi.j̃.eo.c.j.lib.6.Vtens eadem ratione ſoluendo,
teneo cum Damaſ.qui hoc notauit in ſumma de præſcri.ante
fi.& Accur.qui notauit in §.alleg.pro temporalibus. & in au-
5 then.alleg.quas actiones,quod eccleſia rem †priuati p̃ſcribit ,
vt

vt priuatus ſpacio decem, vel viginti annorum per rationem.
d.l.quod fauore.quam alle. Lau.& ſequaces. Illud etiam tenet
Holt. in ſumma de præſcrip.§.quæ exigantur.verſic.nunquid
ergo.etiam dicens ante Accur. quod titulus. quod quiſq; iuris
non ob.tat:quia proprio motu non per impetrationem, illud
tempus.40.princeps conceſsit eccleſijs.vt no.ff. ꝙ quiſq; iu-
ris.l.3.Hi vero,qui tenebant contrariam opinionem mouebã
tur,vt ſaluarent.c.ſanctorum.ꝰ.eo.& alia iura quæ de præſcri.
30.annorum loquuntur.Sed (vt ſcripſi hic & ĵ.de priui. acce-
dentibus)licet conari debeamus ad correctionem iurium cui
9 tandam.ĵ.de elec.cum expediat.lib.6. vbi tamen de correctio
ne conſtat(vt in materia iſta) falſam ſolutionem nõ debemus
5 exquirere. Vltra hoc conſtat,ꝙ præſcriptio legalis.†30.anno-
rum nullo modo procedit in eccleſia,vel in eccleſiaſtico foro:
illa.n.currit cum mala fide,quam canones abhorrent.ꝰ.eo.vigi
lanti. ĵ.eo.c.vlti.& de reg.iur.poſſeſſor.lib.6. Ex prædictis au
tem ſequitur,quod in propoſita quæſtione eccleſia hēt actio-
nem ad rem petendam ſi cadat a poſſeſsione, & fortius exce-
ptionem ad illam defendendam.vt C.de præſcr.10.vel 40.an-
no.l.ſi quis emptionis.16.q.3.cano. placuit.§. poteſt. hæc Io.
And.ibi.& hic. Hoc tamen, quod ibi dicit ꝙ præſcriptio 30.
6 annorum nullo modo procedit in eccleſia,† vel in eccleſiaſti-
co foro non credo verum in caſu,vbi eccleſia præſcribit rem
priuati,ſine titulo,& cum bona fide.Et ita poteſt ſaluari.c.alle
ga.ſanctorum.cum concor.vt iam dixi. Veruntamen ad diſſo
lutionem pleniorem illius brocardi.Si quæris, vtrum priuile-
giatus contra priuilegiatum vtatur priuilegio ſuo, diſtingue,
aut quæris de priuilegijs in corpore iuris clauſis, aut de alijs.
In primo caſu refert aut ambo priuilegia ſunt paria,& ęqualia,
7 aut ſunt imparia,aut inęqualia.†Si paria.& æqualia,tunc aut il-
le,a quo petitur,vel qui poſsidet certat de damno vitãdo, aut
de lucro captando.Si de damno vitando,& tunc præfertur cã
poſſeſsionis,ſeu eius a quo petitur.vt ff.de mi. l. ſi minor vi-
gintiquinq; annis filiofamilias.Aut ille,qui poſsidet,vel a quo
petitur certat de lucro captando & tunc ſecus.ff. ex quib.cau-
8 ſis ma.l.vlti.& C.de codicil.fin.¶Si priuilegia †ſint inęqualia,
tunc maius priuilegium præfertur minori.vt ff.de mi.l.verum
§.ſi.C.ad trebel.auth.niſi rogati.In ſecundo caſu principali qñ
quæris de priuilegijs non redactis in corpore iuris, refert, aut
vnum præcedit aliud in conceſsione, aut ſimul ſunt conceſſa,
aut eſt dubium.In primo caſu primum valet, niſi ſecundum
de primo faciat mentionem.vt ff.ne quid in loco pu. fiat.l.j.§.
ſi quis a princip..& C.de emancip.libe l.nec auus.& ĵ.eodem
veniens.vbi de hoc in glo.ſic patet.In ſecundo caſu,aut vnum
eſt ſpeciale,aliud generale,aut vtrunq; generale, ſiue ſpeciale,
9 †In primo caſu dicunt quidam indiſtincte,quod generi ꝑ ſpe-
ciem derogatur.vt ff.de vi.tri.& ole.lega.l.a.de pec.lega.l.ſer-
uo manumiſſo.de reg.iur.l.in toto.ĵ.de reg.iur c.generi ꝑ ſpe
ciem.lib.6.& ꝰ.de reſcr.c.j.Tu vero dic,vt ibi dixi plenius. In
alijs duobus caſibus refert,aut ambo priuilegia continent ius
indiuiduum,& tunc nullus habebit,ſeu præferetur.vt ff.de v-
ſufru.l.quoties.de hæredi.inſtitu.l.qui ſoluendo.Aut diuiduũ,
& tunc concurſu fient,& habebunt partes.vt C.de leg.l.ſi For
tidianum.In tertio caſu,quando eſt dubium eſt idem iuris.qđ
quando eodem tempore ſunt conceſſa.vt ff.de teſta.tut.l.duo
ſunt Titij.Et de iſta materia no.per doct.in d.l.ſi minor.vigin
tiquinque annis filiofamilias. & C.de ſacroſanct.eccle. in au-
then. quas actiones.

1 *Præſcriptionem ob bellum ceſſare.*
2 *Reſtitui ob ques ferias aduerſus præſcriptionem poſſe.*
3 *Præſcriptionem iudicis inopia ceſſare.*
4 *Impedimenta teſtanda.*

EXtranſmiſſa. Si quæras,vtrum pro tem
pore,quo ius non redditur
in terra,currat præſcriptio,diſtingue aut ius nõ red-
ditur,nec poteſt reddi in terra propter hoſtilitatem,
1 ſeu impetum hoſtium,& dic, quod pro tempore †talis hoſti-
litatis præſcriptio dormitabit & illud tempus ſubducetur, de
præſcriptione ipſo iure,vt hic.& 16.q.j.c.prima actione.ff. de
cap.& poſtlim. reuer.l.poſtliminium.C.de cap.l. ab hoſtibus,
ſm Inno.Hoſt.& Io.An.licet Bulgar.& ſequaces quo ad ſub-
ductionem temporis ipſo iure contra. Aut ius non redditur,
nec poteſt reddi propter ferias,& tunc bene currit præſcript.
Sed ſi quæras,vtrum contra talem præſcriptionem detur reſti
2 tutio,diſtingue,aut †quæris in ferijs repentinis[& in illis datur
reſtitutio,quia præuideri non poſſunt.Aut quæris in ferijs vſi
tatis,& in illis non datur reſtitutio:quia præuideri poſſunt ar
gu. ad hoc.ff.loca.& conduc.l.ſi quis domum.§.huic ſubiun-
3 gi. ſi quis cau.l.2.Aut ius †non redditur propter defectum iu
dicis,vel rei, & tunc non currit præſcriptio,vt ff.ex qui. cauſ.
ma.l. ſed & ſi per prætorem.per totum.vſq; ad §.quod vero.
4 Neceſſe †tamen eſt,quod doceat ſe voluiſſe agere,ſed ꝓpter,
cauſas prædictas non potuiſſe.ff.ex quibus cau.ma.l. ſed & ſi
per prætorem.§.ſi feriæ.Vnde vtile eſt,quod ſuper hoc prote
ſtetur.C.de annali excep.l.vt perfectius.ꝰ.de offic.ordi.paſto
ralis.§.fi.ſm Inn.& Hoſt.hic.& idem Arch.in c.allega.prima
actione vbi approbat totam glo.Inn.Hoſt.& Io.And.hic. Et,
quod hic dicitur de tempore hoſtilitatis,habet locum non tã
tum ſm canones & in eccleſijs,ſed etiam ſecundum leges, &
in laicis,ſecundum eos.

1 *Legatorum qui procurandi.*

1 ACcedentes. Hic †habes,qđ legatis papæ de-
bēt a ſubditis procurari: ſecus
de legatis imperatoris,qui expenſis imperatoris vi-
uere debent,in auth.vt nulli iud.§.nulli.colla.9. & de
manda.princip.§.illud tamen.col.3.& not.Ber.ꝰ. de offi. ordi.
c. inter cætera.Et ex hoc poteſt notari clericos eſſe magis te
naces, quam laicos.

1 *Obedientia impræſcriptibilis.*
2 *Obedientiam Papæ non præſcribi.& 6.*
3 *Præſcriptibilia a ſubditis.*
4 *Conſuetudine quatenus quęratur iuriſdictio.*
5 *Obedientiam quatenus præſcribat tertius.*
7 *Præſcribi in papam quam dudum liceat.*

CVm non liceat. Si quæras, vtrum o-
bedientia vel ſubie-
ctio præſcribi poſsit,diſtingue aut quæris vtrum
1 minor vel inferior poſsit †præſcribere,vel per cõ
ſuetudinem acquirere obedientiam [vel ſubiectio
nem in maiorem vel ſuperiorem ſuum & dic,quod non arg.
ꝰ.de ma.& obed.cum inferior. 11.diſt.inferior.89.di.ad hoc
93.diſt.nulla.96.diſt.ſi quis dubitet.quia talis conſuetudo eſ-
ſet irrationabilis per iura alleg.& ideo non reprobanda. ꝰ. de
de conſue.cum inter.& c.vlti.vt no.Archi.in d.c. inferior. cũ
quo concordant Hoſt.& Io.And. ĵ.de ap.dilectis. in princip.
dicentes,quod nulla conſuetudo valeret vel introducere poſ-
ſet, quod inferior impetraret ſuperiori ſuo,vel in eũ animad-
uerteret per iura alle. Aut quæris de alia obedientia, vel ſubie
ctione præſcribenda,& tunc aut quæris de obedientia,vel ſub
2 iectione debita Papæ.In †primo caſu rēfert, aut quæris vtrũ,
poſsit præſcribi per ſubditum qui debet obedientiam contra
ſuum ſuperiorem,cui debet obedientiam illam,& tunc aut q̃-
ris vtrum ſubditus poſſit eam ſibi, & nomine ſuo præſcribe-
re,aut nomine alterius.Si nomine ſuo dico, ꝙ non poteſt, vt
hic & ĵ. eo.cum ex officij.& 93.diſt. nulla ratione. C. de præ-
ſcrip.30.vel 40. ann.l.competit,licet certa iura contra ſuperio
rem ſuum etiam nomine ſuo præſcribere poſsit,vt ĵ. eo. audi
tis de conſan.& affi.c.j.de exceſ. præla.c.accedentibus. vt no.
Ber. Inno. & Hoſt. ĵ.eod. c.cum olim.& Ab.& Hoſt.ĵ. de re
ligio.domi.cum dilectus.& Hoſt.ĵ.de capel mona.dilectus.&
Card. ĵ.de priui.cum perſonæ,ſuper verbo. canonicam. lib.6.
Et Io.And poſt eum in nouella.li.6.quod intellige de his,quo
3 rum ſubditus †præſcribens eſt doli capax,& qui ſuo proprio,
nomine poſsidere poteſt,vt Abbas ea,quæ ſunt iuriſdictionis
epiſcopalis,non autem ea,quæ ſunt ordinis.quod dic,vt leg.&
no.in c.alleg.auditis.& c.cum olim.Fallit in caſibus vbi ſubdi
tus haberet priuilegium,licet minus ſufficiens ratione, cuius
præſcriberet:quia tale priuilegium dat cauſam præſcribendi,
vt ĵ.de priuileg.cum olim.2.& no.Ber.& Hoſt. hic & ĵ.eo.au
ditis.in glo.hic ergo. & idem Arch.93.diſt. illud idem ſi hēat,
titulum alium talem,qualem ſm Hoſt.in c.alleg.auditis. & ar
4 gu.huius.c.dicit Arch.9.q.3.conquęſtus.ꝙ conſuetudo, †vel
præſcriptio non poteſt dare iuriſdictionem in præiudicium
principis, ſed bene in præiudicium illorum, in quos eſt ipſa
iuriſdictio exercenda.Si nomine alterius dic quod poteſt, vt
ĵ.eo. cum ex officij.& in c.alleg.cum dilectus de relig.do.vbi
hoc no. Hoſtien. & Abb. & Hoſt.in c.alleg.dilectus.ĵ. de ca-
pe.mo.Idem no. Ber.Inno.& Hoſt.in c.alleg.auditis.ꝰin gloſſ.
hic igitur.& Inno.in c.alle.cum olim.ĵ.eo.in glo.not.Abba.&
Hoſt.poſt eum ibi.& ĵ.de verb.ſignifica.c.venerabili.Aut quę
5 ris,vtrum obedientia poſsit præſcribi per tertium, contra il-
lum ſuperiorem in perſona ſubditi,& dic quod ſic,ſiue ille ter

tius

tius ſuperior ſit illius ſuperioris, vt Papa. j̈. eod. cum ex officij.
ſiue non. vt j̈. de re iudi. cum ſuper vt no. Card. & Ioan. An. poſt
eum. j̈. de priui. cum perſonę. ſuper verbo canonicam. li. 6. qđ
intellige dummodo præſcribēs ſit capax talis iuris, alias ſecus
quod dic vt no. Inno. & Hoſt. j̈. eo. auditis. & ibi dicam. ¶ Si q̄
6 ris † de ſecundo caſu principali. ſ. de obedientia, vel ſubiectio-
ne debita Papæ, tunc aut quæris de obedientia, vel ſubiectio-
ne mediata ſibi debita in eccleſijs vniuerſis, in quibus vt vica-
rius Ieſu Chriſti obtinet principatum, & talis nullo tempore,
præſcribi poteſt. 93. diſt. qui cathedrā. 24. q. j. quia ex ſola. §. ro
gamus. & c. ſchiſma. no. Ber. & Hoſt. poſt eum. j̈. eo. cum no-
bis. & Hug. 16. q. 3. c. nemo. & Arch. 22. di. catholica. ſuper ver
bo caput. quinimo ſubeſſe Papæ immediate, vel mediate eſt
de neceſsitate ſalutis. quod dic vt in extraua. bo. octaui vnam
7 ſanctam: quia nemo debet eſſe ſine capite. 93. diſt. nulla. ¶ Aut
† quæris de obedientia, vel ſubiectione immediata quam hēt,
in eccleſijs exemptis & immediate ſibi ſubiectis, & tunc dic,
idem quod dictum eſt ſ. in alijs prælatis, hoc ſaluo quod cōtra
ipſum Papam, & Romanam eccleſiam non currit præſcriptio
minor centum annorum. vt j̈. eod. c. proxi. & c. cum nobis. &
c. ſi diligenti cum ibi notatis. Et de materia huius c. vide per
Io. 16. q. j. c. clerici. & per Spec. hoc titu. §. vnico. ver. quid ſi co
lonus. & verſic. ſequentibus.

1 *Inſtrumenta & teſtes æquiparari.*

AD audientiam Si † quæris, vtrum parem vim obtineant teſtes & inſtrumenta. dixi. ſ. de fide inſtrum. ca. cum
Io. diſt. j. Et hic videtur ſolui quæſtio dominica-
lis Bart. 47. quæ incipit. cum tabellio publicaret de
teſte, qui dicit ſe aliter depoſuiſſe, quā tabellio ſcripſit. de qua
etiam in Spec. tit. de teſte. §. j. verſi. ſed pone ecce. & de inſtru.
edi. §. reſtat. verſicu. ſed dum atteſtationes. ſecundum Ioan-
nem Andre. hic.

Pubes an, eo impubere, viſorum teſtis declarat 2. fallit 4.
Permiſſi non vetita.

CVm nobis. Super glo. hæc præſcriptio. in fi. circa medium. hic innuit Ber. in
verſic. ſed qualiter. & Ho. poſt eum quod † impubes
1 factus pubes non poteſt deponere de eo ꝙ vidit, vel
audiuit in pupillari ętate. idem tenet Ioan. 3. q. 9. teſtes. Sed cō
trarium tenet ipſe Io. de con. diſt. 4. cum itaq; ſm Io. gloſſato
rem iuris ciuilis. & Accur. contra. ff. de teſti. l. 3. §. lege Iulia. &
Hoſt. j̈. de ſen. exc. c. fi. vbi etiam de hoc dicam. Circa quod di
2 ſtingue † aut quęris vtrū factus pubes poterit deponere de his
quæ vidit, vel audiuit tempore, quo erat proximus infantię, &
quo non erat doli capax, & tunc prima opinio eſt vera, vt pa-
tet per iura ſ. allega. Aut de his, quæ vidit, vel audiuit tempore
quo erat doli capax, & proximus pubertati, & dic, ꝙ pōt de-
3 ponere. Primo quia non † prohibetur, quare per conſequens,
permittitur, cum edictum de teſtibus ſit prohibitorium. ff. de
teſti. l. j. pro hoc facit expreſſe. ff. ad Sylla. l. excipiuntur. & hoc
tenent Io. Lau. Fa. & Archid 36. diſt. c. relatum. & Ho. in ſum-
ma. tit. de teſti. §. ſi quis poſsit. ver. ætas. & c. Specu. rubr. de te-
ſte. §. j. in 5. col. ver. item excipitur quod eſt impubes. & Azo
4 in ſumma de teſti. §. item repelluntur. Fallit † in caſu, vbi talis
vellet deponere, ſeu teſtificare de his, ſeu in eo caſu, in quo ad
ſui ſubſtantiam, ſeu eſſe ab initio exigitur certus numerus ꝑ-
ſonarum idonearum, vt in teſtamento in quo in principio exi
gitur teſtis idoneus, vt patet inſtit. de teſta. § teſtes. & not. Ac
cur. in d. l. 3. §. l. Iulia. ff. de teſti. & Ioan. fa. Archi. in d. c. relatū.
Et de hoc dicam j̈. de ſent. exc. c. fi.

1 *Abbas quæ præſcribat, an non. & 2.*
3 *Epiſcopalia iura qui præſcribant.*
4 *Cauſa quatenus præſcriptibilis.*
5 *Præſcribi an in non valentem agere poſſit. & 6. 7. 8. 9.*
10 *Præſcribi an ius, proſequenti poſſit.*
11 *Proſequutio quem excuſet.*
12 *Præſcribatur ne impedito.*

AVditis. Super glo. hic ergo. Si quæras vtrū iura epiſcopalia Abbas, vel alius ꝓ-
latus inferior epiſcopo poſsidere, & præſcribere
poſsit, & quæ, diſtingue, aut quæris de illis iurib.
1 epiſcopalibus, quæ competunt ratione † iuriſdi-
ctionis, vt eſt inſtitutio, deſtitutio, & alia, de quibus leg. & no.
ſ. de offi. ord. conquerente. & illa poteſt poſsidere, & præſcri-
bere. vt hic, & j̈. eo. cum olim. & hoc no. Hoſt. & Io. And. j̈. tit.
proxi. cum inter. quod verum præter q̄ de iure ſubiectionis,
vel obedientiæ in ſeipſo. de quo dic vt dixi. ſ. e. cum nō liceat.
2 Aut quæris † de illis iuribus, quæ competunt rōne epiſcopalis
ordinis, ſicut ordinatio clericorum, conſecratio eccleſiarum,
& ſimilia quę enumerantur. 68. diſt. c. quamuis & c. cor epiſco
pi & illa non poteſt Abbas, vel prælatus, vel alius inferior eꝑo
poſsidere. vt j̈. de conſe. eccl. vel altaris. c. aqua. nec per conſe-
quens præſcribere. vt ſ. e. cām quæ. ſm Inno. Hoſt. & Io. And.
hic. & d. c. cum olim. Sed, ꝙ dicit Inno. de inſtitutione, intelli-
ge corporali, ſeu collatoria, ſecus de authorizabili, qđ dic ple-
ne. j̈. de priui. volentes. §. ſane. lib. 6. & ſ. de offi. ordi. cum ſatis
ſm Hoſt. Aut quæris de inſignijs epiſcopalibus, vtrum poſ-
ſint per inferiores pręſcribi, vel conſuetudine obtineri, & tūc
dicit Io. An. in nouella. j̈. de priui. c. abbates. li. 6. ſup verbo pri-
uilegio. quod Hoſt. ſ. de æta. & qua. cum contingat. innuit, qđ
ſic ꝙ eſt falſum per c. abbates. alle. vbi ſolum priuilegium ex-
cepit. Ad idem 93. di. peruenit. lo. 2. & c. illud. de conſue. quan-
to. Item conſuetudo illa eſſet irrationabilis. Item in illa decre.
abbates. quæ fuit Alexandri quarti, ſequebatur. in fi. vel de con
ſuetudine iam præſcripta, quam literam poſuit Spe. tit. de pri
uile. quæ remota fuit per Bonifacium vt ſciatur hoc caſu con
ſuetudo non valere, ſm Io. Andr. & credo ꝙ melius ar. 17. di.
hinc etiam. Et de iſta materia no. Hoſt. & Io. Andr. poſt eum.
j̈. de pœni. & remiſ. c. omnis. ſuper verbo proprio dicentes, ꝙ
Metropolitani in ſua, & etiam in alia prouincia, & epiſcopi, in
alienis diœceſibus & etiam Abbates † Archidiaconi, & capella
3 ni, & ſimiles iura epiſcopalia, & parochialem curam, & ad hoc
pertinentia, inquantum illa poſſunt in eos cadere, & per con-
ſuetudinem, & per præſcriptionem acquirunt ſicut de conſue
tudine probatur in eo, quod le. & no. ſ. de elec. dudum. §. tandē
de offi. ord. quanto, & c. duo ſimul, & c. irrefragabili. §. exceſſus
de fo. compe. licet. §. j. & c. cum contingat. de offi. ord. Roma-
na. de fo. compe. Romana, & de app. Romana. li. 6. De præſcri-
ptione probatur hoc in eo quod le. & no. hic. & ſ. eo. ex tranſ-
miſſa. & j̈. eo. cum olim. & c. veniens. de reli. do. conſtitutus &
c. venerabilis. & cum dilectus. Aliqui tñ dicunt, quod per con-
4 ſuetudinem non acquiritur cauſa, niſi † ſit per ſedem apoſtoli-
cam approbata, quibus non aſſentimus: quia expreſſe contradi
cunt iura præallegata, arg. tamen pro ipſis. 95. diſt. illud. 9. q. 2.
cap. j. & ſequ. & q. 3. antiquis regulis: ſecundum Hoſtien. &
Ioannes Andre. ibi.
¶ In glo. ſibi imputet. Si quæras, vtrum non valenti agere cur
5 rat præſcriptio, diſtingue † aut quæris de præſcriptione indu-
cta ab homine, & illa currit contra non valentem agere. j̈. tit.
proxi. c. quod ad conſultationem ad fi. vbi hoc no. Ho. & Io.
And. & dixi. ſ. de offic. dele. quærenti. Aut de inducta a lege, &
tunc aut quis impeditur agere impedimento iuris, aut impe-
dimento facti. Si de impedimento iuris. tunc aut impedimen
tum iuris præcedit inchoationem præſcriptionis, & tunc ipſo
iure non currit præſcriptio. v. g. filioſa. in poteſtate patris exi-
ſtenti defertur hæreditas materna, quādiu eſt in poteſtate nō
poteſt actionem intentare, nec currit præſcriptio ipſo iure,
quandiu non poteſt agere contra ipſum. vt C. de annali excep.
l. 1. in fi. arg. C. de bo. ma. l. j. j̈. de appel. c. ex ratione. Aut impe
6 dimentum † iuris peruenit poſt inchoatam præſcriptionem,
& tunc aut impeditur agere propter iuris ſui proſecutionem,
quod proſequitur alio modo, aut nullo modo proſequitur ius
ſuū. In primo modo non currit ſibi præſcriptio ipſo iure. v. g.
pater, tuus moritur, te exheredato, tu habes forte querelam
inoſſicioſi teſtamenti, & quærelam falſi vtraq; durat quinquē-
nio non vltra. Pone ergo, quod tu intentas quærelam falſi di-
cendo teſtamentum falſum non potes durante iſto iudicio in
tentare quærelam inoſſicioſi teſtamenti propter repugnantiā.
In primo. n. iudicio. ſ. falſi dicis teſtamentum non valere. In ſe
cundo dicis valere, & ideo non currit tibi præſcriptio, vt C. de
inoſſi. teſta. l. contra maiores, per eandem viam facit. ff. ad leg.
Iul. de adul. l. ſi maritus ſit, & l. quinquennium. Si ſecundo mo-
7 do tunc currit præſcriptio, ſed reſtituitur ille, contra † quem
currit, v. g habes debitorem tibi obligatum actione tempora-
li, cum ſupereſſet tm̄ menſis de tempore princeps † repente ia
dicit ferias currit tibi tempus, tamen reſtitueris. cum nō poſ-
ſit tibi culpa imputari. vt ff. ex quibus cau. ma. l. ſed & ſi per ꝓ-
torem. §. ſi feriæ. ¶ Sequitur, quando quis impeditur impedi-
8 mento facti, & tunc refert. Aut impeditur † per tertium, aut
per caſum, aut per ſemetipſum, aut per aduerſarium, ſeu factū
aduerſarij contra quem debet agi. Si per tertium tunc currit
ſibi

ſibi præſctiptio, nec reſtituitur, ſed habet recurſum contra il-
lum tertium impedientem quod verum, ſi ſit ſoluendo, alias
ſi non ſit ſoluendo, vel eſt talis contra quem impeditus non
poteſt habere recurſum, tunc impeditus reſtituetur, contra
debitorem. vt ff. de eo per quem factum eſt. l. fina. ſi quis cau.
l. 2. in princip. & l. ſed & ſi quis rei capitalis. in principi. Si per
caſum, tunc præſcribitur contra eum, ſed reſtituitur. ff. de ſer-
ui. ruſti. præd. l. vnus ex ſocijs. §. ſi ſons, alias incipit & Attili-
cinus. & arg. ſ. de offic. ord. c. paſtoralis. §. præterea. verſic. ve-
9 runtamen. Si † per factum ſuum proprium quis eſt impeditus
agere, tunc aut eſt factum tale de quo debitor ſeu aduerſarius,
non poteſt ſibi imputare culpam, vel negligentiam, & tunc nõ
currit ſibi præſcriptio, vt v. g. ego creditor feci tecum debito-
re pactum de non petendo vſq; ad 30. annos, durante iſto tem
pore 30. annorum, non currit mihi præſcriptio. nam ex quo
per beneficium meum habes dilationem, non potes præſcribe
re C. de præſcr. 30. ann. l. male agitur. & eſt caſus ſm Pe. de Bel.
pert. & Cy. in auth. de ap. in §. j. colla. 8. & ſignatur. C. de temp.
ap. in auth. ſi tamen. in medio. per eandem viam facit extra de
app. quandiu. in cle. vt no. C. de pac. l. pacta nouiſsima. & C. de
inoffi. teſta. l. contra maiores. Et eſt ratio, quia licet me culpẽt
alij, te me laudare neceſſe eſt. ff. de iure do. l. cum in fundo. §. j.
Licet quidam in dicto exemplo de debitore, cui factum eſt,
pactum de non petendo vſq; ad 30. annos, dicant contrarium
& reſpondent ad dictum. § j. quod non facit ad rhumbũ; quia
ibi non virtute conſenſus impeditur præſcriptio, ſed virtute
proſecutionis, quæ fit in arbitrio, vnde non currit ſibi tẽpus,
in alio, vt in d. l. contra maiores. quod, ſalua reuerentia eorum,
non eſt verũ ſecundum Pe. quia † vbi quis proſequitur ius ſuũ
10 non currit præſcriptio. quod verum eſt, vbi non credit ſibi de
iure competere, ſed qui appellauit ſciuit de iure ſibi compete
re: ergo proſequitur iure facti, quod probat ſic, lege cauetur,
quod vbi ago ad exhibẽdum currit mihi præſcriptio in rei vẽ
dicatione, quia ſciui mihi rei vendicationem competere. vt ff.
ad exhibendum. l. Iulianus ſcribit. §. quantum ergo. in caſu. ca.
alleg. Si non eſſet pactum & conſenſus appellantis curreret biẽ
nium ad proſequendam appellationem. Præterea, quod proſe
11 cutio † in via arbitrij excuſat appellantem, eſſet aſininum, &
abſurdum dicere: quia non magis debet excuſare huiuſmodi,
proſecutio in cauſa arbitrij, quam proſecutio in cauſa appella-
tionis. Sed patet ꝗ proſecutio in ipſa & eadem cauſa appella-
tionis non impedit curſum biennij, vt in auth. de app. & intra
que tempora. §. j. Non ergo reſtat dicendum, niſi ꝗ ibi cõſen
ſus partium hoc operatur. & hoc dicit ibi aperte textus, quan
do dicit etiam ſi decies milies pluſquam biennium tempus ex
ceſſerit &c. quia non poteſt pars culpare partem conſenſu, ex
quo commodum reportauit. Aut eſt factum tale, de quo ad-
uerſarius poteſt ſibi imputare culpam. & tunc currit ſibi tp̃s,
nec reſtituetur. arg. ff. ſi quis can. l. 2. §. ſi quis tamẽ cum poſſet.
vbi habes, ꝗ ſi citatus ad iudicium non venerit, nec iter arri-
puerit tempeſtiue, imo ſe arctauerit currit ſibi tempus nec re
12 ſtituetur. Si aliquis impediatur † agere per aduerſarium ſeu fa-
ctum aduerſarij contra quem agi deberet, tunc currit ei nihi-
lominus præſcriptio. arg. ſ. de offi. dele. prudentiam. §. vlt. cum
ibi no. ff. de eo per quem factum eſt. l. vlti. §. ſed etſi ſtipulator.
lo. 2. melius. C. de annali excep. l. vt perfectius. vbi habes, ꝗ li-
cet propter potentiam, vel abſentiam vel infantiam vel fauo-
rem [alias furorem] aduerſarij quis impediatur agere, currit
tamen ſibi præſcriptio, niſi, (vt ibi dicitur) proteſtetur. Sed di-
ces tu, quæ eſt ratio, ꝗ vbi impedimentum iuris præcedit in-
choationem præſcriptionis nõ currit præſcriptio ſi vero poſt
currit? Ratio eſt iſta quia facilius impediuntur contrahenda, ꝗ̈
dirimatur iam contracta. ff. de his quæ ſunt ſui vel alie. iur. l. pa
tre furioſo. j. de regula ad apoſtolicam. Iſtam diſtinctionẽ po
nunt pro parte. Petr. de Bel. per. & Ci. & pro maiori parte Lã-
ber. de Sali. C. de proci. impera. offe. l. quoties.

1 *Procurationum ſpecies.*
2 *Viſitationi impreſcriptibilis.*
3 *Procurationum quæ. an non, præſcriptibiles. & 4. & 5. & 6.*
7 *Viſitanti an debita procuratio. & 8.*
9 *Viſitantium quis prior procurandus.*
10 *Viſitantes quando concurrant.*
11 *Procurationem quæ tollant.*

CVm ex officij. Si quæras, vtrum, & quan-
do procuratio pſcribi poſ-
ſit, diſtingue, quia procurationum quinque ſunt ſpẽs.
1 Vna eſt quæ debetur ratione viſitationis, vt patet,
hic & j. de cen. c. cum venerabilis. & c. ſuper eo. c. procuratio-
nes. & c. venerabili. & c. cum nuper. Alia, quæ debetur ratione
conſuetudinis. vt in c. alleg. cum venerabilis. & 18. q. 2. c. ſerui-
tium. Tertia debetur ratione pacti, quod appoſitum fuit in ip
ſa fundatione, vt j. de cen. c. præterea. & c. quanto. 18. q. 2. Eleu
therius. Quarta ratione priuilegij. arg. j. de exceſ. præla. acce-
dentibus. Poteſt addi & quinta ſpecies, ſ. illa quæ debetur le-
gatis, & nuntijs ſedis apoſtolicę, quando tranſeunt, & ſi nõ vi
ſitent, de quibus leg. & not. j. de cen. c. cum inſtantia. & c. pro-
curationes. vbi Ber. ponit in prima glo. tua, tres ſpecies primas
& Hoſt. ponit omnes quinq;. & G. de Monte. lau. extra de cẽ.
c. 2. ſuper verbo ſpeciali. in cle. Diſtingue ergo aut quæris de
prima ſpecie. ſ. de illa quæ debetur ratione viſitationis, & tũc
refert, aut quæris, nunquid poſsit præſcribi contra illum, qui
eam optat non de iure communi, ſed de iure conſuetudina-
rio, vel priuilegiato, ſeu alio ſpeciali puta contra Abbatem, vel
Priorem in locis de iure communi ſuo monaſterio vel priora
tui non ſubiectis, & dic, quòd ſic, vt not. Hoſt. hic. & Guli. de
Mon. lau. extra de cenſi. c. j, in fi. in cle. vbi de hoc per eum. &
ita intellige quod no. hic Inn. in glo. ſed contra. &c. & Hoſt. &
Io. An. poſt eum dicens quod quælibet dioceſis vel quælibet,
eccleſia poteſt præſcribere contra viſitationem de ſola cõſue
tudine introductam. Et quod hic dicitur, quod non poteſt p̃-
2 ſcribi † contra viſitationem intelligunt debitam de iure cõmu
ni non de conſuetudine. & in hoc concordat. Arch. 10. q. j. re-
lata. glo. penult. vbi de hoc. Aut nunquid poſsit præſcribi cõtra
illum, qui eam optat iure communi. & tunc aut per illum, qui
l. duorum. ſic autẽ huiuſmodi dicti efficax ratio, quæ ſumitur
ex l. generaliter. ff. de fideiuſ. quia ſi dicas talem vnicam vocem
hře, quæ ſit illa qua vtitur: quæ ſit illa quæ confunditur, ſed con
ſtat, ꝙ non eſt ratio plus vnius, quã alterius confundendę. ergo
duret vtraq;. ad id etiam. ff. de ac. emp. l. non eſt nouũ & quod
ibi not. ff. de lega. 1. l. ſi mihi. in princ. ff. de duobus reis. l. ſi reus
alias cum reus. ff. de ſolu. l. duo. Item video, ꝙ in eundem liber
ſum poteſt quis habere duplex ius. ſ. vt patronus, & vt filius pa
troni. ff. de bo. lib. ſi filius. ff. de fideiuſ. lib. l. ſi filius §. erit. & ge-
5 minatio † cauſarum geminat ius. ff. de pecu. leg. l. domus. §. do-
mus. ff. de ſtipu. ſeruorum. l. 4. Item cauſę diuerſæ in origine,
diuerſę ſunt in proſecutione, & effectu. ff. de exceptio. rei iudi.
l. ſi iur. §. j. & §. eandem. & l. & an eadem in prin. ff. de priua. de-
6 lic. l. nunquam. Concludit † ergo, quod ſicut ille hñs prædicta
in diuerſis eccleſijs duplicem vocem, & portionẽ haberet. fa-
cit quod no. j. de præben. quia intantum & ſicut duo habentes
prędicta in ipſa eccleſia duplicarent prędicta, ſic & iſte fungens
vice duorum, licet in vna eccleſia prædicta duplicem vocem,
& diſtributionem habebit ſecundum Ioan. Andr. hic.

1 *Cauſarum genera.*
2 *Sententia in quos ſtatim exequenda.*
3 *Sententiam diebus. x. tranſire in rem iudi.*
4 *C. ſacris. explicari.*
5 *Sententia an pro parte petitorum ferenda. 6. & 7.*
8 *L. Si autem ſenſus.*
9 *Damnatus in vno in reliquo abſolutus & quando. 10. & 11.*
12 *Iud cantis iniquę pœna. 13. 14. & 15.*
16 *Ordinarium qualem eſſe oporteat.*

Cum inter. ¶ Super gl. pen. Si quæras, quan-
do ſententia tranſit in rem iudica
1 tam, & qñ non, diſtingue tria eſſe † genera cauſarũ,
vnum, in quo ſñia nunquã tranſit in rem iudicatam,
qñ, ſcilicet, ea ſeruata anima periclitaretur ſicut in cauſa matri-
moniali. vt. s. eo. ti. l. tenor cõſanguinei. s. de inſti. c. ſeries. j.
de diuor. ex literis. de frig. & maleſi. c. fraternitatis. & in ſenten
tijs latis contra ius conſtitutionis, vt hic in textu. & glo. Et eſt
ratio, quia tanto ſunt graniora peccata, &c. s. de conſuetu. ca fi.
Secundum genus contrariam naturã habet, quia eius ſententia
prolata ſtatim tranſit in rem iudicatam, ſicut in excõicatione.
2 j. ti. proxi. præterea. 2. & cap. paſtoralis. Item qñ † inſignes la-
trones, vel ſeditionum concitatores, vel duces factionum, con-
demnantur. Et eſt ratio, quia propter immanitatem criminis
ipſos ſtatim punire publicè intereſt. ff. de ap. l. conſtitutiones.
idem in raptore virginis. C. de rap. virgi. l. vnica. & in alijs cri-
minibus in quibus approbari nõ poteſt de quibus. C. quorum
appellatio. non re. l. 2. & 2 q 6. ſunt quorũ & in alijs caſibus in
quibus non poteſt approbari de quibus per ho. io ſum. eo. tit. §.
quo remedio. ver. ſunt tñ caſus & per Hu. in Spec. tit. de app. §.
3 in quibus. Tertium † genus tenet medium, ſcilicet, cuius ſñia
lapſis x. diebus, infra quos appellari poteſt, tranſit in rem iudi-
catam quo ad effectũ, niſi forte minori ætate, vel alicui alij pri-
uilegio per beneficium reſtitutionis in integrum vel alio iuſto
modo ſubueniatur. ff. de in integr. reſtit. l. fi. de minor. l. ait præ-
tor. Et hoc in omnibus cauſis regulariter obſeruatur. 2. q. 6. an-
teriorum. j. de app. concertationi lib. 6. & hoc no. Ho. in. §. alle.
quo remedio. ver. hic tñ notandum & hic. Circa tñ ſentẽtiam
excõicationis, & alias ſñias cenſurę eccleſiaſticæ Hoſtien. not.
contra. eius quod ſtatim eſt dictum. s. eo. cõſanguinei in fi. di-
cens, quod nõ tranſeunt in rem iudicatam cum ſit eadem ratio
quæ in cauſa matrimoniali, ſcilicet, periculum animarũ. Vnde
quantumcunq; quis ꝓnuncietur per iudicem non excõicatus
ſi ſit tamen excõicatus in veritate cõtra conſcientiã nõ debeo
4 iudici obedire, & ſibi cõicare. vt. s. quod me. ca. c. ſacris. † Vnde
dicit ibi, ꝙ ſententiæ huiuſmodi quãtum ad vtilitatem priua-
tam in rem tranſeunt iudicatam. vt. s. dictũ eſt. Secus vero quo
ad vtilitatem publicam tangentem periculũ animarum, ar. op.
. j. de except. c. pia. lib. 6. ſecundum eum ibi & credo, ꝙ bene.
¶ Pro euidentia gl. fin. Inno. hic occurrunt, duo dubia. primũ,
5 an valeat ſñia lata ſolum † ſuper parte petitorum vel ſuper cer-
tis capitulis cum de pluribus ſimul ſit actum. Secundum an va
leat cõdemnando in parte, vel in certis videatur, in reliqua par-
te, vel reliquis abſoluiſſe, vel ecõuerſo & de vtroq; no. C. ſi ad-
uerſus rem iudi. l. 1. vides, ꝙ in prima quæſtione tenet Inn. ſen
tentiam valere. licet dixerit. s. de elec. cum inter R. ſeniorem.
talem ſñiam ferri non debere, ꝙ teneat, not. Ber. j. eo. cum I. &
A. in 3. glo. ita ꝙ ſecundum eum non ſolũ ordinarius, ſed etiam
delegatus ſuper reliquis poſtea poterit ꝓnuntiare pro hac par
te quã tenet Hug. doctor antiquus facit. j. de reg. iur. vtile li. 6.
Sed Azo contra in ſum. de arbi. vtra medium per l. in hoc iudi-
cio. ff. famil. erciſ. l. 1. ſed alij vt Cy. in d. l. 1. dicunt refert aut ex
eadem cauſa petetentur x. aut ex vna. v. & ex alia alia. v. Primo
caſu ſit vera opin. Azonis. Secundo caſu valet ſñia in quinque
per l. etiam. ff. de mi. niſi actum eſſet, ꝙ ſimul de omnibus pro-
nuntiaret. ff. de arbi. quid tñ in prin. alij, vt Accur. & Iac. de Are.
. ff. de iuriſd. om. iud. l. vlt. & . ff. de except. doli. l. apud Celſum. §.
6 item quæritur ſi cum eo. & Pet. de Bellapert. ibi † diſtinguunt
pluralitatem capitulorum tenentes, ꝙ ſi vnum ſolum eſt capi-
tulum ſuper toto pronuntiari oportet, vel abſoluendo vel con-
dęmnando, vel partim abſoluendo, vel partim condemnando,
alias non valet etiam quod pronuntiatũ eſt, & facit quod no. j.
de conuer. coniuga. placet. in 4. glo. alle. ff. de arbi. l. qualem. §. di-
cere. & l. quid tamen. & l. ſi cum dies. §. pen. ff. de iud. de qua re.
C. de ordi. iudi. l. 1. C. de appel. l. eos. & l. ampliorem ibi, ſi quid
iudicatis. & c. 2. §. fi. C. de ſent. & interlo. om. iudi. l. præſes. C. de
agri. & cenſi. l. his bus lib. 11. quia nil dicitur actũ, & c. C. de his
quibus vt indig. l. pen. 7. q. 1. illud. & c. ſi. q. Si vero ſint plura ca-
pitula & connexa idem quod ſupra. facit. ff. de ædil. edic. l. cum
eiuſdem. j. de præb. quia ſæpe. lib. 6. ſi ſeparata valet quod pro-
nuntiatum eſt. ff. de arbi. quid tamen. ff. famil. erciſ. l. 5. ff. de iu-
re patro. l. vlti. C. quorum. ap. non recip. l. ab executore quaſi tot
7 † videantur ſententiæ, quot ſunt capitula. ff. de verb. obl. l. ſcire
debemus. ad id quod dixi de vno capitulo, vel pluribus conne-
xis fatetur Azo, ꝙ eſt opinio cõtraria, ꝙ valet in eo quod con
demnatio facta eſt & de reſiduo agetur pro qua. ff. de verb. obl.
l. 1. §. ſtipulanti. ff. de nego. geſt. l. ſi autem. ff. de cõpen. quod in
diem. §. 1. ff. cõmo. l. in rebus. §. fin. ff. de contrario tu. iudi. l. 1. §.
præterea. ff. de except. doli. l. apud. Celſum. §. 1. ſed reſpondet ꝙ
. §. ſi ſtipulanti. loquitur in cõtractu qui poteſt pro parte valere.
& pro parte non valere inſtit. de aut. tu. §. 1. & eſt ratio, quia in
contractu ambo conſentiunt in quantitate expreſſa. Facit eo.
titu. inter ſtipulantem. §. 1. non obſtat. l. ſi autem cũ concor. ff.
8 de neg. geſt. † quia ibi erant duæ quæſtiones directa, & con-
traria. Vnde valet ſñia indirecta, & ſi nil ſit dictum de cõtraria
lex apud Celſum nõ obſtat ſi recte ponatur caſus vt ibi no. imò
vt ibi no. Pet. de Bellaper. ibi eſt caſus pro, quia ibi ſi ſñia in ali-
quo, tenuiſſet pœna fuiſſet cõmiſſa contra non parentẽ per l. ff.
de arbi. l. diem proferre. §. ſtari. quæ tñ commiſſa nõ fuit, vt ibi
9 de ſecunda quæſtione. Patet ſm Inno. tunc † demum per coo-
demnationem fieri per abſolutionem reliquę partis qñ pars il-
la non erat ſpecificata, ſed includebatur ſub generali petitione
alias ſecus, & certę lex prima. C. ſi aduerſus rem iudi. Plane ſa-
tisfaceret pro hoc dicto Inno. alij tenent ſimpliciter ꝙ non po
ſeſt abſolutio fieri io reſiduo facit. C. de procur. l. maritus. s. de
prę ſump. nonne. & ad hoc inducunt. C. ſi aduerſus rem iud. l. j.
ſed Accur. ibi contra quod placet Pet. & Iac. de Are. qui Iac. re-
10 ſpondet ad l. illam. j. quia † ibi tutor fuit in parte condemnatus
& in parte abſolutus contra quam partem abſolutoriam pete-
batur reſtitutio. Pe. inducit rationem, quia clauſula quæ poni-
tur ad diminutionem qualis illa quæ condemnat non operatur
effectus contrarios. j. de bapt. maiores. ver. ſed adhuc. Quarta
11 † opinio diſtinguit, an per iudices an per arbitros ſit lata ſenten
tia condemnatoria, vt primo caſu intelligatur abſolutio in reſi-
duo in ſecundo non. hanc vide in Spec. de ſent. prola. §. qualiter
ver. quid ſi peto ſecundum Ioan. An. qui quaſi hæc omnia po-
nit. hic ego vero Henricus teneo in prima quæſtione diſtin-
ctionem prædictam Accur. Iaco. de Aret. & Pe. cui ſatis in ef-
fectu concor. diſtinctio Dyn. Cyn. præcedentis. In ſecunda
vero quæſtione teneo opi. prædicti Accur. Pet. & Iac. de Aret.

¶ Si quæras,

¶Si quæris, quæ ſit pœna iudicum iniquam ſententiam feren-
12 tium diſtingue, aut ferunt iniquam † ſnīam dolo malo, aut per
imprudentiam. Si dolo malo, puta, timore, vel cupiditate, vel
amore, vel alia ſimili cauſa, & tunc tenentur ad omne intereſſe
illi, qui ex tali ſnīa læſus eſt: niſi forte poſſet inducere illud, pro
quo tulerunt ſnīam ad plenariam reſtitutionem faciendam il-
li, qui fuit læſus. C. de pœna iudicis qui malę iudi. l. vlti. 11. q. 3.
c. quatuor. patiuntur etiam alias pœnas de quibus in d. l. vlti. &
auth. ibi ſignata, nouo quidem iure. quia ſunt infames. Item
13 † ſuſpenduntur per annum & c. j. eo. cum æterni lib. 6. & ſi ali-
quid in re vel ſpe receperunt pro male iudicando ſi cauſa pecu
niaria dari triplum promiſſit, duplum a fiſco exigitur dignitate
ſeu ſingulo amiſſo. ſi criminalis confiſcatis bonis omnibus in
exilium mittuntur vt ibi. item tenentur lege Iulia reputanda-
rum. vt. ff. ad l. Iulia. repet. l. 3. & 4. quæ extraordinarie punit. vt
eo. tit. l. lex Iulia. item tenentur crimine concuſſionis. vt. C. de
cri. concuſ. l. fin. Item in crimine falſi, quod pœnam deporta-
tionis & vltimi ſupplicij continet. vt. ff. ad Cor. de fal. l. 1. §. item
qui iudicem item & edicto de calumniatoribus vt. ff. de cal. l. j.
& l. 3. §. illud vt no. gl. in l. alle. vlt. C. de pœna iud. qui male iudi.
Item debet talibus præter reſtitutionem imponi pœnitentia,
14 † tanquam pro grauiſſimo crimine. 11. q. 3. quicunque. vt hoc
not. Ray. in ſum. rub. de iudi. §. 35. iudices, &c. & Hoſt. in ſum.
ti. de pen. & re. §. 23. quibus & qualiter. ſub. §. quid de officiali-
bus & fra. Ioan. in ſum. confeſ. rub. de rap. rubircella de iudici-
bus. q. 137. vnde hoc peccatum ſm dictum fratrem Ioan. gra-
uius eſt rapina ſimplici, quia authoritate diuina abutendo pręter iniuriam proxi. deum inhonorant ſi per imprudentiam in-
iuſte iudicant tenentur ſm Iaſo. læſo inquãtum bonum eſt, &
æquum videbitur religioni iudicantis. ff. de varijs, & extraor.
cog. l. vlt. ſm doct. prædictos vbi. ſ. & ſecundum glo. in d. l. vlt.
C. de pœna iudic. qui male iudi. in iudicio vero animæ fra. Io.
15 vbi. ſ. credit idem, quod in primo caſu, ſcilicet, ꝙ iudex † te-
neatur ad reſtitutionem. in culpa enim fuit cum ſciuit, vel ſci-
re debuit ſe inſufficientem & cum iudicare talem cauſam pręſumpſit, & idem ſi erat ſufficiens quo ad ſcientiam ſi voluiſſet
libros reuoluere, & ſtudere: ſed quia fuit negligens & noluit
ſtudere quem debuit cõdemnare abſoluit, & econuerſo ad in-
ſtar eorum quæ no. ſ. de æta. & quali. c. ad aures. & j. de homic.
c. tua nos. De medicis, & phyſicis, vbi diſtinguitur vtrũ omi-
ſerint aliquid de contingentibus necne: mitius tñ eſt agendum
cum iſto negligẽte, quam cum illo qui dolo fecit. prędicta aũt
rario de ignorante, quod debuit ſe ſcire inſufficientem & ce-
16 tera nõ habet locum niſi in iudice † ordinario, qui debet eſſe ſuf
ficiens ad officium ſuum. delegatus aũt ſæpe ex certa ſcientia
delegantis etiã ignarus iuris datur dummodo ſit bonus homo,
& quod talis ad reſtitutionẽ teneretur, ſi neceſſitate obedien-
tiæ iudicauit, & bona fide de conſilio peritorum tulit ſenten-
tiam iniquam irrationabile eſſet: niſi in inquirendo conſilium
fuiſſet negligens, aut culpabilis: tunc enim ad reſtitutionẽ te-
neretur. arg. ff. qui ſatiſd. coguntur. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria.
dixit etiam glo. ſuper Ray. & idem frater Io. vbi. ſ. quod impe
ritus iudex excuſatur, ſi tulerit iniquam ſententiam deceptus
per aſſeſſorem talem, qui communiter ſufficiens putabatur.

1 *Executorum genera.*
2 *L. & ſi non cognitio. ſenſus.*
3 *Conſeruator inquirit.*
4 *Referendarij officium.*
5 *Executori nudo parendum.*
6 *Appellari ab executore poſſe. & 8.*
7 *Executorum quis exceptiones admittat.*

Vod ad conſultationem. ¶Si quæ-
ris, vtrum iudex, vel executor poſſit & debeat exce
ptiones admittere vel nõ diſtinguit hic Hoſti. cuius
diſtinctionem hic poſui, non ꝙ ſi multum neceſſaria, cum ea,
quæ dixi. ſ. eo. de cætero. ſufficere debeant, vt videtur, ſed pro-
pter illos, qui verba potius, quam ſnīam amplectuntur, ſciendũ
1 eſt itaque, ꝙ alius eſt iudex, † & alius executor, & executorũ
alius eſt mixtus, alius eſt conſeruatorius, alius referendarius. ſ.
ad aliquem certum articulũ expediendum, ſine alicuius iuriſ-
dictionis cõmiſſione datus alius nuntiator ſiue executor ſim-
plex & nudus, alius executor ſententiæ latæ purus, & merus, ſi
ſit iudex exceptiones legitimas põt admittere, & debet & po-
teſt interloqui ſuper ipſis, & ſi non admiſerit merito ab eo po-
teſt appellari. j. tit. proxi. c. vt debitus. & c. cum cauſam. & c. di-
lecto ſi ſit executor mixtus idem dic per oĩa quantumcunque,
& præciſe ſcribatur. ſ. de off. delega. c. ex parte. 2. Sic poteſt in-
2 telligi. C. de præci. impera. offe. † & ſi non cognitio ſi ſit cõſer-
uatorius, & ſciat vel credat exceſſum notorium nullam exce-
ptionem admittet, niſi forſan excõicationis. ar. 11. q. 3. excom-
municato. & c. ſe. j. de excep. c. pia lib. 6. vel niſi forſan dicat de-
linquens, ꝙ hæc iuſte fecit, & defendendo ſe vel ſua in caſu ſi-
bi conceſſo a iure vel priuilegio. Nam ex quo aliquid proponi-
tur coram tali, quod non poteſt ſine contentioſa iuris indagine
expediri abſtinere debet, & admittere quãlibet exceptionem
legitimam, alias iuſte appellabitur ab eodem quod dic. j. de off.
3 deleg. ſtatuimus lib. 6. ſm Hoſt. Tu vero dic melius † conſer-
uatorem poſſe inquirere, an factum ſit notorium, vel ne arg. ſ.
de elec. bonæ memoriæ. §. qua vero quod dic plene ſm Cardi.
Archi. & Io. And. in d. c. ſtatuimus. Si ſit referendarius, proce-
4 dat † in articulo ſibi cõmiſſo. Et ſi aliqua opponentur, audias:
non tñ interloquatur, ſed dubia ſuperiori referat: alias ſi oppo-
nerentur ſibi aliqua, per quę proceſſus articuli ſibi cõmiſſi im-
pediretur appellari poteſt, ſi procedat: quia modũ excedit, ſed
& talis recuſari poteſt tanquã ſuſpectus, niſi de voluntate par-
tium fuerit datus. Sic intellige. ſ. de offi. delega. ſuper quæſtio-
5 num §. 1. & §. verum. vbi vero † ſimplex eſt, & nudus, puta, ad
aliquem citandum, vel pignorandum, vel ad aliquem ſuſpen-
dendum miſſus talis nec exceptionem admittere debet, nec ali
quid oppoſitum examinare. eſt enim in talibus quaſi pica. Sic
intellige. ſ. de off. deleg. paſtoralis. §. 1. ff. de rebus eorum l. ma-
gis. §. ne tñ titulo tenus. Inſtit. de ſuſpec. tu. §. ſi quis tutor. tali-
bus enim parendum omnino eſt dum tñ ſint certi nuntij, & de
forma mandati conſtet, alias ſecus. C. de iure fiſci. l. prohibitũ.
6 libr. x. Si ſit executor ſnīæ latæ merus, & purus † talis recuſari
non poteſt, quod dic. j. ritu. proxi. nouit. ſed a tali poteſt appel-
lari ſi excedat modum vt in glo. Ber. hic. Vnde poteſt tradi pro
regula, ꝙ vbicunq; dicitur ſententia nulla, & proponitur cauſa
7 iuſta, quare ſummatim debet executor examinare † negotium
& ſi reperiat ꝙ malitioſe proponatur, nihilominus exequatur
C. de fal. l. 2. ſi bona fide referat. ſ. eo. de cætero. Alij dicunt, ꝙ
executor datus ab alio, quam a principe exceptionem tenetur
admittere. ſecus ſi a principe, qui cauſam examinauit, & diffi-
niuit, & idem de executore delegati ſui. ſ. de off. deleg. ſi quan-
do. Sed ſi Papa ſententiam latam ab alio mandat, exequi tene-
tur admittere exceptiones & hanc opinionem recitauit Inn. ſ.
eo. de cætero. Alij dicunt (& forte melius) quòd ſiue ſententia
ſit nulla ſiue annullanda, non cogitur exceptionem admittere.
ſ. de off. deleg. ſuper quæſtionum. §. 1. Poteſt tamen ſi vult, &
ſuperiori referre propoſita. ſ. eo. de cætero. C. de falſi. l. 2. Pro-
cedat ergo, ſi vult, quantumcunq; appelletur, niſi liquido con-
ſtet per confeſſionem partium de liquida exceptione ſiue iu-
8 ſta, propoſita, tunc † enim modum excederet, ſi exequeretur,
& poſſet appellari, vt hic & ff. de iudic. l. ſi prætor. §. Marcellus.
qui ſic intelligitur ſecundum Hoſtien. cuius eſt iſta diſtinctio
tota, & ex dictis ſuis ſumitur.

1 *Penſio ſecundum obligationem ſoluenda.*
2 *Penſiones pro more ſolui.*
3 *Penſio locatorum quando ſoluenda.*
4 *Pura ſtatim exigi.*
5 *§. ſi quis intra annum. ſenſus.*
6 *Retineri quæ, aut non, poſſint.*
7 *Operarum ſalarium quando ſoluendum.*
10 *Penſio plurium annorum quando ſoluenda.*
11 *Penſio legata quando ſoluenda.*
12 *Solutionis dies cuius gratia adiectas.*
13 *Contractus & teſtamenti communia.*
14 *Penſionem anni ad menſes trahi.*
15 *Emptionis, & locationis diſcrimen.*
16 *Cauſa non niſi efficax exprimenda. & 17. & 18.*
19 *Sententia an inſerenda cauſa.*
20 *Solennitatum quæ ineſſe præſumenda.*

Icut nobis. ¶Si quæris, quo tẽpore debeat
fieri ſolutio debitę penſionis, v-
trum in principio temporis, vel in medio vel in fine
diſtingue aut ex cõuentione partium contrahentiũ,
1 vel quaſi ſeu ex diſpoſitione † teſtantium, ſeu ex forma obliga-
tionis ipſam penſionem debitam parientis conſtat, & apparet,
quo tempore ſolui debeat. & tunc conſtat, ꝙ eo tempore ſolu-
i debet, ꝙ primo de conuentione partium. Facit. ff. depoſiti.
l. 1. §. ſi conuenerit. ſ. de pac. c. 1. & c. quoties. pro ſecundo, ſcili-
cet, pro diſpoſitione teſtantium facit, quia voluntas teſtatoris
prolege

pro lege eſt ſeruanda in aut.de nup.§.diſponat.colla.4. & ff.de
condi.inde.l.in cōditionibus.&c.ff.de leg.1.l.ſi ſeruus pluriū.§.
2 fin.aut non conſtat,nec apparet,& tunc aut mos, ſeu † conſue-
tudo regionis apparet ſuper modo præſtandi huiuſmodi pen-
ſionem, & ſm hoc præſtari debet : quia mos regionis ſeruan-
dus eſt: vt in l.alleg.ſi ſeruus plurium.§. vlt.ff. de fun. inſtru. &
inſtru. lega. cum de lanionis.§. a ſnīa. & in iſtis duobus mem-
bris concor. Accur.C.loca.& conduc.l.ędem. Spec.tit.de loca.
& conduc.§.poſtquam. verſi. ſed quæritur. Aut mos, ſeu con-
ſuetudo regionis non apparet,& tunc refert. aut penſio eſt de-
bita formaliter , & expreſſe ob cauſam aliquam nondū imple-
tam, ſicut eſt in omnibus contractibus vltro citroq; obligato-
rijs, ſeu contractibus innominatis. Aut non eſt debita forma-
liter ob cauſam,vt in ſtipulatione vel legato. In primo caſu(&
pono exemplum de locatione) ſunt opiniones dicit enim Ac-
cur.ſin d.l.ędem quod minimum eſt ſequendum, & ſic q in fi-
ne anni debeat ſoluere.ff.de regu.iur.l. ſemper in obſcuris. & l.
ſemper in ſtipulationibus.j.de reg.iur. c.in obſcuris.li.6. Idem
tenent Phil.& Inno.j.de loca.& conduc. propter ſterilitatem.
in glo.vlti.& Spec.in d.§.poſtquam.ver.ſed quæris & tit.de ſa-
lario.§ nunc de procuratorum Iaco. de Ra. dicit ibi, q imò in
principio anni penſio eſt ſoluenda quod probat ſic.cū loco tibi
domū vel aliam rem pro decem videris illa decem mihi ſimpli
citer promittere , & hoc pure & ſimpliciter poteſt peti modo
ita eſt, q quoties quis pure , & ſimpliciter promittit inconti-
nenti,poteſt exigi.ff.de verb.obli.l.eum qui. de verbo. ſignifi.l.
cedere diem. Præterea in plena ptāte tua eſt ſoluere, ideo, &c.
ff.de act. empt. & vendi. l.Iulianus.§. offerri . Sed ego qui loco
3 † tibi domum per annum teneor tibi per totum annum addi-
mittendum tibi domum,nec eſt in plena poteſtate mea ſtatim
contractum ex parte mea implere. quare,&c.ff.de nego.geſt.ſi
pupilli. Præterea,quòd in principio anni,penſio ſit ſoluēda ca-
ſus videtur legis. nam dicit lex, quod ſi loco tibi domū meam
per totum annum , & tu ſoluiſti mihi totā mercedem in prin-
cipio anni deinde ante finem domus comburitur nō potes re-
petere,vt indebitum ergo, &c.ff.loca. & conduc.l.ſed addes §.
ſi quis cum in annum ſm eum.Pe.vero de Bellaper. diſtinguit
aut quęris de penſione vnius aut de penſione plurium annorū,
ſi de penſione vnius anni, tunc tenet ſecum Accur.ſupradicēs,
quod in fine anni penſio eſt ſoluenda quod probat ſic. quotieſ-
cunq; quis contrahit ſimpliciter,& pure antequam poſsit age-
re in effectu contra aduerſarium oportet contractum implere
ex parte ſua. vt in l.alle.Iulianus.§.offerri.& ſic oportet totum
tempus locationis permittere,ante labi. Item ſi quis promittat
ob cauſam antequam poſsit conueniri oportet cauſam imple-
ri.vt.ff.de excep.doli.l.2.§.ſi quis ſine cauſa. præterea hoc pro-
batur expreſſe per eundem.§.alleg.ſi quis cum in annum quem
Iaco.de Ra.pro ſe inducit. nam ibi non repetit, licet pręmatu-
re ſoluat. Et ad rationes Iac.de Ra.reſpondet primo enim non
obſtat illud arg.quod quoties quis pure, & ſimpliciter promit-
4 tit incontinenti poteſt exigi: quia † verum eſt vbi pure,& non
ob cauſam pmittit ac vbi propter cauſam,tunc nō poteſt exi-
gi cum effectu ante cauſam impletā,quia obſtat exceptio.vt in
d.§. offerri . Item non obſtat, quod dicit, quòd qñ eſt in plena
poteſtate tua complere cōuentionem ex parte tua teneris hoc
facere ſicut ſoluere,&c. iſtud nō eſt verum. imò oportet quod
contractus ex parte volētis agere primitus impleatur vt.C. de
rerum permu.l.ex placito . Pone enim, quod promitto te non
conuenire in perpetuū,&iſtud eſt in remotiſsima poteſtate mea
tamen non propter hoc dicor implere cauſam, nec datur mihi
actio ad petendum niſi cauſam impleam. vt C. de tranſactio l.
ſiue apud acta . ſic in propoſito non agit locator ad mercedem
niſi cauſam impleat. Item non obſtat prædictus.§. ſi quis intra
5 † annum quem dictus Iaco.de Ra.expreſſe inducit pro ſe,quia
ibi dixit quod non ſoluit indebitum . Scire enim debes, quod
6 quædam ſunt, quæ retineri poſſunt † ad tempus non iure obli-
6 gationis,ſed ratione cuiuſdam facultatis,ſeu æquitatis vt eſt qñ
vendo librum pro decem retinere poſſum librū donec ſolue-
ris decem tñ ſi iſta facultate non vtor, & trado librū non repe-
tam vt.C.de contrahenda empt.& vendi.l.empti. Quædā ve-
7 ro † ſunt, quæ iure obligationis retineri poſſunt & ſi illa ſoluan
tur repeti poſſunt.vt.ff.de condic. indeb.l. ſed & ſi me putem .
Modo ita eſt, quod ille, qui debet penſionē, habet facultatem
retinendi,vſq; ad finem anni. Et ſi nō vtatur iſta facultate, ſed
ſoluat non habet condictionem indebiti,quia non ſoluit inde-
bitum,ſed præmature ſoluit:& hęc vera qñ de penſione rei lo-
ca ę. Idem intelligit Inno.j.de locat. & conduc.c.propter ſte-
rilitatem in gl.vlt.ver.idem videtur & Hoſt. poſt eum in pen-
8 ſione operis locati , vt in caſu † vbi aliquis locauit operas ſuas ;
vel pro aliquo opere faciendo, vel exercendo de nouo vel ſi ſa-
larium promiſit aduocato,vel medico, vel procuratori : vel in
alijs conſimilibus caſibus q ſcilicet tantū finito opere ſoluen-
dum ſit debitum.arg.C.de ſuffragio.l.vnal. Nec ob.ff. de varijs
& extraordina.cog.l.1.§.eſt quædā res ſanctiſsima . quia ibi di-
cit quòd in principio eſt conueniendum de ſalario. ſed nō dicit
quòd ſit ſoluēdum ad idem.C. de poſtu.l. quiſquis.§.præterea.
In aduocato autem fiſci vř ſpeciale , q in medico ſibi ſoluatur
ſalarium: vt.C.de aduo.di.iud.l.per hanc.§.pen.ſm eos. Idem
Spec.ti.de ſalario.§.nunc de procuratorum in fi. &.§.ſequitur.
verſi.ſed quando. & in.§.iam alleg.poſtquam.ver. ſed quæritur
Quorum dictum verum eſt,dummodo ſanè intelligatur. Pro
9 cuius declaratione poteſt pbabiliter ſic diſtingui aut quis † lo-
cauit operas ſuas , vt pro ſingulis partibus hēt certam merce-
dem, vt ſi ſcriptor faciat mercedem , vt pro qualibet petia, vel
quolibet ſexterno habeat certam ſummam, & tunc in fine ſeu
poſt complementum cuiuſlibet partis debebit ſibi ſolui.vt.ff.
loca.l.qui inſulam.§.eden.&.ff.de rudi.l. ſed & ſi ſuſceperit.§.2.
Aut locauit operas ſuas vniformiter vt pro toto opere haberet
certam mercedem,& tūc aut vt ex illa mercede fiat illud opus
& tūc poterit petere ſibi ſolui in principio præſtita cautione de
opere faciendo.ff.de loca.& conduc.l.inſulam in fin. aut non vt
ex illa mercede fiat illud opus,& tunc dic vt q in fin.operis vt
eſt dictum ſm Inno. & Hoſti. & pro hoc facit illud generale ,
dignus eſt operarius mercede ſua . Matth. 10. Lucę 10. ad Ti-
moth.6.12.q.2.quicunq; ſuffragio.de ſepult.j.ca.1.extra de ſe-
pult.c.ſuper cathędram.§.verū.in cle. ſed non poteſt dici mer-
ces ſua antequam lucratus fuerit . ad idem vř caſus.j. de cenſi.
c.exigit , ibi ſine procurationis officio non impenſo, &c. & c.
perpenno ibi ad procurationem a locis recipere viſitatis lib. 6.
10 Si autem quęratur † de penſione plurium annorum tunc refert
aut plures anni continentur in contractu ſub vna enumeratio-
ne , vt quia dicit loco tibi domum vſq; ad x. annos tunc idem,
vt prius ſcilicet, quòd nō petetur penſio niſi elapſis decem an-
nis. Aut ſub pluribus enumerationibus, vt quia dixit loco tibi
domum vſq; ad annum pro x.libris Pariſijs . & abinde vſq; ad
alium annum pro x.lib.tur. & tertio anno pro centū ſolidis vel
ſimilia , & tunc tot ſunt penſiones quot anni & in fine cuiuſli-
bet anni ſoluēda eſt penſio.vt.ff.de verb. obli.l. ſcire debemus.
& l.pluribus.ſed aduertatis, quia contra iſtud membrum vlti
mum videtur lex expreſſa.ff.de ſtipu.ſeruorū.l. ſi ſeruus com-
munis.§.vlt. Sed dicas,quòd in principio cuiuſlibet anni quę-
ſita eſt obligatio fructuario ob cām & ideo ſi ipſe peteret ante
cauſam impletā per exceptionem repelli poſſet ſm Pet. in d.l.
ędem. in cuius opinionē Cynus ibi videtur declinare. Si quæ-
ris de ſecundo membro,ſcilicet, qñ penſio non eſt debita for-
maliter ob cauſam vt de penſione debita ex ſtipulatione vel vl-
tima voluntate refert,aut ſtipulatio facta, vel legatum factum
eſt de penſione debenda & ſoluenda in primo anno ſolum , vt
quia quis ſtipulatur ſibi dari decem hoc anno,vel quis legat ſibi
decem ſoluēda hoc anno,& tunc debet ſolui in fine anni. vt.ff.
11 de verb.oblig.l.qui hoc anno. Aut † ſtipulatio facta eſt,vel lega
tum factum eſt de penſione debēda & ſoluenda in & pro plu-
ribus annis,vt quia quis ſtipulatur vel legat decem annua,vel in
annis ſingulis vel quolibet anno vel annuatim & tunc ſiue de-
beatur , quandiu vixeris ſiue quandiu fuerit in ſcholis ſine vſq;
ad quinque,vel decem annos in principio cuiuſlibet anni pen-
ſio eſt ſoluenda.vt.C.qñ dies lega.cedit.l.j.&.ff.qñ dies leg. ce-
dit.l.nec ſemel in prin.§.1.& hoc tenet Inno.in c.alleg. propter
ſterilitatem.gl.fi.circa prin.& Hoſt.& ab.poſt eū. Vnde verſus.

Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni .
Anno ſi debes in fine teneberis anni.

& ita diſtinguit Accur.ibi
& inſti.de verb.obli.§. ac ſi ita.& ſm hoc non eſt differētia in-
ter debitum annuum,ſeu ſingulis annis & legatū annuum, ſeu
ſingulis annis,quin vtrobiq; fiat ſolutio in principio cuiuſlibet
anni.Sed vbi debetur anno,tūc in fine anni fiet ſolutio,& idem
ſi maius tempus eſſet adiectū . & eſt ratio , quia vbi verba ſunt
adiecta pro debitore tunc debēt interpręturi pro eo . Item vbi
[ſunt adiecta] pro creditore , tunc pro eo ſimiliter debet fieri
12 interpręt atio. Vnde ſi dicatur ſic,promittit † ſoluere iſto anno
vel tali tempore iſta adiectio temporis adijcitur pro debitore.
nam aliter teneretur ſoluere pure : & ideo intelligitur adiecta
pro debitore vt ſoluere debeat in fine temporis. Sed vbi dici-
tur ſic, pmittis ſoluere ſingulis annis decem, vel decem annua
hæc adiectio temporis ponitur pro ſtipulatore . nam alias non
ſoluerentur,niſi ſemel vna decem & ideo ſit interpręt atio pro
eo, vt ſoluātur in principio cuiuſlibet anni, refert ergo, an ſint

facienda

faciendę plures, & diuerſæ præſtationes per varia tempora an
fuerit facienda vna tantum præſtatio. primo caſu in principio
cuiuſlibet temporis. in ſecundo caſu in fine tēporis debet fieri
præſtatio, & hoc ſiue ſit debitū ex contractu ſiue ex vltima vo
luntate & in hoc cōcordat hic Dyn. alibi & eſt ratio, quia in pri
mo caſu videtur tpš adiectum gratia diuidendæ pręſtationis. In
ſecundo caſu vr̄ adiectum tempus gratia differēdę ſolutionis,
vt. ff. de ſtipula. ſeruo. l. ſi ſeruus cōis. §. cum ſeruus. vt not. ff. de
verb. oblig. l. eum qui. §. qui ita ſtipulatur: & ratio quare ſic vi-
deatur facta adiectio temporis eſt illa quam præmiſi, & ita te-
neas. Quidā vero diſtinguūt inter cōtractus, in quibus dicunt
debere ſolui penſionem in fine tpis, vt in l. alleg. qui hoc anno.
& vltimas voluntates, in quibus dicunt ſolui penſionē in prin-
13 cipio temporis. vt in l. allega. i. C. qñ dies lega. cedit. Sed † iſta
ſententia deſtruitur per legem. ff. de condi. & demon. l. ſi in an-
nos. & de verb. obli. l. eum qui. §. qui ita ver. Idem eſt in vltima
voluntate, quod in contractibus. alij vt Ber. & Hoſt. š. de reſcri
ptis ad audientiam. 2. in t. glo. & Hoſti. hic & in ſum. ſua tit. de
loca. & cōduc. §. quæ actiones circa prin. volunt diſtinguere in-
ter promiſſum annuum, & ꝓmiſſum ſingulis annis, vt in pri-
mo caſu fiat ſolutio in principio cuiuſlibet anni. In ſecūdo ca-
ſu in fine, quæ ſnīa deſtruitur per l. nec ſemel. §. nouiſſimè. ff.
qñ dies leg. cedit. Quod autem dictum eſt de penſione vnius
anni, idem intellige de penſione vnius menſis, vel ſeptimanæ,
vel diei, vt patet in Euangelio Matth. xx. c. Cum ſero (inquit)
autem factum eſſet dixit dñs vineę procuratori ſuo, voca ope-
rarios, & redde eis mercedem ſuam incipiēs a nouiſſimis vſq;
14 ad primos &c. Quod vero dictū eſt de penſione † plurium an-
norum idem intellige de penſione plurium menſium, vel ſeꝑti
manarum vel dierū & iſta ſufficiant. Reperi tñ in libro cuiuſ-
dam doctoris ſolennis dñi Ala. de Valle nule ſuper dic. l. ędem.
ſic ſcriptū: in mercede ſeu penſione rei locatę, vt domus, cre-
do ita dici debere in dubio, vbi nō eſt cōſuetudo, vel nihil con-
uentum eſt, tunc refert aut cōductor agit, vt ſibi detur domus
ad habitandum, & tunc poteſt repelli, niſi prius totam penſio-
nem ſoluat. aut dñs domus agit contra conductorem ad mer-
cedem, & tunc poteſt repelli donec cōtractus ſit totaliter com
pletus ex parte ſua arg. l. alle. Iulianus. §. offerri. Nec obeſt. ff. de
migrando. l. 1. §. ſi penſio: quia vbi habet aliquis pignus obliga
tum propter debitū in diem, licet non poſſit vendicare, tñ po-
terit vti iure retentionis iuxta illud. multa conceduntur per re-
tentionem, &c. modo omnia illa in domo conducta ſunt ta-
citè obligata pro penſione domus, & ideo licet dñs non poſſit
agere, bene tñ poterit vti iure retentionis. Sed prædicta diſtin-
ctio poteſt habere locum in cōtractu emptionis & venditio-
15 nis, vbi eſt in plena poteſtate vtriuſq; † contrahentium imple-
re ſtatim, contractū ex parte ſua tam venditori tradendo rem
venditam, quam emptori ſoluendo pretium conuentum. ff. de
act. empt. l. ex empto. ſecus in contractu locationis vbi in po-
teſtate locatoris non eſt ſtatim per traditionem domus vſum,
& commodū ipſius domus per annum tradere ipſi conducto-
ri, ſed illud commodum habet percipi per ſucceſſionem tem-
poris, & diuturnam manſionem, ſeu vſum rei locatę.
¶ In glo. ſed nunquid iudex. ſi quęris nunquid iudex teneatur
cauſam exprimere, & aſſignare, quę ipſum monet in ſnīa pro-
16 ferenda diſtingue aut in expreſſione cauſæ nullus † requiretur
effectus vtilis, nullum cōmodum. ſed potius incommodum, &
periculum iuris publici, vel priuati ptta: quia in exprimendo
cauſam poſſet eſſe, ꝙ exprimeret malā cauſam, & bonam ſub-
iiceret, & ſic ſnīa nō valeret, vt le. & no. š. de in integ. reſti. tum
ex literis. § nos igitur ver. illa innitens, &c. ĵ. de conceſſ. præb.
ex parte Atten. vbi de hoc per Hoſtien. ſuper verbo occaſione
conſilij. &. ff. de excu. tu. l. qui teſtamento. & tunc non oportet
nec expedit cauſam exprimere, vt hic vbi loquitur de ſnīa diſ-
finitiua & idem dico de interlocutoria. vt. š. de off. dele. ca. cum
ſuper abbatia. de quo vide quod le. & not. 2 5. diſt. intantum &
per Cardi. Gul. & Io. Andr. ĵ. de ſent. excom. cum medicinalis.
17 in princ. lib. 6. Aut in expreſſione cauſę ſequitur effectus † vti-
lis, & commodum ſeu tuitio iuris publici vel priuati abſq; peri-
culo quocunq; & tunc eſt cauſa exprimenda, vt puta qñ iudex
appellationis primam ſnīam retractat quo caſu cauſa eſt expri-
menda, vt per hoc priores iudices excuſentur, š. de fid. inſtru. c.
cum Ioan. Heremita. in fi. ĵ. de priuilegio. cum olim. 2. vel vbi
iudex a iure cōi recedit. ff. de appel. recipi. l. ſciendum. in auth.
de iudic. §. oportet. colla. 6. vel vbi abſoluit ab inſtantia iudicij.
C. de iudi. properandum. §. illo proculdubio. vel qñ conuentus
rei vendi ę abſoluitur: quia nō poſſidet. vt. ĵ. de except. ca. pen.
Idem in ſententiis excōicationis, ſuſpenſionis, & interdicti. vt
in cap. alleg. cum medicinalis, in princ. ĵ. de ſent. excom. lib. 6.
Idem qñ iudex abſoluit propter ineptam petitionem. vt. š. d
iudi. c. examinata. quibus caſibus cauſa eſt exprimenda vt not
Hoſti. hic & Ioan. Andr. poſt. eum & Spec. hoc titu. §. qualiter
ver. verum ſi rationes. adde etiam alios caſus quos not. Hoſt. in
ſum. eo. ti. §. qualiter in ſecunda columna verſi. niſi verſi. in ca-
18 ſibus. Vnde † vbicunq; cauſæ expreſſio poteſt parere aliquem
effectum cauſa eſt exprimenda: vt in c. alle. cum medicinalis in
princ. ĵ. de ſent. excom. lib. 6. patet in omnibus iuribus. š. alleg.
ſiue ſit diffinitiua ſententia, ſiue interlocutoria & per hoc ha-
bes tres leges ſpeciales & notabiles. ff. de ſuſpec. tu. l. hæc enim
cauſæ. de fideicō. lib. l. ſi legatario. §. fi. in fi. & de iure fiſci. l. 2. §.
ſenatus. verſi. quoties. alias non quia ex petitione & ꝓceſſu ſa-
tis poteſt & debet apparere de cauſa ſnīæ. ff. de re iudi. l. in ſum.
C. de ſen. quæ ſine certa quanti. proferun per totū. & ita teneas
licet quidam (vt Dyn.) diſtinguit inter ſnīam abſolutoriam in
qua dicunt cauſam inferendam vt ſit ſaluum ius quod non fuit
deductum in iudicium & perimatur ius quod fuit deductum:
vt. ff. de verb. obl. l. qui Romę. §. vlt. &. ff. de iure fiſci. l. 2. §. ſena
tus. & in. §. alleg. illo proculdubio. & cōdemnatoriam ſnīam in
19 qua dicunt † non eſſe neceſſe inſeri cauſam licet ſit bonum in-
ſeri eam: vt. ff. de his qui no. inſa. l. 2. §. ignominię. ff. de procur.
l. ſed & hę. ff. de pę. l. ſi pręſes. Ratio eſt, quia in condemnatoria
habetur reſpectus ad cauſam, quæ in petitione præceſſit: vt in
d. l. ſi præſes. & ita no. per eum in d. §. ignominiæ. Quidam alij
dicunt ꝙ ſi eſt ſententia criminalis, tunc eſt inferenda cauſa: vt
in d. l. ſed & hę. idem in ſnīa appellationis, vt ſciatur quare infir-
metur prima ſnīa, & idem in abſolutoria. Sed glo. dicit, ꝙ licet
nō ſit cauſa expreſſa in abſolutoria tñ valet: vt. ff. ſi menſor fal.
modū dixerit. l. 1. §. t. Alij (vt Iac. de Are.) idem dñt in crimi-
nali, qđ dicunt prædicti. in ciuili vero dicunt ꝙ aut eſt abſolu-
toria ab inſtātia, & tunc eſt inferenda cauſa: vt. C. de iudi. ꝓpe-
randū. §. & ſi quidem. alias nō cogitur iudex pōt tñ ſi vult. Sed
Iac. de Ra. dicit indiſtinctè nō eſſe cām inferendā, quia ex actis
apparet & ad hoc alle. hāc decre. dicens eam nō fuiſſe factā pro
alio quam opinionē credo veriorē cum diſtinctione pręmiſſa.
¶ In glo. eadem ad finem, ſi quæris nunquid omnia præſuman
20 tur ſolenniter acta diſt. aut quæris † de ſolēnitate intrinſeca, ſi-
cut eſt ꝙ in ſtipulatione interrogatio præcedere debeat reſpon
ſionem. ff. de verb. obli. l. 1. & ſimilia & in tali omnia pręſumun
tur ſolenniter acta: vt. ff. de pactis. l. iuriſgētium. §. quod ferè. ff.
de verb. obli. l. ſciendum. inſtit. de inuti. ſtipul. §. ſi ſcriptum. &
§. præterea. inſti. de fideiuſ. §. vlt. C. de contrahen. & com. ſtipu.
l. 2. ita intellige iſtud c. & iſtam glo. in princ. Aut quæris de ſo-
lennitate extrinſeca ſicut eſt, ꝙ alienatio rei pupillaris fiat, &
fieri debeat cum authoritate tutoris, quæ ſolennitas non eſt de
ſubſtantia contractus alienationis in ſe, & ſimilia & de tali non
præſumuntur oīa ſolenniter acta, niſi ꝓbentur: vt 12. q. 2. c. ſine
exceptione & per totum. C. de vſuris. l. 1. &. ff. de publiciana. l.
quæcunq;. §. vlt. vbi ita diſtinguit gl. ita etiā diſtinguit Cōpo. š.
de elec. c. cum dilecti in fi. & Car. ĵ. de elec. c. vt circa ſuper ver-
bo corporali in fi. & Archi. ibi ſuper verbo prohibeant. idē ibi
Garſias idem Gen. extra de elec. c. cū cauſam quę. ſuper verbo
ſolēniter in cle. & ita intellige gl. iſtam in ver. alias. n. allegat & c.
& adde quod no. Inn. ĵ. de eo qui fur. ordi. rece. c. innotuit in fi.
& ibi dicam in diſt. vlt. & quod dicam. ĵ. titu. t. c. dilectis. diſt. 2.
¶ Si quæras, vtrum oppoſitio tertij impediat ſnīam inter alios
latam executioni debite demandari diſtingue, vt dixi. š. de te-
ſti. c. veniens. 2. diſtinct. t. & de hoc per Inno. hic.

1 *Præſentatio a non habente eius nil quari.*
2 *Præſentationis vis.*
3 *Præſentati ius quale.*
4 *Præſentato per patronum ius quari.*
5 *Teſtium quæſtionem quis commutat. an non.*
6 *Scriba an quem ſufficiat.*

CVm Bertholdus. ¶ Ad verificationem
gl. quæ incipit ſed qua
1 liter potuit, ſi quæris, vtrum pręſentato ad † benefi-
cium ius aliquod acquiratur, & quod diſtingue, aut
eſt præſentatus per illum, qui non habet ius præſentādi, nec eſt
in poſſeſsione, vel quaſi pacifica pręſentandi, & tunc dic, ꝙ nul-
lum ius ſibi acquiritur, vt hic. &. ĵ. de iurepa. conſultationibus.
& ar. eo. quæ leg. & no. š. de elec. quærelā. §. nos igitur. ver. cum
nobis, &c. a contrario & in gl. ſed nonne. Aut eſt præſentatus
per verum patronū, nullo alio exiſtēte in poſſeſſione, vel quaſi
pacifica iure præſentandi. vel per illū qui eſt in poſſeſsione vel
quaſi pacifica præſentandi, & tunc aut quæris vtrum talis præ-
ſentatus

ſentatus habet & cõſequitur per præſentationem ius In bene-
ficio ius in re, ita ꝙ vt beneficiatus: & hñs ius in beneficio ha-
beat ius adminiſtrandi: & dic ꝙ non quouſq; per prælatũ ſue-
rit inſtitutus: vt.ĩ.de iurepa.ꝙ autem. & hoc no. Inn. & Hoſt.
s.de offi.leg.c.dilectus. & Inno. Hoſt. hic & Card.ĩ.de reg.iur.
c.1.lib.6.& Arch.23.diſt.presbyteri.&.ĩ.de inſti.c.1.gl.3.lib.6.
& Gul.de Monte Lau.& Gen.extra de iurepa.c.5.in clem.licet
Spec.tit.ne ſe.va.circa medium dicat & male, ꝙ ſicut capitulũ
non poteſt cõferre beneficia ſede vacante.vt 23.diſt. presby-
2 teri. ſic nec ad eam præſentare: quia † per præſentationem ius
acquiritur præſentato ſicut per electionẽ vel collationem.ĩ.de
iurepa.cum dilectus & male ſm Archi.vbi.s. Aut quæris nun-
quid per præſentationem habet, & conſequitur ius ad rem pe-
tendam, hoc eſt, beneficium petendũ, & perſonalem actionem
contra epm, vel prælatum ad quem ſpectat inſtitutio, ad hoc vt
admittatur per eũ & inſtituatur in ipſo beneficio & dic ꝙ ſic:
vt.ĩ.de iurepa.cum autem.& c.paſtoralis. & c.cum dilectus. &
c.illud.16.q.7.c.decernimus. ſm doc.prędictos vbi.s.& ita dic
breuiter ꝙ habet ius petendi ſe admitti ad beneficium non tñ
habet ius in eo.arg.ĩ.de præb.c.quodam. & de conceſ. præb.c.
quoniam lib.6. & hoc etiam notat expreſſe Gen. extra de ſup.
neg.prælato.c.vnico.glo.4.in clem.& ita poſſunt concordari &
intelligi glo. Inno.ĩ.de iurepa.qñ glo.1.in fi. qui dicit, quòd ex
præſentatione non acquiritur ius & Hoſt. qui dicit ibi contra-
3 rium. Iſtud tñ † ius ad rem eſt incommutabile in perſona præ-
ſentati per patronũ clericum qui variare nõ poteſt, & eſt com
mutabile in perſona præſentati per patronũ laicum qui variare
poteſt, vt in iuribus alleg. vnde ſm Hoſti. hic poſtquam patro-
nus laicus variauit præſentando alium qui per epiſcopũ eſt ad-
miſſus, primus præſentatus amittit ius petendi eccleſiam, &
agit de iniuria ſua contra epiſcopum vt in dictis c.quod autem.
& c.paſtoralis. & intellige, quòd patronus laicus poſt præſenta-
tionem per eum factam poteſt variare de conſenſu, & licentia
ſuperioris alias ſine licentia ſuperioris variare non poteſt ſm
Inno. hic in glo. patronus enim. & Hoſti. poſt eum licet Vinc.
dicat.s.de elect. in Gen. ꝙ etiam ſine licentia ſuperioris varia-
re poſsit. ſed opin. Inno. & Hoſti. verior eſt vt no. Archi. 31.di.
Nicena.&.ĩ.de iurepa. c.vnico in glo. hic approbatur lib.6. In-
4 tellige. quòd per † præſentationem patroni, acquiritur præſen-
tato ius ad rem, qñ fit epiſcopo diœceſano vel alteri, ad quem
ſpectat inſtitutio in beneficio, ſecus videretur ſi fieret vicario
ſuo generali ad hoc poteſtatem non habenti quod dic vt not.
Genzel.extra de iurepat.c.vt cõſtitutio in principio ſuper ver-
bo præſentatum in cle.licet Gul. de Monte Lau. ibi in glo.con
trarium dicere videatur & de hoc tetigi.s.de elec.auditis.

¶ Ad declarationem gl. quæ incipit, ſed qualiter delegatus, &c.
5 ſi quæris, vtrũ † ſubdelegatus Papæ vel delegatus ordina. exa-
minationem teſtium cõmittere poſsit diſtinguit Innoc. hic in
glo.& male verſi.vel dic & melius &c.dicens, ꝙ aliud eſt reci-
pere teſtes, aliud ſcribere atteſtationes. Ille enim, cui cõmiſ-
ſum eſt recipere teſtes, receptionem alij cõmittere nõ poteſt:
quia in hoc eius induſtria eſt electa.s.de off.deleg. qñ apoſto-
lica. Sed ſcribere atteſtationes bene cõmittitur alij: quia eo ca-
ſu potius eligitur opera, quã induſtria. argu.ĩ.de app. cum cau-
ſam, ſecundum eum. quæ diſtinctio non placet ho. tum quia
quando electa eſt perſona non poteſt hoc cõmitti alij ſine con
ſenſu illius, qui eligit per l.inter artifices.ff.de ſol. tum quia cer-
tus tabellio electus eſt ad ſcribendum totum videtur fidei ſuę
eſſe commiſſum, & certũ eſt, quod vnus fidelior & diſcretior
6 eſt altero, & talis conſideret de electo qui non conſideret † de
ſubrogato: tum quia tabellio magnã poteſtatem habet, & mul
ta mala poteſt committere, vnde dicit, ꝙ iſti iudices non iuriſ-
dictionem ſed certum articulũ puta receptionem teſtium, vel
aliud certum miniſterium quod nõ eſt iuriſdictio committe-
re poſſunt: quia hoc poteſt facere quicunq; iuriſdictionem ha-
bens.s.de offic.deleg. c.ſuper quæſtionum.§.1.quod intellige,
quando quæſtiones, & articuli & interrogatoria & omnia alia
examinata ſunt a committente & numerus teſtium limitatus
ita quòd ſit nudus auditor. & ſic intelligit.s.de offi.deleg. cum
te.& c.ſuper quæſtionũ. & hæc ſolutio placet ſibi. & idem not.
Ioan.Andr.& Genze. extra de offic.deleg.c.vnico.glo.2.in cle.

1 *Sententia iuris, ius facere.*
2 *Interlocutoria principis ius facit.*
3 *Diffinitiua qui ius faciat.*
4 *Abſens qui ſuccumbere præſumendus.*
5 *Ordinationum quæ ius non facit.*
6 *Sententiam principis ius generale facere.*

IN cauſis. ¶ Si quæris, vtrum ſententia prin-
cipis facit ius generale in tãtum, ꝙ
ſit trahenda ad conſequentiã, & quod alij in pari ca-
ſu idem debeãt iudicare diſtingue aut quæris de ſen
1 tentia iudiciali ſeu lata in iudicio aut de ſentẽtia, id eſt opinio-
ne ſeu reſponſione data ad conſultationem: aut de ſnĩa id eſt de
ordinatione ex cauſa neceſsitatis vel vtilitatis diſpenſatiue fa-
1 cta. In primo caſu refert, aut eſt in † corpore iuris clauſa, aut
non. Si ſic facit ius generale, & hoc ſi tenor patiatur, alias non
.ĩ.de inſti.cum veniſſent.§.nos igitur.C.de nouo codice com-
ponendo. conſtitutione vnica. in fi. & hoc ſiue ſit ſnĩa diffini-
tiua, vt hic.&.C.de leg.l.3.in princ.& l.imperialis. ſiue interlo-
cutoria: vt.ff.quod me.cauſa.l.metum.§.ſed quòd prætor.ff.de
iuriſ.& fac.igno.l.1.§.pen. ſm Ber. Vinc. Io. Inn.& Hoſti. hic &
idem Archi. 3.q.6. hæc quippe. & hoc intellige ſi tenor ipſius
patiatur alias ſecus: vt.C.de ſacroſan.eccle.l.non plures. Si non
eſt in corpore iuris. clauſa tunc aut eſt interlocutoria, aut dif-
2 finitiua. Si interlocutoria tunc, aut princeps † examinatione
præcedente cauſa cognita partibus præſentibus interloquẽdo,
vel interprętando pronunciauit, & tunc facit ius generale: vt in
l.hic alleg.imperialis.C.de leg.& 16.q.3.licet.&.ĩ.de verb.ſign.
in his in fin. ſm Hoſt. hic. ad idem facit.c.alle.cum veniſſent.§.
nos igitur vbi idem tenent Inno. Hoſti. & Io. Andr. ſuper ver-
bo tuendum & Gul.ĩ.de appel.c.vlt.gl.pen.lib.6. Aut ſine exa-
minatione præcedente, & ſine cauſę cognitione, & tunc nõ fa-
cit ius generale: vt in l.alleg.3. in fin.C. de leg. Si eſt diffinitiua
3 † tunc dicunt quidẽ indiſtinctè quòd facit ius generale vt hic.
quod intellige fore verum qñ fertur ambabus partibus præſen
tibus, vel ſaltem pro parte contra quam fertur pręſente. Et eſt
ratio: quia tunc, ſcilicet, qñ pars contra quam fertur eſt ab ab-
ſens magis præſumitur ferre ſnĩam propter contumaciam ip-
ſius partis abſentis, quam propter iniuſtitiam cauſæ. argu.ff.de
euic.l.ſi ideo &.ff.de inoſ.teſta.l.qui repudiãtis. ita tenet Lam-
ber.de ſal.in d.l.3.C.de leg. Nec obſtat quòd abſens, dummodo
habeat bonam cauſam, vincere, & obtinere debeat. vt.C.de iu-
di.properãdum.§.& ſi quidem &.§.ſin autem reus: quia hoc eſt
4 verum, qñ conſtat, & apparet † iudicialiter de iuſtitia ſua, ſed
qñ ſuccumbit præſumitur magis ſuccumbere: propter abſen-
tiam, & contumaciam ſuam, quam propter iniuſtitiam ſuam:
quia ſi præſens fuiſſet potuiſſet aliqua allegare, quibus viciſſet,
vt no.glo.in l.alleg.ſi ideo. Si quæris de ſecundo caſu principa-
li, ſcilicet de ſententia, id eſt de opinione vel reſponſione prin-
cipis data ad conſultationem: & intellige nõ redacta in corpore
iuris, quia illa faceret ius per l.ſæpe alleg.3.C.de lega. tunc ſen-
tit Hoſti.s.de reſcriptis ſi quando, quòd facit ius generale di-
cens, quòd lex illa.C.de ſent.& interlocu.om. iudicum l.nemo.
loquitur in relatione procerum, & non principis, ſed Accur. in
l.alleg.nemo.in 1.glo.& Ber. Vinc.& Phil. in c.allega. ſi quando
ſentiunt contrarium, quod videtur verius de iure. Si quæris de
5 tertio caſu, ſcilicet, de ſententia id eſt, de ordinatione † ex cauſa
neceſsitatis, vel vtilitatis per principem diſpenſatiue facta, tũc
dic, quòd talis non facit ius cõmune nec eſt ad exemplum tra-
henda vt hic.&.ff.de conſtit.princ.l.1.& inſtit.de iure naturali
.§.plane. iuxta quod vide quod not. Cardi.ĩ.de regu.iur.c.quod
alicui.lib.6. vbi dicit, quòd ius ſpeciale ad talem materiam tra-
hitur, quæ pari æquitate. vel maiori iuuatur. & eſt textus ſm
eum.C.de fur. & ſeruo corrup.l.ſi quis ſeruoſ. & hoc intellige
6 † de ſentẽtia principis. Sententia vero alterius non facit ius ge-
nerale, ſed ſolum inter illos, inter quos lata eſt: vt l.alleg.nemo,
quod dic vt dicam.ĩ.eo.quamuis ad idem facit c.alleg.cum ve-
niſſent.§.nos igitur. vbi idem tenent Inno. Hoſti.& Ioan.And.
ſuper verbo tenendum. & Gul.ĩ.de appel. ca.vlt.glo.pen.lib.6.
vbi de hoc per eum.

1 *Litera priores, an in ſecundis memoranda.*
2 *C. inter monaſterium. ſenſus.*
3 *Proceſſus quando in literis memorandus.*
4 *Recuſandus quando ſit iudex.*
5 *Recuſatio omiſſa non proponenda.*
6 *Iudex prius negandus, quam recuſandus.*
7 *Sententia ſecunda prima ne præualeat.8.10.16.& 17.*
9 *Sententiam priorem quando renocet princeps.*
11 *Sententiarum quando receptus concurſus.*
12 *Sententia prior quando ſecunda præualeat.*
13 *C. exceptionem. ſenſus.*
14 *C. inter monaſter. quando locus ſit.*
15 *Culpa lata dolo ſimilis.*

INter monaſterium. ¶Si quæris vtrum impetrãs
literas ad ſecũdos iudices de proceſſu habito coram
primis iudicibus teneatur facere mentionem, diſtin
gue, aut ſecundæ literæ impetrantur ad reuocationem priorũ
iudicum, aut impetrantur nõ ad reuocationem priorum iudi-
cum, ſed vt alius iudex collega vnus, vel plures in cauſæ cogni-
1 tione ipſis prioribus iudicibus adiungatur. † In primo caſu re-
fert, aut quæris de proceſſu facto coram prioribus iudicibus ſu
per inepta actione, ſeu petitione, de quo. ſ. de iudici. examina-
ta. & de tali non oportet facere mentionem, vt not. Spec. titu.
de offi. om. iudi. §. deſeruit. ver. ſed quid ſi clericus dicẽs. quod
licet de proceſſu facto coram prioribus iudicibus ſuper inepta
actione literæ ſecundo impetratę, non faciant mentionem, ni-
hilominus videntur valere ſaltem de cõſuetudine. arg. j. de ap-
pel. ſi duobus licet non de rigore. vt hic. & . ſ. de off. deleg. ex li-
teris. pro quo faciunt ea quæ le. & no. j. de reg. iur. c. nõ pręſtat.
lib. 6. Aut quæris de proceſſu facto ſuper acta, & competenti
actione ſeu petitione, & tunc aut proceſſus eſt talis qui nõ va-
let ipſo iure vel in effectu, & tunc idem quod in membro pręce
denti per iura alleg. Et hoc poteſt ſic probari: quia ſicut video,
2 hic † quod impetrans ſecundas literas directas ſecundis iudicibus
tenetur de proceſſu facto per priores literas facere mentionem,
ita tenetur facere mentionem multo fortius de ipſis prioribus
literis. vt. ſ. de reſcrip. c. cæterum. ſed ab eo quod vbi priores literę
non valẽt ipſo iure: vel etiam in effectu, vt quia ſunt tales, quæ
per exceptionem elidi poſſunt, impetrans ſecundas literas non
tenetur de ipſis prioribus literis facere mentionem: vt no. Ber.
. ſ. de reſcrip. c. ex tenore. glo. pen. & ſcripſi. eo. ti. c. 1 igitur pa-
ri: imò fortiori rõne ſi proceſſus factus per priores literas non
valet, ipſo iure, vel in effectu impetrans ſecundas literas nõ te-
nebitur de ipſo facere mentionẽ maxime, quia non debet pre-
ſtare impedimentum quod de iure nõ ſortitur effectum . j . de
3 regu . iur. c. non præſtat. lib. 6. cum ibi alleg. Aut † proceſſus eſt
validus ipſo iure & in effectu, & tũc de tali oportet facere men
tionem, in ſecundis literis alias nõ valerent, & vtrum ſufficiat,
quod in ſecundis literis de tali proceſſu fiat mẽtio generalis ar-
bitrarium eſt ſecundum Hoſti. hic dicentẽ, quod de principalibus ar-
ticulis, & exceptionibus & ordinationibus, & de his inter quos
& coram quibus actũ eſt ſpecialis, & expreſſa mentio fieri de-
bet. vt probatur de articulis de reſcriptis. cum dilecta. de exce-
ptionibus. ſ. de procur. c. in noſtra in fin. de ordinatione. ſ. eod.
cum . de iudice, & litigatoribus. ſ. de dolo & cõtu. ex literis vbi
de hoc ſecundum eum. ſequitur de ſecundo membro princi-
pali, ſcilicet, quando ſecundæ literæ impetratæ impetrantur
non ad reuocationem priorũ iudicum, ſed vt alius iudex col-
lega in cauſę cognitione ipſis prioribus adiungatur & tunc dic
vt dixi. ſ. de offic. deleg. c. coram in 2. diſtin.

¶Ad euidentiam glo. quicunq; habet . ſi quæras qñ reus exce-
ptionem ſeu recuſationẽ ſuſpecti iudicis proponere debet. di-
cit Io. an. poſt opi. recitatas in iſta glo. quod alij dicunt, quòd vſque
ad xx. dies poteſt eam proponere qñcunq; ſiue alias propoſue-
rit ea n ſiue non 3. q. 3. offeratur ei beneficiũ iuris &c. j. de reg.
iur. c. adultum lib. 6. Alij dicunt vt Phil. & Iaco. de Alb. Ab. &
Spec. it. de dilati. §. nunc videamus in fin. quod ſemper vſq; ad lit.
conte t. poteſt proponi. C. de iuriſ. om. iudi. l. nemo ibi poſt lit.
conteſt. ordinarius ſedis recuſet examen ergo ante poteſt. facit.
C. de iudi. l. apertiſſimi. & hæc decret. niſi fuiſſet datus termi-
nus ad declinatorias proponẽdas. ſ. de excep. c. paſtoralis. Non
obſtat. §. offeratur: quia hodie inducię arbitrarię ſunt. j. titu. 1.
t: imò quidam ex eis fatuum reputant illum qui primo
proponit cum per hoc iudicem prouocet . Tamen ipſe
Spec. titu. de recuſatione. §. ſic aũt recuſatio. conſuluit teneri
ſententiam Tan. quæ fuit, vt dicit Ber. hic. quòd ſi omiſſa ex-
ceptione, de iudice ſuſpecto propoſuit, alias ſiue obtineat, † ſi-
ue ſuccumbat, non poteſt redire ad eam, quæ eſt. de iudice ſu-
ſpecto, quia per hoc videtur tacitè approbare perſonam iudi-
cis ex quo cõſenſit litigare ſub ipſo. arg. ſ. de off. dele. inſinua-
te. & idem conſuluit Hoſt. ſ. de proba. quoniam. & remittit ad
ea, quæ no. in ſum. de off. dele. §. ſed nec illud. verſ. qñ debet fie-
ri recuſatio. Alij dicunt (vt Io. in. §. alle. offeratur. Goff. in ſum.
de dil. §. 2. & Inno. hic recitat) quòd non ſolum ante alias ex-
ceptiones proponi debet, ſed etiam ante viginti dies . Ex opi-
nione Ber. ſequitur incõueniens: quia ſi petat reus ſibi dari co-
piam reſcripti, dicet actor . Talis eſt perſona, cui debet credi.
quia eſt nobiliſſimus. Si petat libellum, dicet actor, nõ eſt de
conſuetudine: & hoc etiam facies ſolũ vt iudex ſuper eo pro-
nunciet: Propter quod aliqui dicũt, quòd aut reus eſt qui pro-
uocat ad ſententiam, aut prouocatur. Primo caſu amplius non
recuſat. Secundo ſic. arg. ff. de condi. furti. l. & ideo. & . ſ. de ex-
6 cept. cum inter. Satis crederem de iure dicendum, quòd † om-
nis exceptio, per quam negatur quis eſſe iudex præcedat exce
ptionem de ſuſpecto: nam ſi non eſt iudex ad quid debeo eum
recuſare maxime cum longiorem tractũ habeat recuſatio pro
eo quod itur ad arbitros? vtile tñ eſt hoc caſu proteſtari : ſed non
puto neceſſarium. Alias vero exceptiones, per quas non nega-
tur iuriſdictio, puta excõicationem contra actorem ita, quod non
eſt reſcriptũ, vel dilatoriam abſolutionis præcedet recuſatio.
Facit pro iſta diſtinctione, quod not. in Spec. de except. §. viſo.
verſ. porro. & hoc teneas poſt factum maxime cum reo liceat
proponere contraria præcipuè qñ tendunt ad eundem finem.
de hoc plene. j. de regu. iur. nullus. lib. 6. Nec eſt verũ quòd eli-
gant ipſius iudicium, niſi quo ad illud, quod excipio. Et dato,
quòd illud expreſſe facerem non deberet nocere . Quid enim,
ſi expreſſe faceret illũ iudicem? non video, quòd recuſationem
impediat ante factũ . Conſultore m Tancredo cum ſuper alijs
exceptionibus (ſi quas ante propoſuerit), habeat pronuntiare
& eius ſnĩa inter partes faciat ius. ſ. de reſcriptis. ſuper literis in
fi. & ex quo in vno eligit, in alio nõ recuſat. 3. q. 8. cuius in agen
do . Sed in recuſatione nõ eligo ipſius, ſed arbitrorum iudiciũ,
vel collegę vel ordinarij: vt. j. de off. dele. ſi contra vnum. lib. 6.
& ſi vis præciſe tenere opi. Tanc. & Ber. reſponde ad contraria
ſecundum Inno. in glo. ſi alicui. verſi. primi autem & ſeq. ſecundum Io. And.
hic & iſtam opinionem Tan. potes tenere ſi ſcienter iſtam ex-
ceptionem quis omittat ſecus ſi ignoranter. ff. de iuriſ. om. iud.
l. ſi per errorem. ſecundũ Spec. titu. de excep. §. viſo. ver. porro.
7 ¶ Ad euidentiam glo. & ita ſi quæris vtrum, & † qñ ſententia
lata cõtra primam ſnĩam valeat, & teneat diſtingue . aut ſecun-
da ſentẽtia fertur interueniente remedio appellationis, vel ſup
plicationis, vel reſtitutionis aut nullo tali remedio interuenien
te. In primo caſu cõſtat, quod valet : niſi ſit aliud canonicum ,
quod obſiſtat. Primum membrum patet. ff. de appel. l. 1. & per
totum. C. de appel. per totũ. j. ti. 1. per totum. j. eo. cum 1. & A.
de teſta. c. Raynutius. & c. Raynaldus . ſecundum, & tertium mem-
brum patent. ff. de mino. l. in cauſæ. 2. in fin. & l. ſeq. ff. de re iud.
l. diuus. ff. de iureiur. l. admonẽdi. ff. de appel. l. 1. C. de præci. im-
pera. offe. in auth. quæ ſupplicatio. de ſententijs præfec. præto. l.
vnica. ſ. de reſtit. in integr. ex literis & per totum. j. titu. proxi.
8 per totum . In ſecundo caſu refert, aut eſt dubium † de prima
ſnĩa, ſcilicet, vtrum, & qualis lata fuit, & tunc valet ſecunda ſen
tentia ratione dubij. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcin. l. 1. vt no. Ber.
hic. in gl. & ita. Aut non eſt dubium de prima ſnĩa. & tunc aut
contra eam allegatur , & probatur talis peremptoria, quæ poſt
ſnĩam proponi & probari poteſt. de quo per Accur. C. de iur. &
facti igno. l. 1. & dixi. ſ. de except. c. paſtoralis . & tunc valet ſe-
cunda, alias inutiliter iura admitterent illas exceptiones ad pro
bandum, niſi probatę prodeſſent. argu. C. de proba. l. ad proba-
tionem. aut non allegatur, & tunc aut quæris de principe, puta
Papa , vel Imperatore proferente, ſecundam ſnĩam contra pri-
mam, aut de alio inferiori. In primo caſu refert: quia aut prin-
ceps ex certa ſcientia committit cauſam ſciens primam ſnĩam
9 eſſe latam in ea vel de ipſa cauſa cognoſcit, & tunc † ipſam pri-
mam ſnĩam reuocare videtur. argu. hic in verſi. & cum ſi fuiſ-
ſet oſtenſa ea poſthabita &c. ſ. de off. dele. paſtoralis. §. præter-
ea. vt not. Goff. ſ. de reſtit. in integr. c. tum ex literis. & Archi.
2. q. 6. diffinitiua verſi. item ſi ſnĩa . Aut princeps ignorans pri-
mam ſnĩam latam in cauſa ipſam cauſam cõmittit , vel de ipſa
cognoſcit, & tunc dic idem, quod in alio inferiori. Si quæris de
alio inferiori ſiue ordinario, ſeu delegato vel ſubdelegato tunc
refert aut prima ſententia fuit nulla ipſo iure, vel in effectu, pu-
ta, quia lata a iudice non competenti vel authoritate literarum
vitioſarum, & quæ per exceptionem fuerũt eliſę & tunc tenet
10 † & valet ſecunda ſnĩa non obſtante illa prima, quę nullum prę-
ſtat impedimentum: vt hic in verſi. non obſtãte ibi cum ſi. &c.
qui ver. ita intelligitur ſecundum Goff. hic & Archi. 2. q. 6. c. ei qui. §.
diffinitiua verſi. item ſi ſententia. ar. j. de reg. iur. c. non præſtat
lib. 6. ita intellige. j. de pur. vul. c. 2. C. de ſen. quę ſine certa quan
ti. profe. l. fi. & arg. ff. de bon. poſ. contra ta. l. non putauit. §. non
quęuis. & . §. ſeq. de re iudi. l. 4. §. condemnatum . Idem dicendũ
eſt, ſi notorie appareat ſnĩam eẽ iniuſtã, vt. j. de fri. & male. c. fra-
ternitatis. §. nos autem. alias nos tñ & in d. c. 2. de pur. vul. nam
ſemper debet veritas præualere. 8. diſt. conſuetudo vt hoc no.
Inno. in d. §. nos autem glo. no. ſententiam & Hoſt. & Io. And.
poſt eum . aut prima ſnĩa fuit & eſt valida ipſo iure , & in effe-
ctu & tunc aut ſecũda poteſt reputari diuerſa a prima. ita quòd
ambæ ſe cõpatiuntur, vel ratione temporis, vel alia ratione &
tunc

tunc non eſt contraria: vt. C. de vete. iur. enucl. l. 2. §. contrariū.
verbi gratia ſi in prima ſententia pronuntiatū fuit me non de-
11 bere vel rem meam eſſe. In ſecunda ſnia, † pronuntiatum eſt
me debere, vel rem tuam eſſe hæ quidem ſniæ compatiuntur
ſe, quia propter diuerſitatem temporum vtraq; poteſt verita-
tem continere, vt de pe. diſt. 1. periculoſe. §. finitium regundo. l.
in finalibus. ff. de mi. l. in cauſę. 1 §. ſi. & l. ſeq. C. ſi manci. ita ſu.
alie. ne proſti. l. 1. & tunc valet vtraque. & ſecunda præualet, &
præiudicat primę, quaſi tempore ſecundę ceſſauerit cauſa pri-
mæ: vt. ſ. de tranſla. epi. poſt tranſlationem verſ. cęterum. ff. de
excuſatione tuto. l. ex ratione. alias de excuſa. & tempo. earum
l. cum ex oratione. & arg. ff. de pen. hæred. l. item videndum. &
l. illud. ſ. de teſti. cum in. j. eo. c. Abbate ſane lib. 6. Aut ſecunda
non poteſt reputari diuerſa a prima, ſed eſt directe ſibi contra-
ria, & tunc aut non fuit oppoſita exceptio primæ ſniæ coram
iſto iudice ſecūdo qui ſecundam ſniam tulit aut ſuit oppoſita.
ſi non fuit oppoſita, tunc aut quia is cui competebat ignorabat
eam ſibi competere, & tunc nō valet ſecunda: vt. C. qn̄ prouo.
non eſt neceſſe. j. 1. quæ eſt canonizata in d. §. diffinitiua. verſi.
item ſi ſententia. 2. q. 6. ſm Io. Hoſti. & Io. Andr. licet quidam
dicant, quod eo caſu ſi iudex ſciuit primam ſniam ſecūda nul-
la eſt, ſi ignorauit tenet ſecunda, & præualet primæ ſic alibi at-
tenditur ſcientia iudicis. ff. de off. præſi. ſi forte. j. titu. c. ſi duo-
bus & hoc non placet Io. Andr. nec mihi: imò putamus tunc
12 † proprie nō tenere ſecundam, qn̄ pars & iudex ignorabant de
prima: nec eſt æquum, quod beneficium ignorantiæ partis lę-
datur per ignorantiam iudicis per quā potius iuuari debet. ad
hoc. ſ. de reſcriptis ex parte decani. ſolū ergo ad excludendam,
vel includendam culpam in iudice ponderabitur ipſius ſcientia
vel ignorantia. nec ob. lex ſi forte. & c. ſi duobus quæ loquun-
tur cum procedit qui iudex nō eſt quo caſu ponderatur ſcien-
tia ipſius vel ignorantia: & in c. ſi duobus reperitur pars in cul-
pa, aut is cui cōpetebat ſciebat eam ſibi cōpetere, & tunc dico
indiſtincte, quod ſecunda valet, & tenet argu. huius c. in verſic.
non obſtante. ſm Goff. Ber. & Hoſti. hic & Hoſti. in ſumma.
eo. titu. §. qualis. verſi. 4. & Archid. in. §. alleg. diffinitiua verſic.
item ſi ſententia. pro hoc. j. de priuil. c. cum olim. §. nos igitur
licet Io illud membrū ſubdiſtinguat hic dicens, aut is pro quo
facit ſententia ſcienter & doloſe omiſit illa, vti volens fatigare
aduerſarium ſuum, & tunc valet ſecunda ſentētia. ita loquitur
hæc decret. ſm Ioan. Andr. hic in ver. ideo dicit & Vinc. Phil.
13 & Hoſti. & alleg. Hoſti. ſ. de except. c. exceptionem. † & inſtit.
de exceptio. §. item ſi in iudicio, ſed vide quia decre. exceptio-
nem potius facere videtur contra, quia ibi non oppoſuit exce-
ptionem tempore debito malitioſe poſt tēpus auditur ſed con
demnabitur in expen. ſic videtur in hoc caſu dicedū ſed de-
fende Hoſti. & dic quod textus decret. illiut, vbi dicit, ꝙ eſt in
hac exceptione ſpecialiter obſeruandum vnde arguit pro opi-
nio. Hoſt. nam ſi ſpeciale eſt in exceptione excōmuic. propter
cauſas quas habes. j. de except. pia. lib. 6. ergo eius contrarium
eſt generale. arg. j. de pręb. præſenti. § loca. lib. 6. cum ibi no. aut
omiſit ea vti ſcienter ſed non doloſe, & tunc non valet ſecun-
da ſm Io. Andr. qui nil ad hoc vltimum dictum alleg. vnde ip-
ſum non credo verū primo per illud quod no. Ioan. in d. §. diffi-
nitiua verſ. item ſi ſnia glo. niſi in cauſa dicens, quòd ſi ex certa
ſcientia omiſit, ſed ideo omiſit: quia nō poterat eam tunc tem
poris probare ſibi præiudicat. vt 2. q. 7. plerique. Item per illud
quod no. Goff. hic & Archi. in prædicto verſi. Item ſi ſnia. di-
14 centes hāc decret. † habere locum qn̄ prima ſententia eſt nul-
la ipſo iure, & quòd tunc locum habet, quod non tenet ſenten-
tia contra res prius iudicatas, qn̄ prima ſententia tenet, & exci-
pitur ex ea vel non excipitur, ideo: quia is cui cōpetit exceptio
ignorat eam ſibi competere alias valet ſecunda ſentētia, ſi ergo
alias valet ſecunda ſentētia, ergo valet in caſu vbi is cui compe-
tit exceptio omittit ea vti ſcienter, ſed non doloſe. item Hoſt.
dicit expreſſe in d. §. qualis verſi. 4. quod cū omittit ea vti: quia
non habet probationes in promptu præiudicat ſibi niſi prote-
ſtetur de ipſa ſnia & dicat quòd ideo nō proſequitur, quia non
habet probationes paratas tunc forte non præiudicat ſibi, arg.
15 ff. de eden. l. argentarius. §. ſi. item talis eſt in lata † culpa, quæ in
amiſſione iuris ſui regulariter æquiparaſ dolo. ff. de poli. quod
Nerua. j. de conſti. vt animarum. de reſcriptis. tibi qui. de pręb.
ſi clericus. lib 6. & diſſoluta negligentia prope dolū eſt. ff. man.
l. ſi fideiuſſor in principio. ſed pro Ioan. Andr. videtur fortiter
facere quod no. glo. C. de tranſac. l. ſi diuerſa dicens, quod non
16 valet † ſecunda ſententia contra primam lata etiam de expreſſo
conſenſu partiu, ergo multominus ex tacito cōſenſu illius pro
quo facit, & qui ſcienter omittit illa vti cum non plus debeat
operari tacitus conſenſus vnius quam expreſſus ambarum par
tium. argu. not. C. de pac. l. 1. ff. de lega. 2. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub
conditione vbi no. quod ius futurū non poteſt amitti per ſim-
plicem renūtiationem, ſed bene per pactum. ſed dato ꝙ illa gl.
ſit vera non obſtat. nam non mirum ſi tacita renuntiatio vnius
partis plus operetur, quam expreſſus ambarum, vt patet in re-
miſſione iuramenti calumniæ. C. de iura. calum. l. 2. §. ſed quia
veremur. j. de iura. calum. c. 1. §. 1. lib. 6. item ibi non valet ſen-
tentia ſecunda ex eo, quia emanat ex conſenſu partiū quod eſ-
ſe non debet, quia ſententia debet ferri in inuitum. ff. de verbo.
oblig. l. inter ſtipulantem in principio. nec pro hoc negat, quin
is pro quo facit prima ſentētia poſſit ei renuntiare expreſſe &
tacite, ſcienter omittendo illa vti & de ea excipere intra tem-
pus debitum ſicut eſt in alijs peremptorijs de quibus dixi. ſ. de
excep. a nobis. ſi fuit oppoſita exceptio primæ ſniæ coram iſto
ſecundo iudice tunc refert aut fuit reprobata, & tunc tenet &
valet nihilominus ſecunda vt hic in verſi. non obſtan. ſm Inn.
& Ber. hic argu. ff. de neg. geſt. l. ſin autem. §. ſi quocunq; modo.
2. reſpon. & ff. de compenſa. l. quod in diem. §. 1. ff. quę ſen. ſine
ap. reſcin. l. 1. circa princ. C. de fide inſtru. l. vlt. Aut non fuit re-
probata, & tunc aut huiuſmodi exceptio primæ ſniæ ſic pro-
poſita non fuit legitimè probata & tunc idem, ſcilicet, ꝙ valet,
17 & † tenet ſecunda quia paria ſunt non proponere, nec probare
ſed non probare & ꝓponere. ff. de teſta. tut. l. duo ſunt Titij. ſ.
de proba. c. licet. § ad reprobandum. verſi. idem quoq; teſtes. &
j. eod. cum I. & A. §. ſi vero eos, ſed vbi non fuiſſet oppoſita &
ſcienter exceptio primæ ſententiæ valeret ſecunda ſnia vt eſt
dictum. ergo & vbi fuiſſet oppoſita, ſed non probata aut exce-
ptio primæ ſentētiæ fuit legitimè oppoſita & probata. & tunc
tenet ſecunda ſententia per iura alleg. C. quando prouo. non eſt
neceſſe. l. 1. & 2. q. 6. §. diffinitiua. verſi. item ſi ſententia cum ibi
alleg. & vide etiam quod not. Inno. ſ. de reſcrip. cum dilecta in
glo & furtiue. in fine quę vt dixi vera ſunt ſaluis caſibus exce-
ptatis in princ. huius glo. quæ cum ſub præmiſſis ſi ponderan-
tur ſatis comprehenduntur. item puto prædicta locum habe-
re ſiue pro actore agente, ſiue contra ipſum pro reo prius fue-
rit iudicatum cum prædicta. l. 1. C. quando prouo. non eſt nec.
non diſtinguat & facit quod ibi no. in fin. vlti. glo.

1 *Collegium procuratorem creat.*
2 *Monachus an dandus, procurator. 3. & 4.*
5 *Teſtes quoſuis admittat inquiſitor & quatenus verum. 6.*
7 *Teſtes reijcit inquiſitus. & 8.*

CVm I. & A. ¶ Si quæris, vtrum, & q̄ religioſi poſſint cōſtituere, vel con
ſtitui procuratores diſtingue, aut quæris, vtrum &
quando poſſint cōſtituere, aut vtrum poſſint con-
ſtitui. In primo caſu refert, aut quæris de collegio, vel conuen-
1 tu religioſorum, aut de ſingularibus † perſonis. ſi de conuentu
vel collegio, dic indubitanter, quòd poteſt conſtituere procu-
ratorem: vt. ſ. de conſuetu. cum dilectus. & de in integrum re-
ſtitu. c. cum veniſſent cum infinitis alijs ſm Inno. & Hoſti. hic.
& Archid. 16. q. 1. monachi. 2. ſi de ſingularibus religioſis tunc
refert aut quæris de cauſis, in quibus religioſus habet perſonā
ſtandi in iudicio, & quas ſolus agere & in iudicium deducere
poteſt, vt ſi ſit ſimplex religioſus, & idē multomagis ſi ſit prę-
latus, & fiat inquiſitio contra eum vt hic, vel ſi ipſe inquiſitio-
nem impetret, vel proſequatur contra alium, vt hic. & j. de ac-
cuſ. cum P. vel ſi de elec. ſua agatur. ſ. de reſcriptis. c. cum dile-
2 cta. & j. eo. ad probandum. vel ſi Abbas † conſtituat eum pro-
curatorem in negotijs monaſterij: vt 16. q. 1. qui vere. & c. mo-
nachi. 2. Vel etiam in negotijs proprijs ipſius Abbatis vel alijs
cōſimilibus caſibus ſi qui ſint, & dic quòd in talibus religioſus
poteſt conſtituere procuratorem, & per eum literas impetra-
re, & agere vt in iur alleg. & ſ. de except. dilecti ibi tra[...] ꝯmiſſa
nobis petitione, &c. nam ex quo a iure conceditur ſibi agere,
multomagis eſt, quòd per alium agat, quam per ſemet ipſum.
ſ. de ſyndi. cap. vnico ſecundum Inno. Hoſti. & Abb. hic idem
Archi. in c. alleg. monachi. 2. ſuper verbo imperante & Io. And.
& Gul. de Monte Lau. & Gen. extra de procura. c. religioſus in
3 cle. Aut quæris † de cauſis quas non poteſt ſolus in iudicium de-
ducere & ſolus in eis agere vel defendere, & in talibus non po-
teſt per eum agere nec procuratorem cōſtituere nec defende-
re. argum. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. 2. §. 1. j. de reg. iur. c. cum
quid prohibetur. & c. poteſt quis a cōtrario ſenſu lib. 6. Si quę-
ris de ſecundo caſu principali ſcilicet, vtrum poſſunt conſtitui
procuratores tunc refert, aut quęris de pręlatis vt abbatibus &
ſimilibus & tales poſſunt eſſe procuratores in foro eccleſia-
ſtico: vt

ſtico: vt. ſ. de poſtu. prælatorum. cap. 1. in princ. & . ʝ. qui fi. ſunt
legit. per venerabilem. in princ. vbi hoc not. Abb. & Io. Andr.
& de hoc in Specu. titu. de procur. §. ratione igitur verſic. item
quòd eſt epiſcopus. & per Archid. 35. quæſt. 5. Cyprianus ſed
non in foro ſeculari. argu. ʝ. ne cler. vel mo. c. 1. & 2. & ita potes
intelligere quod no. Spec. titu. de procur. §. ratione quoq; con-
ſtitutionis. verſi. item quòd clericus. & hoc niſi in cauſis ciuili-
bus & pro miſerabilibus perſonis, vel cõiunctis vel pro eccle-
ſijs ſuis. ſ. de poſtula. cap. vlt. & not. Spec. in verſi. alleg. item, ꝙ
clericus. aut quæris de ſimplicibus religioſis, & tunc non poſ-
4 ſunt conſtitui procuratores niſi † duobus interuenientibus, ſci-
licet Abbate imperante, & vtilitate monaſterij ſuadente: vt in
c. ſi. e. monachi. 2. & . ſ. de poſtu. ex parte. item de mandato ſo-
lius epiſcopi in caſu vbi eſt vtilitas monaſterij poſſunt eſſe pro
curatores: vt 16. quæſt. 1. qui vere ſecundum Inno. & Hoſti. hic. idem
Ioan. & Archi. eadem cauſa & quæſt. c. monachi. 2. & ipſe Ar-
chi. 1. q. 7. nullus monachus glo. 3. vbi de hoc. illis aute in inter-
uenientibus poſſunt in negotijs ciuilibus & criminalib' in fo-
ro eccleſiaſtico etiam pro laico patrono, vel principe, vel ma-
gno defenſore, ſiue viili amico monaſterij ſecundum Inno. &
Hoſti. hic. & in ciuilibus & non criminalibus in foro ſeculari.
argum. ʝ. ne cle. vel mona. cap. 1. & 2. cum concor. ſ. alleg.
¶ In glo. fi. ſi quæris, vtrum in cauſa inquiſitionis recipi de-
beant minus idonei teſtes ita, quod non poſsit excipi cõtra eos
diſtingue aut ſit inquiſitio gñalis ſuper ſtatu eccleſiæ ſiue mo-
5 naſterij in capite, & in membris, & tũc faut ſit generaliter per-
ſona aliqua non expreſſa, & tunc non poteſt excipi contra te-
ſtes: imò tales recipientur, quales inueniuntur in ipſa eccleſia,
vt hic in fine. Et hoc eſt ſpeciale in hoc caſu, vt minus idonei
admittantur. Ratio ſpecialitatis eſt: quia ea, quæ in capitulo
ſunt, non poſſunt ſciri, niſi per domeſticos. C. de repu. l. con-
ſenſu. & ideo quales inueniuntur, tales recipiuntur. Quod in
hoc caſu, ſcilicet, cum agitur de ſtatu eccleſiæ minus idonei te-
ſtes admittantur, approbant Ioan. Vinc. Laur. Gof. & Ber. ſ. de
elec. per inquiſitionem. & Ioan. 2. q. 1. Deus omnipotens ſu per
verbo inquirat licet Bart. Brix. ibi contra cuius opi. poteſt eſſe
vera in caſu vbi extranei teſtes nõ de eccleſia producuntur. di-
cas ergo quòd hoc caſu, ſcilicet quando ſit inquiſitio generalis
non eſt locus ſubtilitatibus poſitis & no. per Ioan. Vinc. & Ber.
qui in idem conueniunt hic in glo. iſta fi. maxime, quantum ad
illos, qui pœnitentiã agere deberent, vt ibi probatur in fi. verſ.
per ipſorum, &c. & ſic canonici eccleſiæ contra, quã ſit inqui-
6 ſitio, † quantum ad pœnitentiam agendam per conſpiratores
conuincentur: quia non eſt curãdum, quis in talibus teſtifice-
tur, vel denunciet: in quo caſu nõ eſt locus forſan huic formę,
alias regulæ, quę traditur. ʝ. de accu. qualiter & quando. §. debet.
ſecundum Hoſt. qui hoc no. hic. ſ. de iudic. c. nouit. de teſtibus
in omni. Aut ſit inquiſitio generalis perſona aliqua expreſſa, &
tunc ſubdiſtingue, vt in mẽbro ſequenti: quia ſi ageretur con-
tra eum & ad hoc, vt ab adminiſtratione remoueretur, poſſet
repellere minus idoneos teſtes, vt hic ſecundum Hoſti. & Io.
Andr. hic idem Archi. vſque huc 2. q. 1. Deus omnipotens glo.
fin. & . ʝ. de offic. ordi. c. quia plerique. ſuper verbo deputatos.
lib. 6. vbi de hoc plene. Aut ſit inquiſitio ſpecialis contra cer-
tam perſonam, & tunc crederem ſic dicendum, ꝙ ſi ageretur
ad pęnitentiam agendam admitterentur non idonei teſtes. arg.
ſ. nota. & eorum quę ont. per Hoſti. ʝ. vt eccleſia. beneficia c. vt
noſtrum. §. quis ergo. in fin. & ſcripti. ſ. de offi. ordi. ca. 1. ſi ve-
7 ro ad depoſitionem, vt quis † a beneficio ſeu adminiſtratione
remoueatur tunc repelluntur inimici & cõſpiratores & alij nõ
idonei, vt hic legitur & not. & ita poteſt intelligi quod not. In-
noc. ʝ. de accu. meminimus. glo. pen. vbi not. inimicum non ſo-
lum ab accuſatione, ſed etiam exceptione repelli. Idem cre-
dendum eſt de conſpiratore. & de hoc vide quod not. Spec. tit.
8 de inquiſitione. §. verſi. hoc etiam nota. Et dic, quod † inimi-
ci dicuntur quo ad repellendum a teſtimonio non ſolum, qui
odium in mente habent, ſed etiam qui inimicitiæ cauſas hñt,
vel habere præſumuntur ſine mentis odio argum. 3. queſtio. 5.
cap. 1. & ſe. Idem poteſt dici in cõſpiratore, qui pro bono ec-
cleſiæ conſpirare poteſt contra prælatum, & non peccat & ta-
men repellitur a teſtimonio ſecundum Innocen. & Hoſtienſis
hic. idem Archidia. 23. diſtin. illud in magna glo. ſua circa fi. &
11. queſtione. 1. ſi quis ſacerdotum. ſuper verbo inique geſſerit
& ibi vide per eum, & infra de verborum ſignifica. cap. 2. ſuper
verbo punientes. lib. 6 vbi de hoc plene. item not. ſecundum
Abbã. & Ioan. Andr. hic quòd appellatione correctionis inqui-
ſitio cõtinetur item quòd is, cui committitur correctio poteſt
a beneficio remouere.

1 *Sententia quando, an non comes infamia.* 2. 3. & 4.
5 *Infamis quis tranſacto tempore ſit.*
6 *Pœna quibus ex cauſis maior.*
7 *Infamia triplex.*
8 *Infamiam quis, an non tollat.* 9. & 10.
11 *Famæ reſtituit Papa non epiſcopus.* & 12.
13 *Illuſtres qui.*
14 *Infamia qui tollatur.* & 15.

CVm te. ¶ Si quæris vtrum, & quãdo iudex iu-
dicando, ſeu condemnando videatur fa-
mam reſeruare, vel nõ diſtingue, aut iudex cõdem-
nat aliquem de crimine non famoſo aut condemnat
1 eum de crimine famoſo. In primo † caſu quantamcunq; pœ-
nam imponat, non infamat: quia nõ pęna, ſed cauſa æſtimatio-
nem ſuggillat: vt. C. de his qui not. infa. l. nullam. ff. de his qui
not. infa. l. ictus. & . ff. de cri. ſtellio. l. vlt. Hoc verũ, niſi talis pę-
na imponeretur quę ciuitatem vel libertatẽ adimeret. nam tũc
pęna durante eſſet infamis, ſed ea ſublata non: vt. ff. de varijs &
extraordi. cogni. l. cognitionũ. §. minuitur. & . §. conſumitur. ff.
2 ad l. Corn. de Fal. l. falſi. §. ordine. In ſecundo † caſu, ſcilicet, qñ
condemnat de crimine famoſo refert, aut iudex imponit pœ-
nam regularem, & conſuetam, & tunc perpetuo eſt infamis: vt
. ff. de his qui no. infa. l. 1. in fin. licet etiam pœna ſit temporalis:
vt. ff. de re mili. l. qui cum vno. §. ad tempus. Aut imponit aliam
pęnam, quam regularem & conſuetam, & tunc aut imponit pe
cuniariam pro pecuniaria, vel pecuniariã pro corporali, & tunc
remanet infamis: vt. ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna
grauior. 2. reſpon. Aut imponit pecuniariam pro corporali, &
tunc idem multofortiori ratione: vt no. Accur. ibi. Aut pro pe
cuniaria corporalem, & tũc dicit Accur. ibi ſine diſtinctione, ꝙ
remittitur infamia per illum. §. 1. reſpon. & fi. ſed Lamb. ibi &
Pet. de Bellaper. & Cy. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis in-
famia irrogatur. dicunt idẽ in hoc caſu ſequenti, ſcilicet, qñ im-
ponit pro corporali corporalem dicẽtes quod qñ imponit pro
3 pecuniaria corporalẽ vel pro corporali corporalem. Aut † im-
ponit pro minori pœna maiorẽ aut econtra minorem pro ma-
iori. ſi pro minori maiorem tunc aut propter demeritũ ſuum,
quia grauiter deliquit, & tunc perpetuo erit infamis quia digni
ſunt male meriti, vt perpetua ęgeſtate laborent: vt. ff. depoſiti.
l. bona fides. & . ff. de interdic. & releg. l. relegatorũ ad fi. & . ff. de
pe. l. quędam. Aut non pp demeritum ſuum, ſed pp frequen-
tiam delictorũ arcendam, & tunc ſecum vř diſpenſare de infa-
mia, vt tranſacto tpe, tranſactum ſit de infamia: vt in c. alleg.
pœna grauior. j. reſpon. & C. de his qui not. infamia. l. poſsido-
4 neum. Si imponit minorẽ † pro maiori tunc refert aut hoc fa-
cit ſine cauſæ cognitione, & tunc remanet infamis: vt. ff. ad mu
nicipales l. ordine, aut cum cauſæ cognitione & tunc refert ſecundum
5 Pet. de Bellaper. Aut apparet † ex recitatione ſñiæ, ꝙ tranſacto
tpe, velit iudex ſibi remittere infamiam. aut nõ apparet. Si ap-
paret, vt quia iudex dicit aduocato, remoueo te ab officio ad-
uocandi vſq; ad v. annos: vt. ff. de poſtu. l. Imperator. vel decu-
rionem remouit, vel relegauit vſq; ad tps: vt. ff. de decu. l. 2. & l.
generaliter, & tunc nõ erit infamis tranſacto tpe, & ita intelli-
git leg. allegatas. & l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſis infamia ir-
rogatur. Si non apparet tunc remanebit infamis, quia ſufficit ſi
cui vel in paucis, &c. C. de nego. geſto. l. tutori. ſecundum eos. Si vero
imponeret pœnam æqualem pęnę regulari infamis & cõſuetæ
tunc dico, ꝙ remanet infamis per iura, quæ dicunt, ꝙ de æqui-
pollentibus, idem eſt iudicium, & ꝙ non refert quid de æqui-
pollentibus fiat. ff. mandati. l. fi. §. fin. de leg. 3. l. fideicõmiſſa. §. ſi
cui. C. de inſti. & ſubſtit. ſi mater & de dona. quæ ſub modo. l. fi.
Et adde quod not. Archi. 24. q. 3. corripiantur. vbi dicit, ꝙ qua-
6 tuor † de cauſis dicitur vna pœna maior alia rõne effectus, du-
rationis, aſperitatis opprobrij. Quantum ad effectum excõica
tio maior eſt omnibus alijs tollit enim animam. 11. q. 3. nemo
epiſcoporũ. 24. q. 3. ſi habes, & oẽum fidelium cõmunionem,
quod nulla alia facit quãtum ad durationem depoſitio eſt ma-
ior omnibus alijs durat. n. in perpetuum. 50. diſt. vt conſtitue-
retur. etiam poſt ſatisfactionẽ eadem diſtin. minor quod non
eſt in excõicatione. Quantum ad aſperitatem pena corporalis
eſt maior omnibus alijs: illa enim ſentitur actualiter, quod nõ
eſt in alijs. quantum ad opprobrium, vt eſt cum ferro canden-
ti in fronte ſignatio: vt eſt per ciuitatem verberatio, & ſimilia.
¶ Ad declarationem glo. penul. Innoc. hic quæ incipit not. Pa-
pam, &c. ſi quęris quis poſsit infamiam tollere, & ſuper ea reſti
7 tuere, vel etiam diſpenſare, & qualiter. refert nam † triplex
eſt infamia vna facti, alia iuris, alia canonica. Dic igitur, aut

queris de infamia facti de qua.6.q.1.ſunt plurimi.& illa melius
dicitur infamatio, quæ indicit purgationẽ, & illa aboletur pur-
gatione præſtita: vt not. Ioan.6.q.1.omnes,j. vt 5.q.15.de cri-
mine & illam, id eſt, illius effectũ poteſt tollere quilibet iudex
ordinarius vel delegatus eccleſiaſticus, vel ſecularis qui de fa-
cto, vnde noſcitur, cognoſcere, & determinare poteſt: vt in c.
alleg. de crimine. & j. de pur. can. cap.1.& c. nos inter alios. & c.
accedens. & per totum de modo eam tollendi dic vt ibi & hæc
ſatis no. Hoſti. hic dicens ꝙ cum infamatus de facto epiſcopi
poſt peractam pœnitentiam vel partem ipſius diſpenſare poſ-
ſunt, vt patet in eo quod leg. & no. ſ. de tempo. ordi. c. quęſiti.
8 de biga. quia circa. & j. de cle. coniuga. ſane.2. Aut quæris † de
infamia iuris quę irrogatur per ius authoritate, ſeu diſpoſitio-
ne iuris per ſniam vel etiam ipſo facto: vt. ff. de his qui no. infa.
l.1.& per totum & tunc, aut quæris de infamia nondũ orta ſeu
irrogata, ſed oriunda, ſeu irroganda, aut de infamia iam orta &
9 irrogata. In primo † caſu aut quæris quis põt eam tollere, hoc
eſt impedire, ne naſcatur, ſeu irrogetur, aut qualiter poſſit eam
tollere.i. impedire ne naſcatur. ſi quæris quis poſſit eam tolle-
re.i. impedire ne irrogetur vel naſcatur, dic ꝙ quilibet iudex or
dinarius, vel delegatus eccleſiaſticus, vel ſecularis, qui de facto,
vnde naſcenda eſt, vel irrogãda eſt, cognoſcere poteſt. ff. de his
qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior vbi præſes prouinciæ
ex cauſa impedit eam irrogandam, qui tamen eſt clariſsimus,
vt probatur. C. de tempo. ap. l.2.§. ſi aduerſus. C. de pig. l. præſes.
C. de priua. carce. l.1.& C. de delatoribus. l.2. in fin. lib.10.
¶ Si quæris qualiter poſſit eam tollere.i. impedire naſcendam
ſeu irrogandam, dic quod abſoluendo a crimine, vel facto im-
poſito, vt. ſ. de teſti. c. non debet.2. reſpon. a contrario ſenſu, vel
etiam condemnando & pœnã iuris regularem ſeu ordinariam
immutãdo quod intellige. vt dixi. ſ. in diſtin. proxi. In ſecundo
caſu cum quæritur de infamia iam orta, & irrogata refert, vt
10 prius, aut quæris, † quis iudex poſſit eam tollere, vel cõtra eam
reſtituere aut quæris qualiter. In primo caſu refert, aut quęris
de iudicibus ſecularibus, aut de eccleſiaſticis. Si quæris de ſecu
laribus dic qđ ſolus princeps vel ſenatus vt probatur. C. de ſen.
paſsis. l.1.& per totũ. ff. de poſtulan. l.1.§. de qua. & ff. de re iud.
l. acta. §. de amplianda. Inferior vero nõ poteſt vt in iure ſtatim
alle. & ff. de fur. l. non poteſt. & quod dictũ eſt de Principe intel
ligit Inno. hic & Hoſti. poſt eum de Imperatore, qui ſolus hoc
poteſt. Reges autẽ nõ poſſunt reſtituere in integrum, cum om
nes teneantur legibus imperatorum obedire quæ oĩs hanc po-
teſtatem non concedunt argu.7.q.1. in apibus. Alij tñ dicunt,
ꝙ poſſunt: quia nõ ſunt hi imperatori ſubditi, ſed ſoli Papæ in
grauibus, & dubijs: vt. j. qui fil. ſint legi. per venerabilẽ. & pro
iſta opinio. facit gl. Inno. potita. ſ. de fide inſtru. cum P. vbi eos
æquiparat imperatoribus quo ad creationem tabellionum. Et
iſtam partem crederem veram in illis regibus, qui ſuperiorem
in temporalibus non recognoſcunt: vt Reges Franciæ & An-
gliæ. Si quæris de eccleſiaſticis, tunc aut quęris de Papa, aut de
collegio Cardinalium aut de epiſcopis & alijs ſuperioribus aut
de prælatis inferioribus. Si de Papa tunc Inno. dicit, ꝙ poteſt
11 † reſtituere ad famã omnes clericos pro quo. j. de ſimo. ex dili-
genti. item laicos qui de patrimonio ſuo ſunt, & etiã illos qui
alterius iuriſdictioni non ſubſunt: vt. j. qui filij ſint legiti. c. per
venerabilem, alias vero non niſi forte eſſent ſibi neceſſarij in
clericatu. arg.2.q.3.§. hinc colligitur ſecundum eum. cum quo
concor. Ber. hic in 1. glo. ſed Hoſti. in hoc vltimq contradicit
idem in alijs qui aliorũ iuriſdictioni ſubſunt credo tamen opi-
nionem Innoc. & Ber. tutiorem, & veriorem de iure. argu. ſ. de
iudi. c. nouit in princ. & j. titu. proxi. ſi duobus in fi. & eam ap-
probat. Archi. in. §. alle. hinc colligitur ſi quęris de collegio Car
dinalium dic, quòd poteſt reſtituere, quia habet authoritatem
Senatoris: vt 97. diſtin. Conſtantinus ſm Inno. & Hoſt. hic &
Archi. in. §. alleg. hinc colligitur & de iſtis debere videtur intel-
ligi.56 q.1.c. eccleſia habet ſenatum vt not. Archi. j. de off. de-
leg. ca.1. glo. pen. alias poteſt lib.6. ſi quæris de epiſcopis & ſu-
perioribus tunc ſunt opin. contrariæ. nam Ioan. in. §. allega. hinc
colligitur. & in c. alle. eccleſia habet ſenatum. & 50. diſtin. Do-
mino Sancto tenet, ꝙ poſſunt reſtituere in illis caſibus, in qui-
bus poſſunt diſpenſare ſm Inno. & Hoſtien. hic contra &. ſ. de
tempo. ordi. c. dilectus & Spec. titu. de leg. §. nunc de epiſcopo-
rum diſpenſatione verſic. prohibetur autem epiſcopus. verſic.
item cum infamibus, &c. quorum opinionem ego Henricus
credo veriorem licet Spec. primam opinionem innuat. eo. tit.
§. fin. verſi. videtur tamen. & eſt ratio ſm Innoc. & Hoſti. qua-
re epiſcopi, licet poſsint reſtituere minores & maiores, & di-
ſpenſare in multis vt no. in d. c. alleg. dilectus. ſ. de tempo. ordi.

& abſoluere a iuramentis, & votis & fidelitatibus. ſ. de iureiur.
c. cum quidam. j. de voto. ca.5.16.q.6.c. nos ſanctorum, tamen
in integrum reſtituere non poſſunt quãtum ad honores, & ſi-
12 milia † nec infamiam remittere, quia hoc in nullo iure cautum
habetur, ſed e. s pro quibus.2.q.2. conſtituiſti. ſ. de transla. epi-
ſcopi inter corporalia. §. ſed neq; in fi. Item hoc poteſt ſic pro-
13 bari, nam de iure illuſtres † perſonę qualis eſt præfectus orien-
tis: vt. C. de offic. præfec. orientis. l. pen. & præfectus vrbis: vt
no. glo. ff. de offi. pręfec. vr. in rubrica & eſt tex. pro ea. C. quan-
do mulier tu. offic. fungi poteſt. l.2. in fin. C. de pala. ſacrarum.
largi. l. viros. in princ. C. de appa. præfec. vrbis l. fi. lib.12. & quę-
ſtor: vt. C. de offic. quæſtoris. l.1. C. de app. l. præcipimus in fin.
&. C. de proxi. ſacrorum ſcrini. l. comperimus. §. illud lib.12. &
magiſter militum: vt. C. de offic. magiſtri militum l.1. C. de aſ-
ſer. l. non parum. C. de comi. rei mili. l.2. lib.12. C. de diuer. offi.
l. viros in fin. C. de exc. mili. annonę l.1. lib.12. C. de appari. ma-
giſtri militum l.4. eo. lib. & magiſter offic.: vt C. de tempo. app.
l.3. in fin. C. de princ. agen. in rebus l. eos lib.12. C. de curſu pu-
blico l.3. & l. iudicibus eod. lib. & comes domeſticorum: vt C.
de ſilentiarijs l.1. lib.12. & comes officiorũ: vt. C. de curſu pu-
blico l.3. lib.12. & Comes ſacrarum largitionum: vt C. de pala.
ſacra. largi. l. viros 2. reſpon. lib.12. C. de ſuſcep. & archa. l. vlti.
lib.10. de auri publici perſec. l. vna lib.10. C. de diuer. offi. l.7. in
fin. lib.12. & Comes rerum priuatarum: vt C. de aſſeſ. l. vlt. in
fin. C. de ſuſcep. & archa. l. vlti. li.10. vt dignitatis ordo ſeruetur
l.2. C. de pala. ſacra. largi. l. viros 2. reſpon. C. de diuer. offi. l.3. in
fin. lib.12. non poſſunt reſtituere ad famam: vt. §. alle. de qua. ff.
de poſtulan. l.1. ergo nec epiſcopi qui reputãtur illuſtres, & il-
luſtribus æquiparantur: vt. j. eo. titu. c. vlti. lib.6. poterunt hoc
facere, ſi quæris de præl. inferioribus dic, ꝙ tales ad famam vel
honores reſtituere nõ poſſunt. nam ſi epiſcopi hoc facere non
poſſunt: vt. ſ. dictum eſt multominus inferiores per regulam
ſi illud, de quo magis videtur ineſſe, nec ineſt, nec illud de quo
minus.32.q.9. ſi Paulus. ſ. de elect. ex cum in cunctis. in princi.
cum concor. ibi allega. per Ber. nec mirum: quia nec tales in-
feriores prælati poſſunt diſpenſare niſi in caſibus expreſsis in
iure: vt not. Innoc. Hoſtien. & Compo. ſ. de renunt. cap. vlti.
in fin. & Innoc. & Hoſtien. j. de eo qui fur. ordi. recep. cap.1. &
Spec. titu. de lega. §. ſunt quoque, &c. in fin. & Archi. j. de elec.
cum ex eo ſuper verbo inferiores lib.6. Si quæris de ſecundo
14 caſu, ſcilicet, qualiter † infamia iuris poſsit tolli dic quod per
reſtitutionem illius, qui eo caſu reſtituere poteſt vt in leg. alle.
C. de ſenten. paſſ. l.1. & ff. de poſtul. l.1.§. de qua vero. non autem
per pœnitentiam etiam a Papa impoſitam: vt in. §. allega. hinc
colligitur.2. quæſt.3. nec per pœnæ remiſsionem etiam a Papa
vel Imperatore factam: vt. ff. de generali aboli. l. indulgentia. &
C. de ſenten. paſ. l.2. & in hoc concor. Hoſtie. hic. Aut quæris
de infamia canonica, quæ irrogatur ex quolibet peccato mor-
tali: vt 6. quæſtio.1. cap. omnes. & 32. quæſt.5. præceptum in
fin. & illa aboletur vno modo per pœnitentiam vt 6. quæſt.1. illi
qui: vt not. ibi Ioan. & de hoc.50. diſtin. in ſumma. & ſic poteſt
aboleri & tolli per quemlibet, qui poteſt de peccato illo abſol-
15 uere, † & pœnitentiam imponere. item etiam poteſt aboleri
alio modo per reſtitutionem principis id eſt Papæ: vt in. §. al-
lega. de qua. item tertio modo per diſpenſationem factam ab
eo qui poteſtatem habet diſpenſandi quando videlicet pœnam
crimini debitam remittit vt hoc not. Spec. titu. de lega. §. po-
ſtremo. verſic. etiam not.

1 *Proceſſus coram excommunicato, an valeat. & 5.*
3 *Excommunicati ſententia nulla. fallit. 4.*
5 *Excommunicatus quando vtatur iuriſdictione.*

AD probandum. ¶ Si quæratur, vtrũ pro-
ceſſus factus coram iu-
dice excommunicato, vel ſententia lata per eum va-
5 leat, & teneat. diſtingue, aut eſt excõicatus † minori
excommunicatione, aut maiori. ſi minori, tunc valet, & tene-
at. illud ac. a contrario ſenſu. quod loquitur de maiori excõmu
nicatione, vt patet per c. j. de ſent. excom. c. ſi quem ſub ea for-
ma. vbi habes, quòd verbum excommunicationis generaliter
& ſimpliciter prolatum ſicut hic intelligitur de maiori excom-
municatione pro hoc. j. de ſen. excom. c. duobus. & de cler. ex-
com. mi. ſi celebrat. &. ſ. de excep. a nobis cum ibi no. Si eſt ex-
communicatus maiori excommunicatione, & túc aut eſt pu-
blice excommunicatus, & tunc non valet proceſſus, nec ſen-
tentia, vt hic quando dicit publice innodatus; &c. fic. ſ. de ex-
cept. c. exceptionum. vbi hoc not, Innoc. & Hoſti. idem Alten.
lib.7. tit. de damnis excõmunicationis art.1. ver. item non po-
teſt eſſe

teſt eſſe iudex per eandem viam facit.ĵ.de excepc.c.pia.§.vlt.
lib.6.& quod no.Ioan.& Archi.35.q.9.in ſum.ver. item retra-
ctatur & expreſsius Archi.ibi in glo.antepen.& Ber. & Hoſti.
ŝ.de reſcri.c. ſciſcitatus glo. ſi pendente & Inno. & Hoſti.ŝ.de
procur.conſulti.gl.j.in fin.& Hoſt. & Io.Andr.ĵ.de off.vica.c.
Romana.li.6.vnde nec per ſe nec per alium iuriſdictionē exer-
2 cet,vt ibi.&.ĵ.de ſupplen.negl.prælа.c. 1.eo.lib. aut † eſt occul-
te excõicatus,& tunc aut quæris de ſentētia alia a ſententia ex-
communicationis. Aut de ſententia excõicationis. In primo
caſu dic,ꝙ tenet,& valet ſentētia ipſo iure,& in effectu, vt hic
a contrario ſenſu quod eſt fortiſsimum argumētum in iure. vt
.ff.de offic.eius cui manda. eſt iuriſdictio.l. 1.§. huius rei : quia
ex quo erat occulte excõicatus,alij nõ poterant ipſum vitare :
quia non poterant diuinare.ar.ĵ.vt eccle.benefic.c.vt noſtrum.
vnde cõmuni opinione liber, & abſolutus habeatur, & creda-
tur videlicet interim quicquid facit.ar.ff.de offic.præto. l.Bar-
barius.3.q.7.§.tria.ver.verum ſi ſeruus.C. de teſta.l. 5.ĵ.de iure
patro. conſultationibus & de cleri. excom. mi. apoſtolicæ ſm
Ber.hic in 1.glo.& Hoſti.poſt eum. idem Ioan. & Lau.24.q.1.
in ſum.in glo.in hac.q.ver.alia tñ quæ agit. & Archi.35.q.9. in
ſum.in gl.antepen.& Inno.& Vin.ŝ.de procur.conſulti. & Inn.
& Hoſti.ŝ.de excepc. exceptionem. pro hoc etiam facit quod
leg.& no.ĵ.de hæret.excõmunicamus.1.§.credentes.ver.ſi ta-
bellio & quod not.Spec.tit.de inſtru.edi.§.reſtat.ver. quid ſi in-
ſtrumentum & ver.ſeq.licet Io.teneat contrarium.3.q.7.c. in-
famis.§.tria.ver. verum ſi ſeruus glo.ecce quantũ & male ſm
Archi.ibi.&.ĵ.de lit. conteſt. exceptionis peremptoriꝗ. in glo.
iſta verba. lib.6.vbi de hoc & de off.deleg. ſi a ſubdelegato glo.
pen.eo. lib. In ſecundo caſu, ſcilicet in ſententia excõmunica-
tionis ſunt contrariæ opinio. nam Ber.& Hoſtien.ŝ.de ordi.ab
epiſcopo.cap.2.& Hoſti. & Ioan.Andr.in d.c.Romana. de offi.
vicarij & Cardi.ĵ.de ſententia excõmunicatio. c.præſenti li.6.
3 videntur dicere quòd valet, vnde ibi † dicit indiſtinctè, ꝙ ſen-
tentia excõicationis lata ab excommunicato non tenet per ca.
audiuimus.24.q.1.cum quo concor. Abb.ŝ. de off. deleg. cum
contingat dicens ibi,quòd nedum delegatus,ſed nec etiam or-
dinarius excommunicatus poteſt excõmunicare per c. aduer-
ſus.ĵ.de immu. ecc. & per c.allega. audiuimus & hoc expreſſe
tenet Ioan.24.q. 1.in ſumma.&.§. ſed illud licet quãdiu ſit oc-
cultus & toleratus per eccleſiam excõmunicatio per eum lata
ſit toleranda ſecundum eum ibi. idem Hoſti.ĵ. de ſentētia ex-
cõmunicatio. ſi vere & Gul.de Monte Lau. extra de relig. do.
cap.1.glo.& ſic not.quòd in cle.ſecundum Innoc. in c.allega. ſi
vere in gl.hic colligitur verſi. idem dum tolerantur &c. & Ar-
chi.24.q.1.in ſumma ſuper verbo tolerãda contradicentes, ex
4 † quo talis toleratur per eccleſiam, ſentētia excommunicatio-
nis lata per eum tenet & quod illud c.audiuimus. 24.q. 1.loqui-
tur in publice excommunicato & pro hoc bene facit glo.Gul.
ĵ.de reſcrip.cap.1.ſuper verbo ab excommunicato. lib.6. & in
hoc concor. Aſten. lib.7. titu. de excommunicatione maiori.
quæſt.vtrum ſententia lata & hoc vltri.credo verum : quia ex-
communicare cõpetit ratione iuriſdictionis : vt ſuprà de elec.
tranſmiſſam & illam retinet occulte excommunicatus quan-
diu toleratur per eccleſiam, vt hic a cõtrario ſenſu : & no.ŝ.de
conſuetu.c.cum dilectus pro hoc.8.q.4. nonne. item idem eſt
de eo quod non eſt & de eo quod non apparet: vt.ff.de contra.
empt.& ven.l.in lege.& l.Rutilia Polla.& quia in excommuni-
catione magis attenditur contemptus notorius, ſeu contuma-
cia notoria excõmunicati, quam defectus, ſeu macula occulta
excommunicantis, vt patet ſi bene inſpicias.ĵ.titu.1.ca.ſi duo-
5 bus.† in principio in caſu tamen excommunicatus maiori ex-
cõmunicatione & publice vtitur iuriſdictione.ĵ. de hæreti.ca.
præſidentes libr.6.& eſt caſus ſpecialis in odium hæreſis quod
dic,vt ibi vide etiam quod not.Ioan.Andr.ĵ.de reg. iur.c.dolo
facit lib. 6. in nouella vbi dicit, ꝙ non valet compromiſſum in
arbitratorem publice excõicatum,nec arbitramentũ quod per
modum laudi vel ſentētiæ fit per eum & de iudice qui tempo
re impetrati reſcripti directi ad eum erat excõicatus, & tem-
pore receptionis abſolutus, an poſsit procedere virtute ipſius
vide per Ber.ĵ.de præben. dilectus.2. & ibi dicam plenius.

1 *Res inter alios acta, quibus noceat.*
2 *Geſta aliorum quatenus obſint. & 3.*
4 *Iuramento ſoluendi quid ſubintelligatur.*
5 *Sententiarum genera qua introductoria.*
6 *Sententia reſciſſoria.*
7 *Sententia declaratoria.*
Sententia introductoria cui proſit.
9 *Sententia reſciſſoria quibus proſit. & 11.*
10 *L. circa. ſenſus.*
11 *Reſciſſoria quibus non obſit.*
12 *Declaratoria ſententia multiplex eiuſque vis. 13 & 14.*
15 *Declaratoria quibus, an non obſit an proſit.*
16 *Aduocato tranſacta lite, an debeatur honorarium. 17. & 18.*

QVamuis. ¶Si quæris, vtrũ res inter alios acta
alijs præiudicet,& quib⁹, diſtingue,
5 aut quæris nunquid præiudicet alijs qui habēt † cau-
ſam ab illis ſeu altero illorũ inter quos res acta eſt &
dic, ꝙ ſic vt patet in pactis ſtipulationibus & alijs cõtractibus
quorum obligatio tranſit in hæredem.ff.&.C. de pac. per totũ.
de verbo.obliga. per totum. de hæredi. ac. per totum vt ac.ab
hære.& contra hęre.incipi.l.vna.& in exceptione rei iud.vt.ff.
de excep.rei iudi.l.ſi a te.§.vlt.& l.& an eadem.ff. de cõtrahen.
empt. & ven.l.dolia.&.ff de pig.l.ſuperatus.§.fi. cũ ibi not. Aut
2 nunquid † præiudicet alijs,qui nõ habent cauſam ab illis, inter
quos res acta eſt vel geſta,& tunc aut quæris,nunquid prꝗiudi-
cet alijs indirectè,& ex contingenti, & dic ꝙ ſic quandoq; vn-
de: licet res iudicata non præiudicet alijs, vt pariat actionē, vel
exceptionem: bene tamen præiudicat in hoc,ꝙ poſſeſsio, quꝗ
prius erat apud alios trãsfertur ad victores: vt.ŝ.eo.cum ſuper.
& tunc forte difficilius eſſet alicui agere contra iſtos ſecũdos,
quam contra primos argu.ff.de alie.mu.iudi.cauſa facta.l.3.ſm
Inno.hic in 1.glo. ſua in princ. item aliquis faciendo aliquid in
ſuo poteſt auferre alteri aſſueta commoda : dum modo nõ fa-
ciat animo nocendi: vt.ff.de aqua plu. arcen.l. ſi in meo fundo.
.ff.de dam.infec.l.proculus.ff.de ſerui.vr.præ.l. cũ in eo.15.q.1.
illud 23.q.2.c.vlt.& no. Ber.ŝ.de elec.cum eccleſia Vulterana.
3 Aut quꝗris nunquid † prꝗiudicet alijs directè & ex iuris neceſ-
ſitate, & tunc aut quæris de actis, vel geſtis per ſuperiorem in
hit, in quibus poteſt iuri alterius præiudicare, & tunc res acta
cum tali, vel per talē præiudicat alijs, vt ſi princeps vendat rem
priuati in caſu conceſſo: vt.ff.de euic.l.Lucius.ff.de rei vendi.l.
item ſi verberatum.§.1.C.de quadri.præſcri.bene a xenone.C.
de vend.rerũ fiſca.cum priua.cõmuni.l.vnica lib.x. vel ſi con-
cedat dilationē.C.de præci. impera. offe.l.quoties. Item ſi iu-
dex inferior prꝗcipiat debitori, ne ſoluat creditori: quia hoc po
teſt facere ex cauſa.argu.ff.de lega.cõmiſ.l. vlti. & ad hoc facit
quod not.Hoſti.in ſumma titu. de iureiur.§. quot ſunt ſpecies
4 ſub.§.item ſi iuro.dicens ꝙ ſi iuro † ſoluere tibi aliquid ad cer-
tam diem intelligitur & ſubauditur niſi iudex contra prꝗcipiat
arg.ff.qui ſatiſda.cogan.l.vlt.ĵ.de cen.ſignificauit. & vide quod
no.in Spec.titu.de ſolu.verſi. illud aũt. aut quæris de actis non
per ſuperiorem,ſed per priuatos ſeu inter priuatos,& tunc aut
quæris de geſtis vel actis extra iudicium aut in iudicio ſi extra
iudicium tunc regulariter non præiudicat alijs : vt.C. res inter
alios acta in rubro & in nigro per totum.&.ŝ.eo.cum ſuper. &
de fide inſtru.inter dilectos fallit in parte debiti remiſſa, vel in
dilatione quinquennali prꝗſtita debitori a maiori parte credito
rum quæ præiudicat ſaltem prima facie minori parte vt leg. &
no.ff.de pac.l.iuriſgentium.§. vlti. & tribus legi. ſeq.C. de ceſ.
bo.l. vlt. Aut quæris de geſ. vel actis in iudicio inter alios puta
de ſentētia lata inter alios,& tunc refert. Ad cuius euidentiam
5 eſt aduertendum,ꝙ ſententiarum tria ſunt genera.† Quædam
enim ſententia eſt introductoria.& dicitur introductoria, quꝗ
obligationem introducit,prout eſt ſnīa lata,in, & ſuper perſo-
nalibus actionibus:quia talis obligationem introducit:vt.ff.de
6 pecu.l.3.§.item ſcribit. Alia † eſt reſciſſoria,quꝗ reſcindit,ſicut
eſt illa, quæ lata eſt ſuper quærela inofficioſi teſtamēti: vt.ff.de
inoff.teſta.l.2.& l.poſthumus.§. ſi quis in his. & l.Papin.§. fin.
7 & l.ſeq.alia eſt declaratoria. Et dicitur declaratoria † illa, quæ
declarat ius vel pactum, ſicut eſt ſentētia lata in & ſuper actio-
nibus realibus: vt.ff.de rei vendi.l.ac ex diuerſo & per totũ vel
in & ſuper criminibus & delictis: vt.ĵ.de homicidio per totũ.
de cleri.excõmu.miniſtrante.c.latores & per totum. Si igitur
quæratur, vtrum ſententia lata inter alios alijs præiudicet vel
proſit diſtingue, aut quæris de ſententia lata in iudicio popula-
ri & publico in quo actio vel accuſatio cõpetit cuilibet de po-
pulo,ſed per lit.conteſt. aliquis eam ſibi appropriat ita, ꝙ alius
eam tunc intentare non poteſt : vt.ff de verbo. ſignifi. l.ſi cre-
ditor. & l.creditores & hoc caſu ſententia lata contra vnum al-
teri nocet & præiudicat,ſed lata pro vno alteri non prodeſt. &
hoc ſiue loquamur in popularibus ciuilibus : vt.ff. de iureiur.l.
eum qui.§.in popularibus.ſiue in popularibus criminalibus : vt
.ff.de accu.l. ſi cui.§.5. Et hoc verum niſi collulio actoris pro-
betur, vel præuaricatio eius, vel niſi ſecundo accuſans dolo-

rem ſuum proſequatur, doceatq́ne ſe accuſationem ab alio in-
ſtitutam ignoraſſe: vt in l. allega. &.ff. de collu. detegen. per
totum &.ff. de prçuarica. l. 3. Et eſt ratio: quia eo ipſo quo quis
præoccupat ſibi litem jus illud ſibi appropriat: & ſic populus vt
detur ius ſuum exercere per eum, vt. ff. de verb. ſign. ſi cui. Aut
quæris de ſentẽtia lata in iudicio priuato vbi ſunt actiones pri-
uatę, & petitiones, & tũc aũt eſt ſnīa introductoria, aut reſciſ-
8 ſoria, aut declaratoria. Si eſt introductoria † tunc ei ſolum no-
cet, & ei prodeſt qui egit, & non alteri. Vt ſi petam a te centũ.
& fueris abſolutus vel condemnatus ſic loquitur. C. quibus res
judi. non nocet. l. 1. & 2. C. res inter alios acta per totũ. &. C. de
except. l. 2. &. ff. de re iudi. l. ſæpe in 1. & 2. reſpon. Hoc fallit in
ſententia lata in cauſa appellationis interpoſitæ ab vno cõdem-
nato in cauſa cõmuni: quia illius victoria proderit alijs ſocijs.
Si cõmuni iure inuentur, idem eſt, ꝙ negotium & eadem cau-
ſa defenſionis exiſtat: vt. C. ſi vnus ex pluribus appel. l. 1. &. j.
9 tit. 1. c. pen. Si eſt † ſentẽtia reſciſſoria, vt inofficioſi teſtamẽti,
& tunc aut eſt lata pro actore & cõtra reũ, & tunc prodeſt cui-
libet cuius intereſt: vt in d. l. poſthumus. §. ſi quis ex bis. ff. de
inoff. teſta. & ratio huius poteſt eſſe: quia ars imitatur naturam,
inquantum poteſt vt inſtit. de adopt. §. minorem. ſed ſm natu
ram ſi obſtaculũ ſit in loco vbi debeo tranſire & aliquis remo-
uet obſtaculũ tunc libere ire poſſum: ſic, & hic quicunq; amo-
uet teſtamentum, quod impedit me adire hæreditatem patris,
quia in eo ſum exhęredatus, & alius inſtitutus tũc libere adibo
hæreditatem: vt in. §. alleg. ex his. aut eſt lata pro reo & contra
actorem & tunc refert, aut contra eum cuius principaliter non
intererat cauſam agere & tunc alijs, non pręiudicat nedum illis
quorum principaliter intereſt ſed nec alijs: vt. ff. de except. rei
iudic. l. 1. Aut contra eum cuius principaliter intererat cauſam
agere, & tunc aut quæris nunquid præiudicat illis quorũ, æquè
principaliter intereſt, & dic quod non. ita intellige. ff. de inoff.
10 teſtam. l. circa. vbi † habes, quod ſnīa lata contra vnũ hæredem
inſtitutorum in teſtamento, in & ſuper quærela inofficioſi te-
ſtamenti non præiudicat alij ſeu alijs cohæredibus & per can-
dem viam facit. C. de fide inſtru. l. 1. Aut quæris nunquid prę-
iudicet illis, quorum non ęquè principaliter intereſt, vt ſi fera-
tur ſnīa contra hæredem inſtitutũ in teſtamento, in quo liber-
tates & legata ſunt relicta, in & ſuper quærela inofficioſi teſta-
menti, & dubitatur vtrum præiudicet legatarijs, & alijs quibus
libertates ſunt relictę, & tunc dic ꝙ iure veteri omnibus alijs
præiudicat, quorum principaliter non intererat: vt. ff. de inoff.
teſtam. l. Papin. cõtra veterani teſta. §. ſi ex cauſa &. C. de peti-
tio. hæredi. l. vlt. & hoc ceſſante colluſione contumacia vel ab-
ſentia illius hære. alias ſecus: vt. ff. de inoff. teſta. qui repudian-
tis. §. fi. & de collu. detegen. l. cum non iuſto. hodie eſt hoc cor-
11 rectum ita, ꝙ † non noceret legatarijs, vel fideicõmiſſarijs in
cauſa præteritionis, & exhæredationis quod dic, vt le. & no. C.
de libe. præteritis & exhæredatis, in auth. ex cauſa. ſi eſt ſen-
tentia declaratoria. & tunc aut eſt declaratoria facti, vt ꝙ ali-
12 quis fecerit aliquid. Aut † declaratoria iuris: vt ꝙ res, quã ven
dicabam, ſit mea, vel quod talis ſit pater meus, vel filius hęc eſt
declaratoria facti, tunc refert aut eſt declaratoria facti nõ con-
nexi, quod poteſt eſſe vnius ſolius, vt ſcilicet, homicidij: tale. n.
factum poteſt eſſe vnius ſolius, & talis ſnīa alijs non præiudi-
cat, neq; prodeſt: vt. ff. de re iudi. l. ſæpe. & per hoc nun credo
verum, quod not. Hoſti. j. de præb. c. dilecto glo. fin. vbi dicit,
quòd cum agitur de crimine, quod plures dicuntur cõmiſiſſe,
Aut quæris de hoc per modum inquiſitionis, & ſic ex quo eſt
facta fides de vno, intelligitur facta fides de alijs per teſtes no-
minatos: cum de omnibus ſimul quæratur. ſic poſſunt intelli-
gi. 59. diſt. ordinatos. 81. diſt. tanti Daniel. 3. q. 6. hæc quippe. j.
de accu. ad petitionem. s. de elect. per inquiſitionem. vnde dic
13 melius vt ibi dixi. &. s. de confeſ. c. j. Aut eſt † declaratoria facti
connexi & quod nõ poteſt eſſe vnius ſolius ſed plurium, & di-
uerſorum vt factum adulterij quod eſt duorũ, & tunc ſenten-
tia lata contra vnum puta adulterum vel adulteram nõn nocet
alteri, ſed bene prodeſt: vt. ff. ad l. Iulia. de adult. l. denuntiaſſe §.
quęritur. ff. ſi ſeruitus vendi. l. loci corpus. §. ſi fundus. nam ibi,
ex quo fundus dominans eſt plurĩũ, oportet, ꝙ ei ſeruitus de-
beatur vt ibi: vt. ff. de ſerui. ruſtic. prædi. l. via conſtitui. §. fin. &
per iura alleg. & per iſtud c. &. j. de præb. dilecto in fin. & 2. q. 5.
interrogatum. no. Archi. in c. alle. tantis Daniel. 81. diſtin. quod
ſententia depoſitionis lata contra ordinatũ non ſufficit ad de-
ponendum ordinatorem, licet glo. ibi notet contra. & in hoc
concor. Ber. j. de ſi. dilectus. 2. glo. arg. quòd ratione dicens poſt
Vinc. & Tanc. quòd ſententia lata in crimine ſimonię contra
dantem pecuniã ſimoniace non præiudicat recipienti cum vel

econtra ſi eſt declaratoria iuris & ſuper iure lata, vt ſi peto ali-
quem pronuntiari libertum vel cognatum meum, tunc aut ſu-
per iure ſeparato, & diuerſo totaliter a iure illius tertij de quo
tractatur, quòd ſibi prędiudicet, vel proſit, vt eſt ius dominij, &
ius pignoris vel ius dominij & ius vſufr. & eo caſu ſentẽtia la-
ta contra vnum non nocet, nec prodeſt alteri, vt probatur. ff. de
vſucapio. l. iuſto errore. §. nõ mutat. & eſt ratio: quia ſeparato-
rum ſeparata & diuerſa eſt ratio: vt. C. de dona. inter virum. &
vxor. l. ſi maritus. j. aut ſuper iure † connexo iuri tertij de quo 14
tractatur, quod præiudicet vel proſit vt eſt ius cognationis: vt
. ff. vnde cognati. l. 1. §. cognationem. & tunc refert aut eſt ſnīa
lata cõtra eum, cuius intereſt principaliter cauſam defendere,
& tunc præiudicat omnibus alijs quorum non æquè principa-
liter intereſt, vt ſi dico me eſſe filium alicuius & obtineo. Illa
enim ſententia præiudicabit omnibus in genere illius: vt. ff. de
libe. agno. l. 1. in fi. & l. 2. & 3. ff. ſi ingenuus eſſe d. l. 1. &. ff. de re
iudic. l. ſæpe. Fallit in tribus caſibus ibi notatis, quod intellige
niſi colluſio contumacia vel abſentia illius in iudicio proceden-
tis interueniat: quia tunc ſecus vt in l. alle. qui repudiantis. &. ff.
de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. Aut eſt lata contra illum † cu- 15
ius non intereſt principaliter defendere cauſam, vt ſi peto ali-
quem in libertum vel in cognatum meum, & tunc non præiu-
dicat alijs: ff. de pigri. l. ſi ſuperatus in principio. ff. de except. rei
iudica. l. 1. & l. ſi mater. §. fi. & l. iudicatę. §. fi. C. quibus res iudi.
nõ nocet. l. 1. fallit in caſu, ſcilicet, ſi quis de ea re cuius eſt actio
vel defenſio primo loco ſibi competit ſequẽtem agere vel ex-
periri ſcienter patiatur, puta, ſi creditor paſſus ſit experiri de-
bitorem de ꝓprietate pignoris, aut maritus ſocerum vel vxo-
rem de proprietate rei in dotem acceptę, aut emptor vendito-
rem de proprietate rei emptæ, vel ſi patronus promittit liber-
tum ſe defendere in cauſa libertatis: vt in l. allega. ſæpe. §. ſed
ſcientibus & in his caſibus ſufficit ſcientia ſine citatione ſm
Innoc. & Hoſti. hic. item in alio caſu ſeu exemplo fallit ſcilicet
quando eligentes cauſam electionis agunt electo ſciente, quia
ſibi præiudicat vt not. Gar. Cardi. Genze. & Io. Andr. j. de elec.
cupientes. §. cæterum glo. fin. lib. 6. Item fallit in alio caſu ſeu
exẽplo. nam ſi dominus videt ſuo nomine cauſam per falſum
procuratorem agi vel defendi & non contradicit ſibi præiudi-
cat vt no. plene Innoc. j. de reſcrip. ex parte decani. in glo. 2. in
fin. & de off. deleg. cum in iure. circa medium magnæ gl. idem
not. Gul. j. de procurat. qui ad agendum glo. 2. lib. 6. & concor.
quod not. Inno. & Ioan. Andr. poſt eum. j. de re. eccle. non alie.
ſi quis præsbyterorum in fin. & ſic ſcientia & patientia præiu-
dicant & non ſententia ex vi ſui. item non credo ꝙ in c. alleg.
hic per Ber. ſcilicet. 81. diſtin. tantis Daniel. 3. q. 6. hæc quippe.
&. j. de accu. ad petitionem ſentẽtia inter alios lata præiudicat
alijs ex vi ſui ſeu rõne connexitatis, ſed quia illi alij erant ſcien-
tes præſentes, & non contradicentes vt not. ibi Ioan. fi. in c. di-
lectus. 2. prout recitat ibi Ber. in gl. argu. ꝙ ratione & probatur
in c. alle. ad petitionem in fin. ibi per ſnīam amouentes, &c. ra-
tio autem, quare ſnīa lata contra illum, cuius intereſt principa-
liter defendere negotium pręiudicat alijs, & non ſententia lata
contra illum cuius nõ intereſt principaliter defendere: eſt quia
præſumptio eſt ꝙ ille cuius principaliter intereſt melius defen
dat, quam alij quorum non ſic intereſt. argumentum iurium
alleg. ff. ſi ingenuus eſſe dicatur. l. 1. ff. de colluſio. detegen. l. cum
non iuſto. & ad idem. ff. de carboniano edicto. l. 3. §. fin. iſta di-
ſtinctio a verſic. illo ad cuius euidentiam vſq; in fin. quaſi tota
poteſt ſumi ex diſtinctione Lamberti de ſal. ff. de ſta. ho. l. inge
nuum & Pet. de Bellaper. inſtit. de actio. & alibi vbi de hoc di-
ſtinguunt & ex glo. Ber. & Inno. & Hoſt. hic & Hoſti. in ſum.
eo. titu. ſub rubrica de re iudi. §. quibus noceat ver. ſed in caſi-
bus &c. hæc decre. facit ad. q. quã tangam. j. de ſent. excõ. cum
voluntate in fin. diſtin. j. item facit ad quæſt. dominicalem Bar.
16 Brixien. quæ incipit quidam ꝓmiſit † dare de illo qui promiſit
dare aduocato ſuo cẽtum ſi obtineret in cauſa & poſtea tranſ-
egit cum aduerſario ſuo, an aduocatus poſſit exigere integra
centũ, quaſi obtinuerit quod videtur quaſi res inter alias acta. i.
tranſactio ſibi non præiudicat & hoc tenet ibi Bart. Brix. poſt
Hu. idem Tan. & Odof. idem Accur. ff. mãda. l. vlti. ſed Huber.
& alij contra ſed Gul. in Spec. titu. de ſalario. §. ſequitur. ver. ſed
pone hoc caſu diſtinguit ad concordandas opi. Aut clientulus
tranſegit in fraudem eius, vt tunc totum ſalarium habeat, qua-
ſi per eum non ſtet. ff. loca. & conduc. l. qui operas. & l. ſed ad-
des. §. fin. ff. de condi. & de. l. iure ciuili. C. de condic. ob cauſam
l. aduocationis; an bona fide, vt quia lis erat dubia, & tunc pro
rata ſeruitij ſui conſiderata facundia niſi aliud actum fuerit in-
ter eos tantum habebit. vel dic & melius ſecundum Iacob. de

Ra. Tanc.

17 Ra. Tanc. Cyn. C. de ſuffragio. l. vna. Aut † clientulus tran-
ſigit cum conſilio & conſenſu aduocati, aut tranſigit contra
voluntatem & conſilium ſuum, aut tranſigit aduocato nihil di-
cente. Primo caſu nihil habebit, quia tranſigere, non eſt vin-
cere vnde cum nõ ſit victoria nihil habebit rõne victoriæ. Se-
cundo caſu, qñ aduocatus contradicit tunc aut aduocatus po-
teſt oſtẽdere, quod clientulus habebat bonam cauſam, & quod
obtinuiſſet niſi tranſegiſſet, & tunc poteſt petere honorarium
ratione victorię, quia licet ſit dubius litis euẽtus, tñ pręſumen-
dum eſt, ꝙ iudex faciat iuſtitiam. argu. ff. de pecu. l. eo t pe. Aut
hoc non probat, & tunc nõ habebit. ff. de cõdi. & demon. l. qui-
18 bus diebus. §. fin. Tertio † caſu, qñ tacuit habetur pro conſen-
tiente, quia officium ſuũ non eſt tacere. arg. C. ad Velleia. l. ſi ſi-
ne. & quia debuit reſiſtere tranſigenti. argu. C. de appel. alias. ff.
de appel. l. qm. vnde vides ꝙ tantum vno caſu cõſequitur illud
quod eſt conuentum rõne victoriæ, & illo caſu oportet eum
oſtẽdere, ꝙ viciſſet nec poteſt dicere aduocatus, quod per me
non ſtat ſed per partem ergo &c. vt in d. l. iure ciuili. quia illud
verũ eſt in conditionibus poteſtatiuis ſecus in caſualibus, ſicut
eſt hic cũ dubij ſint litis euentus. vt. ff. de pec. l. quod debetur.

1 *C. duobus. ſenſus.*
2 *C. duobus. limitari.*
3 *Delegati ſententia an parendum.*

D Vobus. ¶ Quod hic dicitur in duobus iudici-
1 bus diuerſis † id eſt contrarias ſenten-
tias proferentibus, idem intellige in pluribus diſcor
dantibus pari numero, vt quia quidam condemnant
& alij abſoluũt. & iſtud c. cum ſua gl. ſatis bene tradit, quid iu-
ris ſit, qñ ordinarij inter ſe diſcordant, ſaluo eo, quod leg. & no.
j. de ſtatu. monacho. in ſingulis vbi viſitatores illi ſunt ordina-
rij ſm Goff. Ber. Inno. Hoſti. Abb. & Io. Andr. ibi. & tamen vbi
æquali ſeu pari numero diſcordant, puta quia duo abſoluunt &
alij duo condemnant. In hoc caſu recurrendum eſt ad Papam
tanquam ad delegantem, licet ordinarij reputentur, vt proba-
2 tur expreſſe ibi in. §. ſi vero ſm Hoſt. ibi. ¶ Secũdum † quem
fallit, quod hic dicitur in illo caſu. pro hoc. ſ. de reſcript. paſto-
ralis. ſm Ber. ibi in glo. quid iuris. In hoc contradicens, quòd
imò tenet ſnĩa illorum qui abſoluũt per iſtud c. & . ff. de re iudi.
3 inter pares. ¶ Sed † quid dices, ſi delegatus, & ordinarius ſimul
cognoſcant? videtur quòd ſnĩæ delegati ſtandũ eſſet: quia Pa-
pa eius perſonam elegit. ſ. de off. deleg. cum cauſa. Et maxime
ſi ſit delegatus miſſus a latere Papæ: quia ſnĩa dignioris debet
pręferri. ff. de pac. l. maiorem. Sed Petrus tutius dicit eſſe, quòd
vtriuſq; ſententia pendeat, donec competens iudex alterã con-
firmet. argu. ff. eod. titu. l. duo iudices. nam cum hæc ſit natura
delegatæ iuriſdictionis ordinarię iuncta delegatę ſequitur eius
naturam tanquam magis dignę. argu. j. de con. eccle. vel alta. c.
quod in dubijs. in fin. ff. de relig. & ſump. fu. l. quæ religioſis. &
not. 76. diſt. de ieiunio. Licet enim iuriſdictio ordinaria ſit fir-
mior: tamen delegata eſt dignior. argu. ſ. de off. dele. ſane: quia
ſecundum Pet. & eius ſentẽtiam approbat Ioan. de Cyn. prout
not. Archi. 2. q. 6. epiſcopus eccleſiaſticus.

¶ De appellationibus. Rubrica.

1 *Correctio & alius proceſſus, an differant.*
2 *Appellari a correctione an liceat.*
3 *Nos inter. ſenſus.*

A D noſtram. ¶ Dicit hic Inno. quod ho
die non videtur differentia
1 inter regulares & alios. inter correctionem, † &
alium proceſſum, cum [etiam] a correctione re-
gulariũ liceat appellare, ſi iudices excedant, quod
idem eſt ac ſi grauent. ſ. de offi. ordina. c. licet. j. de accuſa. c. in-
quiſitionis. ſm Inn. hic. quod non approbat Hoſt. hic dicens,
quod quicquid dicat Inno. hic multi ſunt caſus, in quibus gra-
uaretur clericus ſecularis, & in eiſdem religioſus non grauare-
tur. Vnde & olim & hodie magna eſt differẽtia inter correctio
nem regularium, & ſecularium: vt legi. & no. j. eo. cum ſpecia-
li. de accuſa c. qualiter. & . §. fi. & de cenſi. Romana. §. ſane lib. 6.
ſm Hoſti. hoc etiam non approbat Spec. hoc titu. §. in quibus
verſ. 11. a correctione, & c. nam talis intellectus multa iura in-
2 fringit. Et ideo ſic diſtingue, ſm eum, nam aut † perſonã quæ
appellat a correctione vel diſciplina eſt regularis, & tũc nõ va-
let appellatio: vt hic & . j. eo. ca. reprehenſibilis. & ca. cum ſpe-
ciali. Vnde in his etiam, ſm vetera iura, procedebatur remota
appellatione: vt. j. ne clerici. vel mona. cap. relatum. & hoc ve-
rum niſi corrigens modum in corrigendo excedat: vt. j. eo. ca.
de priore. & 23. q. 4. qui peccat, alias ſecus quia nimię ſeuerita-
tis increpatio & c. 45. diſtin. cum beatus. & . ſ. de offi. ordi. ca. ir-
refragabili. §. vt autem. Aut eſt ſecularis, & tunc tenet appella-
tio: vt. j. eo. peruenit. 2. ſm Spec. in. §. alleg. & idem not. Arch.
27. q. 1. ſi homo eſſes. in gl. ſed contra hoc videtur. j. de pur. ca.
3 † cap. nos inter. Sed non obſtat: quia nõ loquitur de correctio-
ne, ſed de purgatione, put not. ſ. de off. ordi. c. licet. vel dic ſm
Hoſti. quod ibi loquit de notario, in quo non eſt locus purga-
tioni nec examinationi, nec appellationi. nec alicuius ordinis
obſeruationi: vt. ſ. de elec. ca. bonę. §. contra legati. & de iure-
iur. c. ad noſtram. 3. ſm Archi. in c. alleg. ſi homo eſſes. Et vide
quod not. Archi. j. eo. cordi. in glo. ſcilicet a quo appellat lib. 6.

1 *Appellandum quando ſit.*
2 *Sententiam ſub conditione ferri.*
3 *Tempus medium qui accipiendum.*
4 *Appellationis tempus qui currat. 6. & 8.*
5 *Apoſtolorum genera.*
7 *Appellationum dies qui computandi. 9. & 10.*
11 *C. ex ratione. ſenſus.*
12 *Appellatio proſequenda, finiendave.*
13 *Terminus legalis, an prorogabilis.*
14 *Appellatio cur introducta.*
15 *Appellationum tempora.*

C Vm ſit Romana. ¶ Si quæris, quæ
tempora cõpetant
appellanti circa negotium ſuæ appellationis. & v-
5 trum de momento † ad momentum: vel quali-
ter debeant computari, diſtingua quinque tem-
pora, vnũ ſcilicet appellationis interponendæ. Aliud, ſcilicet,
petitionis apoſtolorũ ſuper appellatione. Aliud appellationis
interpoſitæ interminandæ. Aliud appellationis proſequendæ.
Aliud appellationis finiendæ. Dic ergo. aut quęris de tempo-
re appellationis interponẽdæ & illud eſt decendium a tempo-
re ſantentiæ numerandum: vt in authen. de appellatio. & in-
tra quæ tempora. §. 1. colla. 4. C. de appella. authen. hodie. j. eo.
concertationi. lib. 6. Circa hoc tamen diſtingue: quia aut quę-
ris de appellatione iudiciali. aut de extraiudiciali. Si de iudicia-
li, tunc aut appellatur a ſententia diffinitiua, vel interlocutoria.
aut appellatur a grauamine. Si a diffinitiua, vel interlocutoria,
tunc verum eſt quod dictũ eſt, ſcilicet, quod infra decem dies
a tempore diffinitiuę, vel interlocutorię, ſeu poſtquam ſciue-
rit computandos quis debeat appellare. Nam nedum diffiniti-
ua, ſed etiam interlocutoria poſt decem dies tranſit in rem iu-
dicatam quo ad partem, quantum ad hoc, vt pars poſt decem
dies appellare non poſſit: vt. ſ. de elect. cum dilecti. in fine. de
teſti. ſignificauerunt ad fin. & de re iudi. cum inter vos & capi-
tulo, quod ad conſultationem, vbi de hoc per Inno. ſuper ver-
bo decendium. & verbo iudicare. j. eod. cum ceſſante vbi hoc
nota. Ber. & Hoſti. poſt eum. Idem not. Cardi. Archi. Io. An. j.
eo. titu. c. Romana. §. ſi vero vocatis. lib. 6. Et quod dictum eſt
de ſententia, intellige fore verum ſiue ſentẽtia feratur pure, ſi-
2 ue feratur ſub conditione. Sententia † enim ſub cõditione fer-
ri poteſt, nedum diffinitiua, ſed etiam interlocutoria: vt not.
plene Inno. in d. c. quod ad conſultationem. & Ioan. Andr. poſt
eum. & Hoſti. in ſumma eo. titu. de ſententia & re iudi. §. qua-
lis. verſi. pura, & c. & Cardi. j. eo. non ſolum lib. 6. ſuper verbo
decendium. probatur. ff. quando appellandum ſit l. 1. §. biduum
vbi de hoc per Archi. in 2. glo. licet Goff. & Rodo. in ſententia
lata ſub conditione dicant contra. j. eod. præterea 2. dicentes,
quòd decem dies, qui dantur ad appellandum incipiunt curre-
re a tempore conditionis extantis: quia tunc incipit eſſe, ſen-
tentia, & non ante. inſtit. de verbo. oblig. §. ex conditionali. j.
de vo. & voti redempt. cap. licet ver. ſciturus. ſed primum ve-
rius. Sed hoc fallit in ſententia excõmunicationis ſub condi-
tione lata per hoĩem, quia in illa & ab illa poteſt appellari quan-
tumcunque ante conditionem extantem: & non poſt etiam ſi
exiſtat infra decem dies vt. j. eo. pręterea. ij. ſed in alijs ſenten.
ſecus in quibus appellatur vſq; ad decem dies tantum. Vnde ſi
conditio vel dies in alijs ſentẽtijs exiſtat infra decem dies ad-
huc vſq; ad fin. decem dierum poterit appellari: ſed in ſenten-
tia excõmunicationis, ſecus quo ad ſuſpendendum eius effe-
ctum non dico quo ad negotium deferendum. Et eſt ratio di-
uerſitatis, quia illæ ſententiæ excommunicationis ſecum tra-
hunt executionem, ex quo ſemel ligant. Aliæ non ſecundum
Innoc. Hoſtien. & Abb. & Io. Andr. j. eo. præterea. ij Idem ſen-

tiunt ibi Lan. & Ber. nec faciunt Inno. Hoſt. & Io. An. ibi diffe-
rentiam ſiue excōicator dicat excōmunico te ex nunc ſiue di-
cat, tunc ſis excōicatus: quia ſemper ſentētia trahitur ad diem
conditionis extātis. & idem tenet quo ad hoc Arch. ĵ. de pręb.
dudum gl. 3. lib. 6. & pro hoc facit extra de conceſ. præb. c. vni-
co in princ. in cle. vbi Gen. ſuper verbo ex nunc vr̄ approbare
iſtam opinionem. ſed Tan. & Bart. Brix. in quæſt. ſua veneralt
quæ incipit. eſto ꝙ iudex, &c. no. contra ſ. quòd a ſnīa excōica
tionis lata ſub conditione nō poteſt appellari poſt x. dies a t pe
ſnīæ. & dicunt quòd eſt caſus illius. c. quod ad conſultationē. ſ.
de re iudi. quod tñ non ob. quia nō loquitur de ſnīa excōicatio-
nis: ſed alterius. Idem tenuit Pet. de Samp. in c. alleg. præterea
dicens, cum Vincentio & Aegidio ibi illa quòd illa litera ipſius
3 decre. vbi † dicit medio t pe, &c. debet exponi. i. ante x. dies, vel
ſaltem in decimo die. nam ſi poſt nō valeret ſm eum. Gof. aūt
& Rodo. dixerunt per illam decretalem. Præterea. in qualibet
ſnīa lata ſub conditione x. dies appellationis incipere currere a
die conditionis extantis: quia tunc incipit eſſe ſnīa & non ante.
inſt. de ver. ob. §. ex conditionali. ĵ. de vo, licet. ver. iturus. nec
ob. 2. q. 6. biduum, quia vbi dicit vtile nō ſequitur quòd neceſ-
ſarium. Sed tu tene opinionē Inn. & Hoſt. & ſequacium quam
etiam tenent & approbant Gar. & Car. ĵ. de ſen. excō. quicunq;
in magna gl. & c. is qui in gl. fi. lib. 6. & Arch. in. §. alle. biduum. in
2. glo. Si appellatur a grauamine abſq; aliqua interlocutoria vel
diffinitiua. Tunc refert ſm Hoſt. ĵ. eo. Romana. §. ſi vero. li. 6.
aut grauamen habet vim ſnīæ, puta ſi iudex dicit nō eſſe reſpon
dendū libello vel petitioni. vel dicit præcipio vel volo vel no-
lo vel ſimile. & tunc infra x. dies eſt appellādum. iſta enim ſūt
vim ſnīæ interlocutoriæ. ar. ff. de arbi. l. qualem. man. l. 2. C. cōia
de leg. l. 3. C. de app. l. ad ciuilia. & l. nominationes. canonizata.
2. q. 6. nominationes. ff. de decur. imperatores. Sic intellige qđ
not. Hoſt. ĵ. eo. vt debitus in fin. ſuper verbo de maioribus ibi.
& idem intelligas, &c. ita etiā intellige quod not. ipſe Hoſti. ſ.
de re iud. cum I. & A. vbi dicit, quòd grauamen cōtra ius litiga-
toris illatum tranſit in rem iudi. ſi non appellatur ab eo infra x.
dies. ſicut & diffinitiua vt in c. alle. cum inter vos. & c. quod ad
conſultationem. & quod no. Inno. ĵ. eo. cum ceſſante gl. 1. ver.
& generaliter. Aut tale grauamen non habet vim interlocuto-
rię. & talis grauaminis illatio nunquā tranſit in rem iudicatam,
nec habet vim interlocutorię, quia non oīs vox iudicis, &c. C.
de ſent. & interlocu. om. iud. l. ex ſtipulato. v. g. iudex aſſignat
parti locum non tutū certe, niſi velit aſſignationem huiōi re-
uocare requiſitus iuſta eſt app. ſi ſuper hoc appelletur. Idem in
cōminatione, niſi fortè poſtea coram eo cōſenſerit procedere.
ĵ. eo. cum ceſſante. & idem vbicunq; grauat non ſolum verbo,
ſed etiam facto quod plus eſt. ĵ. eo. dilecti. le premier. & c. vt no
ſtrum. ff. de leg. l. de quibus vel ſi except. neglecta ꝓcedat. ĵ. eo.
ex parte. m. ita not. Hoſti. in c. alle. vt debitos. & c. Romana. &
Spec. hoc titu. §. reſtat videre ver. ſed quid dices & idem Arch.
in c. alle. concertationi in gl. ſed quid dices &c. & hoc intellige
de appel. iudiciali. Si queris de appellatione extraiudiciali: tunc
dic vt dicam. ĵ. eo. vt debitus in fin. eiuſt. fin. & vt no. Cardi. &
4 Ioan. Andr. in c. concertationi. lib. 6. Item † iſtud tp̄s appel. in-
terponendæ currit de momento ad momentū, vt. ſ. de re iudi.
c. quod ad conſultationem vt not. Io. Andr. ibi & extra eo. ti. c.
ſicut ſuper verbo a die in cle. in tm̄ quòd in illo decendio com
putatur hora in qua appellatur vt in d. c. ꝙ ad conſultationem
vt no. Ber. ĵ. de excep. c. pia. lib. 6. & Arch. 2. q. 6. can. anteriorū.
& Spe. hoc ti. §. reſtat ver. ſed nūquid dies. ſed Car. aliter in d. c.
pia. Aut quæris de t pe petitionis apoſtolorū & illud eſt. xxx.
dierū vt. C. eo. ti. l. iudicib. quę eſt canonizata. 2. q. 6. §. iudicib.
& ĵ. eo. ti. ab eo. li. 6. Sed a quo t pe cōputentur iſti. xxx. dies eſt
diſſentio. Nam Accur. ff. de libel. dimiſſorijs. l. vna. & Io. An. in
d. c. ab eo. & quidā alij tenent, qđ computentur a die ſnīæ, vt in
prædicta l. & prædicto. §. iudicib. qđ verū intelligit Io. An. qn̄
appellatū eſt infra x. dies: alias cum quis non teneatur appellare
niſi a t pe ſnīæ, alias ſcientiæ, ad hoc. ĵ. eod. concertationi lib. 6.
Similiter nec apoſtolos petere. & ſic t pa apoſtolorum currere
incipiunt vna cum t pe appellationis interponendę, & ſic a t pe
ſcientiæ. Et idem no. ipſe Io. Andr. extra eo. ti. ſicut ſuper ver-
bo a die in clem. & idem videtur notare gen. in d. c. ab eo. Alij,
vt Hoſt. & Pet. de Samp. ĵ. eo. cordi li. 6 & Hoſt. in ſum. eo. ti. §.
qualiter. ver. iudex aūt tenent, quòd iſti. xxx. dies currant a t pe
appellationis interpoſitæ idem tenet Gen. extra eo. quāuis ſu-
per verbo vno contextu in cle. dicens, quòd licet in d. c. ab eo
notaſſe videatur ipſos fore a t pe ſententiæ computādos intel-
ligit ſnīę per appellationem ſuſpenſę dicit ipſos fore demum a
tempore appellationis emiſſę cōputandos. Et ad hoc dicēdum

5 mouetur quintuplici rōne. † Prima, quia licet multę ſunt ſpe-
cies apoſtolorum tñ quo ad pręſentem materiam, vel erunt di-
miſſorij de quibus. ff. de li. di. l. vnica. & q. 6. §. forma. aut refuta-
torij de quibus. C. de app. l. vlt. § in refutatorijs. ff. de appel. re. l.
ſciendum. Aut reuerentiales, in quibus ob reuerentiā ſuperio-
ris defertur appellationi in dubio. de quib. ĵ. eo. cordi. & tunc
nec iſti, nec illi peti, vel concedi poſſunt: donec ſit appellatum
cum non poſſet admitti, vel refutari appellatio. donec ſit emiſ-
ſa nec ante poteſt quis eximi a iuriſdictione iudicis, a quo do-
nec appellauerit: eius enim quod nō eſt in mūdo poteſt eſſe ad-
miſſio vel refutatio, ſeu exemptio. ar. ff. de leg. 2. l. ſi ita ſcriptū.
§. ſi ſub cōditione. 32. q. 2. quod vero. & c. Moyſes. & ĵ. de de-
ſpon. impu. c. ad diſſoluendum. Secunda quia demum appellans
& non ante eos petere adſtringitur & demum appellāti & non
ante iudex eos prestare tenetur. 2. q. 6 poſt appellationem. ff. de
li. di. l. vnica. Vnde abſonum, & abſurdum vr̄ dicere, quòd xxx.
dies. currant ad eos petendum antequā neceſſario ſint petendi:
6 quia tunc reperiretur † pręſcriptio currere contra illum, qui in
nulla eſt negligentia quod eſt contra naturā præſcriptionis quę
eſt in odium negligētis introducta. C. de anna. excep. l. vlti. ſ. de
præſcri. c. 1. & c. vigilanti. Tertia quia ſimile eſt tempus, infra
quod hn̄t peti illi apoſtoli, & infra quod hn̄t concedi in d. l. iu-
dicibus. & c. ab eo. Sed tempus xxx. dierū, infra quos hn̄t con-
cedi currit poſt appellationem vt in d. c. poſt appellationem &
in d. l. vnica de li. di. ergo & tempus xxx. dierū infra quod hn̄t
peti. nam alias citius currerent habēti appellare, quam habenti
eos concedere quod videtur abſurdum. Quarta, quia certum
eſt tempus. xxx. dierum dari de iuris beneficio appellanti ad pe
tendum apoſtolos, vt in dictis iuribus. Pone ergo, quòd appel
lauerit vltimo momēto x. dierum, qui dantur ad appellandum,
quod poteſt. 2. q. 6. anteriorum. ſ. titu. proxi. quod ad conſulta-
7 tionem, & † computa xxx. dies a tempore ſententiæ ſic ad pe-
tendum apoſtolos non reſtabunt ſibi niſi xx. dies quod eſt ex-
preſſe contra prædicta iura. Quinta, quia certum eſt apoſtolos
non poſſe peti, niſi per illū, qui appellat. Si ergo computas xxx.
dies a tempore ſnīæ, & per conſequens antequā ſit appellatum,
ſic illorum dierum præſcriptio curret antequā ſe offerat pote-
ſtas petendi eoſdem contra. l. 1. in fi. C. de anna. excep. maxime
quia dictū c. ab eo. expreſſe dicit, quòd ab illo qui appellat hn̄t
apoſtoli peti infra xxx. dies igitur non ab alio, alias currerent
antequam appellaret quod eſt contra mentem iuris ſm Gen.
8 Item † certum eſt, quòd iſti xxx. dies currunt etiā iudici vt in
c. ab eo. Quomodo ergo deliberabit: an deferat, aut refutet,
niſi prius appellatio porrigatur. cū eius, quod non eſt, nulla de-
liberatio fieri poſsit vt in c. alle. ad diſſoluendū cum concor. ad
hęc maior eſt abſurditas cum ſtatis appellāti ſit petere infra xxx.
dies. Si vltima die petat, quale tp̄s reſtabit iudici ad eos peten-
dos: nullū. Ad l. iudicibus & ad. §. iudicibus. reſpondet Gen. quòd
ſi loquantur de xxx. diebus, infra quos concedi hn̄t per iudicem
non de illis infra quos hn̄t peti, vel dato, quòd etiā de illis expo
nit a tempore ſnīę per appellationē ſuſpenſo, veniatur nec iura
& rationes alle. obſtant. ar. ĵ. de elec. cum expediat. li. 6. Nam &
a ꝓpria legis ſignificatione diſceditur, vt mens ſeruetur. C. de
li. præter. l. 3. & no. ĵ. de verb. ſign. intelligentia. Item, quia ſer-
mones legum ſunt intelligendi etiam contra ſignificationem
propriam iuxta materiā, in qua & ſub qua poſitæ ſunt. ff. loca.
& condnc. l. ſi vno anno. Sed l. illa iudicibus. & §. iudicibus po-
ſiti ſunt in materia de appellationibꝰ ergo xxx. dies, de quibus
loquuntur current poſt appellationem, & non ante: cum ante
non ſit appellatio quam ſit emiſſa, vt dictū eſt hęc opi. pōt ſu-
ſtineri tanquam vera de iure: Sed ꝓp contrarietatem opinio-
num cōſului in petitionibus apoſtolorū, dum emergebant ſer-
uari opinionem contrariam Io. An. iuxta illud, Tene certum &
dimitte incertū de pe. di. 7. c. 2. & ĵ. de ſpon. c. iuuenis. & de ho-
micidio. ad audientiam. Aut queris de t pe appellationis inter-
9 poſitæ † intimādæ & illud eſt vnius menſis, cōputandus ab in-
terpoſitione ipſius appellationis vel ſaltē poſt lapſum eiuſdem
menſis, quam cito fieri cōmodè poterit, vt probatur, extra. de
elec. c. cauſam electionis in cle. & ĵ. de ap. c. 1. in fi. in cle. cū ibi
no. per Io. An. & Gen. & iſtud tp̄s computatur de momento ad
momentum vt no. ibi Io. An. ſuper verbo interpoſitione, ſcili-
cet, in c. cauſam. Aut quęris de t pe appellationis proſequēdæ,
vel etiam de t pe appellationis finiendæ, & tunc omni impedi-
10 mento ceſſante regulariter † datur annus a die interpoſitionis
ipſius appellationis vel a die illati grauaminis vt hic & ext. eo.
ti. c. ſicut in cle. & facit quod no. Ber. & Ho. ĵ. eo. ſuper eo. 2. in
fin. licet Hoſt. ĵ. eo. ex ratione dicat, ꝙ t pa appellationis proſe-
quendæ currant a die ſentētię & male. Fallit hoc in cauſis ele-
ctionum,

ctionum, vbi datur certum tempus ad iter arripiendum, & ad
comparendum ꝙ dic vt.ĩ.de elec.ca.1.& c.cupientes.lib.6. in-
teruenienie vero impedimento diſtingue ſm Inno. & Hoſti.
vtrum impedimentú interuenerit in primo anno appellatio-
nis poſtquã cœperit proſequi, & tunc etiam ſi per vnum diem
tantum fuerit impeditus quominus poſsit proſequi, & petere
ſniam ferri ſuper cauſa appellationis totus ſecúdus annus ipſo
iure ſine beneficio reſtitutionis ſibi indulgetur a iure, ſicut ap
paret in aut.alleg.de ijs,qui ingre.ad ap.licet. P.de Bellapert. in
hoc contra.C.de temp.appel.aut. ei qui appellat. Vel vtrú, im-
pedimentum interuenerit in ſecúdo anno appellationis proſe-
quendæ,& tunc beneficio reſtitutionis ei ſubuenitur: & reſti-
tuetur ei tempus, ꝙ amiſit nec reſtituetur ei tpś niſi tantum
quãtum amiſit vt.ff.ex quib.cau.ma.l. ab hoſtibus.§.fi. vt hoc
not.Innoc.ĩ.eo.ex ratione.in ver.ſed videtur quod ſi tm̃ &c.&
Hoſt.poſt eum.idem Archi.2.q.6.in ſum. in glo. adde verú eſt
11 ex iuſta cauſa,&c. vbi dicit, ꝙ dec. alleg. † ex ratione.ĩ.eo. lo-
quitur, ſi ſane intelligatur qñ per totum biennium fuit impedi
mentum: alias ſi in primo fatali impediatur appellans etiã per
vnam diem habebit totú biennium ipſo iure, non per benefi-
cium reſtitutionis: ſed ſi impediatur in ſecúdo reſtituetur ſibi
tpś impedimenti ſm Archi.ibi. idem Io.An.ĩ. de elec.c.ſi ele-
ctio.gl.fi.lib.6.& idem approbare vr̃ Gen. extra eo.c.ſicut glo.
antepen.in cle.vbi remittit ad gl.Inno.in c.alle.ex rõne. & hoc
placet Accur.in aut.ei qui.C.de temp.app.ſcilicet, ꝙ poſt annú
per reſtitutionem ꝓuideatur, tñ videatur velle, ꝙ reſtituatur
integer annus dicendo, ꝙ tertius annus datur per reſtitutioné.
Sed ipſe Accur.in aut.de his,qui ingre. ad app.§.ſi vero.colla.5.
tenet, ꝙ ipſo iure nõ currit biennium impedito. & idem no.in
aut.de app.§.ad hæc.coll.4.ff.ex quib.cau.ma.ſed & ſi per prę-
torem. gl.2. Sed contrariú no. in aut. de his qui ingre.§.vnde.
hic in 1.glo.&.C.de temp.app. in aut. item ſi appellatione. Sed
concordari poſſunt hę glo.vt dicit Ber.in d.c.ex rõne.vt diſtin
guatur in potentia proueniens ex facto iudicis, cú determina-
tione, quam ponit Io.An. ibi per l.vlt.§. illud.C. de temp.app.
ſcilicet, ꝙ tunc demum negligentia vel impotentia iudicis ex-
cuſat, qñ ſibi per ſuperiorem eius appellans prouidere non po-
teſt, vel ſaltem non infra tpś fatale, ſm. de quo loquitur ille.§.
ibi cum ſit ei apertiſsima facultas noſtrã adire maieſtatem, &
tarditatem iudicis in quærelam deducere, & noſtro beneficio
potiri: quia tunc ipſo iure ſit illęſus.& idẽ ſi de voluntate par-
tium ꝓrogatur, ſi ex proprio impedimento reſtituatur, ſed per
tertium, qui non eſt ſoluendo etiã reſtituatur,& ſolum ad illud
tpś reſtituetur, quo læſus fuit, vt dictum eſt ſm Inn. idem no.
Io.Andr.ibi & adde quod dicã ibi poſt eum. Et quod dictú eſt
de impedimento idem intellige ſi appellans fuit deceptus per
aliquem qui dicit ei ꝙ terminus fuerat prorogatus, vel iudex
excõicatus, vel mortuus vel vltra mare.ś.de re.in integ. ex lite
12 ris ſm Hoſt.ĩ.eo.c. ſæpe in fin. Et intellige ꝙ non ſufficit † ꝙ
infra tpś legitimum incipiat appellans appellationem proſequi
niſi etiã ipſam finiat, quod poteſt hr̃e locú in appellationis cau
ſa factis ad alium quam ad principem. in illis vero quæ fiunt ad
principem vr̃ ſufficere, ꝙ infra tpś legitimum incipiat appel-
lans appellationẽ proſequi:& ſi cauſa finita nõ ſit: quia ibi abſq;
damno morę manet cauſa intacta.2.q.6.c. ei, qui.§.appellatore
&.ĩ.eo.c.inſinuãte.&.C.de temp.ap.in aut. ſed lis ſm Hoſti.in
c.alle.ex rõne.ſed Hug.no.2.q.6.anteriorum.ver.ad hoc.idem
in quolibet alio iudice quod in imperatore.ſ.ꝙ cauſam ita poſ-
ſit deferre præſertim de voluntate partiú. ſed contra videtur a
nam licet terminus legalis præueniri poſsit non tñ poteſt pro-
rogari, vt.ĩ.eo.oblatę.ver. quia tamen. vbi no. Io. ꝙ terminus
13 legalis nõ poteſt ꝓtendi & ibi de hoc in gl.pars appellata. † Sed
ſi vis ſuſtinere ſniam Hug. reſpõdeas verum eſt, ꝙ non poteſt
prorogari contra voluntatem partium.vt no. Archi. in c.alleg.
anteriorú. ver.ad hoc ſuper verbo donec.& vide quod no.ipſe
Archi.ibi ſuper verbo intacta.& Hoſti.ĩ. eo.c. ex inſinuatione
ver. cum & ſm. Iſte tñ annus appellationis proſequendæ, vel
etiam finiendæ nõ computatur de momento in momentú ſi-
cut, de decennio appellationis interponendæ, dictú eſt: quia in
iſto anno non cõputatur dies, in quo appellat̃, ſicut ſatis ꝓbatur
in c.alle.ſicut extra eo. ti. in cle. ibi qñ dicit infra annú a die in-
terpoſitionis ipſius, &c. per qđ videtur, ꝙ illa pars diei, in qua
appellatur, cedit lucro appellãtis: nec cõputatur in anno illo ſi-
cut.ĩ.de elec.c.ſtatuimus.de reſti.ſpol.c.frequens. & de excep.
c.pia & de præb.c.ſtatutum.li.6.vt no.Io.An.in c.alle.ſicut. ſu-
per verbo, a die & credo, ꝙ bene: quia appellatio eſt fauorabilis
14 & fauorabiliter † introducta: quia ad releuamen oppreſſorum
& vt iniquitatem & imperitiam iudicãtium corrigat.ff. eo.l.1.
in princ, 2.q.6.c. omnis oppreſſus. & c.ad Romanam. Ex quo
ergo eſt fauorabilis, & eius proſecutio fauorabilis, & ſic prę ſcri
ptiu annalis eius ꝓſecutionem impediens odioſa eſt: hæc pro-
poſitio.ſ.quòd ſi aliquid eſt fauorabile, & eius proſecutio fauo
rabilis, patet in ſpritualib⁹, puta matrimonijs, & alijs, quę ſunt
fauorabilia: & ideo eorú proſecutio eſt fauorabilis: quia ſum-
maria, & de plano vt extra de iudicijs. diſpendioſam.inncto.c.
ſæpe contingit. de verb. ſig. in cle. Quæ ratio ceſſat in tpe ap-
pellationis interponẽdę: quia appellatio, quę nondú eſt, nõ pót
eſſe fauorabilis.ar.ff.de colla.bo.l.vlt.ff.de iniuſto rup. & irrito
teſtamẽto.l.ſed & ſi in conditione.§. poſt defectú.licet gen.ibi
cõtra. Et iſta intelligas, vera, qñ iudex appellationis cognoſcit
de meritis cauſæ appellationis. Si vero cognoſcat de nullitate
ſnĩæ, quod poteſt, vt no. Inno.ĩ.de præb.dilecto.& de in integ.
reſti.cõſtitutus.& Gen.extra de re iud.c.1.in cle. Quod credo
verum, ſaltem qñ eſt talis iudex, qui poteſt adiri per viam ſim-
plicis quęrimonię ſm Gul.de Mõte Lau.ibi.tunc aut eſt cauſa
15 vbi periculum eſt † aĩæ, & tunc poterit agi de nullitate ſnĩę ſine
præfinitione tpum vt.ś.tit.proximo.c.lator.& c.tenor & c.con
ſanguinei. Aut eſt alia cauſa, in qua nõ eſt periculum aĩę, & tunc
vſq; ad xxx.vel xl.annos nõ vltra agi poteſt cú omne iua agen-
di illo tpe tollatur vt C.de quadri.præſcri.l.2.de præſcr. tri.vel
quadra. an.l. oẽs. niſi fori vel loci cõſuetudo aliud inducat.ś.de
eo qui mit.in po.cum veniſſent.tali.n.conſuetudini debet ſtari.
ar.op.C.de vete. iure enu.l.1.§.ſed & ſi quæ leges. ad hoc facit
quod no.Hoſt.ś.de cõſti.ex literia,ĩ.de cri. falſi.c. quã graui. &
Inn.ś.de off.dele.qđ tranſlationem. ſed per modú exceptionis
perpetuo de nullitate opponi pót: qnia quæ tpalia ſunt ad agen
dú, &c.ff.de exce.doli.l.pure.§.fi.vt no. Gen.in d.c.j.ex.de re iu.
¶Si quæris, vtrum condemnatus de crimine notorio poſsit
appellare, dic, vt dicam.ĩ.de cohab. cle. & mu.c.tua in 2.diſt.

1. *C. ad hæc. ſenſus.*
2. *Delegatus in appellationis cauſa recuſabilis.*
3. *Ordinarius, an in cauſa appel. recuſari queat.*
4. *Iudicem pend. ap. non recuſandum.*
5. *Arbiter quando ſuſpectus dicendus.*

AD hæc ſi in vna. ¶Si quęria vtrum iudex, a quo
eſt appellatú in vna cauſa, poſsit eſſe iu-
dex ipſius appellãtis in alia cauſa, vel vtrú ipſe appel-
lans poſsit ipſum in alia cauſa, vt ſuſpectú recuſare?
diſtingue, aut quęris, vtrú poſsit eú recuſare ex aliqua alia iuſta
1 cauſa nõ ex illa: quia ab eo appellauit, & dic, ꝙ † ſic ita pót intel
ligi hæc decre.exponendo ibi in tex.vitare, &c.ſ.ex aliqua iuſta
cauſa ſm Inn.& Io.An. Aut vtrum poſsit eum recuſare ex illa
cauſa: quia ab illo appellauit in alia cauſa: & túc nunquid poſsit
recuſari ipſa cã appellationis finita, & terminata, & dic ꝙ non
ea, ſ.de cauſa.ſic pót intelligi.ff. eú qui app.l.vna ſm Hoſt.hic.
2 †Aut cauſa appellationis pendẽte, & tunc aut quęris de delega-
to & talis pót recuſari & ſic loquitur hic in prin. &.ĩ.eo.poſtre
mo.ſm Ia.& Hoſti.hic.&.ĩ.eo.propoſuit. licet Ber.ibi dicat, ꝙ
3 recuſatio erit in pendẽti. Aut quæris † de ordinario, & túc aut
appellatio nõ tenet. nec eſt iuſta, & túc nec in priori cauſa, nec
in ſcđa poterit appellari nec eú recuſare ſm Vin. & Tan.qui ad
hoc allegãt quãdã decre.antiquã, quę erat eo.ti.c.appellationi &
pro hoc facit.ĩ.eo.vt debit⁹.& ar.ĩ.de reg.iur. c.nõ præſtat.li.6.
Aut tenet, & eſt iuſta, & tunc aut agit̃ de notorijs, & in talibus
non pót recuſari, vt.ĩ.c.ꝓxi.in fi.&.ĩ.eo. cõſuluit.& c.præter-
ea.& maxime qñ hmõi notoria ſunt grauia vt no.Ho.ĩ.eo. pręterea.j. Aut agitur de alijs q̃ de notorijs & tunc pót recuſari, vt
hic &.ĩ.eo. ꝓpoſuit. Vel potes diſtinguere ſm Hoſt. hic & in
4 ſum.eo.ti.§.quis ſit effectus.ver. itẽ licet ſit appellãs. † Aut iu-
dex nõ recepit appellationẽ, & tunc nõ pót recuſari vt.ff.eum,
qui appellat.l.vna. Aut iudex eam recepit, & approbauit, & túc
poteſt recuſari, vt hic &.ĩ.eo. ꝓpoſuit & c.accepta & arg.ĩ.eo.
ſæpe.&.ś.de off.dele.paſtoralis.§. pręterea. & in iſta diſtinctio-
ne pro maiori parte cõcordat Archi.ĩ.eo.ti.c. Romana.§.cum
vero.in gl.lib.6.ſed Io.An.tenet hic finaliter, ꝙ ſola dependen-
tia appellationis nõ facit iudicẽ recuſari vt ſuſpectú. abſurdum
enim eſſet ꝙ cum ex facto meo & a nuda voluntate mea ꝓce-
dat appel. per breuẽ cedulã appellatione forte ex falſa cauſa, &
ad hunc finem interiectę ſic effugerẽ & impedirem iuriſdictio
nem iudicis mei. Vnde ſicut in alija recuſationib⁹ ſic, & iſta re-
curretur ad arbitros coram quibus non erit mihi ſatis probare
pendentiã appellationis, imò habeo neceſſe ꝓbare veritaté gra
5 uaminis. qua ꝓbata arbitri † pronuntiabunt illú ſuſpectum: &
demum ad alium finem, ſcilicet, reuocationem grauaminis ha
beo probare id coram iudice app. nec eſt hoc nouú.ś. de teſti.

vericns.2.de reſti.ſpol.ſolicitè & no.per eum.j.de ſen. excom.
licet in fin.lib. 6. Item hoc non eſt ſatis probare grauamen ex
re tantum, quòd apparet non fuiſſe ex mente, ſed in cauſa app.
ſufficit probare grauamen ex te, vt ipſe no.j.eo.ex parte.cuius
dictum ſatis credo verum, & æquum, & ſm hunc modum in-
tellige fieri poſſe recuſationem, de qua.ſ. dictum eſt expreſſe.

1 *Sententiæ reuocandæ modi.*
2 *C.ſi duobus.explicari.*
3 *Citatus quando coram iudice appella. ſiſtere debet.*
4 *Laici, & clerici differentia.*

SI duobus. ¶ Innoc. hic in glo.pen.ver.ſed ta-
men bene dicimus. dicit, q ſi vna
pars cum non eſſet appellatum miſiſſet ad ſuperio-
rem & falſo ſciens dixiſſet ei, q ad eum appellatio-
nis vel ſi dolo tacuit ſe renunciaſſe appel. & iudex procedat ad
1 ſententiam † totum reuocabitur, vel conditione ſine cauſa vel
per in integrum reſtitutionem, vel per quærelam falſi.ff. de iu-
di.ſi prætor.& patet in eo quod le.& no.ſ.de in integr.reſtit.ex
literis.& de exce.cum venerabilis.§.intelleximus.ſm eum hic.
Sed ipſe Inno.videtur notare cõtrarium.ſ.de reſcri. ſuper lite-
ris in gl.imò ſine forſan ver.item ſi quis impetrauit literas,&c.
& clarius Compoſt.ibi in 4.col. in quæſt. item pone quòd P. &
Spec.tit.de citatione.§.t.in 5.colum.ver. Item pone. P.vbi po-
ſuit glo.ipſius Compo. & reſpondent ad glo. Inno. hic, quòd
2 † hic loquitur, cum abſens non fuerat legitimè citatus, vel hic
loquitur, qñ pars præſens, quę dicebat appellatum dicebat hoc
per malitiam ſciens appellatum non eſſe.ipſi vero ibi in quæſt.
ſua loquuntur qñ credebat appellatum eſſe ſm eos.& idem no.
G.j.eo.ti.Romana.§.ſi vero vocatis partibus in glo. t.lib.6. Ex
hoc ergo ſic potes diſtingue. Aut pars aduerſa abſens nõ fuit
3 legitimè citata, † & tunc tene glo. Innoc. hic aut fuit legitime
citata, & tunc aut pars præſens, quæ dicebat appellatũ dicebat
hoc per malitiam ſciens appellatum non eſſe, & tunc idem &
ita ſimiliter intellige glo. Inno. hic. Aut credebat appellatũ eſ-
ſe, & tunc pars citata tenetur comparere coram iudice. Alio-
quin tenebit ſnĩa per eum cõtra ipſam lata ſuper principali, nec
quæretur poſtea an fuerit appellatum, vel non: quia rõne dubij
iudex habuit iuriſdictionem, licet potuiſſet per exceptionem
elidi, ſm ipſos Cõpo.Spe.& G.vbi.ſ. & vide quod no.Hoſt.in
ſum.ſua ti.de iud.§.quæ ſunt neceſſaria. ver. quod autem dixi.

4 §. Denique. ¶ Argu. huius c.dicunt Lau. & Archi.2.
q.6. non ita glo.2. quòd † clericus recon-
uentus coram iudice ſeculari non poteſt appellare ante ſenten-
tiam niſi in caſibus ibi no. per Ioan. Andr. & econtra laicus re-
conuentus coram iudice eccleſiaſtico ante ſententiam appella-
re poteſt. Item clericus recõuentus coram iudice ſeculari ap-
pellare debet ad ſecularem iudicem: laicus vero reconuentus
coram eccleſiaſtico ad eccleſiaſticum. Item ſi Papa delegaue-
rit laico appellabitur ad Papam, ſi Imperator clerico, appelle-
tur ad imperatorem in authen.de ſanctiſ.epi.§.ſi tamen ex im-
periali. ſecundum eos. Item no. hic ſecundum Abb. quòd vbi
eccleſia iuriſdictionem obtinet temporalem, debet ſecundum
canones iudicare, & non ſecundum leges.

1 *Appellans quando impedimento excuſandus.*
2 *§.illud l. fin. de temp. ap. enucleari.*
3 *Negligentia non excuſat.*
4 *Impedimentum quod non excuſet.*
5 *Ferias appellationi imputari.*
6 *Impedimentum paruum excuſare.*
7 *Annos appellationis differre.*
8 *Impedimentum primi anni, an ad ſecundum trahatur.*
9 *Appellanti diligenti, ſecundum annum dari.*
10 *Appellanti etiam non diligenti ſecundum annum dari.*

EX ratione. ¶ De materia huius c.dixi.ſ. eo.
cum ſit Romana. vnum tñ no.q
de eo, quod tenet hic Inno.in glo.ſua pen. ad fin.ver.
item videatur, &c. hic tenet Hoſti. contrarium cu-
ius opi. prævalet, & approbatur extra.eo.ti.c. ſi appellationem.
in cle. ſecundum Io.An.& Gen.ibi in glo.j. licet Archi.2.q.6.ei
qui glo.pen. videatur præeligere opinionem Inno. & male.
¶ Ioan.Andr.dicit hic, q ſcripta per Inn. & Hoſti. hic faciunt
ad id, quod dubitatur, ſcilicet, quanti temporis negligentia in
1 primo anno interueniens, ex parte appellantis repellat † ipſum
ab anno ſecundo, id eſt, dato, q appellans vna die, vel ſeptima-
na fuerit negligẽs, ſed toto alio anni tempore fuit, vel ſolicitus,
vel iuſte excuſatus, an ſibi detur bienniũ. Et conuertendo eo-
dem modo, quæris quanti temporis imponatur. excuſet ſcili-
cet an excuſet impedimentum vnius diei, vel ſeptimanæ ipſo
appellante toto anni tempore negligente, vel ſolicito, vel par-
tim ſolicito vel partim negligẽte, & circa hoc poteſt dari regu-
laris doctrina. Ad primũ articulum arguitur, q etiam modici
2 temporis negligentia repellat a biennio per l.fin.§.illud. † C.de
temp.ap. ibi iubemus eundẽ appellantem, niſi obſeruauerit iu-
dicium, & cauſam vſq; ad finem peregerit, ſed per eum ſtete-
rit quominus oĩa litis certamina impleantur ap. defraudari. Et
ibi ſequitur, niſi ipſe appellator euidentiſſimis probationibus
poſſit oſtẽdere ſiquidem ſuã opare viſum voluiſſe litem exer-
cere, &c. Sed qui etiã in modico tpe fuit negligens nõ imple-
uit oĩa litis certamina, nec ſua opere viſus eſt ergo, &c. Item
decret.cũ ſit.ſ.eo.dicit ex neceſſaria, & euidenti cauſa dari bien
nium negligẽtia vero deſignat cauſam voluntariam. j.de con-
ceſ.præb. quia ergo negligentia quantũcunq; modici tpis im-
pediet dari ſm annum. Item in aut. de his qui ingre.§.1.2.& 3.
ſæpius iteratur, q ineuitabilis debet eſſe cauſa impedimẽtum,
vel languor propter quæ detur ſecundus annus, ſed negligentia
3 eſt voluntaria † vt prædixi ergo, &c. Item ibi in.§.1.dicit, q non
debet appellans cãm ſine puiſione dimittere, ſed negligẽs pro
tunc ſine puiſione dimittit cauſam. ergo &c. Item conſtat, q
terminus hoĩs ſuccedit loco termini iuris.ſ. anni, ſed qui vlti-
ma die termini hoĩs, quo ſe debet præſentare, vel iter arripere
illud negligeret deſerta eſſet appellatio.ſ.eo.perſonas. & c.cum
ſit.j.eo.ad aures.& c.ſæpe.ver.ſaluis.eo.tit. cordi.lib.6. ergo &
vnius diei negligẽtia nocebit in termino iuris.ſ.in anno. Item
4 circa ſm articulum, † modici temporis impedimentũ non ex-
cuſet, probatur: quia conſtat annũ appellationis proſequendæ
currere a tpe ap.interiectę vt in cle.eo.ti.ſicut ap. ſed ad appel-
lationis proſecutionem vñr apoſtoli neceſſarij.eo.ti.c.1.& c.vt
per.lib 6.ſed illos iudex infra xxx.dies tradere non tenetur.eo.
ti.ab eo.lib.6.& cle.eo.tit. quamuis. ergo licet illo modico tpe
impediatur currit illud tpſ in anno. Item terminus, ſi detur ab
homine, non præuenitur.j.eo.ſæpe. in fin. illud currit in anno
ap.licet tunc impediatur appellans licet Ber. cõtra ibi in gl.pen.
5 Item conſtat q † in anno appellationis ſunt ferię ſolẽnes fauo-
re ſanctorum, & hoĩm.ſ.de ferijs c.fi.& in eis impeditur appel
lans, & tñ ille cõputatur in annũ appellationis pbatur vtrunq;.
C.de dila.l.ſiue pars.in fi.de fe.l.1. De repentinis ferijs. ibi no.
in fin.1.glo.&.C.de temp ap.l.2.§.pen.& no.in prędicta decre.
vlt.de fe.glo.2.ſicut & in quadriennio reſtitutionis petendę vt
in cle.de reſti.in integr.c.vno C.de temp.in integr.reſti.l.fi. In
contrarium in vtroq; articulo adducitur: quia & ſi modicũ fe-
cerit in primo anno debet hẽre ſm, quaſi per id interruptũ ſit
primũ fatale in aut.de his qui ingre.ad ap.§.vnde hæc nos. ver.
6 ſi vero pro veritate. Item aut. † ei qui.canonizata.2.q.6.ei, qui.
dicit ſi interceſſerit cauſa decretalis oblatę.j.eod. dicit ex iuſta
cauſa bienniũ indulgeri, ſed iuſta cauſa vr̃ impedimentũ vnius
diei tñ. Item iſta decre.dicit pp impotẽtiam, & loquitur etiã
de biennio, ſatis ergo videt ex indefinitiua locutione ſufficere
quanticunq; tpis impotẽtia interuenerit. Nam & cle.ſicut ap-
pellationem.eo.ti. dicit iuſto impedimẽto ceſſante arguendo a
ſingulari ergo vnicũ impedimentũ excuſat. Item ſatis pbatur
.j.eo.ſignificãte. vbi ſola impetratio delegatorũ facta infra an-
num ita tarde, q ſecunda infra annũ fieri nõ poſſit excuſat ap-
pellantem. Item decretalis cõſtitutus.j.eo.vr̃ pbare, q procu
ratorẽ infra annũ miſiſſe ſufficeret.ad idem eo.ti.Nicolao pro,
7 & cõtra.j.de pig.ſignificauit. Item † cõis ſit opinio, q primus
annus, & ſecundus differunt in duobus.ſ.etiam quia impeditus
in primo anno iure habet integrum ſm annum, ſed impeditus
in ſecundo eget reſtitutione & reſtituitur ſolũ ad tpſ id in quo
fuit impeditus vt no.hic inno.& Hoſti.ex quo ſequitur id ope
rari impedimentũ primi anni quo ad donationem ſecũdi anni
ipſo iure, quod operatur impedimentũ in ſcd̃o anno quo ad re
ſtitutionem illius tpis quo fuit impeditus. Sed conſtat, q im-
peditus in ſecundo anno vna ſola die reſtituitur ad illã diem, vt
in cle.de reſtit.in integr. c.vnico ergo & vna tñ die impeditus
in primo habebit ſm annum cum non minus imò plus fauere
debeat impotentiæ primi anni, q̃ ſecundi facit in aut.de litigio
ſis.§.oẽm in fi.ſicut difficilius datur ſecunda dilatio quã prima
.ff.de ferijs.l.fi.& no.ſ.de dila.c.2. Solutio in primo articulo vr̃
ſumi poſſe ex Inn.hic ver. Idem dicimus cuius hæc verba ſunt
in d.ver.idem dicimus ibi tunc ſi nullũ ſuberat &c. Tunc ſi nul
lum ſuberat iuſtũ impedimentũ tenebit executio &c. Cuius
dictum ponit Cyn.in aut. ei qui dicens q qñ negligentia appel
8 lantis in primo anno fuit tanti tpis, q † veriſimiliter illa inter-
ueniente cauſa expediri potuiſſet repellitur ab anno ſecundo

cum per

eum per hoc appareat ipſius negligentia finẽ cauſę impediuiſ-
ſe, ilias ſi non potuiſſet cã expediri dato ꝙ negligentia non in
teruenisſet habeat ſm annum, allegauit ꝙ culpa non punitur,
vbi ſine ea interueniſſet quod obuenit. ff. ad l. Rhodi. de iact. l.
fi. §. ſi hac conditione. ver. Paulus. ff. ꝙ me. cauſa ſi cum exce-
ptione §. quod ſi homo. ver. ſi tamen peritura. ff. ſi quis in ius
vo. non ierit. l. a. in fi. ff. de verb. obl. l. cum ſtipulatus ſum mihi
a Proculo. facit. ff. de iud. ſi debitori & quod no. ſ. de do. & con
tumacia. c. fi. in vlti. glo. & iſta decre. per quam patet, quod ẽt
toto anno. ſecundo non poteſt quis mereri ſententiam, & di-
cunt iudicem appellationis ſm diſtinctionem prædictam ha-
bere declarare dandum vel denegandum biennium. arg. ff. de
ver. obli. l. continuus. §. cum ita. huic dicto obſtat quod not. In
no. hic. in fi. ver. Item bene poteſt imputari volens vtrunque
dictum ſaluare dicere poſſet illud in negligentia inchoãdi, hoc
in negligentia proſequendi iam inchoatum. In ſecundo articu
lo quid teneat Inno. patet hic in glo. ſua circa medium. verſic.
Sufficit aũt appellanti & ſequentibus. Sed videtur hæc opinio
venire ad vtrunque articulum & hoc in verſi. ſed ſecundum,
prædictos. j. eo. Sed videtur aliquibus, ꝙ ſi appellans ſemp fuit
9 diligens in principio † medio, & in fine anni, quia ſ. inchoauit,
eo tempore, quo infra annum finem, vel ſñiam conſequi po-
tuiſſet, & proſecutus eſt, & per eum non ſtetit quominus ha
beret ſñiam, quia ſine prouiſione & continuatione proceſſus
non derelinquit cauſam ẽt ſi per ſolum diem impedimento in
euitabili fuerit impeditus integrum ſm annum habeat a iure
in auth. de his qui ingre. ad app. §. vnde hæc nos. & §. ſequenti-
bus. & in præd. l. fi. C. de tempo. appel. Sed hoc dicere nihil eſt,
quia etiam ſine alicuius diei impedimento, qui ſic feciſſet, vt
prædixi, ſm annum haberet. Sed ſecundum prædictos, ſi non
inchoauit proſequi tempore quo veriſimiliter finiri potuiſſet
& fortius ſi nullo modo proſecutus eſt. vel aliquo tẽpore fue-
rit diligens, fuit tñ aliquo tẽpore negligens, licet iſte fuerit die,
vel ſeptimana impeditus, etiam ineuitabili impedimento, po-
tuiſſet tñ ſi poſt inchoationem talem (vt prædixi) & poſt im-
pedimentum ſemper diligens fuiſſet, infra annum ſñiam con-
ſequi, tunc a iure non habeat annum. Sed hoc caſu videtur ali-
quibus ꝙ reſtituatur ad tps illud impedimentum tm. argu. C.
de reſti. mili. quod tempore. ff. ex quibus cau. ma. l. ab hoſtibus.
§. ſed quod ſimpliciter. & l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. &
l. nec non. §. ſi quis ſæpius. Alijs, videtur, ꝙ reſtituatur, quaſi tẽ
pus negligentiæ corrodat tps impotentiæ per leges prædicta,
& facit de elect. cum in veteri. in fi. cum concordantijs.

1 *Appellatio & recuſatio quando diſſimilia. & 3.*
2 *Appellatio & recuſatio an æquiparantur.*
4 *Recuſabilis ne ſit vetitus recuſari*

1 **§. In cauſis.** Si quæris, vtrum appellatio, & recuſatio
æquiparentur, diſtingue, aut quæris † vtrũ
æquiparentur quo ad caſus particulares, hoc eſt, ꝙ ab illo, qui
poteſt recuſari poſſit appellari, & econtra & eiſdem cauſis, &
dic, ꝙ non, nam in certis caſibus habet recuſatio, non tamen
appellatio: ab executore. n. appellari non põt niſi modum ex-
cedat, & tñ recuſari poteſt, vt ſ. de offi. dele. ſuper quæſtionũ. §
verum. quod dic vt ibi. Item a iudice appellari non põt, niſi gra
uet, ſed bene recuſari licet non grauet vt no. Inn. & Hoſti. j. c.
cum ſpeciali, Item appellari põt a iudice in quem, quis conſen
ſit, ſed non poteſt recuſari, niſi ex noua cauſa. ſ. de offi. deleg.
inſinuante. Sed & notorie delinquens appellare non põt, qui
tñ forſan põt recuſari vt le. & no. j. c. cum ſpeciali. §. j. Aut q̃-
2 ris, vtrum æquiparentur quoad modum, & dic † ꝙ ſic: quia ſi-
cut appellatio rationabilis admittitur non irrationabilis, ſic &
recuſatio vt hic ſm Hoſt. hic idem in hoc vltimo membro,
Ber. hic in glo. ſicut appellatio quod credo verum, quantũ ad
modum rationabilem interponendi vtranque, ſecus quantum
ad modum cognoſcendi de vtraq;: quia de appellatiõe cogno
ſcit iudex appellationis vt ſ. de reſcriptis dilectus 2. & j. c. vt
debitus & per totum. ſed non de recuſatione imo quandoque
arbitri. j. c. cum ſpeciali & de offi. dele. ab arbitris. li. 6. ſ. de of
fic. delegati ſuſpicionis. quandoq; iudex ordinarius, qñq; dele
3 gatus vt j. de offi. deleg. c. ſi contra vnum li. 6. † Item ab officia
li epiſcopi non appellatur ad epiſcopum, cum ſit idem audito-
rium j. de conſue. c. non putamus & de ap. c. Romana in prin
cip. li. 6. Tamen, ſi ipſe officialis recuſetur, ipſe epiſcopus, de
cauſa recuſationis cognoſcere poteſt, & debet vt in c. allega. ſi
contra vnum. §. fi. vbi de hoc. in hac diſtinctione concordãt,
Hoſt. & Ioan. And.

¶ Super eo. c. & eo. §. vide quod no. Spec. tit. de recu. §. j. verſic.

4 quid ſi ſit cã. vbi dicit, ꝙ ſi Papa † committat cãm ita vt dele-
gatus non poſſit recuſari, vel ab eo appellari, tñ ex iuſta cauſa,
poterit recuſari. arg. ſ. de offi. deleg. ex parte 2. & ab eo appel-
lari. j. eo. vt debitus. Sed primum fallit, quando citra cauſa ex-
primitur, propter, quam non poſſit recuſari ar. ff. ſi quis cautio
ni. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum.

1 *§. Si autem explicitis locus.*
2 *Diem termini in eo computari.*

1 **§. Si autem.** Dic ꝙ iſte. §. habet locum, qñ † certum
catio lata ab hoie, & tunc aut eſt nulla & hoc conſtat, vel quia
delatũ erat appellationi ante interpoſitę, vel quia aduerſarius,
cum quo cõtendebat, eum excõmunicauit, vt hic. Vel eſt alias
nulla & hoc cõſtat tempore electionis, vel poſtea, vt quia po-
ſtea ꝓnunciatur nulla. Aut eſt aliqua & hoc conſtat aut eſt du
12 bium. In primo † caſu valet electio, licet pronuntietur publi-
ce excõmunicatus: quia veritate manifeſta &c. 8. diſtin. veri-
tate. & arg. hic & j. de ſen. excom. c. ſolet. in fin. lib. 6. ſm Inn.
hic & Hoſti. & Ioan. Andr. poſt eum idem Archi. 2. q. 3. ſi quis
epiſcopus damnatur. in glo. peo. & j. de elec. c. ſi forte in gl. fi.
lib. 6. Talis etiam poteſt ſe diuinis abſq; metu pœnæ irregula-
ritatis immiſcere, vt probatur expreſſe. ſ. eo. ad præſentiam. &
hic in fin. & j. de ſent. excom. ſolet. in fi. lib. 6. nam licet talis ſit
denuntiatus ab alijs ſit vitandus. vt. j. de ſent. excom. per tuas.
eo. titu. c. licet. lib. 6. ipſe tñ non debet ſe gerere pro excõicato,
vt patet in c. alleg. ad præſentiam. ſ. eo. vt ibi no. Inn. nam ſm
veritatem talis nõ eſt ligatus. Ergo ſi celebrat pœnam ex hoc
non incurrit ad hoc. 11. q. 3. non debet. & c. illud plane. & hoc
13 not. Arch. in c. alleg. licet in glo. no. optimam. In ſecundo † ca-
ſu non valet electio, & ſi ſententia ſit iniuſta: quia ſnĩa iniuſta
ligat, quantũ ſaltem ad eccleſiam militantem, licet non quan-
tum ad triumphantem. 11. q. 3. ſententia paſtoris. & ad hoc fa-
cit quod not. Hoſti. ſ. eo. ſolicitudinem. in princ. & ibi dixi in
1. diſtin. Talis etiam non poteſt ſe immiſcere diuinis officijs,
quod ſi fecerit videtur cõtemnere ſnĩam ſui paſtoris: & ſic ex
hoc ligatur. vt. 11. q. 3. c. qñ ergo. 24. q. 3. c. notandum in fin. qui
canones & ſimiles, loquuntur de iniuſta excõicatione, quæ &
ſi non liget apud Deum ligat tñ apud eccleſiam vt ibi: ſenten-
tia tamen, quæ eſt nulla, non ligat etiam apud eccleſiam vt ca.
licet allegato de ſen. excom. lib. 6. licet qñcunq; ſeruetur de fa-
cto, vt leg. & not. ſ. de teſti. dilecto. & in c. alleg. ad præſentiam
ſupra eodem. In tertio vero caſu, ſcilicet, in caſu dubij crede-
rem ſic diſtinguendum, aut quęris nunquid electio ſic facta de
tali valeat, & hoc ex futuro pendebit euentu argu. j. de fri. &
maleſi. fraternitatis. in fin. ff. de acqu. poſſ. l. exitus controuer-
14 ſię. quia ſi poſtea appareat ſnĩam nullam † eſſe valebit electio
quantumcunq; tempore electionis denuntiatur excõmunica-
tus per not. hic in princ. huius glo. per Inno. & per Archi. in c.
alleg. ſi quis epiſcopus damnatur. glo. pen. 11. q. 3. & in c. alleg.
ſi forte. glo. fin de elec. lib. 6. & videtur caſus in c. alleg. cũ inter
R. in fin. ibi: nec probatum fuerit &c. Aut quæris nunquid ta-
lis poſsit ſe immiſcere diuinis abſq; metu irregularitatis, & po
tes dicere, quod non quod dic, vt legi. & not. j. de cle. excom.
mini. c. illud. Aut quæris vtrum in dubio ſit vitandus, & tunc
credo, quod ſic ſm Ber. hic in glo. fin. in fin. & Inno. hic in ver.
ſolutio. ibi eſt conſilium &c. quia potius præſumendũ eſt pro
ſententia, quam pro appellatione. argu. ſ. de renun. cap. in pre-
ſentia. adeo, quod ad mandatum iudicit denuntiari debet ex-
cõmunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus: licet ex aduerſo pro-
ponatur & publicetur appellatio maxime ex quo maiores eũ
vitant. nam pro multitudine præſumendum eſt. C. de fideicõ.
l. vlt. 20. diſtin. de quibus. vt not. Gul. de Monte Lau. extra de
ſenten.

ſenten. excom. ca.j.ſuper verbo appellationibus in cle. ad hoc
etiam facit quod not.Spec.tit.de ſent.excom.verſi.fin. vbi di-
15 cit quod ex quo epiſcopus reputat † excommunicationem le-
gitimam non debet excommunicatus intereſſe diuinis : quod
verum eſt vbi eſt dubium an appellatio,quæ præceſsit excom-
municationem teneat: alias ſi conſtaret appellationem tenere
potius appellationi eſſet ſtandũ per iſtud ca.in fin.& ſic no.Inn.
& Hoſt.hic prout eſt dictum in ſecundo membro idem Hoſt.
in ſum.huius tit.§.qualiter.ver.ſed ſi.& ver. illud in fin.& G.j̈.
eo.tit.cum appellationibus.& c.ſi a iudice li.6.& Gen. in d.c. 1.
ſuper verbo appellationibus extra de ſent. excom. in clem.

1 *Appellationis friuola nullus effectus.*
2 *Appellatio quando ad iudicem a quo non remittenda.*
3 *Reuocationis & appellationis diſcrimen. & 4 & 5.*

VT noſtrum. ¶Si quæris vtrum plus eſt qñ
Papa reuocat ad ſe viua voce
negotium,quam ſi ad eum appelletur, & in quo eſt
1 plus refert. aut quæris † de appellatione friuola, &
illa nõ valet nec deuoluit, & tunc nulli dubium plus eſt quan-
do negotium ad ſe reuocat vt.s̈.eo.c.peruenit.2.&.j̈.eod. cum
appellationibus friuolis lib.6. Aut quæris de appellatione legi-
tima, & tunc aut quęris nunquid eſt plus quantum ad illud ne-
gotium quod Papa ad ſe reuocat & illud ſuper quo eſt appella-
2 tum. Aut quantũ ad aliud ſeu ad alia negotia. Si † quantum ad
illud,tunc aut agitur de negotio ad illum,a quo fuerat appella-
tum vel reuocatum remittendo cognoſcendo vel diffiniendo.
& tunc plus eſt ad eum appellare: quia cauſam appellationis ad
eum interpoſita non debet remittere ad eum , a quo appellatũ
fuerat cognoſcendam,& decidendam vt.C.eo. tit.l. eos qui &
ſupra eo.accepta.2.q.6.c. vlt. & c.ſi epiſcopus accuſatus. quam
ſi negotium ad ſe reuocet : quia poteſt abſq; offenſa ipſum ne-
gotium remittere ad eum, a quo reuocauit,cognoſcendum,&
decidendũ: quia nihil tam naturale &c.j̈. de re iudi.omnis res.
& argu.2.q.6.nos ſi incompetenter. Aut agitur de alio,& tunc
verum eſt quod hic dicitur ſcilicet ꝙ plus eſt qñ Papa negotiũ
ad ſe reuocat, quam quando ad eum appellatur ſiue loquamur
de deuolutione iuriſdictionis, quia ſpeciale eſt in euocatione
quam ex certa ſcientia facit Papa apud quẽ eſt plenitudo pote-
ſtatis, vt ex quo aliquod negotium ad ſe reuocat ex certa ſcien
tia quod contra illud nihil licet alicui attentare,vt hic in fi.arg.
.j̈.de præb.inter cætera ſm̃ quod not.Inno. hic in fin.& Arch.
11.q.3.curę glo.1. in fin & tamen non hoc eſt ita ſemper nec
ita plene qñ per viam appellationis licet Hoſti.hic innuat con-
trarium dicẽs, quod idem videtur qualitercunq; negotium ſit
ad ipſum tranſlatum,vt le.& no.s̈.eo. ſolicitudinem.§.nos igi
tur.& de poſtu.præla.bonę.2.§.nec nocebat de elec.dudum.2.
ſecundum quod tñ non eſt verum,niſi vt ſequitur : quia in ca-
3 ſu reuocationis † iuriſdictio in totũ & perpetuo niſi aliud or-
dinauerit ad eum deuoluitur. Sed in caſu appellationis ſaltem
interpoſitę ab interlocutoria,vel grauamine iuriſdictio,ſeu co
gnitio,& deciſio illius articuli ſolum ad eũ deuoluitur, & non
alterius : niſi Papa pronuntiauerit bene appellatũ quo caſu po-
teſt & debet de principali (ſicut quilibet alter iudex appellatio
nis) cognoſcere vt.j̈ eo.vt debitus ver.alioquin & eo.tit. cap.
Romana §.fin. libr.6. vel niſi omiſſo articulo appellationis de
principali cognoſcat iuxta ea quæ le.& not.j̈.eod. cordi. lib.6.
Item ſi appellatio ſit deſerta redit iuriſdictio ad priorem iudi-
cem vt.s̈.eo.cum ſit Romana.§.ſi autem eo.tit. ca. vt ſuper in
fin.lib.6.& ca.ſicut in fin. in cle. Item quantum ad reuocatio-
4 nem attentatorum : quia † appellatio, ſeu prouocatio nõ ſem
per eſt iuſta: nec propter ea,quæ innouata ſunt, reuocãtur at-
tentata. nam in iure conſiſtit virtus ſua potius,quam in facto.
Sed reuocatio ſemper iuſta cenſetur, & potius conſiſtit virtus
eius in facto,quam in iure. Vnde & quæ poſt eam attẽtantur,
ſemper de rigore iuris reuocantur. Sic ſupra de offic.leg.dile-
ctus ſm̃ Hoſti. & Ioan.Andr. hic. & idem innuit Hoſtien. in
ſumma titu.de peregrinantibus.§.& quo priuilegio gaudeant.
ſub.§.ergo hęc tria ver.& tertiũ fortius eſt &c. Si quęris,quan
tum ad alia negotia tunc plus eſt,ſi ad eum appelletur, quam ſi
per eum negotium ad ſe reuocetur. nam in primo caſu iudex,
a quo eſt appellatum poteſt in alijs negotijs, ſeu cauſis recuſa-
ri vt ſuſpectus quod tamen intellige,vt leg.& no.& ſcripſi ſu-
5 pra eodẽ ad hæc ſi in vna. In ſecundo vero caſu iudex † a quo
negotium reuocatur nõ poteſt eadem cauſa recuſari : quia hęc
reuocatio procedit ex facto Papæ nõ ex culpa ſua: ſecus in ap-
pellatione.ff.de minoribus.l.præfecti.j̈.eod. vt debitus. Item,
quia hoc non reperio iure cautum. ar.in his quæ leg. & no.per
Hoſtien.& alios.j̈.eod.legitima.lib.6. vbi enumerantur cauſæ
ſuſpicionis ergo non eſt ſuperſtitioſis adinuentionibus pręſu-
mendum 3.q.4.conſuluiſti & ſupra de tranſla.epiſcopi. ca.2.§.
ſed neque. verſi. & quod non eſt.

1 *Procedi ne poſsit in appellatione lite non conteſtata. & 2. & 3. & 5.*
4 *Libellus, an in appellat. dandus.*
6 *C. veniens. explicari.*
7 *Litem conteſtari quando ſemel ſufficiat. & 9.*
8 *Iudex ſuffectus quo ſtatu litem ſuſcipiat.*
10 *Appellationis iudex non niſi in contumaces lit. non conteſtata procedit.*
11 *Appellationis iudicialis & extraiudicialis diſcrimen.*

PEr tuas. ¶Si quæratur, vtrum in cauſa appella
tionis poſsit procedi lite nõ conteſt.
ad diffinitiuam ſniam proferendam.diſtingue: Aut
1 quæris de cauſa † appellationis interpoſitę in nego-
tijs ſeu cauſis. in quibus poteſt procedi lit.non conteſt. ad dif-
finitiuam ſniam proferendam ,de quibus leg. & not. extra de
iudi.cap.diſpendioſam.& de verb.ſigni. cap. ſæpe contingit in
cle.& in tali poteſt procedi lite nõ conteſt. in cauſa appellatio-
nis ſicut in cauſa principali ad diffinitiuam vt ibi leg.& not. &
ſupra vt lite non conteſta.cap.qm̃ frequenter.§.porro.cum ſe-
quentibus.§.vſq; ad.§.ſunt & alij. & hoc tenent Innoc. Hoſti.
2 & Ioan.Andr.s̈ eo.ſi duobus gl. pen. Aut quæris † de cauſa ap-
pellationis interpoſitæ, in & ſuper alijs negotijs ſeu cauſis in
quibus non poteſt procedi. lite non conteſta. ad diffinitiuam
ſententiã proferendam. Et tunc refert aut quæris de cauſa ap-
pellationis extraiudicialis, & in illa non poteſt procedi ad dif-
finitiuam lite non conteſt. quia illa appellatio non eſt, niſi quę-
dam prouocatio,ſeu citatio ad cauſam & proteſtatio quędam
vt.s̈.eo.cum ſit Romana.& C.de filijsfam.& quemad.l.1.& 2.
lib.10.& not.Cardi.j̈.eo.cordi.in glo. non appellatũ circa me-
dium & ita loquitur.s̈.eo.bonæ.§.procu.vbi dicit Hoſti. ſuper
verbo propoſuit procu.quod ibi fuit lis conteſt. ex parte pro-
3 curatoris Archid. † Aut quæris de cauſa appellationis iudicia-
lis,& tunc aut quæris de cauſa ipſius appellationis, & tunc aut
quæris vtrum procedi poſsit lite nõ conteſt. vtraq; parte prę-
ſente. Aut altera per contumaciã abſente. Si vtraq; parte præ-
ſente,tunc vide quod no.G.de iura.calum.cap. in appellationis
in glo. 1.ver.& ex eo &c. vſq; ad fin.lib.6. dicens quod videtur
per illud cap.quod ſit litis cõteſt.facienda: quia iura. de calum.
præſtatur demum lite conteſt.& ad hoc facit bene.C. ne liceat
in vna eademq; cauſa.l.1.&.j̈.de teſta.ca.Raynaldus ver. acu-
ius &c. vbi Hoſt.dicit hoc eſſe tenendum quicquid ab alijs ſit
notatum. Nec ob. quod cauſa appellationis eſt eadem cum pri
ma.C.de appel.l. eos. quia illud verum eſt quo ad partes ſecus
quo ad iudices quarũ mutatione eſt iudicium mutatum.ff. iu-
di.ſol.cum apud.C.de iudi.properandum.§.ſin autem triennij.
& vtraq; parte præſente ſeruandus eſt ordo iuris vt.s̈.de reſtit.
in integr. cap. ex literis in fin. ergo lis eſt conteſtanda ſupra vt
lite.non conte.cap. 1.&.2. ſecundum Hoſti. ibi cum quo con-
cor.ibi Ber.in glo.& ita videtur. Innoc. vero & Vinc. dicunt,
quod hoc non eſt neceſſe nec etiam dare libellum in cauſa ap-
pellationis & hoc no.s̈.de off.deleg.cum contingat.in glo.tan-
4 quam in fin. finaliter † dicit archi. quod ad conſonantiam iſta-
rum opin.poteſt diſtingui aut appellatur ab interlocutoria. aut
a diffinitiua. Primo caſu non datur libellus, ſecundo ſic & ſic
mandauit dñs Clemens Papa quartus auditoribus ſacri palatij
debere obſeruare & ſic etiam not. Spec.tit. de libel. concep.§.
nunc dicendum eſt in fin. & ſm̃ hæc. & ſic Archi. videtur ibi
innuere, quod in appellatione ab interlocutoria non ſit facien-
da litis conteſtatio: Cuius contrariũ credo verum ex quo am-
bę partes præſentes ſunt : imò,quod ſit lis cõteſtanda ſicut &
in cauſa appellationis a diffinitiua argu. C. ne liceat in vna ea-
demq; cauſa,lege vnica.& 2.q.6.ſi quis in quacunq; ibi Ioan.in
glo. fin. hoc tenet generaliter non diſtinguendo inter appella-
tionem a diffinitiua & appellationẽ ab interlocutoria licet ar-
chi.ibi remittat ad diſtinctionem ſpec.prædictam. & pro hoc
facit optime cap.alle.in appellationibus ibi quanquam in prin-
cipali iuratum fuerit quaſi dicat multomagis ſi nõ fuerit. ergo
5 idem in li.conteſta. per rationem prædictam ipſius. G. † Si al-
tera parte abſente per cõtumaciam , tunc dic quod in tali caſu
poteſt procedi ad diffinitiuam lite non conteſta. & in hoc eſt
priuilegium cauſæ appellationis ſm̃ Innocentium hic in gl. fi.
Quod intelligo verum ſiue ſit appellatio interpoſita a diffini-
tiua. Et eſt ratio: quia in illa lis eſt conteſta.in principali vt hic.

C.de temp.

C.de temp.appel.l.vlt.§.illud.quæ cauſa appellationis, eſt quo
ad partes eadem cum cauſa principali, vt eſt dictum quod dic
vt leg.& not.ff.iudi.ſolui.l.cum apud.C.de procu.ita demum.
& ianuitus. ſiue ſit interpoſita appellatio ab interlocutoria vel
grauamine & hoc ſiue ſit lis côteſt. in principali vt hic ſiue nô
6 vt.ſ.de iuramnt. c.venient in fin. vbi † lis non fuit conteſtata in
principali negotio, ſed ſolum ſuper exceptione renũtiationis,
ad idem.ſ.de offic.deleg. cum cauſam. in fin. &.j.eo.tit. c.in-
terpoſita.§.fin.& hoc tenet Hoſti.ſ.eo. ſæpe. licet Ber. ibi in-
nuat contrarium in glo. vt ſi lis &c. Et eſt ratio, quia talis ſen-
tẽtia lata in cauſa appellationis ab interlocutoria, vel grauami-
ne licet ſit terminatiua ipſius cauſæ appellationis: non tamen
eſt diffinitiua, ſed potius interlocutoria .ad quam nulli dubiũ
poteſt procedi lite non conteſt.arg.no.per Cardi.j.de elec. cu-
pientes.§.quod ſi per xx.in fi.ſuper verbo priuatos.lib.6.& per
G.de Monte L.in.extra de ap.c. vlt. in cle. Et eſt magnus effe-
ctus, quia ſm hoc a tali ſentẽtia oporteret appellare in ſcriptis
prout tetigi.ſ.de off.deleg.in literis. Aut quæris de cauſa prin-
cipali in qua eſt appellatum & de qua iudex cauſæ appellationis
habet cognoſcere poſtquam pronuntiauerit male fore pceſ-
ſum,ſeu interlocutũ per priorem iudicem & bene appellatum
ſiue ſit ordinarius vt.j.eo.vt debitus.ver.alioquin. quæ loqui-
tur in eodem alias in ordinarij ſm Hoſti. & Vinc. vel in ordi-
narijs,& delegatis inſimul ſm Ber. & Inno. ibi. ſiue delegatus
vt no.ibi Innoc.ſuper verbo alioquin & Hoſti.ibi & hic ſuper
verbo hic vnde videtur hic caſus & in c.alle. cum cauſa in fi.ſ.
de offic.deleg.& pro hoc facit.ſ.de iudi.exhibita.& de dila.c.j.
& de reſti.ſpol.ex conqueſtione in 6.idem tenet Ber.ſ. de ex-
cep.c.olim in glo.fin.additio eſt & incipit ſupple ad abbatem.
& c.dilectę in glo.fin.& Io.Andr.ibi & Spec.hoc tit.§. de offi-
cio in princ. Et tunc diſtingue:aut eſt cauſa in qua poteſt pro-
cedi lit.non conteſt.& tunc poteſt procedi ad diffinitiuam lite
non côteſtata vt in iuribus alleg. in primo membro. c.quia fre-
quenter.& c.diſpendioſam. & c.ſæpe contingit & no. Inno.ſ.
eo.ſi duobus.glo.pen. & Hoſti. & Io.Andr. poſt eum. Aut eſt
alia cauſa,& tunc aut eſt lis conteſt. in ea corã iudice ipſius cau
7 ſæ principalis a quo fuerat appellatum aut non. In primo † ca-
ſu poteſt procedi lite non côteſt. quia ſufficit vna litis conte-
ſtatio in vna cauſa.ſ.de litis côteſt.c.vnico vt hic in.§.nos igi-
tur ibi quod cum lis ſit ſuper eodem negotio ſubaudi princi-
pali coram primis iudicibus legitimè côteſtata.&c. & no.Inn.
Hoſt.& Ioan.Andr.in d.c.ſi duobus. In ſecundo caſu non: ſed
oportebit litem conteſtari coram illo iudice appellationis,qui
de ea cognoſcit. Sic intellige.j.eo.Nicolao vbi nô fuit lis con-
teſta.& appellatum fuit a grauamine. Vnde nô poterat proce-
di ad ſnîam altera parte abſente:ideo abſens punitur tantum in
expen.quia non venit ſufficienter inſtructus. Vnde dic breui-
8 ter quod iudex † cauſę appellationis ab interlocutoria, vel gra-
uamine interpoſitę,poſtquam cognouit de ea,& pronuntiauit
male proceſſum,ſeu interlocutum, & bene appellatum:ſurro-
gatus eſt loco iudicis, a quo eſt appellatum.& debet reſumere
& reſumit cauſam principalẽ in eo puncto & ſtatu in quo erat
coram iudice ipſius cauſæ principalis tempore quo fuit appel-
latum vt.j.eo,vt debitus ver.alioquin.vt hoc not. Car.j.eo.i i.
c.Romana.§.ſi obijciatur.in gl.nec ſufficit.in fin.lib.6. & ideo
ſi fuit lis conteſta.coram eo non oportet eam côteſtari coram
illo,alias ſic & ita intelligo glo.Goff. hic recitatam per ipſum.:
G.in c.alleg.in appellationibus & quam ibi reprobat ſine cau-
9 ſa dicentis,quod † vbi facta eſt li.conteſt.coram primo iudice
in principali non eſt iterato facienda coram iudice appellatio-
nis & hoc ea ratione,quia iam facta eſt, ſecus ſi ab interlocuto
ria appellatur.j.eo.interpoſita ſm eum & intellige, quod non
eſt iterato facienda coram iudice appellationis ſubaudi in ipſa
eadem cauſa principali & ſic iſta glo.Goff. non intelligitur lo-
qui de cauſa appellationis de quę ipſe. G. eam intellexit loqui,
10 & credo quod male reuerentia ſua ſalua. Et ſic ex † prædictis
poteſt côcludere quod iudex appellationis in cauſa appellatio-
nis altera parte abſente per contumaciam poteſt procedere ad
diffinitiuam lite non conteſta. Sed non partibus præſentibus,
niſi in illis in quibus poteſt procedi ſummarie, & de plano. In
cauſa vero principali pcedet ſicut feciſſet primus iudex per-
ficiendo quod reſtat ad perficiendum de ipſa.

¶ Ad declarationem glo.fin.Inno. hic.Si quæris verũ in cauſa
appellationis ſit neceſſaria citatio,diſtingue. Aut quæris de ap
11 pellatione extraiudiciali, aut de iudiciali.† Si de extraiudiciali.
tunc aut eſt citatio facta a iure aut non. ſi ſit tunc non eſt cita-
tio facienda per iudicem: vt.j.de elec. c.1.& c.cupientes.lib.6.
Si non tũc eſt citatio per iudicem facienda iuxta ea quæ leg. &
no.ſpecialiter per Hoſti.ſ.eo. bonæ. & ita poteſt intelligi glo.
Inno.hic. Si quæris de appellatione iudiciali, tunc aut appella-
tio eſt recepta a iudice,& approbata a parte & terminus per iu
dicem ipſum vel partem appellantem præfixus ad appellationẽ
proſequendam: aut non . ſi ſic tũc aut iudex appellationis vult
in propria perſona cognoſcere, & tunc non tenetur citare niſi
voluerit,quia termini præfixio habetur loco peremptorij vt.ſ. 2
eo.ſæpe contingit. & ita poteſt intelligi gl. Ber.ibi quæ incipit
iſtud not. & ita etiam debet intelligi glo.1. Inno. hic. aut non
vult in propria perſona cognoſcere , ſed vult alij cõmittere, &
tunc cõmiſſarius,ſeu delegatus habebit citare ſic poteſt intel-
ligi iſtud capitulum . Si non eſt appellatio recepta a iudice nec
approbata a parte, nec terminus præfixus per iudicem vel par
tem ad appellationem proſequẽdam, tunc habebit neceſſe ci-
tare ita etiam poſſes intelligere glo. Innocentij hic.

1 *Clauſula, appel. remo. effectus. 3. & 4.*
2 *Clauſula appel. remo. cur reſcriptis inſerta.*
5 *Clauſula appel. remo. inefficacia.*
6 *Regulam, gradatim appellandum varie reſtringi.*
7 *Appellandus non eſt delegans ab officiali vniuerſali.*
8 *Officialium genera.*
9 *Appellari ad delegantem ab particulari officiali.*
10 *Subdelegatus, an deleget.*
11 *Appellatio a ſubdelegato ad quem deuoluatur. & 12.*
13 *Appellare quem ab arbitro liceat. & 14.*
15 *Appellare ad principem licere. & 16.*
17 *Appellandus proximus ſuperior.*
18 *Appellare ab executore quem liceat. & 19.*
20 *Appellanti neceſſaria.*
21 *Nuntij miſſionis effectus. & 22.*
23 *Itineris arrepti vis.*
24 *Iter arripienti obſeruanda.*
25 *Iter arripere quo caſu liceat.*
26 *Appellatione finita, an procedere liceat. 27. 28. 29. & 30.*
31 *Appellationis articulus cur non omittendus.*
32 *Papa quæ ad ſe reuocet.*
33 *Remiſſionis, & inhibitionis diſcrimen.*
34 *Appellatione delegata, de principali cognoſci poſſe.*
35 *Appellare extraiudicium quando liceat. 38. 39. 40.*
36 *Appellatio extraiudicialis multiplex.*
37 *Attentata an, quando reuocabilia.*

1 VT debitus. ¶ Si † quæris, verum iſta clau-
ſula appellatione remota ho-
die aliquid operetur, vide per Hoſti.in ſum.eod.
titu.§. quomodo. decre. vt debitus ver. abſq; ra-
tionabili cauſa & ver.ſeq.cuius dicta ibi approbat
Archi.2.q.6.ad Romanam in 4.glo.& vide Spec.hoc titu.§. in
quibus in fin.ver. ego dico vbi dicit quod remotio appellatio-
nis nil operatur ante ſententiam quo ad partes quominus poſ-
ſint appellare ex cauſa legitima expreſſa in iure,vel nô expreſ-
ſa vt hic cum ipſo iure remota ſit, vt hic. ideo autem in reſcri
12 ſcriptis † illa clauſula apponitur. quia ante iſtã conſtitutionem
ſemper apponebatur & ſic adhuc de facto ponitur iuxta præ-
teriti tẽporis morem . ſicut & clauſula ſi eſt ita in eis de facto
inſeritur licet etiam de iure ſubintelligatur.ſ.de reſcri.ex par-
te.1.25.q.2.dicenti §.vniuerſa. nam ſæpe conceditur, quod de
iure cõmuni competit vt.ſ.de procur. quia in cauſis. de iure-
iuran. & ſi Chriſtus in fin.licet ſuperfluum ſit vt.C. de theſau.
3 l.vna lib.x. quo ad iudicem autem bene † operatur: nam ſi ap-
pellatur ex cauſa in iure non expreſſa non tenetur iudex eam
11 deferre,nec ſuum pceſſum retardare vt.ſ. eo. paſtoralis verſi.
Sed ſi appellãs . Quando autem appellatur ex cauſa in iure ex-
preſſa, vt patet in exemplis poſitis.ſ.de officio delegati , ſuper
queſtionum artic.in fin.& c.cum olim & c.ſignificauerunt.de
4 dilatio.dilecti.ſ.eo.ſolicitudinem & c. nouit † & tali debet iu-
dex deferre. nam & ius eam admittit vt.ſ.eo. poſtremo & ſi-
5 gnificantibus cũ multis ſimilibus.Item † poſt ſnîam nihil ope
ratur: quia tunc ſimpliciter, & ſine cauſa fas eſt cuilibet appel-
lare: nec in hoc prioribus iuribus in aliquo derogatur vt.j.eo.
cordi.§.his.lib.6.quę poſterior eſt. Nec iſta côſtitutio vt debi-
tus.de appellatione poſt ſnîam dicit quicquã,nec eſt veriſimi-
le. quod princeps per hanc clauſulã velit ius litigatoris auferre
argu.ſ.de off.ordi.congrue.& de off. deleg. ſuper eo. & vnico
verbo tot iura tollere.arg.ſ.de elec.eccleſia.2. ſm Spec. & ad-
de quod ſcripſi.ſ. eo.paſtoralis.vbi etiam de hoc per Hoſtien.

¶ Ad veri-

¶ Ad verificationem & ſuppletionem glo. quæ incipit ſi ergo
ad fin. verſi. patet ex præmiſsis vbi diſtinguit ad quem debeat
appellari. Si quæris ad quē debeat appellari. diſtingue: aut ap-
pellatur ab ordinario, aut a delegato, aut a ſubdelegato, aut ab
illo, in quem concurrunt iuriſdictio delegata, & ſubdelegata,
aut ab arbitro, aut a mero executore. Si ab ordinario tunc ad
6 immediate ſuperiorem eſt appellandū: quia † regulariter gra-
datim eſt appellandum. j. eo. titu. cap. Romana. lib. 6. 2. q. 6. pla-
cuit & in l. canonizata anteriorum. §. ad hæc. ff. de appel. l. impe
ratores. fallit in quinq; caſibus, primo vbi appellatur ad Papā.
2. q. 6. ad Romanam. cum duobus c. ſeq. & duobus præceden-
tibus. & s. ſi duobus. ad quem omiſſo medio appellari poteſt.
9. q. 3. cuncta per mundum. Item fallit ſecundo vbi eſt cōſue-
tudo in contrarium, ſcilicet, quod poſsit, omiſſo medio, appel-
lari. j. de præb. referente. de no. oper nun. ſignificantibus. & j.
eo. tit. ca. Romana. in princ. lib. 6. Item fallit tertio propter ab-
ſurditatem vitandam vt patet. j. de conſue. nō putamus. lib. 6.
Item qū archiepiſcopus litigat coram ſuffraganeo contra ſub-
ditum ipſius ſuffraganei: quia tunc non appellabitur ad ipſum
archiepiſcopū, quia alias eſſet iudex in cauſa ſua quod eſſe non
debet. C. ne quis in cauſa ſua ius ſibi dicat in rubro & nigro.
Sed ad patriarcham vel primatem, & (ſi deſit) ad Papam tantū
eſt appellandum: nam ſi metropolitanus appellet, non appel-
labit ad ſeipſum vt. j. eo. c. Romana in princ. lib. 6. & argu. j. de
inſtit. c. fin. & ſi ſubditus ſuffraganei appellare voluerit non ad
ipſum metropolitanum appellabit, cum ſit ſuſpectus in cauſa
ſua propria (vt dictum eſt) ergo ad proximum ſuperiorē poſt
metropolitanum recurrendum eſt in hoc caſu argu. s. de elec.
ne pro defectu. j. de conceſ. præb. c. j. & de iurepat. nullus. Item
fallit quarto, vbi iuriſdictio mediata, & immediata cōcurrunt
quo caſu ad ſuperiorem qui mediate & immediate præeſt ap-
pellatio facta valet, vt ſi appelletur ad diœceſanum a presbyte-
ro, qui ſubeſt archipresbytero vel archipresbytero qui ſubeſt
Archi. nam omnes iſti immediate ſubſunt diœceſano, & eius
vicarij ſunt vt patet ſupra de offic. archipresbyteri & de offi.
Archid. per totum & 10. q. 1. regenda & per totum. & ex hoc
procedit quod ad Papā poteſt, omiſſo quolibet ordinario me-
dio, & a quolibet poteſt appellari: quia mediate & immediate
ordinarius eſt cunctorum vt in c. alleg. cuncta per mundum. &
c. per principalem. 9. q. 3. & j. de priui. antiqua. Fallit quinto, ſi
proximus ſuperior apoſtolicę ſedis gratia ſe indignum reddat.
vt. s. de offic. ordi. quod ſedem. in fin. puta quia ſchiſmaticus
eſt, vel excōmunicatus: quo caſu ad alium proximū ſuperio-
rem recurrendum eſt arg. j. de iurepat. nullus. s. de præſcri. ve-
niens vel potius ad Papam. ar. j. de conceſ. præb. quia diuerſita-
tem. §. ſic tam en. s. de elec. quia diligentia. & expreſsius. j. de
ſup. negli. præla. Romana. lib. 6. Excōicatus vero nec cogno-
ſcere nec cōmittere poteſt vt. j. de off. ordi. Romana. lib. 6 &
iſtos caſus ponit in effectu ſub quatuor caſibus Hoſti. in ſum.
eo. titu. §. a quo ad quem ſub. §. vt autem vbi de hoc plene per
eum & Archid. 2. q. 6. anteriorum. §. illo videlicet. ſuper verbo
gradatim. vbi dicit, quod in iudice delegato qui ſubdelegauit
non tn̄ in totum vices ſuas & poſtea excōicatur hoc eſt expe-
ditum. j. de offi. deleg. is cui. lib. 6. Item dicta regula fallit. 6. in
Patriarcha Cōſtantinopolitano, & Alexādrino ad quos, omiſ-
ſis medijs appellatur vt leg. & no. 22. diſt. renouantes ſm Ar-
chid. in d. allega. ſuper verbo gradatim. Et vtrum ad legatum
poſsit appellari, omiſſo medio vide per Ber. s. de offi. leg. quod
tranſlationem. ver. item ad ipſum ſolum vbi tenet quod non.
idem tenet Ioan. 2. q. 6. ca. 3. ſed contrarium tenet Bar. Brix. &
Bertran. & Archi. ibi & Goff. & Hoſti. in c. quod trāſlationem.
& Hoſti. s. eo. ſi duobus & Spec. ti. 2. §. ſupereſt videre ver. illud
autem, & de app. § nunc tractemus ver. & nunquid idem eſt &
idem Ioan. Andr. in c. allega. quod tranſlationem dicens, quod
non credit q Ber. ibi intendat excludere legatum, quia etiam
ad eum appellatur omiſsis medijs: quia ſi poteſt adiri per ſim-
plicem querelam vt eo. titu. cap. 1. ergo etiam poterit appellari
omiſsis medijs ad eum. Si appelletur a legato, tunc appellandū
eſt ad eum, qui legauit. s. de off. deleg. c. licet. 2. q. 6. ideo. Si ap-
pellatur a delegato ſubdiſtingue, quia aut eſt delegatus ab alio
quam a Principe puta Papa vel Imperatore: nam & Papa prin
ceps appellatur. Duo enim ſunt principes vt no. Hoſti. in ſum.
titu. de off. ordi. §. quis poſsit & de maio. & obed. §. quis cui. &
de conſti. § qui poſsit. & de reli. do. §. quis dicatur locus in fin.
& tunc refert quia aut a legato, aut ab alio ordinario. Si a lega-
to tunc ſiue ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſiue non
appellandum eſt ad ipſum legatum, cum nullus ſit ei ſuperior
præter Papam. s. de offi. leg. per totū. Si ab alio ordinario tunc
7 aut ſeſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, aut ad vnā cau-
ſam. Si ad vniuerſitatem cauſarum vt eſt officialis epiſcopi ſm
Bern. hic & j. eo. dilecti & Goff. in ſum. titu. de off. vic. §. item
dubitari. & idem videntur tenere Lau. & Ber. j. de præb. vices
ſuas ca 2. glo. 2. vbi dicunt q epiſcopus non poteſt facere ordi
narium & male imò eſt ordinarius ſm Inno. Hoſti. Cardi. G.
& Ioan. Andr. j. eo. tit. c. Romana. lib. 6. & G. de conſue. nō pu-
tamus. & Cardi. j. de off. deleg. in rubr. lib. 6. & Hoſti. in ſub. §.
allegato vt autem. ver. ſi appelletur a delegato &c. quod intel-
8 lige de officiali Ciuitaten. ſecus de foraneo. Dic † ergo aut eſt
officialis Ciuitaten. & tunc nō appellabitur ad delegātem cum
ſit idem auditorium. s. de conſue. non putamus & in ca. alleg.
Romana. j. eo. ti. lib. 6. ſed ad ipſius ſuperiorem puta ad archi-
epiſcopum. Aut eſt officialis foraneus ad vniuerſitatem cau-
ſarum caſtri vel villę, & tunc ſecus vt in d. c. Romana de offic.
ordi. in princ. vbi Inno. & Hoſti. dicunt q tales off. foranei ha-
bent iuriſdictionem delegati. q ab eis appellatur ad ipſum epi-
ſcopum cōſtituentem & idem tenent Ioan. Andr. G. de Mon-
te Lau. & Genzel. extra de reſcri. c. & ſi principaliter. in cle. Si
9 eſt delegatus † ad vnam cauſam tantum vel ad plures ſingula-
riter tunc ceſſante cōſuetudine ad delegantem eſt appellandū
vt. j. eo. dilecti & dic ad ipſum tantum & non ad alium etiā ad
principem de iure ciuili loquendo &. ff. quis, & a quo appell. l.
1. reſpon. & l. fi. ſed ſm canones etiam ad principem vel lega-
tum ſuum poterit ſm Hoſti. in ſub. §. alle. vt autem. ver. quod
ſi appelletur & quod dictum eſt, quod ad delegantem appella-
bitur, fallitur, qn̄ ordinarius delegans, eſſet ſuſpectus & vt ſu-
ſpectus recuſatus: quo caſu ad ſuperiorem & immediatū poſt
metropolitanū appellabitur & non ad eum, quia cum ipſe or-
dinarius ſit recuſatus nō dicitur facere medium vt 2. q. 6. pla-
cuit. & ita intellige. s. de foro cōpe. ſi quis contra clericum ſm
Vinc. & Spec. in hoc ti. §. nunc tractemus. Item fallit in caſu,
vbi ordinarius cauſam cōmitteret in fraudem, ne cauſa appel-
lationis ad ſuperiorem, puta metropolitanum perueniat, quo
caſu non debet de fraude ſua cōmodum reportare arg. s. de re-
ſcrip. ſedes apoſtolica in fin. ff. de eo per quem factum eſt l. 2.
& ff. de rei vendi. l. in fundo ſm Spec. ibi ſequitur & delegato
a principe & tunc ad ipſum principem delegantem tantum eſt
appellandum vt. ff. quis, & a quo appel. l. 1. s. de off. deleg. ſuper
quæſtionum. §. ſi vero & s. de off. leg. c. ſtuduiſti. nam hoc eſt
regulare, & generale vt a delegato appelletur ad delegantem vt
C. eo. tit. l. pręcipimus §. hæc, ſi appellatio. & in authen. de ſan-
ctiſ. epiſ. §. ſi quis contra aliquem. colla. 9. Sequitur, qn̄ appel-
10 latur † a ſubdelegato, & tunc ſubdiſtingue: quia aut appellatur
a ſubdelegato delegati alterius, quam a principe † & tunc in ca-
ſu in quo poteſt ſubdelegare, puta qn̄ eſt delegatus ad vniuer-
ſitatem cauſarū quo caſu tantum licet ſubdelegare, ſm quoſ-
dam. ff. de iudi. cum prætor. §. 1. ſm Hoſti. in §. alleg. vt autem
ver. vbi autem a ſubdelegato &c. vel qn̄ ſubdelegat certum ar-
ticulum iuxta ea quæ not. Hoſt. s. de off. deleg. ſuper quæſtio-
num. §. 1. Tunc eſt appellandum ad delegatum, qui ſubdelega-
uit. vel a † Papam ſm canones poteſt appellari vt. ff. quis, & a
quo app. l. 1. in princ. & l. fin. Sic intelligitur. j. eo. cum cauſam
quæ & not. Archid. j. de conſue. non putamus glo. 2. lib. 6. Aut
11 appellatur a ſubdelegato delegati a principe: & tunc † refert,
quia aut ille delegatus nihil ſibi retinuit de iuriſdictione, & tūc
ad principem primum delegantem eſt appellandum. Aut ille
delegatus in delegādo aliquid ſibi retinuit de iuriſdictione, &
tunc ad ipſum non ad principem eſt appellandum vt. s. de offi.
deleg. ſuper quæſtionum § porro. & eo. tit. c. ſi delegatus. lib. 6.
Nec diſtinguo vtrū delegato ſit facta appellatione remota vel
non. Licet glo. hic diſtinguat. ſed talis in duobus caſibus, qui
habentur. j. de off. deleg. is cui. & c. ſi a ſubdelegato. lib. 6. Se-
12 quitur de illo, in quē concurrunt † iuriſdictio delegata, & ſub-
delegata, & tunc ad primum delegantem, & non ad delegatum
erit appellandum, dato, quod aliquid ſibi retinuerit de iuriſdi-
ctione. s. de off. deleg. ſuper quæſtionum. §. ſi vero duo. & eo. ti.
c. ſi duo. lib. 6. de quo per Bart. Brix. in quęſtione venereali, quę
incipit eſto, quod ſunt duo iudices. Sequitur, qn̄ appellatur ab
arbitro, & tunc aut ab arbitro voluntario & a cōpromiſſario,
& a tali non appellatur, ſed ſtandum eſt eius ſententiæ ſiue ſit
æqua ſiue iniqua. vt. ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſtari. licet ſm
canones ſupplicari poſsit, vt. s. de arbi. ca. 1. & c. expoſita. cū ibi
13 not. Aut ab arbitro iuris, & tunc † aut appellatur ab arbitro,
qui loco ordinarij ſuccedit de quo ſupra de foro cōpet. ſi quis
contra clericū. & tunc appellabitur ad illum, ad quem ſi ab or-
dinario, qui ſuccedit, appellaretur, contingeret appellari. arg. C.
de epiſcopali audien. l. epiſcopale iudicium. & in aut. ſi quis liti-
gantium.

14 gantium. Aut appellatur ab arbitro, qui loco † delegati Papæ
ſuccedit, puta, qñ eligi tur ad cognoſcendum de cauſa recuſa-
tionis contra delegatum propoſitę.ſ.de off.deleg.ſuſpicionis,
& tunc ad ipſum appellabitur ad quem ab ipſo delegato appel-
laretur vt patet.C.de iudi.apertiſsimi.in fin.& l.fin. in fin. ſm
Hoſti.in ſumma ſub.§.allega. vt autem, vbi etiam dicit in ver.
notabis, quod quamuis ſcribant cõiter magiſtri canonum, de
quorum numero eſt Ber.hic.&.j. eod. dilecti ſcilicet, quod in
15 omni caſu poſsit † appellari ad principem, hoc excepto qñ ap-
pellat a ſubdelegato delegati ipſius principis: quo caſu ad eun-
dem delegatum eſt appellandum, vt.ſ.de off.deleg. ſuper quę-
ſtionum.§.porro. quo caſu quantum ad canones pertinet intel
ligẽda eſt lex.C.qui pro ſua iuriſdictione iudi.dare darive poſ-
ſunt.l.vnica. ad fin. quo caſu tantum appellatio facta ad princi-
pem omiſſo medio nulla eſt: quæ in omnibus alijs caſibus va-
let quantumcunq; medius omittatur. ipſe tñ Hoſti.non putat
iuri cõgruere, quod appellationem factam a quocunq; ad vnã
cauſam tantũ delegato non ſuo, vel a ſubdelegato delegati non
ſui in aliquo caſu princeps recipiat, dum tñ delegatus vel ſub-
delegatus alias delegans vel ſubdelegans ſuperſit, & cauſam ap-
pellationis velit & valeat expedire. Vnde putat eſſe ſtandum
etiam in foro canonico illis legibus. vt.C. qui pro ſua iuriſdi-
ctione.l.vnica.&.ff.quis & a quo. appel.l. i.in prin.& l.vlt. qui-
bus nec expreſſum aliquod ius canonicum contradicit. Porro
ſi Petri poteſtas conſideretur, & quàm princeps ſolutus eſt le-
gibus.ff.de legibus. lege princeps. etiam in caſu præmiſſo ex-
16 cepto † appellationem ad ipſum factã poterit recipere de ple-
nitudine poteſtatis: contra quã non intendit diſputare. verun-
tamen vt ipſe princeps iura & ius ſuũ ſeruet cuilibet decet ip-
ſum.C.de legi.digna vox. i i.q. i.peruenit.j. de ſta.mo. in ſin-
gulis.§.porro ſm Hoſti.in ſub.§.alleg.vt autem in fin. &.j.eo.
dilecti & vide.G.j.de off.deleg.c.ſi delegatus in fin.gl.ſi.lib.6.
17 vbi dicit, quod † ordinarium eſt, ꝙ ad proximum ſuperiorem
delegatũ appelletur vt ibi patet, ſed appellatio facta ad Papam
tenet: ſed ſi coram Papa excipiatur, & petatur, quod ad interio-
rem iudicem remittatur, obtinebit.ſ. eo. ſuper quæſtionum.
Vnde ſi non excipiatur tenet quod fit corã eo. & ad hoc quod
not.Inno.ſ.de re iudi.cum Bertholdus in glo. ordinarium. ſed
in alijs nõ credit hoc eſſe verum: imò, ſi, medio intermiſſo, ad
alium appelletur, & procedat, non valebit proceſſus, quamuis
de hoc non fuerit exceptum tanquam factus ab eo, qui non eſt
iudex competens. ſm illud quod not.Inn.j.de præb.referen-
18 te ſm. G.ibi, & bene, vt credo. Si quæratur qñ appellatur † ab
executore, & tunc dic, ꝙ ad illum, qui eum deputauit executo-
rem eſt appellandum, vt.ſ.de off. deleg. ſuper quæſtionum ar-
ticulis.§.porro. etiam ſi ſit delegatus vt ibi & not.Ber.in.§.nos
autem ſuper verbo modum excedat. Idem ſi appelletur a ſub-
executore dato ab executore dato ad prouidendum certę per-
ſonę, qui commiſit ſubexecutori vices ſuas donec eas duceret
reuocandas: vt ſcilicet appellari debeat ad executorem delega-
tum, vt no.Spec.ti.de ap.§.nunc tractemus ver.ſed ad quem
appellabitur & G.j.eo.ſi cui gl.a. lib.6. Et not. ꝙ cum ab exe-
19 cutore † non debeat nec poſsit appellari, niſi modum excedat
vt in d.§.nos autem. ſi iniuſtum fuerit mandatum, nõ ab exe-
cutore, ſed a committente appellari debet ſm Hoſtien. ibi &
idem Inno.eo.ti.cum in iure & Archid.2.q.6.§.ab executore
ver. quotiens, & tunc ſi in appellatione exprimitur id in quo
exceditur: in eo ſolo executio impeditur: & in alio exequi po-
teſt: ſecus ſi appellatur generaliter, quia modum excedit quod
dic vt in Spec.ti.de executione ſen.§.nunc dicendum ver. ſed
nunquid in totũ & vide quod no. ſpec.hoc ti.§. nũc tractemus
ver.ſed qd ſi quis & ver.ſeq. vbi dicit & Io.An.hic, quod ſi ap-
pellans ſimpliciter dicat, appello, nõ exprimendo ad quę, intel-
ligetur de proximo. Idem ſi dicat, appello ad maiorem idem
Bar.Brix.in.q.dñicali, quæ incipit item cito, quod quis dicat.
¶ Si quæris, vtrum in appellatione cauſa ſit exprimẽda. diſtin-
20 gue.vt diſtinxi.ſ.eo. conſtitutis.2. Et no. quod ad hoc † vt va-
leat appellatio facta in iudicio ante ſententiam diffinitiuam re-
quiruntur decem, idq; computatur ita, vt ſi vnum defuerit nõ
valebit appellatio. Primum, cauſa grauaminis illati, vel cõmi-
nati vt.j.eo.cum ceſſante. Secundum, ꝙ ſit legitima.j.eo. cum
ſpeciali.§.exceſſu. Tertium, quòd ſit vera.j.eo.ca. interpoſita.
Quartum, ꝙ ſit expreſſa vt.j.eo.c.cum cauſam.vt hic. Quin-
tum ꝙ non ſit admiſſa ſua petitio vt in d.c.interpoſita. Sextũ,
quod iden ꝙ non admittebatur extitit appellatum.j. eo. dile-
cto.§.vlt.quod eſt contra quoſdam ignaros iuris qui propoſita
exceptione dicunt, & appellamus, ſi eam non admittatis: nam
talis appellatio nõ impedit, quin valeat quicquid fit poſtea. Se-
ptimum, ꝙ fiat in ſcriptis. Octauum quòd petantur apoſtoli.
Nonum ꝙ ſi appellatus hoc petierit, veniat inſtructus appel-
lans & hæc tria colliguntur.j.eo.cordi.lib.6. Decimum, quòd
fiat infra x.dies vt.j.eo.c.Romana.& c.concertationi.lib.6. de
confir.vti.c.bonæ.ſ.de re iudi.cum inter & c.quod ad conſul-
tationem ſm Hoſt.qui ita no.in ſum.eo. tit.§. qualiter ſub.§.
ego Martinus.&.j.eo.dilecto & in d.ca. cordi. & idem Archi.
ibi ſuper verbo præmiſsis.& 2.q.6.cap. non ita glo.3. Et nota,
quod licet in appellatione interpoſita a grauamine vel interlo-
cutoria neceſſe ſit cauſam exprimere, vt hic, tamẽ in reſcripto
impetrato ſuper appellatione interpoſita a grauamine, vel in-
terlocutoria non oportet cauſam exprimere, ſi ipſi appellatio-
ni ſit delatum not.Spec.tit.de appel.§.de offic.quoq; eius.ver.
nunc dicamus & Ioan.Andr.in d.ca.cordi. in nouella. & Spec.
eo.titu.§.qualiter ver.in ſumma no. Item Hoſti.in d.c.dilecto
.j.eo.& Io.Andr. poſt eum addit tres caſus ſcilicet, quod cau-
ſa exprimatur coram illo, a quo appelletur, vt ibi quando dicit
coram executoribus &c. quaſi dicat, nõ ſufficit coram extra-
neis proponi niſi ex iuſta cauſa.ſ.de offi. deleg.paſtoralis ad fi.
Item, quod appelletur, vt ibi qñ dicit appellatũ &c. Item, quod
appellet ab illo, vel ab illis iudicibus, qui grauant. vt ibi qñ dicit
ab eiſdem &c. q.d.pręſentialiter auditis niſi ex cauſa.j.eo.c.ſi.
¶ Ad declarationem gl. (Innocentij) quæ incipit dicunt qui-
21 dam &c. ſi quæris, qñ miſsio † nuntij ad ſuperiorem operetur
& de quo, diſtingue. Aut quæris nunquid habet vim appella-
tionis: aut nunquid habet vim protectionis. ſi quęris nunquid
habet vim appellationis ſubdiſtingue, aut mittens nuntiũ po-
teſt habere commode copiam iudicis, a quo vult appellare: &
tunc nõ valet nuntij miſsio: imò eo caſu debet & tenetur ver-
bo appellare & apoſtolos petere. 2.q.6. biduum ſm Inno. hic
in ver. item vt talis miſsio &c. Aut mittens nuntium non ha-
bet, nec habere poteſt copiam iudicis de facili a quo vult appel
22 lare. Et tunc † aut lata ſententia cõtra aliquem vel aliquo gra-
uato ipſe venit, vel mittit ad ſe. apoſtolicam vel ad alium ſupe-
riorem pro grauamine proſequendo. & eſt certum quod pro-
pter hoc vadit vel mittit, vt ſe de grauamine conquęratur. Et
tunc aut hoc facit infra x.dies a tẽpore ſententię, vel illati gra-
23 uaminis, & tunc † talis itineris arreptio vel nuntij miſsio vim
appellationis obtinet. vt.ſ.de dolo & contuma.c.cum olim. de
reſtit.ſpol.c. audita. aut hoc non facit infra x.dies, & tunc non
habet vim appellationis vnde neceſſe eſt, quod infra x.dies, vel
ipſe, vel nuntius iter arripiat: nam decẽdium tantũ præfixum
eſt, vt facto vel verbo appellet, alias tranſit in rem iudicatam.
.ſ.de re iudi.c.quod ad conſultationem. & de elec.cum dilectus
in fin. & videtur quod infra illud tempus hoc ſignificetur iu-
dici & aduerſario vel ſaltem alteri arg. in eo quod le. & not.ſ.
de procur.cap. mandato ſm Inno. hic in ver. hoc autem fate-
mur & in ver.item neceſſe eſt &c. Item prudenter facit, ſi co-
24 ram † teſtibus exprimat omnia grauamina, pro quibus vadit,
vel nuntium mittit. nam ſi quando appellat viua voce ad hoc
tenetur, quare non tenetur ad hoc idem qñ facto appellat ſm
Innoc.in ver. item prudenter &c. & ad hoc facit quod no. Ber.
ſ.eo.dilecti filij & hunc verſi.vltimum videtur approbare Ar-
chid.j.eo.cordi ſuper verbo interlocutoria.lib.6. Item totam
iſtam glo.Inno.videtur approbare ipſe Archi. i i.q.3.ca.ſi epi-
ſcopus forte.glo.ſi.vbi remittit ad hanc glo.ſed Hoſt.hic dicit,
quod potius videtur hoc eſſe intelligendũ extra iudicium quã
25 & in iudicio vt not.j.eo.cordi.lib.6.poſſet etiam hoc † intelli-
gi, vbi pars grauata, vel condemnata propter tyrannidem par-
tis vel iudicis nec verbo, nec facto in præſentia eorũ auſus eſt
appellare, vt patet in eo quod le.& not.j.eo. ſi iuſtus metus. &
tunc etiam debet hoc quã cito poteſt parti vel iudici intima-
re.ar.c.alleg.mandato.ſ.de procu. Vnde plus placet quod hoc
intelligatur de appellationibus extra iudicium factis tantum
ſecundum Hoſti. & hoc tutius & verius videtur de iure.
¶ Ad euidentiam. glo. Innoc. hic quæ incipit plus dicimus ſi
quæris vtrum iudex appellationis poſsit, finito articulo appel-
lationis, vel omiſſo procedere in negotio principali, diſtingue
26 aut iudex a quo † appellatum eſt, detulit appellationi, & tunc
poteſt ꝓcedere, nec tenetur de neceſsitate remittere, vt.j.eo.
cum appellationibus lib.6. quod dic vt ibi ſm Ioan. Andr. hic
poſſet tñ remittere, ſi vellet ſm G.ibi in glo.ſi.vbi dicit etiam
poſt Inno.qui hoc no.j.eo. interpoſita ſuper verbo non deceat
& Hoſti.ibi poſt eum ꝙ vbi nõ detulit appellationi etiam ſine
cauſa aſsignata ſi appellatus petat remitti ad iudicem a quo ap-
pellatum eſt audiendus eſt. Aut iudex a quo appellatũ eſt non
detulit appellationi, & tunc aut quæris de primo, ſcilicet, vtrũ
poſsit ꝓcedere finito appellationis articulo, & tunc aut finito

per confir-

per confirmationem vel approbationem appellationis, aut finito per caſſationem appellationis quod eſt officiũ iudicis appellantia vt patet.2.q.6.in fin.§.ab eo.ṡ.de in integr.reſti. c.ex
27 literis vbi de hoc aut finito lapſu termini † a iure ſtatuti ad appellationem finiendam, puta anni, vel biennij ex cauſa in primo caſu pòt procedere, nec tenetur remittere cauſam ad eum a quo eſt appellatũ vt hic, in ver. alioquin cum ibi no. per Ber. In ſecundo caſu nõ poteſt procedere, ſed tenetur remittere vt hic in.§.cum autem.j.eo. Romana.§.fin. & c.cum appellatio-
28 nibus in princ.lib.6. In tertio † caſu non poteſt procedere, ſed debet remittere.ṡ.eo.cum ſit in princ. vbi hoc no.Bert.in glo. arg.ꝙ iudex in fin.ad idem.ṡ.eo.conſuluit.j.in fin. & c. reprehenſibilis.§.1. In quarto vero caſu, aut appellatio eſt recepta a iudice, vel approbata a parte aut non. In primo caſu nõ eſt finitus articulus appellationis, ſed in ea per iudicem procedetur ad quem eſt appellatũ appellato inſtantiæ, vel etiam appellante ſm decre.cordi.j.eo.lib.6.ad hoc.ṡ.eo. ſæpe.§. quia tñ vbi hoc not. Hoſti. ſuper verbo procedatur, & tunc ea euentu ſnīæ in cauſa appellationis apparebit vtrum debeat procedere vel non vt ſtatim dictum eſt. In ſecundo caſu ſcilicet qñ non eſt recepta a iudice, nec approbata a parte, elapſo termino nõ procedet, ſed potius procedet iudex a quo eſt appellatum.ṡ. directè & c. ad aures.& c.perſonas ſm Hoſti.in d.c.ſæpe. Aut quæris de ſe-
29 cundo caſu principali.ſ. vtrum omiſſo † appellationis articulo poſsit procedere in negotio principali, & tunc dicunt Inno.& Hoſt.hic quod ſi appellatus vult, ſemper debet obtinere apud iudicem appellationis, quod omiſſo articulo appellationis cognoſcat de principali. Nam ob eius fauorem eſt inductũ, quod primo de iuſtitia appellationis cognoſcatur, vt ſi appareat iuſtitia cõdemnatur appellans, & reuertatur, alias remittatur ad iudicem priorem vt hic & quod fauore &c.C.de legi. quod fauore & c. etiam quilibet renuntiare poſſet & c. 7.q.1.quã periculoſum.j.de reg.ad apoſtolicam. & ſi aliud diceretur nõ eſſet niſi litem contrahere ſine cauſa contra id quod le. & not.ṡ. de dolo & contum.finem. Nec ob.j.eo.cordi.lib.6.vbi dicitur, ꝙ de partiũ voluntate omitti poteſt articulus appellationis: quia ſubaudiendum eſt, vt parti appellatæ ſm eos. Idem not.Hoſt. Cardi.& G.in d.c.cordi.ſuper verbo partium. Idem etiam no. Cõpo.in decre. ſtatuimus. ſuper verbo appellari.vbi dicit hoc procedere etiam inuito appellante licet dicat appellãs, quod in ſcriptis nõ appellauit nec cauſam aſsignauit, nec apoſtolos pe-
30 tijt, ita tamen. quod iudex † appellationis reuocet grauamina, ſi qua per eum, a quo appellatum eſt illata ſunt appellanti contra negotium principale, puta per excõicationem vel condemnationem eapenſ.& ſimilia, & merito appellãte inuito in principali ꝓceditur omiſſo appellationis articulo: quia ex quo grauamina per eum, a quo appellatum eſt, reuocantur, non intereſt appellantis quod ſuper appellatione procedatur. & ideo nõ auditur volens proſequi appellationem, ſicut non auditur appellans, cuius non intereſt.2.q.6.non ſolent.ṡ.de elec.cum in-
31 ter.R. Sed appellato † inuito, nõ poteſt appellationis articulus omitti, ideo quia ſi appellãs in appellatione ſuccumbat, remittitur cauſa ſiue negotium ad eum a quo appellatum eſt, vt hic &.j.eo.cum ſpeciali in fi.& in iſta opi.concor.G. extra de elec. cauſam quæ ſuper verbo deuoluta.& c.conſtitutionem vt circa ſuper verbo agente in cle.Ioan.And.dicit quod opin.ſupradicta vera eſt cum appellatio ad Papam fit & forte idem cũ appellatur ad ſuperiorem qui adiri poterat in illa cauſa per quærelam. In metropolitano autem quo ad cauſas ſubditorũ ſuffraganeorum falſa eſt, vt patet.j.de foro cõpet. Romana.j.reſpon.lib.6.vbi de hoc. Nam coram eo etiam de vtriuſq; partis voluntate nõ poteſt omitti appellationis articulus. Ratio patet ibi. poteſt etiam eſſe vera dicta opin. in metropolitano & quocunq; alio, qui non poſſet adiri per quærelam qñ eſſet appellationi delatum: ratio patet ex decre.j.eo.cum appellationibus.lib.6. Et idem Inno. in d.decre. cordi. ſuper verbo nõ ap-
32 pellans ſm Io.Andr. hic & hoc teneas † ſalua in omnibus authoritate Papę qui cum poſsit negotiũ ad ſe reuocare vbi non eſt ad eum appellatum.ṡ.eo. vt noſtrum. multo fortius poteſt ipſum penes ſe reuocare vel retinere & in eo procedere quando nõ eſt ad eum appellatum. Sed nunquid ad hoc vt inferior iudex a quo iuriſdictionẽ reaſſumat eſt facienda per iudicem appellationis verbalis remiſsio. An vero ſufficit, quod ꝓnuntiauerit male appellatũ, & de hoc fiat fides iudici a quo ad hoc vt iuriſdictionem reaſſumere poſsit. Io.Andr.credit hic, quod non requiritur verbalis vbi non fuit delatum: nam etiam ante illam pronuntiationem poterat procedere iudex cauſę principalis, ex quo ſciebat appellationis cauſam fuiſſe falſam, fortius

33 poterit poſt pronuntiationem, ſed vbi detulit † negotiũ principale eſt coram iudice appellationis etiam ſi pronuntiet male appellatum, poteſt tñ remittere, ſi vult: ergo niſi remittat, iudex cauſæ principalis nõ procedet: ſecus videtur in inhibitione: quia licet illa impediat proceſſum principalis cauſę, non tñ differt illud, ſed ſolum ſuſpendit cognitionem iudicis principalis vſq; ad expeditionem articuli appellationis ſm Ioan. And. qui etiam dicit hoc ſuper glo.pen.verſic.quod illud quod dicit Ber.hic & Goff. qui idem dicit, quod qui deficit in appellatione, punitur in eapenſ. obtinet ſiue calumnioſe appellauerit, ſiue non. Sed ſi calumnioſe appellauerit, tunc punitur in quinquaginta libris.C.quorum appel. non recipiuntur.l.ab executione. ſed in criminali perdita ſue vocatus alias aduocatus accedat.C.de appella. l.a proconſulibus. ſecundum Ioan. Vinc. Goffr.& Phi.dicit.& Pe.de Sampſo.& Ab.poſt eum: quod vbi opi. facit pro appellante licet cõtra eum pronuntiatur in cauſa appellationis non condemnabitur in expen. & hanc vide in Spec.titu. de ex pen.§. nunc videndum.
34 ¶ Innoc.hic in glo.ſua penultima dicit, quod ſi Papa † deleget cauſam appellationis alicui, quod delegatus, approbata appellatione, cognoſcet de principali ar.ṡ.de reſcriptis. ſuper literis in fin.j.de teſti. Raynuntius.&.j.eo. titu. Romana.§. quod ſi obijciatur. lib. 6. & idem Hoſti. poſt eum Vin. tñ videtur hic contra ſentire dicens, quod fines mandati ſunt ſeruãdi.ff.mandati.l.diligenter.ṡ. de reſcriptis cum dilecta. Nam iudex non poteſt excedere punctum ſpecialiter ſibi cõmiſſum ſm eum hic, tñ primam opin. videtur approbare Ioan. 2.q.6.§. diffinitiua ver.ab eo au glo.fin. vbi Arch.nihil tenet. Ego vero Henricus credo ſic diſtinguẽdum. aut cauſa appellationis eſt ſimpliciter commiſſa, & tunc vera eſt prima opin. per iura alle.& per ea quæ ſcripſi.ṡ.eo.per tuas. Aut eſt cõmiſſa non ſimpliciter, ſed cum adiectione reſtrictiua. & tunc aut cum adiectione reſtrictiua cauſa commiſſę, vt quia cõmittitur ſpecialiter ipſa cauſa appellationis, ita qđ de cauſa principali ſe nullatenus intromittat, & tunc vera eſt ſecunda opin. Aut cum adiectione reſtrictiua temporis, vt quia committitur cauſa appellationis infra certum tempus decidenda, & tunc ex futuro euentu dependebit vtrum terminata cauſa appellationis per ſnīam, per quam ipſa appellatio eſt approbata ipſe delegatus de cauſa principali cognoſcet quaſi tempus præfixum ſit finitum, non alias ſic.ar.ṡ.de off.deleg.de cauſis.2.reſpon.&.ṡ.eo. ſuper eo.2.§.fi.
¶ Si quæris vtrũ appellatio extraiudicialis ſeu in & ſuper actibus extraiudicialibus interponẽda poſsit, & debeat fieri infra
35 decem dies tãtum vel aliquid iuris, diſtingue. Aut † quæris de appellatione interponenda grauamine nondum illato, ſed inferendo, & tũc poteſt appellari quantumcunq; ante grauamen illatum licet etiam poſt x.dies, poſtquam primo timuit ſibi inferri grauamen vt.ṡ.eo.bonæ.&.j.eo.cum ceſſante. Aut quæris de appellatione interponẽda a grauamine iam illato, & tunc
36 refert: quia multiplex eſt appellatio † extraiudicialis. Quædam quæ eſt omnino extraiudicialis & pone exemplum.ṡ.de elect. cum nobis olim & c.bonæ.j. & talis debet intra x.dies poſt factum ſeu illatũ grauamen ſeu poſtquã grauatus ſciuerit interponi, vt.j.eo.c. concertationi.lib.6. Eſt & alia quæ dicitur extraiudicialis, quia licet fiat a iudice non tñ fit ab aliquo actu iudiciali, verbi gratia iudex habet procedere partibus præſentibus, vere vel interpretatiue.ff.de re iud.l. de vno quoq; &.j.eo. Romana.§.ſententias. lib. 6. ecce quod iudex non procedit ſic ſed iubet ſeu facit aliquid in grauamen partis.23.q.1.quid culpatur.ṡ.de tempo.ordi.c.ad aures & de æta.& qua. quæris.j.de verb.ſignifi.ex parte. quod factum, non poteſt dici factum iudicantis.C.cõmina.epi.& c. & per totum, & tunc refert. aut il-
37 lud factum, ſeu attentatum propter quod debet † appellari eſt tale quod non poteſt iudex attentans ſeu faciens reuocare, vt quia definit & ſic eſt functus ſuo officio ſiue bene, ſiue male.ṡ. de off.deleg. in literis, vt quia prouidit de beneficio quod erat meum vel mihi debitũ: tunc oportet quod appelletur infra decendium, via tñ ſimplicis quærelę non eſt excluſa: cũ hoc non ſit iudicium & ſic in authoritatem rei iudicatę tranſire nõ poteſt. Sic loquitur.j.eo. concertationi in principio &.§. fi.lib.6. Aut eſt tale quod reuocari poteſt a faciente, ſicut eſt excõica-
38 tio vel interdictũ † & tunc grauatus poteſt accedere ad ſic facientem & eum requirere, quod factum illud reuocet, quod ſi nõ fecerit requiſitus, appellare poſſet. dummodo infra x.dies a tempore requiſitionis, licet poſt x.dies a tempore latæ ſnīæ excõicationis ſeu interdicti lati: & ſic nedum a promulgatione ſententiæ infra x.dies, ſed etiam a denegatione, ſeu recuſatione reuocationis infra x.dies poterit appellari.ṡ. de re iudic.

quod ad

quod ad conſultationem.ĩ.eo.c. concertationi in fin. & ca. ſi a
iudice lib.6. Idem ſi iudex abſq; cauſę cognitione iuberet mi-
hi ſoluere decem, quia tunc conſulte facerem ſi venirem ad
eum, & dicerem quod paratus ſum ſtare iuri coram eo, qui de
hoc non ſum citatus, nec monitus, nec conuictus. & require-
rem, quod iuſſum illum reuocaret, & me audiret, quod ſi non
fecerit appellare poſſum tunc, & infra decem dies.ſ. de maio.
& obe. inter quatuor vnde ex quo eſt talis act' iniuſtus quem
poteſt reuocare & non reuocat requiſitus ex hoc iterum & de
nouo grauat & ideo ex iſto nouo grauamine poterit appellari
& ſic rectè generaliter intelligendo, & pro regula poteſt dici,
quòd a quibuſlibet extraiudicialibus actibus, in quibus poteſt
appellatio interponi, grauatus infra 2.dies poſt grauamen illa-
tum, vel poſt quam ſciuerit, & non poſtea poterit & debebit
appellare vt in d c.concertationi vbi Cardi.& Ioan.Andr.con-
cor. cum præmiſſis per quod c.corrigitur quod not. hic Hoſt.
dicens, quod in electionibus ante & † poſt, etiam poſt x.dies
39 poterit appellari: ſed hoc modo: quia ſi ex legitima cauſa in-
terponitur appellatio ne fiat electio valet & cauſa probata ir-
ritabitur electio poſtea ſubſecuta.ſ.de elec. conſiderauimus.ſ.
eo.conſtitutis.2. alias non reuocabitur. Item poſt electionem
& ante confirmationem appellatur & poſt decem dies quãdo-
cunque ante confirmationem, ne fiat confirmatio & ſic poſſet
intelligi quod not.Innoc.& Hoſti.ſ.eo.bonæ. dicentes, quòd
extra iudicium appellatur poſt decem dies: nam cum extraiu-
dicialis appellatio non ſit aliud, quam ad cauſam prouocatio vt
40 .ſ.eod.cum ſit.§. ſi vero. ſicut † læſus poteſt quandocunq; læ-
dentem ad iudiciũ vocari facere, ſic poteſt eum prouocare ad
cauſam extra iudiciũ prouocando non enim tranſit grauamen
in rem iudicatam, ſicut ſententia vt in.§.allega. ſi vero ſecun-
dum Hoſti. hic & idem ſpec.hoc ti.§.reſtat videre quãdo ver.
ſed quid dices.2.ſed contra iſtam opin. Hoſti.& Spec.tenebat
Ioan.2.q.6.biduum ver.quod in ſentẽtijs & Compo.ĩ.eo. ſta-
tuimus in glo. ſed nunquid eſt neceſſe &c. lib.6. quod eſt ho-
die approbatum in c.allega. concertationi ſecundum.G. ibi in
glo.1.& 2.q.6.in ſum. in glo. adde dicunt quidam.

1 *Illæſus ne appellet.*
2 *Læſus verbis appellet.*
3 *Appellare exceptione non admiſſa licere.*
4 *Appellari a non reſpondente poſſe.*

CVm ceſſante. ¶Si quæras vtrum ceſſan-
te cauſa ceſſet effectus dic,
vt dixi.ſ. de iureiur. & ſi Chriſtus.

¶Si quæris vtrũ iudex poſſit ſuam ſententiam re-
uocare, vide quod dixi.ſ. de offic. deleg. in literis.

¶Si quęris vtrum a futuro grauamine valeat appellari, diſtin-
gue aut quæris de appellatione iudiciali. aut extraiudiciali. Si
de iudiciali, tunc aut quæris vtrũ poſſit appellari a futuro gra-
1 uamine reali, & verbali, vt quia nec † realiter, nec verbaliter
quis eſt læſus ſeu grauatus, & tunc non: quia cauſa rationabi-
lis non ſubeſt.ſ.eod.conſuluit.2.& cap. ex parte.1. & 2.& c.vt
debitus.&.ĩ.eod.dilecto pro quo no.ibi per Inno. ibi in glo. 1.
& per Hoſt. poſt eum. Aut quęris vtrum poſſit appellari a fu-
2 turo † grauamine reali, ſed in præſenti verbali, vt quia quis eſt
læſus ſeu grauatus verbaliter non tamen realiter, & tunc pote-
rit appellari, vt hic & argu.2.q.6.c.omnis oppreſſus. Si quæris
de appellatione extraiudiciali, & tunc dic, quòd poterit appel-
lari, licet grauamen, & realiter, & verbaliter ſit futurũ dum-
modo veriſimiliter timeat quis grauari vt le. & no.ſ.eo. bonæ
ſecundum Hoſti. hic. Circa tamen primum membrum dicit
Hoſti.ĩ.eo. interpoſita in principio quòd licet a futuro graua-
mine in iudicio non liceat appellare, vt hic & in concor.ſ.alle.
3 ſi † tamen iudex procedat in negotio, exceptione non admiſ-
ſa, nec repudiata appellari poteſt, hoc expreſſo ꝙ procedit ex-
ceptione non admiſſa.ĩ.eo.ex parte. Item ſi iudex ſupereſt in
deliberando, nec reſpondet vtrum admittat, vel nõ nec etiam
4 † in principali procedit & hoc forte facit, vt excipiens vexa-
tus laboribus & expen. diuerſis terminis cogatur cedere liti,
vel procedere, ſicut alias legitur.ſ.de reſcriptis.nõnulli. Si ter-
tio requiſitus humiliter expectato reſponſo cõgruo tempore
non reſpondit expreſſo tali grauamine, & modo inſeratur in
appellatione quod procedit exceptione propoſita, non admiſ-
ſa, forte poſſet appellari ar.in eo quod leg. & not.ſ. de ſup. neg.
præ.cap. 1.de elec.cum in veteri.ſ.de off.deleg. ſuper quæſtio-
num.§.fin. ſecundum Hoſti. ibi ibidem Ioan.Andr. ibi & in c.
alleg.dilecto in princ. Et de pœna iudicis eccleſiaſtici grauan-
tis vide.ĩ.de re iudi. cum æterni. lib.6.

1 *Arbitri quando, an non recuſat eligendi.& 2.*
3 *Recuſationis & impugnationis idem ius.*
4 *Conſuetudine iudicem dari.*
5 *Iudice recuſato, quis ius dicet.& 7.*
6 *Partium voluntas, quæ accipienda.*
7 *Arbitri recuſationis quando ius dicant.& 8.*
9 *Appellandum a ſuſpecto ne ſit.*

CVm ſpeciali. ¶Si quæras, vtrum cauſa
recuſationis ꝓpoſita con
tra delegatum arbitri ſint eligẽdi qui de cauſa re-
cuſationis cognoſcant, diſtingue. Aut cauſa recu-
ſationis eſt euidẽter fruſtratoria. Aut eſt eniden
1 ter de iure † rationabilis, & de facto notoria. aut eſt dubium.
In primis duobus caſibus. non debẽt eligi, quia in primo caſu
iudex delegatus nõ tenetur cauſam recuſationis admittere.ſ.
de iudi.c.5.& de cauſa po.& proprie.c.cum olim & in ſecundo
caſu tenetur cauſam recuſationis admittere adeo, vt nõ ſit ne-
ceſſe arbitros eligere, quã cauſa rationabilis eſt de iure, & noto-
ria de facto, vt.ſ.vt li.non conteſt.accedens & in c.allega.cum
olim. In tertio caſu refert aut eſt delegatus ordinarij, & tunc
non debẽt eligi arbitri, ſed ipſe ordinarius cognoſcet, quod dic
vt legitur, & no.ĩ.de off.deleg. c. ſi contra vnum.lib.6. Aut eſt
2 † delegatus Papæ & tunc ſunt arbitri eligẽdi, vt hic &.ſ.de off.
deleg.ſuſpicionis. vbi de hoc ſcripſi, & plenius in c.ſuper quę-
ſtionum & no.ſm Innoc. hic, ꝙ iudicis recuſati eſt cauſas re-
cuſationis admittere & partem recuſantem requirere, ꝙ vna
cum parte arbitros eligat, ſed cauſas ipſas recuſationis reproba
re non poteſt: hoc enim ad arbitros pertinet vt.ſ.de fo. cõpe.
c.licet &.C.de iudi.l.apertiſſimi & l.fin. quod dic vt in c.alleg.
ſuſpicionis.&.ĩ.eo.c.legitim.2.lib.6.& ſi ipſe iudex cauſas recu
ſationis non admittat, appellari poteſt vt.ſ.de off. deleg.ſuper
quæſtionum articulis.§.fi.niſi euidenter fruſtratoria, vt eſt di-
ctum. iſta diſtinctio ſumitur ex dictis Inno.hic in prin.in glo.
& Hoſti.& Ioan.Andr. poſt eum & in primo concor. Archid.
in d.c.legitima in glo. 1.ver.dic quod vbi &c. Et nota, ꝙ cauſę
recuſationis ſunt multę, de quibus no.ſ. de off.delega.cauſam
quæ. vt li.non conteſta.accedens.1.& 2.& plene not. Hoſti. in
ſum.titu.de off.deleg.§.quæ ſunt iuſtæ cauſæ. & Spec eo.ti.§.
ſupereſt videre. & Hoſti.in c.alleg. legitima. Et quod dictum
3 eſt de cauſa recuſationis † idem intellige de impugnatione ip-
ſius cauſæ recuſationis, vt ſi eſt euidẽs de iure, & de facto im-
pugnatio recuſationis, corã recuſato proponetur, & ab eo pro-
nuntiabitur. Si vero non eſt euidens, vel eſt dubia, ille, qui ha-
bet cognoſcere de cauſa recuſationis, cognoſcet & de eius im-
pugnatione. & hoc not. Vinc. hic & Innoc. in glo. an ſit iuſta
& Hoſtien. poſt eum & idem Archid.ĩ.de off. deleg. c.ab ar-
bitris glo.3.lib.6. Et vide per eum in c.alleg. legitima glo. 1.&
eo.titu.c.cordi ſuper verbo. grauamine. lib.6.

¶Ad declarationem gl.Ber.quæ incipit nota ergo.&c. Si quæ-
ris, iudice recuſato, qui de cauſa volebat cognoſcere qs de ipſa
cauſa cognoſcet, diſtingue. Aut quęris de iudice ordinario, aut
de delegato. Si ordinario tunc ſm Hoſti.refert. aut apparet de
4 cõſuetudine † legitimè præſcripta, quis de ea habet cognoſce-
re, & illa eſt ſeruanda: conſuetudo enim dat iuriſdictionem, vt
.ſ.de foro compe.c.cum contingat.& ita loquitur eo.ti.c.licet
.§.fin.ſm Ber.& Hoſti. hic. Aut non apparet de cõſuetudine,
& tunc eſt in poteſtate partium iudice recuſato conſulto, vtrũ
5 alij † cõmittatur, vel ad ſuperiorem remittantur.ſ.de fo.cõpe.
cap.1.& c.ſi quis contra clericum. 11.q.1. peruenit & hic in.§.
cauſa vero.ſ.eo.ad hoc. Aut ergo partes in hoc cõcordant, &
tunc ille, de quo concordauerunt, cognoſcet. Aut non cõcor-
dant, & tunc ipſe iudex ipſas cõpellet, vt in iudices cõueniant,
quibus recuſatis cauſam cõmittat, vt in iuribus allega. quia &
delegatus in caſu conſimili poteſtatem habet.ſ. de off. delega.
ſuſpicionis & hoc faciet ſi voluerit per ſe licet honeſtũ ſit qđ
per alium ab eo delegatũ ipſas diſtinguat & ſic intelligit.c.alle.
ſi quis contra clericum. etiam ſi electi concordare nequeunt.
Hoſti. putat quod ad proximũ ſuperiorem debeat haberi re-
curſus: cũ iſte, qui delegauit ſuſpectus ſit.ar.ĩ.de iurepa.nullus
.ſ.de foro compe.c.licet.§.fi.de ſent.& re iudi.c.fi.ver. ſi vero
ex delegata.ideo autem requiritur conſenſus partium ne & de
legatus a ſuſpecto iterum tanquam ſuſpectus recuſetur. ar. 3.
q.3.offeratur.ſ.titu. 1.cauſam quę ad fi.de off.deleg.inſinuante
& c.ſuper quæſtionum.§.nos autem. ita no. Hoſt. in effectu in
ſum.eo.tit.ſub rubrica de recuſationibus.§. quis cognoſcet ad
6 fi.& quòd dictum eſt ꝙ iudex debet † cõmittere de voluntate
partium intellige verum ſi partes ſint præſentes. ar.ff. de iudi.
obſeruandum.

obſeruandum Si vero partes non ſint præſentes, ſed iudex ex
officin procedit, tunc fiet cõmiſsio de recuſatorum cõſenſu,
vt hic in ver. & ipſe cum aduerſariu &. §. cauſa ver. ac ipſa &. §.
exceſſu ver. & tunc & §. ſe. q; ſi conſentire nõ vult ad ſuperio-
rem remittat, vt in iſto. §. cauſa vero in fi. ſic poteſt intelligi. ſ.
de ſuro compet. licet: & hanc ſolutionem approbat Hoſt. hic
præ cæteris tantum ad huius literæ intellectum. Si quæras de
delegato tunc aut de delegato ordinarij: & tunc credo q; ipſe
ordinarius cognoſcet. nam & ipſe de cauſa recuſationis habet
cognoſcere vt. j. de off. deleg. c. ſi contra vnum. §. pen. lib. 6. &
quia ipſe ordinarius poteſt quandocunq; iuriſdictionẽ ad ſe re-
uocare, & per ſe vel per alium cognoſcere. ff. de iud. l. iudicium
ſoluitur. & ad hoc faciunt iura & opin. quæ ſequuntur in de-
legato Papæ. Aut quæris de delegato Papæ, & tunc eſt cõtra-
rietas inter doctores. nam Hoſti. ſecutus dictum Goff. dicit,
7 q; arbitri, qui † cognouerunt de cauſa recuſationis, de eadem
cognoſcent. & ad hoc allegat, & dicit q; eſt caſus. C. de iudic.
apertiſsimi. in fin. & l. vlt. &. ſ. de off. deleg. ſuſpicionis, vbi di-
cit ad hunc articulum. &. ſ. eo. tit. ſecundo requiris in fin. &. j.
de off. dele. c. iudex ab apoſtolica ſede. lib. 6. ſupplent leges pręſ-
dictę ar. x. di. ſi in adiutorium & per totum. Nam ſic in appel-
latione oportet vt. ſ. eo. tit. c. vt debitus & appellatio & recu-
ſatio paribus paſsibus ambulant. ſ. eo. ſuper eo. 2. & in eo caſu
tales arbitri cẽſentur delegati ab eo qui delegatum recuſatum
delegauit in cuius loco ſuccedunt arg. ff. ſi quis cautioni. l. ſi eſt.
8 §. qui iniuriarũ. & aſſerit ipſe Hoſti. quòd † tales arbitri, iudice
recuſato procedant ſuper principali in omnibus ſm formam
literarum, vel ad recuſatum directarum & hoc ipſe no. in d. ca.
ſuſpicionis &. j. eo. c. legitima. lib. 6. & in ſumma de off. dele. §.
quis ſit effectus. ver. quid ergo. vbi late proſequitur hunc ar-
ticulum. Alij ferè omnes vt Ioan. Vinc. Tanc. Goffr. & Ber.
dicunt contrarium. ſ. eo. c. ſecundo requiris. in fin. Et hęc ſen-
tentia verior eſt ſm canones per c. allega. iudex ab apoſtolica.
lib. 6. vbi hoc tenet Archi. in glo. quis ergo cognoſcet & credo
q; bene & de hoc in Spec. ru. de recuſa § effectus autem.
¶ Ad declarationem, & determinationẽ glo. Inno. quæ incipit
credimus tñ. vide hodie, quod le. & no. j. de off. deleg. c. iudex
ab apoſtolica. li. 6. vbi approbatur quod no. hic Inno. & repro-
batur quod no. Hoſt. ſm. G. in t. glo. & ſuper verbo nequiuit.
9 ¶ Innoc. hic in 1. glo. ſua dicit, q; non poteſt † a iudice delega-
to vel ordinario appellari ea de cauſa qua ſuſpectus eſt: cum
tunc habeat certũ remedium, ſcilicet recuſationis. 3. q. 5. quia
ſuſpecti. ſed contrarium not. Io. 2. q. 6. quoties glo. 2. & de hoc
not. Ber. ſ. eo. nouit. Tu vero vtranq; opi. ſaluando dicas, q; di-
ctum Io. verũ eſt, vbi cauſa ſuſpicionis eſt notoria tantum, ſed
dictum Inno. procedit, ſi eſt occulta & clare poteſt intelligi ex
eo quod no. Ber. & Hoſt. ſ. vt li. nõ conte. accedens. j. & ad hãc
materiam facit quod no. 2. q. 6. illud. in gl. fi. & c. ſi quis in qua-
cunq; in glo. fi. & ita diſtin. Archi. in c. alleg. quoties. in glo. fin.

1 *Aduocati confeſſio abſenti non obeſſe.*
2 *Aduocatum præſenti proteſtata non obeſſe.*
3 *Aduocati confeſſio quando reuocabilis. 4. & 5.*
6 *L. 1. C. de erro. aduo. ſenſus.*

CVm cauſam. ¶ Si quæris vtrũ & qñ con-
feſsio aduocati præiudicet
clientulo, & vtrum, & infra quod tps clientulus po
teſt errorẽ aduocati ſui reuocare, diſtingue, aut quę
1 ris primo qñ ſibi præiudicet, & tunc aut † aduocatus confite-
tur abſente clientulo, vel eo præſente, & non intelligente, &
tunc non præiudicat ſibi. ar. ff. de iure codicillo. l. 2. §. furioſus.
ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi quis litigantium. ff. de re iudi. l.
furioſo. ff. de verb. oblig. l. t. in fin. &. j. de ſpon. c. ex literis. lo. t,
C. de errore aduoca. l. s. a contrario ſenſu cum ſua gl Aut con-
2 fitetur, eo præſente, & intelligẽte. & tunc † aut ex parte clien-
tuli præceſsit proteſtatio talis, ſcilicet, q; ſi aduocatus aliqua di
cat quæ ſint vtilia cauſæ valeant, alias non. & tunc (licet Iac. de
Ra. dixerit quòd præiudicat per leg. ff. de iure codi. l. diuus. §. j.
Odof. tñ tenet contrarium per l. ff. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. l.
ſi debitor. §. ſi in venditione) nullo modo præiudicat per iura
allegata per Odofr. Et hoc eſt verius ſm Pet. de Bellapert. &
Cyn. C. de erro. aduo. l. 1. per l. ff. de leg. 3. l. ſi quis in prin. teſta.
pro quo faciunt no. per Hoſt. ſ. de cõſti. cum. m. & per Cardi.
j. de reg. iur. c. in generali. lib. 6. Aut non præceſsit talis proteſ-
ſtatio, & tũc præiudicat ipſo iure, vt hic & . C. de erro. aduo. l. j.
& vlt. Aut quæris vtrum & infra quod tempus clientulus po-
3 teſt errorem aduocati † reuocare. & tunc dicebat Placentinus
quòd infra triduũ & non vltra poteſt eum reuocare. Et eſt ra-
tio (ſm eum) quia clarius videt quis in alieno facto, quam in
ſuo ſicut patet in ludo ſchacorum. ſed hoc non placet, nec an-
tiquis doctoribus, nec modernis: ideo dicunt quidam vt Ac-
cur. C. de errore aduo. l. fi. & Cyn. C. de iuris & facti igno. l. er-
ror. quòd lex illa finalis continet facti accidentiam, non iuris
myſterium. Nam ibi lata fuit diffinitiua ſñia infra triduum, &
ſic triduo ante ſententiam oportet eum errorem reuocare. &
hoc idem Archid. approbat. 35. q. 9. c. loci noſtri. §. his ita in gl.
adde vbi de hoc dices quòd in l. allega. factum notatur & non
ſtatuitur ius. idem not. Io. Vinc. & Ber. j. de cenſi. c. olim cau-
ſam, ſed Innoc. & Hoſti. no. hic, q; eadem die debet reuocari:
quia ſi vltra vnam diem taceret dominus ſiue pcurator. tunc
videretur ratum habere: hic tamen dicit Goff. quòd aduocati
4 † cõfeſsio erronea poteſt reuocari non ſolũ eadem die vt hic,
ſed & vſq; ad triduum, vt in l. alleg. fin. imò vſq; ad ſententiam
vt. C. de iuris & facti igno. l. error. Si enim proprium errorem
licet reuocare, multo fortius alienum ſecundum Goff. Hoſti.
vero hic diſtinguit, aut aduocatus errat in facto, aut errat in
5 iure. Si in facto, tunc dicit, quòd error † talis aduocati reuoca-
ri poteſt nudo verbo, etiam nõ probato errore infra triduum.
Elapſo vero triduo, non poteſt reuocari, niſi errore probato
argu. no. ſ. de confeſ. c. fin. Si errat in iure, tunc poteſt reuoca-
ri quandocunq; : dummodo non proceſsiſſet in cauſa: quia iu-
ris ignorantia nõ præiudicat ius ſuum proſequenti. ff. de iu. &
fac. igno. l. 2. & de tali errore iuris videtur loqui iſtud. c. ſecun-
dum eum: & in hoc ſatis concordat. c. olim cauſam & Io. An.
ibi poſt eum, & Goffr. ſ. de elect. ſcriptum eſt & in hoc etiam
concor. Accur in d. l. vlt. C. de erro. aduoca. dicens, quòd error
iuris aduocati poteſt ante ſententiam reuocari. argu. ff. de iudi.
6 l. iudices. & pro hoc facit. d. l. 1. C. de errore † aduo. vbi dicitur,
quòd ea quæ aduocati, præſentibus his, quorum cauſæ agun-
tur, allegant perinde habenda ſunt, ac ſi ab ipſis dominis litium
proferantur modo ſi ab ipſis dñis talis error proferretur poſſet
per eum reuocari per l. alleg. ff. de iu. & fac. igno. l. 2. ergo &c.
Licet Iac. de Ra. in d. l. vlt. dicat, quòd error iuris aduocati re-
uocari nõ poteſt, quia aduocatus eſt inſtructus in iure. de hoc
in Spec. de confeſſ. §. vlti. in principio.

1 *Sententiam iniuſtam dici poſſe.*
2 *Appellans quando, an non, remittendus. & 3.*
4 *Appellantem de nulli. audiri quatenus verum. & 5.*
6 *Appellationis iudicem de nullitate omnino cognoſcere.*
7 *Appellationis, & nullitatis concurſus.*
8 *Appellari ab executorum proceſſu poſſe.*

DIlecto. ¶ Si quęris, vtrum iudex appellatio-
nis, coram quo proponitur de nullita
te ſententię de ipſa nullitate cognoſcere & deter
minare poſsit. diſtingue. Aut appellatur poſt ſen
tentiam, & tunc appellans nõ tantum excipien-
1 do, ſed etiam agendo † coram iudice appellationis poteſt ſen-
tentiam dicere iniuſtam, & nullam: quia quibuſcunq; modis
poteſt, & debet defendere appellationem ſuam. ff. de ap. l. ſcio.
in fin. nam & a ſententia, quæ nulla eſt appellari poteſt, quam-
uis etiam ſine appellatione reſcindi poſsit. ff. de app. l. ſi expreſ-
ſim. quæ ſen. ſine app. reſcin. l. 1. in fin. & l. ſe. & ex quo poteſt
appellari, & per appellationem proſequi poteſt. Aut appellatur
ante ſententiam, & tunc nõ poteſt appellans agere de nullitate
2 coram eo: quia † ſi cauſa appellationis non eſt vera, remitten-
dus eſt ad iudicem a quo appellatum eſt. ſ. eod. vt debitus. ſed
quando appellatur a ſñia diffinitiua, non remittitur ad eum:
quia functus eſt officio ſuo, ſecundum Inno. hic ſed Hoſt. di-
cit, quòd iſta opin. Innoc. non plene capit: nam vbi ante ſen-
tentiam eſt appellatum, videtur, quòd de plano appellãs poteſt
petere ſententiam poſtea latam pronuntiari nullam: hoc enim
regulare eſt, quòd quicquid fit poſt appellationem legitimam
pronuntiatur irritum & inane vt. j. eo. c. ſignificante. in fi. ſed
3 † etiam iniuſte appellans a ſentẽtia eſt ad priorem iudicem ſal-
tem ordinarium remittendus, vt ipſe ſuam ſentẽtiam execu-
tioni mandet, & ſic intelligitur. ſ. eod. vt debitus. vt videlicet
loquatur non ſolũ de appellationibus ante ſentẽtiam habi-
tis, ſed etiam a ſententia. de delegato vero iudice a cuius ſen-
tentia appellatur dubitari poteſt: vtrum ſit ad eum remiſsio fa
cienda quod dic, vt not. ſ. de offic. deleg. paſtoralis. §. præterea.
Dicit tamen finaliter, q; quotidie in curia appellantes, & ap-
4 pellationem ſuam proſequentes, & de † nullitate, & iniuſtitia
ſententiæ audiuntur: dummodo caute formetur libellus, vt
videlicet appellans factum proponat, quomodo ſententia lata
eſt contra ipſum, a quo, quamuis non ſit neceſſaria appellatio,
quia

quia nulla erat,tamen ab ea ad cautelam non, vt eam ratificare
intenderet, ſed, vt ſibi prouideret,ſi forſan reperiretur aliqua
ad ſedem apoſtolicā appellauit:& ideo primo petit ipſam nul-
lam ꝓnuntiari & ſi forſan reperiretur aliqua. petit ipſam tan-
quam iniuſtam irritari:ſic enim formatus libellus recipitur,vt
patet in eo,quod le.& no.ſ.de reſti.in integ.conſtitutus.& cau
ſis tam nullitatis,quam iniuſtitię poteſt ſimul proſequi,vt per
probationes iſtarum, vel illarū poſsit in altera parte libelli ob-
5 tinere. Putat † tamen, ꝙ proteſtari debet ab initio ſe ex altera
tantum velle proſequi,quod intendit.ar.ff.quorū le.l.1.§.quod
autem. nec eſt cōtrarius ſibijpſi talem libellū formando: quia
non ſimpliciter nullā & aliquam eſſe aſſerit: tunc.n. repellere-
tur,vt contrarius ſed ſimpliciter dicit nullam,& ſub conditio-
ne ſibi prouidet, vt in defectu nullitatis poſsit ipſam de iniu-
ſtitia impugnare ſm Hoſt.hic.illud idem dicit Spec.ti.de ſen.
prola.§.iuxta ad fi.& Io.An.hic. & ſic videtur tenere indiſtin-
ctè,quòd ſiue appellatur a diſſinitiua ſiue ab interlocutoria,ꝙ
6 iudex † appellationis de nullitate ſniæ,cognoſcere,& termina-
re poteſt & hoc tenet Arch. indiſtinctè etiā ſi ſit delegatus cui
cauſa appellationis eſt cōmiſſa ar.ff.de ap.l. ſi expreſſum.ff.quæ
ſen.ſine ap.reſcin.l.1. & quaſi per totum.C. qñ prouocare non
eſt neceſſe.l.1.& quaſi per totum & vř caſus.ff.fam. erc.l.quę-
dam. mulier.ff.de oper.libertorum l.vlt. hoc not.Archid.j.eo.
cordi.in gl.1.partis appellatę in fi.idem videtur tenere Spec.ti.
de ſen.§.iuxta propoſitionis.ver.vtrum aūt appellans. & Gen.
extra de re iudi.ca.1.ſuper verbo de nullitate in cle. hoc credo
verum. & ita ſeruatur de facto in parlamento Regis Franciæ:
7 licet Gul.de Monte Lau.teneat ibi contra dicens † quòd cauſa
nullitatis & cauſa appellationis inſimul tractari nō poſſunt nec
iudex appellationis pōt cognoſcere de nullitate, ſed iudex or-
dinarius qui de cauſa principali cognoſcit. Et ſcias, ꝙ Inno.no.
hic ſuper verbo facerent, ꝙ illud verbū innuit nondū proceſ-
ſum facit cōtra ipſos appellantes alias appellatos vnde ſuh pro-
ximo.j.deciditur ex antiqua,quòd executores poſt appellatio
nem excōicauerunt illos,quia alias:quam ſnīam petebant irri-
tam pronuntiari, & pro hoc poteſt conuincere quòd hæc de-
8 creta nō contradicit cōmuni obſeruantiæ qua † factis ꝓceſsi-
bus executorū, per quos fulminant ſnīas niſi infra certos dies
pareatur,appellatur ab illis infra dies ſtatutos ne ligent ſnīę nul
la exceptione coram executoribus ꝓpoſita, ſed ſolum in ipſa
appellatione exprimuntur exceptiones, & cauſæ grauaminū.
non enim tunc ſufficeret ad euitādum vinculum ſnīarum ex-
ceptiones infra dies illos proponi, ſed neceſſaria eſt appellatio
ad hoc, quod propter ſnīas interponi poteſt antequam ligent
abſq; vllo exceptionum prius proponendarum auxilio.ſ. eod.
præterea.ij.& minimè ſunt mutanda &c.ff.de legib.l.minimè.
9 Nec obſtat hæc decre. per prius dicta, quia † hic nō erant latæ
ſnīæ quo caſu prius debent exceptiones contra præcepta exe-
cutorum proponi q̄ ab eis appellari & idem crederem ſi execu
tores fulminarent ſnīas ſub hac alternatiua.ſ. niſi pareatur, vel
infra eundem terminum coram ipſis proponatur cauſa ratio-
nabilis nō parendi. tunc enim cum per lapſum termini propo-
ſitis prius exceptionibus non ligentur, nō eſt neceſſarium re-
medium appellandi & facit quod no.Inn.hic in 1.glo. & Hoſt.
poſt eum & Spec.tit.de excep.§.viſo. ver. quidam autem no-
uitij.& ſequen.& de appel.§. qualiter verſic. Item quòd faciat
ſecundum Io. Andr. quod eſt notabile & quotidianum.

1 *Appellationis proſequendæ diem non, niſi appellanti dici.*
2 *Appellationi quis iudicum diem dicat & quando.* 3. & 4.
5 *Procuratorem mittere quando ſatis ſit appellanti*. 6. 7. 8. 12. *an non*. 9.
10 *C.cordi. quando locus ſit, an non*. & 11.

NIcolao. ¶ Si quæris,vtrū appellans, vel appel-
latus,ſeu iudex poſsit terminum pręfigere ad appellationem proſequendam. Et vtrum
teneatur mittere ꝓcuratorem ad appellationē pro-
1 ſequendam diſtingue. Aut quęris primo vtrum † alter eorum
poſsit terminum pręfigere ad appellationem proſequendam.
& tunc aut quæris,de appellante,& dic quòd ſic vt.ſ.eo.c.ob-
latę.§.licet igitur & c.perſonas. Aut quęris de appellato,& dic
quod non quia beneficium iuris puta anni vel ex cauſa biennij
ipſi appellati dati ad appellationem proſequēdam ipſe appella-
tus auferre ſeu diminuere nō poteſt vt.j. de re.iu.c.indultum.
lib.6. & quia eſſet graue illud tempus metiri ex termino aſsi-
gnato ad voluntatem appellati.ar.ff.qui ſatiſda. cog.l. de die.vt
no.Cardi.j.eo.cordi.lib.6.Aut quæris de iudice & tunc aut de
2 † iudice a quo eſt appellatum & ille poteſt terminum præfige-
re ipſi appellanti ad appellationem proſequendā & terminum
iuris diminuere.vt in d.c.oblatę.§.licet igitur &.ſ.eo. cum ſit
Romana in prin.ibi niſi forte &c. & c.perſonas. Aut quęris de
3 iudice,ad † quem eſt appellatum,& tunc aut quęris de appella-
tionibus interpoſitis in cauſis electionum, ſeu in cauſis matri
monialibus,vbi de fędere matrimonij agitur,ſeu in alijs cau-
ſis,quę celeritatem deſiderant, & in talibus ſi iudex ad quē ap-
pellatē viderit ex dilatione periculū imminere poteſt, & debet
prouide terminū moderari.vt.ſ.eo.oblatę.§.vlti. &.ff.de dam.
infec.l.1.quo caſu neutro proſequente appellationem obtinet
id in tpe moderato quod obtineret anno elapſo ſm Goff. hic
& idem Archi.2.q.6.in ſum. in gl.adde.ſ.ad proſequendū. nec
mirum, quia in hoc caſu imminet periculū reipublicę vt not.
Hoſt.in d.c.alle.oblatę. Aut quęris de alijs appellationibus in-
4 terpoſitis in alijs cauſis,& † tunc nō poteſt terminū iuris mo-
derari.arg.c.all.oblatę.§.vlt. vbi eſt ſpeciale in cauſis, in quibus
poteſt periculum reipublicę imminere,& quę celeritatē deſi-
derant, quod ſi iudex ad quem appellatū eſt, poſsit terminum
ſtatuere. ergo in contrariū erit ius commune. arg.ff.ad munic.
5 l.1.in fin. Aut quæris de ſecundo.ſ. vtrum † appellans, vel ap-
pellatus teneatur mittere ꝓcuratorem ad appellationem pro-
ſequēdam, & tunc aut quæris de appellationibus quæ fiunt ad
Papā. Et tunc aut quęris de appellationibus,quę fiunt in cau-
ſis,ſeu negotijs electionum poſtulationū vel prouiſionū iux-
ta formam.c.ſtatuimus & c.cupientes.j.de elec.lib.6.& in illis
tam appellans,quā appellatus & generaliter oēs quorum inter-
eſt, & quos cauſa tangit per ſe vel per ꝓcuratorem ad cauſam
inſtructos ad ſed.apoſt.ire tenentur iuxta ea, quæ ibi le.& not.
imò & ſi neutra pars appellationē factam ꝓſequi curat & iu-
dex ex officio ſuo ipſas partes ad ipſam proſequēdam poterit
coercere vt.ſ.eo. oblatę in fin. ſm.G.j.eo. cordi.ſuper verbo
6 & petierit.lib.6. Aut † quæris de appellationibus,quæ fiunt in
alijs cauſis.& tunc refert ſm Hoſt.j.eo.tit. interpoſita aut ap-
pellatio nō recipitur a iudice nec approbatur a parte appellata,
& tunc ſufficit mittere ꝓcuratorem ad impetrādum tm̄ vt in
c.alleg.interpoſita in princ.ver. eiſdem quoq;. Aut recipitur a
7 iudice vel approbatur a parte appellata,& tūc aut † ipſe appel-
lans nō præfixit terminū ſuę appellationi,& tunc ſufficit pro-
curatorem mittere ad impetrandū vt innuitur in iſto c. Nico-
lao. a cōtrario ſenſu. fallit (vt credo) in caſu, vbi ipſe appella-
tus approbat appellationē & petit cām in curia tractari, vt ſta-
tim ſequitur,& hř in c.alle.cordi.vbi hoc not.Inno.& G.ſuper
verbo petierit ver.ei credit inno.&c. Aut appellās præfixit ter
minum ſuæ appellationi. Et tunc aut appellatus nihil petit, &
8 † tunc neceſſe eſt ꝙ mittat procuratorē inſtructū quo ad pro-
ſecutionē cauſæ appellationis nō dico principalis, & ſic loquit
hic. nam ꝙ hic miles appellationē approbauit pōt ex eo con-
uinci,quia miles eam proſequebatur vt hic patet.Aut appella-
tio recipitur a iudice vel approbatē a parte & appellatus petit,ꝙ
appellans vadat per ſe, vel ꝓcuratorem ſufficienter inſtructū
mittat etiam quantū ad principale negotium. Et tunc aut ap-
pellatus hoc petit re integra.ſ.antequam appellans impetret li-
9 teras ſuper appellatione vel etiā nuntiū mittat † pro impetra-
tione, & tunc non ſufficit ꝓcurator ad impetrandū conſtitu-
tus,vel ſolum ad appellationem proſequendā. imò neceſſe eſt,
ꝙ etiam quantū ad principale negotium mittatur ſufficienter
inſtructus,ſic loquitur.j.eo.cordi.lib 6.Aut appellatus ad hoc
petitur,re nō integra.ſ. ꝙ poſtquā appellans literas impetrauit
ſuper appellatione, vel poſtquā nuntiū miſit pro impetratio-
ne, & tunc nō habebit locū petitio eius & hoc niſi ipſe appel-
lans malitioſe feſtinaret vel mittendo nuntiū, vel impetrando
literas vt.ſ.eo.oblatę. ſm Inn.Cardi.& G.in c.alle.cordi.ſuper
verbo petierit.lib.6.Et vide quod no. Abb.ſ.de do.& contu.c.
10 cum olim gl.fi.in fin.vbi † dicit, ꝙ duo requiruntur ad hoc vt
illa decre.cordi.locū habeat,& ꝙ appellatus approbet appella-
tionem,& ꝙ petat cām in curia tractari. Aut quęris de appella
tionibus,quę fiunt ad inferiores a Papa,& tunc aut q̄ris de cau
ſa appellationis & in illa nō magis tenetur appellans vel appel-
latus mittere ꝓcuratorem inſtructum,quā tenetur in cauſa ap
pellationis interpoſitę ad Papā, de qua.ſ.dictū eſt. Aut quæris
de cauſa principali, & tunc aut ille ad quē eſt appellatū, eſt ta-
lis,qui nō poteſt adiri per viam ſimplicis quærelę,vt metropo
11 litanus ad quē appellatur a ſuffraganeo, & tunc † nō habet locū
prædicta decre.cordi.vt ſeruetur oībus, quia eo caſu nō poteſt
omitti articulus appellationis vt.j.de ſo.cōp. c.Romana.1.rñ-
ſo.li.6. qui tñ in appellatione interpoſita ad Papam omitti pōt
vt ibi.Aut eſt talis qui poteſt adiri per viam ſimplicis quęrelę,
vt legatus.ſ.de off.le.c.j.& corā tali poteſt omitti talis articu-

ſus appe la'lonis iuxta formam.c.alle.cordi. ſicus & corã Papa
ſm Io. Andr. ibi ſuper verbo ad nos.& hæc, quæ dicta ſunt a
ver.Aut quæris de appellationib⁹ quę fiunt in alijs cauſis &c.
vſq; ad hunc locum hñt locum in appellationibus factis ante
12 ſententiam diffinitiuam. In his † vero, quæ fiunt poſt ſufficit
procuratorem mittere ad impetrandum niſi appellatio a iudi-
ce ſit recepta, vel a parte approbata vt no.ſ.eo.oblatę. Nam &
is, qui impetrat videtur proſecutus appellationem, quod dic
vt.ſ.eo.ex ratione ſecundum Hoſt. in d.c.alleg.interpoſita.

1 *Appellari in diuerſis pluries poſſe.*
2 *Appellandum ſemel in eodem.*
3 *Appellare quoties liceat. 4.& 5.*

SVa nobis ¶ Si quæris, vtrum quis poſsit in
vna, eademq; cauſa appellare ter-
tio vel non, diſtingue. Aut quis grauatur ſuper plu-
1 ribus, & † diuerſis capitulis, ſeu articulis: & tunc po
terit ſuper ſingulis grauaminibus nedũ ſemel, ſed etiã ſecun-
do appellare. & ita intelligit Hoſt. hic illud c. quoties. 2.q.6. vbi
dicitur quoties quis putauerit ſe grauari ad ro. ſe. appellet. &
3.q.6. pulſatus. Vnde quod ibi dicit quoties, notat ſingula gra-
uamina & non reiterationem appellationis ſuper eodem arti-
culo infinitam, quaſi dicat in ſingulis grauaminibus appellare
poteſt ſecundo & nõ vltra ſm Hoſt. hic & idem Ber. & Ho.ſ.
eo. directè. & ſm Hoſt.ſ. de re iudi. cum cauſam. aut quis gra-
uatur ſuper vno & eodẽ articulo ſeu capitulo, & tunc aut quæ-
2 ris, vtrum vna † & eadem pars poſsit ab eo de grauamine ter-
tio appellare, & tunc aut quæris vtrũ in & ſuper eadem appel-
latione poſsit per vocem appellationis emittere dicendo ter:
appello, appello, appello. Et dic ꝙ ſic, & ita intelligitur. 2.q.2.
Lotharius. vbi dicitur ꝙ Teberga ter appellauit ſm Ber. &
Goff. hic & Goff. in ſum. eo. ti. §. olim appellabatur in fi. & G.ſ.
3 eo. c. ab eo. gl. 2 in fi. Aut quęris vtrũ poſsit † tertio appellare. i.
tres appellationes ad diuerſos iudices facere, & dic ꝙ non, ſed
bis tñ, vt hic &.ſ. eo. directè. 2.q.6. ſi quis in quacunque. & C.
ne liceat in vna eademq; cauſa tertio ꝓuoc. l. vna. Aut quęris,
vtrum ambę partes poſsint tertio, vel plus quã tertio appella-
4 re, & dic quòd ſic. Vnde verũ eſt, ꝙ † ab eadem parte pôt ſe-
cundo appellare & nõ vltra ſed a diuerſis bene. & ſic pôt quar-
to appellari. ſ. bis a qualibet parte: vnde puta ſi ego appellem a
ſnĩa pro te & cõtra me lata, & iudex appellationis ſnĩam con-
firmat poſſum ſecundo appellare ab iſta confirmatione ſnĩæ.
Sed ſi hæc cõfirmatio confirmetur, nõ poſſum amplius appel-
5 lare. Si † aũt illa confirmatio infirmetur tu poteris ab illa ſnĩa
appellare: quia hæc non eſt tertia appellatio, ſed prima quo ad
te, & ſi iudex appellationis infirmationem ſnĩę confirmet po-
teris ſecundo appellare & nõ vltra, & ſic ſunt prædicta iura in-
telligenda quod dic vt no. in Spec. rubr. de appella. §. quoties. in
princ. & per totum & in hoc cõcor. Io. An.ſ. eo. directè & hic.

1 *C. ex parte. ſenſus.*
2 *Libellus, an minori porrigendus.*
3 *Tutorem, pupillum ve rectè vocari.*
4 *Minor ad quid vocandus.*
5 *Minorem non ſtare in iudicio qui accipiat.*
6 *Tutor infantis ſolus vocandus.*
7 *Libellum in minorem tutorem ve concipi.*
8 *Matrem conuitricem non præferri.*
9 *Mater legitimis tutoribus potior.*
10 *L. 2. C. quando mul. tu. ſenſus.*
11 *Datiuis potior mater.*
12 *Mater impudica a tutela repellitur.*
13 *Mater ſoluto matrimonio, an tutrix ſit.*

1 EX parte. ¶ Hic habes, quòd † mater tanquã
tutrix agebat & libellũ porrigebat
nomine filiorũ ſuorum. Gratia huius, ſi quæras, qñ
agitur cõtra minores, cui ſit porrigendus libellus, di
ſtingue. Aut quæris in cauſis ſpiritualibus, & tunc dic vt le. &
2 no.ſ. de iudi. c. ſi annum. lib. 6. Aut in alijs † cauſis, & tunc aut
quæris de libello citationis, aut de libello petitionis: ſi de libel-
lo citationis quo, ſcilicet, quis citatur refert aut minor eſt ma-
ior infante aut nõ. Si eſt maior infante refert, aut habet tuto-
3 rem vel adminiſtratorem aut non. Si ſic poteſt † vocare tuto-
rem, vel adminiſtratorem ſuum, vel ipſum pupillũ ſi præſens
eſt cum authoritate ſui tutoris, alias, ſi minor eſt abſens tunc
debes vocare eius tutorem, ſeu adminiſtratorem. ff. de admi.
tu. l. 1. §. ſufficit. Si non habet tutorem, ſeu adminiſtratorem,
4 tunc ipſe † minor vocari debet petiturus tutorem, vel curato-
rem non dico recepturus: quia minor nõ poteſt compelli tu-
torem vel curatorem recipere iſtum, vel illũ præcisè, licet de-
beat vnũ recipere. Ideo vocandus eſt ad id, ad quod pôt com-
pelli. ff. de tute. l. qui habet. §. 1. & 2. quia minoris eſt petere tu-
5 torem. Nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ non habet † perſonã ſtandi in
iudicio: & ſic nõ poteſt citari: quia verũ eſt, ꝙ ſi minor citare-
tur ſimpliciter nõ valeret citatio. Sed ſi vocet a dicta cauſa va
let citatio, vt ſi citatus eſt petere curatorẽ. quod pôt ſic proba-
ri. Lex vna dicit, ꝙ minor pôt compelli petere curatorẽ. Lex
alia dicit, ꝙ omnis cõpulſio incipit ab ea parte, quę eſt de in ius
vocando. Si ergo poteſt cõpelli petere curatorem pôt citari vt
eum petat. ff. de tute. l. qui habet. § fi. & inſti. de pe. temere liti-
gan. §. oſum. & hoc no. P. de Bellaper. & alij doc. in. §. all. ſufficit.
6 † Si ſit infans, tunc aut habet tutorẽ & tunc cõuenitur tutor ſo
lus, vt in. §. all. ſufficit. Si nõ habet tutorem nõ poteſt tunc vo-
cari petiturus tutorem, quia nõ habet perſonam legitimã ſtan-
di in iudicio. ff. de in ius vo. l. 3. & 4. Quid ergo fiet: dic, ꝙ de-
bet nuntiari amicis ſuis, ꝙ petant tutorẽ ſibi dari, vel cũ defen
dant. ff. ex qui. cau. in po. ea. l. hoc aũt. §. 1. Item iudex ex officio
ſuo poterit tutorem dare, etiã ſi amici hoc nõ petant vt. C. qui
pe. tu. l. 1. Sequitur ſm membrum principale. ſ. contra quem
7 concipitur libellus petitionis. † Et dic ꝙ poteſt cõcipi in per-
ſona minoris, dicendo ſic, Mutuaui tali minori, vel patri eius,
nõ vult ſoluere: quare peto eũ mihi condẽnari. Vel pôt cõcipi
ꝯtra tutorẽ dicẽdo ſic. Dico ego talis ꝯtra talem tutorẽ ꝙ mu-
tuaui pupillo &c. quare peto, ꝙ tutorio noĩe mihi cõdemne-
tur, &c. & vide qđ no. C. de epi. & cle. in aut. cauſa quæ ſit cum
monacho. ¶ Si quæris, quibus tutoribus mater præferatur, &
quibus non, diſtingue. Aut mater nõ reddit ſe indignã, nec fe-
cit factum aliquod ꝓp quod repelli debeat a tutela. Aut reddi-
dit ſe indignam, & fecit factum ꝓp quod repelli debet a tute-
la. In primo caſu refert, aut quæris, vtrũ præferatur tutoribus
teſtamentarijs, aut vtrũ pręferatur legitimis. aut vtrũ pręfera-
8 tur datiuis. i. datis a iudice. Si quęris vtrum pręferatur † teſta-
mentarijs, tũc refert, aut ipſa mater eſt data per patrẽ tutrix in
teſtamẽto vna cum alijs, & tunc nõ præfertur, ſed cõcurrit cũ
eis: quia tunc eſt tutrix teſtamentaria, non legitima. nam & ſi
ſola data eſſet tutrix in teſtamẽto admitteretur, vt teſtamẽtaria
cũ alias admittatur per legẽ ar. C. de his qui ſibi adſcri. in teſta.
l. 1. ſm Hoſt. quæ hanc quęſtionẽ pleniſsimè hic diſputat. aut
nõ eſt data tutrix. vna cũ alijs in teſtamẽto. & tunc nõ pręfer-
tur teſtamẽtarijs, ſed ipſi ſibi præferuntur, vt probatur. C. qñ mu
lier tu. offic. ſun. po. in aut. matri & auię. quę ſumitur in corpore
9 authenticorũ de hæredi. ab inteſta. §. ex his. coll. 9. Si quęris † de
legitimis, tunc, aut de legitimis collateralibus, & talibus pręfer
tur, vt in iurib. alle. Aut de legitimis aſcẽdentibus, & tunc aut
ſunt aſcendentes per lineã fœmininã ex parte ipſius matris, vt
ſunt auus maternus & auia materna & talibus pręfertur, vt in. §.
alle. ex his. ibi qñ dicit his. n. ſolis ſm hęreditatis ordinẽ. &c. &
ita no. ibi gl. ſuper verbo ordinẽ primo (inquit) admittitur ma-
ter & poſtea auia. aut ſunt aſcendẽtes per lineã maſculinã & ex
parte patris. Et tunc aut quęris, vtrũ præferatur patri, & dic ꝙ
10 non ſed pater ei. ar. C. qñ mulier tu. offi. fungi po. † l. 2. & ſi. vbi
habes ꝙ tutor datus a patre repellit matrẽ, ergo multo magis
ipſe pater ſi viueret repelleret eam & hoc no. Accur. in aut all.
matri. & auię. Aut vtrũ præferatur alijs ſuperioribus, & tunc
aut fœminis vt auię paternę. Et tũc ſic vt no. gl. in aut. allegata
matri & auię, ſuper verbo ordinẽ. Aut maſculis, puta, auo pa-
terno aut proauo, & credo ꝙ non: nã licet pręferatur collaterali
bus, non tñ aſcendẽtibus ex parte patris, vt in. §. alle. ex his. vt
no. gl. in aut. allegata matri & auię & Spe. ti. de tu. §. nunc dicen-
11 dum ver. vt aũt in his. Si quęris de datiuis † tunc dic, ꝙ mater
eis pręfertur: dummodo nõ reddiderit ſe indignã, vt no. Ber. hic
12 in ver. hodie tñ. In ſecundo caſu principali. ſ. qñ † reddit ſe in-
dignam, & fecit factũ ꝓpter, qđ repelli debeat a tutela, refert
aut fecit factũ damnatũ, quę ipſam perpetuo reddit indignam,
vt quia inhoneſte & luxurioſe viuit, & tunc perpetuo repellitur
ar. C. qñ mulier tu. offic. ſun. pôt. l. vlt. ibi ſed pudicitiam &c. &
de ſecun. nupt. aut. iiſdẽ pęnis. Et eſt ratio, quia nõ plus debet
hẽre luxuria, q̃ caſtitas vt in aut. de reſtitutionibus, & ea quę pa
rit. §. fi. & in aut. de nupt. §. ſi autem. colla. 4. & hoc no. gl. C. qñ
mu. tu. off. fun. po. in aut. ſacrm. aut fecit factum nõ damnatũ,
ſed a iure approbatũ quod ad tpſ, indeterminatum reddit indi
gnam, vt quia cõtraxit matrimoniũ, & tũc tandiu durat matri
moniũ repellitur vt. C. qñ mu. tu. off. fun. po. l. 2. & vlt. & hic in
ver. eadẽ in iudiciũ &c. ſed ſoluto matrimonio, refert ſm Spe.
13 Aut tpe ſoluti mrĩmonij reperitur res integra, qa filij ſui aliũ tu-
torem

torem non hñt,& tunc mater eſt admitttenda aut nõ eſt inte-
gra, vt quia hñt alium tutorem, & tunc non eſt admittenda ar.
.ff.de procur.l. fęminas. qui ſatiſda.coga.l.ſi fideiuſſor &.ff.de
mu.& ho.l.vt gradatim.§.quoties & l.honor.§.j.C. de repudi.
hære.l.fi.ita diſtinxit Spec.ti.de tutore.§.nunc dicendũ.ver.qđ
ſi mater.& vide quod no.ibi in ver.pręcedẽti. vt aũt in his &c.

1 *Referre non iudex poteſt.*
2 *Referri ob onus non poſſe.*
3 *Timens quando, an non, referat.*
4 *Conſulturus, an referre queat. & 5.*

INtimaſti. Si quęras, vtrum & qñ iudex poſ-
ſit negotiũ ſeu cauſam referre ad
ſuperiorem, diſtingue. Aut iudex vult referre pro-
pter defectũ iuriſdictionis, ant propter ſuam exo-
nerationem, aut ꝓpter timorem, aut propter vitandũ odium
1 partium, aut propter conſultationem. In † primo caſu poteſt
referre vt.C.de rela.per totũ & in aut.de iud.§.vlt.coll.6.&.ff.
2 de off.proconſulis & lega.l.ſolent.in fin. In ſecundo † caſu non
poteſt referre, ar.ſ.de off.dele.c.paſtoralis. in prin. cum ibi no.
In tertio caſu, non poteſt referre: quia ſufficit per oĩa ad perfe
3 ctam † fortitudinem lex, & imperij fauor vt in auth. de man.
prin.§.patrocinia.coll.3.quod verũ eſt niſi promptum & emi-
nens ſit periculũ, quia tunc ſecus. ſic intelligitur dictus.§. pa-
trocinia. In quarto caſu nõ poteſt referre, vt in aut.vt iu. non
expec.ſacras iuſsi.§.1.& in.§.alle.vltimo in aut.de iudi. vbi de
4 hoc diſtinguit gl. In quinto caſu refert, ant † vult hr̃e conſulta
tionem ſuper facto, aut ſuper iure. Si ſuper facto, non poteſt,
quia facta peritiſsimos fallunt.ff. de iuris & facti ig.l.2. & quia
quilibet iudex poteſt ſe ita bene informare ſuper facto, ſicut
5 princeps, & melius.ff.de teſti.l.3.§.tu magis. Si ſuper † iure tũc.
aut in caſu non dubitabili, & tunc non poteſt vt.C. de legi.l.2.
& 3. Aut dubitabili, & tunc poteſt vt hic &.C.de rela.l.1.& 2.
& in d.§.vlti. in ant. de iudi. Et verũ credatur relationi iudicis
ſuperioris referentis, vide in Spec.ti. de remiſsio.§.pen. in fin.
& de materia glo.Ber.hic vide per Hoſti. in ſum.tit.de relatio.

1 *Terminus conſenſu, & ex cauſa mutabilis. & 2.*
3 *C. ſignificante. explicari.*
4 *Officium quando impendere debeat iudex. an non. 5.6. & 7.*

SIgnificante. ¶Super glo.2. in fi. ſi quæris,
vtrum iudex dilationem datã
ſeu terminum datũ ab eo mutare poſsit, diſtingue.
1 Aut hoc † vult facere partibus volentibus, & tunc
poteſt ſm Ber.& Hoſt. hic. Aut eis inuitis ſeu altera ipſarum
inuita, & tunc aut hoc vult facere ſine cauſa & non põt vt hic.
&.C.de dila.ſiue pars.ſm Hoſt.& Io.And. licet fateantur ſer-
uare contrarium, dicentes, quòd multa per patientiam toleran
tur, &c.j.de præb.cum iandudum. Ant hoc vult facere cũ cau
2 ſa & † ex cauſa legitima, vt quia ad terminum aſsignatum vo-
care non poteſt vel ſimilia, & tunc poteſt ſm Ber.Hoſt.& Ab.
hic. non.n. maiorem authoritatem habet aſsignatio termini,
q̃ interlocutoria, quam iudex mutat vt.ſ.eo. cũ ceſſante.ff. de
re iudi.quod iuſsit. ergo & aſsignationem termini dummodo
ipſam mutationẽ partibus ſignificet cõpetenter ſm Abb.hic.
¶In ver. petentibus. ſi quæris, vtrũ & qñ iudex officiũ ſuum
poſsit impendere ſeu impartiri, diſtingue. Aut iudex vult ſuũ
3 officium impartiri de & ſuper principali, & ſuper eo qđ † prin-
cipaliter eſt in iudicium deductũ, & non poteſt vt hic, vbi pe-
titio decani, & capituli iudicis officiũ implorãdo de deſtruen-
do illa ſchala erat prępoſtera cũ de hoc ſolum inter partes liti-
garetur, quare ſi admitteretur reputaretur negotiũ diffinitum
ideo nõ erant admittendi.ſ.de reſcriptis.cauſam quæ ſm Ho.
hic & in hoc concor.Inn.in gl.fi.& Goff. hic & in ſum.de off.
iudi.§.vlt.in fi.& Hoſt.in ſum. eo.ti.§. & vtrum deſideret ver.
hoc locum habet.& Archi.j.eo.non ſolũ in gl. huius ratio eſt.
lib.6.& 1 ſ.q.1.quia res in glo. adde ſed obſtat quod dr̃ ver. &
4 nota.ꝙ bene petitur &c. Aut vult † impẽdere officium ſuum
ſuper alio, q̃ ſuper principali, & quod principaliter in iudicium
eſt deductũ & tunc aut quęris, vtrum nõ poſtulatus, aut poſtu
latus. Si non poſtulatus, & tunc refert, aut quęris de officio iu-
dicis reſidente in perſona iudicis, & tunc debet officiũ ſuum
interponere, nõ poſtulatus, vt puta, ad officium proconſulis &
præſidis pertinet requirere delinquentes, & huiuſmodi. Vnde
hoc debet facere etiã nõ poſtulatus, vt.ff.de off.pręſidis l.con-
gruit.& de off. ꝓconſul.& lega.l. ſi in aliã, & de hoc le. & no.ſ.
5 de off.or.c.1. Aut quæris de officio iudicis † reſidente in per-
ſona partis, & tunc aut eſt officiũ tale quod illud exhibere in-
tereſt non ſolũ partis ſed & alterius, vt quia & partis & iudicis
intereſt, tunc debet interponere officium ſuũ non poſtulatus,
vt.v.g.appellaſti a ſñia iudicis, qui te cõdemnauit, potes ex iu-
re tuo petere, ꝙ tradat tibi apoſtolos, ſiue libellos dimiſſorios,
& hoc intereſt tua, & etiã iudicis, a quo appellatur: & ideo po-
teſt ſine aliqua petitione eos tibi dare, cum appellatur ab eo.vt
C.de ap.l.eos.§.fi.Item iudex terminũ datum ſeu aſsignatum
per eum poteſt mutare ex cauſa, vt quia ad illũ terminũ vaca-
re nõ poteſt vt eſt dictum.ſ.in proxi. diſt. ad idem facit qđ le.
& no.j de excep.pia in fi.lib.6 Aut eſt tale officium, quod ex-
hibere intereſt ſolius partis, & tunc aut eſt talis perſona, quæ
neſcit vel nõ poteſt vel ſibi honeſtum nõ eſt poſtulare officiũ
iudicis, & tunc vltro officium ſuũ pręſtare debet, vt ſi eſt mu
lier, vel minor, qui neſcit petere, vel ſacerdos, cui ſanctitas vitę
cognoſcendi gloriam derelinquit: nam tunc iudex interponit
officium ſuũ non poſtulatus, & dabit ei aduocatum.ita intelli-
ge.ff.de off.proconſul.& leg.l. ne quicquam.§.obſeruare.C.de
epi. & cle.l. ſi quis in hoc genus ſacrilegij. & 17.q.4.§.qui aũt.
aut intereſt partis tantũ, & ipſa pars talis eſt, quæ poteſt, & ſcit
6 † officiũ iudicis implorare, & tunc refert ſm mentem Accur.
ff.de dam.infec.l.ſi quis miſſum in fin.& Dyn. eo.ti.l.4.§.hoc
aũt iudicium, quia aut lis nondum eſt cõteſtata, & tunc iudex
non exhibet, nec impertitur officiũ ſuum, niſi poſtulatus. Ita
intellige hic.&.ff.de dam.infe.l.4.§.hoc aũt iudicium. de nau-
fragio.l. de ſubmerſis &.C. de poſtu.l. prouidendũ. Ant lis eſt
conteſtata, & iudex poſt litem conte. vult etiã non poſtulatus
ſuum officiũ impertiri & dic ꝙ poteſt ſm eos. Vnde Dyn. vbi
ſ.dicit ꝙ poſt lit.conte.iudex poteſt etiã parte non petente fa-
cere condemnationẽ expenſarum ar.ff.de ædil. edic.l.ędiles §.
item ſciendũ.& in iſtam opi.videtur declinare Cyn.C.de iudi.
l.properandum.§.ſin autem alterutra. Si quæris, nunquid poſ-
7 ſit † ſuum officium impendere poſtulatus? tunc dic ꝙ ſic, ſci-
licet in & ſuper his, quæ ad ſuum officium pertinent, vt.ſ.de
off.iudi.c.1.& hoc nedum poſt litem conte.ſed etiã ante vt ibi
&.ſ.de off.dele.c. s.vt li. non conte.c.tuæ.ſ.eo. ex parte tua.&
inſti.de off.iud.per totum ſm Inno.& Hoſt. hic idem no.Ho.
in ſum.de off.iudi.§.& vtrum deſideret &.ſ.de off.iudi. c.2.&
j.de verb.ſign.c.ex parte.2.licet Ber.ibi in gl.fi. contra dicens,
quòd non imploratur ante litem conteſta. per iſtud c.& male.

1 *Attentatorum reuocationi quid probare ſufficiat, an non. 2.4.*
5.7.10.& 11.
3 *Appellatio ſecunda, quando licita.*
6 *Appellationis iudicis duplex officium.*
8 *Exceptio quando probata videatur.*
9 *Attentata quando non reuocanda.*
10 *C. bona. ſenſus.*

INterpoſita. ¶Si quęras, vtrum in appella-
tione ſit de neceſsitate cauſa
exprimenda, diſtingue, vt dixi.ſ.eo. conſtitutus.2.
¶Si quæris, vtrũ appellanti ex cauſa legitima ſuffi-
1 ciat, quo ad † reuocationẽ attentatorũ, & tranſlationẽ iuriſdi-
ctionis, & legitimationẽ appellationis probare, ꝙ ex cauſa hu
iuſmodi legitima appellauit abſq; eo, ꝙ ipſam doceat eſſe ve-
ram, diſtingue. Ant euidẽter apparet de falſitate cauſæ ꝑꝑ quã
appellauit, ſeu exceptionis ꝓpoſitæ vel facti propoſiti ꝓpter
quam nõ admiſſam, ſeu ꝑꝑ quod non admiſſam appellauit vt
ſi ꝓponat & offerat ſe ꝓbaturum, ꝙ Titius viuit, quẽ conſtat
notorie mortuũ, & tunc nõ ſufficit, nec eſſet admittẽda ꝓba-
tio ar.ff.ad l.Aquil.l.inde Neratius in fi.& l.ꝓinde.ſ.de excep.
exceptionem & de accu.euidentia ſm Hoſt.hic. Aut nõ appa
ret euidẽter de falſitate cauſę ſeu exceptionis vel facti ꝓpoſi-
ti, & tũc refert, aut quæris de appellatione iudiciali, aut de ex-
traiudiciali. Si iudiciali tunc aut appellauit a diffinitiua, in qua
nõ oportet cãm exprimere, ſed eſt cauſa ſufficiens, ꝙ appella-
uit a diffinitiua tanq̃ ab iniqua, & iniquè lata vt.ff. de app.l.ſcio
2 in fi.&.ſ.eo.cũ in eccleſia. vbi hoc no.gl. & in illa † ſufficit ꝓ-
bare, ꝙ appellauit: licet nõ doceat appellationẽ eſſe iuſtã, quan-
tum ad reuocationẽ attentatorũ, & trãſlationẽ iuriſdictionis,
vt.j.e.ti.c.nõ ſolũ. in prin.li.6.& ita intellige qđ no.ſ. de iure-
iur.c.venientes. & qđ not.Ber.ibi in gl.appellatũ fuit, &c. Sed
ſi quæras, quantũ ad legitimationem, ſeu iuſtitiam appellatio-
nis, tunc aut iudex a quo extitit appellatum admiſit appellatio
nem, ſicut & facere debet ſemper: dummodo ſit caſus, in quo
liceat appellare vt no.Gen.extra de dolo & contum.c.vnico in
cle. & tunc non ſufficit probare ſe appellaſſe a diffinitiua, niſi
doceat de iniquitate ſententiæ, & de iuſtitia ſuæ appellationis
vt.C.de appella.l.hi qui ad ciuilia munera. &.ſ. de re iudi.cum

Bertholdus & in c.alle.cum in eccleſia. quod tamen dic vt di-
xi.ſ. de renunt. in præſentia. vbi dixi, quis tenetur probare in
cauſa appellationis,& quis non. Aut iudex a quo exiitit appel-
latum,non admiſit appellationẽ,& ideo,quia eam non admiſit,
3 iterum appellatur, & tunc † appellatio illa ſecunda hoc ipſo, ꝙ
prima probatur nõ admiſſa, rationabilis reputatur vt.ff. de ap.
recipi.l.ei, cuius. ſecundum Hoſtien. hic, cuius dictum intel-
ligo verum quo ad obtinendum in cauſa appellationis , & vt
appellatio dicatur canonica , non quo ad obtinendum in prin-
cipali negotio . & ꝙ prima ſnīa debeat infirmari per iura pro-
ximè alle.Aut appellauit ante ſnīam ab interlocutoria vel gra-
uamine, & tunc aut quis coram iudice cauſæ principalis ꝓpo-
ſuit factum legitimũ, ſeu exceptionem, non tñ ſe obtulit pro-
baturum, & non fuit admiſſus, aut nedum propoſuit , ſed vna
cum hoc obtulit ſe probaturum & nõ fuit admiſſus. In primo
caſu refert,aut quęris vtrum ſufficit quo ad tranſlationem iu-
riſdictionis, & dic ꝙ ſic vt.ĩ.eo. c.Romana.§. cum aũt a con-
4 trario.& eo.ti.c.non ſolum.§.illa vero lib.6.Aut † quantum ad
reuocationem attentatorum . & tunc aut ſunt attentata ante-
quam iudex appellationis inhibuerit canonicè iudici, a quo ap
pellatum exiitit, ne vlterius in negotio procedat , & tunc non
ſufficit ſaluo eo, quod de appellatione interpoſita ad Papam in
cauſis electionum le. & no.ĩ. de elec. c.quamuis. & c.prouida.
lib.6. Aut ſunt attentata poſt, & tunc ſufficit vt in c.alleg.non
ſolum.§. illa vero . Aut quantũ ad legitimationẽ, ſeu iuſtitiam
appellationis,& tunc nõ ſufficit ſolum ꝓponere,niſi probetur
5 † etiam cauſa appellationis eſſe vera,vt hic &.ſ eo.vt debitus.
§.cum autem.s de teſt.ex parte Adę.ſm Ber.hic & ibi in glo.
ad hanc probationẽ &.ſ.de excep. olim gl ſic videtur & Hoſt.
poſt eum ibi & hic,ſi nedum propoſuit, ſed vna cum hoc ob-
tulit ſe probaturum.refert ſm Hoſti.in c.alleg.ex parte ade in
6 glo.ex hoc vſ, quia iudex † appellationis duplex gerit officiũ.
Primum,per quod cognoſcit,vtrum bene,vel male fuerit ap-
pellatum.Secundum per quod ſi inueniat,quod bene,de prin-
cipali cognoſcet,ſi male, remittet partes vt in c.all. vt debitus.
Hoc ſuppoſito refert,qñ aliquis offert probare exceptionẽ ali-
quam legitimam,& recipiẽdam, ſiue dilatoriam, ſiue perem-
ptoriam,ſeu aliud factũ legitimum & recipiendum, ſi non ad-
7 mittitur,grauatur,& tenet appellatio,& ſufficit,ꝙ † probetur
oblatio, & non admiſſio quo ad expediendũ primum officiũ
iudicis.i.ꝙ bene videatur appellaſſe,vt hic in principio,non tñ
quo ad ſm,id eſt, vt niſi veritatem exceptionis ſuæ dilatoriæ,
ſiue peremptorię , ſeu facti propoſiti probet in principali de-
beat obtinere,vt.ſ.de teſti.c.ex parte Adę.de re iudi.cum I.&
A.& ita intellige.ſ.de off.deleg.cum cauſa.&.ſ.eo.dilecto.& c.
vt debitus.& c.ſæpe.ver.ꝙ ſi.de dila.ca.1. de eo qui mit.in po.
cauſa rei.ſer.c.pen.& de excep.dilectę.quæ decretales ſunt per
iſtam ſupplendę ſm Hoſt.& Io.Andr. in d.ca.ex parte Adę. &
in hoc concor.Ber.hic & in d.c.olim & Cardinalis & G.in d.c.
Romana.§.quod ſi obijciatur. & Cardi.in d.c.non ſolum.§.illa
vero licet.P.& Ab.dixerint in d.ca.ex parte . Adę. illam exce-
8 ptionem † ex probatione repulſa hñ pro probata,per quã non
fit præiudicium principali intentioni actoris: ſecus ſi per eam
fit præiudicium perpetuum,vel ipale. Si quęris de appellatio-
ne extraiudiciali,tunc aut quęris, vtrum ſufficiat ꝓbare ſe ex
cauſa legitima prouocaſſe quo ad tranſlationem, ſeu verius &
proprius loquẽdo,quo ad perpetuationem, & præuentionem
iuriſdictionis,cum non ſit, niſi quædã prouocatio ad cauſam,
vt.ſ.eo.Romana.§.cum vero & dic, ꝙ ſic vt ibi &.ĩ.de elec.c.
ſtatuimus.& c.vt circa & cupientes & c.prouida . quod dic vt
not.Inno.ĩ.de his quæ fi. a ma.parte ca.c.1.in gl.3. vbi de hoc
per eum. Aut quo ad reuocationem attentatorũ,& tunc dicit
Archi.54.diſt.c.ſi quis autem leges in glo.adde, ſed contra ex-
tra,&c. quod factũ poſt appellationem huiuſmodi cuius cau-
ſæ probabiles ſunt expoſitæ,eſt ceſſandũ. & ita intelligit.c.di-
lectis.ſ.eo. & c.bonæ idem tenet Ber. in d.c.bonæ glo.fin.ſed
9 Hoſti.tenet contra in d.c.bonę dicens, ꝙ quamuis † prouoce-
tur ex cauſa rationabili,non tñ reuocatur, quod cõtra factum
eſt,niſi probetur veritat cauſę,vt.ſ.de elec. cum nobis olim &
hoc idem tenet Io.An.ibi & Cõpo.eo.tit.c.cum inter canoni-
cos.& de reſcriptis c.capitulũ gl.quia quæſtiones.ver. ſed quid
ſi propoſitis legitimis.& Innoc.ĩ.de his quæ fi. a ma. parte ca.
cap 1.gl.3.& quinta & pen.&.ĩ.eo.cordi. ſuper verbo cauſam.
lib.6.& c.cõcertationi.in gl.2.eo.li.&.2.q.6.biduum. Tu vero
potes ſic dicere,& ſatis probabiliter,quia aut illud attentatum
poſt ipſam prouocationem eſt exercitij iuriſdictionis in præ-
iudicium ipſius prouocationis, & tunc ſufficit probare, ꝙ ex
cauſa legitima appellauit,licet ipſam non doceat eſſe veram:&
eſt ratio, quia iſta prouocatio eſt quædã citatio ſiue ad cauſam
prouocatio.ſ.eo.cum ſit Romana.§.cum vero in fine. & ideo
ſicut per citationem factã per vnum iudicem in vna cauſa iu-
riſdictio alterius iudicis pręuenitur,ita ꝙ amplius ſe ipſi intro
mittere non poteſt.ſ.de fo.cõpe.c.propoſuiſti.ita & per iſtam
prouocationẽ , vt ſi vnus iudex de eo, de quo eſt legitimè ꝓ-
uocatum ad alium iudicem,& talem,qui poteſt adiri per viam
ſimplicis quærelæ ſe de facto intromittat vel attentet cogno-
ſcendo,ſeu alium actũ iuriſdictionis exercendo, illud attenta-
tum debeat reuocari. & iſtud eſt clarũ ſaltem in prouocatione
interpoſita ad Papam,vt ꝓbatur.ĩ. de elec. c.ſi poſtquam & c.
prouida.in fi.lib.6. Aut illud attentatũ non eſt exercitij iuriſdi
ctionis,ſed eſt attentatum per priuatũ, in præiudicium appel-
10 lationis,ſeu prouocationis, & tunc aut appellatio † a iure com-
muni diſcrepat,& recedit, nec infert iuſtum niſi cum expreſ-
ſione,& probatione cauſæ: vt ſi quis appellet, ne Titius eliga-
tur, quia morbo epilentico laborat, & tunc nõ ſufficit docere,
ꝙ ex legitima cauſa appellauerit, niſi etiam doceat ipſam verã
vt in c.alle. cum inter canonicos . Aut appellatio cõſonat cum
iure cõmuni & abſq; expreſſione alicuius cauſę infert iuſtũ,vt
ſi quis appellet ne in ſua poſſeſſione turbetur , & tunc ſufficit
11 docere, † ꝙ ex cauſa legitima prouocauit, vt in c.alle. bonæ.&
ita videtur ſentire Spec.licet obſcure hoc ti.§.penul. ver. illud
quoq;. verſic.quod aũt dixi. & ita potes intelligere & concor-
dare dictas opi.contrarias. Aut quæris, vtrum ſufficiat docere,
ꝙ ex cauſa legitima appellauit quãtum ad iuſtitiam cauſæ ap-
pellationis,& quo ad obtinendum in ea,& tunc dic, ꝙ non: ni-
12 ſi probetur veritas ipſius cauſæ vt in d.ca. † bonæ in fin. ibi qñ
dicit in eum ſtatum in quo tempore appellationis factę ex ve-
riſimilibus,& probabilibus cauſis fuiſſe noſcunt. dicit ibi Ho.
ſcilicet per confeſſionem , vel probationem legitimè factam,
& ſic quo ad illum finem debet,& oportet probare veritatem
cauſæ. Quod intelligo verum etiam ſi appellans in appellatio-
ne,vel ante offerret ſe probaturum cõtenta in appellatione &
de iſta materia no.Spec.hoc tit.§. qualiter. & ver. tu dic.

1 *Appellare non audenti tempus non currere .*
2 *Metus quis non excuſet .*
3 *Appellare timenti obſeruandum .*

Si iuſtus metus. ¶ Si quæris, vtrũ, & quis metus excuſet ab appellã-
1 do ſeu etiam proteſtando de appellando refert † aut
iudex ſeu alius potens tenet appellare volentem in
carcere, ita quòd non poſſunt vel nõ audent nec appellare nec
proteſtari de appellando iuxta formam huius c. & tunc excu-
ſatur ab appellando, & proteſtando & reputantur appellaſſe &
feciſſe proteſtationem ar.ff.de euic.l.ſi dictũ.§. ſi præſente.vel
dic quod hoc caſu non currit ei tpſ, vel ipſo iure vel beneficio
reſtitutionis appellandi vel etiã proteſtandi ar.ff. qñ app.ſit l.j.
§.dies cum ſua gl. quæ incipit ideo dicit. aut non tenet eum in
carcere,& tunc aut metus nõ eſt ꝓbabilis,vt puta ſi in com-
tatu principis dicat ſe alterius violentiã timuiſſe cõtra id,quod
2 le.& no.ff. quod met. cau.l.non eſt veriſimile. & talis † metus
non excuſat,nec ab appellando, nec proteſtando ar. huius.c.in
principio ibi qñ dicit ſi iuſtus. a cõtrario ſenſu. Aut metus eſt
probabilis , ſiue iuſte timeat ſiue non, vt quia aliquid cõmiſit
propter quod eum timere oporteat,talis.n.eſt probabilis me-
tus ,& ideo ei ſubuenitur.ar.ff.quod met.cau.l.4. & 5 & hic nõ
enim hic conſideratur qualitas grauati, ſed æqualitas iudican-
tis ſm Hoſt.hic.vnde talis metus excuſat ab appellãdo, ſed nõ
a proteſtando vt hic. Sed ſi quæras,corã quo debeat proteſtari,
3 diſtingue ſm Abb.hic,aut quis metuit appellare propter † ti-
morẽ illius iudicis, a quo debuit appellare, & tũc ſufficit pro-
teſtari coram publicis perſonis.C.de his qui per metum iudi-
cis non ap.l.2. & eſt ratio, quia ſi coram eo proteſtari deberet,
cum ꝓteſtatio vim appellationis habeat ſicut pro appellatio-
ne,ita pro ꝓteſtatione incarceraret eundem. Aut metuit appel
lare ꝓp timorem alterius , quã iudicis, a quo vult appellare ſi-
cut euenit tpe Federici,qui nõ permittebat accedere aliquem
ad curiam,& tunc coram iudice a quo debuit ꝓuocare prote-
ſtatio fieri debet. vt.ff.de app.l.cum quidam. ſm Abb.hic.

¶ De clericis peregrinantibus . Rubrica.

Con quærente. ¶ Si quæris vtrum accedens , ſeu iter arripiens
ad ſedem apoſtolicam ſit ſub protectione apoſto
lica ſecurus, diſtingue, vt dixi.ſ.titu. proxi.c.di-
lecti.j.& c.vt debitus in 4.diſt.in.

¶ De

¶ De confirmatione vtili vel inutili. Rubrica.

1 *Confirmationum genera. 6. & 7.*
2 *Confirmationis vis. 3. 8. & 10.*
4 *Confirmationis corroboratiuæ vis.*
5 *Electio quæ nulla.*
6 *Confirmatio ad quæ valida.*
11 *Confirmatio quando ex certa ſcientia apponatur. 14.*
12 *Sicut, vocis acceptio. & 13.*

EXaminata. ¶ Ad declarationem & ſup-
pletionem gl. quæ incipit &
ita patet. ſi quæras, quid confirmatio operetur,
1 diſtingue, quia † confirmationum duæ ſunt ſpe-
cies in genere. nã vna eſt ratificatiua, alia eſt cor-
roboratiua. vt no. Hoſt. in ſum. eo. ti. §. quot ſunt ſpecies. Aut
ergo quæris de cõfirmatione ratificatiua, & tunc aut talis con-
firmans, vel ratificans nõ poteſt actum, vel dictum, vel factũ,
quod confirmat, infirmare, & tunc talis confirmatio de nihilo
2 operatur: niſi forte, q talis confirmans ſiue † ratificans poſtea
contra venire non poteſt, quia quod approbo, non reprobo vt
ff. de nego. geſt. l. Pomponius ſcribit. & de tali confirmatione
poteſt intelligi. ſ. de elec. c. cũ terra. in fin. Aut talis ratificans,
vel confirmans actum dictum, vel factum, quod cõfirmat po-
3 teſt infirmare, & talis confirmatio † multum operatur, quia fa-
cit valere illud, quod alias non valebat ſaltem in effectu, & is,
qui ratificauit non poterit de cætero contra venire, & id quod
ante in pendenti erat, vel ſemiplenum firmum manebit & ta-
lis confirmatio magis propriè ratificatio, quã confirmatio po-
teſt dici, vt. ſ. de elec. quod ſicut & c. auditis. & i. de his quæ fi.
a præla. ſine cõ. c. 2. & 3. ff. de iudi. l. licet. ff. rem ra. ha. l. 3. §. fal-
ſus. Aut quæris de corroboratiua confirmatione, & tunc aut
4 quæris de confirmatione † corroboratiua, quæ de natura actus
tribuit ius in re cõfirmata, & citra quam ius plenum in ipſa re
regulariter acquiri non poteſt, vt eſt cõfirmatio electionis, &
talis magnum operatur effectum: quia dat ius in beneficio, ad
quod eſt facta confirmatio, & etiam dat ius adminiſtrãdi, vt. ſ.
de elec. trãſmiſſam. & c. nihil eſt & eo. ti. c. auaritiæ. lib. 6. quod
verum, qñ non eſt peccatũ, vel defectus in electione, ſeu alijs
præcedentibus confirmationem, de quibus le. & no. i. de elec.
c. quam ſit. lib. 6. alias refert verum cõfirmatio fiat a Papa ſup-
plente de plenitudine poteſtatis, ſi quis in ea fuit defectus, &
tunc idem. Quod dic, vt le. & no. ſ. de elec. illa vel fiat ab alio,
& tunc dicit Inno. ſ. de elec. cum dilecti gl. 3. ver. nobis autem
videtur, q ſiue electio nõ teneat ſiue confirmatio nõ eſt præ-
latus. 62. diſt. per totũ. 1. q. 1. ordinationes idem Archi. 61. diſt.
miramur. ſuper verbo legitimus & vide eum. 63. diſt. ca. 1. 51.
diſt. c. 3. in glo. approbando. quorũ opinio poteſt eſſe vera, qñ
5 electio peccat, † nec valet de iure naturali, vt quia non inter-
uenit conſenſus eligentium, & electi, qui ſolus de iure naturali
ad electionem, & oẽs alios cõtractus ſufficit. ſ. de tranſlatione
epiſcopi inter corporalia. ſecus ſi peccat, nec valet de iure po-
ſitiuo propter formã non ſeruatam, vel aliud conſimile, vt no.
Inno. ſ. de elect. quod ſicut glo. & ſi contenti circa medium &
Cõpo. ibi poſt eum & vide q not. ſ. de cauſa po. & ꝓpriè cum
olim glo. i. ſed de illa forma iuris poſitiui, dic melius vt dicam
i. de ele. ex. mi. poſtulaſtis. Aut de alia confirmatione, & tunc
6 refert quia † quædã eſt confirmatio iudicialis, & neceſſaria vt
eſt illa quã facit iudex appellationis, in cauſa appellationis con-
firmando primam ſniam quam neceſſario habet cõfirmare vel
infirmare, & talis habet magnum effectũ, quia ex ea agi, & ex-
cipi poteſt, & debet executioni mãdari niſi ab ea appellatur qđ
dic vt le. & no. ſ. de off. deleg. paſtoralis. §. quia vero & i. de ap.
Romana. lib. 6. & etiam ſi ſit ſecunda appellatio & ſcđa confir-
matio primæ ſniæ non poterit tertio appellari vt. C. ne liceat
in vna eademq; cauſa tertio app. l. vnica. ſ. tit. proxi. c. ſua cum
ibi no. potes etiã ponere exemplum de illo qui petit cõfirma-
tionem ſniæ a qua non eſt appellatũ vel quæ tranſit in rem iu-
dicatam, quia ſi is qui cõfirmat eſt iudex potens, & ſnĩa, quam
fert ſuper confirmatione prioris ſniæ tranſit in rem iudicatam
& dat robur primæ ſniæ, vt de cætero contra eam nihil poterit
dici vt. ſ. de tranſac. c. 1. quod dic plene per Inn. & Hoſti. ſ. eo.
7 ti. c. 1. Quædam † eſt cõfirmatio iudicialis, vel etiam extraiu-
dicialis non neceſſaria, ſed potius voluntaria & poteſtatiua vt
qñ confirmatur alicui beneficium ſeu priuilegium. & tunc aut
quæris de confirmatione inferioris a principe, & illa nihil, aut
modicum operatur: niſi q eſt maioris authoritatis quod plu-
rimorum ſententijs comprobatur quam quod paucorum. ſ. de
treu. & pa. c. 1. cũ gl. Ber. ibi ſuper verbo cõfirmat. i. de iurepa.
quoniam in quibuſdam. C. de repu. l. dubium, non eſt & C. de
fideicom. l. vlt. Aut quæris de cõfirmatione principis, vt Papæ,
& tunc refert, aut quæris de cõfirmatione quam Papa facit in
forma cõmuni, aut de illa, quam facit cum cauſæ cognitione,
8 & ex certa ſcientia. In primo caſu dic, quod nihil, aut † modi-
cum operatur, quia nihil noui iuris tribuit, ſed ſolũmodo ve-
tus confirmat, ſeu cõſeruat. 12. diſt. præceptis. & qđ no. Io. ibi
ſuper verbo non no. ſi. & 11. diſt. quis neſciat ſuper verbo au-
thoritate ar. 30. q. 3. c. vlt. ſ. eo. cum dilecta. & duobus. c. ſe. i. de
priuil. quia intentionis. Vnde ſi quid inuenit validũ confirmat
illud, alias nihil operatur. vt. i. de cõceſ. præ. quia diuerſitatem.
ſ. eo. bonæ ar. 9. q. 3. conqueſtus. & c. nunc vero. ſ. de off. or. licet
& ff. ne quid in loco pu. fiat. l. 2. §. ſi quis a principe. Nec per ta-
lem confirmationem impeditur petitio alterius, vel iudicis co-
gnitio, quia hoc facit Papa ſine præiudicio alterius, vt patet per
iura prædicta. & C. de emanc. lib. l. nec auus &. i. de reſcriptis. c.
quamuis. lib. 6. & in hoc cõcor. Ber. & Hoſt. hic &. ſ. eo. c. 1. &
Hoſt. in ſum. eo. ti. §. ſi quis ſit effectus ver. tu ergo dic &c. Va-
9 let tñ iſta † cõfirmatio ad tria. Primo quia cum Papa oẽs tue-
tur iſtum tñ ſpecialius &c. ar. ſ. de teſti. c. licet vniuerſis. Secun
do, quia poſtea de tali re cõfirmata ſiue iure cõfirmato ſiue ſit
beneficium, ſiue aliud ſine conſcientia dñi Papæ non debet co-
gnoſci, vel iudicari vt. ſ. eo. c. 1. & 2. Fallit tñ in caſu, vbi Papa
confirmat ſniam excõicationis latã per aliquem iudicem. nam
ille iudex poterit poſtea ab illa abſoluere, vt. i. de inſti. ex fre-
quentibus vt no. vin. ſ. eo. c. 1. & Goſ. in ſum. eo. ti. §. fi. & Spe.
ti. de ſnĩa. §. vt autem. 12. col. ver. quid ſi Papa. & Bar. Brix. in q.
venereali, quæ incipit eſto, q dñs Papa & Pe. de Ancha. & Ar-
chi. 12. diſt. præceptis & poteſt eſſe ratio fauor abſolutionis ar.
i. de ſen. ex. c. nuper ſed Ber. & Hoſt. in d. c. ex frequẽtibus no.
contrarium, & de hoc dicã ibi. Tertio, quia non ita de facili de
& ſuper tali re confirmata moleſtatur. Solet. n. plus timeri &c.
23. diſt. quanquam. i. de hæreticis. c. ſi aduerſus. & extra de ex-
ceſ. præla. c. frequens. in cle. vt hoc no. Hug. & Archi. 87. diſt. c.
quiſquis. 25. q. 3. in ſumma per Archi. in gl. adde idem etiã pa-
tet &c. in iſto tertio effectu cõcor. ala. vin. & Ber. hic & Ho. ſ.
eo. c. 1. & in. §. aſſe. quis ſit effectus ver. quid ergo & vide quod
no. Io. An. i. vt li. pen. ca. 2. lib. 6. Item operatur quartũ effectũ,
quia talis cõfirmatio dat titulũ præſcribẽdi, vt eſt ſatis expreſ-
ſum. i. de deci. dudũ. §. cæterum. ibi nec a confirmatione præ-
fata tm̃ effluxit tẽpis. &c. ſm̃ Hoſt. ibi & in ſum. eo. ti. in. §. all.
quis ſit effectus ver. qđ ergo vbi etiã ponit in effectu tres effe-
ctus prædictos. Sed hoc quod dictũ eſt q confirmatio in for-
ma cõi obtenta modicũ, aut nihil iuris tribuit. Fallit ſm̃ quoſ-
dam, qñ in cõfirmatione tenor rei cõfirmatæ exprimitur. nam
tunc perinde eſt ac ſi in forma ſpeciali cõfirmaret vt. i. c. ꝓxi.
ſed nõ fallit, quia tunc cõfirmatio fit ex certa ſciẽtia & ſic con
tinetur ſub mẽbro ſequenti. Si ſecundo caſu. ſ. qñ confirmatio
10 fit ex certa ſcĩa, & cum cauſæ cognitione, dic † q talis operatur
vt id quod confirmatur vires habeat & ſi aliquid vel imperitia
vel incuria omiſſum fuerit ſuppleat. vt. ſ. de elec. illa quotidia-
na, & de trãſac. c. 1. & perſonale reale faciat. ſ. de tranſac. c. ve-
niens, niſi aliud dicatur vt. i. de præb. niſi eſſent. §. pen. & fin. &
vt nõ ſolenne reddat ſolẽne. C. de teſta. l. oĩum. & vt mutet na-
turã rei. C. de rei vxo. ac. l. vni. & vt inutile vel infirmũ, reddat
firmũ, & vtile. 16. q. 1. c. fi. 2. q. 1. in primis. 3. q. 6. hæc quippe. i.
de cõceſ. præb. ex parte & c. cõſtitutus. & vt nullus de ipſa du-
bitet, alias ſacrilegij inſtar erit arg. C. de crimine ſacrile. l. diſpu-
tari. 17. q. 4. §. qui aũt & vt id quod cõfirmat ſuũ faciat vt. C. de
vete. iure enucl. l. 1. §. ſed neq; ver. oĩa eñ noſtra faciamus &c.
&. i. de præb. hij qui. li. 6. Ergo ſequitur, q ſicut ſniam latam à
Papa null⁹ inferior eo retractare põt ſine ſpeciali mãdato ſuo,
ſic nec ab eo ex certa ſcientia cõfirmatũ. i. de inſti. ex frequen
tibus niſi de ſpeciali mãdato ſuo, vt ibidẽ notatur, &. ſ. de iudi.
cũ veniſſent & in prima cõſtitutione huius libri. §. fi. & hoc te-
net Inn. in c. all. niſi eſſent gl. 2. & Ho. poſt eũ & Arch. i. de off.
or. c. præſenti gl. 2. in fi. lib. 6. niſi liquido cõſtet eam per ſubre-
ptionẽ obtentã vt. ſ. eo. ca. 2. qđ præſumitur qñ apertè eſt ꝯ ius
& ſolitũ curſum curiæ, vt ſi religioſo beneficiũ perpetuo cõfir-
metur. ſ. eo. ad noſtrã. & c. porrecta. Vel minori. 25. an. bñficiũ
hñs curatũ. ſ. de æta. & qua. c. eam te, vel qa in cõfirmatione ap
paret vitiũ notoriũ, vel ex parte bullæ, vel ex pte ſcripturæ, vel
ex parte dictaminis. i. de cri. fal. licet. & c. ſe. vt no. Ho. in. §. all.
qs ſit effectus ver. effectus aũt &c. qđ credo verũ, et ſi in literis
cõfirmationis ꝯtineatur illa clauſula oẽm ſupplẽtes defectũ ſi
qs ſit de apoſtolicæ plenitudine põtatis, de qua. ſ. de ele. c. illa. qa
per illã clauſulã diſpẽſatũ intelligit circa defectũ ſolẽnitatis iu-
ris nõ circa defectũ perſonæ, vt no. Spe. ti. 2. §. nũc oſtendendũ

in verſi.17.alias.18.& Archi.56.diſt.Cenomanenſem glo.2.&
Gem.in cle.de re iud.c.paſtoralis ſuper verbo ſuppletio. Sed ſi
quæratur qñ confirmatio dicatur interpoſita in forma com-
muni, & qñ cum cauſæ cognitione, & ex certa ſcientia, refert,
aut Papa confirmat actum, vel dictum, vel factum non ſimpli-
citer, & abſolute, ſed cum clauſula adiecta, ſicut iudex alias iu-
ſte vel ſicut canonice, aut prout de factum eſt, vel ſicut iuſte, &
pacificè poſsides &c. aut cõfirmat actum ſimpliciter, & abſo-
11 lutè. In primo † caſu refert, aut in cõfirmatione apponitur de
verbo ad verbũ totus tenor rei confirmatæ, puta ſnię, vel pri-
uilegij, vel reſcripti, additis tñ verbis quibuſdam ſm ſtylum
Cancellariæ, & tunc confirmatio cenſetur ex certa ſcientia, &
cum cauſæ cognitione interpoſita ita, quod tunc illa dictio, ſi-
12 cut, intelligatur † cauſatiue, & nõ conditionaliter, vt. j. c. pro-
ximo. ad idem. ſ. de eloc. cum monaſterium in fin. de tranſac.
ca.1.& conueniens.& 7.q.1. præſentium ſm Vinc. j. c. proxi. &
Ber. ibi in glo. vt per hoc appareat &c. idem Archi. in c. allega.
præſentium dicens etiam, quod ſi in confirmatione priuilegij
inſeratur tenor ipſius priuilegij, quod ex hoc perpetuas habet
vires, & ſi primum priuilegium non oſtendatur cum videatur
primũ publicè cum authoritate principis & idem tenet Tan.
& Bar. Brix. in q. venereali, quæ incipit ſæpe cõtingit & in hoc
ſatis concor. Ber. j. c. proxi. in gl. vt per hoc in fin. & in gl. fin. &
Hoſti. poſt eum. Aut in confirmatione non apponit tenorẽ ipſius
rei confirmatæ, & tunc aut huiuſmodi clauſula ponitur, & in-
13 ſeritur in priuilegijs, & tunc ponitur † cauſatiue, non cõditio-
naliter, quia cũ priuilegium ſit lex priuata vt. 3. diſt. priuilegia.
certũ debet ibi poni, vt aliquid concedat ipſum priuilegium. j.
de verb. ſig. Abbate ſane, alias priuilegium eſſet inutile, quod
eſſe non debet. j. de priui. in his. arg. c. alleg. cum monaſterium, &
de off. dele. qm Abbas vt no. Ber. ibi in gl. fi. & hic &. ſ. de cõſt.
c. cum acceſsiſſent. & Io. in c. allega. priuilegia. 3. diſt. & 25. q. 2.
in ſom. vbi de hoc per Archi. in glo. ad idem etiam patet, li-
cet Hoſti. innuat contrarium in ſum. eo. tit. §. ſi. in fin. Aut po-
nitur in alijs literis vel ſcriptis cõfirmatorijs vel alijs, & tunc
ponitur conditionaliter & non cauſatiue, ita q̃ modicum aut
nihil iuris tribuit, vt hic patet & . j. de conceſ. preb. quia diuer-
14 ſitatem. In ſecundo caſu. ſ. qñ Papa confirmat † actũ, ſeu factũ
ſimpliciter & abſolute, tunc cõfirmatio ex certa ſcia intelligi-
tur eſſe facta, vt in c. alleg. cũ acceſsiſſent. & ſ. cũ monaſteriũ &
ſ. eo. c. 1. & 2. & in his cõcor. Abb. ſ. eo. c. j. & Io. An. j. e. c. pxi.

1 *Confirmationes a quibus non eximant.*
2 *Indulgentia quatenus eximant.*
3 *Indulgentia qui interpretanda.*
4 *Confirmationes & priuilegia diſſidere.*

TVa nobis. ¶ Ad declarationem gl. ſi que-
ris vtrum per confirmationes,
& indulgentias vel priuilegia ſubditi a iuriſdictio
ne ſeu poteſtate ſuorum epiſcoporũ eximantur,
1 diſtingue. Aut quæris de † confirmationibus, &
tunc non eximuntur, vt hic cum ſuis cõcor. Aut queris de in-
2 dulgentijs, vel priuilegijs. & tunc aut quæris de † indulgentijs,
vel priuilegijs ſingularibus, per quę aliquis certus articulus in-
dulgetur, & dic quòd non: niſi, ſi & inquantum tenor indul-
gentiæ, vel priuilegij ſe extendit, vt. j. de priuileg. cum & plan-
tare. §. pen. & cap. tuarum. & cap. porro & cap. pen. Nam reſcri-
3 pta, & indulgentiæ † taliter ſunt interpretanda, quòd nulli fa-
ciant præiudicium. 9. quæſt. 3. nunc vero. 85. diſtin. Archidia-
conum. ſ. de reſcriptis ad aures de offic. ord. grauę, de maio. &
obed. cum inferior. de au. & vſu pa. ex tuarum. de arbi. expo-
ſita. de reſtit. ſpol. audita. j. de reli. do. cap. 1. idem in commiſ-
ſionibus vt. ſ. de offic. deleg. ſuper eo. Aut quæris de priuile-
gijs exemptionis, & tunc ſecus quod dic vt leg. & no. j. de pri-
uileg. ca. cum olim eſſemus ſecundum Hoſti. his & idem not.
Archid. 25. q. 2. cap. ſeruatis in gl. adde ſimile extra de deci. &c.
4 Si quæras quare aliud in confirmationibus † & aliud in priui-
legijs exemptionis. reſpondeo, quia in confirmationibus non
intendit confirmans præiudicare, nec aliquod ius de nouo da-
re, ſed antiquum tantummodo conſeruare, vt in prædicto ca.
cum olim. cum ſuis concor. per priuilegia vero exemptionis
intendit concedens præiudicare in omnibus & ius ſuum dio-
ceſano ſubtrahere inſolidum. 16. quæſtio. 1. frater noſter. niſi
aliud dicatur, vt patet in cap. allega. cum olim eſſemus. & eod.
titu. cap. recepimus & ca. porro & ca. dilectis ſecundum Hoſt.
in c. allega. cum olim & Archi. in glo. alleg. &c. Quæ ſuperiori
libro tractaui, cauſarum conſultoribus & aduocatis non mi-
nus vtilia, quam neceſſaria ſunt.

HENRICI BOICH I.V.D. Celebratiſsimi,

IN LIBRVM III. DECRETALIVM, DISTINCTIONES.

¶ De vita & honeſtate clericorum. Rubrica.

1 *Bellum non mouendum.*
2 *Vim vi repellere licet.*
3 *Patria defendenda.*
4 *Pœnitentes arma non portent.*
5 *Clerici Papæ authoritate, arma portant.*
6 *Clerici ratione feudi, arma portant.*
7 *Clerici itinerantes, arma portant.*
8 *Laici ſine principis iuſſu, arma non portent.*
9 *Armis vtendum ad iuſtitiam exequendam.*
10 *Clericorum arma lachrymæ, & orationes.*

CLerici arma. ¶ Si queris vtrum,
& quando, & qui-
bus perſonis licitũ ſit armis vti, diſtingue.
Aut quæris de armis militaribus [aut de ar
mis clericalibus. Si de militaribus] tunc,
aut quæris nunquid ſit licitum armis vti a-
lias quam ad iuſticiam ſeu iuſtitiæ execu-
tionem faciendam: aut nunquid ſit licitum vti armis ad iuſti-
tiam ſeu iuſtitiæ executionem faciendam. In primo caſu re-
1 fert † aut queris vtrum ſit licitum vti armis ad mouendũ vel
faciendum guerram ſeu bellum, aut violentiam inferendam,
& dic quòd nõ regulariter, & ita poteſt intelligi. C. vt vſus ar-
morum inſcio princ. interdi. l. vnica, alias contra faciens inci-
dit in leg. Iul. ma. ff. ad leg. Iul. ma. l. 3. ſecundum Accur. in d. l.
vnica. Quod verum niſi in caſibus in quibus guerra eſſet iuſta
ſeu bellum iuſtum, quod dic per Innoc. & Hoſtien. ſ. de reſtit.
ſpol. olim cauſam. de iureiuran. ſicut. per Hoſti. in ſumma de
treuga & pace. §. quid ſit iuſtum bellum. & . j. de homici. c. pro
humani. lib. 6. Aut nunquid ſit licitum † ti armis ad imminen-
2 tem de preſenti violentiam repellendam, & tunc. † Aut ad re-
pellendam violentiam inferendam perſonæ ſuæ: & dic q̃ ſic,
cum moderamine inculpatę tutelę. vt. ff. de iuſtit. & iure. l. vt
vim. de his qui mortem ſibi conſci. l. 1. in fin. de homi. c. inter-
3 feciſti. §. ſi autem, & c. ſignificaſti. 2. in fin. † Aut ad repellen-
dam violentiam inferendã eccleſiæ vel patriæ quæ impugna-
tur, & tunc non licet clericis propria manu arma ſumere, ſed
alios ad arma & pugnam hortari poſſunt. Sed laicis bene licet.
23. q. 3. fortitudo. & . q. 8. in ſumma. §. his itaq;. & c. vt pridem.
vbi de hoc per Ioan. Aut vtrum ſit licitũ vti armis alias quam
ad violẽtiam inferendam vel de præſenti imminentem repel-
4 lendam, & tunc, † Aut quæris de pœnitentibus, & tales non
licet nec decet portare gladium propter pronitatem peccandi.
Et quia ſignũ eſt ſuperbiæ non humilitatis, ſine qua pœniten-
tia agi non poteſt. 50. diſt. in capite, & c. pęnitens. Ideoq; om-
ni pęnitenti gladius prohibetur, vt. 33. q. 2. admonere. de conſe.
diſtin. 5. falſas. & cap. dolendum. & . j. de homic. cap. 2. vbi hoc
not. Ber. & Hoſt. Aut queris de alijs, & tunc aut queris de cle-
5 ricis aut de laicis. Si de clericis tunc. † Aut hoc faciunt autho-
ritate Papę, & poſſunt ſine pœna irregularitatis. arg. C. vt vſus
armorum inſcio prin. l. 1. lib. 11. Nam cum irregularitas nõ de
iure diuino, ſed de canonico tantum procedat, vt not. Inno. ſ.
de renun. niſi cum pridem. in glo. ſicut Grego. de homi. ad au-
dientiam. in fin. de cler. excom. mi. ſi celebrat. glo. quidem ſu-
per hac. ver. in ſuſpenſis autem. & Hoſti. ibi & Archi. 56. diſt.
apoſtolica. in magna glo. & 16. q. 7. omnes. ſuper verbo tene-
tur. & . j. de ſent. excom. c. is qui. ſuper verbo in iure. lib. 6. Au-
thoritas Papæ excuſat ab ea. ar. j. de conceſ. præb. propoſuit. &
probatur in c. alleg. is qui. & . j. ne cler. vel mo. c. Epiſcopus. li. 6.
Et etiam abſq; peccato dummodo quis non excedat: quia qui
peccat nõ peccat legis authoritate. 23. q. 4. qui peccat. Nec de-
bet cuiquam laqueum inijcere. 27. quæſt. 1. c. de viduis. 2. Aut
6 hoc faciunt citra authoritatem Papæ, & tunc. † Aut rõne feu-
di temporalis quod tenent tenẽtur dominum feudi iuuare, &
cum eo ire in guerra, & tunc poſſunt. vt 23. q. 5. c. nõ vos. §. ec-
ce. & c. ſi non licet. §. porro. Iuxta quod vide quod no. Inno. j.

ne cler. vel mona. ſententiam ſanguinis. Dicens quòd ſi cleri-
cos præponeret or belloquod non eſt directè ad occidendum,
ſed ad ſua defendenda ſiue recuperanda, hoc liceret. vt no. ſ. de
reſti. ſpol. olim cauſam. j. Non tamen præponatur his perſonis
quæ quaſi directè viri ſanguinū ſunt, vt ruptarij, & baliſtarij,
vt in illo ca. ſententiam. §. nullus. & . j. de ſagitta. ca. vnico. Sed
Hoſtien. ibi dicit quod tutius eſt quod nulli bello præponatur
acies ordinando: alias autem pro iure eccleſiæ ſuæ poſſet eſſe
in bello, vt patet in eo quod leg. & no. j. de ſent. excom. c. dile-
cto. Non tamen credo quòd pœnam irregularitatis euitent ſi
aliquem manu propria occidant vel mutilent, cum etiam iuſti
tiam exequendo, quod eſt fauorabilius, & magis neceſſarium,
hoc faciendo, dictam pœnā non euitent, vt. j. ſequitur, per re-
gulam ſi illud de quo magis. &c. 32. q. 5. ſi Paulus. 6. q. 1. imita-
re. 8. q. 1. ſi ergo. & not. ſ. de elec. cum in cunctis. in prin. quod
dic per Innoc. & Hoſti. in c. alleg. ſententiam. Aut vtuntur ar-
mis alias quā ratione feudi: & tunc aut non ſubeſt iuſta cauſa
arma deferendi, aut eis vtendi: & tunc non licet eis vti, vt hic
7 & 23. q. vlti. clerici. & c. quicunq;. † Aut ſubeſt iuſta cauſa de-
ferendi vel vtendi, vt ſi per loca periculoſa tranſeant: & tunc
aut quæris vtrum liceat eis arma portare ad terrorem latro-
num, & dic quod ſic vt no. Ber. hic & Hoſti. poſt eum arg. 23.
q. 3. Maximianus. Pro quibus facit, quia nō tenentur inermes
ſe exponere periculo, vt leg. & not. ſ. vt lit. non conteſt. c. acce-
dens. 2. extra de re iudic. c. paſtoralis. in cle. Et maxime, quia
laici clericis oppido ſunt infeſti, vt 2. q. 7. ca. laicos. & cap laici. j.
de immu. eccle. c. clericis. lib. 6. vnde verſus. Nuper ego didici
quod ſemper ſunt inimici Clericus & laici, ſolet hoc per ſe-
cula dici. Aut nūquid liceat eis percutere, & dic quod non, niſi
ad defenſionem, & ad violentiam repellendam cum modera-
mine inculpatæ tutelæ, quia tunc ſecus. vt in c. allegato, Maxi-
8 mianus. & extra de homici. cap. 1. in clem. † Si quæris de laicis
tunc, aut iuſſu & authoritate principis & hoc eſt licitum: aut
ſine iuſſu & authoritate principis: & tūc dicit hic Hoſt. quod
tales non debent portare arma. C. vt vſus armorū inſcio prin-
cipe. in rubro & nigro. & in lib. feudo. de pace te. & eius violat.
§. ſi quis ruſticus. coll. x. Nam qui ſine iuſſu principis bellū in-
gerit tenetur. l. Iul. ma. vt. C. ad l. Iul. ma. l. 3. in auth. de armis.
coll. 6. de manda. prin. coll. 3. Neceſsitate tū imminēte ſufficit
authoritas magiſtri officiorū. vt. C. de Fabricenſibus. l. fi. li. 11.
Solent tamen principes concedere proficiſcenti, vt ſine læſio-
ne alterius cingulo poſsit vti. C. de præpo. ſacri cubi. l. fi. lib. 12.
ſecundum eum. pro quo facit in li. feu. de pace te. & eius vio-
9 la. §. mercator. colla. 10. † Si quæris vtrum liceat vti armis ad
iuſtitiam ſeu executionem iuſtitiæ faciendam, vt quia habent
iuriſdictionem per quā poſſunt & debent maleficos corrigere
& punire: & tunc aut quæris vtrum poſſunt iuſtitiam exerce-
re citra ſanguinis effuſionē & dic quod ſic ſiue ſint laici. vt. ff.
ſi quis ius di. non obtempe. l. vnica. de offic. eius cui manda. eſt
iuriſdi. l. vlt. ſiue clerici. ſ. de off. ordi. cap. 1. & cap. irrefragabi-
li. de conſe. diſtin. 5. falſas. & . j. de ſent. excom. dilecto. lib. 6. Et
not. Innoc. in d. c. olim cauſam. glo. quomodo verſi. ſatis etiam
credimus. & verſic. ſe. & Spec. tit. de legato. §. iuxta. in fi. verſi.
ſed nunquid clerici. & Hoſti. ſ. de iureiur. ego N. & Archi. 36.
diſtin. ca. fin. glo. ſua finali. Et ad hoc facit a contrario ſenſu. j.
ne cleri. vel mona. cap. clericis. & cap. ſententiam ſanguinis. ſi-
ue nomine ſuo, ſiue vt delegatus alterius clerici, vel etiam prin
cipis ſecularis. j. de rap. in archiepiſcopatu. vbi de hoc per Ho-
ſtien. Aut ad ſanguinis effuſionem mortem vel membri mu-
tilationem inferentē: & tunc aut quæris de laicis & tales poſ-
ſunt, vt. ff. de vſufruc. l. æquiſsimum. de pœnis l. capitalium. §.
famoſos. & in toto. x. li. ff. noui. C. de pœnis, & de bonis dam.
per totum. in authen. de manda. principū. §. quod ſi delinquen
tes. colla. 3. & . j. de homic. ca. poſtulaſti. 23. q. 5. per totum. Aut
de clericis, & tunc aut quæris vtrum poſsint hoc facere nomi-
ne & vice alterius, & dic quod non vt leg. & not. in c. allega. in
archiepiſcopatu. Aut vice & nomine ſuo, puta quia habēt iu-
riſdictionem temporalem rōne cuius incumbit ſibi talia exer
cere, & tunc. Aut quæris nunquid poſsint talia exercere in ꝓ-
pria perſona, & dic quod non. vt 23. q. vlti. cap. vt pridem. & in
cap. alleg. clericis. & ca. ſententiam. vbi de hoc per Hoſti. & . j.
de homi. ad audientiā. Aut per alium & tunc, aut quæris vtrum
poſſunt committere, vel mandare ſpecialiter & expreſſe pœ-
nam ſanguinis inferri, & dic quod nō vt. j. de exceſsibus præ-
latorum. ex literis. Aut generaliter mandando alicui quod de
maleſactoribus iuſtitiæ debitum exequatur. & dic quod ſic
vt dic vt leg. & not. j. eo. tit. cap. Epiſcopus. lib. 6. † Si quæ-
ris de armis clericalibus quæ ſunt lachrymæ & orationes, vt
23. quæſt. 8. c. de Epiſcopis §. 1. & cap. ſequentibus. Tunc dic
quod talibus quilibet licite vti poteſt, vt ibi. & de pœn. diſtin. j.
importuna. & . j. de regu. iuris. c. deſleat. & 26. diſtin. ca. vlt. ibi,
eſt & aliud opus quod facit Moyſes, ad bella non vadit, nō pu-
gnat contra inimicos, ſed quid facit, orat, & donec orat vincit
populus eius, ſi relaxauerit & dimiſerit manus populus eius
vincitur & fugatur quæ ſunt verba Hiero. in Leuitico, origi-
naliter ſumpta Exo. 17. Et de iſta materia vide quod no. Ho-
ſtien. j. ne clerici vel monachi cap. clericis. de hoc etiam notat
frater Ioan. in ſumma confeſ. titu. de homi. q. 49. quæro etiam
vtrum & q. ſe. & ſe. Et Hoſti. in cap. alleg. dilecto. ſuper verbo
profecto. dicens ꝙ clerici habentes temporalem iuriſdictio-
nem indiſtinctè poſſunt arma ſumere pro defenſione ſua &
ſuorum, quia hæc omnia iura permittunt. 23. q. 1. noli. cum ca.
ſeq. & quæſt. vlt. c. quicunque. §. his ita. Si temporalem iuriſdi-
ctionem non habent, nō licet eis arma ſumere in propria per-
ſona, niſi ad defenſionem & niſi excitando. 23. q. vlti. c. ſuppli-
citer. §. ecce. quod & idem recitat Ioan. ibi in nouella.

1 *Clericus non viuens clericaliter priuilegio non gaudet.*
2 *Clericus non viuens clericaliter excommunicandus.*
3 *Religioſus habitum dimittens excommunicatur.*

SI quis clericus.

¶ Si quæris, vtrum cleri-
cus viuens nō clericaliter
ſed laicaliter puniatur, & qua pœna, diſtingue. Aut
quæris vtrū puniatur illa pœna, ſcilicet vt non gau-
1 deat priuilegio clericorum: aut pœna excōmunicationis. † Si
pœna illa, ſcilicet quòd non gaudeat priuilegio clericorum re-
fert: aut quæris quantū ad beneficium eccleſiaſticum, & tunc
non gaudet cum non exerceat opera clericorum. argu. 23. q. 5.
ſi apud. & argu. 16. q. 1. generaliter. aut quantum ad hoc quòd
poſsit conueniri coram iudice ſeculari, vel quòd poſsit verbe-
rari ſine ſacrilegio. i. pœna excōmunicationis, & dic quòd gau-
det nihilominus priuilegio clericali: vt. j. de ſenten. excom. in
audientia: vt hoc notant Hugo. & Archi. 40. diſtin. non eſt. &
2 vide quod no. ipſe Archi. 23. diſtin. ſi quis ex clericis. † Si quæ-
ris nunquid puniatur pœna excōmunicationis tunc, aut quæris
de clerico ſeculari, & talis nō eſt excōicatus ſed excommuni-
candus, vt in iſto. c. & in c. alleg. ſi quis ex clericis. & . j. de apo-
3 ſta. cap. 3. quod debet intelligi in clerico ſeculari. † Aut quæris
de clerico regulari, & talis ſi habitum dimittat, & laicaliter in-
cedat eſt ipſo facto excommunicatus, vt. j. ne cler. vel mon. c.
vt periculoſa. lib. 6. ſecundum Ioan. Andr. ibi in gl. ſpeciale &c.

1 *Excommunicatus pro manuum iniectione, a legato abſoluitur.*
2 *Excommunicatus pro manuum iniectione, an a diœceſano ab-
ſoluetur.*
3 *Monachi beneficia non habent.*

QVoniam vt ait.

¶ Quantum tangit iſtā
decretalē in fine. Si quæ-
ris vtrum excōmunicatus pro iniectione manuum
in clericum poſsit a ſuo ꝓprio prælato citra ſedem
apoſtolicam abſolui, diſtingue. Aut quæris vtrū poſsit abſol-
1 ui a legato: aut ab archiepiſcopo: vel epiſcopo diœceſano. † Si
a legato qui eſt ordinarius in prouincia ſibi decreta. j. de offic.
delega. c. legatos. lib. 6. tunc aut de latere, & tunc dicit Hoſti. ſ.
de offic. leg. c. excommunicatis. quod poteſt, niſi læſio vel in-
iuria ſit enormis: tunc enim non poteſt ſine ſpeciali mandato
argu. j. de ſent. excom. c. nuper. §. in ſecundo. c. ſi vero. j. & cap.
peruenit. c. cum illorū. c. relatum. in fin. & c. canonica. Et idem
ſentit Spe. tit. de legato. §. nunc dicamus. ver. circa poteſtatem.
verſic. quod etiam dixi. ſed Archi. 17. q. 3. ſi quis ſuadente. ſu-
per verbo vrgēte. tenet quod poteſt abſoluere etiam ab enor-
mi per c. j. de ſenten. excom. ea noſcitur. ver. alios. & c. quani-
nis. ver. non tamen. & c. ad eminentiam. in fin. & . ſ. de off. leg.
quod tranſlationem. idem ſentit Ber. in c. alleg. excōmunicatis.
Et hoc videtur hodie expeditum. j. de ſent. excom. c. eos. §. fi.
ibi a quibuſuis ſententijs. lib. 6. ſecundum Archi. j. de off. leg.
cap. 1. lib. 6. Aut quæris de alijs legatis & tunc dic vt in d. cap.
2 excommunicatis. † Si quæris vtrum poſsit abſolui a diœceſa-
no, tunc aut eſt excōmunicatus pro iniectione manuum in
clericum non ſocium ſuum: & tunc non poteſt. vt 17. q. 4. ſi
quis ſuadente. j. de ſenten. excom. parochianos. & c. porro. ſed
fallit in caſibus not. per Hoſtien. j. de ſenten. excom. cum illo-
rum in princ. vbi etiam dicam de hoc. Et adde quod leg. & no.
. j. de ſenten. excōmu. religioſo. lib. 6. Aut eſt excommunica-
tus pro iniectione manuum in ſocium ſuum & tunc, aut læ-
ſio vel iniuria ſeu iniectio fuit atrox ſeu enormis; & tunc non

poteſt. vt hic in fin. & in c.alleg. cum illorum. ſm Phil.hic &
Archi.16.q.1.c.decimas a populis. gl. pen. Aut non ſuit atrox
vel enormis & tunc, aut ſunt tales qui non viuunt in cõmuni,
& tunc non poteſt, vt hic a contrario ſenſu: aut ſunt tales qui
viuunt in cõmuni & tunc, aut ſunt clerici: aut laici. Si laici tũc
idem arg. hic a cõtrario vbi loquitur de clericis: quia quod de
vno dr̃ de alio tacite denegatur. vt.s̃.de præſumpt. nonne.ff.de
iudi.ſi cum prætor. Si clerici tunc, aut viuunt vt ſinguli ſcho-
lares in burſa cõi & in domo cõi manentes: & tunc idem arg.
prædictorum. Sed oĩa iſta membra fallunt in caſibus prædictis
per Hoſti.in c.alle.cum illorũ. not. Aut ſunt & viuunt in com
muni collegialiter & vt collegium approbatũ: & tunc ſiue ſint
clerici regulares, ſiue ſeculares habet locũ iſtud cap. vt poſsint
citra ſedem apoſtolicam abſolui per ſuos epiſcopos: hæc enim
decre. vniuerſis epis dirigitur, vt patet in regiſtro ſm Inno.&
3 Hoſt. hic. † Vnde dic quòd iſtud ca. intelligitur etiam de non
religioſis per text. qui dicit beneficij. quod conſtat monachos
non habere. 12.q.1.nolo. & c.non dicatis. & hoc tenet Io.16.
q.1.c.decimas a populis.& Archi.ibi in gl.pen. idem tenet Io.
17.q.4.nullus clericorum. & Go.hic &.j.qui cle.vel vo.c.1.de
ſent.excom.monachi.& Ala.Tan.Vinc.Phil. in d.c.1.& Hug.
& Archi.32.diſt.præter hoc. & Hoſti. hic & frater Io. in ſum.
confeſ.tit.de ſen.exom.q.36.verſi.14. & G. de Monte Lau.&
Gen.j.de celeb.miſſa.ca.1.ſuper verbo illi ad quos pertinet. in
cle. Et pro hoc facit.j.de ſent.excõ.ex tenore.in fi.Et quia eſt
eadem.ſ.diſcordia in ſecularibus cõiter viuentibus, quæ eſt in
religioſis: ergo idẽ ius.s̃.de cõſti.tranſlato, licet Ber. hic diſtin
guat inter religioſos de quib. intelligit iſtud c. & ſeculares. &
adde qđ dicã.j.qui clerici vel vo.c.1.& de ſen.exc.c.peruenit.
¶ Si quæris vtrum canonici debeant ſtare ſimul, vel diuiſim,
diſtingue per Hoſti.in ſumma.eo.tit.§. qualiter.ver. ſi quæras.

1 *Iudices a pauperibus nihil accipiant.*
2 *Iudices eſculentum & poculentum recipiunt.*
3 *Iudices ſportulas recipiunt.*
4 *Iudices extra domum euntes impenſas habent.*
5 *Delegatus Papæ extra domum proficiſcens impenſas habet.*
6 *Delegatus principis quid a litigantibus exigat.*
7 *Delegatus ordinarij quid a partibus exigat.*
8 *Arbiter quid exigere poſſit.*
9 *Iudex an & quid exigere poſſit.*
10 *Aſſeſſori quis ſalarium ſoluat.*

CVm ab omni. ¶ Si quæris vtrum iudices,
vel arbitri pro ſuis ſalario,
& labore aliquid a partibus litigantibus, ſeu earum
altera exigere, recipere, vel habere poſsint, diſtin-
1 gue. † Aut litigantes ſunt notabiliter pauperes, & tunc nihil
penitus nec pro ſportulis, nec pro expenſis põt exigi, ſed nec
gratis recipi ab eis: nam eo caſu etiã ſi gratis offeratur & acci-
piatur exactum reputatur. argu.C. de ſalgamo hoſpitibus non
præbendo.l.1.li.12.Cum paupertas excuſet: vt 10.q.3.cauen-
dum. in fin.& 1.q.2 placuit. & in aut. de manda. princ.§.ſit ti-
bi.colla.3. Et illud eſt vnũ de priuilegijs paupertatis. Alia ſunt
priuilegia paupertatis de quibus per Archi. 11.queſt. 3.pauper.
2 † Aut litigantes non ſunt pauperes: & tunc aut quæris vtrum
poſsint recipere eſculentum & poculentum mera liberalitate
oblatum, quod paucis poteſt conſumi diebus, & dic quòd ſic,
ſed ea exigere non poſſunt: vt.ff.de off.proconſul.& lega.l.ſo-
lent.§.vlti. de offic. præſi.l. plebiſcito. quæ iura licet dicantur
correcta per authenticum illud ſcriptũ exemplar. quod eſt ſub
titulo vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. colla.2. vt ibi no.
Accur. dicens non poſſunt recipere eſculẽtum & poculentum
dummodo habeant ſalarium. tamen per c.ſtatutum.§.inſuper
.j.de reſcri.lib.6. videntur approbata. Aut quæris vtrum poſ-
ſint exigere vel recipere alia: & tunc, aut quæris de iudicibus
ordinarijs: aut de delegatis: aut de arbitris. Si de ordinarijs
tunc, aut ſuper hoc eſt conſuetudo rationabilis & approbata,
& illa eſt ſeruanda vt leg. & not.s̃. de off. ordi. c.dilectus.argu.
11.diſtin. in his. & c. conſuetudinis. 12.diſtin. diuturni. & in-
ſtit.de iure natura §.ex non ſcripto.Aut nõ eſt ſuper hoc con-
ſuetudo: & tunc, aut non proficiſcuntur extra ſuum domici-
3 lium propter cauſam, & tunc † aut quæris de iudicibus ſecula-
ribus, & in foro ſeculari: & tunc dic quod tales nõ debent exi-
gere, recipere, vel habere niſi ſportulas dandas executoribus
pro remuneratione ſui laboris, vt in aut.de litigioſis.§. ad ex-
cludendas, coll.8. Nihil autem plus debent recipere, niſi aliud
ſit de conſuetudine. C. ad leg. Iulia. repe.leg.1. de aſſeſ.l.3.de
contra. iudic.l.vna. in authenti. vt iudic. ſine quoquo ſuffra-
gio.§. ſic igitur a nobis. &.§.ſi quis autem. & §. neceſsitatem,
& in authen.ſcriptum exemplar.coll.2. Quod dic: vt.s̃.de off.
ordi.dilectus.& 3.q.3.c.induciæ.§.offeratur. vt not.Ber. hic in
glo.mos iſte.& etiam in glo.delegati.verſic.ordinarius autem.
& idem Ioan.Laur.Goff. & plenius Hoſti. hic. Vnde non de-
bent habere expenſas, ſed poteſt eis dici eſtote cõtenti ſtipen-
dijs veſtris: vt in aut.de manda.prin.§.oportet igitur. &.§.ille
tamen colla.3.23.q.1.militare.& c.paratus.& 86.diſt.non ſatis
circa fin. Aut quæris de iudicibus eccleſiaſticis & in foro eccle
ſiaſtico: & tunc dic quod tales non poſſunt recipere nec ſpor-
tulas nec expenſas, vt hic probatur: & qui recipiunt amplius
ſine cauſa non condemnantur ſm canones ad triplum, vt lo-
quitur inſtit. de accu §.tripli. ſed tantum ad expenſas: vt.s̃.de
plus peti.ca.1.verſi.itaq;. Et ita ibi not. Inno. & Hoſti.Pet.de
Samp.& Abb.& idem Archi.3.q.3. c.induciæ.§. offeratur. ſu-
4 per verbo ſportulis. † Aut proficiſcuntur extra ſuum domici-
lium ꝓpter cauſam, & tunc debent habere expenſas ſuas mo-
deratas, deducto eo ꝙ domi erãt expenſuri: vt in aut.de man-
da.prin.§.illud tamen.colla.3. Et hoc not.Ber. hic gl.delegati.
verſi.ordinarius autem. idem Hoſti.hic. & Ioan.Andr.in c.al-
legato ſtatutum inſuper. ſuper verbo moderatas.de reſcri.li.6.
Et adde quod legi.& not.j.de cenſi. Romana.§. antepenult. &
penultimo. & quod no.Hoſti. & Io.Andr.j.de ſimo.& ſi quæ-
ſtiones. ſuper verbo recipientes, dicentes ꝙ iura allega. ſolent
plebiſcito. poſſunt intelligi de iudice ſiue adminiſtratione: &
illa.C.ad l. Iulia.repe.l.1.de aſſeſ.l.3. de contrar. iudi.l.vna. cum
concor.de iudice cũ adminiſtratione. ad hoc.s̃.de reſtit. in in-
tegr.c.cauſa.ff.de contrahen.emp.l.non licet. Vel prima intel-
liguntur de non exigentibus per ſe, vel per aliũ qui gratis poſ-
ſunt recipere gratis oblatũ.j.de ſimo.dilectus.2.in fin.ſecun-
da de exigẽtibus. de cenſi. c.cum apoſtolus.§. inhibemus. Vel
prima intelliguntur de nõ habentibus ſalarium de publico: ſe-
cunda de habentibus, qui ipſo debent eſſe contenti: vt in.§.al-
legato, oportet igitur.&.§.illo tamen. Illa tñ decret. & ſi quæ-
ſtiones. innuit ꝙ in foro canonico arbitrarium debet eſſe ſm
Hoſti.& Ioan.Andr.ibi. Si ſunt delegati tunc, aut ſunt delega-
ti Papæ: aut Imperatoris: aut alterius ordinarij. Si Papæ tunc
refert vt prius, aut nõ proficiſcuntur propter cauſam ſibi com
miſſam extra domiciliũ ſuum, & tunc nihil oĩno exigere poſ-
ſunt, ſed nec gratis oblatũ recipere vel hr̃e, vt in c.allegato ſta-
5 tutum.§.inſuper.& not.Ber.hic. in gl. delegati. † Aut profici-
ſcuntur extra domicilium ſuũ propter cauſam ſibi cõmiſſam:
& tunc poſſunt expenſas nedũ gratis oblatas recipere, ſed etiã
exigere moderatas: vt in c.allegato ſtatutũ.§.inſuper.ver. vel
niſi lib. 6. Nec credo hoc caſu cõpenſandas vel deducẽdas ex-
penſas, quas domi facturi eſſent. per l.ff.ad exhi.l.ſed & ſi.§.1.
& de peti.hæredi.l.ſed & ſi.§.quod aũt.& de rei vendi.l. ſi res.
vt no.G.Hoſti.& Io.An.in.§.alleg.inſuper.licet Card. ibi con-
tra: cuius opinionem vr̃ tenere Hoſt.in ſum.eo.ti.§.& in qui-
bus.verſi.item conſiſtit. vbi de hoc. Et hoc verum ꝙ poſſunt
recipere expenſas moderatas qñ proficiſcũtur ſiue habeant be
neficia ſufficientia, ſiue non per.§.alleg.inſuper.qui generaliter
loquitur.& idem ibi no.Io.And.licet Hoſti.hic dicat tales de-
legatos Papæ peccare ſi recipiunt expenſas, ex quo hñt ſuffi-
6 cientia beneficia. † Si ſunt delegati Principis vel Imperatoris
non debent habere niſi duos aureos in principio litis, & duos
in fine, & hoc cum cauſa excedit centum aureos, alias nihil, vt
in aut.de iudi.§.ne aũt labor.colla.6.& arg.C.de teſta.l.conſulta
7 diualia. Et hoc no.Ber.hic in gl.mos iſte. † Si ſunt delegati al-
terius ordinarij, tunc dicit Io.An.in.§.alle. inſuper. ſuper ver-
bo moderatas, ꝙ aut eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ, &
tunc idem quod in ordinario.ſ. quòd nihil habebit: imò ordina
rius ei prouidebit. Idem enim eſt conſiltorium: vt.j.de app.c.
Romana.li.6.& ordinarius eſt vt no. Io. An. ibi &.j.de off.vi-
carij.licet.li.6 ad hoc.s̃.de off.ord. inter cætera.& in aut.vt nul
li iud.§.vt nulli.coll.9.in aut.de man.prin.§.illud coll.3. Aut eſt
delegatus ad ſpecialem cãm, & tunc refert vtrũ ordinarius ei
malitioſe cauſam cõmittit, & tunc idem: aut non malitioſe, &
tunc videtur idem quod in delegato Papæ ſm eum.& idem te
8 net Inn.hic. † Si ſunt arbitri, tunc dic ꝙ debent habere & poſ-
ſunt exigere a partibus expenſas. arg.in aut.de iud.§.ne aũt la-
bor.ff.de arbi.l.3.C.de iud.l.rem non nouam. & eſt caſus.C.de
prox.ſacro.ſcri.l.in ſacris.& de priui.ſchol.l.quotiens.li.12.li-
cet in vtraq; lege cõſueuerint exponi arbitrum.i.delegatũ.hoc
no.Spec.tit.de arbitro.§.1.ver.ſed nunquid arbiter põt. Quod
credo verum maxime qñ propter cauſam ꝓficiſcuntur, vel a
ſuis proprijs negotijs diſtrahuntur, vel vbi eſſent tales qui de

laboribus

laboribus ſuis viuent.alias ſuum officium eſſet eis damnoſum
quod eſſe non debet.ff.quemadmo.teſta.aper.l. ſi quis ex ſigna
torib.j.de elec.cum non deceat.li.6.Et quod dictum eſt de ex
penſis moderatis,intellige ꝙ in iſtis expenſis habebitur ratio
non ſolum victus,ſed etiam vecturarum equorum,& ſimiliũ
ſm Io.An.in §.alle.inſuper.glo.alleg.Et in hoc concordat Ho
ſtien.hic dicens,ꝙ ſi ordinarius vel delegatus equum vel aliud
occaſione cauſæ amittere,& quantum vltra quam domi expẽ
deret illud repetere poſſet.ff.de incendio rui.nau.l.j.§. ex incẽ-
dio.Et vide de iſta materia quod no.Ho.in ſumma e.ti.§.& in
quibus.ver.item conſiſtit.& Spec.de ſalarijs.§.j.
¶ Hic habes ꝙ iudices non debent aliquid, quod non ſit eis
debitum extorquere.Sed ſi quæris nunquid iudex vel admini
ſtrator poſsit a ſponte dãte recipere tempore ſuæ adminiſtra
9 tionis,diſtingue. †Aut quæris nunquid liceat ſibi accipere ra
tione ſui officij, & dico,ꝙ non aliquo modo,ſeu ab aliqua p-
ſona.vt ff.ad l.Iuliam repe.l.j.& C.ad l.Iul.repe.l.j.Aut non ra-
tione ſui officij,ſed alia rõne,& tunc aut ratione conſanguini-
tatis & tunc poteſt in infinitum,vt ff.ad l.Iuli.repe.l.j. in fi. &
l.lex Iulia.§.apparet.Aut ratione amicitiæ, & tunc poteſt vſq;
ad centum aureos incluſiue & non vltra.ff.ad l.iuliam repe.l.
eadem lege in fine.Et eſt ratio:quia ratione amicitiæ præſumi
10 tur ꝙ magis detur amore ꝗ timore.ar.ff.pro ſocio.l. merito.
†Itẽ dicit hic Io.An.ꝙ ordinarius ſi velit habere aſſeſſorẽ non
poterit cogere partes ad deponendum vel ſoluendum ſibi ſala
rium:quia ad hoc ſunt ſibi reditus deputati vt hic,ſi ergo indi
get aſſeſſore,ſalarium ſoluat ſm eum. De delegato,dic vt j.de
reſcrip.ſtatutum.§.aſſeſſorem.li.6.Aliqui iudices male ſeruant
præmiſſa,contra quos primo Regum.8.c. declinauerunt poſt
auaritiam,acceperuntq; munera,& peruerterunt iudicium.&
Eſa.5.veh qui iuſtificatis impium pro muneribus. & Eccleſi.
20.Xenia & dona excæcant oculos iudicum.

1 *Monachus an prebendam habere poſſit.*
2 *Monachus an canonicus eſſe poſſit.*
3 *Monachus Epiſcopus, habitum non mutet.*

DEus qui. Si quęris vtrum monachus poſsit ha
bere præbendam, vel canonicatum,
in eccleſia ſeculari,diſtingue,aut quæris de præben-
1 da aut de canonicatu.†Si de præbenda tunc,aut quæ-
ris de ſimplici monacho non habente adminiſtrationem, &
dic quod non,cum nihil poſsit habere,vt 12. q. 1.nolo.& c. nõ
dicatis.& præbenda ſit priuatæ vtilitatis,ita intelligo quod no.
Io.74.diſt.quorundam.glo.j.Aut quæris de monacho haben-
te prioratum,ſeu adminiſtrationem, & tunc, aut quæris vtrũ
poſsit habere præbendam ſeparatam, & diſtinctam a iuribus
prioratus ſeu adminiſtrationis.& dico quod non per rationẽ,
& per iura allegata. Et quia tunc haberet duo beneficia, cum
præbenda ſit beneficium,vt no.Ber.de conſtitu.cum M. in gl.
vnde eis &c.quod eſſe non poteſt abſq; authoritate Papæ. ar-
gu.eorum quæ leg.& no.j.de præb.cum ſingula.lib.6.& extra
de ſup.negligen.præla.c.j.in fi.in cle.Aut quæris vtrum poſsit
habere præbendam ſeu emolumentum præbendæ in eccleſia
ſeculari tanquam annexam ſuo prioratui, & de iuribus & per
tinentijs ipſius prioratus ſeu adminiſtrationis,& credo ꝙ ſic.
Sicut eſt in eccleſia pariſien.vbi prior ſancti Martini de cam-
pis habet ratione ſui prioratus vnam præbendam. Et in eccle
ſia Aurelianen.vbi Abbas ſancti Enurcij habet vnam præben-
dam ſeu emolumentum vnius pręb endæ. & pro hoc facit. j.
de magiſtris.c.j.& c.quia nonnulli. Item multa veniunt ꝓ mo
dum ſequelæ vel vniuerſitatis,quæ alias non venirent, vt ff.de
rei vendicatio.quæ religioſis.de acquir.re.do.l.quædam. & j.
de iure patro.ex literis. & c.cum ſeculum.j.de præben.ca.ſup
eo.& c.quia ſæpe.li.6.†Aut quæris vtrum poſsit ibi habere ca
2 nonicatum,& in hoc ſunt contrarij doctores, nam Ber.hic &
Ioan.Hugo.& Lauren.16.q.7.in nona.& 58.diſt.c.2.dicunt,ꝙ
poteſt.argu.huius c.& j.de ſtatu monacho cap.quod Dei. Sed
Io.tenet contrarium in c.alleg.quorundam.& Hoſtien.hic. &
in c.alleg.ꝙ Dei.& j.de religio.do.inter quatuor. vbi eſt effi-
cax argumentum,& eſt expreſſum ſm eum.j.de regula.ſuper
quam de iure vacans conferat, ſi vult euitare pœnam huius con
cilij, & ipſo priuet ratione delicti inobedientiæ in dioceſi ſua
cõmiſſi: & ſignificet epiſcopo ad quem tranſierat q ſententiã
exequatur. ſ. de foro cõpe. poſtulaſti. & ſic priuetur vtroq; : vt
hic ſm Hoſt. in c. allegato expoſuiſti. Et idem tenet hic & Io.
Andr. poſt eum, dicentes q videtur q hic intelligi debeat pri-
uatus etiam ſecundo beneficio, ſi monitus per iudicem ſuũ di-
cat q non dimittet: vel ſi hoc non fecerit infra tempus ſibi a
iudice aſsignatum, ar. ſ. de cohabi. cle. c. ſicut ad extirpandam.
17 & de vi. & ho. cler. c. monaſteria. † Hodie vero per cõſtitutio-
nem Ioan. 22. execrabilis. ſi recipiens ſm primum beneficium
quo priuatus eſt abſque more diſpendio. i. infra menſem verbo
& facto in manibus ordinarij ſub teſtimonio publico non di-
mittat, priuatus eſt ſecũdo, & inhabilis ad ſacros ordines & ad
beneficia eccleſiaſtica, vt ibi in. §. qui vero deinceps, vt not. Io.
Andr. extra eo. ti. c. ſi plures glo. fin. in cle. Et idem tenet Gen.
in. §. allegato qui vero. ſ. quod ille. §. qui vero ad futura etiã ex-
tendatur. ſ. ad illos qui quandocunq; poſt tempus illius conſti-
tutionis beneficia incõpaſsibilia inſimul obtinebunt vltra tps
in illa conſtitutione ſtatutum. Sed Gul. de Monte Lau. tenet
ibi q ille. §. loquatur contra illos tantũ qui tempore illius con-
ſtitutionis non habebant ius in re, ſed ad rem ſub expectatio-
ne, & deinceps poſt illam conſtitutionem recipiebant virtute
illius expectationis dignitatem, perſonatum, ſeu aliud benefi-
cium curam habens: & illud ſimul cũ alio beneficio conſimili
quod antea obtinebant abſq; diſpenſatione retinere præſum-
pſerint. Prius dictum credo verius. & hoc tenet Io. Andr. ſ. de
elec. dudum. 2. in princ. Nec approbo illud quod not. Hoſti. ſ.
eo. præterea. vbi diſtinguit illud membrum qñ tranſit ad ſm
beneficium cum licentia dioceſani, dicens quod aut certũ eſt
quod ſm eſt pinguius & honorabilius: & tunc vacat primum
ipſo iure, & debet conferri infra ſex menſes: alias pœnam ha-
bet vt hic. Aut certum eſt q eſt minus in valore & vilius, &
tunc non vacat primum, ſed quia nõ poteſt habere ambo non
tenet collatio ſecundi, & cogẽdus eſt ad ipſum relinquendum,
ſm quod no. j. de conceſ. præb. cum noſtris. & c. literas. Aut eſt
dubium, & tunc eligit vt hic. &. ſ. eo. referente. Et ſi vtrunq;
retinere cõtendit, vtroq; eſt priuandus vt hic, & 7. q. 1. ſi quis.
quam diſtinctionem dicit eſſe probabilem in ſcholis. In iudi-
cijs tñ contrarium ſeruatur, & in diſtinctione ſtatur iſti decr.
& potiſsimè in curia Romana ſm quam iudicare debemus. ſ.
de re iudi. de cauſis. vnde finaliter remittit ad id quod no. in c.
allega. expoſuiſti. Iſta enim diſtinctio magis procedit a capite
quam a iure, quę videtur regulare vacationem primi beneficij
ex voluntate præſumpta beneficiati, & nõ ex diſpoſitione iu-
18 ris, quod non eſt faciendum. † Item non credo veram opinio-
nem illorum, qui dicunt quod c. referente. ſ. eo. non eſt corre-
ctum per iſtud. c. nec per c. dudum. 2. ſ. de elec. niſi quo ad be-
neficia curata, dignitates, & perſonatus, & non quo ad alia be-
neficia quæ requirunt reſidentiam cõtinuam. ar. no. per Cardi.
j. de fi. presby. c. 1. gl. fin. q pen. lib. 6. Nam contrarium tenent
Inno. & Hoſti. ſ. de cle. nõ reſi. c. ex tuæ. j. de conceſ. præb. cum
noſtris. in glo. credimus tamen. & Hoſti. in ſumma. eo. tit. §.
vlt. in fi. ver. ſed nunquid habens. & G. j. de reſcr. c. gratia. lib. 6.
& frater Ioan. in ſumma confeſ. titu. vt ordinandus ſit domui
ſuæ bene præpoſitus. q. 6. Nec ob. glo. prædicta Cardi. quia illa
glo. non eſt vera: vel ibi loquitur in caſu vbi quis, puta filius ſa-
cerdotis tenens ambo beneficia non eſt priuatus primo facto
hominis vel iuris: quo caſu eſt cõpellendus vt alterum eligat,
vt in c. alleg. referente. ſ. de æta. & quali. c. eam te. &. j. de præb.
cum ſingula. §. circa eos. & de reſcrip. c. gratia. lib. 6. hic vero lo-
quimur in caſu alio vt eſt dictum. Et vide quod not. Io. Andr.
in d. c. referente. vbi dicit q etiam ante iſtud concilium gene
rale non dabatur optio: ſed priuabatur ſecũda eccleſia, vt. ſ. de
cle. non reſid. quia nonnulli. c. vero referente. intelligit de colla-
tionis ante concilium illud Lateran. & ſm iſtum intellectum ad-
huc ſtaret. Dicebant etiam Pe. & Abb. & Io. And. hic quod il-
lud. c. referente. adhuc hodie poteſt locum habere referendo
illud ad poteſtatem ſuperioris, ſine cuius licentia tranſiuit, qui
poteſt receptionem ſecundi ratam habere, & non habere, &
quodammodo facere optionem competere, & quod ſtatim
dicam quod epiſcopus poteſt diſpenſare intellige ꝓpter neceſ-
ſitatem vel vtilitatem eccleſiæ vt ſtatim dicam. Et de materia
huius. c. no. frater Ioan. in ſumma confeſ. titu. vt ordinandus
ſit domui ſuæ bene præpoſitus quæſt. 3. vſque ad. 9. q.
19 ¶ †Ex nota q dicit textus huius ca. libere &c. quaſi dicat ne-
mine vocato: non. n. libere conferret ſi poſſeſſorem hẽret ne-
ceſſe vocare. Et eſt idem aduerbium. ſ. de æta. & quali. a mul-
tis. in fi. de arbit. cum olim. in fi. j. de homi. lator. de off. deleg.
cum plures. j. reſpon. lib. 6. de off. ordi. c. ordinarij. §. 1. de præb.
c. ſi tibi c. ſi beneficia. & c. ſi apoſtolica. de teſta. c. 2. de cenſibus
c. vlti. eo. lib. & de ſepul. ſuper cathedram. §. nos autem. ſin cle.
¶ Super eo. ca. in. §. fin. Si quæris vtrum epiſcopi & ſuperiores
poſsint in & ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſare. & Io.
70. diſt. ſanctorum. dixit q ſic. Sed Tanc. & Ber. hic. & Ber. ſ.
de elec. dudum. 2. §. nos igitur. &. §. inſuper. glo. nota ergo. &
20 Bart. Brix. in c. alleg. ſanctorum. dicunt contrarium † Inn. hic
tenet q circa duo beneficia curata diſpenſat ſolus Papa. Circa
duo ſimplicia diſpenſant epiſcopi: & ſi ſunt in diuerſis epiſco
patibus ambo epiſcopi diſpenſant, vt no. Ber. in dicta glo. nota
ergo. in fi. & etiam circa curatum & ſimplex, vt not. Ber. j. de
conceſ. præb. literas. glo. vlti. Goff. in ſumma huius titu. §. ſed
quæritur an alius generaliter. dicit quod circa plura beneficia
diſpenſat ſolus Papa: hic tñ in apparatu recitando opin. Ioan.
dicit epiſcopos eandem poteſtatem habere quam olim habe-
bant. Dicebat Pe. cõcordando opiniones, q in præbendis quę
requirunt reſidentiam non diſpenſant epiſcopi contra conſue
tudinem eccleſiæ. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. In his vero quæ
non aliter de conſuetudine requirunt reſidentiã, niſi quia non
reſidens fructus non percipit, diſpenſat epiſcopus in canonia
non in præbenda, ad hoc de app. peruenit. & ſic loquitur. c. ſan
ctorum. In his vero quæ de cõſuetudine non requirunt reſi-
dentiam diſpenſat epiſcopus in canonia & præbenda. ſ. de con
ſuet. cum omnes. Tu vero diſtingue. Aut quęritur de benefi-
cijs compaſsibilibus, & quæ quis poteſt inſimul obtinere ci-
tra diſpenſationem, & tunc nõ eſt neceſſaria diſpenſatio: imò
fruſtra peteretur, ar. j. eo. ſuper eo. li. 6. & quia ſemel remiſſum
a iure &c. ff. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione. §. fin. & quia
fruſtra precibus impetrant &c. C. de theſau. l. vna. lib. 10. Aut
de incompaſsibilibus de iure cõmuni, vel priuilegio, vel con-
ſuetudine, vel ſtatuto, de quibus dixi plenius. ſ. eo. c. diſt. 1. &
21 tunc ſubdiſtingue, quia † triplex eſt cauſa quę diſpenſationem
inducit. ſ. vrgens eccleſiarũ neceſsitas: euidens vtilitas: & prę-
22 rogatiua meritorum, vt. 1. q. 7. tali. & 8. q. 1. ſcias. † Dic ergo
aut quæris vtrũ poſsint propter euidentem neceſsitatem, vel
vtilitatem eccleſiæ diſpenſare, & dic quod ſic: & eſt ratio, quia
ſi conſtitutio aliqua prohiberet eo caſu epiſcopis diſpenſare,
eſſet eccleſijs oneroſa: & ſic abijcienda. ſ. de cõſuet. ca. 1. Item
non eſt fortius vinculum cõſtitutionis hoĩs quam Dei. x. diſt.
c. j. a 1. diſt. inferior. ſ. de maio. & obe. cum inferior. Sed video
q iuramentum cuius Deus eſt author in hoc caſu ſeruandum
non eſt. j. de his quæ fi. a ma. parte. ca. cap. 1. ergo multominus
conſtitutio hominis, ſi hoc diceret ſeruanda eſſet. ar. ca. allega.
cum inferior. pro hoc. ſ. de elec. de cauſis. in fi. de æta. & quali.
tuam. j. de conceſ. pręb. cum noſtris. nam & ex cauſa facit epi-
ſcopus contra cõcilium Turon. vt. ſ. eo. vacante. & contra ge-
nerale. vt. j. eo. expoſuiſti. Et de tali diſpenſatione intelligo qđ
no. Ioan. And. j. de conſue. c. j. gl. ergo videtur. lib. 6. dicẽs q ex
diſpenſatione inferioris papa videtur q quis poſsit vnicũ per-
ſonatum, vel beneficium cum canonicatu & præbẽda obtine-
re. Et ſic poſſet approbari illa opinio poſita per Ber. j. de con-
23 ceſ. præben. c. literas. in fin. vlt. glo. † Aut quæris vtrum poſsint
diſpenſare propter merita perſonarum. & tunc dic quod non:
vnde eo caſu citra ſedem Apoſtolicam non poterit diſpenſari
vt hic, ſm Hoſti. hic. & in d. c. dudum. §. nos igitur. & in ſum.
titu. de æta. & quali. §. ætas. & tit. de inſtit. §. quis inſtitui in fin.
Idem Vinc. Phil. Pet. de Samp. & Abb. hic. & Spec. tit. de leg. §.
videndum reſtat. ver. ſed nunquid epiſcopus. Idem Archi. 70.
diſt. c. ſanctorum. in glo. adde hanc ſniam &c. dicens q hæc
diſtinctio approbatur. j. de elec. c. nemo deinceps. lib. 6. ibi eui
denti vtilitati eccleſiæ, &c. & in c. alle. cum noſtris. in fi. Idem
ipſe Arch. j. de conſue. cap. 1. ſuper verbo diſpenſatione. lib. 6.
ibi vide. Et idem tenet Gen. in extrauag. Ioan. 22. execrabilis.
ſuper verbo diſpenſatiue. & Aſten. lib. 6. titu. de filijs presby. in
fin. pro hoc. j. eo. ſuper eo. & c. non poteſt. 2. reſpon. & ca. cum
ſingula. lib. 6. de filijs presby. ca. 2. & de offic. ordi. ca. ordinarij.
§. ſi vero eo. lib. Secundam tñ opin. ſeruat curia ſm Hoſti. &
Ioan. Andr. hic. & Ioan. Andr. in d. c. 2. Nec ob. ad præmiſſa. ſ.
de elec. c. dudum. 2. §. verum. quia ibi non loquitur de diſpen-
ſatione: ſed de ceſsione. præterea cum illa decre. fundetur ſu-

per ma

per iſtam decre. de multa. debet intelligi in caſu iſtius decre. Et
neceſsitas & vtilitas exceptæ intelliguntur per prædictam de-
cre. cum noſtris. ſm Archi. in cap. alleg. ſanctorum. vbi etiam
dicit ſequens Rof. Beneuen. in ſuo libello iuris canonici. rubri-
ca, an plures præbendæ poſsint alij conferri. §. ſed quod dictũ
eſt. quod etiam legati Cardinales non poſſunt alias quã de epi-
ſcopis ſupra dictum eſt ſuper hoc diſpenſare: & credo quod
bene. Et hæc vera in diſpenſationibus faciendis cum clericis
24 ſecularibus. † Secus in religioſis cũ quib' ſuper pluralitate be-
neficiorum epiſcopi diſpenſare non poſſunt, quod dic vt legi-
tur & not. j. eo. cum ſingula. lib. 6. & in cle. de ſup. negl. præ. c.
vno. in fin. Et vide quæſt. plene diſputatam per Io. Andr. j. de
regu. iur. c. quæ a iure. in nouella. lib. 6. qua quærit an poſsit epi-
ſcopus diſpenſare cum monacho tranſlato ad eccleſiam paro-
chialem. q; poſsit habere cum illa beneficium nõ curatum. Et
poſt multa argumẽta ſoluit q; non, per multas rationes, indu-
cens principaliter. 16. q. 1. c. 1. & c. de monachis. & c. de præſen
tium. & no. e. q. monachi. j. & j. de ſtatu mona. c. quod Dei & c.
cum ad monaſterium. Vnde nec etiã in duobus beneficijs non
curatis poſſet epiſcopus cũ religioſo diſpenſare: quia iura pro-
hibent monachum ſeu aliũ religioſum inſtitui in eccleſia ſecu
lari. 16. q. 1. monachus. c. ſi cupis. & c. placuit. & eſt expreſſum.
j. de reg. ſuper eo. A quo iure exorbitat ius, quod ex cauſa con
cedit eum præfici ſeculari parochiali. 55. diſtin. priſcis. 16. q. 1.
ſic viue. cum c. ſequentibus. ergo non habilitabitur ad caſum
alium. vt ibi in c. alle. quę a iure. Qui enim eligit vitã contem-
platiuam propter officiũ prædicandi, & curam animarũ, tran-
ſire permittitur ad actiuam, quæ dicitur magis fructiſera. s. de
renun. niſi. ad fi. Et propter maiorem vtilitatem facilius quid
cõceditur. de tranſla. c. fin. facit de poſtu. bonę, primo quæ ra-
tio ceſſat in beneficio non curato. Et hæc ratio fortius proce-
dit ſi teneatur opinio quod etiam ad parochialem non ꝓmo-
uetur monachus niſi ex diſpenſatione hoĩs, de quo ſatis nota-
tur. 16. q. 1. in ſumma. de ſtatu mona. ca. 2. & c. quod Dei. Sed
opponitur ſm Ioan. Andr. quod hæc vel alia diſpenſatio cõtra
ius ſcriptum ſi etiam fiat per Papam non poſsit eſſe rationabi-
lis: cum enim ius ſcriptum ſit cõmune. 4. diſt. erit. & ſuper bo
no communi fundatum, quod priuata conſideratione non de-
bet obmitti. 61. diſt. miramur. de poſtulatio. præla. bonæ. j. de
regula. licet. ergo diſpenſatio per priuatam cõſiderationem il-
lud remittens irrationabilis eſt cum apud Papã etiam eſſe non
debeat perſonarũ acceptio. s. de iudi. nouit. ſed negari non po-
teſt acceptio vni concedere quod alijs cõiter denegatur: quod
tñ approbat iſte finis. Item cum cõtra ius naturale non admit-
tatur diſpenſatio. 13. diſt. in princ. Ius autem poſitiuum ſuper
naturali ratione fundatur. 1. diſt. conſuetudo. ergo &c. Solutio
25 2. Tho. in parte. 2. q. 97. diſt. art. vlti. † diſpenſatio eſt quædam
commenſuratio cõis ad ſingula: inde gubernator familiæ di-
citur diſpenſator: quia diſpenſat ſingula ſingulis, & laborem,
& premium: & tali diſpenſatore indigemus, qui legẽ vniuer-
ſalem ex cauſa relaxat interdum. Hęc aũt non cuiq; commit-
tenda, ſed illi qui poteſt legem condere & tollere: & ſic per Pa
pam vel principem vel ipſorũ authoritate facienda eſt diſpen-
ſatio. Diſpenſatio aũt debet habere intuitum rationis, & boni
vniuerſi, & cauſæ propter quã diſpenſat: quæ cauſa poteſt eſſe
triplex. neceſsitas, vtilitas: & euidens prærogatiua meritorũ.
Si autem diſpenſans nuda voluntate mouetur, non hñs intui-
26 tum ad aliquod prędictorum, † non meretur dici diſpenſatio,
ſed diſsipatio: nec ipſe eſt prudens & fidelis diſpẽſator, de quo
in Euangelio Luc. 12. quis putas fidelis eſt diſpenſator & pru-
dens, quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuam vt &c. Infide-
lis aũt eſt talis diſpenſator, quia nõ habet intuitum ad bonum
commune. Item imprudens non conſiderando cauſas ex quo
ſequitur, q; quo ad Deum nõ eſt tutus is cum quo ſic diſpen-
ſatum eſt. ad hoc. 11. q. 3. ſi is qui præeſt. 24. q. 1. manet. & de
hoc. j. de voto. non eſt glo. 2. cum qua cõcordat Goff. & Hoſt.
ibi. & Innoc. & Hoſti. j. de ſtatu mona. cum ad monaſterium.
Quod dictum. ſ. quod talis non eſt tutus quo ad Deum: tunc
maxime verum eſt ſm Goff. & Hoſti. & Ioan. Andr. ibi qñ ad
poſtulationem alterius diſpenſat, ar. ff. quod quiſq; iuris. l. 3. in
princ. j. eo. ſi motu proprio. & c. ſeq. lib. 6. Ad contraria ſic re-
ſpondetur. Ad primum dico, q; licet diſpenſatio reſpiciat vti-
litatem priuati, diſpenſans tñ moueri debet bono communi.
Vnde ſublimis, vel literatus cum quo diſpenſat, prodeſſe pote
rit toti vniuerſo. Item in pluralitate cõmiſſa vtilius ſe habere
poterit ſolus quam alij licet plures. Ad ſecũdum de acceptio-
ne dicit Tho. quod non eſt acceptio vbi circa ęquale ſeruantur
æqualia: & circa inęqualia: quia igitur bonum commune vel
magis eſt inęquale bono particulari, vel minori, rectè ibi ſer-
uantur inęqualia ſcilicet, ius commune, & iuris relaxatio. Ad
tertium, dic quod nõ facit diſpenſans contra rationem: ex quo
ratio ſuggerit diſpenſari nec aliter diſpenſare debet, vt dicit
hic tex. de hoc etiam per Archi. 11. diſtin. conſequens diſpen-
ſari ſecundum Ioan. Andr.

1 *Prælatus licitè præfert conſanguineum idoneum extraneo in*
cura eccleſiæ.
2 *Prælatus non præferat conſanguineũ minus idoneum extraneo.*
3 *Simonia, carnali fauore promouere.*
4 *Sacerdotum nepotes de ferula ad dignitates promouentur.*
5 *Epiſcopus, an relaxet concilij canones. 7.*
6 *Diſſoluitur quid ea ſolennitate qua ſolutum.*
8 *Verba, de concilio, neceſſitatem importans.*
9 *Subditi non reſpondent in concilio ſpeciali.*
10 *Subditi reſpondent de cauſis ciuilibus in concilio generali.*
11 *Subditi non reſpondent de crimine in ſynodo.*

GRaue nimis. ¶ Si quæris qua pęna puni-
tur qui indignos ꝓmouet ad
eccleſiaſticas dignitates, & ad quem in ſui pœnam
deuoluatur poteſtas conferendi, vide quod dixi. s.
de elec. cum in cunctis. §. vlti. & c. nihil eſt.
¶ Si quæris vtrum prælatus eccleſiæ poſsit committere ſuo
conſanguineo curam eccleſię poſtpoſito meliori, diſtingue ſe-
1 cundum Beatum Tho. in q. quolibet. † Aut cõſanguineus eſt
ęquè idoneus, & poteſt ipſum præferre niſi forte ex hoc ſcan-
dalum oriatur: vel aliqui exinde malũ exemplum accipiant, vt
qñ probabiliter timeretur quod alij prælati hoc exemplo indu
cantur ad dandũ beneficia ſuis conſanguineis etiam minus di-
gnis, nihil enim ex hoc deperit vtilitati eccleſiæ. Vnde in hoc
ſatisfacere naturali amori licet: quia charitati cõtrarius nõ eſt,
ſed magis charitate informatur. & hoc figuratũ eſt Gen. 47.
vbi Pharao dixit ad Ioſeph de fratrib' ſuis, quod ſi noſti in eis
viros induſtrioſos cõſtitue eos magiſtros pecorum meorum.
Et quia cæteris paribus, quis tenetur magis propinquis quam
extraneis ſubuenire, vt 86. diſt. c. paſce & c. non ſatis. 13. q. 3.
2 non extimemus. 50. diſtin. accedens. † Aut conſanguineus eſt
minus idoneus, & tunc prælatus non debet eum præficere ad
curam eccleſiæ poſtpoſito meliori duplici rõne. Primo, quia
infideliter agit diſpenſator, qui negotium dñi gerens rem eius
non meliorat cũ poſsit. Secundo, quia hoc vr̃ ad acceptionem
perſonarũ pertinere. Conditio. n. conſanguinitatis nõ eſt con-
ditio pertinens ad curã, quæ non obtinetur iure ſanguinis, ſed
diuino munere. eſſet aũt conditio faciens ad negotium circa
diſpenſationes patrimonialium bonorũ. Vnde ſi eps de patri-
monialibus bonis magis prouideat ſuo conſanguineo minus
idoneo, non eſt acceptio perſonarũ, Sed ſi rõne conſanguinita
tis magis ei prouideat de patrimonio crucifixi, nõ caret vitio
acceptionis perſonarũ. Et cõcordat cũ his idem Tho. in ſum.
q. 63. ar. 1. 2. ar. 2. & frater Io. in ſum. confeſ. tit. de pę. & remi.
rubricella de impedimẽto potentiæ. q. 237. vtrũ prælatus &c.
Cum quibus concordat quod not. Abb. j. de ſimonia. c. nemo
3 presbyterorũ, † dicens q; ſi ſimonia eſt fauore aliquem recon-
ciliare vt ibi. multo fortius fauore carnali aliquẽ ꝓmouere. Et
quod no. Arch. 1. q. 1. ſi quis neq;. dicẽs ar. illius. c. & d. c. nemo.
oẽm illum eſſe ſimoniacum, qui ductus amore alicui indigno
beneficium cõfert. Sed prochdolor: quia nõnulli pręlati noſtri
tpis contra iſtam diſtinctionẽ ſępius attentant minus ponde-
rantes dictũ Hier. ad Fabiolã, Multa facere nos cogit affectus,
& dum ꝓpinquitatem reſpicimus corporũ, corporis & aię of-
fendimus creatorem. & dictũ Ber. interdũ epiſcopus tali ne-
potulo committit duo milia animarum, cui nõ committeret
4 duo pira. † Et dicit Ber. ſcholares pueri ob ſanguinis dignita-
tem promouentur ad eccleſiaſticas dignitates, & de ſub feru-
la transferuntur ad principandum presbyteris, lętiores q; vir-
gas euaſerunt, quàm quod principatum meruerunt: nec tam
blanditur eis adeptum, ſicut ademptum magiſterium, & adde
quod dicam poſt Hoſti. j. vt eccle. bene. c. vnico. diſtin. 2.
¶ Si quęris qñ in concilio ꝓuinciali fiunt aliqui canones, & ali
quis in eos vel aliquẽ eorũ incidat, nunquid archieps ſiue eps po
5 terit talẽ abſoluere, vel relaxare. † Hoſt. hic diſtinguit vtrũ ſta-
tuta forment. in perſonã concilij, vt ſi dicat nos conciliũ ſiue
nos archieps de cõſenſu ſuffraganeorum noſtrorũ in concilio
congregatorũ ſtatuimus &c. Et tunc ſine cõſenſu eorundem,
nec abſolutio nec relaxatio fieri poterit. ar. s. de tẽpo. ordi. ca. ſi
archieps. & c. ſeq. s. de ma. & obe. c. vlt. de elec. cauſam quę. niſi
forſan

forſan epiſcopi hoc ſibi conceſſerunt vel ſuper hoc munitus
ſit de conſuetudine vel priuilegio ſpeciali.ſ.de offi.ordi.c.duo
ſimul.j.de priuil.c.accedentibus.in fin. Aut formantur in per-
ſonam archiepiſcopi,vt ſi dicat nos archiepiſcopus de conſilio
fratrum noſtrorum,quod concilium cum nō importat neceſ-
ſitatem: vt.ſ.de arbi.cum olim.non moltū operatur: & ſic per
ſe abſoluere poterit ſatisfactione tñ premiſſa.j.de inſti.ex fre-
quentibus.in fin. Niſi ſit ſolenne anathema. 11.q.3.c.debent.
6 & c.cum aliquis † vbi dicitur ꝙ illud eadē ſolennitate qua con-
trahitur cum eadem debet diſſolui ſm eum. Idem Aſten. li.6.
tit.quis poteſt ab excōicatione abſoluere.art.6.q.vtrum archi-
epiſcopus. Quidam tñ tenent indiſtinctè ꝙ non poteſt ſolus
abſoluere, vel relaxare: nam cum ſtatutum non poſſit facere
archiepiſcopus quantū ad totam ꝓuinciam ſine ſuffraganeis,
nec econtra: vt ſatis probatur.18.diſt.epiſcopus ad ſynodum.
in fin.9.q.3.nullus primas.j.de accu.ſicut olim. Sicut nec pote
rit quis pœnam tollere ſolus ſine cōcilio: quia omnis res &c.j.
de regu.iur.ca.1.& ad eum ſpectat ius interpretandi canonem
qui poteſtatem habet cōdendi.11.q.j.ex his.& legitur.& no.j.
7 de ſenten.excom. inter alia. † Et hoc dicunt expreſſum per id
quod dictum eſt de anathemate,cū ratio diuerſitatis non red-
datur,vt in prædicta decre.cauſam quæ. Nec obſtāt iſta decre.
in fin.nam quod hic de relaxatione ſentētię dicitur non deno-
tat ꝙ hoc poſſet ſolus archiepiſcopus. Archi.vero.27.diſt. in
ſumma glo.vlt.credit ꝙ ſiue dicat nos concilium &c. ſiue di-
cat nos archiepiſcopus de conſenſu, &c. non ſolum archiepi-
ſcopus poterit abſolutionem impēdere ſuo ſubdito, imò hoc
poterit quilibet ſuus ſuffraganeus in ſuum ſubditum exerce-
re, cum talis ſit ſnīa canonis ſiue iuris, & hoc per c.nuper.j.de
ſent.excom. Et in hoc concordat Io.Andr.j.de ſent. excom.c.
Romana.glo. & ſic habes in nouella.lib.6. & hoc ſuper verbo
relaxetur.dicens ꝙ ſi ſnīa feratur a canone ſynodali ordinarius
abſoluet,non.n.conſtitutio concilij eſt maioris authoritatis,ꝗ̄
conſtitutio Papæ vel cōcilij generalis. Si igitur ordinarius ab-
ſoluit ab illa,ergo ab iſta ſi non eſt reſeruata, & eſt ſatis expreſ-
8 ſum in c.alleg. ex frequentibus. ſm eum. † Et hoc credo ve-
rius ſalua reuerētia Hoſti. & illud quod ipſe dicit ꝙ iſta verba
de concilio non important neceſſitatem nō credo verum per
ea quæ notant Vin.& Cōpo.ſ.de conſti.ex parte. & ibi dixi.ſ.
¶ Ad declarationem glo.j.Inno.in fin. Si quæratur vtrum oēs
ſubditi teneantur de ſingulis quærelis in concilio generali, vel
9 prouinciali, vel epiſcopali reſpondere, diſtingue. † Aut parti-
culare vel generale conciliū ſit ſeu cōuocatur,pro aliquib.ſpe-
cialibus negotijs in conuocatione nominatis: & tunc in alijs
negotijs ſeu cauſis ſiue ciuilibus ſiue criminalibus cōpetit ius
10 reuocandi domum,arg.ſ.de dila.c.fi.de foro compe.c.fi.† Aut
fit ſeu reuocatur non pro ſpecialibus negotijs, ſed indiſtinctè
& generaliter ſit conuocatio,& tunc. Aut agitur de ciuilibus,
& tunc ſiue ſit generale,ſiue prouinciale ſiue ſynodale conci-
lium non habet ius reuocandi domum,vt.18.diſt. propter ec-
11 cleſiaſticas. & c. qm̄ quidam. † Aut agitur de criminalibus, &
in talibus criminalibus competit ius reuocandi domum, quia
in illis non tenetur, quis reſpondere niſi ad hoc ſpecialiter ſit
citatus, expreſſis etiā criminibus de quib' accuſatur, vt 5.q.2.
c.fin. ſecundum Innoc. & Hoſtien. hic. Idem Gul. de Monte
Lau.in procemio clementina. ſuper verbo concilio.

1 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
2 *Pœna committitur ſine monitione, vbi dies apponitur conſti-*
tutioni.
3 *Pœna committitur ſine monitione, vbi conſtitutio negatiuè*
concipitur.
4 *Pœna non committitur ſine monitione, vbi conſtitutio affirma-*
tiuè concipitur.
5 *Eccleſia triumphans monitione non vtitur.*
6 *Præbendarius negligens in conſtituendo vicarium in cura, ea*
priuatur.
7 *Præbendarius quando recuperat curam perditam ob negligen-*
tiam vicarium conſtituendi.
8 *Deſeruendi per vicarium caſus.*
9 *Reſidentia præbendæ præiudicat parochiali.*

EXtirpandæ. ¶ Ad declarationē gl.vlt.Inn.
hic.Si quęris vbi aliqd eſt ſta-
tutum, & pœna eſt adiecta in contrarium venienti,
vtrum requiratur monitio antequam pœna cōmit-
1 tatur, diſtingue. † Aut quæris quantum ad eccleſiam militan-
tem,quæ non iudicat de occultis.32.diſtin.erubeſcant.6.q.1.ſi
omnia.32.q.5.chriſtiana.j.de ſimo.ca.ſicut tuis. & ca.tua. aut
quantum ad eccleſiam triumphantem. Si quantū ad eccleſiam
militantem refert: quia aut certa dies eſt aſſignata,vel certum
tempus aſſignatum a ſtatuente,vel alio qui poteſt aſſignare ad
aliquid faciendum,puta ad reſidendū in beneficio, vel ad con-
ſtituendū vicarium in eccleſia, vel ad ſe promouendum ad ſa-
2 cros, vel ad aliquid faciendū: aut non. † Si ſic tunc dies ſeu tp̄s
interpellat eum,ita ꝙ poſt diem vel tempus elapſum abſq; alia
monitione incurrit pœnam: & hoc ſiue pęna apponatur affir-
matiuè,ſiue negatiuè,arg.C.de cōtrahen.& cōmit.ſtipu.l.ma-
gnam.j.de cōceſ.præb.c.2.ſ.de elec.cum in cunctis.§.cū vero.
ſm Inn.hic in verſi.& hæc vera.& Hoſti. & Io.An.poſt cum:
Et pro hoc eſt hodie caſus.j.de elec.c.quā ſit. & c.licet canon.
§.his autem.ver.quod ſi.j.lib.6. Et vide quod no.ibi Arch.ſu-
per verbo monitione. Ad hoc etiā facit quod legitur, & no.j.
ne cle.vel mo.c.nō magno. & c.ſuper ſpec. intelligēdo ꝙ poſt
duos menſes eſt ibi canon latæ ſnīæ,prout intelligunt ibi Goſ.
3 & Inno. Si nō tunc refert, † aut aliquid eſt ſtatutū, & pœna eſt
adiecta alicui negatiuè vel alijs verbis æquipollentibus nega-
tiuè,ſicut eſt ſi nō reſideat in eccleſia, vel niſi cōſtituerit vica-
rium,& ſic de alijs: & tūc requiritur admonitio. Aut pęna eſt
adiecta alicui affirmatiuè,vt videlicet ſi percutiat clericum ſit
excōicatus,vel ſi receperit ſecundā eccleſiam careat prima, vt
17.q.4.ſi quis ſuadente.&.ſ.eo.de multa. Et hoc potes videre
vbicunq; irrogatur infamia ipſo facto.ff. de ritu nup. l. palā.§.
4 quæ in adulterio.C.de ſecun.nup.l.1.& 2. † & tūc ſine vlla mo
nitione ſtatim ipſo facto incurrit pęnā,vt in iuribus prædictis
&.j.ne cle.vel mo.c.non magno.& c.ſuper ſpecu. cum ibi no.
per Hoſti. vbi dicit ꝙ ibi eſt ſtatim ante duorū menſium lap-
ſum canon latę ſnīæ. Et eſt ratio diuerſitatis: quia nō facta la-
tent nec pñt probari de facili nec aſſeri ꝙ ſint vera,& ideo re-
quiritur in eis monitio,vt patet.ſ.de elec.cū in cunctis.§ infe-
riora. Sed facta ſe manifeſtant,& ſe exhibent qñq; notoriè,vt
patet in eo quod legitur.& no.ſ.de transla.epi. quāto.§.ne aūt.
& qñq; de facili ꝓbantur,vt patet.ſ.de teſt.cog.peruenit.2. Et
ideo in talibus non eſt neceſſaria monitio, ſed ſufficit ꝙ de fa-
cto fiat fides,ad hoc vt pęnā inflictam declaret,quā contra ve-
niens ipſo facto incurrit niſi ꝓbet aliud.j.de ſen.excō. c.ſi ve-
ro.2.& c.ſe.& c.nulli.Ad qđ pertinet quod le.& no.ſ.de elec.c.
bonæ.j.§.cōtra legati.&.C.de nō nu.pec.l.aſſeueratio.ſm Inn.
& Hoſt.& Io.An.hic. Et idē Archi.5.q.1.quidem. gl.antepen.
5 † Si quęris quantū ad eccleſiam triumphantē,quantū ad Deum
qui eſt ſcrutator cordiū,& cognitor ſecretorū,vt legitur & no.
22.q.5.qui periurare.& tūc ligatur & pęnā incurrit abſq; aliqua
alia monitione. Et ita intellige.c.alleg. quidem. ſm Archi.ibi.
Et ad hoc quod dictum eſt de pęna adiecta alicui affirmatiuè,
facit quod not. Hoſti.j.ne cler.vel mon.cap.2.glo.vlt. ibi talia
enim edicta loco trinę monitionis ſuccedunt.ſ.de appel. præ-
terea.2.&.j.de loc.cap.j.de ſent. excom. a nobis.j.
¶ Ad declarationem gl.Ber. ſuper verbo priuatū. Hoſt.hic vr
approbare ſecundam opin. Ber.ſ.ꝙ iſte verſus alioquin conti-
6 nuetur ad ver.præceden.niſi fortè.† Et tunc eſt ſenſus, ꝙ pre-
bendarius qui nō ponit vicariū in parochiali eccleſia prębendę
ſuæ annexa,priuatus eſt ea:& iſte ſenſus,vt dicit,vr magis con
gruere litterę: & ſm hoc dicas priuatum.ſ.ipſa parochiali eccle
ſia ipſo iure,& ſic eſt canon latę ſnīæ,& ideo dixit authoritate
huius decreti. Sed qñ habet locū hæc pœna, dic ꝙ a tp̄e vaca-
tionis expectabunē ſex menſes, ar.j. de cōceſ.pręb.c.2.quibus
elapſis ipſo iure priuatus eſt,nō ſolū quo ad præſentationē, ſed
etiā quo ad fructuū perceptionē,& deuoluit poteſtas ad ſupe-
riorem,qui in hoc caſu.ſ.qñ quis habet ꝓprietatem tenet pręſ-
ſentare vicariū ſpecialē.¶ Circa hoc ergo diſtingue,aut qs ha-
bet ꝓprietatem & pręſentationē vt hic:aut nō habet proprie-
tatē,ſed ſolā pręſentationē: aut nō habet ꝓprietatē nec pręſen
tationē,ſed habet collationē. Si primo,caſu dic vt.ſ. Si alio aūt
caſu.ſ.qñ quis nō habet ꝓprietatem,ſed habet tm̄ repręſenta-
tionē vel collationē, & nullo modo fauet delicto priuat ea vi-
ce tm̄ quoad repręſentandū: & ſcđa vice repręſentare pōt.ſ.
de ſup.neg.præla.ca.2. Si tertio vero caſu.ſ.qñ negligens eſt &
fauet,ſaltē tacitè delicto illius qui de facto tm̄ tenet,punitur is
ad quē pertinet collatio,quo ad collationē quę ea vice ad ſupe-
riorē deuoluit, & vt de ſuo tm̄ ponat in vtilitatē vacātis bene
ficij,quantum a tp̄e vacationis conſtat fuiſſe perceptū.ſ.eo.de
7 multa.§.& ſi vltra ſex.† ¶ Sed ſi qras vtrū & qñ ille canonicus
ſit priuat',vel eius ſucceſſor,hmōi eccleſiā per ordinariū alte-
ri collatā recuperabit.diſtingue. Aut qris vtrū eā recuperabit
quādiu viuet iſte rector,& dic ꝙ non:,vnde rector iſte quādiu
viuet nō remouebit.j.de dona. c.cōſultationib.ſ.de reſti.ſpol.

c.audita.de filijs presby.ex tua.alias incipit ex parte.& de offi.
vicarij.cap.3. Aut quæris vtrum eam recuperabit eo mortuo,
& tunc aut quęris de ipſo canonico negligente,& tunc conſu-
lendus eſt Papa: nam ſi intelligas verbum conferenda in textu,
ſcilicet hac vice tantum,tunc in alia vice ipſam poterit recupe
rare. ſi vero intelligas quandiu vixerit dictus canonicus,ipſam
non recuperabit. Et ſic ſoluta eſt.q.quia ergo hoc verbū duo-
bus modis poteſt intelligi,nec eſt per ius determinatum,con-
ſulendus eſt Papa.j.de ſen.excō.inter alia. Aut quæris de ſuc-
ceſſore canonico, qui negligens ſuerat ſubſtituto, & dic ꝙ ille
habebit prouentus ipſius eccleſiæ, & vicariū præſentabit. arg.
16.q.6.ſi epm.de inſti.cum veniſſent.& .ſ.eo.niſi eſſent.ad fi.
ſm Hoſti.qui in effectu ponit totā iſtam diſtinctionem.& Io.
An.ſatis cōcordat in idem ex iſto.c.§.qui vero.ver. niſi forte.
¶ Notat hic Hoſti.& Io.And.poſt eum,ꝙ quilibet canonicus
tenetur perſonaliter deſeruire. Non cōſtat ꝙ curatus tenetur,
& tn̄ reſidentia præbendæ vincit reſidentiam parochię:& hoc
8 ratione maioris tribunalis. † Fallit,regula quæ eſt in princ.hu-
ius §.quæ vult ꝙ nullus ſeruiat per vicariū. Item fallit ſecun-
do rōne occupationis: ideo epiſcopus habet vicarios.ſ.de off.
Archi.cap.1.de offi.Archipresb.ca.1. Tertio, ratione conſtitu
tionis ſeu cōſuetudinis, puta quia pauperes ſunt canonici, nec
poſſunt de vna prębenda cōmode ſuſtentari,& ſunt neceſſarij
eccleſiæ. Valet.n. conſuetudo vel conſtitutio ꝙ partem reci-
piant,& alijs ad ſeruitium eccleſię ſubrogatis pars cōgrua mi-
niſtretur,arg.ſ.de conſti.cum omnes.de cler. non reſi.cū dile-
ctus.& c.ad audientiam.& c.pen.j.eo.expoſuiſti.& de conceſ.
pręben.ex parte. Quarto,ratione diſpenſationis,de fi.presby.
propoſuit.1.tit.1.cum ad hoc.ex cauſa tn̄ vtilitatis vel neceſſi-
tatis eccleſiæ conceſſę,vt no.j.eo.expoſuiſti. Quinto, ratione
loci remotioris.j.de eccl.edifi. ad audientiam.j. Sexto,ratione
religionis.ſ.eo.de monachis.j.de dona.cōſultationibus.Septi-
mo,rōne diuerſæ nationis.ſ.de offi.ordi.qm̄. Octauo,ratione
prædicationis.ſ.de offi.ordi.inter cætera.j. de ſtatu mo. quod
Dei timorem. Nono, ratione debilitatis vel infirmitatis.j. de
cle.ægro.per totum. Decimo, ratione terræ ſanctæ peregrina
tionis.j.de voto.ca.fi. & ſic poteſt intelligi de appel. peruenit.
Vndecimo,ratione abſentiæ probabilis,puta ſtudij de licentia
prælati.ſ.de cler.non reſi.relatum. Duodecimo,ratione diuini
cultus augmentationis.7.q.1.illud.& c.nihil.& iſte caſus regu-
lam cōtinet generalem.de quo.ſ de off.vica.clericos.ſm Ho-
ſti.& Io.An.vnde verſus. Occupat,annexum,conſtitutio,con
ſuetudo. Diſpenſanſq;, loci remotio,religioq;, Diuerſa natio,
prædicatio, debilitaſq;, Terræ Dei peregre, ſeu probabiliter
9 abſens, Augmentum cultus diuini vicarios dant. † Et ad hoc
quod dictum eſt ꝙ præbenda requirit reſidentiam,cōcordant
Hoſti.& Io.An.j.eo.ſuper inordinata. quod probant hoc mo-
do,reſidentia præbendæ præiudicat reſidentię parochialis ec-
cleſiæ vt hic,ſed monachus qui continuè debet eſſe in mona-
ſterio.16.q.j.placuit.ꝓpter curam a monaſterio abſtrahitur.j.
de ſtatu mo.quod Dei. ergo patet canonicū fortius aſtrictum
ꝗ monachum. Sed poteſt dici ꝙ verbum talem hic poſitū in-
nuit ꝙ præbenda de iure communi non requirit reſidentiam:
& ideo dicit talem puta de conſilio, vel alio iure ſingulari.

1 *Eccleſia collegiata vacantis cuſtodia ad collegium ſpectat.*
2 *Eccleſia vacantis cuſtodia ad patronum clericum ſpectat.*
3 *Eccleſia de patronatu laicali vacantis cuſtodia ad epiſcopum pertinet.*
4 *Eccleſia non patronata cuſtodia ad quem pertineat.*
5 *Eccleſia cathedralis cuſtodia ad quem ſpectet.*
6 *Papa ſuper omnia iura eſt.*

IN Lateranenſi. ¶ Si quæris ad quē ſpe-
ctat de iure cōmuni cu-
ſtodia eccleſiæ vacātis,diſtingue. Aut quæris de cu-
ſtodia eccleſiæ cathedralis: aut de cuſtodia aliarum
1 eccleſiarū inferiorum. Si de eccleſiarum inferiorū † tunc aut
quæris in eccleſijs quæ hn̄t collegium,& tunc cuſtodia rerum
pertinet ad ipſum collegiū mortuo prælato. 12.q.2.c.non licet.
vt not. Inno.& Hoſti.j.vt eccle.bene.c.vnico.glo. quia hic ar-
chiepiſcopus. Aut quæris in alijs eccleſijs: & tunc aut eccleſia
habet patronum: aut non. Si ſic,tunc aut habet patronū cleri-
2 cum hoc eſt eccleſiaſticum: aut laicum.i.ſecularem. † Si cleri-
cum tunc ad eum,& non ad epm̄ pertinet cuſtodia eccleſię ſic
vacantis,vt.ſ.de app.c.bonæ memoriæ.ſ.de off.ord.c.cū vos.
j.de teſta.relatum.2.§.nomine.de priuile. cum & plantare.§.in
3 eccleſijs.cum ei ſit de tpalibus reſpondendum vt ibi. † Si lai-
cum tunc ad epm̄,& non ad patronum, licet habeat defenſio-
nem pertinet cuſtodia ipſius eccleſiæ vacātis, & pro eo agit,vt
16.q.7.omnes baſilicę.& 10.q.1.ca.1.& 2 &.j.de ſucceſ.ab in-
teſta.c.cū dilectus.ita not.hic Inn.ſuper verbo pleno.& Hoſt.
poſt eum.& in c.alle.cum vos.idem Hug.17.q.2.ſanè.& Gul.
4 de Monte Lau.extra de offi.vica.c.vnico.in magna glo.† Si ec-
cleſia non habet patronum tunc multo fortius ad epm̄ cuſto
dia ipſius pertinebit ſm Inno. in c.alleg.cum vos, &.j.vt eccl.
bene.c.vnico.in gl.quia hic archiepiſcopus,vbi dicit ꝙ c.cum
veniſſent.j.de inſtit.& ca.ſi in plebibus.63.diſt.loquuntur vbi
Archi.hoc habet de cōſuetudine ſpeciali. idem Hoſti.ibi poſt
eum. idem Inno.Hoſti.& Abb.in c.alleg.cum veniſſent.cum
quo cōcordat Goff.in c.alleg.cum veniſſent.dicens quod illud
c.ſi in plebibus.& 72.diſt.c.2.loquuntur in eccleſijs ſpecialiter
archidiacono ſubiectis. Etiam in iſta diſtinctione concordant
Hug. & G.de Monte Lau. vbi.ſ. Et idem videtur tenere Io.
63.diſt.ſi in plebibus.Sed Lau.& Goff. tenent in c.alleg.bonæ
memoriæ. quod de iure cōi cuſtodia vacantis eccleſiæ perti-
net ad archidiaconum. Idem innuit Inn.ibi.& hoc plene not.
Ber.in c.alleg.cum veniſſent.&.j.de exceſ. præla. ad aures. vbi
Ala.Vinc.& Goff.idem dicunt.Idem innuunt Io.Vin.& Tan.
in c.alleg.bonæ. Et idem vr̄ tenere Archi.in c.alleg.ſi in plebi-
bus.glo.fi.dicens quod hęc ſnīa Lau.& Goff.videtur cōfirma-
ri ex mente ſubſcriptionis illius. c.qđ eijcitur ex libro vbi Iſi-
dorus de officijs tractat & dicit hoc pertinere rōne officij ad
archidiaconū: & hoc demonſtrat litera quam totius ꝓficiſca-
tur,&c. intelligit iure ſuo: alias non vr̄ hr̄e locū litera pręmiſ-
ſa,vbi nō eſſet eps pn̄s ſm eū.credo priorē opinionē veriorē.
5 † ¶ Si quęris de cuſtodia eccleſię cathedralis refert,aut illa ec-
cleſia habet œconomum: aut non. Si ſic tunc cuſtodiam & gu
bernationē rerum epalis eccleſiæ habebunt œconomus & ca-
nonici ipſius eccleſiæ: vt.79.diſt. qm̄ quidem. 12.q.2. charita-
tem.& c.illud.& c.ſtatuimus. Si non, tūc ſoli canonici hr̄e de-
bent ipſam cuſtodiam & gubernationē. Si non habet canoni-
cos,tunc archieps. 12.q.2.non licet alicui.& c.nō liceat. &.q.5.
ſicubi.C.de admi.tu.l.ex quo,vt not.Inno & Hoſti.& Io.An.
in c.alleg.cum vos.Idem not.Inno.& Hoſti.j. vt eccle.bene.c.
vnico.in glo.alleg.quia idem Arch.12.q 2 c.illud.in gl.pen.li-
cet Io.ibi dicat ꝙ vbi in eccleſia eſt ęconomus ille ſolus abſq;
canonicis habet cuſtodiā.& præmiſſa intellige de iure cōi: de
priuilegio vero Papali talis cuſtodia nedū clericis, ſed etiā lai-
cis cōpetere poteſt, vt patet in eo quod leg.& no.j.de iure pa-
6 tr. Et eſt ratio: † qa Papa ſuper oīa iura eſt.9.q.3.cuncta per
mundum.& c.per principalem.j. de conceſ. præb. propoſuit.
ſm Inno.& Hoſti.in c.alleg.in Lateranenſi. Idem intellige de
conſuetudine præſcripta,quod dic vt leg.& no.j.de elec.gene
rali.& c. quia ſæpe. & de offic.ordi. c.præſenti.§. porro.lib.6.

1 *Prælatus percipiens fructus, animarum curam habet. 4.*
2 *Vicarius percipiens fructus, animarum curam habet.*
3 *Vicarius comedit in menſa prælati.*
5 *Curato potius ſubueniendum quam canonico.*

EXpoſuiſti. ¶ Ad declarationem glo.2. Ber.
hic. Si quæris quis dicatur curā
animarum habere,an prælatus ſeu perſona quod eſt
idem quo ad hoc, vel vicarius ad hoc vt ſibi & non
alij,primitię,decimæ,& oblationes quæ ratione curę dātur de
iure communi competant,vt eas valeant vendicare,diſtingue.
1 † Aut prælatus habet tm̄ ius patronatus, vel certā portionem
in eccleſia,cæteris fructibus cedētibus in vſus vicarij: & tunc
cura animarum, ac fructuū rei vendicatio ſpectabit ad ipſum
vicariū: ſic intelligitur finis iſtius gl.ibi ſed verius,&c. Quem
ver.intelligit Hoſt.verum,qn̄ certa penſio aſsignatur toti capi
tulo,vel ſingulari canonico,vt.ſ.eod. auaritiæ. & ca. de mona-
2 chis. † Aut perceptio fructuum ipſius eccleſię ſpectat ad pre-
latum,certa portione relicta vicario,iuxta. ca.j.de præben.ſu-
3 ſcepti regiminis.li.6.† Vel quia ipſe vicarius comedit in men-
ſa prælati, ſicut eſt in omnibus prioratibus habentibus curam
annexam totius diœceſis Leonenſis, vnde ſum oriundus, &
tunc credo quod de iure communi cura animarum, & rei ven
dicatio fructuum ſpectat ad ipſum prælatum, maximè in fo-
ro cōtentioſo: ſed exercitium curę ad vicarium ſpectat in fo-
ro animæ.j.de præben.c.ſuper eo.lib.6. Et ideo illa Rubrica.j.
de capellis mo.non dicit vicariorum vel epiſcoporum:ſed mo
nachorum. ſic intelligitur.j.de præben. cum ſingula. in princ.
4 lib.6. † Et talis de iure cōmuni vendicat decimas, & alia iura.
hoc probatur.ſ. de præſcrip. ex tranſmiſſa.j. de ſepul. ex par-
te.j.& in c. in noſtra. Ita diſtinguit. Gul. de Monte Lau.extra
de offic.vica.c.vnico.in magna glo.5.q.verſi. hic quæro.in cle.

Et idem

Et idem ipſe. G.& Gen.de iure pa.ca.1.ſuper verbo aſsignare neglexerint. Et idem Gul. de Monte Lau. extra de cenſibus. cap.1.ſuper verbo iura epiſcopalia. in cle. Et vide Gen. in extrauaganti Io.22.execrabilis.in fin.ſuper verbo parochias. vbi idem notat. Et ſm iſtud vltimum membrum poteſt intelligi glo.Ber.hic. verſi.& credo q canonici,&c. quem verſi. Hoſti. intelligit fore verum quando non certa penſio, ſed tota capella côceditur toti capitulo, vt ei in proprios vſus cedat.j.de dona. conſultationibus, quo caſu cura ad collegium ſimul non ad ſingulos canonicos pertinet. 12.q.2.c. epiſcopus.§. qui manumittitur .&.ff.de in ius vo.l.ſed ſi hac leg.§. qui manumittitur, quod cuiuſq; vni.l.ſicut municipum.§.1. Quando autem præbendæ adiungitur, canonicus eſt prælatus & curã habet, & vicarius ſimiliter.ſ.de offi.vica.ca.1.& 2. ſm Hoſti. quod intellige de canonico in foro contentioſo, & de vicario in foro ani-
5 mæ vt.ſ.dictum eſt. † Et no. ſecundum Hoſti. q ſi omnes fructus ſint neceſſarij pro cõgrua ſuſtentatione vicarij,tunc omnes ſibi dimittantur,qui curat animas & perſonaliter deſeruit: hic enim eſt ius commune.j.de his quæ fi. a præla.c.paſtoralis. C.de ſerui.& aqua.l.præſes.cui nulla conſuetudo vel ſtatutum obſtat, imò tolerabilius eſt quòd canonicus egeat quã rector, vt patet in eo quod no.ſ.eo.extirpandæ.

1 *Priuilegiatus ſucceſſor an in præſcriptionibus, vtetur priuilegio ſuo.*
2 *Priuilegiatus ſucceſſor an priuilegio ſuo in obligationib' vtetur.*
3 *Diuerſitatis ratio quo ad priuilegia inter præſcriptionem, & obligationem.*
4 *Diuerſitatis ratio quo ad priuilegia inter facta & non facta.*

Dilectus filius. ¶ Hic habes in textu & in glo.1.q priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato vtitur priuilegio ſuo. Circa quod diſtingue. Aut quęris de vtendo priuilegio cir-
1 ca præſcriptiones,aut circa obligationes: aut circa alia.† In primo caſu: aut quæris pro tempore præterito : aut pro tempore futuro. Si pro tempore præterito dic quòd nõ vtetur : vt.ff.de iure fiſci.l.fiſcus cum in priuati.C.de præſcri.30. vel 40.an.l.ſicut.Si pro tẽpore futuro refert,aut priuilegiatus ſuccedit non priuilegiato ex parte præſcribẽtis: aut ex parte eius cõtra quem præſcribitur. Si ex parte præſcribentis, aut priuilegiatus non vult vti acceſsione ſui auctoris, & tunc vtetur ſuo priuilegio. Aut vult vti,& tunc non vtetur.i ſic loquitur.C.de præſcri.30. vel xl.ann.l.cum notiſsimi.§.1.arg.ff.de acquir.poſſ.l. Pomponius.§.cum quis. Si ex parte eius cõtra quem præſcribitur refert :aut impeditur præſcriptio in totum vel in tempus incertum: aut retardatur in aliquod tempus certum: aut non impeditur. In primo caſu, ſcilicet qñ impeditur præſcriptio in totũ vel in tempus incertum : tunc priuilegiatus non vtetur priuilegio ſuo: vt.ff.de fundo dotali.l.ſi fundum. In ſecundo caſu, ſcilicet qñ retardatur in aliquod tempus certum vtitur priuilegio ſuo, vt in l.alleg.ſicut.C.de præſcr.30.vel xl.an. &.j.de iure pa.c.vnico. lib.6. In tertio caſu, ſcilicet qñ non impeditur habet locum aut.quod ſi quibuſdam.C.de pręſcr.longi temporis vt idem ſit de parte temporis quo ad partem, quod de toto ad
2 totum. † In ſecundo membro principali diſtinctionis, ſcilicet qñ quæritur de vtendo priuilegio in obligationibus,ſubdiſtingue,aut quæris de tempore pręterito: aut de futuro. Si de pręterito non vtetur priuilegio, vt.ff. de iure fiſci.l. fiſcus cum in priuati. t.reſpon.ad Treb.l.3.in fin. Si de futuro,tunc aut contrahitur obligatio, propter factum : aut propter non factum. In primo caſu vtitur priuilegio ſuo, vt ſi minor ſuccedat maiori reſtituetur.ff.de verb.obl.l.cum filius.§. in hac. In ſecũdo caſu ſubdiſtingue, aut priuilegium eſt conceſſum ſibi intuitu perſonæ tm̃: aut intuitu reipublicæ. Si intuitu perſonæ tantũ: tunc non vtetur priuilegio ſuo. v. g. maior promiſit mihi ſoluere ad diem ſub pœna, interim decedit, & minor ſibi ſuccedit,& minor ipſe nõ ſoluit ad diem certam,incidit in pœnam, nec vtetur priuilegio in integrũ reſtitutionis: vt.C.ſi aduerſus ven.pign.l.2.&.ff.de minoribus. l.Aemilius largiamus. Si vero habet priuilegium intuitu reipublicę,vt fiſcus, tunc in iſto caſu vtitur priuilegio ſuo: vt.ff.de vſur.l.cum quidam.§.ſi debitores.&.ff.de iure fiſci.l.allegata fiſcus cum in priuati. In tertio membro principali.ſ.circa alia,dic regulariter pro tempore pręterito.ſ.ſui prędeceſſoris non vtetur priuilegio ſuo,ſed pro futuro tempore vtetur: vt probatur hic,&.j.de iure par.c.vnico. in fin. lib.6. Vbi habes quod ius patronatus laici deueniens ad eccleſiam vel monaſterium ius patronatus eccleſiaſticum efficitur : & iuris patronatus eccleſiaſtici cenſetur vbi etiam de iſta materia per Ioan.Andr. ſuper verbo ſemeſtre. in nouella.
3 ad idem in lib.feu.de pace te.c.ad hoc ſi allodium.coll.x.† Modo reſtat videre rõnem diuerſitatis inter prędicta. Primu,quę ſit ratio diuerſitatis inter pręſcriptiones & obligationes:ratio diuerſitatis eſt : qa tota obligatio formata fuit in perſona maioris,& ideo non ſic vtitur quis priuilegio ſuo ibi,ſicut in pręſcriptione in qua totus curſus præſcriptionis non eſt completus in perſona maioris non priuilegiati. Vnde quia nõ eſt pręſcriptio tota formata in ſua perſona,ſed formãda venit in perſona priuilegiati vtitur priuilegiatus priuilegio ſuo in præſcriptionibus ſm diſtinctionẽ præmiſſam. Et pro iſta ratione fa-
4 cit.ff.de mino.l.3.§.1.† Sed quæ eſt ratio diuerſitatis in obligationibus inter facta & non facta Reſpondeo quod tanta differentia eſt inter ea quanta inter ens & non ens: nam ex quo factum eſt ens, & poteſt reſpicere perſonam eius qui facit, ideo ſi perſona eſt priuilegiata poteſt reſpicere eam: & habita conſideratione ſuæ perſonæ vtetur priuilegio. Sed non factum eſt non ens : non ens nõ poteſt concernere aliquam perſonã : vnde ſi minor qui ſuccedit obligato,non ſoluit non vtitur priuilegio ſuo, cum non ens iſtud nihil ſuam perſonam reſpiciat.

1 *Epiſcopus annorum. xxx. 7.*
2 *Abbas annorum. xxv.*
3 *Prior annorum. xx.*
4 *Abbatiſſa, prioriſſa annorum. xxx.*
5 *Canonicus annorum. xiiij.*
6 *Capellanus annorum. vij.*
8 *Sacerdos annorum. xxv.*
9 *Diaconus annorum. xx.*
10 *Subdiaconus annorum. xviij.*
11 *Quatuor minores annorum. vij.*
12 *Accolitus maior ſeptenno.*

Super inordinata. Si quæris,quæ ætas requiratur pro beneficijs obtinendis, aut pro ordinibus, aut pro religione,dic plene per Gul.de Monte Lau.extra de ęta. & quali. c.generalem. in cle. reiecta magna diſtinctione quã ponit Hoſti.hic, & in ſumma eo.tit.§.cui ſit.verſic.ſed nunquid. Diſtingue ergo,aut quæris pro beneficijs : aut pro ordinibus :
1 aut pro religione. Si pro beneficijs obtinendis, † tunc aut pro beneficijs ſupremis vt epiſcopatibus & ſuperioribus, & tunc requiruntur.xxx.anni completi: vt.ſ.de elec.cum in cunctis.
2 † Aut pro duplicibus obtinendis, vt abbatijs, & dignitatibus, & eccleſijs curatis,& tunc requiruntur.xxv.anni incepti:vt in
3 d.ca.cum in cunctis.§.inferiora. † Idem in prioratibus cõuentualibus. In non conuentualibus etiam curam animarum habentibus ſufficiant. xx. anni, dummodo ſint cõpleti, vt extra
4 de ſtatu regu.c.ne in agro.§.cæterum.in clem. † Fallit in abbatiſsis,& prioriſsis, in quibus requiruntur.xxx. anni completi, ſicut in epiſcopis, vt.j.de electione. c.indemnitatibus.in prin. lib.6. Si autem ſint dignitates ſine cura,tunc ſufficiunt.xx anni cum diſpenſatione ordinarij, vt.j. de æta. & quali. c.vnico. lib.6. Aut quęris pro ſimplicibus beneficijs obtinẽdis.& tunc
5 † aut pro canonijs ſiue præbendis,& tunc.14.anni : quia in talibus requiritur nedum aſsiduitas ſeruitij, ſed etiam maturitas conſilij vt hic. nec ob.j.de elec. ca. ex eo.lib.6. quia ibi ille receptus fuit in canonicum diſpenſatiuè : & ibi factum recitat : vt ibi not. Item non obſtat.j.de iudi.c.ſi annum.lib.6. quia ibi non habet locum. argu. a contrario ſenſu, vbi iuris contrarietas reperitur: vt no.ſ.de foro compet. ſignificaſti. ſecundum Gul.de Monte Lau. in c.allega. generalem. idem tenet Hoſti. hic.& Archi.j.de reſcrip. c.ſi eo tempore. lib.6. Sed Io.Andr. tenet indiſtinctè quod pupillus poteſt eſſe canonicus.in ca.allega.ex eo.& in c.allega.ſi eo tempore.glo. vlt.l.cum quo con-
6 cordat.Ber.hic. quorũ opi.tenetur & ſeruatur de facto. † Aut quæris de capellis ſeu alijs ſimplicibus beneficijs obtinendis, & tunc ſufficit quòd quis exceſſerit.vij.annos,dum tamẽ alias ſit idoneus,quia tunc poteſt tonſurari.j.de tempo. ordi. capit. fin. lib.6. niſi ſint talia beneficia quæ de conſuetudine vel ſtatuto habeant ordines ſibi annexos.ſ. eodem ſignificatum. & extra de æta. & quali. cap. vt hi qui. in clemen.
7 ¶ Si quæris pro ordinibus. † & tunc aut pro ordine epiſcopali, & tunc.xxx.anni cõpleti: vt in c.alleg. cum in cunctis. in prin.
8 † Aut pro ordine ſacerdotali : & tunc ſufficiunt.xxv. anni in-
9 cepti. † Aut pro ordine diaconatus, & tunc ſufficiunt. xx.
10 anni incepti. † Aut pro ordine ſubdiaconatus : & tunc ſufficiunt. xviij.anni incepti, vt probatur in capitu. allegato generalem.

11 ralem. † Aut pro quatuor minoribus ordinibus, & tunc vltra.
vij. annos poteſt ordinari clericus, hoſtiarius, lector, exorciſta
12 † & vltra. vij. annos accolitus: vt. 77. diſtin. in ſumma.
¶ Si autem quæratur de tertio, ſcilicet de religione dic ꝙ re-
quiruntur. 14. anni in homine maſculo. & 12. in muliere: in
tantum ꝙ ſi ante iſtam ętatem quantumcunq; alias doli capax
aliquam religionē intrauerit, pater vel mater vel his deficien-
tibus tutores poſſunt ipſum inuitum de religione extrahere,
vt legitur. & no. 20. q. 2. cap. 1. cum ſequentibus & . j. de regula.
c. poſtulaſti. maximè in glo. Hoſti. Et iſtā diſtinctionem po-
ſui amore pauperum qui librorum copia non abundant.

1 *Nobilis ignobili præferendus in beneficijs eccleſiaſticis.*
2 *Britones a troianis deſcenderunt.*
3 *Nobilitatis inſignia.*
4 *Nobilitas ſumma virtus.*

Enerabilis. Si quæris vtrū in beneficijs ec-
cleſiaſticis nobilis ignobili prę-
1 feratur, diſtingue. † Aut quęris de nobili & ignobili
æqualibus meritis & ſcientia, & tūc ſemper erit no
bilis præferēdus: quia gradū adijcit ſicut in dignitate vel per-
ſonatu conſtitutus. ſ. de elect. dudum. j. ad hoc. ff. de ædil. edi. l.
quod ſi nolit. §. qui mancipia. ſ. eod. de multa. in fin. ſecundum
Hoſtien. hic: alias non eſt habenda ratio nobilitatis vt hic.
¶ Et no. ꝙ de nobilitate generis diſputare, eſt diſputare de no
bilitate ſtercorum, vt no. Hoſti. hic & Gen. in extrauag. Io. 22.
quæ incipit execrabilis. ſuper verbo generis claritatem, ſed ſal-
2 ua pace eorum. † Propagatio alti & clari ſeminis, qualis eſt il-
la Britonum qui de ſanguine Troię originaliter deſcenderunt,
procul dubio ſuam poſteritatem nobilitat & attollit: ſicut vilis
ſuam vileſcit. arg. 56. diſt. ſi gens anglorū. 98. diſt. affros: vt not.
Gul. de Monte Lau. extra de baptiſmo. c. vnico. in cle. Io. And.
ponis hos verſus hic. Nobilitas ſola eſt animum quę moribus
3 ornat. in fine martinianę poſuit author hos verſus. † Nobili-
tas hominis eſt mens deitatis, Imago. Nobilitas hominis eſt
virtutum clara propago. Nobilitas hominis humilem releua-
re iacentem. Nobilitas hominis mentē refrenare frenentem.
Nobilitas hominis vbi turpia nulla timere. Nobilitas hominis
naturæ iura tenere. Vnde Saul de poſt aſinas in Regem aſſum-
ptus eſt. 1. Regū. 9. & Dauid. de poſt fętantes in regem. 1. Re-
gum. x. Tulius inuectiua contra Saluſtium, ſanctius etenim eſt
me meis geſtis florere, quam maiorū opinione niti, & ita vi-
uere vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exem
plum, neq; me cum his cōferre decet. Gregorius in paſtorali,
quis neſcit ꝙ in natura gemmarū carbunculus iacincto pręfer
tur: & tñ cerulei coloris iacinctus præfert pallenti carbunculo,
quia & illi qđ ordo naturæ ſubtrahit ſpecies coloris adiungit,
& hunc quē naturalis ordo prętulit, coloris claritas fędat. Hie
4 ronymus ad Celantiam. † Sola apud Deum libertas nō ſeruire
peccatis, ſumma apud Deum nobilitas clarū eſſe virtutibus.

1 *Præbendas quæ gratiæ afficiant. 3. & . 5.*
2 *Papa neminem priuare vult iure ſuo.*
4 *Acceptatio beneficij non fit ante eius vacationem.*
6 *Exequutoris gratiæ poteſtas.*
7 *Beneficij ſignificatio in iure.*
8 *Beneficij ſignificatio in reſcripto.*
9 *Beneficium an præbendam contineat.*
10 *Præbendam vacaturam impetranti prouideri nō debet de præ-
bendæ dignitati annexa.*
11 *Præbendam impetranti, an prouideatur de præbenda dignita-
tis vacantis.*

Vm olim. ¶ Ad pleniorem euidētiam gl. 2.
Ber. hic. Si quæris quæ gratiæ af-
ficiant præbendas & quæ non, diſtingue. Aut Papa
1 contulit canonicatum aut non. † Si ſic, tunc ſtatim
affecta eſt præbenda, quę tunc vacabat, vel quæ primo vacabit
nulli alij de iure debita. j. de præb. c. ſi poſtquam. & c. dudum.
lib. 6. Quod verum ſm. G. in c. alleg. ſi poſtquam ſuper gl. ſi. in
tantum. ꝙ etiam a Papa facta collatio poſtea de vacante, nulla
de primo mandato habita mentione, nō valebit: imò cenſebi-
tur ſubreptitia. Nam id ius quod habet impetrans ad pręben-
dam, nulli alij debitā Papa non vr̃ abſtuliſſe per ſuam collatio-
nem, vt patet in eo quod legitur & not. j. de verb. ſigni. dilecto.
Item in primo impetrante, ipſa prima vacatura vr̃ eſſe affecta.
2 j. de reſcr. tibi qui. §. 1. lib. 6. † Vnde nō eſt veriſimile, ꝙ ſi Papę
hoc fuiſſet expreſſum ius tale, habētem noluiſſet priuare iure
ſuo. j. eo. dudum. ver. ſed conſiderantes lib. 6. ad hoc. ſ. de offi.
deleg. ex parte. j. & c. fin. Item beneficium principis decet eſſe
manſurum. j. de regu. iur. c. decet. lib. 6. ſm. G. ibi. Item dicit
Io. An. ibi in nouella, quod per notata ibi per G. videtur quod
vbi beneficium non eſſet affectum, teneret Papæ collatio: nec
mirū quod teneret etiā collatio ordinarij, vt. ſ. eo. c. dilectus. 2.
& . j. de conceſ. præb. ſi ſoli. 1. reſpon. lib. 6. & maximè cū ſcribe
3 batur cū beneficio acceptandi. eo. ti. c. fi. † finaliter dicit, quod
ſi beneficium vacat in curia tenet collatio vacantis. j. eo. ca. 1.
lib. 6. Si vero alibi vacat, & Papa vtitur verbis generalibus. ſ. ta-
lem præbendam ſi qua vacat, &c. tunc procedit quod dicit. G.
Et idem videtur ſi Papa vtitur ſpecialibus verbis. ſ. talem præ-
bendam vacantem per mortem vel promotionem talem, &c.
vt locus ſit ſubreptioni ex quo proprio motu illā non confert.
Si vero Papa proprio motu cōfert hoc expreſſo: tunc eſt quę-
ſtio dubia & potius vr̃ quod valeat maximè vt prædixi. Si nō
erat affecta per decre. dudum. j. eo. lib. 6. cum etiam eo caſu nō
obſtet ſubreptio. eo. tit. ſi motu. hodie tñ ponuntur clauſulæ
tollentes hoc dubium, & reſeruantes ius expectantium. Ioan.
Andr. ibi ſi vero, &c. Si non, tunc aut mandauit cōferri primā
præbendam quā acceptaret: aut primā quæ vacaret. In primo
caſu nō eſt affecta prębenda quantumcunq; fiant inhibitiones,
reſeruationes, & decreta, niſi primo fiat acceptatio, vel ipſius
vacantis, vel primæ vacaturæ, vel ex cauſa ſecūdæ, vel vlterio-
4 ris. vt. j. eo. quia cunctis. §. pen. ad fi. lib. 6. † Certam aūt & ex-
preſſam antequam vacet talis acceptare nō poteſt. j. de cōceſ.
5 præb. c. ne captandę. lib. 6. † In ſecundo caſu, ſcilicet qñ de ca-
nonicatu & præbenda ſi qua vacet, vel quæ primo vacabit ꝓ-
uideri mādauit, tunc refert: aut mandat ſolū illi ad quem per-
tinet collatio: aut ſoli executori vt compellat: aut illi vt ꝓui-
deat & executori vt cōpellat: aut illi, & executori vt ꝓuideat:
aut ſoli executori vt ꝓuideat. In primis tribus caſibus per prę
ſentationem literarū non afficitur præbenda, niſi in tribus caſi
bus vel altero ipſorū. Primo ſi in gratia erat decretum: tunc. n.
ſtatim per præſentationem literarū eſt affecta præbēda. Item
ſi non erat decretum ſi authoritate illius gratiæ in canonicum
fuerit receptus: tunc. n. per receptionem affecta eſt præbēda.
Item ſi executori inſinuauerit & interdixerit maximè cū de-
creto: vt. j. de cōceſ. præb. ſi ſoli. lib. 6. vbi habes iſtos caſus. Et
ſic intelligantur. ſ. eo. dilectus. 2. & 3. In quarto caſu, ſcilicet qñ
ſcribitur illi ad quem pertinet collatio dato executore vt pro-
uideat, dic ꝙ per præſentationem literarum factam collatori
afficitur prębenda ita ꝙ collatio facta poſtea alteri nō tenet. j.
de conceſ. præben. ſi cap. lib. 6. & ſic debet intelligi. j. de conceſ.
præb. propoſuit. vbi etiam hoc not. Inno. in gl. malè. In quin-
to caſu, ſcilicet qñ ſoli executori ſcribitur vt ꝓuideat, hic per
ſolam inſinuationem executoris & notificationem eius quod
vult præbendam per illam poteſtatem conferre, etiam ſi non
interdicat puto affici præbendam. j. de conceſ. præb. quia cun-
ctis. §. ex parte. Et ſic eſt differentia qñ ſcribitur ſoli executo-
ri ad compellendum, & qñ ſoli executori ad prouidendū, quia
primus vt afficiatur præbenda habet inſinuare, & interdicere,
vt in c. alleg. ſi ſoli. vbi Io. Andr. in glo. fin. ponit iſtam diſtin-
ctionem vſq; huc. Secundus ſufficit ſi inſinuet, vt in. §. alle. ex
parte. Et ratio diuerſitatis eſt in promptu: quia in primo caſu
cum Papa dat executorem ad prouidendum, videtur ad ſe, vel
ad ſuum executorem prouiſionem reuocare. & ſic per conſe-
quens ordinario adimere, ad hoc. ſ. de ap. vt noſtrum. Sed vbi
dat executorem ſolum ad compellendum: tunc poteſtatem ad
ſe non reuocat, nec adimit ordinario, imò potius penes ipſum
ꝑmittit dum vult ipſum ad prouiſionem compelli. Et iſtam
rationem aſſignat Inno. in c. alleg. quia in cunctis. ſuper verbo
eſſe ſubiectam. & Ioan. Andr. in c. alleg. ſi ſoli. Vnde nota ꝙ gl.
iſta Ber. in princ. vſq; ad verſi. & quod dicit. concordat Innoc.
& Hoſti. j. de teſti. Raynal. ſuper verbo teneret. per Innoc. &
de iure pat. cum dilectus. ſuper verbo inhibens. dummodo ca-
nonici ſciant poteſtatem collatā in executorem. Sed cum illa
additione ſequenti quæ incipit & ꝙ dicit, &c. cōcordat Com-
po. ſ. de reſcri. c. capitulum. in glo. quia quæſtiones. iuxta prin.
§. cum autem ſoli, &c. Et G. in c. alle. ſi ſoli. ſuper verbo inter-
dixiſſet. & hoc per c. tibi qui. §. 1. j. de reſcrip. lib. 6. quod vide-
6 tur verius per præmiſſa. † ¶ Et no. ꝙ hodie nedum executor
datus ad prouidendum poteſt interdicere & decretum inter-
ponere, vt not. Ber. hic. licet Hoſti. contra in ſumma. de offi.
delega. §. quid pertinet. verſic. irritat. & . ſ. eod. pro illorum. &
malè quia eſt caſus contra eum. & per Ber. in c. allega. ſi ſoli. in
fin. ſecundum G. ibi ſuper verbo interpoſitione. Sed etiā exe-
cutor ad compellēdum datus poteſt hic facere, ſcilicet interdi-
cere &

ctiſe & decretum interponere, vt eſt caſus in c.allega.ſi ſoli.ſe-
cundum. Goff ibi ſuper verbo interdixiſſet, licet Ber.hic in §.
contra.& Hoſt.in c.alleg.pro illorum & malè. Sed Inno.ibi ſu-
per verbo inueſtiuit, tenet quòd poteſt, eius opinio approba-
tur in c.alleg.ſi ſoli. Sed quod dicit Inno. ibi quòd etiam reſer-
uare poteſt non putat Io.Andr.in d.ca.ſi ſoli. in nouella. ad fin.
ſuper verbo glo.interdicere verum. cum enim cõpulſor con-
ferre non poſsit, ergo nec reſeruare conferendum ſed ipſe In-
nocen.videtur intellexiſſe de prouiſore, & tunc bene procedit
ipſum dictum ſecundum Ioan.Andr.& ſic vides quod Bernar.
hic in duobus primis bene dicit, & in tertio malè.
¶ Ad declarationem primæ glo.Inno. Si quæris vtrum appel-
7 latione beneficij præbenda cõtinetur, diſtingue. † Aut fit men
tio de beneficio in iure, vel priuilegio eccleſiæ, vel realiter loco
alicui conceſſo, & dic quòd ſic. Nam his caſibus quòd plus eſt ap-
pellatio beneficij large ſumitur, in tantum quòd continet dignita
tes, perſonatus, & beneficia habentia curam animarum, vt.j.
de verb.ſignific.c.tua nobis.& extra de ſequeſt.poſ.c.vnico. in
princ.in clem. vbi hoc notat Gul.de Monte Lau. ſuper verbo
animarum.& idem innuit Gen.ibi. Et in hoc concordat Gen.
in extrauag. Ioan.22.execrabilis.ſuper verbo beneficium ec-
cleſiaſticum.dicens quòd hoc nomen beneficium comprehendit
nedum canoniam, præbendam, dignitatem, perſonatum, offi-
cium, eccleſiam, vicariam: imò & præſtimonium, & penſio-
nem ad vitam pro titulo aſsignatam, arg. 1.q.3.ſi quis dator.&
c.ex multis.& ſic ſentire videntur Inno. & Hoſti.s.de reſcrip.
poſtulaſti.& c.ad audientiam. ſm eum. Cõcordat etiam G.j.
de reſcrip. ſi eo tempore glo.2. lib.6. dicens quòd in reſcripto
mere gratioſo, ſicut eſt priuilegiũ ſiue indulgentia fit larga in-
terpretatio nominis beneficij, vt in d.c. tua. Secus vbi eſt am-
bitio quæ eſt a clericis omnibus modis repellẽda, vt patet.47.
diſtin.virum. & ca.bonorum.& ca.ſicut hi. Idem not.G.j.de
8 præb.cui de non ſacerdotali.glo.pen.lib.6. † Aut fit mentio de
beneficio in priuilegijs, vel gratijs quę hominibus conceduntur,
vel in impetrationibus beneficiorum, & tunc ſtrictè ſumi
tur, ita quòd non extenditur ad dignitates, perſonatus, vel be-
neficia curata, niſi fiat mentio de illis, vt hic &.j.eo. cum in il-
lis. cum ſint ambitioſe. eo.titu.quamuis.j.lib.6.ſecundũ Gul.
de Monte Lau.& Gen. in dicto cap.vnico.
9 ¶ † Sed ſi quæris nunquid in impetrationibus beneficiorum
extendatur ad præbendas, tunc refert, aut Papa mandat proui-
deri alicui de beneficio in certa eccleſia: aut generaliter de be-
neficio competenti in aliqua eccleſiarum. Si in certa eccleſia,
tunc habet locum glo.Inno. hic. Aut mandat prouideri in ec-
cleſia in qua non ſunt minora beneficia & præbendæ, & igitur
præbenda nomine beneficij non cõtinebitur, cum præbenda
non ſit ſpecialiter noĩata, quia talis impetratio eſt ambitioſa, &
ſic reſtringẽda.j.eo.quamuis.1.reſpon.& c.cum in illis.§. cum
autem.& c.ſi pluribus.§.ſi vero.lib.6. ſm Goff.Innoc.& Ioan.
Andr. licet Hoſti. dicat quòd hoc caſu qualitas perſonæ debet
conſiderari. primum verius. Aut mandat prouideri in eccleſia
in qua non ſunt minora beneficia, ſed ſolũ præbendæ, & tunc
nomine beneficij cõtinetur præbenda. arg.s.eo. c.pro illorum
vt ſic reſcriptum potius valeat quam pereat. s. de fide inſtru.
inter dilectos.j.de verb.ſignifi. Abbate ſanè.§.pen.ff.ad Treb.
l.cogi.in princ.de verb.ſigni.l. quotiens. Si mandat prouideri
alicui generaliter de beneficio competẽti in aliqua eccleſiarũ:
vt.s.de reſcrip. Abbatem: tunc dicunt Goff.Inn.Hoſti.& Io.
Andr.conſiderandam perſonam pro qua ſcribitur: vt ſic pro-
uideatur ei in beneficio vel in præbenda, arg.ad hoc.ff.de iudi.
ſed & ſi ſuſceperit.de vſu & ha.l.plenũ.§.ęquitij.de iure dotiũ.
l.quæro.de leg.3.ſi filię.de ali.lega.l.cum alimenta.s. de æta. &
quali.accepimus.& hoc ipſi notant hic.idem no.G. in c.cui de
non ſacerdotali.glo.pen.& adde quod dicam in d.cap.tua.
¶ Ad verificationem glo. Inno.hic in magna glo. verſic. item
no. quòd ſi ſcribitur &c. Si quæris vtrum impetranti præben-
dam primo vacaturam alicuius eccleſię, vel quam cito facultas
ſe obtulerit, poſsit & debeat de præbenda vacãte per mortem
præpoſiti, vel decani, ſeu alterius in dignitate, perſonatu, vel
officio conſtituti prouideri, diſtingue. † Aut huiuſmodi prę-
ben[illegible] eſt annexa dignitati perſonatui vel officio, & de tali nõ
poterit executor prouidere, niſi etiã de tali dignitate ſeu de illo
perſonatu vel officio ſibi debeat prouideri: ſiue ſit annexa in
perpetuum: ſiue ad tempus ſuper quo vide quod no.j.vt eccl.
[illegible]ne.c.vnico.§.fin. † Aut non eſt annexa dignitati, perſonatui,
[illegible] officio, & tunc de prębenda ſola poterit ei prouideri, arg.s.
conſtit.c.tranſlato. ita diſtinguit Hoſti. hic pro qua diſtin-
[illegible] hoc eſt hodie caſus.j.eo. quia ſæpe.li.6.vbi approbatur opi.

Hoſti. reprobata opinione Inno.hic dicentis indiſtinctè quòd
non poteſt ſibi de tali præbenda prouideri. ſm Archi.& Ioan.
Andr.ibi.& Io.Andr.hic. licet Cardi. ibi aliter dicat. Et de his
quæ notant Inno.hic in glo.fi. & Hoſti.poſt eum. vide.j.eo.ſi
cui.lib.6. vbi approbatur opinio Hoſtien. & reprobatur opi-
nio Innoc. hic. & opin. Compo.s. de reſcrip. c.cum adeo.

¶ De clerico ægrotante. Rubrica.

1 *Epiſcopus ob morbum non remouendus.*
2 *Curatus ob lepram remouendus.*
3 *Curatus ob morbum perpetuum, an remouendus.*
4 *Curato temporaliter morboſo dandus coadiutor.*
5 *Matrimonium lepra non diſſoluendum.*
6 *Miracula diuina admiranda.*
7 *Coadiutor exercitium ſolum habet.*
8 *Prælatus ob coadiutorem ſibi datum non perdit ius prælaturæ.*
9 *Leproſus ob coadiutorem perdit ius beneficij.*
10 *Eccleſia non ſufficiente coadiutori & infirmo quid agendum.*
11 *Coadiutoris materia.*

COnſultationibus. ¶ Si quæris, vtrũ propter morbum
ſeu infirmitatẽ ſuperuenientem, prælatus a præ-
latura, vel alius beneficiat' a beneficio debeat re-
1 moueri, diſtingue. † Aut quęris de Epiſcopis, vel
ſuperioribus, & tales nunquam debent propter hoc remoue-
ri, ſed in caſu vbi eſſent perpetuo impediti paſtorale officium
exercere, eſſent eis dandi coadiutores, ita intellige.7.q.1.cap.
ſcripſit. ibi quòd nuſquam canones percipiunt &c. quod gene-
raliter & indiſtinctè loquitur. & c. cum percuſſio. & c. quali-
ter. & c. quamuis ſit triſte.s.eo.c.de rectoribus.& c. ex parte.
& quamuis ſacerdos parochialis rector poſsit vocari: vt.s.tit.
proxi.cap.vlt.& de reſcrip.cap.Rodulphus. Epiſcopos tamen
per excellentiam vocat Papa rectores, vt in c.alleg. de rectori-
bus. cum ſint loco apoſtolorum.21.diſtin. in nouo. & eſt ſpe-
ciale in epiſcopis. Et eſt ratio ſpecialitatis: quia facilius remo-
uentur inferiores quam epiſcopi: vt.s. de tranſla.epiſcopi.ca.
inter corporalia. & c. licet.j. de accu.ca, & qualiter & quando.
2.§.1.& de ſimo.c.per tuas.j.in fin. Et quia epiſcopus nullo ca-
ſu remoueri poteſt niſi per Papam, vt in c.alleg. inter corpora-
lia. in princ. & 3.q.6. multum ſtupeo. & quia propriè ſponſus
eſt, vt in c.allega.inter corporalia.& 32.q.7.cap.1. & 2. Et ideo
non remouetur etiam propter lepram: nihil.n. humanius eſt,
quam in fortuitis caſibus, mulieris maritum, & vxorem viri
participem eſſe.ff.ſoluto matri.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.&
.j.de coniugi.leproſorum per totum.& ita etiam de conſuetu
dine obſeruatur. ſm Hoſti.in c.alleg.de rectoribus.& in ſum-
ma.eo.titu. Et idem Archid.7.q.1.in ſumma.in glo. adde. vbi
plene & notabiliter dixi dandum coadiutorem epiſcopo, qui
eſt morbo perpetuo impeditus: quia ſecus ſi temporali, vt pa
tet.j.eo.tit.c.vnico.in princ.ibi impeditus perpetuo. a contra-
rio ſenſu.lib.6. Aut quæris de prælatis inferioribus: vt Abba-
tibus & curatis eccleſiarum, & ſimilibus: & tũc aut quæris de
2 morbo lepræ: aut de alio morbo. † Si de morbo lepræ abomi-
nationem & ſcandalum inducente, tũc remouetur, & alius lo-
co ipſius ſubrogatur, & infirmo remoto de bonis eccleſię pro-
uidebitur: vt.s.eo.tua nos.& 7.q.1. paſtoralis. Aut quæris de
alio morbo ſeu alia infirmitate: & tũc aut eſt talis morbus qui
ipſum non impedit officiare ſeu diuinum officium exercere:
vt vetus quartana, vel alia debilis infirmitas, quæ non obſtat
ſeu impedit ſua propria negotia expedire, & tunc dicit Hoſti.
hic & in ſumma. eo.tit. in fin. quòd nihil de eccleſia percipiet
niſi ſeruiat: ar.ff.de re iudi.l.quæ litum.& de ædil.edic.l.1.§ ſed
ſciendum. Et ſecundum hoc ſi nõ ſeruiat monitus priuari de-
bebit, & alius loco ipſius ſubrogari.s.de cleri.non reſi. ca.pen.
& fin.de æta. & quali. quæris. Aut eſt talis morbus qui ipſum
impedit miniſtrare ſeu officiare: & tunc aut factus eſt impo-
tens culpa ſua, & tunc debet remoueri: & ſecundum hoc in-
tellige quod legitur, & not.s.de cor. vici.ex parte.3.de æta.&
quali.c.1.& de elec.cum in cunctis.§.hoc ſanè.j. de exceſ.prę-
la.c.ex literis.in fin. verſic. cum igitur. vbi de hoc per Ber. &
Hoſtien. Nam & Abbas remouetur ſi inutilis ſit, vt.18.q.2.ſi
quis Abbas. & Seneca epiſtola. 9. qui vtilitatis cauſa aſſum-
3 ptus eſt, tandiu placebit, quandiu vtilis fuerit. † Aut eſt fa-
ctus impotens ſine culpa ſua, & tunc non erit remouendus,
ſiue morbus ſit curabilis ſiue non, ex quo poteſt remanere in
beneficio ſuo ſine ſcandalo. Et ita intelligo opinionem Vinc.

& Tanc.ſ.eo.tua nos verſi.dicas cũ Vincemio,&c. Sed vtrum
hoc caſu ſit dandus coadiutor,credo ꝙ non, ſi morbus ſit cu-
rabilis & tẽperabilis: imò ipſemet poterit ſibi conſtituere vi-
carium temporalem pro tpe morbi durãtis, arg.eo.de ſp. per-
uenit.2.&.ff.de offic.eius cui man.eſt iuriſdi.l.1.§.huius rei.&
no.per Hoſti.ſ.de offic.vica.c.clericos. Vnde licet authoritas
inſtituẽdi perpetuo ad beneficia ſit penes epiſcopum, vt.j.de
inſti.c.ex frequẽtibus.cũ ibi no.per Ber.& Hoſt.curati tñ &
vicarij perpetui vicarios tpales dummodo ſint noti & de pro-
motione eorum conſtet,ſine licentia epi aſſumere poſſunt,vt
no.16.q.1.adijcimus.ad idem.23.diſt.mulieres.dum tñ ſtatu-
tum ſynodale,vel prouinciale non impediat: vt.7.q.1.illud.&
c.nihil. Sed propter hoc non excuſantur rectores a reſidentia,
vt hoc not.Gul.de Monte Lau.extra de off.vicarij c.vnico. in
4 magna glo. verſi. circa ſm.in cle.† Si vero morbus ſit perpe-
tuus & incurabilis, credo dandũ ſibi coadiutorem vt hic, vbi
amiſit officium linguæ per paraliſim, & 55.diſt. ſi euangelica,
vbi amiſit officium oculorum. & pro hoc facit.j.eo.ca.vnico.
lib.6.& ita credo dicendum.Gof.dixit.ſ.ca.1.ꝙ ſibi vr̃ verior
opi.Hug.ſ.eo.tua,ſcilicet ꝙ nunquam ſubſtituitur aliquis vi-
uo,niſi eo renunciante,& dandus eſt ei coadiutor.ſ.eo ca.3.&
c.proxi.& hic: reprobata diſtinctione Gaziani,vtrum morbus
ſit curabilis aut incurabilis per.c.ſ.proxi.ad decre.tua.ſ.eo.di-
cit ꝙ non remouetur a titulo prælationis,ſed ab officio admi-
niſtrationis,huic concordat Vin. in ſecundo apparatu ibi &.ſ.
c.proxi. Hanc opin.Io.And. credit veram per ſimilitudinem
matrimonij carnalis quod lepra non diſſoluit.j. de coniug. le-
pro.ca.2.3.q.2.indicas.& maxime cũ plus illud quàm iſtud de-
beret diſſolui,cum eccleſię per coadiutorem prouideri poſſit,
vxori non. facit quod no.j.de conuer. coniug. ex publico. Ad
hoc etiam adducit.c.ſcripſit.7.q.1.cum concor.ſ. in prin. alle.
vbi dicitur ꝙ nuſquam.i.nullo modo canones id præcipiunt.
Item facit ſpes curę diuino miraculo,vel præter,quo caſu ceſ-
5 ſaret coadiutor,ſed ſubſtitutus non ſm Io.An.† Ad primum
reſponde, primo ꝙ non mirũ ſi matrimoniũ carnale non diſ-
ſoluat: quia eſt de iure diuino: vnde quod Deus coniunxit ho
mo non ſeparet. 32.q.1.dixit Dñs. &.33.q.2.quos Deus, &c.
Item lepra ſpecialiter viri nõ impedit vſum carnalis copulę.j.
de coniug.lepro per totum: imò dicitur quòd tales calidiores
ſunt quam ſani. Item non impedit contrahendum: ergo mul-
to minus dirimit contractũ,vt ibi: ſecus in ſpirituali. Item epi
& ſuperiores,& nõ inferiores dicuntur ſponſi eccleſiarum.ſ.
de elec. cum inter canonicos. ad fi. Et per mortem ipſorũ di-
cuntur eccleſiæ viduatę, vt no.Ber.eo.tit.quia propter.glo.1.
& in illis idem quod in matrimonio carnali, ſcilicet quòd non
diſſoluuntur propter lepram,vt eſt dictum. Ad ſm dic, quod
illud c.ſcripſit.& alia.ſ.alleg.loquuntur in epiſcopis:& ſic con-
6 cordant.† Ad tertiũ dic, quòd miracula diuina ſunt admiran-
da,non in exemplum humanę actionis trahenda.4.q.3.c.ſi te-
ſtes.§.ſi obijcitur. Item ad ea quę raro accidunt,&c.ff.de legi-
bus.l.nam ad ea. Item morbus ſeu impedimentum cenſetur
perpetuum,licet poſſit tolli per diuinum miraculum,vt no.j.
de frigi. & malefi.fraternitatis.

¶ Si quæris vtrum dato coadiutore alicui prælato ipſe præla-
tus adhuc maneat vel prælatus,& habeat curã,vel ipſe coadiu-
7 tor.† Tanc.& Hug & Ber.ſ.eo.de rectoribus.& c.tua nos.di-
cunt quòd iſte coadiutor,& hoc per illa.ca. Sed Io.gloſſator &
Ioan.Fa.& Goff.contra.7.q.1.quamuis triſte. dicentes ꝙ imò
ille qui primo erat prælatus: Et idem ſonuit ibi Archi. in glo.
8 pen.idem. Vinc.in c.alleg.de rectoribus.† Hoſt.vero in d.c.de
rectoribus. dicit ꝙ coadiutor eſt prælatus quo ad exercitium:
& ita poteſt intelligi prima opinio, ſed prim' eſt prælatus quo
ad ius,ſed nõ quo ad exercitium,lic.ſ.de reſcrip. paſtoralis. ad
fi. ſm eum cuius diſtinctio. credo veram per c.alleg.quamuis
triſte.vbi patet quòd ſi infirmus ſanaretur,alius ſcilicet coadiu
tor remoueretur: pro hoc etiam.j.eo.c.vnico.§ præſenti.j.re-
ſpon.& ver. rõnem. lib.6. Et in iſta diſtinctione videtur con-
cordare Archi.71.diſtin. Epiſcoporum in glo.adde ſecundum
iſtam,in fine: vbi dicit quòd Goffr. intelligit.ca.ſ.eo.tua nos.
quòd ibi nõ remouetur a titulo prælationis, licet remoueatur
9 a titulo adminiſtrationis † quę diſtinctio licet in caſu lepre,de
quo loquitur illud ca.non ſit vera. cum in eo caſu remoueatur
in totum vt eſt dictum.ſ. pxima diſtinctione. in caſu tamen
alterius infirmitatis credo eam veram.

¶ Si quæris vbi eccleſia non põt ſufficere infirmo, & coadiu-
10 tori ſimul,quid ſuper hoc ſit agẽdum,diſtingue. † Aut quę-
ris de cathedralibus eccleſijs,& tunc ad Papã eſt recurrendũ ſ.
c.proxi.&.j.de exceſ.prælat.ſicut vnire vt no. Hoſt.s.eo.de re-
ctoribus. Aut quæris de eccleſijs inferioribus,puta parochia-
libus vel ſimilibus,& tunc dic,vt not.ibi Ber. in gl.fin. ſcilicet
quod ille qui ſeruit eccleſiæ habebit reditus, & illi infirmo epi
ſcopus prouidebit.82.diſt.c.generaliter.& c.epi. Idem Tan.&
Goff.in c.alleg.de rectoribus.& Archi.7.q.1.10 ſum.gl.1.& fi.
11 ¶ † Vltimo circa huius materiæ ſummam. xj. ſunt videnda
principaliter. Primo, quid ſit coadiutor. Secundo, vnde dica-
tur. Tertio, quis detur. Quarto cui, & quibus caſibus detur.
Quinto, per quem. Sexto, quod ſit eius officium. Septimo,
quæ poteſtas. Octauo, an expiret eo mortuo cui datus eſt.
Nono, an detur inuito. Decimo, cuius expenſis alatur. Vn-
decimo, an plures vni, vel vnus, pluribus dari poſſit. de qui-
bus vide per ordinem per Ioan. Andr. hic.

¶ De inſtitutionibus. Rubrica.

1 *Conuerſus,curam non habeat.*
2 *Conuerſus, beneficium requirens ordinem non habeat.*
3 *Conuerſus,beneficium non requirens ordinem habeat.*
4 *Præbenda conſiderationes duæ.*
5 *Beneficij incapax non tonſuratus.*
6 *Præbenda duplex.*
7 *Conuerſus,an electionibus interſit.*

IN eccleſia. ¶ Si quæris vtrũ laici con-
uerſi,poſſint habere benefi
cia eccleſiaſtica, vel habere vocem in electione
1 prælati eccleſiaſtici,diſtingue.† Aut quęris pri-
mo vtrum poſſint habere beneficia,& tunc aut
quæris vtrum poſſint habere beneficia curam animarum ha-
bentia,& conſtat quod non: quia tales debent eſſe ſacerdotes,
vt no.Inn.ſ.de conſue.quãto.& legitur & no.per Ber.& Hoſt.
ſ.de offi.ordi.paſtoralis. in gl.quo caſu.in fin.j.de pę.& remiſ.
2 omnis.& de ſent.excom.c.canonica.in fi.† Aut alia beneficia,
& tunc,aut ſunt talia quæ requirunt ordinem ſacrum: vt.ſ.de
ætа.& quali.ca.1.& c.tuam.j.de conceſ.præb.c.ei cui. lib.6.vel
non ſacrum ſaltem clericatum, quem clericatũ requirunt om-
nia beneficia eccleſiaſtica vt hic,& de reſcri. c.cum adeo.& ſ.
de tranſac.ex literis.de præb.ſuper inordinata. & conſtat quod
non vt in iuribus allegatis,vt leg.& no.per Tan.Vinc.& Goff.
3 in c.alleg.ex literis.† Aut ſunt talia quæ non requirunt aliquem
ordinem etiam clericatum, vt beneficium fraternitatis, quod
non eſt proprie beneficium eccleſiaſticũ per ſe diſtinctum, vt
patet in eo quod legitur.& no.ſ.de præb. dilecto. & talia poſ-
ſunt habere vt in iuribus alleg. Vnde dicit Hoſti.hic ꝙ quam-
uis laicus poſſit recipi in fratrem ſpiritualem tanquam conuer-
ſus,arg.23.q.1.paratus.12.q.1.cui portio. & præbenda ſibi aſ-
ſignari in eccleſia, vel in decimis, vt innuitur a contrario ſenſu
.j.de deci. quamuis ſit graue. Non tñ poteſt recipi in canoni-
cum, nec poteſt in eo reſidere ius canonici, niſi ſit literatus &
verè clericus. Et eſt ratio, quia ius canonię requirit perſonam
literatam propter maturitatem conſilij ſibi annexam,vt no.in
c.alleg.ſuper inordinata. vnde debet vocari in capitulo, & epi-
ſcopo conſulere.j.de his quæ fi. a præla.nouit. & c.quanto. Et
talibus non debet ſe immiſcere laicus quantumcunq; religio-
ſus: arg.ſ.de elec maſſana.de iudi. decernimus.j.de reb. eccle.
non ali.cum laicis. Et quia hoc ius requirit perſonã quæ poſſit
ad ordinem promoueri,vt hic in fi. &.j.eo.ad decorem. Et ſic
patet ꝙ aliud eſt canonia,ad quam non eſt aptus laicus etiã re-
ligioſus: aliud præbẽda,ad quam aptus eſt ſm eum. Et in hoc
quod dicit de canonicatu,cõcordat Inno. hic in verſi.nos cre-
dimus.& Vin.hic.& Archi.12.q.2.c.placuit. ſuper verbo con
ſilio.verſi.& not. quòd ius. Sed hoc quod dicit Hoſti.de præ-
benda qui in hoc ſequitur opinionem erroneam Vinc.Innoc.
& Ber.ſ.de conſti.cum M. non credo generaliter fore verum,
per ea quæ no. Archi.1.q.3.ſi quis obiecerit. in glo adde.
4 ¶ † Nota ꝙ in præbendis ſeu in beneficijs eccleſiæ duo ſunt,
vnum.ſ.ipſum ius prębendarũ & beneficiorum:& aliud.ſ.fru-
ctus ex præbendis capei vel percipiendi. Ius præbendarũ intel
ligitur eſſe adiunctũ ſacro officio: quia & ſine eo nõ habetur:
vnde laici qui non poſſunt hr̃e ſacra officia, nec habere põt ius
præbendarum: ad hoc facit iſtud c.quia hic ſolis clericis cõpe-
tit ratione officij clericalis ſm eum. Et idem not.Hug.1.q.3.
in ſumma illius quæſtionis: & ſm hoc poteſt intelligi qd not.
Inno.ſ.de præb.pro illorũ.in gl.nota hic delegati.& c.dilectus
filius.G.in glo.iſte enim. verſic. poteſt enim dici. & Hoſti.ibi
poſt eum. Vbi dicit ꝙ iura canonicatus & prębẽdę ſunt anne-
xa,licet aliqñ differantur collationes præbendarũ. Et ideo po-
teſt dici quod quilibet receptus in canonicũ habet ius in præ-
benda,

bendæ, quæ ſibi fuo ordine deferenda eſt ſecũdum Arch. Hoc
etiam dictũ Hoſti. de præbenda non credo verum, per ea quæ
not. Tanc. Vinc. & Goff. in c. alleg. ex literis. de tranſac. dicen-
tes ꝙ præbendam obtinere non poteſt, qui nõ eſt in clericum
tonſuratus, vt ibi: nec etiã beneficium, vt in c. alleg. cum adeo.
de reſcrip. licet Laur. Tanc. Io. Phil. & Ber. & quaſi omnes hic
dicant ꝙ ſi aliquis incedit tonſuratus volens eſſe clericus, cum
iam animi deſtinatione ſit clericus, & perſona eccleſiaſtica cen
ſeatur. arg. a 3. q. 1. paratus. ius præbendæ ſeu beneficij cadit in
eum. ſm Vinc. hic: contra per c. alle. cum adeo. ex literis. & .ſ.
5 de æta. & quali. c. præterea. † Dñs etiam clemens Papa. 4. dice-
bat, ꝙ is qui nondum habet tonſuram clericalem nõ eſt capax
beneficij eccleſiaſtici, quod dic vt no. in Spec. lib. 2. ti. de actio-
ne ſeu petitione. §. ſuper actionibus. verſ. ſed nunquid ſcho-
laris. Et hanc ſententiam de facto ſeruauit dñs Bonifacius Pa-
pa. 8. in perſonam dñi. P. nepotis ſui: vt Archi. no. 12. q. 1. nulli
epiſcoporum. ſuper verbo præbendæ. Et hoc credo verius,
6 gratia cuius † nota quòd duplex eſt præbendę. Quædam me-
re ſpiritualis, licet eius exiſtentia & ſubſtantia in rebus tempo
ralibus conſiſtat, & quæ eſt annexa canonicatui, vt in c. alleg. ſi
quis obiecerit. 1. q. 3. alia eſt temporalis; quæ datur etiã de re-
bus eccleſiaſticis, vt decimis, vel primitijs alicui pro aliquo la-
bore temporali tanquam bene merito puta aduocato, vel ma-
giſtro ſcholarium: vt. j. de magiſtris. c. quia nonnulli: vt no. G.
de Monte Lau. extra de præb. ca. vlt. ſuper verbo præbendam.
in clem. Vnde dictam opinionem Vinc. Inno. & Ber. in c. alle.
cum. M. & Hoſti. hic intelligo veram in præbenda temporali,
ſeu fructibus præbendæ: non autem in præbenda mere ſpiri-
tuali quæ eſt annexa canonicatui: vt in c. alleg. ſi quis obiece-
rit. 1. q. 3. iuxta diſtinctionem prædictam. Gul. de Monte Lau.
7 † Aut quæris vtrũ poſſint intereſſe electionibus. Et licet Inn.
hic in verſic. quidam dicunt. & verſi. ſe. ius autem monachi.
diſtinguat inter ius canonici quod nõ cadit in laicũ: & ius mo-
nachi quod dicit bene cadere in laicum, ita ꝙ intererit electio
nibus & alienationibus, & alijs tractatibus monaſterij, arg. 16.
q. 1. generaliter. & 93. diſt. a ſubdiacono, cuius vltimum mem
brum corrigitur in c. alleg. ex eo. §. fin. ſecundum Archi. & Io.
Andr. ibi. & Arch. 18. q. 2. Abb. glo. 1. vbi de hoc. Tu tamen dic
melius ꝙ, aut quæris in eccleſijs vbi caput de cuius electione
tractatur poteſt eſſe laicus, vt magiſter templariorũ, & hoſpi-
talariorum, & tunc quia omnes ꝓfeſſi clerici & laici cum tali
participant, laici conuerſi ad electionem admittantur, vt not.
Cardi. in c. alleg. ex eo. glo. fin. Et ita intellige quod not. Inno.
hic in verſ. idem dicimus in hoſpitalarijs. ſ. de arbi. cum olim.
Aut in eccleſijs vbi caput debet eſſe ſacerdos vel Abbas, vt. ſ.
de æta. & quali. c. 1. vel ſaltem clericus: vt. ſ. de elec. cũ in cun-
ctis. §. inferiora. & tunc. Aut quæris nunquid poſſint electio-
nibus intereſſe de iure communi: & dic quòd non: vt in c. all.
ex eo. §. fin. Aut de cõſuetudine præſcripta, & dic quòd ſic, ſi-
ue loquatur in eccleſia regulari, vbi ſunt conuerſi regulares: ſi-
ue in eccleſia ſeculari vbi ſunt conuerſi ſeculares: quod dic vt
not. Ioan. Andr. in cap. alleg. ex eod. §. fin. gl. fin. & G. ibi in glo.
fin. Aut ex priuilegio Papæ, & dic quod ſic: vt 63. diſt. Adria-
nus. & cap. in ſynodo.

1 *Excommunicationem & Papa confirmatam an excommuni-*
cans relaxet. 3. & 5.
2 *Statutum pro futuris fertur.*
4 *Papa ſententiam inferior non retractat.*

1 EX frequentibus. ¶ Ad euidentiam glo.
fin. † Si quæris vtrum
ſi Papa confirmat ſententiam excõmunicationis la-
tam ab alio, is qui excõmunicauit poteſt abſoluere.
Ber. & Hoſti. hic notant ꝙ non: ſed Vinc. contra. ſ. de confir.
vtili. ca. 2. & Dama. eo. tit. c. 2. & Goff. hic & in ſumma de con
fir. vti. §. fin. & per hanc decre. & Bar. Brix. in quæſt. venereali
quæ incipit eſto ꝙ dominus Papa. & Io. de Ancho. & Archid.
12. diſt. præceptis. & Spec. tit. de ſententia. §. vt autem. col. 12.
verſi. quid ſi Papa. idem innuit Ray. in ſum. tit. de ſent. excõ.
§. 33. ſed nunquid erunt &c. Quæ opiniones poſſunt ſic cõcor-
dari, quia Aut ſententia excõicationis fertur per modum ſta-
tuti, vt hic videtur fuiſſe, vt patet ibi quàm in eos qui de cęte-
2 ro, &c. & ſic pro futuris culpis † pro quibus regulariter fertur
ſtatutum: vt. j. de ſent. excom. a nobis. j. & de conſtitu. vt ani-
marum. lib. 6. Et non ſententia, vt. j. de ſent. excõ. Romana. §.
caueant. lib. 6. & tunc poteſt: quia hoc caſu confirmatio Papę
quæ debet proportionari ſtatuto, arg. ſ. de confir. vti. c. porro-
cta. & c. fi. & ſic eſt ſtatutaria, nõ poteſt plus operari quàm ſta-
tutum Papę. a cuius ſtatuti ſententia epiſcopus abſoluere po-
teſt. j. de ſent. excom. c. nuper. §. 1. & 2. & per no. per Archid.
17. diſt. in ſumma. & in d. c. vt animarum. & ita poſſit intelligi
3 ſecunda opinio. † Aut fertur per modũ ſententiæ, & tunc aut
eſt generalis plures generaliter cõprehendens, & tunc idem
ita poteſt intelligi hoc. c. & ſecunda opinio: & poteſt eſſe ratio
vt parcatur multitudini. ſ. de tempo. ordi. cap. 2. de cle. excom.
mi. latores. Aut eſt ſpecialis lata in certam perſonam, & con-
firmatio ſimiliter ſpecialis, & tunc poteſt eſſe vera opinio pri-
ma. Nec mirum ſi confirmatio ſpecialis excommunicationis
plus operetur quàm generalis, arg. j. de præben. c. hi qui. 2. re-
ſpon. lib. 6. vbi authoritas ſpecialis plus operatur quàm autho-
ritas generalis legationis, vt de reg. iur. c. in generali. li. 6. cum
ibi no. & eo caſu omnia noſtra facimus &c. j. de præb. ſi apoſto-
licæ. lib. 6. Vel dic vt not. Hoſti. in ſumma. eo. titu. §. fin. ad fin.
4 † quod ſicut ſententiam latam a Papa nullus inferior eo retra-
ctare poteſt, ſine ſpeciali mandato ſuo: ſic nec ab eo ex certa
ſcientia confirmatam niſi de ſpeciali mandato ſuo: vt hic in fi.
& . ſ. de iudi. cum veniſſent. Et hoc niſi liquido conſtet ipſam
per ſurreptionem obtentam. ſ. de confir. vti. c. 2. ſecus ſi ſim-
pliciter confirmauerit ſine cauſæ cognitione: quia tunc prin-
cipaliter excõmunicans abſoluet. Et eandem diſtinctionem
approbat glo. Gul. ſuper Ray. in d. §. 33. ſed nunquid erunt. Et
frater Ioan. in ſumma confeſſ. de ſenten. excom. q. 100. quid ſit
ſententia. & q. 120. cum quis pluribus. & Aſten. lib. 7. titu. quis
abſoluere poteſt ab excõmunicatione art. 6. q. quid ſit ſenten-
tia. Quorum diſtinctionem credo veram in alijs ſententijs a
ſententia excõmunicationis ſpecialiter lata: ſecus videtur in
5 alijs propter periculum animarum, vt. ſ. dixi. † Primam autem
diſtinctionem approbat Ioan. Andr. j. de ſent. excom. Roma-
na. §. caueant. in nouella & hic, dicens ſecundã opinionem ve-
ram, quando ſententia emanat per conſtitutionem, vt conſti-
tutio inferioris confirmata per Papam non ſit maioris autho-
ritatis quàm conſtitutio per ipſum edita; dictum vero gloſ-
ſæ habet locum in ſententia hominis cõfirmata per papam &
ſcribam poſt eum. j. de ſent. excom. a nobis.

1 *Beneficiorum collatio ad quẽ ſpectet. 3.*
2 *Inſtitutio duobus modis ſumitur.*
4 *Actio datur e iuramento conuentionali.*
5 *Actio non datur e ſimplici iuramento.*
6 *Agenti petitorio quæſtio dominij opponitur.*
7 *Agenti cauſam a reo habenti non opponitur dominij quæſtio.*
8 *Agenti poſſe. recuperanda an opponatur dominij quæſtio. 10.*
9 *Petens beneficium veſtitus de inſtitutione canonica probet.*
11 *Agenti poſſe. retinendæ an dominij quæſtio obijcienda.*
12 *Agenti poſſeſ. adipiſcenda an dominij quæſtio obijciatur.*
13 *Petitorij & poſſeſſorij differentia.*
14 *Poſſeſ. adipiſc. & retinen. differentia.*
15 *Spiritualis & temporalis rei differentia in interdictis.*

CVm veniſſent. Ad declarationem. j. gloſ.
Ber. Si quæris ad quẽ inſti
tutio perſonarum in beneficijs ſpectet de iure com
muni, vtrum ad epiſcopum vel ad Archidiaconum.
Ber. hic dicit ꝙ ad archidiaconum, arg. ſ. de off. Archi. ad hæc.
1 & c. vt noſtrum. 63. diſt. ſi in plebibus. † ſed Hug. & Hoſti. hic
contra dicentes ꝙ imò ad epiſcopum, vt hic. & . ſ. de offi. ordi.
cum vos de præb. in Lateranen. j. de relig. do. de Zenodochijs.
de heret. cum ex iniuncto. Nec quo ad inſtitutionem prodeſ-
ſet conſuetudo quantumcunq; præſcripta, licet alij aliter intel-
ligant. ſ. de offi. ordi. cum ſatis. licet quo ad cuſtodiam prodeſ-
ſet. ſ. de ap. c. bonæ. Et intelligunt iura primo alleg. vbi ex ſpe-
ciali cõceſſione epiſcopi archidiaconus hęc habebat vt hic ſe-
quitur. Idem cum Hug. & Hoſti. hic quantũ ad hoc ꝙ dicunt
inſtitutionem ſpectare ad epm̃ de iure cõi tenet Ber. in c. alle.
cum vos. & Phi. & Inno. hic & c. alle. bonę. intelligunt de con
ſuetudine præſcripta; vel de eccleſijs quæ ſunt de patronatu
monachorum. Goff. dicebat iura. ſ. in prin. alleg. poſſe intelligi
eccleſijs ſpecialiter ſubiectis Archidiaconis. ſed. c. in plebibus
nõ dicit ꝙ plebes cuſtodiantur per archidiaconum, ſi plebs ſit
populus. Pe. & Ab. dicunt ꝙ ſi ſumitur inſtitutio pro collatio-
ne per quam datur ius in beneficio, illa ſpectat ad epm̃. Si vero
ſumitur pro inueſtitura, illa ſpectat ad archid. ſ. de offic. Archi.
2 ad hæc. & c. vt noſtrũ. † Vel dic ſm Hoſti. hic ꝙ duobus mo-
dis dicitur inſtitutio, vno modo idem eſt qđ collatio: vt. j. tit.
proxi. poſt electionẽ. & hoc modo põt pertinere ad archidia-
conũ ex lõgiſſima cõſuetudine, ſm Hu. hoc 1. q. 1. vel ex dona-

tione epiſcopi vt hic. Alio modo dicitur approbatio ſacta per
epiſcopum, & hoc modo non poteſt pertinere niſi ad epiſco-
pum, vel vices ſuas in hoc ſpecialiter gerentem, vt. ſ. eo. tit. ex
frequentibus. Veruntamen qñ collatio pertinet ad prælatum,
3 & per ipſum fit hi duo modi ſimul concurrunt. † Nam ex quo
fit collatio per prælatum tanquã prælatum, per conſequens &
approbatio: vt. j. ti. proxi. poſt electionem. ſecus ſi non tanquã
prælatus ſed tanquã alius ꝓuidiſſet: vt. ſ. de elec. cum inter ca-
nonicos. Et ſm hos duos modos ſolue oĩa iura de hac mate-
ria loquentia, quæ ſm hoc ad conſonantiam reducuntur ſm
Hoſti. hic. & vide quod ipſe no. in c. alleg. cum vos. & credo ꝙ
bene, iuncto eo quod dixi poſt eum. ſ. de off. Archi. cum ſatis.
¶ Ad declarationem. j. glo. Inno. hic in fin. Si quæris vtrum ex
4 iuramento cõpetat actio, dicit Innoc. hic ꝙ non. † Sed Hoſti.
contra, dicens ꝙ ipſe eſt de illis qui ſm canones ex iuramento
conuentionali actionem dant: nec mirum quia ſm eos ex pa-
cto etiam nudo datur actio: quod dic vt legitur & no. ſ. de pa-
ctis. cap. 2. & 3. ſm Hoſti. Ego vero Henricus diſtinguo inter
iuramentum conuentionale, de quo loquitur Hoſti. & in eo
5 caſu vera eſt opin. ipſius Hoſti. ſcilicet, ꝙ detur actio. † Et iu-
ramẽtum ſimplex ſeu ſimplicem abiurationem: & in eo caſu
vera eſt opin. Inno. ſcilicet, ꝙ non detur actio, vt in c. iſto vbi
ſimplex abiuratio interuenit, quod non eſt contra id quod no.
Io. 22. q. 5. iuramenti. Et in hoc caſu ſm Inno. hic ſuperior po
terit denuntiare crimen periurij in quo is qui abiurauit manet
immiſcendo ſe rei abiuratę contra propriũ iuramentum, ſicut
expreſſe innuitur. ſ. de iudi. nouit. & de iureiur. quemadmodũ.
in fin. & ita diſtinguit Archi. in c. alleg. iuramenti. in glo. fin.
¶ In gl. fin. Ber. Si quæris vtrum abiurans res ſuas, vel eccleſię
ſuæ poſſit eas repetere, diſtingue vt dixi. ſ. de iureiu. ꝑuenit. j.
¶ Si quæris vtrum agenti ſeu contra agentem poſſit opponi
quæſtio dominij ſeu ꝓprietatis diſtingue. Aut quæris de agen
te petitorio: aut de agente poſſeſſorio. Si de agente petitorio,
6 tunc refert, † aut reus contra quem agitur non habet cauſam
ab agente, & tunc poteſt ſibi opponere quæſtionem dominij
ſeu proprietatis: vt ſi agas contra me rei vendicatione poſſum
excipere contra te de dominio. C. de rei vendi. l. doce ancillam
& l. fi. de proba. & l. ad ꝓbationem. 1. & 2. & l. actor. & per to-
tum. ff. de rei vendi. per totũ. & ita poteſt intelligi illa regula. j.
de reg. iur. c. qui ad agendum. li. 6. cum cõcordantibus ibi alle.
7 † Aut reus cõtra quem agitur habet cauſam ab agente: & tunc
aut agens agit ex eo contractu, ſeu ex ea cauſa ex quo vel ex
qua reus conuentus habet cauſam ab eo: aut agit ex alio con-
tractu ſeu ex alia cauſa quã illo vel illa, ex quo vel ex qua reus
conuentus habet cauſam ab eo. In primo caſu non poteſt reus
conuentus agenti opponere quæſtionem dominij ſeu proprie-
tatis. Et ideo dicit lex ꝙ ſi locaui tibi domum, ſeu aliã rem, &
finito tpe ſeu vſu locationis agam contra te actione ex locato
ad repetendũ rem locatam, nõ potes mihi opponere queſtio-
nem dominij. C. de loca. & conduc. l. ſi quis cõductionis titulo.
Dicit etiam alia lex, ꝙ ſi rem alienam pignori tibi dedi, & po-
ſtea ſoluto debito pro quo eam pignoraui, agam contra te pi-
gnoratitia actione ad rem ipſam, non poteris mihi opponere
vel referre quæſtionem ꝓprietatis, vt. ff. de pig. act. l. ſi rem. §.
is quoq;. Nec credo verum quod not. Hoſti. in ſum. tit. de de-
poſito. §. cui detur. ſub. §. eſt em. verſi. 4. & §. ſeq. & qñ. in prin.
dicens ꝙ vbi rem meam penes me deponis, nõ tenet depoſi-
tum, nec agitur depoſiti. Quia nec cõmodatum, nec depoſi-
tum, nec pręcarium, nec cõductio tenet in re mea ꝓpria, niſi
ſcienter hoc faciam: vt. ff. depoſiti. l. qui rem. de reg. iur. l. neq;
pignus. de contrahen. empt. & ven. l. ſuæ rei. & l. ſi in emptione
. §. rei ſuæ. de precario. l. certe. §. vlti. &. C. loc. & conduc. l. qui
rem. ſm eum. Et idem Abb. & Io. An. j. de depo. bona fides.
nam cõtra hoc eſt expreſſe. C. depoſiti. l. pe. ibi vel in rem &c.
vbi contrariũ no. Cy. Imò plus videtur, ꝙ etiam de dominio
poſtea quæſito nõ poſſit excipi: vt. ff. depoſiti. l. plane. Nec ſe-
quitur nõ valet depoſitum: ergo nõ poteſt agi depoſiti. vel dic
ſñiam Hoſt. Abb. & Io. Andr. hře locum in caſu notorij. Et ita
poteſt intelligi. l. allegata qui rem. ff. depoſiti. alias non. ar. not.
per Inn. ſ. de fi. presby. cõſtitutus. gl. fi. Vel poſſet intelligi lex
illa qui rem. quæ dicit ꝙ qui rem ſuam deponi apud ſe patitur,
vel vendam rogat, nec depoſiti nec cõmodati actione teneo-
tur. ſ. quo ad fructus, vel intereſſe, ſi ſit deteriorata: ſed bene te
netur ad rem quam recepit reſtituendam. In ſcđo caſu poteſt,
vnde ſi locaui vel cõmodaui tibi domum, vel aliam rem, & fi-
nito vel nondũ finito tẽpore ſeu vſu locationis vel cõmodati
agam cõtra te rei vendicatione, poteris contra me excipere de
dominio ſeu ꝓprietate, & mihi opponere vel referre queſtio-

nem dominij vel proprietatis, vt probatur. C. de loca. & cõdu.
l. ad probationem. & hoc not. gl. in eo. tit. l. ſi quis cõductionis
titulo. Sed fallit in caſu vbi reo conuento rei vendicatione, &
neganti mendaciter ſe poſſidere in pęnam mendacij auocatur
poſſeſſio. ff. de rei vendi. l. fin. & C. qui po. in pig. habeantur. in
aut. item poſſeſſor. Si quę is de agente poſſeſſorio tunc refert,
aut de agente poſſeſſorio recuperãdæ poſſeſſionis: aut de agen
te poſſeſſorio retinẽdæ: aut de agente poſſeſſorio adipiſcendę.
8 † Si de agente poſſeſſorio recuperandę, tunc aut agitur de re-
bus temporalibus, & tunc excipiens de dominio non auditur
niſi primo poſſeſſionem reſtituat, cũ ſpoliatos ante oĩa reſti-
tui oporteat. C. de agri. & cenſi. l. ſi coloni. C. de don. int. virum
& vxor. l. ſi maritus quondã. de præſcr. 30. vel 40. anno. l. ſi quis
emptionis titu. §. pen. ſi per vim vel alio modo. l. 1. ad l. Iuliam
de vi pu. vel priua. l. ſi quis ad ſe fundum. 3. q. 1. c. Deus. §. patet.
& per totũ. Abſurdum. n. videretur, quod is qui poſſeſſorem
ſpoliauit poſſet opponere de dominio, quod ſpoliando amit-
tere debuit. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & hoc tenet glo. ff.
de vſucap. ſequitur. §. ſi dñs. de vi & vi ar. l. 1. §. 2. & de verb. ſig.
l. mulieris. §. 1. & idem tenet Dy. j. de reg. iur. qui ad agendum.
lib. 6. Et in hoc errauit gl. quæ eſt. ff. de iud. l. ſi de vi & poſſeſ-
ſione. Niſi velles ſuſtinere eam. ſ. quod intelligatur vbi permit-
tente eo qui agit poſſeſſorio recuperandę, excipitur de ꝓprie-
tate, vt. ſ. de reſti. ſpol. c. 2. alias ſecus etiam ſi velit incõtinenti
de iure ſuo docere, vt no. Inno. ſ. de cauſa poſ. & proprie. ca. 2.
quod intelligit Hoſti. ibi. & Io. Andr. poſt eum, niſi ius rei eſſet
notorium per ſñiam vel alio modo. ff. depoſiti. l. bona fides. ſ.
de cauſa poſ. cum dilectus. Et ſi dicatur quomodo poteſt eſſe
notorium ex quo dicit ſibi ius, cõtra. l. ſi quis in tantam. C. vn-
de vi? dic vt no. ſ. de reſti. ſpol. in literis. per Hoſti. Aut agitur
de rebus ſpiritualibus, vt beneficijs, & tunc videtur quod poſ-
9 ſit opponi de ꝓprietate † & ad hoc facit quod no. Bona. Aret.
ſcilicet, quod qui agit poſſeſſorio, & petit eccleſiam ſibi reſti-
tui, debet & tenetur ꝓbare de ſua canonica inſtitutione & ꝓ-
prietate rei: alias nõ debet reſtitui. Ita etiã tenebat dñs Inno.
& ſic ſeruat curia romana ſm eum. & hoc probat per ca. j. de
eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruãdę c. eum qui. lib. 6. & 3. q. 1. c.
Deus. §. patet. verſi. ſed obijcitur. & ad hoc ar. 32. q. 2. quod ve-
ro. de conſe. diſt. 4. qui in maternis. Et ideo forte ipſe Inn. no. ſ.
de reſti. ſpol. in literis. in gl. C. de rei ven. & c. circa finem, quod
ad hoc vt quis poſſit petere reſtitutionẽ poſſeſſionis, oportet
ꝙ ſuperioris authoritate eius. ſ. ad quẽ pertinet ex officio ha-
buerit poſſeſſionem inſtallatione, vel etiã per ſñiam. Pro iſta
præmiſſa ſñia facit quod not. Hoſti. in ſumma de reſtit. ſpol. §.
qñ facienda ſit. ſub. §. in caſibus autem. ver. quid ergo. vbi vide
tur ſequi iſtam ſñiam. & in c. alle. eum qui. Sed Archi. ibi in gl.
ſed qñ dicitur agi. ad finem. ver. circa hoc poteſt dici &c. dicit
ꝙ ſi is cuius electio non tenuit fuit tñ confirmatio ſubſecuta
ſpolietur obtenta poſſeſſione debet reſtitui, vt patet in eo qđ
legitur & not. ſ. de cauſa poſ. & proprie. cum ſuper. in gl. j. quæ
fuit Tan. Idem tenet Inno. ſ. de fi. presbyt. c. conſtitutus. gl. 2.
in prin. vbi dicit ꝙ ſi ibi ageretur poſſeſſorio ad beneficiũ, non
requirerentur probationes ſuper perſonatu, vel vicaria patris.
Et ꝙ agens poſſeſſorio vnde vi ad recuperandã poſſeſſionem
beneficij, nõ teneatur de aliquo iure ꝓprietatis docere, notat
expreſſè Inno. ſ. de reſti. ſpol. ex parte. de app. bonæ. in gl. pro-
babilem. de poſtul. præla. c. bonæ. 2. in gl. & ideo. & ad hoc facit
extra de cauſa poſ. & pro. c. vnico. in clem. vbi hoc idem tenet
Gen. ſuper verbo poſſeſſorium. Et hanc ſñiam credo verio-
10 rem: vnde ſaluo meliori iudicio credo ſic dicendũ. † Aut quę-
ris vtrũ agens poſſeſſorio recuperandæ teneatur & debeat de
neceſſitate ad hoc vt obtineat in poſſeſſorio de dñio ſeu ꝓ-
prietate docere: & credo ꝙ non per immediatè pręmiſſa. Aut
nunquid cõtra ipſum agentẽ poſſeſſorio excipiens de ꝓprie-
tate vel dñio admittatur & audiatur: & tunc dic vt no. Inno. in
c. alleg. cõſtitutus. ſ. de fi. presby. Quia aut iam cõſtat, vel per
confeſſionẽ eius, vel per ꝓbationes admiſſas, ꝙ petens reſti-
tui eſt talis quod ei de iure nõ eſt facienda reſtitutio, puta quia
eſt illegitimus, vel quia eandẽ poſſeſſionẽ occupauit vi nec ha
bet ſuper hoc diſpenſationẽ, & tunc denegatur ſibi reſtitutio,
arg. j. de diuor. ſignificaſti. cum ipſum beneficiũ ſine peccato
hře vel tenere nõ poſſit. Aut nõ conſtat adhuc, ſed eſt res du-
bia, & tunc nõ põt reus de ꝓprietate excipere: imò ſpoliatus
agens põt dicere nõ reſpõdebo niſi de poſſeſſione mea vel de
iure meo: ſed tu nõ es audiendus niſi primo facta reſtitutione:
vt. ſ. de reſti. ſpol. c. ſolicitè. c. in literis. & c. ex conqueſtione. &
de ordi. cog. c. cum dilectus. & c. vlt. de cauſa poſ. & propr. cum
ſuper. 3. q. 5. quia ſuſpecti. ſecundũ Inno. ibi. & idem no. Archi.

24.q.1.in ſumma in gloſ. adde fuerunt quidam dicentes &c.
Sed hoc fallit in caſu quando quis agit iudicio poſſeſſorio pro
iure ſepeliendi,quo caſu corpus defuncti, non eſt reſtituẽdũ,
quouſq; plene conſtet de proprietate,quia ſic etiam poſtea eſ-
ſet tertio dandum priori eccleſiæ quæ obtineret in proprieta-
te.Corpus autem defuncti non eſt tractandum. ff.de relig. &
ſump.fu.l.nec corpora.& l.diui.& l.ſe.ſm Inno.j.de ſepult. l.
cum liberum,quæ iura non probant id ad quod inducuntur,
Et quamuis ex quadam æquitate humanitatis firmetur quod
dicit,de rigore tamen iuris videtur contrarium,ridiculoſum,
etiam eſſet poſſe agere & nihil ex ſua conſequi actione ſecun
11 dum Hoſt.ibi.Si quæris de agente poſſeſſorio retinendæ poſ-
ſeſsionis, tunc dic q tali non poteſt referri qõ proprietatis, vt
notant hic Ber.Inn.& Hoſt.dicentes q vbicunq; agitur poſ-
ſeſſorio retinendæ poſſeſsionis,q exceptio abiurationis non
eſt admittenda contra agentem,& ſm hoc intellige hoc c. q
interlocutoria fuit hic lata ex officio iudicis implorato,vt lite
pendente poſſeſſor vtatur ſua poſſeſsione.ſ.vt lit. penden. c.j.
& 2.Vel ſi dicas q Archidiaconus agebat poſ.vti poſsi.vt dicit
Ber.ſ.ſuper verbo interlocuti.dic q Archiepiſcopus oppone
bat iſta non excipiendo,ſed agendo petitorio.Et primum in-
tellectum ponit Innoc.in j.glo.in prin ſm in ver.poteſt & di-
ci,alias niſi ita intelligerea iſtud.c.eſſet contra.Sed contra hoc
not.Hoſt.ſ.de renun.ſuper hoc iuxta glo.Ber. quæ incipit al-
legatam.in fi.vbi dicit quod ibi non agebatur de ſpoliatiõe,ſed
quia non permittebatur agens pacifice poſsidere,& tamen ibi
auditur excipiens de ſpontanea abiuratione,vt eodem tit.c.2.
Sed primum credo verius,licet quidam legiſtæ diſtinguam in
iſto interdicto prout ſtatim diſtinguitur in interdicto adipi-
12 ſcendæ poſſeſsionis.†Si quæris de agente poſſeſſorio adipiſcẽ
dæ poſſeſsionis,tunc refert aut obijcitur exceptio proprieta-
tis,puta renuntiationis,vel abiurationis,vel ſimilis contra pe-
tentem poſſeſsionem ex caſu & vt conſecutiuam inſtitutio-
nis de ſe factæ,vel ex cã & vt executoriam ſñiæ pro ſe latæ.Et
ex eo caſu præſumitur quod ad morandam poſſeſsionem vel
executionem ſñiæ hoc proponatur, cum poſſeſsio ſit quaſi
conſecutiua ad inſtitutionem et executio ad ſñiam. Et ideo
in tali caſu excipiens de facili nõ auditur, vt patet in eo quod
legi.& no.ſ.de cauſa poſſeſ.& pro.cum olim.de re iudic. dece
tero.de appellatio.conſtitutis.2.pro hoc videtur text.j.de cõ-
ceſsio.præbend.poſt electionem. in fi.vbi hoc not. Inn. in gl.
ſua fi.verſi.ſi autem obijciatur.& Hoſt.poſt eum. Et hoc verũ
ſaltem in caſu vbi excipiens non probaret, vel non offerret,
ſe probaturum incontinenti ſuam exceptionem,alias ſecus vt
ibi notat ſubſequenter Inn.in ver.& dicimus.& Hoſt. poſt eũ
qui verſus videtur referri ad illum ver.præcedentem.Si autem
obiiciatur aut obijcitur exceptio proprietatis,ſeu dominij cõ
tra petentem poſſeſsionem ex alia cã quàm ex cã inſtitutiõis,
vel ſententiæ.Et tunc dic q contra talem poteſt excipi de do
minio,& ſibi referri, quæſtio dominij ſeu proprietatis. vt ff.
de carbo.edic.l.3.§.cauſæ. vt in poſ.leg.l.ſi is a quo ad exhibẽ.
l.3.§.ibidem.& hic in fi.cum notatis hic in glo.fi.Quod verũ,
ſi incontinenti probetur exceptio,vt in §.alleg.cauſæ. & in gl.
alleg.Inn.& Hoſt.alias ſi excipiens nollet nec offerret inconti
13 nenti probare non obſtaret illa exceptio dominij.† Et in hoc
differunt petitorium & poſſeſſorium, quia vbi agitur petito-
rio ſemper locus eſt illi regulæ dolo facit, ſiue ſtatim ſiue non
ſtatim velit probare. Vbi vero agitur poſſeſſorio adipiſcendæ,
diſtinguitur,aut reus non vult ſtatim probare,& tunc nõ ha
bet locum dicta regula nec poteſt excipi,vt patet de poſſeſſo-
rio adipiſcendæ poſſeſsionis.C.de edic.diui adri.tollen.l. quã-
uis.Et eſt rõ quia iudicium poſſeſſorium eſt momentaneum,
vt in l.momentaneæ.C.vnde vi.& ideo non debet retardari,
vt in §.iam allegato ibidem.Aut vult ſtatim probare, & tunc
14 admittitur exceptio & probatio ſuper ea,vt in d.§.cauſæ† Sed
ſm hoc his viſis,quæ eſt ratio diuerſitatis inter iudicium re-
tinendæ poſſeſsionis,& iudicium adipiſcendę,rõ eſt in prõ-
ptu.Nam interdicta adipiſcendæ poſſeſsionis competunt, &
intentantur regulariter in vi,& rõne iuris realis ſeu petitorij,
& in relatione ad ipſum,vt patet in interdictis quorum bono
rum,& quorum legatorum,quæ dantur hæredi de iure præto
rio,vt patet.ff.quorum bo.& quorum lega.per totum,& in in-
terdicto ſaluiano,quod competit locatori fundi ruſtici cõtra
colonum & eius hæredem pro adipiſcenda poſſeſsione illarũ
rerum in illo fundo inuectarum quæ tacite ſunt obligatæ, illi
locati.vt ff.de ſaluiano interdicto per totum, & ſic de alijs.
Et iõ non mirum ſi contra agentem tali poſſeſsione poſsit ex
cipi de defectu illius iuris realia, ſeu petitorij ſuper quo fun-
datur,quia exceptio eſt actionis excluſio.ff.de except.l.2. Sed
interdicta retinendæ intentantur & competunt regulariter nõ
vi alicuius iuris realis ſeu in relatione ad illud, ſed in relatione
ad poſſeſsionem vel quaſi,quam agens habet non vi non clam
non præcario,vt patet in interdictis vti poſsidetis & vtrobi.
ff.vti poſ.& vtrobi.per totum. Et in interdicto de itinere actu
que priuato. ex primo capite.ff.de iti.actuq; priua l.1.in princ.
Et ſic de alijs interdictis retinendæ per ſingula diſcurrendo,
vnde eo caſu nihil habent commune proprietas cum poſſeſ-
ſione.ff.de acqui.poſ.l.naturaliter.§.nihil.Et poſſeſſor agẽs poſ
ſeſsionis retinendæ quantumcunque aliter ſit dominus rei,
vel habeat ius in ea,debet donec de iure proprietatis appareat
legitime quod eſt per viam actionis,ſeu petitorij & non exci
pientis, vt ſ.de or.cog.cum dilectus.in ſua poſſeſsione mane-
re & tueri, vt in iuribus alleg.& ſ.vt lite pen.c.j.& 2.de cã poſ.
& proprie.cum eccleſia Sutrina.de elec.quærelam.in fi.j.de ca
15 pellis.mo.c.2.†Sed quæ eſt ratio diuerſitatis ſupradictæ inter
res temporales ad quas ſpoliatus indiſtincte debet reſtitui nõ
obſtante aliqua exceptione dominij ſeu proprietatis, & res ſpi
rituales vt beneficia,in quibus diſtinguitur ſm Inn. & Archi.
vbi ſ. Ratio eſt in promptu, quia in rebus temporalibus qñ
ſpolians reus eſt dñs,vel quando tertius eſt dñs ſed non currit
cum ſpoliante in petitione rei oblatæ,ſpoliato quantumcun-
que non dño quantumcunq; prædoni debet fieri reſtitutio,
vt eſt dictum.Sed qñ tertius qui eſt dñs concurrit in petitio-
ne cum ipſo ſpoliato prædone non ipſi prædoni,ſed vero dño
debet fieri reſtitutio,vt probatur.ff.de politi.l.bona fides.Mo
do vbicunq; agitur poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus
ſemper tertius verus dñs ſeu ſaltem repræſentans verum do-
minum.i.Chriſtum crucifixum,puta prælatus qui eſt iudex,
in illa cauſa eſt præſens.j.de verb.ſig. c.forus.§.in omni. & ad
quem pertinet proprietas iuris conferendi. j. titu. j.nulla. de
præben.licet epiſcopus.li.6.Et ideo licet reus ſpoliatus nõ poſ
ſit de proprietate excipere,ſicut nec in temporalibus, ipſe tñ
iudex poteſt eum, quod plus eſt ex officio ad ipſum beneficiũ
contra ipſum ſpoliatum ius non habentem ſi poſsideret age
re poſſet vt amoueretur ab eo,vt patet.j.de offi.ordi.c.ordina
rij.li.6. Et cui damus actionem &c. ff.de ſuperfi.l.j.§.quod ait.
j.de reg.iur.qui ad agendum.li.6.Et ſic bene intelligenti idem
iuris videtur in ſpiritualibus,quod in temporalibus.

¶ De conceſsione præbendæ. Rubrica.

1 *Beneficium iniuſte depoſiti habens, illi renuntiet ſi conſcientia remordet.*

2 *Beneficium iniuſte depoſiti habens, illi renuntiet ſi particeps ſit fraudis.*

3 *Beneficium iniuſte depoſiti habens, illi renuntiet ſi contra ius fuit proceſſum.*

4 *Beneficium habens inſtitutione vitioſa, id non retineat.*

QVi in viuorum. Ad declarationẽ glo.
Ber.hic.Si quæris qñ
aliquis eſt iniuſte per ſententiam a beneficio ſuo,
depoſitus vel remotus,& poſtea alij ſcienti ab ini
tio vel ex poſtfacto ſñiam iniuſte latam beneficiũ
illud confertur, vtrum ille cui confertur eidem beneficio re-
nuntiare teneatur,& primo iniuſte depoſito reſtituere tenea
1 tur,diſtingue.† Aut conſcientia ipſum remordet, & tunc quã
uis etiam ſit erronea tenetur eam ſequi, niſi poſsit eam depo
nere.ſ.de ſimo.c.per tuas.2.quia qui agit contra conſciẽtiam
ædificat ad gehennam.ſ.de reſti.ſpo.c.literas. §.porro. ſecun-
dum Hoſt.hic.& ſ.de reſcrip.vigilanti.Aut non remordet aũ,
conſcientia,& tunc aut fuit conſcius fraudis ſeu iniuſtæ depo
ſicionis, aut non.†Si ſic,tunc tenetur ſaltem in foro conſcien-
tiæ reſignare,ar.ff.de adul.l.pen. 34.q.2.In lectum. & j.de eo
qui duxit in matri.c.fi.de diuor.c.j.& in eo quod no.ſ.de prę-
ben.c.dilectus.2.Si non,tunc refert,aut ſententia lata fuit con
tra iua litigatoria,& tunc licet hoc nouerit non tenetur renun
tiare niſi fuerit appellatum,ſic enim tranſiuit in rem iudicatã,
etiam in ſpũalibus ſ.de elec.cum dilecti.§.fi.vbi de hoc. & arg.
ſ.de reſcrip.paſtoralis.& de offi.dele.paſtoralis.§.quia vero.de
3 re iudi.cum inter vos.in fi.† Aut nouit q ſñia lata fuit contra
ius ſcriptum,puta per falſa inſtrumenta vel falſos teſtes,& tũc
renuntiare debet.ff.de re iudi.l.diuus. j.de crimine falſi.ſuper
eo.vel quia venalis fuit.ſ.de vi.& ho.cle.cum ab omni.§. fin.
vel non fuit ſeruatus ordo iuris.2.q.6.cap.ei.qui.§ diffinitiua.
ver. ſi ſententia. Theologi tamen dicunt q ſemper tenetur re-
ſtituere ex quo ſtudio quod iniuſte collata eſt,quod fatel Ho. ſi
conſcientia

conſcientia me remordet vt eſt dictum. Sed in caſu præmiſſo
ſcilicet, vbi noui eam latam contra ius litigãtis nunquam ha-
beo alienæ rei conſcientiam, ſed ſcientiam mihi iuſte benefi-
cij aſsignati. Vbi vero hoc audio q expreſſe cõtra ius lata fuit
ita q in rem nunquam tranſeat iudicatam, non video qualiter
conſcientiam meam valeam informare. Nam & ſi ipſe depoſi-
tus nequiuerit vel noluerit agere, tamen ſemper habeo rei cõ
ſcientiam alienæ, ergo ſemper ad reſtitutionem teneor. arg. ſ.
de reſcrip. c. fi. de conſue. c. fi. de reſtitu. ſpoliat. ſepe contingit.
Et hæc ſunt vera ſm Hoſt. qñ ſententia priuationis præceſsit
4 collationem ſecundo factam. † Sed ſi duo agunt de beneficio,
& adiudicabitur illi cui ſecundo collatum fuerat, & qui in ve-
ritate ius non habebat, talis non poteſt cum bona conſcientia
beneficium retinere, ex quo fuit ſua inſtitutio vitioſa: quia in
talibus initium ſpectatur, vt patet in eo quod legitur & not. ſ.
de elec. c. dudum. j. & 2. de præben. dilecto. §. fi. & de inſtitu. c.
3. ſm eum. Cum quo concordat Io. And. dicens etiam q non
obſtat taciturnitas appellantis, quia & ſi expreſſe vellet nõ poſ
ſet illi concedere titulum ſuum, vel ius in illo, ergo nec tacite,
per ea quæ no. Ber Inno. & Hoſt. ſ. de præb. dilecto. ſuper ver-
bo. ad oſculum.

1 *Beneficia vacantia idoneis conferantur.*
2 *Papa de poteſtate abſoluta, beneficium non vacans confert.*
3 *Papa, de poteſtate ordinata non confert beneficium, non va-
cans.*
4 *Epiſcopus non confert præbendam non vacantem.*
5 *Epiſcopus non confert beneficia non vacantia.*
6 *Beneficia an promitti poſſint.*
7 *Beneficia conferuntur infra 6. menſes. 2.*
8 *Electio fit infra tres menſes.*
9 *Conſecratio petitur infra tres menſes.*
10 *Pallium petitur infra tres menſes.*
11 *Deuolutio fit de epiſcopo ad capitulum in non prouidendo per ne-
gligentiam intra ſex menſes.*
12 *Deuolutio non fit, de Epiſcopo ad capitulum cum tempus cur-
rit, non culpa ipſius, in non prouidendo, intra tempus iu-
ris.*
13 *Deuolutio inſtitutionis non fit de prælato ad collegium.*
14 *Prælatus negligens, in non prouidendo, punitur ſemel, tan-
tum.*
15 *Mora ſignificationes.*
16 *Mora deſcriptio.*
17 *Mora qualiter purgetur. & 19.*
18 *Obligatio noua non oritur in obligationibus dandi a tempore mo-
ræ.*
20 *Mora effectus.*
21 *Tempus deuolutionis currit a die notitiæ.*

NVlla. Si quæris vtrum beneficia eccleſiaſtica nõ
vacantia ſeu antequam vacent poſsint cõ-
ferri, vel promitti, diſtingue. Ad cuius euidentiã ſciẽ
dum eſt, q beneficia aut vacant de iure, & de facto,
aut non vacant nec de iure, nec de facto, aut vacant de facto,
ſed non de iure, vt cum quis ſpoliatus eſt beneficio ſuo, vt ſ.
de his quæ vi metusve cauſa fiunt. c. ad audientiam. & c. abbas.
& de reſti. ſpo. c. item cum quis. aut econtra vacãt de iure, ſed
2 non de facto. † In primo caſu planum eſt q ſunt conferenda
perſonis idoneis, vt ſ. tit. proxi. c. 2. & c. ad decorem. & de p̃bẽ.
ſuper inordinata. & c. graue. & c. extirpandæ. & c. de multa. &
ſtatim dicam. In ſecundo & tertio caſibus dicit Hoſt. & Ioan.
And. poſt eum & j. eo. literas. q conferri prohibentur, adeo
q qui ſcienter recipit hoc ipſo expellendus eſt. ſ. c. proxi. Siue
ſo ignoranter tenetur conferens ad conſimile beneficiũ ſecũ
dum diſtinctionem quam feci. ſ. de præb. inter cætera. Tu ve-
ro dic in ſecundo & in tertio caſibus refert, aut quæris nun-
quid poſsint promitti vel conferri vt proprietas, & dic quòd
ſic ita bene ſicut vacantia, vt ſ. de reſtitu. ſpoli. cum veniſſent.
& j. de don. c. conſultationib. & legitur & not. extra de rebus
eccl. non alie. c. ſi vna eccleſia. in clem. & hoc tenet Io. An. hic.
Aut vt beneficia, & tunc refert, aut quæris de collationibus,
vel prouiſionibus beneficiorum quæ fiunt per Papam, aut de
collationibus vel prouiſionibus quæ fiunt per prælatos info-
2 riores. In primo caſu refert † aut quæris nũquid poſsit promit
tere vel conferre beneficia nondum vacantia de ſuæ plenitu-
dine poteſtatis, ſeu de ſua poteſtate abſoluta, & de illa non au-
deo diſputare prout no. Ho. in ſimili. ſ. de biga. ſuper eo. vnde
plena diſpoſitio beneficiorum eſt in poteſtate ſua. vt j. de p̃b.
c. licet eccleſiarum. li 6. Et ſicut poteſt dare beneficia ad tẽpus
quod eſt contra naturam collationis beneficiorum, quæ ſim-
pliciter & ad vitam conferri debent. vt not. Ber. & Hoſt. C. de
fi. presbyterorum. c. veniens. & Archi. & Io. An. j. de reſcri. ſi
gratioſe. li. 6. & Io. An. j. de reg. iur. c. actus legitimi. e. li. Ita vt
videtur poteſt ea non vacantia conferre, vel vt ſtatim tribuat
ius in re ſi hoc intendat, & ſic videatur omnia feciſſe ſine qui-
bus huiuſmodi collationem facere non poſſet arg. ſ. de offic.
deleg. c. præterea. & c. ſignificaſti. Et ſic obtinentem priuaſſe,
alias priuare, & iſti breui manu contuliſſe, arg. ff. de iure do. l.
licet. §. quoties. hoc etiam poteſt ſic confirmari. Nam impera-
tor rem temporalem alienam põt maxime ex cauſa alteri do-
nare, vt ff. de euic. l. Lucius. C. de quadri. præſcri. l. bene a Zeno
ne. Ergo multo magis videtur quòd Papa poſsit rem ſpiritua-
lem vnius alteri donare, maxime ex cauſa, cum non minorem
poteſtatem habeat Papa in ſpiritualibus, quàm imperator in
temporalibus, vt ſ. de maio. & obe. c. ſolitæ. §. præterea. Et q
Papa poſsit alicui beneficium ſuum auferre, notat expreſſe Io.
9. q. 3. per principalem. ſuper hoc tñ vide quod notatur p Iol.
& Archi. 10. di. c. j. 22. di. c. j. & 23. q. 8. c. tributum. §. quamuis.
Vel ſi non intendat ſtatim tribuere ius in re, quòd collatio ſor-
tiatur ſuum effectum, & tribuat ius in re demum cum benefi
cium vacauerit, quia Papa ad tempus & in diem beneficia dare
põt, arg. ff. de manu. vindi. l. apud eum. §. imperator. Et ita in-
telligo quod no. Hoſt. in ſumma huius tit. §. & vtrum. ver. vbi
autem. dicens quòd ſi promiſsio beneficij non vacantis fiat a-
licui, & authoritas Papæ interueniat rata eſt: quia poteſt de iu
re ſupra ius diſpenſare. vt j. eo. propoſuit. ver. licet autem. Sed
hoc tñ non eſt trahendum ad conſequentiam. vt j. e. conſtitu-
tus. & c. poſt electionem. Idem not. Ho. in collatio. j. de his
3 quæ fi. a ma. par. ca. c. ex ore. † Aut quæris de poteſtate ordina
ta, & tunc aut quæris nunquid poſsit ea conferre de præſenti,
& ſic dare ius in re in inſtanti, vel cum vacauerit, & dic, quòd
non, arg. hic. & C. de leg. l. digna vox. 2. q. 7. nos ſi incompeten
ter. vnde omnis indecentia in principem eſt impoſsibilis ſaltẽ
moris, vt not. Cardi. j. de hæreti. c. ſuper eo. li. 6. Aut nunquid
poſsit dare ius ad rem, hoc eſt quòd cum beneficia vacauerint
conferantur illis quibus diſponit ea conferri & non alij, & dic
quòd ſic, vt j. eo. propoſuit. & j. de offi. deleg. c. ſi ſuper gratia
& de concel. præb. c. ne captandæ. lib. 6. ¶ Si quæris de collatio
nibus ſeu prouiſionibus. quæ fiunt per prælatos inferiores re
4 fert ſm G. de Montelan. & Gen. † Aut quæris de canonicatu,
& talis poteſt conferri antequam vacet. ſ. de præben. relatum.
de conſti. cum M. Et eſt ratio quia eſt ius incorporale ſpiritua
le nullis alijs præiudiciale immo vtile, quia in diuinis officijs
eſt oneris aliorũ releuatiuum, vel ſaltem coadiutiuum. Secus
in præbenda, cum in temporalitatis perceptione conſiſtat, vt
j. de conceſ. præb. c. fi. li. 6. vt hoc no. G. de Montelaud. extra de
præben. c. fi. in glo. 2. in cle. & Gen. ibi in glo. 3. quod non cre-
do verum intelligendo quòd canonicatus, qui nondum vacat
poſsit auferri obtinenti & alteri conferri. Sed bene ille ad quẽ
pertinet collatio canonicatuum eccleſiæ, põt aliquem recipe-
re in canonicum, & ſic canonicatum de nouo creare, vt in c. al
leg. cum martinus. & ſ. de præb. pro illorum. & c. dilectus. j. &
de reſcrip. c. eam te. Qui canonicatus deſinit eſſe cum ille rece
ptus in canonicum aſſequitur præbendam aliquam per cano-
nicum poſſeſſam: quia tunc habet canoniam illam cui eſt illa
præbenda annexa, vt no. in c. alle. dilectus. j. & per G. de Mon-
te laud. in c. fi. alleg. † Aut quæris de alijs beneficijs, & tunc, aut
quæris nunquid poſsint beneficia nondum vacantia conferre
& dic quòd non vt hic, & j. c. proxi. & c. poſt electionem. etiã
de conſenſu illorum quorum ſunt beneficia, cum tales nõ ſint
domini ſed procuratores, vt j. de dona. c. 2. vt no. Hoſt. in §. ſed
& vtrum. verſic. ſed & ſi. licet quidam contra per l. C. de pact.
l. vlt. Aut nunquid poſsint ea promittere, & dic quòd non, nec
in ſpecie vt hic, nec in genere, ſiue fiat promiſsio ſub his ver-
bis cum beneficium vacabit, ſiue ſub his verbis cum facultas
ſe obtulerit, ſiue alias quouiſmodo, vt j. eo. ex tenore. Melius
eo. tit. c. deteſtanda. li. 6. per quam decr. corrigitur decre. acce-
dens. j. eo. vt no. ibi. & dicuntur promitti ſi ipſorum collatio,
vel præſentatio ponatur in manibus alienis, quod dic vt j. eo.
conſtitutus. & c. fi. ¶ Sequitur de quarto. i. qñ beneficia ſunt
vacantia de iure & non de facto, & tunc dic vt dicam. j. eo. lite-
6 ras. † Supra dixi quòd beneficia vacãtia de iure & de facto cõ-
ferri poſſunt & debent, vt probatur. j. §. prox. ſed nũquid poſ
ſunt promitti dico quòd ſic, & promiſsio obligat promitten-
tem, non tamen adeo q collatio facta alteri per promittentẽ,

non valeat.promiſsio.n.non afficit beneficium,quod dic; vt
plene per Cardi.& alios in c.alleg.præſtanda.& e.ti.ſi ſoli.li. 6.
Et ad hoc facit quod no.Hoſt.j.e.c.vlti. vbi dicit ꝙ ſi promiſ
ſione illa facta per commiſſam de beneficijs vacaturis quæ nul
la eſt,pendente alium præſentauerit, præſentatus per eam ob
tinebit.j.ti.j.illam.& de iure pa.c.illud.Credo etiam quòd be
neficium re vera vacans poteſt cōferri per illum ad quem ſpe
ctat collatio,etiam ſi ignoret eum vacare,per not. per Car.j.
de præb.ſi tibi abſenti.li.6.

¶ In §.cum vero.Si quæris,quæ tempora ſeruari debeant, in
7 expeditionibus eccleſiarum vacantium,diſtingue. †Aut quæ-
ris de tempore ad conferendum beneficia, ſeu prouidendum
de beneficijs,per viam collationis,& tunc dantur 6. menſes.
8 vt hic. †Aut quæris de tempore ad eligendum & tunc dātur.3
menſes.vt ſ.de elec.ne pro defectu.Aut quæris, de tempore
ad electionem factam præſentandi, & tunc datur tempus quā
citius fieri poterit & adhuc 8.dies,vt j.de elec.c.quam ſit.& c.
cupientes.in princ.& §.cæterum.li.6.Aut de tempore ad con
ſentiendum electioni, & tunc datur vnus menſis electo.ſi li-
bertatem habet conſentiendi, alias quantum iudex arbitrabi-
tur,vt in c.alleg.quam ſit. Aut quæris de tempore ad petēdum
confirmationem,& tunc dantur tres menſes computādi poſt
conſenſum electioni de ſe factæ præſtitum,vt in c.alleg.quam
9 ſit.§.cæterum.j.de ele.lib.6.†Aut quæris de tempore ad petē-
dum conſecrationem,& tunc dantur alij tres menſes compu-
tandi poſt confirmationem obtentam, centeſima diſtin. qm̄.
& 75.diſt.c.qm̄.& adminiſtrationem bonorum eccleſiaſtico-
10 rum habitam.ſ.de ele.cum in cunctis.§.j.†Aut quæris de tem
pore ad petendum pallium,& tunc dantur tres menſes com-
putandi a tempore conſecrationis.centeſima di.c.j. In cauſis
autem cathedralium,vel regularium eccleſiarum, quæ ex im-
mediata ſubiectione vel appellatione deuoluuntur ad Papam,
ſerua decre. Nicolai.j.de ele.cupientes.li.6 Ita no.Io. And. in
c.alleg.quam ſit.in glo.pen. j.de elect.li.6. Et iſtud tempus 6.
menſium de quo loquitur hic currit à tempore ſcientiæ, ſm
Ber.Inn.& Hoſt.hic.Et quæ tempora ſint cōtinua,& quæ vti
lia,vide per Arch.2.q.6.anteriorum.in glo.adde circa hāc ma
teriam.Et ſcripſi.ſ.de ſupl.negl.præla.c.licet.diſt.j.Et adde qđ
no.Inn.ſ.de præb.de multa.ſuper verbo,ſex menſes.

¶ Et eo.§.Si quæris,vtrum quando ad prælatum ſolum,vel ad
capitulum ſeu conuentum ſolum ſpectat collatio præbendarū
ſeu aliorum beneficiorum,vtrum & qn̄ per negligentiam il-
lius ad quem ſpectat collatio in non conferendo infra tēpus,
iuris ſ.ſex menſium ad alterum eorum collatio deuoluatur.
diſtingue.Aut quæris de epiſcopis, & de capitulis cathedraliū
eccleſiarum aut de prælatis collegiatarum vel conuentualium
11 eccleſiarum, & ipſis collegijs,vel conuentibus.† In primo ca-
ſu refert,aut epiſcopus vel capitulum ad quem, ſeu quod ſpe-
ctat collatio differt infra.6.menſes culpa vel negligentia ſua cō
ferre,& tunc per talem culpam vel negligentiam vnius eorum
ad alterum collatio deuoluitur,vt hic in verſi.ſi autem epiſco
pus.& ver. ſe.ꝙ ſi ad capitulum. & j.eo. quia diuerſitatem.
12 †Aut differt conferre per impotentiam iuris, vel facti etiā cul
pa ſua contingentem,& tunc non currit ſibi tempus pro tē-
pore impedimenti,nec habet locum deuolutio ex quo nō eſt
in mora petendi amotionem impedimenti,vt in c.allega. quia
diuerſitatem.§.ſi tamen.& ſ.de conſti.cum M.ferra.ſm Inn.
& Hoſt.hic.Et ad hoc concordat quod no.Io.6 t.diſt.bene no
uit.dicens quòd tempus cōcilij generalis ne pro defectu. ſ. de
ele.vel iſtius lateran.concilij nulla.non currit illis qui non in-
ueniunt aliquem idoneum quem eligant, vel cui conferant.
Ad hoc etiam concordat quod no.Inn. in c.alleg. quia diuerſi
tatem.in glo.ſ.Papam.ver.melius videtur.& Ho.poſt eum di-
centes,quòd nec capitulum nec ſuperior poteſt ſupplere defe
ctum alterius,niſi vbi hoc in iure inuenitur expreſſum, vel ni
ſi neceſſitas immineret,arg.j.e.cum noſtris.in fi.& j.ti.j. illa,
ſed vbi hoc in iure expreſſum eſt poteſt facere etiam ſuperio
ris authoritate non petita,vt hic.& 60. di.ſi forte. Et hoc idē
no.Hoſt.Car.Archi.& Io.An.j.de ſup negli.præla.c.Romana.
li.6.& Arch.89.di.c.2.in glo.pen.& fi.& 9.q.3.cum ſimus. ſup
verbo in monaſterijs.& j.de cenſi.c.Romana.ſuper verbo de-
13 numient.li.6.†In ſecundo caſu.ſ.qn̄ quęritur de prælatis colle
giatarum,vel cōuentualium eccleſiarum,& ipſis collegijs, vel
conuentibus dic,quòd per negligentiam vel culpam talis prę-
lati ad quem ſpectat collatio, vel præſentatio non fit deuolu-
tio ad collegium vel conuentum. Nec vice verſa de collegio,
vel cōuentu ad quem ſpectat collatio,vel præſentatio ad prę-
latum,vt extra de ſup.neg.præla.c.quia regulares.in clem. vbi
hoc tenet G.de Mon.lau.ſuper verbo lateranēſis.ſuper verbo
quorum prælati huiuſmodi negligentes.&c. Et hoc per text.
ibi dioceſani locorum. &c. per quem videtur quod in omni
caſu deuoluitur ad Epiſcopum immediate,maxime cū iſtud,
c.nulla.& ſ.de elec.cum in cunctis.§.vlti.tantum loquantur in
epiſcopis & capitulis ſuis.Item non eſt tanta communio inter
alias eccleſias,quanta inter epiſcopum & capitulum.j.de teſta.
requiſiſti. & multæ diſconuenientiæ ſunt inter cathedrales,
eccleſias & alias inferiores,vt j.de ele.quanquam.li.6. hoc idē
tenet ipſe G.de Mon.lau.extra de ſta.regu.ne in agro §.abba
te.in cle.Sed hoc fallit in caſu illius §.vbi abbate vel priore, a
collatione beneficiorum ſuſpenſo ad priorem clauſtralem cū
conſilio & aſſenſu conuentus vel maioris partis ipſius eorun-
dem beneficiorum collatio deuoluitur. Vnde ibi cōtinet ſpe-
cialem prouiſionem,nec eſt alia extendenda.ar.j.de priuile.ſa-
ne.nec eſt ſimile de ſuſpenſione ad negligentiam.vt j.eo. quia
diuerſitatem.ſicut nec de morte ciuili ad naturalem.16.q.j.pla
14 cuit enim.†Et no.ſm Hoſt.hic quòd in omnibus, in quibus
per negligentiam fit deuolutio, negligens punitur ſemel & ea
vice tm̄,vt ſ.de ſup. negl.præla.c.2.Et vide quod no.Archi.in
c.alleg. bene nouit.in glo.adde ex prædictis ſatis patet.&c. vbi
quęrit quid ſi archiepiſcopus de ſuo ſemeſtri tempore,de quo
loquitur hic duos menſes daret epiſcopo vel capitulo.qui fuit
negligens in conferendo,nunquid epiſcopus eligit canonicū,
ſuo iure vel iure archiepiſcopi. Et diſtinguit cum Vin.ſi ſeme
ſtre tempus epiſcopi non eſt lapſum tempore huiuſmodi da-
tionis duorum menſium ſuo iure eliget epiſcopus, quia fit ei
prorogatio,vnde poteſtatem habet ipſe & ius eligēdi.ſ.de of
fic.deleg.c.de cauſis.& vbi fit prorogatio termini manet idem
arbitrium.Vbi vero poſt terminum eligitur idem arbiter ſup
eadem cauſa eſt nouum arbitrium.ff.de arbi.ſi cum dies.de ꝓ
catio, ſed ſi manente.Si vero iam elapſum erat ſemeſtre tēpus
ſuo iure non eligit,quia ſuo iure nihil habet.arg.ff. de iuriſdi.
omn.iudi.l.ſolet.ſm Vin.qui ita no.ſ.de elec.cum vintoni.Et
ita no.Archi.in c.alle.bene nouit.

¶ Et eo.§.Quia iſta §.tangit de mora quę purgari non poteſt
gratia huius quæro primo quot modis accipitur mora.Secun-
do quid eſt mora prout hic ſumitur.Tertio qualiter conſtitua
15 tur. Quarto qualiter purgetur.Quinto quot ſunt morę effe-
ctus.†De primo dic,quod mora ſumitur varijs modis, nā ali-
quando accipitur pro habitatione,vt C.de incolis.l.2.li. 10.&
j.de tempo.ordi.c.cum nullus.§.fi.li.6.Quandoq; accipitur ꝓ
quacunque dilatione,vt ſi dicamus magna mora eſt hinc vſq;
ad feſtum Natiuitatis DOMINI, vt C.de temp.ap.authen.
ſed cum lis.Et ita intelligitur.ff.de iudi.ſi debitori.vbi dicitur
quòd non eſt magnum damnum in mora modici temporis.
Quandoque ſumitur mora ſtrictius,non pro qualibet dilatio-
ne,nam ſm hoc omnis qui differret ſoluere eſſet in mora, ſed
ſumitur pro dilatione tali quę meretur pœnam legalem, & in
hac ſignificatione accipitur mora pro delicto.Cuius morę plu
res ſunt ſpecies, nam alia eſt mora communis, alia mora ſpe-
cialis.Mora communis eſt quæ cōmuniter & regulariter con-
trahitur. Mora ſpecialis eſt quæ ſingulariter conſtituitur,qn̄-
que fauore perſonæ,quandoq; fauore actionis,quādoq; odio
delinquentium,vt ſolet tractari in magna glo.ff.de vſur.l.mo
ra.inter quas ſpecies eſt mora quæ contrahitur ratione tardæ
ſolutionis,ſiue communis ſiue ſpecialis. ¶ De ſecundo dic ſe
cundum Ia.de Ra. & Pe.de Bel.perti. omiſſa diffinitione quā
16 ponit Azo.ff.de vſur.l.mora.†Mora eſt,cum quis legitimè in-
terpellatus,vel pro interpellato habitus,cum intelligit vel in-
telligere debet ſe debere,nec eſt omiſſa debiti repetendi inſtā
tia,ſine cauſa ſolutionem vel reſtitutionem vel receptionem
diſtulit. Hæc deſcriptio importat omnia eſſentialia morę, nā
cum dicit legitimè interpellatus reſpicit omnem perſonam,
etiam minorem quamuis qui poteſt interpellari cum autho-
ritate tutoris.ff.de verbo.obli.l.ſed ſi ex ſtipulatu. & omnem
locum & tempus idoneum. vt ff.de ſolu.l.ſi ſoluturus.Item cū
dicit pro interpellato habitus,reſpicit interpellationem re ip
ſa,vt C.in quibus cau.ceſſat in inte.reſtitu. l.in minorum.& de
contrahen.& commit.ſtipu.l. magnam.& hic.Item cum dicit
ſolutionem,reſpicit eum qui eſt obligatus,vt in perſonalibus,
quia ſolutio præſupponit obligationem,vt ff.de verb. oblig.l.
ſi duo rei.Item cum dicit reſtitutionem, reſpicit eum qui tē
netur reali,vbi non eſt proprie ſolutio,ſed reſtitutio; quia nō
eſt ibi obligatio,vt inſti.de acti.§.j.Item cum dicit receptionē
reſpicit creditorem qui recuſat recipere, & ſic moram recu-
ſando contrahit. Vnde mora conſtituitur & contrahitur ne-
dum in debitore,& per debitorem,ſed etiam in creditore, &
per

per creditorem, vt ff. de periculo & commodo rei vendi. l. il-
lud & ſic habes diffinitionem ſeu deſcriptionem morę. ¶ De
17 tertio. ſ. qualiter mora conſtituatur patet præmiſſa. ¶ † Circa
quartum. ſ. qualiter mora purgetur, diſtinguo. Aut per cõmiſ-
ſionem morę ius alteri eſt quæſitum, in eo in quo ſeu circa q
mora eſt commiſſa, & tunc nunquam poteſt purgari mora in
eo in quo ius alteri eſt quæſitum vt hic, vbi habes q per negli
gentiam epiſcopi in non conferendo infra ſex menſes acquiri
tur ius conferendi capitulo, & econtra. & per ſecundam negli
gentiam acquiritur ius archiepiſcopo, ideo mora purgari non
poteſt. Ad idem 12. q. 2. longinquitate. 20. q. 2. puella. j. de regu.
iur. c. mora. lib. 6. cum ibi no. per Io. An. & ſ. de ſup. neg. prę la.
c. licet & c. fi. quod dic vt ibi dixi. Aut per commiſſionẽ mo-
rę non eſt alteri ius quæſitum in eo in quo, ſeu circa qđ mora
eſt commiſſa, & tunc refert. Ad cuius euidentiam nota q qua-
tuor ſunt effectus morę, vt ſtatim dicã, & quandoq; mora pur
gatur quantum ad omnes effectus, qñque quantum ad quoſ-
dam tm̃, refert ergo. Aut poſt moram ſequitur ſtipulatio ani-
mo nouandi legitimè facta, & in caſibus in quibus nouatio po
teſt cadere, & habere locum, & tunc mora purgatur, quãtum
ad omnes eius effectus vt. ff. de condi. furti. l. parui, refert. de
ſoluti. l. qui decem. §. cum mihi ſtichum. & de nouatio. l. noua-
tione. Aut poſt moram non ſequitur ſtipulatio aĩo nouandi le
gitimè facta, & tunc aut ſequitur oblatio, & conſignatio, & de-
poſitio in rebus ſeu obligationibus, in quibus obligatio, conſi
gnatio, & depoſitio cadere poſſunt, & tunc purgatur etiã quo
ad omnes eius effectus, vt C. de vſur. l. acceptã. quod dic vt ibi,
inquantum tangit iſtud membrum. Aut non ſequitur oblatio,
conſignatio, & depoſitio, & tunc quæris de purgatione morę,
vt moroſus poſt moram habeat actionem, aut quęritur de pur
gatione morę vt moroſus poſt moram non teneatur. In pri-
mo caſu, refert, aut alius contractus inter creditorem & debi
torem alius ab eo ſuper quo mora contrahitur, & de illa re ſu
per qua mora contrahitur præceſſit, & tunc põt mora purga-
ri, vt non obſtante mora poſſit agere. duobus tñ interuenien-
tibus. ſ. j. modicum tempus, & ſi non intereſt aduerſarij, vt p
batur. ff. de verb. oblig. l. ſi ita quis promiſerit. §. Seia cauit. vbi
Seia ꝓcuratrix erat ante obligata Lucio Titio mãdatori actio
ne mandati præcedente, & ſic alia ab illa obligatione ex ſtipu-
latione, ſuper qua mora contrahitur ad reſtitutionem illorũ,
hortorum de quibus ibi loquitur. Aut nullus alius contractus,
ab illo ſuper quo mora contrahitur, & de illo ſuper quo mo-
ra contrahitur inter creditorem & debitorem præceſſit, &
tunc non põt purgari, vt habeat actionem. v. g. Ego promiſi ti
bi hoc modo, ſi dederis mihi. 10. j. Paſcha dabo tibi fundum,
demum tu non das j. Paſcha, ſed vis dare in craſtino, nunquid
teneor tibi dare fundum, dico quod non, quia cõditio deficit,
& non poteſt impleri alio tempore, nec etiam tibi obligatus,
ex alio præcedenti contractu, ſeu ex alia actione ad fundum ti
bi dandum, vt no. Iac. de Ra. in d. c. Seia cauit. Et pro hoc bene
facit. ff. de fideicom. li. l. thais ancilla. §. intra & de ſta. libe. l. ſi in
tra quinquennium. ad trebel. l. nam quod ad ius. §. qui com-
pulſus. In ſecundo caſu refert, aut ex mora non introducitur,
nec ſuccedit noua obligatio, & tunc purgabilis eſt mora vſque
18 ad ſñiam diffinitiuam, † vt in obligationibus dandi non oritur
noua obligatio a tempore moræ ad intereſſe, vt ff. de verbor.
oblig. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & §. vlti. Vnde ſi non oriatur no-
ua obligatio poteſt purgari mora ante ſñiam, quia omnia iudi
cia ſunt abſolutoria inſti. de perpe. & temp. ac. §. fi. ff. de verbo.
obli. l. interdum. in fi. Aut ex mora introducitur vel ſuccedit,
noua obligatio, & tunc refert, quia quandoq; ſuccedit ſeu in-
troducitur obligatio propter culpam, vt puta quidam vendi-
dit mihi rem aliquam dedit fideiuſſorem nomine euictionis,
hic non ſuccedit intereſſe in obligatione propter moram, ſed
propter culpam, quia alienam rem vendidit, & eo caſu poteſt
quis purgare moram poſt ſñiam vſq; ad executionem, vt ff. de
excep. doli. l. fideiuſſor. ſm Iaco. de Ra. & Pe. de bel. perti. ibi,
quandoque introducitur obligatio propter moram non pro-
pter culpam. & tunc refert ſm Iaco. de Ra. licet Pe. de bel. p-
19 ti. non approbet. † Aut obligatio introducitur, per legem, ſeu
ex diſpoſitione legis, vt ſi promiſiſti mihi facere domum, &
es in mora faciendi, & tunc poteſt purgari mora tribus con-
currentibus. ſ. lite non conteſtata infra modicum tempus, & ſi
non interſit aduerſarij, vel ſi interſit inte reſſe refuſo alias non
poteſt moram purgare, vt ff. de verb. obliga. l. ſi inſulam. & l. ſi
ita quia promiſerit. § Seia cauit. Aut obligatio introducitur fa
cto hominis ſeu per diſpoſitionem hominis, vt ſi promittis
mihi librum, & niſi dederis promittis mihi decem & tũc aut
illud quod ſuccedit, vel venit ex mora vna cum principali de-
bito poteſt peti, aut non. Si poteſt vna cum principali debito
peti tunc non poteſt purgari. v. g. Fœnerator mutuat pecuniã,
& ſtipulatur quolibet menſe. 10. ſi debitor in mora eſt non po
teſt moram purgare, vt ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. calima
cus. & l. ita ſtipulatus. in fi. & de acti. & obli. l. traiectitiæ. §. de il
lo. ſm Pet. de Bel. pertica ibi. & in l. alleg. magnam, quod etiã
Cin. ibi approbare videtur. Si non poteſt peti vna cum princi
pali, illud quod deductom eſt in pœnali. v. g. promiſiſti ſtare in
iudicio certa die ſub pœna, non ſteteſti, & ſic obligatio con-
tracta eſt ad pœnam quæ cum principali peti non poteſt. ff. de
exce. doli. l. apud Celſum. §. Labeo. Et iſto caſu poteſt purgari,
tribus concurrentibus, vt ff. ſi quis caut. l. & ſi poſt tres. de ar-
bi. l. ſi cum dies. §. fi. de penu. leg. l. j. de verbo. obli. l. qui Romæ
§. flauius. & l. ſi ita quis. §. ſeiæ. Fallit in caſu vbi non purgatur.
ff. de arbi l. celſus. & eſt ratio quia durius agitur cum miniſtro
legis quam cum lege. Item fallit in alio caſu, vbi purgatur poſt
litem conteſta. & ante diffinitiuam ſñiam, ff. de iudi. ſolu. l. 3.
§. vlti. & l. ſeq. Et eſt rõ quia illa ſtipulõ iudic. ſol. citius cõmit-
titur, quam alias conſueuerit regulariter committi ſtipulatio.
Et ideo diutius ſeu tardius purgatur, iuxta illud, qui in vno gra
uatur. &c. ff. de iureiuran. l. eum qui. nam qui iudicium ſolui ꝓ
mittit factum promittit. Et quando factum promittitur, nõ
committitur ſtipulatio quouſque tm̃ tempus prætereat, qo
poterit fieri, vt ff. de verb. obligat. l. ſi ita ſtipulatus ſum abs te.
ſed ibi ſtatim cum eſt in mora committitur ſtipulatio iudici.
ſol. vt in dicta l. 3. §. in hac. & l. conquerebatur. & ff. ſi quis cau.
l. ſi duo. §. j. & ideo non releuatur vt poſſit purgari poſt litẽ con
teſta. ſm doct. in d. l. 3. & ſm Pe. de bella per. & Cin. in d. l. alle
gata magnam. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter obligationẽ,
quæ introducitur propter culpam vt in l. alleg. fideiuſſor. & il-
lam quæ introducitur propter moram? Ratio eſt, nam mora
dolum habet, ideo magis puniri debet quam culpa, vt ff. ad le.
aqui. l. item ſi obſtetrix. ad fi. ſm Pe. in d. l. fideiuſſor. Et hæc
ſufficiant de purgatione moræ.
20 ¶ † Sequitur de quinto. ſ. quod ſunt effectus moræ conſtitutæ
ad quod reſpondeo, quòd ſunt quatuor. Primus eſt circa inte
ritum, de quo tenetur moroſus. Secundus eſt circa rei æſtima
tionem, quam facit conſiderari quanti plurimi fuunt a tempo-
re ipſius moræ conſtitutæ. Tertius eſt circa vſuras. Quartus,
eſt circa fructus de quibus tenetur moroſus. Redeo ad primũ
dixi, q primus effectus eſt circa interitum rei, quæ moroſi pe
riculo peperit, quod verum dicit Martinus doctor iuris ciui-
lis antiquus, niſi eodem modo peritura fuiſſet penes credito-
rem, quia tunc non tenetur de interitu, vt ff. de rei ven. l. item
ſi verberatum. §. fi. & quod me. cauſa. l. ſi cum exceptione. § q
ſi homo. Sed Io. & alij doctores iuris ciuilis, communiter re-
prehendunt Mar. dicentes q imo indiſtincte de interitu tene
tur moroſus. vt ff. de leg. j. l. cum tes. §. vlti. de vi & vi ar. l. j. §. re
ctiſsime. & ſi cer. pet. l. quod te. vbi eſt glo. ipſorum quæ potiſ
ſime hoc dicit. Pet. vero de bel. per. & Cin. poſt eum ſic diſtin
guunt. Et credo, q bene, cum quæritur nunquid mora faciat
moroſum de interitu teneri, refert, aut mora commiſſa eſt in
faciendo quod fieri non debuit, aut eſt commiſſa in non faciẽ
do quod fieri debuit. In primo caſu verum eſt indiſtincte, q
moroſus de interitu tenetur, & ſic loquitur dictus. §. rectiſsi-
me. & C. de fur. l. ſubtracto. Fallit in caſu. vt dicta l. ſi cum exce
ptione. §. quod ſi homo. Et eſt ratio, qua metum inferens gra
uatur ibi in vno. ſ. q condemnatur in quadruplum, ergo, &c.
vt in l. eum qui. ff. de iureiuran. In ſecundo caſu. ſ. quando con
tracta eſt mora in non faciẽdo quod fieri debuit, ſubdiſtingue.
Aut qui non fecit quod debuit facere contempſit ſolummo-
do partis interpellationem, & tunc vera eſt ſñia Mart. per ll.
quas alleg. Aut contempſit partis interpellationem & iudicis
decretum, & tunc in odium ſic delinquentis periculum tran-
ſit ad eum, vt ff. de eden. l. vbi §. is autem. Secũdus effectus eſt
circa æſtimationem rei quam facit præſtari ſub æſtimatione,
quãti plurimi a tempore ipſius moræ. vt ff. ſi cer. pe. l. vinum,
quod dic vt ibi. Tertius effectus eſt circa vſuras, de quo dic ſe
cundum leges, vt C. de condi. indebi. l. j. de quo effectu nõ de-
bet curare canoniſta, cum vſuræ de iure diuino, & canonico,
ſint prohibitæ, vt j. de vſur. ſuper eo. & capi. quia in omnibus.
Imo etiam de iure ciuili nouo. ſ. authenticorum approbante
quatuor concilia. ſ. Nicenum, Conſtantinum, Epheſinum, &
Calcedonium, & volente ſicut ſacras Scripturas obſeruari, in
auth. de elect. tit. in prin. colla. 9. Et in Niceno concilio vſuræ
ſunt reprobatæ. 47. diſt. qm̃. Et hoc not. glo. C. de vſur. in auth.
ibi poſita ad hæc. & Card. j. de vſur. in Rubrica. lib. 6. Quartus,

& vltimus effectus eſt circa fructus, de quib. tenet̃ moroſus.
31 Et in hoc articulo diſtingue. vt ff. de vſur. l. videamus. ¶ Et nota q̃ iſti. 6 menſes qui dantur ad conferendum, non currunt, niſi a tempore notitiæ veræ vel præſumptæ ipſius vacationis: quod debet determinari per iudicẽ, conſiderata beneficij, qualitate, & quantitate, & locorum remotione, & fama, arg. ff. de vſuris. l. mora. vt no. Hoſt. j. eo. ex parte Aſten. & Gen. in extrauag. Io. 22. execrabilis. ſuper verbo contrariæ.

1 *Papa an diſpenſet contra ius diuinum.*
2 *Papa non diſpenſat ſuper iure naturali.*
3 *Papa non diſpenſat contra ius ciuile.*
4 *Papa ſuper lege canonica diſpenſat.*
5 *Diſpenſatio fit ratione id poſtulante.*

PRopoſuit. Ad declarationem gl. Ber. ſuper verbo diſpenſare. Si quæris in & ſuper quibus Papa poſsit diſpenſare. Diſtingue. Aut quæris de lege diuina ſeu euangelica, aut quæris de le
3 ge ciuili, aut quæris de lege naturali, aut de lege canonica. † In primo caſu hoc ſolum tene quod in omnibus poteſt diſpenſare, dummodo ſua diſpenſatio non ſit contra fidem ſm̃ Vincẽ. nec nutriat peccatum mortale, nec inducat ſubuerſionem fidei, nec periculum animarum. Nam in talibus nullã habet contra Deum poteſtatem, ſic intellige. 25. q. j. ſunt quidam. 16. di. ſicut ſancti. ſm̃ Hoſt. hic. Et concor. quod ipſe Hoſt. no. j. de ſponſ. is qui fidem. in magna glo. ver. pone igitur. dicens, q̃ ſi vir in caſu illius. c. nullo modo conſenſit cum prima muliere, ſed cum ſecunda tantum, Papa licet ſit ſupra ius nunquam tñ, poteſt conſenſum hominis voluere ad voluntatem ſuam, & dare ſibi intelligere q̃ conſentiat in eam in quam non conſenſit, & q̃ non conſentiat in eo in quo conſentit. Et ſic pôt vera matrimonia lege diuina firmata ſua conſtitutione canonica irritare, & cogere hominem conſcientiam propriam relinquere, & ſuo motui adhærere vt patet in his quæ leguntur & not. hic. & ſ. de præſump. c. fi. & j. de conuer. coniug. c. ex parte 2. quod reprehendit talia euidenter, & no. j. de ſpon. c. ſi inter. ad fi. & de ſponſa. duorum. c. j. & fi. vbi idem no. ipſe Ho. & j. de conſangui. & affi. c. quod ſuper his ſuper verbo prohibitos. Ad hoc etiam facit quod not. G. in c. alle. ſunt quidam 25. q. j. ſuper verbo euangeliſtæ. vbi dicit poſt Laur. ibi q̃ contra dicta euangelij poteſt diſpenſare in his quæ ſunt conſilij, & quæ parabolicæ dicta ſunt, & non conſiſtunt in præceptis vel pro-
2 hibitionibus. & adde quod no. ibi in glo. penul. & fi. † In ſecundo caſu dic quòd non poteſt diſpenſare, quia iura naturalia immutabilia ſunt, inſti. de iure natu. §. ſed naturalia. 5. diſt. in princ. 25. q. j. ſunt quidam. quod dic vt no. Io. & Archi. 13. diſt. in ſumma. 15. q. 6. authoritatem. per Ber. & Hoſt. de iureiur. quãto. de deci. à nobis. per Inn. de ſta. mo. cum ad monaſterium. glo. niſi ex cauſa. & Hoſt. poſt eum. Et pro hoc facit quod ſtatim immediate dictum eſt. quod not. Inn. j. de immun. eccleſ. quia pleriq;. glo. j. ad fi. ver. ſed ſi ne cauſa &c. & Archia. j. diſt. ius ciuile. in fi. glo. ſuæ. & 12. diſt. c. j. & 9. q. penul. per principa
3 lem. † In tertio caſu. ſ. contra legem ciuilem non poteſt diſpenſare, cum per hoc falcem ſuam mitteret in meſſem alienã, contra id quod legitur & no. ſ. de ma. & obe. c. venerabilem. in princip. & de iudi. nouit. quod tamen intellige vt dixi. ſ. de conſtit.
4 c. j. diſt. j. ad finem. & j. de no. ope. nun. c. j. † In quarto caſu dic, q̃ contra legem canonicam poteſt diſpenſare indiſtincte, vt ſ. de conſtit. c. fi. ſm̃ Ho. hic. Sed hoc fallit in caſu vbi vellet diſpenſare contra canones, vel immutare canones articulos fidei, vel legem diuinam continentes, vel vbi per ſuam diſpenſationem ſubuerteretur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ, vt iſta probantur in c. alleg. ſicut ſancti. & 24. q. j. memor ſum. & dixi ſ. de iudi. at ſi clerici. & de hoc vide plene in Spec. tit. de legato §. nunc breuiter. Et in his concordat quod no. Ho. in ſumma, de pœnitentijs. §. vlt. ſub. §. ſed quæ forma. & Spec. tit. de lega. §. nunc de epiſcoporum diſpenſatione. verſi. dominus meus, dixit &c. & Archid. 14. q. 5. non ſane. ſuper verbo reddenda. in fi. dicentes quòd in his in quibus eſt mortale peccatum ſm̃ legem diuinam, vt in furto, & rapina, vt 14. q. 5. pœnale. diſpenſare non poteſt Epiſcopus nec etiam Papa, vt aliqui dicunt, quominus pœnitentiam agant, & reſtitutio fiat, vt j. de vſur. cum tu. 14. q. 5. ſi quid. & c. mala. & q. 6. c. j. In his vero in quibus mortale peccatum eſt ſm̃ ius poſitiuum, & eſt epis, ſine inferioribus Papæ interdicta diſpenſatio, nullus diſpẽſare, vel pœnitentiam præſtare pôt niſi ſolus Papa, vel is cui ſpecialiter commiſeris. Si vero non eſt interdicta tunc poteſt. Vide etiã, quod not. Card. in extrauag. Bonifacij. 8. rem non nouam. ſup verbo priuilegijs. circa medium. vbi dicit quòd Papa eſt ſupra ius, & quod ipſe ſolus poteſt æquitatem non ſcriptam, ex ſui interpretatione præferre iuri ſcripto. C. de leg. & conſti. l. j. & ipſe pôt multa facere quæ non poteſt inferior. vt hic. nam nul
5 lus alter ab eo dat ius in vacaturo. j. eo. tit. c. 2. li. 6. † Et ſi ſ. ius diſpenſet hoc debet facere cum ratio poſtulat. ſ. de præbẽ. de multa. in fi. 50. diſt. vt conſtitueretur. in fi. vt pote propter vrgentem neceſsitatem, vel euidentem vtilitatem eccleſiæ. j. q. 7 diſpenſationis. & duobus. cc. ſequentibus. Non propter burſæ repletionem illius cui prouidit. arg. 24. q6. j. manet. alias eſt diſsipatio non diſpenſatio. Et in hoc vlti. concordant beatus Tho. in parte. 2. q. 97. articulo vlti. & Ioan. And. ſ. de præb. ca. de multa. vbi dicunt quod ille cum quo papa diſpenſat ſine cã non eſt ſecurus quo ad Deum, & dixi in di. vlt. ibi. Dicit etiam Hoſt. hic q̃ ſemper in dubio obediendum eſt Papæ, vbi conſcientia non repugnat, 23. q. j. quid culpatur. Sed ſi certum ſit, quòd illud quod præcipit ſit peccatum mortale tũc recognoſcendus eſt Papa celeſtis. 11. q. 3. Iulianus. & ca. qui reſiſtit. vbi cum conſcientia tua tibi dictet q̃ non obedias non recedas ab ea, ſed potius excommunicationem ſuſtineas. j. de ſent. excõ. inquiſitioni. & c. a nobis. 2. niſi poſsit deponere errorem. vt j. de ſimo. c. per tuas. ſm̃ eum. & adde quod dixi ſupra de iudi. at ſi clerici.

1 *Criminoſo an beneficium conferatur.*
2 *Beneficij receptionem, quæ crimina impediant. & 4.*
3 *Beneficium datur propter officium.*
5 *Electio non fit de exiſtenti in peccato.*
6 *Victor non occupet rem corporalem ſibi adiudicatam.*
7 *Rei meræ corporalis condemnatus ſtatim lata ſententia poſſeſſionem amittit.*
8 *Iura habentia corporalia, poteſt condemnatus poſt ſententiam retinere.*
9 *Verba non curanda, vbi de mente conſtat.*
10 *Excommunicatus, maiori non petit reſtitutionem poſſeſſionis.*
11 *Excommunicatus minori ſe reſtitui in poſſeſſionem petit.*

CVm noſtris. Ad declarationem glo. ſecundæ Inno. hic ver. & hæc vera ſunt,
1 &c. † Si quæris vtrum criminoſus poſsit licite recipere beneficium vel receptum retinere. Inn. hic dicit, qđ ſic, dicens, quòd in homicidas, & irregulares cadere poteſt ius cuiuſlibet dignitatis: quia iuſte haberent eam ſi cum eis fuerit diſpenſatum. Et etiam ſine diſpenſatione iuſte tenent prædicti dignitates ſuas, quouſq; renunciant, vel deponantur, ſi poſt adeptas dignitates ſuas fecerint homicidium, vel irregularitatem incurrant. Idem Compo. ſ. de reſcr. c. capitulum ſanctæ Crucis. in glo. quia quæſtiones. verſi. ſed nunquid collatio facta criminoſo, vbi dicit quòd collatio facta criminoſo vel irregulari, puta adultero nõ eſt nulla, vt j. de exceſ. præla. inter dilectos. ſed reuocari pôt vt ibi dicitur & ſ. de ele. c. cõſiderauimus. Et ad hoc concordat quod not. Inn. j. de exceſ. præla. inter dilectos. glo. j. & Compoſte. ſ. de elect. quod ſicut. j. glo. in verſic. quod eſt verum &c. Sed contra has ſententias facit, gl. Io. 50. diſt. ſtudeat. in glo. hic diſpenſatur. & etiam tex. ibi, qui vult quòd cum homicida in beneficio diſpenſetur, vt j. de cleri. pug. in duello. c. 2. Nam cum diſpẽſatio requiratur vt homicida beneficium recipiat, videtur ſecus eſſe de iure cõi argu. illorum iurium. Item homicida miniſtrare non poteſt, cum ſit ſuſpenſus poſt quantamcunq; pœnitentiam, vt ſ. de temp. ordi. c. quæſitum. ergo ſuſpenſus eſt à beneficio, cũ propter officium detur beneficium, & ſit eius acceſſorium, vt 81. diſt. eos & no. ſ. de conſue. cum dilectus. in glo. ſuſpenſus enim &c. ſecundum Archid. in c. alleg. ſtudeat. in glo. per ſñiam. Circa, qđ
2 poteſt probabiliter ſic diſtingui. † Aut quæris de criminibus, quæ ipſo facto beneficij de quo agitur priuationem inducunt vt crimen hæreſis. j. de hæreti. cum ſm̃ leges. libro. 6. crimen læſæ maieſtatis. vt j. de ſchiſmaticis. c. vnico. & de pœnis. c. fœlicis. §. quòd ſi quis prædictorum. li. 6. & extra de pœnis. cap. ſi quis ſuadente circa prin. ver. a feudis. in cle. Et tunc talibus criminibus ſi aliquis eorum irretitus, non poteſt recipere beneficium, quòd ſi receperit receptio non valebit, nec poterit receptum licite retinere. Ita intellige quod no. Inno. in ca. allega. inter dilectos. & Compo. in c. alleg. quod ſicut. ver. & eſt verũ. Aut quæris de alijs criminibus, & tunc aut de illis qui poſt peractam pœnitentiam impediunt executionem ordinis iam ſuſcepti, & retentionem beneficij iam adepti, vt homicidium, vt ſ. de accu. c. inquiſitionis. & ſ. de tempo. ord. c. quæſitum. & ſimilia,

ſimilia, de quibus per Ber.& plenius per Hoſt. ſ. de renuntia.
c.niſi cum pridem.§.propter conſcientiam.Et tali crimine ir
retitus non pōt licite recipere beneficium,nec ante receptum
licite retinere,vt in iuribus alleg.ita intelligo opinionem Ioā.
& Archi.in c.alleg.ſtudeat. 50.diſt.& ad hoc facit quod notat.
Ber.Inno. Hoſt.ſ.de temp. ord. c.ex tenore. & Hoſtiē. j.de
accu. c.inquiſitionis.Dicens q̄ qui committit homicidium,
non poteſt poſt peractam pœnitentiam retinere beneficium,
cui officium ſacri ordinis eſt annexum. 50.diſt.miror.j.de pæ
3 nis.in quibuſdam.†Et eſt ratio quia officium exercere nō pōt
propter quod datur beneficium. ſ.de cler.coniug. quod a te.
& c.diuerſis ſallacijs.Et idem de canonijs quibus perſonatus,
eſt annexus,vt præpoſitus, & archidiaconus ſecundum eum,
ibi.Et idem eadem ratione videtur in minoribus ordinibus,
cum etiam illis minoribus irregularitas contrahi poſsit, ſicut
& in ſacris,vt no.ipſe Hoſt.j.de cle.excom.mi.c.2.& 3.Et qđ
dicit hic Inno.q̄ homicidæ,& irregulares etiam ſine diſpen-
ſatione iuſte retinent dignitates ſuas, quas ante homicidium,
vel irregularitatem ſunt adepti quouſq; renuntient vel deponā
tur,intelligo de rigore,& quo ad hoc de quo hic quæritur.ſ. vt
non cenſeantur vacare re ipſa ante renuntiationem vel depoſi
tionem,non tamen quantum ad hoc, vt faciant fructus ſuos,
cum nec officium facere poſsint vt eſt dictum,& vt not. ſ.de
4 app.c.paſtoralis.†Aut quæris de irretito alijs criminibus,& tūc
aut quæris nunquid poſsit licite recipere beneficium, aut nun
quid receptum ante crimen poſsit licite retinere.In primo ca
ſu refert,aut eſt tale crimen quod eum ſuſpēdit ab officio, vel
beneficio,vel ſaltem ab officio propter quod datur beneficiū,
vt in c.alleg.eos.& j.de reſcr.c.vlt.li.6.vel a beneficio iuxta ea
quæ dixi.ſ.de conſue. cum dilectus. & tunc non poteſt licite
recipere,vt legitur & no.in c.alleg. ſ.de conſue.cum dilectus.
de elec.cum inter R.ſeniorem.de æta.& quali.cum bonæ. Et
quòd ſuſpenſo non poſsit conferri beneficium no.Hoſt.ſ.eo.
c.proxi.ſuper verbo poteſtate & Io.And.poſt eum.Aut nō eſt
tale crimen quod eum ſuſpendit ab officio & beneficio ſimul
vel ſaltem ab altero eorum iuxta ea quæ dixi in ca. alleg.cum
dilectus.& tunc poteſt recipere beneficium niſi ſit aliud cano
nicum quod obſiſtat.& ita intelligo glo.Comp.in c.alleg.quod
ſicut.verſic.ſed nunquid collatio.ſaluo eo quod no. Car. j.de
elec.vt circa.& Car.& Archi.eo.tit.c.perpetue.lib.6.& Io.25.
5 diſt.c.fi.†dicentes quod exiſtens in peccato mortali nō poteſt
eligi.Sed Io.An.contra in c.alleg.perpetue.cuius opinio poſ-
ſet ſuſtineri in peccatore occulto.Prima vero opinio in pecca
tore notorio per no.per Inn.ſ.de poſtul.præla.ca.j.& fi.& per
eum & alios.ſ.de temp.ord.c.quæſitum. In ſecūdo caſu.ſ. qñ
quæritur vtrum poſsit beneficium retinere, dic quòd ſic, vt
legitur & not.ſ. de ap.paſtoralis. ſaluo iure perceptionis fru-
ctuum de quo dic vt ibi.

¶ Ad declarationem gl.Inn.in glo.credimus. verſic. & ex his.
Si quæris nunquid illi pro quo ſententia lata eſt ſuper priuatio
ne alicuius beneficij,vel alterius rei,liceat illud vel illam occu
pare,abſq; eo quòd ille qui prius ipſum vel ipſam tenebat reſi
gnet,& abſq; eo quòd manu militari auferatur ab eo. Diſtin-
gue.Aut reus eſt condemnatus actori,aut eſt abſolutus ab im
petitione actoris. In primo caſu aut agitur de iuribus, ſeu de
rebus corporalibus,aut agitur de iuribus, aut de rebus incor-
6 poralibus.†Si de rebus corporalibus,tunc non licet actori pro
quo lata eſt ſentētia illam rem occupare,niſi ille reus qui prius
eam tenebat ipſam reſignet,vel niſi manu militari auferatur,
ab eo, & is qui obtinuit in poſſeſsione inducatur. Et ſi contra
factum fuerit priuabitur iure quod in ea habebat, etiam ſi ab
illo qui tenebat non prohibebatur poſſeſsionem capere dum
modo ſua authoritate capiat,niſi conſentiat aduerſarius. ff. de
rei vendi.l.qui reſtituere.ne vis fiat ei l.ſi quis miſſus.in princ.
vt in poſſeſ.le.l.is cui.§.miſſus.& ar.C.vnde vi.l. meminerint.
Et hoc dicimus nedum in ſententia lata ſuper beneficio,ſed ēt
in omni alia ſententia, vt & poſt ſententiam non occupet vi-
ctor rem ſibi adiudicatam,ſed per executores tradi debet ſi-
bi.C.de arbi.l.pen.j.reſponſ.C.de iudi.l.properandū. Nec obſ.
C.vnde vi.l.ſi quis in tantam.ibi ante aduentum litis &c. quia
ibi ſubaudi maxime,nam ibi idem poſt ſententiam, ſm Inn.
& Hoſt. hic. idem Archi.8.q.4.c.nonne.in glo.adde dicas qđ
ex decre.Si agitur de iuribus incorporalibus, tunc †,aut de ta-
7 libus iuribus vbi nihil corporale attingitur, vt de electionibus
& iuriſdictionibus,& ſimilibus,& in talibus ſtatim lata ſenten
tia actor poteſt ingredi poſſeſsionem, & aduerſarius poſſeſsio
nem amittit. Tamen vt omnis remoueatur dubitatio, conſi-
lium eſt quod iudex hoc modo dicat in ſententia, vobis adiu
dicamus ius eligendi, & aduerſarijs ſilentium imponimus ſic
8 ſ.de cauſa poſ.cum eccleſia.†Aut de talibus iuribus incorpo-
ralibus vbi aliquid corporale attingitur, vt præbendis, & tunc
poſſeſſor condemnatus per aduerſarium non prohibetur il-
lud exercere vt prius.Bene tñ cogitur cauere quòd de cetero,
illa ſeruitute non vtetur,vt ff.ſi ſeruitus vendi.l.harum. vbi dī
quòd ſi nolit cauere condemnabitur quantum in litem iurabi
tur,& ſi nec ſic poſſit expelli de poſſeſsione, per officiales ex-
pelletur,vel dabitur ipſi poteſtas expellendi,ſi talis ſit iudex q
ſententiam ſuam exequi poſsit.Et in hoc erit ipſe qui vincit,
miniſter iudicis,vt in l.alleg.harum qui reſtituere.23.q.5.c.mi
les.& c.cum miniſter.& ſequentibus. ſm Inno.Hoſt.& Ioan.
An.hic.In ſecundo caſu principali.ſ.qñ reus eſt abſolutus, tūc
nō eſt abſolute neceſſarius executor, quia ſufficit ei exceptio
rei iudica.ff.de excep.rei iudic.per totum, ſm Inn. & Hoſt.
hic. & Archid.vbi ſ.Vnum notat Hoſt.hic iuxta glo. ſecun-
dam Ber.in ver.ſi vero ſimpliciter.quod ſi Papa dicat facias cō
ferri,vel prouideri,vel aſsignari,ille cui ſcribitur poteſt face-
9 re.†Nam non debemus curare de verbis, ex quo de mente cō
ſtat,vt patet in his quæ no.ſ.de reſcrip.eam te.de præben. pro
illorum.ſ.eo.propoſuit.Vnde ſi mandetur quod faciat proui-
deri,ipſemet poterit prouidere, vt in c.allega.pro illorum. &
de offic.deleg.ſuper eo.Idem ſi mandetur quod faciat aſsigna
ri.ſ.de reſcrip.abbatem.Idem mandata iuriſdictione trāſit to-
tum officium iuris dicendi.ff.de ſuſpec.tu.l.j.§. ſi autem. Sed
hoc putat Io.An hic falſum,dicens quòd ſequitur ex hac opi-
nione,quòd cui mandatur quod faciat eligi prælatum, eligere
poſſet quod eſt falſum,niſi id exprimatur ſic.ſ.de elec.cum in
veteri.Nec eſſet ratio quare plus aſficerent executorie ad pro
uidendum,quam ad compellendum contra.c.ſi capitulo. & c.
ſi ſoli.j.eo.li.6.ſm eum.

¶ Iuxta glo.alleg.Inno.ver.item fatendum. Si quæris vtrum
excommunicatus ſpoliatus poſsit petere reſtitutionem poſ-
10 ſeſsionis. Diſtingue,†Aut eſt excommunicatus maiori excō-
municatione, & talis non poteſt petere reſtitutionem poſſeſ
ſionis obſtante ei exceptione excommunicationis, ſm Inno.
Hoſt.& Io.An.hic. Idem Ber. Hoſt.& Io.And.ſ.de reſcr.c.di
lectus.j.de offi.dele.prudentiam.§.ſexta.de procur. ex inſinua
tione.& Bar. Brix.23.di.in nomine Domini.glo.hic habes.&
Archi.ibi in glo.ſua pen Idem ipſe Archidiaco.24.q.j. in ſum-
ma.ſuper verbo non debet.& de excep.c.pia. ſuper verbo agē
tes.li.6.& Spec.tit.de peti.& poſ.§.fi.ver.& eſt octauus. Et ad
hoc facit quod no.Io.1.q.7.§.veruntamen. in glo.dum puta-
retur.in fi. & quod legitur & no.ſ.de excep.c.exceptionem.
11 †Aut eſt excommunicatus minori excommunicatione,& ta-
lis excommunicationis exceptio non impedit reſtitutionem
ſpoliati,ſicut nec obiectus alterius criminis.j.de reſt.ſpo.item
cum quis.vt hoc no. Vin.in c.allegato prudentiam. iuxta finē.
& Archi.in c.alle.in nomine Domini.glo.pen. & de hoc teti-
gi.ſ.de iudi.c.intelleximus.

1 *Turpitudinem ſuam allegans non audiendus. & 5.*
2 *Confeſsio,an integraliter acceptanda. 4. & 6.*
3 *Probans quid pro ſe,id contra approbare debet.*
7 *Renuntiare an debeat beneficio ſciens ſe in eo male receptum.*
8 *Turpitudo communis opponenda.*

CVm ſuper. Hic habes quod vbi aliquis con
fitetur in parte pro ſe,& in par-
te contra ſe,quod in parte qua confitetur contra ſe,
ſibi præiudicat. Nam ſm Hoſt.hic conſtitit ex con-
feſsione canonicorum ipſum.C.fuiſſe receptum in canonicū
eccleſiæ Turonen.ſed ipſi addebāt quod hoc factum fuit cō-
tra concilium Lateranen.Replicuit iſte. C.non confiteor hoc,
1 quod iungitis, ſed ſi verum eſſet non debetis audiri, †quia al-
legatis turpitudinem veſtram.arg.j.de dona.inter dilectos.
Cum quo concordat Abb.hic.& j.de accu.cum dilecti.in fi.di
cens inſuper no. quòd cum aliquis plura implicite confitetur
de eius confeſsione accipitur ſibi damnoſum, & vtile refuta-
tur.Circa quod diſtinguit per iſtud.c.per tuas.de condit. app.
2 Lamber.de Sali.C.de confeſ.l.vna.†Aut quis confitetur circa
vnum capitulum,& tunc aduerſarius vel in totum debet ſta-
re confeſsioni vel in nullo.Vnde ſi vult ſtare confeſsioni qua
tenus eſt pro ſe,debet ſtare eidem,quatenus eſt contra ſe, ne
eſſet ſibi contrarius in eadem re.Et idem dicit ſi circa diuerſa
capitula connexa confitetur,argu.ff.de mino.l.etiam.& de ne-
go.ge.l.eum actum.Aut confitetur circa diuerſa capitula & nō
ſuper caſibus fortuitis non valet, ſed ſpecialis ſic multiplex eſt
ratio. Prima, quia generalis parit obſcuritatem & incertitudi-
nem, & ideo viciatur, ar. ff. de reb. dub. l. in ambiguo. & de ver-
bo. oblig. l. ſtipulationum. Secunda ratio eſt, quia ſicut dictum
eſt generalis eſt obſcura & incerta, ſed ſpecialis clara & certa, &
incertis & non certis locus eſt coniecturis, vt. ff. de verb. obli.
l. continuus. §. cum ita. Tertia ratio eſt, quia ſi generalis renun-
tiatio valeret plerunque renuntiarent cõtrahentes his quibus
ſpecialiter renuntiaturi nõ eſſent, & ideo ne ſub inuolucro ver
borum in hoc incidant non valet. 27. q. 1. de viduis. Pone enim
quod eſt quidã ruſticus qui credit quod non ſint caſus fortuiti
niſi certi de quibus ſe teneri putat, vt naufragio, & incurſu la-
tronum. Multi tñ alij ſunt caſus de quibus poteſt teneri de qui
bus ſpecialiter non renuntiaret: vnde quia generalis eſt nimis
odioſa, nõ valet, vt. ff. de pig. l. obligatione. ſpecialis vero ſem-
per clara, & ideo valet: quia in claris & certis nõ eſt locus con-
iecturis vt dictum eſt. Præter ea tale quid deficit rõne obſcu-
ritatis, quod non deficeret ſi eſſet clarum, vt. ff. de reb. dub. l. ſi
quis de pluribus. & de teſta. tu. l. duo ſunt Titij. Et hæc ſuffi-
9 ciant quantũ ad enumerationem caſuum fortuitorũ. † Quan-
tum vero ad æſtimationem rei cõmodatę Azo dixit quod ęſti
matio addit gradum: cuius opinionem ſequitur Hoſti. vt. ſ. pa
tet, & etiam Gul. Naſo. P. & Abb. Io. vero doctor iuris ciuilis
fuit in cõtraria opinione: Nam duplex eſt eſtimatio. Vna quæ
venditionem facit, vt. ff. de iure do. l. ſi inter virum. & iſto caſu
quia eſt emptio periculũ tranſit. Alia eſt quæ nõ facit emptio-
nem: & hæc nõ facit transferri periculum, vt. ff. de eſtima. ac.
l. 1. ſed operatur tñ, vt facilius eſtimatio. ſciatur. ff. de præto.
ſtipu. l. vlt. glo. approbat ſñia Azo. in. §. alleg. nunc videndũ. ſed
certè ſñia Ioan. præualet de iure ſm Io. Bul. & Odofr. Et pro
hoc videtur lex expreſſa. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. damna.
ver. ideoq; ſi pecus &c. & hoc eſt ęquius ſm Pet. de Bellapert.
Sed quid in dubio præſumemus. vtrũ dicemus quod ſit facta
æſtimatio vt ſit emptio, vel vt facilius ſciatur de prætio, dicũt
quidã quod in dubio præſumitur facta vt ſit emptio, vt. ff. loc.
11 & conduc. l. cum fundus. & ita videtur notare gl. C. de iure do.
l. ſi inter. Sed hoc non eſt verum in caſu cõmodati vel locati:
quia de natura cõtractus commodati vel locati non eſt, vt fiat
talis eſtimatio: & ſic in dubio debemus interpretari vt valeat
tanquam commodatum vel locatum, vt. ff. de reb. dub. l. quo-
10 ties. 2. ĵ. de verb. ſign. Abbate ſanè. in fin. ¶ † Vnde ſi queratur
nunquid in dubio eſtimatio faciat emptionem, diſtingue ſm
Iaco. de Ra. Aut de natura contractus poteſt res eſtimari illa
eſtimatione quæ facit emptionem: & tunc tranſit in aliũ con
tractum. ſ. emptionis, & facit tranſire periculum rei & caſus
fortuiti, ſicut eſt videre in dote, vt. C. de iure do. l. quoties. Aut
non eſt de natura contractus: vt in cõmodato, quia rei cõmo-
datę, &c. ff. eo. l. rei cõmodatę. & in locatione, vt. ff. loc. & con-
duc. l. non ſolet. & tunc in dubio nõ pręſumitur emptio, vt pa-
tet in d. §. damna. Nec obſta. l. alleg. cum fundus. quia non loqui
tur in re principali locata: ſed in acceſſorijs rei locatę: & ita re-
ſpondent Odof. & Pet. idem Io. An. hic. Quod eſt contra lo-
catores equorũ, qui faciunt fieri eſtimationem cauſa periculi
transferendi: quod periculum multoties pręſciunt, cũ habeant
plerunque equos caducos, atq; morboſos, ex quibus damnum
ſuum facere ſatagunt alienum. Nam licet etiam ſm opi. Azo.
eſtimatio addat gradum: non tñ poteſt addere ſeu operari in
contractu locationis, in quo conductor tenetur de lata, & leui
culpa, non de leuiſsima, cũ fiat gratia vtriuſq;, vt. ff. de reg. iur.
l. contractus. niſi agatur quod teneatur de leuiſsima non aũt de
caſu. Vnde concludo & credo quantũ ad pactum interueniens
in contractibus, ſñiam prędictam Ioan. Azo. & ſuorum ſequa-
cium veriorem, & in eam vr̃ declinare Ioan. de Fa. 23. diſtin. c.
quanquam. & Archi. ibi in glo. adde iſta omnia. Quantũ vero
ad rem traditam ſub eſtimatione, crederem ſñiam prædictam
Io. & Pet. de Bellaper. veriorem, & in dubio die vt ſtatim dixi.
& vide quod not. in Spec. tit. de renun. & conclu. in prin. verſi.
pone, ergo aliquis. Item in hoc qđ dicit Ber. in glo. puta ſi mo-
ram. quod cõmodatarius poſt moram tenetur de caſu, etiã ſi
apud ipſum cõmodantem res fuiſſet eodẽ modo peritura, con
cordat Ber. ĵ. tit. j. pa. i. e bona fides. & Accur. ff. ſi cer. pe. l. quod
te. licet Mar. ibi cõtra, vt malè vt no. Io. An. ĵ. de reg. iur. c. mo-
ra. lib. 6. † Iuxta hoc quæro ſi generalis renuntiatio caſuũ for-
tuitorũ ſit vallata ſacramento nunquid valeat, & videtur quod
ſic de iure canonũ: quia omne ſacramentũ quod ſine interitu
ſalutis æternæ & c. vt. ſ. de iureiur. ſi vero. & c. cum contingat.
& eo tit. c. licet. lib. 6 & eo. lib. de pactis. c. quamuis. cum ibi no.
De iure vero ciuili videtur quod non, quia vbi nõ habet vi-
res pactum, nec iuramentũ, ergo & c. ff. de pac. l. iuris gentium
. §. generaliter. & C. de legib. l. non dubium. Vel verius dicen-
dum eſt, ꝙ etiam de iure canonum non valeat, quia iuſm vltra
conſenſum ſimplicem habet vires religionis, & ad ea iuramen
tum non extenditur de quibus nõ repetitur cogitatũ vel con-
ſenſum, vt. ſ. de iureiur. c. vlt. cum ibi no. Vnde ſicut ſtipulatio
quæ habet vltra conſenſum ſolennitatem verborũ non valet,
niſi vbi cõſenſus interuenerit: ita nec iuſm valet niſi in illis in
quibus eſt cõſenſus, vt. ff. de act. & oblig. l. obligationum ſub-
ſtantia. Cum ergo dicimus generalem renuntiationem in ca-
ſibus fortuitis non habere conſenſum in nõ cogitatis: ideo in
illis iuramẽtum nihil adijcit vel operatur, arg. ff. de pet. hęredi.
l. legitimam. & de inoff. teſta. l. mater decedens. ſ. de iureiur. c.
pen. ĵ. de iniur. c. in noſtra. & quod not. ĵ. de emp. & ven. c. pen.
in fin. vlt. glo. & hoc idem tenet Io. An. hic. & hæc omnia cir-
ca materiam depoſiti intelligas repetita. Io. An. quęrit hic cir-
ca iſtos tres caſus exceptos, an in illis omnis cõmodatarius te-
neatur de caſu fortuito, an ſolus is de quo loquitur principium
ſcilicet cuius gratia factum eſt cõmodatum, & videtur ꝙ iſte
ſolus: quia cum alij nõ teneantur de leuiſsima, nec q̃nq; de le-
ui, vt in glo. ergo multo minus de caſu. Tu dic contra. ĵ. tit. 1.
ca. 2. quia vt vbi patet depoſitarius qui non tenetur de leui, in
his caſibus tenetur de caſu. Et circa ſm & tertiũ caſum de pa-
cto & mora eſt indubitatum. Sed circa primum caſum culpæ
putat diſtinguendã qualitatem ipſius culpæ, vt culpa quę non
12 obligaret ad cuſtodiam, nõ obliget ad caſum. † Item quęrit an
furtum ſit computãdum inter caſus fortuitos, legiſtæ habent
glo. C. depoſiti. l. 1. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. damna. Et de
latrocinio quod vi fit. in auth. vt nulli iudi. §. pe. coll. 9. non du-
bitatur quin ſit caſus, vt in prædicta. l. 1. & C. eod. l. 1. & C. de
pign. act. l. quæ fortuitos. ĵ. de ſepul. ſacris. In furto quod clam
fit, ſecus, niſi qñ fieret a perſona coniuncta, vel tali de qua dili-
gentiſsimus non ſuſpicaretur: & tunc cadit in caſum fortui-
tum. ff. de fur. l. eum qui. §. idem ſcribit. ſecundum Ioan. Andr.

¶ De depoſito. Rubrica.

1 *Depoſiti eccleſia tenetur.*
2 *Depoſiti illegitimi ęccleſia non tenetur.*
3 *Eccleſia tenetur de re mutuata caſu amiſſa.*

GRauis. ¶ Super gloſ. 2. Si quæris vtrum, &
quando eccleſia ex depoſito facto pe
1 nes eam, teneatur, diſtingue. † Aut depoſitum fit
in præſentia prælati & capituli, expreſsè in hoc
conſentientium: & tunc tenetur, vt in iſta gl. in
2 fin. † Aut non fit in præſentia prælati & capituli, & tunc eccle-
ſia non tenetur, niſi pecunia in vtilitatem ſuam fuerit conuer-
ſa vt hic, & ff. depoſiti. l. 1. §. an in pupillum. ſ. de except. cum
venerabilis. de inſtit. cum veniſſent. ſecundũ Vinc. Goff. Phil.
Ber. 16. q. 6. ſi epiſcopum. & cap. epiſcopo non licet. & Hoſti.
Imò ſecundum Inno. in glo. quando enim niſi eccleſia aliquod
lucrum de depoſito ſentiat non videtur obligari, arg. ff. de pe-
cu. l. licet. §. ſi filius. ſecundum eum & Hoſti. Ioan. Andr. credit
diſtinguendum inter ſacriſtam deputatum ad cuſtodiam va-
ſorum eccleſiæ, & deputatũ ad cuſtodiam depoſitorum, cum
forſan talia in loco fieri cõſueuerunt apud ſacriſtam: prius di-
ctum verius credo. Et vide quod not. Archid. 10. q. 2. hoc ius.
. §. & is creditor. in glo. adde & eſt ſpeciale. vbi enumerat caſus
in quibus oportet creditorem probare verſum in vtilitatẽ de-
3 bitoris † vbi etiã not. quod ſi eccleſia pecuniam propter vti-
litatem ſuam mutuo acceptam amittat caſu, nihilominus te-
netur, argu. ff. de in rem verſo. l. ſi ſeruus. & idem Tanc.

1 *Contractus nominati qualiter pœnitentia reſoluantur. 5.*
2 *Contractus innominati qualiter pœnitentia reſoluantur. 4.*
3 *Facta non repetuntur.*
6 *Mandatum gratuitum.*
7 *Mandati actio ad factum præciſè non competit.*
8 *Compenſatio in debito ciuili & naturali.*
9 *Compenſatio in debito naturali.*
10 *Compenſatio in debito ciuili.*
11 *Compenſatio in rebus inter ſe functionem recipientibus. 13.*
12 *Retentione rei quando vtendum.*
14 *Compenſatio generis ad genus.*
15 *Compenſatio liquidi ad liquidum facienda.*
16 *Compenſatio, an de liquidendo facienda.*
17 *Iudex æquitatem præ oculis habeat.*

Bona

BOna fides. ¶In verſi. ſed depoſitori. habes
quod depoſitori licet pro volun
tate ſua depoſitum reuocare, gratia huius. Si quæ-
ratur nunqđ licet reſilire ab obligatione altera par-
te inuita, refert. Aut quæritur de obligatione procedente ex
1 contractibus nominatis: aut ex cõtractibus innominatis. † Si
de obligatione ex contractibus nñatis tunc, aut quæris nun-
quid licet reſilire altera parte inuita ab obligatione contrahen-
da: & dic qđ ſic. Aut ab obligatione iam cõtracta: & dic quod
non regulariter & infallibiliter, vt. C. de act. & obli. ſicut. & .C.
2 qñ licet ab emptione diſcedere. l. 1. & 2. † Si quæris de obliga-
tione ꝓcedente ex cõtractibus innominatis, tunc diſtinguunt
quidam. Aut res eſt integra: aut non. Primo caſu cuilibet pœ-
nitere licet cum pactũ ſit nudum: vnde alias nuda mutata vo-
luntate neuter cõpellitur huiuſmodi cõuentioni ſtare, ar. ff. de
pac. iuris gentium. §. ſed cum nulla. de iuriſdi. om. iud. ſi cõue-
nerit. de rerũ permu. ex placito. fallit in tranſactione, vt. C. de
tranſac. l. quãuis. Et eſt ratio, vt ſit litium finis, vt. C. de trãſac.
l. fratris. & . ff. pro ſuo. l. vltimo. Item fallit. ff. de condic. ob cau-
ſam. 53. §. quinimò. ſed ibi habetur res pro nõ integra. ſm Iac.
de Aret. Sed Iac. de Ra. ſentit aliter & non abſurde, dicit enim
quod refert inter pacta liberatoria, & pacta obligatoria. In pa-
ctis liberatorijs ſubdiſtinguit, aut vult pœnitere actor: aut vult
pœnitere reus. Si actor vult pœnitere, nõ poteſt ſiue ſit res in-
tegra ex parte vtriuſque, ſiue ex parte rei, dum tñ reus paratus
ſit adimplere. Et ita intelligitur ſm eum d. l. quamuis. & eo. ti.
ſiue apud acta. Si reus vult pœnitere, aut re integra, vel non ex
parte ſua tãtum: & tunc poteſt etiam ſi actor paratus ſit pactũ
adimplere. ratio diuerſitatis colligitur ex regula iuris fauorabi
lioris & ex. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. cum ſimilibus:
nec refert ſm eum ſiue in lite ſiue extra litem huiuſmodi pa-
cta fiant. In pactis obligatorijs ſubdiſtingue, aut res eſt inte-
gra. aut non. Si res eſt integra pœnitere licet: quia nuda volun
tate, &c. vt ſupra dictum eſt. Si res nõ eſt integra tunc, aut res
deſijt eſſe integra facto: aut datione. Si facto tunc pœnitentiæ
non eſt locus: nam recipiens pœnitere non poteſt, cum iam ſit
3 obſtrictus, faciens non † quia facta repeti nõ poſſunt, vt. ff. de
præſcr. ver. l. pen. de capti. & poſtli. reuer. l. in bello. §. factæ cau-
ſæ. & in auth. de æquali. do. §. 1. colla. 7. agetur ergo non condi-
ctione ad repetendũ: ſed de dolo vel præſcriptis verbis com-
petit, ſi natura negotij patiatur. Si vero res deſijt eſſe integra
4 datione refert, aut pœnitet accipientem: aut dantem. † Si acci-
pientem, nõ poteſt eius pœnitentia reſoluere hunc contractũ:
vtpote cũ iam ſit obſtrictus præſcriptis verbis iudicio, vt d. l.
ex placito. cum ſi. vnde non erit in eius arbitrio ſic obligatus
nec ne debeat vel non debeat, arg. ff. de eo quod certo loco. l. 2.
de iuriſdi. l. ſi idem cum eodem. §. 1. Si autẽ pœniteat dantem,
tunc aut cœptum erat iam aliquid ab aduerſario de eo propter
quod accepit: aut non. In primo caſu refert, aut fiebat gratia
vtriuſq; talis cõtractus: aut gratia pœnitẽtis. Si gratia vtriuſq;,
pœnitentia locum non habet, vt in hoc exemplo, cauſa futuri
matrimonij cõtrahendi dotis nomine dedit mulier pecuniam
Titio, is eam diſpenſauit, mulier ducta pœnitentia ob hoc non
repetit, vt. ff. de codic. ob cauſam. l. quod ſeruus. Si vero gratia
pœnitentis, tunc pœnitere poterit, vt eo. ti. l. ſi pecuniam. §. item
ſi quis. Si autem nihil cœptũ eſt tunc, aut ſupereſt facultas fa-
ciendi: aut non. Primo caſu põt repetere qui dedit pecuniam
ductus pœnitentia, dummodo perſona a qua erat faciendum,
ſi propterea impendit, cõſeruetur indemnis omnino: nec hic
diſtinguendum eſt ſi fiebat gratia pœnitentis: aut vtriuſq;. vt
probatur. ff. de condi. ob cauſam. l. dedi. §. 1. & l. ſi pecuniam. §.
ſed & ſi quis. & . ff. de reg. iur. l. nemo poteſt. Si non ſupereſt fa-
cultas faciendi: tunc aut propter metum vel culpã eius qui fa-
cere debuit, & tunc pœnitere, alias repetere poteſt. Aut non, &
tunc aut rem in qua facturus erat fuiſſet diſtracturus ſi nõ ac-
cepiſſet: aut non. Si erat diſtracturus non repetet. Si non erat
tunc ſic, vt d. l. ſi pecuniam. §. fin. & l. dedi. §. 1. Vel dic breuius,
repetit ex pœnitentia niſi aduerſarij interſit non accepiſſe: vt
quia ad hanc rem impendit, vel rem perdit nõ perditurus niſi
mora ſua poſsit ſibi aſſcribi: & ſic patet quod facilius pœniten-
tia diſſoluuntur contractus innominati quam nominati: quia
ſicut quo ad ſui initium ſunt debiliores alijs, ſic & quo ad ſui
exiſtentiam ſeu firmitatem ſm Iaco. de Aret. Sed Pet. de Bel-
5 laper. dicit quod iſta regula eſt infallibilis † quod licet liberum
ſit ab initio contrahere cõtractum, tamen inito conſenſu par-
tium, ab obligatione contracta non licet alteri reſilire. Pone
enim quod vendo tibi rem pro x. obligatio contracta eſt, qua
teneor tibi id tradere, ſi milleſies diſſentirem, nõ tollitur obli-
gatio, vt. C. de reſcin. vend. l. l. de contractu. Sed fallit hæc regu-
la in depoſito, præcario, mandato, ſocietate, & commodato:
quia ſi depono penes te librũ, contractus perfectus eſt: tamen
obligatio non eſt contracta quod tenear dimittere librum pe-
nes te, & non reuocare: vnde ſi reuoco, reſilio ab obligatione
contracta vt hic. & . ff. eo. titu. l. 1. §. pen. Idem eſt in præcario,
vbi ſi concedo tibi librum præcario non eſt obligatio contra-
cta vt tenear librũ penes te dimittere, & ideo diſſentiendo re-
uoco, vt. ff. de præcario. l. 1. & l. cum præcario. Sic eſt in cõmo-
dato: vnde ſi commodo tibi rem vſq; ad annum, poſt annum
reuocare poſſum, ſed infra annum non: propter conſenſum
meum: ſed poſt annũ non ſum obligatus, ſic loquitur. ff. com-
moda. l. in commodato. §. ſicut. Sic eſt etiam in ſocietate: po-
ne enim, cõtraxi tecum ſocietatem, nunquid obligamur per-
petuo ad ſtandum in ſocietate? certè non, imò ſi de hoc fieret
conuentio non valeret. ff. communi diui. l. in hoc iudicio. §. ſi
conueniat. & . ff. pro ſocio. l. idemq; de leg. 2. l. cum pater. §. dul-
ciſsimis. ſed obligati ſumus adinuicem dum perſeueramus in
ſocietate noſtra acquiſita cõmunicare. Item quod non fiat in-
tempeſtatiua renuntiatio, vt. ff. pro ſocio. l. verum. §. vlt. Idem
eſt in mandato, tamẽ in hoc magis dubitatur: quia dicunt qui-
dam ꝙ mandatarius præcisè compellitur ad exequendũ man-
datum quod ſuſcepit, quod non eſt verum: imò conuenitur ad
intereſſe, vt. ff. manda. ſi procuratorem. §. mandati. & l. ſi man-
dauero. §. vlt. & l. inter. §. qui mandatũ. alias eſt ſub. l. ſi quis ali-
cui. Vnde in mandato ſecundum Pet. de Bellaper. videtur eſſe
6 quoddam præcarium ex parte procuratoris: † quia mandatum
eſt ſeruitium gratuitum, vt. ff. manda. l. 1. & de natura præcarij
eſt quod reuocari poteſt: & ideo dicitur in. ll. prædictis quod ſi
mandatarius voluerit poteſt reſilire, dum tñ hoc faciat tempe
ſtiuè. Sed ſi intempeſtiuè reſiliat, vel poſtquam fuerit in dolo,
vel in culpa, non poteſt ſolo conſenſu quin teneatur ad inter-
eſſe. Vnde cum mando procuratori quod agat pro me, reſul-
tat quædam primitiua obligatio, quæ non ligat eum niſi vt de
natura præcarij eſt, ſcilicet quouſq; reſiliat videtur vſum medij
temporis dediſſe: & ſic illũ vſum nõ poteſt reuocare, ſed non
eſt obligatus ꝓcurator ad eundem niſi dolo vel culpa aliquid
fecerit, vel ſi renuntiat tardè, quia hic eſt propter dolum vel
culpam contracta obligatio, a qua ſolo conſenſu reſilire non
poteſt. Sed antequã dolum vel culpam cõmittat mandatarius
ingerẽdo vel tarde renunciando habet naturam præcarij: ideo
poteſt renuntiare: nec ergo poſſum eum compellere ad exe-
7 quendum † hinc eſt quod actio mandati non competit præ-
cisè ad factum, ſed ad intereſſe, vt in dicto. §. mandati.
¶ §. contra quod. Si quæris qñ, & in quibus locum habet com
penſatio. Diſtingue. Aut quæris de delictis, vel quaſi: aut de
cõtractibus vel quaſi. In primo caſu dic vt dicã infra de adul.
ca. vlt. In ſecũdo caſu refert. Aut quæris in quibus debitis ad-
mittatur cõpenſatio: aut in quibus rebus vel ſummis. Si quæ-
ris in quibus debitis refert, aut quæris de debito ciuili & natu
rali vltro citroq;: aut de debito naturali tantum: aut de debito
8 ciuili tantum. † In primo caſu refert. Aut ſunt debita efficacia
hinc & inde, in quibus non obſtat exceptio: & non eſt dubiũ
quod in talibus debitis admittitur cõpenſatio, vt. C. de com-
penſa. l. vlt. & per totum, & . ff. de cõpenſa. per totum. Aut ſunt
debita inefficacia, in quibus ſeu quorũ altero obſtat exceptio
efficax perimens actionem: & talium inter ſe non habet locũ
compenſatio, vt. ff. de cõpenſa. l. quæcunq;. cum ibi no. vbi di-
citur quæcunq; per exceptionem perimi poſſunt, in cõpenſa-
tionem non veniunt. Et notabiliter dico qñ eſt exceptio effi-
cax perimens actionem: ſecus ſi exceptio eſt inefficax: & talis
quæ ope replicationis tolli poteſt: vt. v. g. debebã tibi. 5. indu-
xi te per dolum vt faceres mihi pactum de non petendo, quæ
exceptio ope replicationis tolli poteſt: & tale debitũ in com-
penſationem venit, ar. illius. l. quæcunq; per exceptionẽ perimi
poſſunt, &c. a contrario ſenſu: nam quod plus eſt ſi iſtud debi-
tum ſoluerẽ ignoranter, nõ repeterem: quia cui damus actio-
nem &c. ff. de reg. iur. l. inuitus. §. cui damus: de ſuperficie. l. 1. §.
quod ait. nec obſtat. l. qui exceptionem. quia loquitur de exce
ptione efficaci, ſed iſta exceptio nõ eſt efficax ope replicatio-
9 nis; ergo &c. † In ſecundo caſu. ſ. qñ quæris de naturali debito
tantum, dic quod aut eſt tale debitum quod nunquam habuit
concomitantiam ciuilis obligationis, vt pactũ nudũ de peten-
do, & ſimilia, & tũc poteſt cũ alio debito efficaci cõpenſari, vt
ff. de compenſa. l. etiam. vbi dr̃ etiam ꝙ naturaliter debetur in
cõpenſationẽ venire. Aut eſt tale debitũ naturale quod habuit
aliqñ concomitãtiam ciuilis obligationis, ſed nunc non, vt eſt
debitum ab initio naturale & ciuile, a quo tñ debitor per ſen-
tentiam

tentiam eſt abſolutus, per quam abſolutionem tollitur ciuilis,
& inducitur exceptio efficax perimens actionem: & tale debi
tum non poteſt in compenſationem deduci, argu. l. alleg. quæ-
cunq;. vbi hoc not. gl. & Iac. de Ra. & Cyn. C. de compen. l. ex
10 cauſa. † In tertio caſu, ſ. qñ quæritur de debito ciuili tantum:
tunc ſi ſit ciuile debitũ q non habet aliquid naturalitatis veræ
vel fictæ, vt ſic accipiatur pro abnegatione naturalitatis, non
compenſatur: quia non eſt reperire q tale debitum per exce-
ptionem non perimatur: cum ergo per exceptionẽ perimitur
non poteſt venire in cõpenſationem, vt in d. l. quæcunq;. nec
tale debitum poteſt conſtitui, vt. ff. de conſti. pec. l. 1. §. debitũ.
Nec obſtat ſi opponatur de debito in chirographo poſt bien-
nium, vt inſti. de lite. oblig. in prin. & C. de non num. pec. l. ſi ex
cautione. & in actione de peculio quæ tenet ciuiliter patrem:
quia imò ibi eſt ciuile & naturale debitum, vt no. per doct. iu-
ris ciuilis ſpecialiter per Cyn. C. de iur. & fac. igno. l. cum quis.
& C. quod cum eo. l. pe. ¶ Sequitur in quibus rebus vel ſum-
mis admittatur cõpenſatio, dico quod in illis quæ in ſuo gene-
re recipiunt functionem. Circa q diſtingue. Aut quæris nun-
quid directo poſsit admitti cõpenſatio: aut indirecto. Si dire-
11 cto tunc, † aut quæris in his quæ recipiunt inter ſe inuicem &
in ſuo genere functionem, & dic quod ſic, vt. ff. & C. de com-
pen. per totum. quod tñ intellige vt ſtatim dicam in verſi. dixi
ſtatim. ſed fallit in caſu depoſiti vt hic in textu & in glo. Aut
quæris in alijs rebus quæ nõ recipiunt functionem, vt ſpeciei
ad ſpeciem, vel ſpeciei ad quãtitatem, & tunc nõ habet locum
compenſatio ff. de pig. ac. l. ſi cum venerit. in prin. 2. reſpon. C.
de rei vendi. l. ſi ex ea pecunia. & C. cõmo. l. prætextu. Siue di-
recto & impropriè, ſumendo cõpenſationem pro retentione,
puta qñ res tua ad me peruenit, & volo eam pro debito in quo
12 mihi teneris retinere: & tunc refert. † Aut debetur ex eodem
contractu & ex eadem cauſa: & tunc licet directo nõ admitta-
tur compenſatio ſpeciei vel quantitatis ad ſpeciem: tñ indire-
ctè admittitur: & non eſt vera cõpenſatio, imò retentio ꝓpter
fidem quæ frangitur donec ſoluatur ſpecies vel quãtitas, vt. ff.
de act. emp. & vendi. l. Iul. §. offerri. & de cõtrahen. emp. & ven.
l. pacta conuenta. & C. de cõtrahen. empt. l. vlt. Aut non debe-
tur ex eodem cõtractu & ex eadem cauſa, & tunc refert. Aut
illa res quę peruenit ad me eſt mihi obligata: aut nõ. Si ſic poſ-
ſum eam retinere: quia cui damus actionẽ &c. vt in regula iu-
ris. ff. de reg. iur. l. inuitus. §. cui damus. de pign. actio. l. ſi rem. §.
omnis. & C. de diſtrac. pigno. l. quandiu. Si non, tunc aut volo
eam retinere propter impenſas factas in illa re: & tunc poſſum
vt. ff. commo. l. in rebus. §. poſſunt. Fallit in caſu. C. de rei vxo.
actione. l. vnica. §. ſed nec obſtat impenſas. Aut volo retinere
propter aliud debitũ, & tunc aut illud debitum eſt cõtractum
propter hoc vt haberem rem: aut ob aliam cauſam. Primo ca-
ſu, aut cõuerſum eſt in vtilitatẽ debitoris & retinere poſſum,
vt. ff. de rei vendi. l. emptor. & C. ſi ali. res pign. data ſit. l. 1. Aut
non eſt conuerſum in vtilitatem ſuam: & tunc nõ poſſum re-
tinere. vt. C. de furtis. l. in ciuile. Secundo caſu qñ fuit contra-
ctum ob aliã cauſam, aut res peruenit ad me ſine voluntate de-
bitoris, & tunc nõ retinebo, vt. C. in quib. cau. pign. tacitè con-
trahitur. l. ſi non inducta. ſed hoc fallit in caſu. ſ. de ordi. cog.
ſuper ſpoliatione. Aut peruenit ad me de volũtate ſua: & tunc
aut peruenit ad transferendo dominium, vel ius rei cõceden-
do: & tunc retinere poſſum ob aliud debitũ, vt. ff. de condi. in-
debi. l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum. C. ob chirograph. pec. l. 1. Aut
peruenit ad me non transferendo dominium, nec ius rei con-
cedendo: & tunc retinere non poſſum, vt in l. alleg. prætextu.
13 † Dixi ſtatim quod in rebus, quę decipiunt inter ſe inuicem &
in ſuo genere functionem, habet locũ compenſatio: iuxta hoc
pone quod ego debeo tibi. x. denarios, & tu debes mihi x. pa-
nes, nunquid fit cõpenſatio. videtur quod ſic: quia cõpenſatio
habet locũ in rebus quæ conſiſtunt pondere numero vel men
ſura, vt. C. de cõpen. l. ſi conſtat. iſta ſunt huiuſmodi, ergo &c.
Dic contra, quia compenſatio locum habet in his quæ in ſuo
genere functionem recipiunt: ſecus in his quæ ſunt diuerſorũ
generum: quia tunc non poteſt fieri compenſatio, vt in l. alle-
gata, ſi conuenerit. in prin. Item pone quod tu debes mihi. xx.
ſolidos turonenſes, & ego debeo tibi. v. ſolidos ſterlingorum,
qui bene valent. xx. ſolidos turonenſes, nunquid in iſtis habet
locum compenſatio? Breuiter in hac. q. oportet decurrere ad
aliam. q. nunquid admittitur ſolutio in ſterlingis vbi mutuum
factum fuit in turonenſibus, & hoc ſolet diſtingui per docto-
res. Aut fit ſolutio in denarijs non eiuſdem materiæ, nec eiuſ-
dem formę: & tunc nõ debet admitti. Aut fit in denarijs eiuſ-
dem materię, licet alterius formæ, & tũc teneor recipere, vt. ff.
de ſol. l. Paulus. Modo vbi poſſum ſoluere poſſum compenſa-
re: quia cõpenſatio eſt ficta ſolutio, arg. ff. de ſol. l. ſatisfactio. ſ.
14 de except. cum inter. † Sed ſi quęris nunquid generia ad genus
habeat locum cõpenſatio, diſtingue. Aut quæris nunquid ad
mittatur cõpenſatio vnius generis ad aliud genus, & dic quod
non, verbi gratia. Debeo tibi hominẽ in genere, tu debes mi-
hi aſinum, hic non habet locum compenſatio, quia non reci-
piunt functionem in genere ſuo, vt. ff. ſi cert. pet. l. 2. §. mutui.
Aut quæris nunquid admittatur cõpenſatio vnius generis ad
ſeipſum genus, & tunc ſic, vt. ff. ſi pars hæredi. pe. l. 1. §. item ſi
cum me. de hæredi. inſti. l. qui non militabat. t. reſponſo. Et ita
intellige quod not. glo. C. de compenſa. l. vlt. glo. 1. in fine.
¶ Super eo. cap. in fine. Hic habes quod vnius debiti liquidi ad
15 aliud debitum liquidum fit compenſatio, alias nõ. † Circa hoc
tamen diſtingue. Aut eſt liquidum tuum debitũ per tuas pro-
bationes, aut per meam cõfeſsionem. Si per meam confeſsio-
nem, tunc licet meum debitum nõ ſit adhuc liquidum: tñ ex-
pectabis vt liquidetur: quia ex quo releuaris in vno per me, nõ
mirum ſi in alio grauaris, arg. ff. de iureiur. l. eum qui. §. 1. Si ſit
liquidum non per meam cõfeſsionem, ſed per tuas probatio-
nes: tunc aut poteſt fieri liquidum meum debitũ de ꝓximo:
aut non. Si ſic tunc cõpenſatio eſt facienda, arg. ff. de excep. do-
li. l. apud Celſum §. ſi quis autem. in fin. Si non poteſt de pro-
ximo liquidari, tunc refert. Aut debitum meum eſt tale pro
quo non habeo petitionem: vt quia eſt naturale debitum tñ
quod ſi non veniat modo in rõnem compenſationis, alias a te
16 petere non potero. † Et eo caſu licet non de proximo fiat li-
quidatio, expectabitur per maius tẽpus vt probem, ar. ad hoc. ff.
de ferijs. l. 1. vbi quis admittitur ad agẽdum timore ne pereat
actor, qui alias non admitteretur ſm Iac. de Ra. & Cyn. C. de
compenſa. l. vlt. pro hoc facit, quia vbi non eſt tantum pericu-
lum lex admittit ſemiplenam ꝓbationem: alias vbi eſt maius
periculum requiritur plena, vt. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. & C.
de iu. di. l. iudices. Aut eſt tale debitum quod alias peti poteſt,
& tunc non admittitur cõpenſatio ſi non eſt liquidum, vel li-
quidandum de proximo, vt. C. de compenſa. l. vlt. ſed petetur
poſtea, vt. ff. de compen. l. quod in diem. §. 1. Sed infra quãtum
tempus dicemus eſſe de proximo, dicunt quidã vt Ber. Hoſti.
& Abb. hic infra duos mẽſes, vt. ff. de iure fiſci. l. aufertur §. quę
compenſationem. & hoc tenet Dyn. inſtit. de actio. §. in bonæ
fidei. Alij dicunt quod hoc arbitrio iudicis relinquẽdum eſt,
& ita not. ff. vt in poſſ. leg. l. ſi is a quo. quod credo verius. &
quod dicit in. §. alleg. qui compenſationem habet locum in fi-
ſco, vbi eſt ſpeciale ſm Accur. Iaco. de Ra. Pet. de Bellapert. &
17 Cyn. in l. alle. vlt. C. de cõpenſa. † & ſic arbitrabitur iudex qñq;
paruum, quandoq; magnum, quandoq; maius tempus, vt ſibi
videbitur, ſequendo æquitatem quã ſemper debet habere præ
oculis. ff. de eo quod cer. lo. l. quod ſi epheſi. in fin. & ſ. de tran-
ſac. cap. fin. cum ibi not. hic in verſi. de culpa quoque. Soluitur
quæſtio dominicalis Bar Brix. quę incipit, cum quidam ſcho-
lares, qua quæritur ſcholares in ſcholis expectabant famulos
ſuos, dixit vnus alijs ire pro famulis & ego cuſtodiam libros:
interim illis abeuntibus quidam qui mẽtiti ſunt ſe eſſe famu-
los eorum aſportauerunt libros, an iſte alijs teneatur. & ſoluit
quòd ſic, & in hoc concordat Ioan. Andr. hic.

¶ De emptione, & venditione. Rubrica.

1 *Hoſpitalitas duplex.*
2 *Hoſpitales ſint clerici.*
3 *Hoſpitales ſint laici.*
4 *Hoſpitalitas ſeruilis, an clericos liget.*
5 *Hoſpitalitas ſeruilis, an clericos tangat.*
6 *Hoſpitales quare debent eſſe clerici.*
7 *Vendere rem ſuam nemo compellendus.*
8 *Vendenda ſunt victualia.*
9 *Vendere vltra iuſtum pretium eccleſia licet.*

PLacuit. ¶ Si quæris vtrum clerici, vel laici ad hoſpitalitatẽ ex debito teneantur:
1 † diſtingue primo duplicem ſpeciem hoſpi
talitatis, nam quædam eſt charitatiua, quæ per-
tinet ad officium pietatis, vt. 42. diſtinct. capit. 1,
& melius in capit. quieſcamus. Alia eſt quæ fit ex debito ſer-
uitutis, vt. C. de epiſcopis & clericis. leg. 1. & infra de immu.
eccle. cap. 1. Aut ergo quæris de hoſpitalitate charitatiua quæ
pertinet ad officium pietatis, & tunc refert, aut quæris de cle-
2 ricis, aut de laicis. ¶ † Si de clericis: tunc aut de beneficia-
tis: aut de alijs. Si de beneficiatis dic quòd tales ex debito

neceſsitatis tenentur ad hoſpitalitatem, vt.85.diſt.florentinũ.
42.diſt.§.1.& c.quieſcamus. Nam & quicquid habet eccleſia
pauperum eſt.16.q.1.qm quicquid, vt not.Ber. & Hoſti.ĩ.de
præb.de monachis.de ſup.negli.præla.ca.2.& pro hoc eſt caſus
in extrauag.Io.22.execrabilis. in princ. ibi hoſpitalitas in ipſis
beneficijs debita nõ ſeruatur,&c. vbi hoc idem tenet Gen.ſu-
per verbo debita.ad idem.45.diſt.& qui emendat. ibi multa.n.
præſtantur inuitis bona, qñ eorum conſulitur vtilitati nõ vo-
luntati,quia ſibijpſi inueniuntur eſſe inimici, extra de ſepul.ſu
per cathedram.§.cæterum in clem. ¶ Circa hoc tñ ſubdiſtin-
gue,quia aut quis poteſt omnibus abundare,& tunc debet da-
re omnibus indigentibus: ad quod debent inducere exempla
Loth,& Abrahę,qui oẽs indifferenter recipiebant. Gen.18.c.
& 42.diſt.quieſcamus. Aut non poteſt omnibus abundare:&
tunc dicit Ambroſius. nouem eſſe conſideranda.ſ.fidem,cau-
ſam,locum, tempus,ꝗmodum, neceſsitudinem, ſiue ſanguinis
propinquitatem,ætatem, debilitatem, cõditionem ſiue nobi-
litatem: quod dic vt plenè leg.& no.86.diſtin.non ſatis. & per
Aſten.lib.6.ti.de hoſpitalitate. Si de alijs non beneficiatis,tunc
3 dic idem quod in laicis.† Si quęris de laicis tunc Ber.hic innuit
quod tenẽtur ad hoſpitalitatem, in tantũ quod excõicari poſ-
ſunt niſi hoſpites recipiant. Sed Innoc. contra. & Hoſti. poſt
eum. dicens ꝙ quantũ ad hoſpitalitatem de qua loquitur hic,
epiſcopi & præsbyteri ſint contenti monitione: quãtum vero
ad venditionẽ adhibere poſſunt epi coertionem. Et idem te-
net Gen.extra de cenſibus.c.ad noſtrum. gl.3. in cle. Tu vero
potes ſic dicere, quod in foro contentioſo clerici non benefi-
ciati,vel laici non ſunt aſtricti ad hoſpitalitatem,cũ per legem
nemo benefacere cogatur, cum coactus nullũ meritum con-
ſequeretur.23.q.5.ad fidem.45.diſ.qui ſyncera.& c.de Iudeis.
nec bonus aliquis inuitus efficitur.23.q.6. vides. & ſic pôt ſal-
uari opin. Innoc. Sed in foro animæ ſecus, cum miſeriordiam
omnibus exercere ſit pręceptum,vt in d.c.non ſatis.& ex prę-
cepto legis quis teneatur diligere proximũ ſuũ, ad id ad quod
4 ſeipſum.1.diſt.humanũ genus.ĩ.de mài.& obe.c.dilecti.† Aut
quæris de hoſpitalitate quæ ſit ex debito ſeruitutis,& tũc,aut
quæris de clericis vtrũ ad illam teneantur: & dic quod non vt
C.de epiſc.& cler.l.1.&.ĩ.de immu.eccl.c.1.eo.ti. c.quia non-
nulli & c.cler.lib.6. Quod verum niſi in cõceſsione poſſeſsio-
nis facta eccleſiæ,cõcedens certam hoſpitalitatem:puta alber-
gum,vel hoſpitiũ ſibi retinuiſſet: tunc.n.ſecus,arg.ĩ.de cenſi-
bus.ca.j.& c.quanto.18.q.2.ſeruitiũ.&.ff.de pac.l. in traditio-
nibus cum ſi. ita diſtinguit in effectu Gen.in extrauag.allegata
5 execrabilis. ſuper verbo debita. † Aut quæris de laicis,& illi ad
huiuſmodi hoſpitalitatem bene tenentur: ſaltem vtilitate pu-
blica ſuadente,arg.iurium alleg.C.de epi.& cler.l.1.&.ĩ.de im-
mu.eccl.c.1.de per totũ. Nam quod ibi denegatur de clericis,
tacitè cõceditur de laicis, arg.ĩ.de præſump. nonne.ff. de iudi.
cum prætor.& ꝓbatur expreſsè.C.de eroga. mili. annone.per
totum.de exac.& tranſa.mili.annonę per totũ.de Mecha.l.Fa-
bri cenſium. & l.deuotũ.& l.deuotiſsimos.& per totũ.li.12.Et
de iſta materia no.Hoſt.in ſum.tit.de tẽp.ord.§.&cui.in v.co-
6 lum.ſub.§. vnde circa &c. † Et ratio, quare clerici debent eſſe
hoſpitales eſt,qa vt ait Hier.domus clericorũ oĩbus debẽt eſſe
cões. 16.q.1. qm quicquid. Item quia hoſpitalitatis hortator
eſſe nõ poterit,qui domũ propriã hoſpitibus clauſerit.42.diſt.
§.1. Item quia pietas hoſpitalitatis remuneratur temporaliter:
vnde apoſtolus ad Tim.4 c.Exerce teipſum ad pietatem:nam
corporalis exercitatio ad modicũ eſt vtilis: pietas aũt vtilis eſt
ad omnia,hñs promiſsionẽ vitæ quę nunc eſt, pariter & æter-
næ. Item quia Abraham & Loth hoſpitales angelos recipere
meruerunt,vt no.Ray.in ſum.tit. de hoſpitalitate ordinando-
rum.& frater Io.in ſum.confeſ.ĩ.eo.ti.q.1.& Aſten. in eo.cap.
¶ Si quęris vtrum aliquis rem ſuã iuſto prætio vendere com-
7 pellatur,diſtingue. † Aut ab initio antequã rem ſuam exponat
venalem: & dic ꝙ non,vt.C.eo.l.dudum.& l.inuiti. mandati.l.
in re mãdata.de Iudęis.l.nemo exterus.de iure deli.l.nec eme-
re.ff.rerum amot.l.non enim. Sed fallit in caſibus.ff.de relig.&
ſump.funerum.l.ſi quis ſepulchrum.in prin. &.C. de cõi ſeruo
ma.l.1. Aut poſtquã rem ſuam expoſuit venalem,& tunc cogi
poteſt vt iuſto prætio vendat, ſm Iac. Bul.Azo. & Innoc. Sed
Hoſti.dicit hic ꝙ imò eſt ſpeciale hic contra illã regulam, cu-
ius ſpecialitatis ratio eſt humana neceſsitas,quę & in hoc caſu
excuſat a furto.ĩ.de fur.ſi quis ꝓpter neceſsitatem. & ab ex-
cõmunicatione.ĩ.de ſent.excom.c.inter alia. ſm eum. Quod
8 videtur verius arg.ff de off. præfec. vrb.l.1.§. cura carnis † vbi
hoc videtur ſpeciale in victualibus: ergo in cõtrarium erit ius
cõmune in alijs rebus, ſcilicet quod licet quis habeat eas ve-
nales, quod tamen eas iuſto prætio vendere non teneatur,arg.
ff.ad municip.l.1. Sed fallit in caſibus prædictis exceptis, & in
caſu vbi conſuetudo eſſet quod iuſto prætio vendere tenere-
tur, vt probatur.ff.cõmunia prædi.l.venditor.§.ſi cõſtat. Item
in caſu vbi princeps hoc ordinat ex cauſa, maximè cõem vti-
litatem concernente,vt.ff de rei ven.l.item ſi verberatum §.j.
& de euic.l. Lucius. Nam cum lex inanimata hoc facere poſ-
ſit,vt in iuribus alleg.multo magis princeps poteſt hoc facere,
qui eſt lex animata in terris. in auth. de cõſulibus in fin.coll.4.
non tñ poſſet ſine cauſa mihi tollere dominium rei meę,quod
ſi faciat peccat. Et vide quod de hoc no.G. in ſpec.tit. de ſolu.
9 verſus finem.verſi.illud autem quæritur. † Et vtrũ ſi eccleſiæ
vendenti offeratur vltra iuſtũ prætium,licet ſibi recipere. Io.
& Hug.notant quod non.10.q.2.hoc ius porrectum. ſed Lau.
ibi contra, cuius opinio, poſſet ſuſtineri vbi careret dolo, nec
conſcientia remorderet, cum liceat cõtrahentibus ſe inuicem
re ipſa decipere.ff.de mi.l.in cauſæ.2.§.idem Pomponius.

1 *Menſuris conuentis metiendum.*
2 *Menſuris ſolitis metiendum.*
3 *Menſuris minoribus in dubio metiendum.*
4 *Menſura ſi iniuſtę ſint qualiter ſuccurratur emptori.6.*
5 *Accurſius reprehenditur.*

V T menſuræ. ¶ Si quæris quando in aliqua
ciuitate, vel loco ſunt diuer-
ſa pondera, vel diuerſæ menſuræ: & aliquis vendit
ſeu alias cõuenit tradere vel ſoluere aliquid ad pon-
dus,vel ad menſuram,ad quod pondus, ſeu ad quã menſuram
1 tradere,ſeu ſoluere teneatur,diſtingue. † Aut agitur & conue-
nitur inter partes quibus ponderibus,vel menſuris eſt ponde-
randum, vel menſurandum, & tunc illis de quibus cõuenit eſt
ponderandum,vel menſurandum, arg.ff.de po.l.1.§.ſi cõuene-
2 rit. † Aut nihil agitur,vel cõuenit inter partes de ponderibus,
vel menſuris: & tunc aut in regione, vel ciuitate, vel loco vbi
partes contrahunt ſunt certa pondera, ſeu certæ menſuræ: &
tunc ſm ea vel eas ponderandũ vel menſurandum eſt, argu.ſ.
de contrahen. empt. & ven.l.imperatores. Aut in illa regione,
ciuitate,vel loco ſunt diuerſa põdera, ſeu diuerſæ menſurę: &
tunc ꝓcedendũ eſt per coniecturas,taliter.ſ.quia aut ex quan-
titate prætij ex vna parte, & quãtitate ponderis vel mẽſurę ex
altera parte,pôt coniecturari de quo pondere,vel de qua men-
ſura partes ſenſerunt: vt quia pręti um magis adaptatur maiori
ponderi,vel menſuræ quã minori vel ecõtra: & tunc ſm illud
pondus,vel illã menſurã ponderandũ ſeu menſurandũ eſt, cui
3 magis ipſum prætiũ adaptatur, ar.ff.de reb.dub.l.1. † Aut non
poteſt coniecturari:puta quia pręti ũ ſe habet ęqualiter ad ma-
iorẽ menſurã, & ad minorẽ: vt ſi maior valet.xx.& minor.x.&
ꝑtiũ eſt.xv. & tũc in dubio ꝑſumit actu de minori, ar.ff. de le.
3.l.num.& de re.iur.l.ſemꝑ in dubijs.&.ĩ.de cenſib. ex parte.
¶ Si quæris vtrum,& qñ emptor tenetur venditori, vel econ-
tra ꝓpter iniuſta ſeu falſa pondera,vel iniuſtas ſeu falſas men-
4 ſuras. Accur.diſtinguit.ff.de dolo.l.arbitrio.§.de eo. † Aut ven-
ditor adhibet pondera vel menſuras: aut emptor. Si venditor
tunc ſiue ſciuit ea eſſe iniuſta, ſiue ignorauit tenetur emptori
ſi decipiatur: quia nõ refert, an dolo ſuo vel culpa lędatur ad-
uerſarius.ff.de ędil.edic.l.1.§.cauſa. Si emptor adhibet ea,tunc
diſtinguit. Aut adhibet maiora, & tunc ſi ſcienter tenetur: ſi
ignoranter credens ea eſſe iuſta non tenetur, niſi eſſet talis de-
ceptio quæ excederet medietatem iuſti prætij, vt ſi pondera
vel menſuræ in duplo plus continerent quam deberent, vt.C.
5 de reſcin. ven.l.2. Caueatis † credo quod Accur.malè loquitur
in hoc quod ponit differentiã inter vẽditorem & emptorem:
nam in vẽditore dicit verum quod ſiue ſcit ſiue ignorat tene-
tur emptori: quare ergo non ſic & emptor,non eſt ratio: Ideo
dico quod eodem modo tenetur emptor ſicut & venditor, vt
in.§.alleg.cauſa.nec obſtat.l.alle.ſecunda.C.de reſcin.ven.quia
ibi loquitur vbi error non eſt in pondere vel menſura: ſed re
ipſa in cõtractu interueniat deceptio. In caſu vero noſtro cir-
ca traditionem rei maioris vel minoris per iniuſta pondera in-
teruenit error ex parte decepti: ideo decipiẽs re ipſa licet igno
rans tenetur, argu.ff.ſi agri menſor fal.mo.dixerit.l.ſi duobus.
§.1. Credo ergo indiſtinctè, quod vbi alter contrahentiũ de-
cipitur,ſiue ab altero ſciente,ſiue ab altero ignorãte decipiens
tenetur decepto: & hoc ſi ſimpliciter venditum ſit ad pondus
vel ad menſuram. Sed ſi actum eſt quod ſtetur illi ponderi vel
menſuræ: tunc aut vterq; ſcit iniquitatem illius ponderis vel
menſuræ: aut vterque ignorat,& tunc non poteſt agi niſi vltra
dimidiam iuſti prætij fiat deceptio.C. de reſcin. vendi.l.1. Pro

primo

primo ſcilicet quando vterq; ſcit, facit. C. de tranſac. l. de fidei-
commiſſo. pro ſecundo ſcilicet quando vterq; ignorat. facit. ff.
6 de hære. vel actio. vend. l. quod ſi in venditione. † Aut ille qui
adhibuit menſuras ſcit, & alius ignorat qui eſt deceptus: &
tunc conuentio nõ excuſat ſcientem, quia conuentio q̃ ſtetur
ponderibus vel mẽſuris habet locum, tunc cum bona fide fa-
ctum eſt, & non cum mala fide ſiue dolo, vt. ff. de hæredi. vel
actio. vend. l. 1. & l. quæro. Dic ergo aut alter eorũ ſcit & alter
ignorat: & tunc aut deceptus hoc ſcit, & alter ignorat: & tunc
ipſe deceptus non agit, quia a ſeipſo decipitur. ff. de rei ven. l. is
qui ſe obtulit. & l. ſeq. Aut deceptus ignorat, & alter ſcit, &
tunc deceptus agere poteſt, quia ſciens prædicere debuit, q̃
falſa erãt per iura allegata. In hoc caſu poteſt intelligi quod di-
citur illud. c. quod debet agere pœnitentiam. xxx. dierũ. & in hoc
concordat Hoſti. in ſum. eo. titu. §. quibus menſuris. ver. & ſic
agit. vbi ponit iſtam diſtinctionem a verſi. ſed ſi actũ. vſq; hic.
Et cætera vide ibi per eum & per Accur. in. §. alleg. de eo.

1 *Contractus ſcienter decepti tenet. & 7.*
2 *Ementi rem vitioſam datur redhibitoria.*
3 *Contractus cui dolus dat cauſam, nullus.*
4 *Contractus cui dolus incidit, reſcindendus.*
5 *Contractus ſtricti iuris doloſi exceptione eliduntur.*
6 *Contractus dolo proxenetæ initus reſcindendus.*
8 *Contractus continens deceptionem vltra dimidiam pretij reſcin-
dendus. & 11.*
9 *Contractus continens deceptionem minus dimidia pretij tenet.*
10 *Contractus doloſus, an iuramento firmetur.*
11 *Libellus incertus non admittendus.*

CVm dilecti. ¶ Super gl. cum dolus, &c. Si
quæris vtrũ propter deceptio-
nem interuenientem in cõtractu, & propter quam
1 contractus reſcindatur, diſtingue. † Aut deceptus
patitur ſe decipi & decipitur ſcienter, & ſciens ac percipiens
deceptionem nihilominus cõtrahit: & tunc valet & tenet con
tractus ipſo iure & in effectu, nec occaſione deceptionis hu-
iuſmodi aliqualiter reſcindetur, ſiue ipſa deceptio ꝓueniat ꝓ-
pter vitium ſeu morbum rei ſuper qua contrahitur, vt proba-
tur. ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſi intelligatur. & l. ſi tamen. §. ei qui ſer-
uum &. § in ædilitijs. & l. quæritur. §. ſi venditor. ſin fi. &. §. vlt.
& de cõtrahen. empt. l. ea quæ. ſiue proueniat alias quã propter
vitium vel morbum rei, ſuper qua cõtrahitur, vt puta propter
paruitatem ſeu maioritatem prætij, quia ſciens nõ decipitur,
vt. ff. de reg. iur. l. nemo videtur. j. de regu. iur. c. ſcienti. lib. 6. vt
2 plenius ſtatim dicam. † Aut deceptus decipitur ignoranter, &
tunc aut deceptio euenit in contractu ſolum propter vitiũ vel
morbum rei ſuper qua cõtrahitur, & tunc valet cõtractus ipſo
iure, ſed ipſe deceptus poteſt agere actione redhibitoria ad re-
ſcindendum cõtractum, vt. ff. de ædil. edic. l. 1. & per totum. C.
de ædil. actio. l. ſi prædium. & per totum. Aut deceptio euenit
alias quam propter vitium ſeu morbum rei deductæ in cõtra-
ctum: & tunc aut deceptio euenit in cõtractu ex propoſito, &
dolo ſeu fraude alterius: aut euenit nõ ex propoſito, ſeu dolo,
vel fraude alterius: ſed re ipſa. Si ex propoſito & dolo vel frau
de alterius: tunc aut dolo vel fraude alterius contrahentiũ: aut
dolo vel fraude tertij: puta mediatoris vel proxenetæ. Si dolo
vel fraude alterius contrahentium, tunc aut quæris de contra-
3 ctibus bonæ fidei: aut de cõtractibus ſtricti iuris. † Si de con-
tractibus bonæ fidei refert: Aut dolus dat cauſam contractui,
& tunc contractus nullus eſt ipſo iure, ſi deceptus hoc allega-
re velit, alias agere poteſt ex hoc cõtractu cõtra decipientem.
ff. de dolo. l. eleganter. 12. q. 2. quiſquis epiſcopus. in fi. ff. de mi.
l. in cauſæ. §. 1. de iure do. l. ſi res. §. ſi mulier. j. de rerũ permut.
cum vniuerſorum. &. C. de reſcin. vendi. l. ſi dolo. vbi hoc not.
Accur. & plenius in l. eleganter. & Ber. & Hoſti. hic. Licet Pe.
de Bellaper. in hoc contra dicens quod ſiue dolus det cauſam
contractui, ſiue incidat in contractũ, quod ſemper tenet con-
tractus ipſo iure, & actio inde naſcitur, & agitur actione ex eo
contractu & ante traditionem & poſt: ſed cõtra eum facit ex-
preſſe. ff. pro ſocio. l. 3. §. fi. Vnde cõem opinionem prædictam
ſecurius eſt tenere. ſ. quod cõtractus ſit nullus, veruntamen ſi
deceptus ignorans tradiderit eandẽ rem, repetet eam actione
de dolo. vide Butr. at; proceſſit venditio ſecuta eſt traditio, vt
intimãda per actionem de dolo. ff. de dolo. l. arbitrio. & l. quod
venditor. & l. ſi legatarius. Et aliqñ imploratur officiũ iudicis,
vt. ſ. de renun. fine. veniens. lectc. & de pac. cum pridem. † Aut
dolus non dat cauſam contractui, ſed incidit in contractu: &
tunc tenet cõtractus ipſo iure, & in effectu, ſed purgatur do-
lus per actionem ex eo cõtractu, etiam ſi vnius nummi dece-
ptio ſit, vt. ff. de act. emp. & vend. l. Iul. §. ſi venditor. & . §. idem
5 Iul. de dolo. ſi quis affirmauerit. † Si quæris de cõtractibus ſtri
cti iuris, tunc ſiue dolus det cauſam cõtractui, ſiue incidat ſo-
lum in contractu tenet cõtractus: ſed obſtat exceptio inquan-
tum doloſus agit & vult patrocinari ſibi dolum, vt. C. de inut.
ſtipula. l. dolo vel metu. de pac. l. cum poſtea quam. ff. de verb.
oblig. l. ſi quis cum aliter. Sed ſi per exceptionẽ vel alio modo
conſuli nõ poteſt decepto, vt quia doloſus iam poſſidet, datur
ſibi actio de dolo ne moretur in dãno. ff. de dolo. l. eleganter. §.
ſeruus pactionis. & l. ſeruus tuus. Et idem in cõtractu innomi
nato facio vt des. ff. de præſcri. ver. l. naturalis. §. quod ſi facio.
Et ne procedas per ignota, debes ſcire quod dolus dat cauſam
contractui, qñ nullatenus eram venditurus vel empturus niſi
dolus eſſet, v. g. Tu vis vt vendã tibi decretales meas, ego re-
ſpondeo me nullo modo hoc facturum, & tu replicas ſi ſcires
aliam cõpilationem venturam ſicut ego ſcio, libenter vende-
res: ego credens hoc verum, vendo tibi. Incidit autẽ dolus in
contractu, qñ ego eram alias venditurus vel empturus, ſed ꝓ-
pter dolũ aduerſarij viliori prætio dedi, vt quia ſuggeſſiſti mi-
hi habenti vina in grauia Pariſijs expoſita ad vẽdendum, quod
gentes regis cras erant venturi ad grauem pro capiendo & le-
uando nomine regis omnia vina, & ego timens ne mihi ſatiſ-
facerent de prætio vinorum meorũ, ea tibi vendo incõtinenti
6 prætio viliori. † Si deceptio prouenit ex dolo ſeu fraude tertij
puta mediatoris, tunc dic quod nihilominus valet contractus
ipſo iure & in effectu, ſiue dolus det cauſam cõtractui ſiue in-
cidat in cõtractu: ſed mediator qui proxeneta vocatur de do-
lo tenetur, vt. ff. de ꝓxenetis. l. 2. & 3. Et ſi nõ ſit ſoluendo de-
ceptus contra aduerſarium habebit recurſum, vt. ff. de dolo. l.
eleganter. §. ſi dolo malo. & no. Accur. in prin. illius. l. in gl. hunc
appellamus, &c. & hæc vera qñ deceptio non eſt vltra dimidiã
iuſti pretij: alias ſi eſſet vltra dimidiam iuſti pretij: tunc dic vt
ſequitur. Si quæris qñ deceptio euenit in cõtractu, non ex ꝓ-
poſito, ſeu dolo, vel fraude alicuius, ſed re ipſa: tunc aut quæris
vtrum cõtractus valeat nihilominus ipſo iure, & dic quod ſic,
7 vt in l. alleg. eleganter. † Aut in effectu & tunc, aut deceptus re
ipſa decipitur ſcienter, vt quia aliquis ſcienter emit rem pluſ-
quam valeat, vel vendit minus quam valeat, & tunc nõ habet
propter hoc aliquã actionem, etiam ſi deceptio ſit vltra dimi-
diam iuſti pretij, quia non decipitur qui ſciuit: nam ſcienti &
conſentienti nõ infertur iniuria neq; dolus. ff. de reg. iur. l. ne-
mo videtur. & . j. de regu. iur. c. ſcienti. lib. 6. cum ibi alleg. quod
dic vt plenè not. Spec. hoc tit. §. fin. verſi. quid ſi aliquis. vbi de
hac materia. Aut nõ decipitur ſcienter ſed ignoranter, & tunc
aut huiuſmodi contractus non vallatur iuramento vel fide, &
tunc aut deceptio eſt vltra dimidiã iuſti prætij: aut minus di-
8 midia iuſti prætij. † Si vltra tunc aut venditor eſt deceptus, vt
quia rem valentem. x. ſolidos vendit pro v. ſolidis vno denario
minus, & tunc agit vt decipiatur, ſ. quod reſcindatur cõtractus,
vel ſuppleatur iuſtum prætiũ data electione emptori, vt. C. de
reſcin. ven. l. 2. & hic. & . j. eo. cum cauſa. Aut emptor eſt dece-
ptus vltra dimidiam iuſti prætij, vt quia rem nõ valentem niſi
x. ſolidos emit pro xv. ſolidis & vno denario: & tunc petet qđ
decipiatur, ſcilicet q̃ reſcindatur cõtractus, vel ſibi reſtituatur
id quod vltra iuſtum prætium ſoluit, data electione venditori;
& ſic decipienti re ipſa ſemper datur electio ſecundum Hoſti. hic. &
in ſum. eo. tit. §. qualiter. ver. ſin autem. & hæc fuit opinio Azo.
9 † Si deceptio eſt minus dimidia iuſti prætij, & idem ſi vſq; ad
dimidiam iuſti prætij & non vltra: tunc nõ poteſt deceptus ad
aliquid agere: quia licitũ eſt contrahentibus ſe inuicem deci-
pere ſine dolo vſq; ad dimidiã iuſti prætij, vt. ff. de mi. l. in cau-
ſæ. 2. §. idem Põponius. alias incipit in prætio ſecundum Azo. Quod
verum de iure fori, ſecus de iure poli, arg. eorum quæ not. 33.
q. 2. inter hæc. Quod dictũ eſt quod deceptus ad aliquid agere
non poteſt vbi deceptio non excedit dimidiã iuſti prætij. Fal-
lit in eccleſia, vel minore deceptis & læſis, vel alijs ſi qui ſint,
qui hoc caſu poſſunt petere reſtitutionem in integrum, vt legi
tur & no. ſ. de reſtit. in integr. c. 1. & . ff. de mi. per totum. ut no.
Hoſti. in. §. alleg. qualiter. circa medium. uer. ſi uero ſit ciuitas.
10 † Aut hmõi contractus vallatur iuramẽto uel fide, & tunc aut
iſte deceptus eſt maior, qui iurauit contractum huiuſmodi te-
nere, & contra non uenire, & tunc nõ poteſt uenire cõtra, tal-
tem nomine ſuo, arg. ſ. de iureiur. cum contingat. ubi hoc not.
Hoſt. & . C. ſi aduerſus uendi. in auth. ſacramenta puberũ: nam
poteſt ſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ, ergo ſeruari de-
bet, ut in c. alleg. cum contingat. & eo. tit. ſi uero. Idem tenet

Accur. C. de reſcin. vendi. l. 2. & Ber. ĵ. eo. cum cauſam. Aut eſt minor & tunc iuramentum, vel fides facit eum maiorem, ita quod non poterit contra venire iuxta formã illius. l. 2. vbi hoc no. Accur. & ĵ. eo. c. cum cauſa. vbi hoc no. Ber. & Hoſti. in ca. alleg. cum contingat. Et notabiliter dixi quod non poteſt venire contra nomine ſuo: quia ſecus ſi noĩe eccleſiæ quod dic, vt legitur & not. ſ. de iureiur. c. peruenit. 2. Io. An. dicit hic ſuper verbo induxit quo diſte decanus ſecutus ſuit opin. Iac. Bu. quam etiam ſequitur Dama. hoc titu. q. 1. & Accur. in d. l. 2. C. de reſcin. vendi. qui dixerunt emptorem tantum obligatum ad rem reſtituendam: licet habeat facultatẽ ſupplendi prætium:
11 vnde perempta re liberatur emptor. † Alij dicũt & placet Bar. Brix. in quæſt. venereali. 62. quæ incipit. pone quod res empta. emptorem obligatum alternatiõe, & alternatiuè fore pronuntiandum. ff. de re iudi. l. miles. §. 10. & ſ. de re iudi. quod ad conſultationem. vnde perempta re non liberatur emptor ab obligatione prætij ſupplendi. Eſt em̃ generalis in obligato ad duo ſi vnum dari non poſſit detur alterum. ff. de cõtrahen. empt. l. ſi in emptione. §. pen. de iure do. l. ſi res. §. 1. de ſolu. l. Stichum aut Pamphilum. in princ. & hoc niſi debitor alterum, ſcilicet, mortuum vel peremptũ ante mortem vel peremptionẽ ſuam elegerit. ff. de leg. j. l. huiuſmodi. §. Stichum. Pro prima opinione facit, quia iudex nõ debet condemnare dñm ſerui qui damnum dedit in x. pro damno vel ſerui donatione: licet quidam ſic intelligant dictum. §. decem. inſtit. de noxa. in princ. condemnat ſolũ in x. & dominus liberare ſe poteſt dando ſeruum.
12 . ff. de peti. hære. item veniunt. §. cũ prædiximus. & §. ſe. † Item facit, quia natura libelli non admittit incertitudinem. ff. de iniur. l. prætor edixit. §. quod autem. dicit Hoſti. ĵ. cap. pen. contraria loqui quando reus obligatus eſt ad alterum tantum, vel quando pro alternatiua fit deterior cõditio ſua. & hoc niſi ex cauſa incertitudo a principio admittatur, vt in d. §. quod autem. Hic vero diſiunctiuè oportet petitionem & condemnationem formari, quia diſiunctiuè obligatus eſt reus: imò alterum petendo, peteretur plus, cauſa. facit. ĵ. de teſta. Rayn. verſic. demum. cum ibi not. Ioan. Andr. hoc vltimum & ſecundam opinionem teneas.

1 *Fraus fit legi multipliciter.*
2 *Fraus nominis, loci, & temporis.*
3 *Emptor vſurarius peccat.*
4 *Emptor fructus rei lucratur.*
5 *Contractus vſurarij coniectura.*

AD noſtram. ¶ Hic habes quod. M. creditor domos & oliuas recepit ab R. debitore titulo emptionis, cũ re uera contractus vſurarius ageretur, ſic quòd faciebat fraudem legi.
1 † Quæ fit primo de contractu ad contractum, vt hic. & ĵ. de pign. c. illo vos. ff. de dona. inter virum & vxo. l. ſi ſponſus. § circa. Secundo de perſona ad perſonam. ff. de dona. inter virũ & vxo. l. 3. §. non tantum. ſ. de conceſ. preben. conſtitutus. & c. ſi. Tertiò de re ad rem. C. ad maced. l. ſi. ff. ad macedo. l. ſed Iuli. §. mutui. & l. item ſi filius. Quarto de contractu ad eundem contractum. ff. ad Velleianum. l. quamuis. §. ſi tamen eſſem. ſecundum Hoſti. hic. Et de hoc no. plenius per eum in ſum. eo. tit. §. ſin. per Accur. ff. de legibus. l. contra legem. per Ioan. 14. q. 1. plerique. per Ber. ĵ. de priuileg. quanto. glo. fin. per G. ĵ. de im-
2 mu. eccle. c. clericis. glo. pen. lib 6. † Fit etiam fraus de nomine ad nomen, de loco ad locum, de tempore ad tempus, quod dic per Cardi ĵ. de elec. cap. auaritiæ. lib. 6.

¶ Si quæris quando aliquis emit prędium ab alio ea conditione ſeu pacto appoſito, quod ſi venditor velit tantum pecuniæ reddere vſque ad certum tempus, emptor teneatur ei reddere prædium, tandem recepta pecunia reddit agrum retentis omnibus fructibus interim perceptis, vtrum talis emptor cõmit-
3 tit vſuram, diſtingue. † Aut hoc facit emptor in fraudem vſurarum, & tunc mortaliter peccat, nec a peccato vſuræ defenditur, arg. ĵ. de vſur. in ciuitate. & c. cõſuluit. licet ab eccleſia non poſſet inde condemnari: quia non iudicat de occultis. ĵ. de ſi-
4 mo. ſicut iuis tn̄ fin. & c. ſeq. cum concor. ibi allega. † Aut hoc non facit in fraudem vſurarũ, & tunc nõ peccat quia talis contractus eſt licitus. C. de pac. inter empto. & vendi. Compo. l. ſi fundum. ff. de in diem adiec. l. quoties. ſm̃ Hug. Et hoc intellige qñ fit conditio ſeu conuentio de toto prætio reſtituendo: ſin autem adijciatur conditio ſeu pactum, quod venditori terram reſtitueret ſi ei redderet infra certũ tempus certam quantitatem pecuniæ, quæ vix dimidiam iuſti prætij contingebat, talis contractus iudicabitur vſurarius, arg. ff. de tranſac. l. cum hi. §. modus. & C. mand. l. per diuerſas ſm̃ Inno. hic. & Archi.
5 14. q. 1. pleriq;. in gl. ſed pone iſtę. † Sed Ray. de pœna ſorti dicit ꝙ talis contractus vſurarius præſumitᷣ ex his coniecturis. ſ. ex eo ꝙ modicum eſt prætiũ reſpectu valoris rei. item ex eo ꝙ aliquid perſoluitur vltra ſortem receptã: item ex eo ꝙ emptor exercere conſueuit vſuras, & hæc probantur hic. & ĵ. de pigno. c. illo vos. ſm̃ Ray. & recitat Archi. in c. allega. pleriq;.

1 *L. 2. C. de reſcind. vendi. remedium, habet locum in contractibus bonæ fidei.*
2 *L. 2. C. de reſcin. ven. locum habet in diuiſionem. & 4.*
3 *L. 2. C. de reſcin. ven. remedium, habet locum in permutatione.*
5 *L. 2. C. de reſcin. ven. an habeat locũ in contractibus ſtricti iuris.*
6 *L. 2. C. de reſcin. vend. an extendatur ad tranſactionem.*

CVm cauſa. ¶ Si quæris in quibus cõtractibus locũ habet beneficiũ illius. l. rem maioris prætij. C. de reſcin. ven. & iſtius. c. re-
1 fert. † Aut quęris nunquid habet locum in contractibus bonę fidei, & dic quod ſic, vt patet. Primo in contractu emptionis & venditionis vt ibi, & hic & ſ. eo. cum dilecti. Et in cõtractu locationis & cõductionis, vt no. Accur. C. de vſur. l. ſi ea pactione. & de loc. & conduc. l. ſi olei. gl. fin. & quod habeat locum in locatione ſeu datione ad firmã notat expreſsè. Gul. de Monte Lau. extra de reb. eccl. non alie. c. 1. ſuper verbo venditiones. in cle. Idem no. Vin. & Io. Andr. poſt eum in d. c. cum dilecti, quia locatio ꝓxima eſt venditioni & eiſdem ferè
2 regulis vtitur. ff. locati. l. 2. & l. item ſi prætio. §. vlt. ff. Idem not. Accur. in diuiſione. C. cõmunia vtriuſq; iudi. l. de maioribus. ſuper verbo vel perperam. nam diuiſio vicem emptionis obtinet. vt eo. tit. l. 1. Et eadem ratione quę locum habet in diuiſione eadẽ ratione videtur hẽ locum in permutatione, cum diuiſio ſit ſimilis permutationi, vt. ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. hæreditatem. & permutatio emptioni, vt. ff. de rer. permu. l. 1. & de cõtrah. emp. l. j. ex quib. cau. in poſ. ea. l. vlt. imò ipſa permutatio eſt ſpecies emptionis. ff. de ædil. edic. l. ſciendum. §. deinde.
3 † Et ꝙ locum habeat in permutatione not. Vin. & Io. Andr. in d. c. cum dilecti. Et ſm̃ hoc in diuiſione ſi deceptio enormis interueniat, datur alternatio iſta quæ hic cõceditur, vt rem vel iuſtum prætium reſtituat: quia eadẽ videtur ratio, quæ in emptione, vt in l. alleg. de maioribus. Cyn. tñ in l. alleg. de maioribus. & in l. alleg. rem maioris prætij. tenet contra, dicens quod in diuiſione non eſt eadem ratio quæ in venditione: nam qui vendit, vult ꝙ res apud emptorẽ remaneat. Sed qui diuidit hæreditatem, vel aliam rem nõ vult eam alienare. vnde ego deceptus in diuiſione agam contra aduerſarium præcisè & abſolutè ꝙ rem reſtituat: nam ſi rem vel prætium peterem alternatiuè: tunc cogerer vendere rem meã quod eſſe non debet, vt. ff. rerum amo. l. nõ enim. & C. de Iudęis. l. nullus. ſm̃ Cyn. Cuius opinionem credo verã quantum ad hoc quod dicit ꝙ ego deceptus in diuiſione poſſum agere præcisè cõtra aduerſarium ad hoc ꝙ rem reſtituat per rõnem allegatam, ſed nõ quantum ad hoc, ꝙ ſi ego deceptus velim agere & ꝯcludere iuxta & ſm̃ beneficium illius. l. rem maioris. quin facere poſſim iuxta opi. Accur. in l. alleg. de maioribus. Nec ſunt iſta inter ſe cõtraria: maximè ſuppoſita opin. Accur. in d. l. rem maioris. in magna glo. verſ. ſed certè &c. vbi dicit ꝙ res tantum eſt in obligatione & ſuppletio prætij in ſolutione, arg. ff. de re iudic. l. miles §.
4 decem. † Sed ſuppoſita opinione illorũ qui formant libellũ in l. illa alternatiuè. prout facit. G. de Blanoſco in libellarijs ſuis, cui fauent Ber. Inno. Hoſti. & Abb. ꝙ non vr̃ contrarietas, ſeu incõueniens dicere ꝙ ego deceptus in diuiſione poſſim præcisè agere ad rem reſtituendam, & ꝙ poſſim agere alternatiuè vel diſiunctiuè ad rem, vel ad ſuppletionẽ prætij. Nam ſimile habes in venditione, vbi emptor põt precisè agere cõtra venditorem hñtem facultatẽ rei tradendę ad rem tradendam, ſm̃ opi. Mar. quam expreſsè approbat Inn. ĵ. de ſent. excõ. c. ſacro. in magna gl. in fin. & Spec. titu. de fructibus & intereſſe. §. viſo. verſi. item dicimus. & Iac. de Ra. ff. de verb. obli. l. 2. §. contra aũt. & ipſe Iac. & Pe. de Bellaper. C. de act. empt. l. ſi traditio. & põt agere ad vtrunq; diſiunctiuè. ſ. ꝙ rem tradat, alioquin niſi fecerit ꝙ ſoluat intereſſe, vt dixi. ſ. de in integ. reſti. cõſtitutus. licet Inno. in c. alle. ſacro. videatur dicere, quod qñ res vendita
5 extat, quod præcisè ſit agendũ ad eam. † Aut quæris nunquid habet locum in contractibus ſtricti iuris, & vr̃ quod non, nam hæc iura loquuntur in cõtractibus bonæ fidei, & qđ de vno dicitur, &c. ff. de iud. cũ pretor. C. de ꝓcu. l. maritos. Pręterea lex dicit quod licitũ eſt cõtrahentibus ſe inuicẽ decipere ff. de mi. l. in cauſæ. 2. §. idem Põponius. ſed hoc non põt intelligi a'eo

indiſtinctè

indiſtinctè niſi in contractibus bonæ fidei vt hic, & in l. allega. rem maioris prætij. ergo non intelligitur in contractibus ſtricti iuris. Econtra videtur quod ſic, quia eadem ratio eſt in eis que in contractibus bonę fidei, ſcilicet, vt enormi læſioni ſuccurratur: ergo &c. ff. ad l. Aquil. l. illud. præterea videtur caſus. ff. de verb. oblig. l. ſi quis cum aliter. Quid dicendum? Iaco. de Ra. in l. alleg. ſi quis cum aliter. intelligit. l. illam quod in cõtractibus ſtricti iuris habeat locũ allegatio deceptionis vltra dimidiam iuſti prętij per modum exceptionis: licet quidam dicant cõtra & intelligant. l. illam vbi ſtipulatio interponitur ſuper contractu bonæ fidei. Nam tunc ſtipulatio ſequitur naturam cõtractus ſuper quo interponitur. ff. de act. emp. l. emptorem. in fin. ipſe tñ intelligit vt prius: & licet ſtipulator ab initio non fuerit in dolo extorquẽdo promiſſionem, tñ nunc eſt in dolo dum petit ex tali ſtipulatione, vt ibi &c. ff. de excep. doli l. 2. §. circa. Sed ſi non poſſet conſuli per exceptionem in contractibus ſtricti iuris, vt qa ſtipulator habet rem penes ſe, tunc dicit quod conſuletur decepto per actionem in factum. ff. de præſcr. verbis. l. quoties. & idem concedunt Pet. de Bellaper. & Cyn. in l. allegata rem maioris prætij: Dicit etiã ibi. Cy. quod non videt cur non daretur hic officium reſtitutorium, ſicut in
5 contractibus bonæ fidei. Si vera eſt illa opi. quod per officium iudicis illius legis officium imploretur quæ fuit opinio Placentini de qua hic per Ber. in glo. vlti. habet ergo illius legis bene-
6 ficium locum in contractibus ſtricti iuris, † ſed fallit in tranſactione, vt. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. vltimo. vbi de hoc. & eſt ratio vt hic not. per Ber.

1 *Euictio fit duobus modis.*
2 *Euictionis duplex actio.*
3 *Euictio pro quibus rebus competat.*
4 *Euictio in quibus caſibus ceſſat. & 6.*
5 *Emens ſcienter rem alienam non agit de euictione.*
7 *Denunciatio in cauſa euictionis quando facienda. & 9.*
8 *Peremptoria opponenda ante litem conteſt. in Gallia.*
10 *Nouare nemo cogendus.*
11 *Venditor actore inuito comparens animo nouandi non audiendus.*
12 *Venditor in cauſa euictionis cõparens, vt procurator audiendus.*

SI venditori. ¶ Si quæris re vendita euicta, vtrum & quando emptor contra vẽditorem de euictione agere poſſit, diſtingue.
1 † Et ad clariorem euidentiam dicendorũ, debes ſcire quod res dicitur euicta altero de duobus modis. vno modo verè, quod eſt qñ in veritate res eſt euicta, vel eius æſtimatio ſoluta, vt. ff de euict. l. euicta. §. duple. Interpretatiuè vbi emptor rei alienæ ſuccedit vero dño, vt. ff. de euic. l. ſi vendideris.
2 † Debes etiam ſcire quod pro euictione duplex actio competere poteſt, vna ex empto: & alia ex ſtipulatione, vbi ſtipulatio interceſſit: & iſtę actiones habent varios & diuerſos effectus. Nam actio ex empto bene datur cũ res euincitur verè vel interpretatiuè, vt d. l. ſi vendideris. Sed actio ex ſtipulatu requirit rem verè euictam eſſe: quia in ſtipulatione nõ venit niſi id de quo actum eſt, vt veniat. ff. de verb. oblig. l. in conuentionalibus. & l. quicquid. Item eſt alia differentia, quia actio ex empto locum habet ſiue res vendita euincatur in totum ſiue pro parte, vt. ff. de euic. l. 1. & hoc ſiue ſit pars vera & integralis, ſiue ſubiecta, ſiue legalis, vt. ff. de vſufr. l. 4. de leg. 2. l. Męuius. §. pen. & de verb. ſigni. l. rectè. Sed ad hoc vt ex ſtipulatione agatur, oportet totã rem euinci: niſi ſpecialiter de partis euictione fuerit promiſſum, vt. ff. de euict. l. ſi dictum. 2. in ſtipulatione. & l. vaccæ. nec obſtat. eo. ti. l. ſi mancipium. §. 1. quia ibi fuit actum expreſſè, vt ꝓpter partem ſerui venditi euictam committeretur ſtipulatio: alias ſecus. Et hanc differẽtiam approbat Pet. de Bellaper. licet Ioan. contra in d. l. alleg. 1. ff. de euict. Et eſt ratio quare actio ex empto competit pro parte euicta: ſed non actio ex ſtipulatione ſecundum ipſum Pet. quia quod pro parte euicta competat actio ex empto. natura contractus hoc inducit, vt ſit idem iuris de parte quod de toto, vt in l. 1. iam allega. ff. de euic. ſed actio ex ſtipulatu non datur pro parte euicta, quia hoc non eſt de natura ipſius contractus: nam per ſtipulationem de euictione noua forma adijcitur: quæ forma adijcitur ſub cõditione ſi res euincatur, vt dicit lex euicta. §. 1. ff. de euict. & ff. de ſta. li. l. ſi quis ita libertatem. §. ſi duo ſerui. Modo ita eſt ꝙ vbi ſub conditione eſt agendum, oportet integram conditionem impleri antequam poſſit agi, nec ſufficit partem dari, vt. ff. de cõdi. & demon. l. ſcui fundus. & ſic eſt in propoſito. & ita intelligitur. §. allegatus in ſtipulatione, diſtingue ergo. Aut quæris de & pro quibus rebus poteſt agi de euictione: aut rebus de & pro quibus de ſui natura poteſt agi de euictione euictis, quãdo & in quibus caſibus ceſſat euictio.
3 † In primo caſu refert, aut res vendita euincitur per partem ſolum: aut euincitur in totum. Si per partem: tunc aut quæris nunquid poſſit agi ex ſtipulatione, & dic quod nõ niſi contrarium ſit actum, vt eſt dictum. Aut nunquid poſſit agi actione ex empto, & tunc aut res ſingularis eſt vẽdita, & tunc pro parte ipſius euicta agi poteſt actione ex empto, ſed non ex ſtipulatione, vt. ff. de euic. l. 1. aut res vniuerſalis eſt vendita: & tunc aut vniuerſitas iuris, aut vniuerſitas facti. Si vniuerſitas iuris vt hæreditas, tunc re ſingulari hæreditatis euicta nõ agitur de euictione, vt. C. de euic. l. 1. Et eſt ratio, quia aut res illa euicta erat hæreditaria, & tunc eſt facta ei iniuria: vnde vẽditor non tenetur, vt. ff. de euic. l. ſi per imprudentiam. vbi de hoc. Aut non erat hæreditaria, & tunc non videtur vendita, vt probatur hæc diſtinctio. ff. de hæredi. & act. vendi. l. 2. in princ. & de euic. l. ſerui venditor. & l. naue. Fallit in caſu vbi cõueniret inter partes quod pro ſingulis rebus pręſtetur euictio, vt in d. l. j. C. de euic. Et vbi venditor ſingulas res ſeu rem euictã de hæreditate affirmauit, vt. ff. de euic. l. niſi de ſubſtantia. Item vbi ſciebat rem illam euictam non eſſe hæreditariam, vt. ff. de hæredit. & actio. vendi. l. hoc autem. Si eſt vniuerſitas facti, tunc refert, nam aut illa vniuerſitas facti eſt ex pluribus corporibus diſtantibus: aut ex pluribus corporibus adhærentibus ſimul. Si res euicta eſt vniuerſitatis, quæ conſiſtit ex pluribus corporibus diſtantibus: tunc aut per euictionem rei ſeparatę nõ remanet vniuerſitas facti: aut remanet. Si non remanet verbi gratia, Tu vendidiſti mihi gregem. x. capitum, vnum caput eſt euictum, certè tunc agã de euictione. Si autem remanet vniuerſitas facti, vt pote vendidiſti gregem. xx. capitum, vnum caput vel duo ſunt euicta, tunc non agam, vt. ff. de rei vend. l. j. in fin. & l. ſeq. In alio caſu, ſcilicet, quando eſt euicta res illius vniuerſitatis quæ conſtat ex pluribus corporibus adhærentibus ſimul, vt quia vendis nauem, & vna tabula euincitur, tunc agitur quanti intereſt rem non eſſe euictam, vt. ff. de euic. l. na-
4 ue. Et ſi habes de quibus rebus põt agi de euictione. † Si quæris in ſecundo caſu principali, ſcilicet, rebus pro quibus de ſui natura poteſt agi de euictione euictis, quãdo & in quibus caſibus ceſſat euictio, tunc refert. Aut emptor iniuria iudicis condemnatur tali, videlicet ex qua iudex litem ſuam facit, & tunc non habet de euictione recurſum vt hic, & ff. de euic. l. ſi per imprudentiã. C. de euic. l. ſi non iniuria. & l. emptor. vnde ſumptum eſt c. præſens. Et not. Accur. in d. l. ſi per imprudentiam ꝙ quando iniuria iudicis procedit ſine culpa emptoris, nihilominus agit contrarium no. ff. de fideiuſ. l. emptione. & melius ſecundum Cyn. C. de euic. l. emptor fundi. & hæc opi. communiter approbatur per l. ſi ſeruus plurium. §. 1. ff. de lega. 1. & per l. ſi pro ea. C. mãda. & ff. de bonis li. l. qui cum maior. §. ſi tamen ſm Ioan. Andr. Et intelligit Innoc. & Ioan. Andr. poſt eum de tali iniuria ex qua iudex teneatur. C. de pęna iudi. qui malè iudi. l. 1. ff. de iudi. l. ſi filius. Si autem talis eſſet caſus quod iudex non teneretur, vel ſi nõ ſufficientes ꝓbationes induxiſſet emptor ſine dolo malo, tunc teneretur venditor qui de ꝓbationibus illius rei debet eſſe ſollicitus: venditori enim imputatur defectus probationum, vt hic patet: emptori vero culpa ſua & iudicis iniuria. Aut non per iniuriam iudicis, ſed ratione iuris
5 condemnatur, † & tunc aut emptor ſcienter rem alienã emit, & tunc nõ poteſt agere de euictione, niſi de euictione ſibi ſpecialiter proſpexerit, vt. C. de euic. l. ſi fundũ ſciens vel aliquid caſuale contingat, vt. C. cõmunia de leg. l. vlt. & ẽ. de reb. eccle. non alie. ad audientiam. Aut emit ignoranter rem alienam, & tũc aut eſt aliquid culpabile quod ſibi valeat imputari, vt quia voluntariè cõpromiſit & ſuccubuit, & tunc de euictione agere non poteſt, vt. ff. de euict. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero.
6 † Idem ſi alio modo ſit in culpa, vt quia culpa ſua de poſſeſſore factus eſt petitor. ff. de euic. l. ſi rem quam. §. ſi duple. Idem ſi ſeruum per eum emptum manumiſit. ff. de euic. l. ſi ſeruum cuius. vel contra l. venditionis ſerui fecit per quam actũ erat quod contra veniendo ad libertatem perueniret, vt in l. alleg. ſi mancipium. 1. reſpon. Idem ſi rem venditam pro derelicta habuit. ff. de euic. l. ſi. Idem ſi bonam cauſam ſuam vitio ſuo per præſcriptionem perdit. ff. de euic. l. Herennius. §. fi. vel ſi venditor voluntate emptoris in locum venditum ſepultus fuerit, vt. ff. de euic. l. ſi per imprudentiam. §. ſi quis locũ. Idem dicit Hug. ſi non appellauit, arg. ẽ. de procur. c. non iniuſtè. §. potuit. & dicta. l. Herennius. §. 1. Sed Azo contra dicens quod non habet neceſſe appellare: & aliud eſt in procuratore, qui cum alio-

num factum gerat non videtur bona fide verſari niſi appellaue
rit nec obſtat.l.alleg. herennius.§.1. nam quod dicit venditore
præſente ſubaudiendũ eſt maximè. Conſulo tñ quod emptor
denunciet venditori quod appellet ſi velit,arg.ff.man.l.ſi pro-
curatorẽ.§.ſi ignorantes. Item ceſſat actio de euictione ſi em-
ptor fuerit abſens tpe ſniæ promulgatæ vt hic, &.ff. de euic.l.
ſi ideo cõtra emptorem . Idem ſi emptor nõ denunciauit ven-
ditori vt ſibi aſsiſteret & rem defenderet vt hic,vel ꝓcuratori
ſuo ipſo ſciente,vt.ff.de euic.l.ſi dictum.§.ſi pręſente & hoc ſi
potuit denunciare, alias non præiudicat ſibi, vt.C.de euic.l. ſi
7 permutationis. † Poteſt antẽ fieri hæc denunciatio qñq; ante
ſniam,vt.ff.de euic.l. ſi rem quam.§.vlti. dummodo ius ſaluũ
ſit venditori,arg.ff.mãda.l.ſi mandauero tibi.§.ſicut aũt. inſti.
mandatum.arg ĩ de dona.c.apoſtolicę.ibi hoc ſemper eſt ob-
ſeruandum &c. & hoc tenet Hoſti. hic. Vnde quidam dicunt
quod ſufficit iſtam denunciationem fieri qñcunq; ante ſniam
diffinitiuam,vt no.Accur.in l.alle. ſi rem quam.§.fi. & expreſ-
ſius in l.hęres ſeruũ.Per.de Samp.dixit vſq; ad concluſionem.
Alij dicunt quod ante litem conteſt.arg.ff.de leg.3.l.qui cõcu-
binam.§.ſi hæres. Et iſtam opinionẽ tenet Spec. tit. de defen-
8 ſione rei.§.1.ver.ſed & ſi conueneris † vbi de hoc.qđ credo ve
rum maximè in iudicio ſeu curia ſeculari, vbi ante litem con-
teſtatam oẽs peremptoriè ſunt proponendæ de conſuetudine
Regni Franciæ. Alij diſtinguunt: aut erat agendũ de euictione
ex cauſa nõ lucratiua,& tunc vſq; ad ſniam : & ſic loquitur d.l.
ſi rem quã.§.vlt. Aut ex cauſa lucratiua, & tunc vſq; ad lit.con-
teſt.ff.de leg.3.l.qui cõcubinam.§.ſi hęres.& hoc tenet Dy.Et
ratio diuerſitatis eſt ſm eum: quia vbi eſt cauſa non lucratiua,
latius prouidendũ eſt: quia nõ par eademq; ratio,&c.ff. de co-
9 dic.l. vlti. † Aut non poteſt ſibi aliquid culpabile imputari, &
tunc aut res vẽdita perijt ante litem conte. in cauſa euictionis
ſine facto & culpa vẽditoris, & tunc non põt emptor agere de
euictione actione ex ſtipulatu : ſed bene poterit agere actione
ex empto rõne doli ſi dolus interceſſerit,alias nõ . vt legitur &
no.ff.de euic.l.ſi ſeruus venditus.in prin.&.C.de euic.l. ſi quis
tibi ſeruũ.Aut perijt poſtquã eſt euicta per ſniam,vel ſaltẽ poſt
litem conteſtatã in cauſa euictionis,& tunc agere põt, vt.ff.de
rei vend.l.vtiq; &.C.de aſſer.tol.l.2. & no. in l.allega. ſi ſeruus
venditus. & l.ſi quis tibi ſeruum . ¶ Poſſet quæri vtrũ vendi-
tor inuito actore cõueniente emptorem de iure rei venditæ,
poſsit in ſe iudicium ſuſcipere : & videtur ꝙ ſic arg.ff.de peti.
hæredi.l.ſed & ſi lege cõmiſſoria.§. item ſi rem in fi.ff. de app.
l.ab executore.§.j.& de ali.mu.iudi.cauſa facta.l.3.§.fi.de nox.
l.de illo.:in fi.& fam. erciſ.l.planè. Et iſtã opinionem approbat.
G.in Spec.ti.de defenſore.§.1.verſ.ſed pone vendidiſti. Econ-
10 tra vř quod non, † quia nemo inuitus cogitur nouare, vt.ff.de
noua.l.2.ſed noua.l.2. ſed nouatio quæ fit extra iudiciũ & quę
fit per iudiciũ æquiparãtur.vt.ff.de noua.l.delegare.i.ergo &c.
Præterea ius noſtrũ ſine facto noſtro a nobis auelli nõ poteſt,
vt.ff.de reg.iur.l.quod noſtrum .ſed ſi ſic nouãdo poſſet fieri,
iam oporteret dñm re ſua carere,arg.contra.C.vbi in rem act.
l.1.&.ff.de procur.l.ſi actor. ¶ Circa quod poſſet probabiliter
11 ſic diſtingui. † Aut venditor vult cõparere animo nouandi, &
tunc tenetur actor eũ admittere,vt ꝓbatur expreſsè.ff.mãdat
l.ſi mandato meo.§.ibi aut ſi nolit creditor.& not.gl in d.l.j.in
princ.licet notet contrariũ.ff.de neg.geſt.l.liberto.§.vlt.& ma-
lè vt patet in d.l.ſi mandato. Aut vult cõparere tanquam pro-
curator:& tunc refert . Aut vult in alto foro cõueniri quam in
quo debet conueniri emptor, & tunc non admittitur, vt.ff.de
euic.l.venditor. &.C. vbi in rem actio l.1.Aut nõ vult mutare
12 forum,ſed vult eũ defendere in foro ſuo, † & tunc ſi cõpareat
tanquã ſimplex procurator admittetur etiã inuito actore.ff.de
ꝓcur.l.1.§.vſus.& l.1.§.vſus & l.ſeruũ.§.publicę.Si vero cõpa
reat tanq̃ procurator in rem ſuã idem vt in d.l.planè.& hoc ni-
ſi perſona dñi eſſet legalior,vt.ff.de procur l.ſi actor.Et ita di-
ſtinguunt Pet.de Bellaper.& Cyn in d.l.1.C. vbi in rem actio.

¶ De locatione & conductione. Rubrica.

1 *Remiſſio penſionis ob modicum incommodum non facienda.*
2 *Remiſſio colono partiario non facienda.*
3 *Remiſſio penſionis ob ſterilitatem facienda.*
4 *Remiſſio an operarum conductori facienda.*
5 *Ruina rei cauſa alimoniæ eccleſia data cuius periculo fiat.*
6 *Penſio rei ab eccleſia locata ob vbertatem caſu fortuito obuen-*
tam augmentatur.
7 *Penſio rei ab eccleſia locata ob vbertatem bonitate terræ obuen-*
tam non augmentatur.
8 *Locator expellit conductorem de domo locata, ante tempus loca-*
tionis finitum. & 10.
9 *Inquilinus deſerit domum conductam ante tempus locationis fi-*
nitum. & 15.
11 *Penſionis remiſſio, an facienda inquilino expulſo ante tempus*
locationis finitum. & 13.
12 *Locator expellens conductorem de domo locata ad intereſſe ei*
tenetur.
14 *Conductor violenter reſiſtit locatori eum de re locata expellenti.*
16 *Conductor expulſus, an rehabitare domum conductam compel-*
lendus.
17 *Conductor an compellat locatorem, vt permittat rehabitare*
domum a qua expulſus.
18 *Inquilinus non tenetur ad penſionem ſi res locata fuit alteri con-*
ducta.
19 *Inquilinus tenetur ad penſionem quamuis domum conductam*
non inhabitet.

PRopter ſterilitatem. ¶ Si quęris
virum pro
pter ſterilitatem vitio rei locatæ,vel caſu fortui-
to contingentem, ſit pro rata penſionis remiſsio
facienda,diſtingue. Aut eſt actum ſeu conuentũ
inter partes quid in eo caſu ſit faciendum, & tunc illud eſt ſer-
uandum,argu.ff.depo.l.1 §. ſi conuenerit. & de pac.cap.1.&c.
qualiter. & probatur expreſsè.C.eo.titu.l.licet. & l.circa loca-
1 tiones. † Aut nihil eſt actum,& tunc aut eſt talis ſterilitas quę
modico incommodo afficit conductorem, & illam debet ſu-
ſtinere cõductor, nec propter eam eſt aliqua remiſsio facien-
da,vt.ff.eo.tit.l.ſi merces.§.vit maior.& l.habitatores.Aut eſt
talis ſterilitas quæ graui incommodo afficit conductorem, &
tunc aut quæris de locatoribus rerũ vel corporum tantum, vt
terrarum arabilium,vinearũ,ſeu aliarum rerum fructiferarum
& ſimilium . Aut quæris de locatoribus operarum ſuarũ tan-
tum aut de locatoribus & rerũ & operarum ſuarum inſimul :
aut de his qui accipiunt in ſpeciem ex innominato contractu
2 vt aliquid faciant. † In primo caſu refert , aut eſt cõductor ſeu
colonus partiarius qui cũ dño lucrum & damnum partitur,
& tali non eſt aliqua remiſsio facienda, vt dicitur in.§.alleg.vis
maior. Et hoc ſatis not.Ber.hic in gl.1:& Hoſt.poſt eum.Aut
quæris de conductore ſeu colono qui certã pecuniam annua-
tim debet,vel certos corbes,& tali dummodo non ſit in culpa
vel mora , eſt pro rata remiſsio facienda , niſi ſterilitas huiuſ-
modi cum vbertate præcedentis anni,vel ſequentis valeat cõpenſa-
ri vt hic,&.C.eo.ti.l.licet . &.ff. eo.l.ex conducto.§.ſi vis.&.§.
ſeq.&.§.cum quidam. quod dic vt ibi not. ¶ Circa hoc tamen
quidam vt Iac.de Are. & Cyn. poſt eum in d.l.licet. ſic diſtin-
guunt ,:aut colonus allegat fundi ſterilitatem :aut allegat fru-
ctuum exiguitatem :aut allegat fructuũ indemnitatem,vel vi-
3 cioſitatem: aut allegat fundi caſinoſitatem.† In primo caſu qñ
ſterilitatẽ allegat , tunc regulariter fit remiſsio penſionis illius
anni ſterilis,vt in iuribus allegatis.Sed hoc fallit in tribus caſi-
bus .Primus eſt qñ vbertas aliorum annorũ compenſationem
inducit vt hic,& in l.alle.licet .Secundus eſt qñ non colit,tunc
enim nõ videtur curaſſe de recompenſatione fructuum ha-
benda propter onus penſionis ex quo culturam prætermiſit : ſic
intellige.ff.eo.l.ex conducto.§.cum quidam. Tertius caſus eſt
qñ ſuſcepit in ſe caſum ſterilitatis, vt in l.alleg.licet.a contrario
ſenſu . circa princ. nam periculum caſus poteſt quis ſuſcipere,
vt.C.de pign.act.l.quæ fortuitis. Secundo caſu, ſcilicet, qñ al-
legat fructuum exiguitatem, tunc nõ eſt habenda ipſius ratio
nam ſi fructus plures ſolito habuiſſet nõ auxiſſet penſionem,
vt.ff.eo.ſi vno anno.§.cum quidam. Tertio qñ allegat fructuũ
indemnitatem ſeu vitioſitatem, vt quia dicit quod vinum eſt
acerbum, & paruum valet propter eius vitium, & ſic de ſimili-
bus : tunc non habetur eius ratio vt d.l. ex conducto.§.ſi quæ
tñ vitia.Quarto & vltimo qñ allegat fundi caſinoſitatem,quia
terræ motu corruit,tunc debet haberi ratio eius,vt d.l.ex con
ducto.§.ſed ſi ager.Quorum dicta ſatis concordant cum pre-
4 miſsis. † In ſecundo tertio & quarto caſibus refert , vtrũ cul-
pa vel mora poteſt tali locatori imputari , & tunc erit condu-
ctori remiſsio mercedis facienda, nec locator mercedem reci-
piet poſtquã eſt in culpa vel mora, vt in iuribus.j. ſtatim allega.
Aut locatori nõ poteſt culpa vel mora imputari:& tunc aut de
tẽpore quo locator non potuit operari cõductori operatus eſt
alij a quo mercedẽ habuit, & tunc non recipiet a conductore
mercedem,vt.ff.de var.& extraor.cog.l.primo.§.pen.de ſta.h.
l.cum

l.cum hæres §.antepen.loca.& conduc.l.qui operas.ſecundum
Inno.hic in glo.hæc vera ſunt,&c. Aut pro tempore quo non
potuit operari conductum, non eſt operatus alij a quo habue-
te mercedem, & tunc licet caſus fortuitus eum impediat, ni-
hilominus tñ mercedem recipiet, vt in iuribus.ſ. proxi. alleg.
ſecundum Innoc.hic.& Hoſti.in ſum.eo.titu.§. quæ actiones.
verſi.& ſic caſus.& verſi.ſeq.ſed quæro &c. vbi reddidit ratio-
nem diuerſitatis quare ſecus in locatione operarũ: ſecus in lo-
catione corporũ ſeu rerum : quod verum qñ impedimentum
locatoris eſt perpetuum. Si vero temporale,tunc debet facere
in ſequenti tempore quod in præcedenti tempore non potuit
facere,arg.ff.de arbi.l.Celſus.ſ.de dolo & contu.c.cum dilecti
not.Accur.ff.eo.tit.l.ſi vno anno.§. item cum quidam.vbi ha-
5 bes plene de iſta materia & ibi vide. † Hæc decre.cum iuribus
hic alleg.facit ad quæſtionem dominicalem Bar.Brix. tertiam,
laicus quidam dedit cuidã monaſterio prædium quoddam ea
conditione adiecta,vt in vita ſua deberet eum monaſteriũ ale-
re,ſed poſt mortem ſuam prædium illud monaſterio remane-
ret,poſtea prædium caſmate perijt, quæritur vtrum monaſte-
rium eum alere teneatur. Solutio, dici poteſt quod ſi tota res
pereat, periculũ ſpectat ad dantem : ſi vero pars ad eccleſiam.
inſti.eo.ti.§.adeo.C.de iure emphy.l.1. Sed de qua parte intel-
ligatur dixit Petr.de dimidia : alij intelligunt ſi aliqua particula
remanet quod totum damnum ad eccleſiam ſpectat. Tan.ſibi
reſpondit,quod ſi tantũ ſibi remanſit de prædio,quod inde ille
poſsit ali,tenebitur monaſterium:& ſi totus fundus periret in
nihilo teneret eccleſia,ſed ſimilitudinẽ contractus emphyteu-
tici. Poteſt tñ dici quod ſi dedit fundũ vt ex fructibus aleretur
tenet,quod dicunt:ſed ſi dedit fundũ ſimpliciter vt monaſte-
rium eũ aleret, tunc omni caſu monaſteriũ teneretur ſm eum.
¶Si quæris vtrum propter vbertatem debeat penſio augmen
tari,diſtingue. Aut vbertas accidit diligẽtia coloni, & tunc nõ
6 augmentabitur penſio. † Aut caſu fortuito,& tunc augmenta-
bitur,vt.C.de fun. rei priua.l.2.de communi agro deſerto.l.fi.
7 lib.11. ſm Ioan.& Azo. † Si vero ꝓpter bonitatem terræ hoc
accidit,nihil augmentabitur:quia nihil accidit vltra cõſuetum
modum terræ,argu.ff.eo.tit.l.ex conducto.& quia dñs dicitur
locaſſe ab initio quantũ plus potuit qui ſciebat bonitatem ter-
ræ,argu.ff.de actio.empt.& vendi.l.1.in fin. ſecundum Hoſti.

§.Verum.

¶Si quæris vtrũ ſi locator domus velit ip-
ſam inhabitare vel reficere, poſsit per hoc
8 expellere cõductorem,diſtingue. † Aut talis neceſsitas ſuper-
uenit quæ nõ potuit præuideri, vt ſi locator habebit duas do-
mos tempore locationis,& poſt locationem corruit illa quæ ei
remanſerat, & tunc poteſt expelli, vt hic in textu & in gl. hoc
potuit. Aut illa neceſsitas potuit præuideri,vt quia tunc aliam
domũ non habebat,& tunc debet ei imputari, nec poterit ex-
pellere conductorem.arg.ff.eo.tit.l.4.§.hic ſubiungi. & de ſer-
uis non ordi.c.1. ſm Goff.& Hoſti.hic.& in ſum.eo.tit.§.quæ
9 actiones.verſi. tamen intellige. † Et idem de inquilino vt ante
tempus ex cauſa poſsit domum deſerere, ſcilicet, orta de no-
uo.vt.ff.eo.l.dominus horreorum.§.quæ contra. ſm Hoſtien.
¶Si quæris quando locator ante tempus locationis finitũ ex-
pellit conductorem de re locata,vtrũ pro rata ſit penſionis re-
10 miſsio facienda,diſtingue. † Ad cuius euidentiam no.quatuor
caſus in quibus locator ante tempus locationis finitum poteſt
expellere conductorem. Primus eſt,ſi locator probet domum
ſibi neceſſariam ad inhabitandum vt hic, &.C.eod.l.idem. Se-
cundus eſt,ſi eam reficere velit. Tertius,ſi penſionem nõ ſol-
uit infra biennium. Quartus, ſi in re locata malè verſatus ſit
vt hic & ibi. Ratio primi caſus eſt, quia res mea meo ſubiacet
periculo, & ideo primo bonum facere debet mihi quam alij.
arg.C.de ſerui.l. præſes.quod intellige ſi cauſa neceſsitatis ſu-
perueniat, vt dixi.ſ.diſtin. proxima. Ratio ſecundi caſus eſt,
quia ſi refectio plus debito differret domus corrueret: & me-
lius eſt ante tempus occurrere quam, &c. C. in quibus cau. in
integrum reſtit.non eſt neceſ.l.vlti. quando licet vnicuiq; ſine
iudic. ſe vindi. l.1. & 2. Et intellige ſanè ſi neceſſaria refectio
poſt locationem emerſerit,argu.ff.de interroga.act.l.de ætate.
§.ex cauſa.de ventre inſpi.l.1.in princ.alias ſecus. argum.ff.eo.
titu.l.ſi quis domum.§.1.de regu.iur.l.quod quis. Ratio tertij
eſt, quia in locatione quam tibi facio ſemper intelligitur mo-
dus & cauſa ſi penſionem ſolueris : imò plus ſi conuenero te
non expellere, nihilominus, ſi non ſolueris te expellam vt.ff.
eo.titu.l.quæro.§.inter locatorem. Ratio quarti caſus eſt,quia
vbi loco tibi domum vel aliam rem,tacitè videor tecum con-
uenire vt bona fide agas: vnde in iſto contractu exuberat bo-
na fides,ſicut & in alijs contractibus bonæ fidei,inſti.de act.§.
actionum. Et ideo ſi aliud facis videris infringere bonam fi-
dem,ideo &c.C.de tranſac.l.cum proponas. &.ſ.de iureiur.ca.
11 peruenit.2.diſtingue ergo.† Aut locator expellit cõductorem
in primo vel in ſecundo caſu,& tunc aut locator præſtat inqui-
lino domum æquè idoneam ad inhabitandum,& tunc non eſt
etiam pro rata penſionis remiſsio facienda, vt.ff. eo.tit. l.cum
in plures.1.reſponſo ſecundum Goff.& Hoſti.hic. & in ſum.
eo.titu.§.quæ actiones. verſi.in primis vero. Aut non præſtat
inquilino domum æquè idoneam ad habitandum: & tunc aut
inquilinus poteſt commodè inhabitare in aliqua parte domus
ſeu cœnaculi, & tunc non eſt remiſsio aliqua facienda : nam &
damnum modicum ferre debet.ff.eo.l.habitatores.& l.ſi mer
ces.§. ſi vicino. ſecundum Hoſti. Aut non poteſt commodè
inhabitare in aliqua parte domus ſiue cœnaculi: & tunc aut lo
cator eum expellit de domo in caſu licito & approbato a iure,
vt quia vult habitare vel reficere ipſam domum, & illa neceſ-
ſitas ſuperuenit quæ non poterat præuideri,& tunc eſt pro ra-
ta penſio remittẽda vt hic. Aut ipſum expellit non in caſu li-
cito nec approbato a iure: vt quia ſine neceſsitate eam inhabi-
tat,vel reficit,vel ex tali neceſsitate quo poterat prouideri : &
12 tunc nedum erit penſio remittẽda, † ſed etiam ad intereſſe te-
nebitur conductori.ff.eo.l. ex conduct.l. ſi fundum quem mi-
hi. ibi nam & ſi colonus tuus.l. ſi in lege.§. colonus.& l.ſi fun-
dum.§.vlti.& l.qui inſulam.& l.hæc diſt.& not.Hoſti. in ſum.
eo.titu.§.quæ actiones.verſi.nunc videamus. Aut locator ex-
pellit conductorem in tertio caſu, ſcilicet, quia nõ ſoluit pen-
ſionem ſeu canonẽ infra biennium,vel in quarto,ſcilicet,quia
13 in re locata malè verſatus eſt,† & tunc Spec. hoc ti.§.poſtquã.
ver. ſed nunquid videtur tenere quod non eſt remiſsio facien-
da: quia propter delictũ ſuum expellitur.C.de ſacroſan. eccle.
in auth.quæ res quæ eſt.10.q.2.& videtur expreſſum hic: quia
ꝙ de vno dicitur, &c.ff.de iudi. cum prætor.ſ. de præſump.c.
nonne. Sed & Azo in l.alleg. Idem dicit quod in vltimo caſu
non eſt remiſsio facienda : & etiam dabitur actio legis Aquil.
locatori ad damnum. Idem videtur tenere Hoſti. in ſum. eo.
titu.§.quæ actiones.verſi.tamen intellige. Idem tenent Pet.de
Bellaper.& Cyn.in l.alleg. ædem. nam ex quo per culpã ſuam
expulſus eſt, adhuc habitare videtur in ſui præiudicium.ff. de
neg.geſt. ſine hæreditate.& de reg.iur.l.quod quis. Sed Accur.
ibi & Ber. hic in glo. in illo caſu contra dicentes quod imò fa-
cienda eſt remiſsio,& de damno dato aget dominus cõtra in-
quilinum ſeu colonum.ff.eod.titu.l.quæro.§. inter locatorem.
Quorum opinio ſecundum Hoſti.hic vera eſt,quando ꝓpter
peruerſitatem damnũ datum eſt,vt quia nõ ſeruat legem con-
ductionis, non colit prædiũ ſuo tempore, ſcindit arbores im-
maturas,tenet porcos in ſolario. Si vero propter hãc peruer-
ſitatem non eſt damnum datum, vt quia tenet ſecum publicas
meretrices, vel alios publicos peccatores excõmunicatos, in
authen.de Lenon.§.ſancimus.coll.2.& ſcenicas mulieres,&c.
colla.5.vt non luxu.contra na.colla.6.&.ſ.de ſta. mo.c.vlt.§.1.
tunc nihil debet remitti. Et licet iſta diſtinctio ſit probabilis :
14 tamen opinio ſpec. ſatis poteſt ſuſtineri de iure. † Aut extra
hos caſus locator expellit cõductorem, & tunc poteſt condu-
ctor ſibi reſiſtere violenter,argu.C. vnde vi.l.1.ſ.de homici.c.
ſignificaſti.2.in fi. Et hoc tenent Accur.Pe.de Bellapet.& Cy.
in l.alleg.ædem.& eo expulſo poterit agere ad intereſſe. vt not.
Hoſt.in verſi.allegato nunc videamus. Et hæc vera in locatore
15 expellente conductorẽ. † Conductor vero licet in caſibus poſ-
ſit domũ exire ante tempus in locatione expreſſum, ſi tñ ſine
probabili cauſa exeat & dimittat ipſam, tenetur ad intereſſe.ff.
eo.l.habitatores.§.verum. & l.domus.§. qui contra legem.
¶Si quæris vbi locator domus te conductorem expulit cauſa
eam reficiendi, nunquid poſtea ea refecta poterit te compel-
lere te habitare eandem, vel pro futuro tempore ſoluere pen-
16 ſionem, diſtingue. † Aut ante tempus refectionis finitũ aliam
habitationem non conduxiſti, & tunc poterit te compellere
vel inhabitare vel penſionem ſoluere.ff.eo.l.habitatores. in fi.
& l.quod ſi domus. Aut ante tempus refectionis finitum ha-
bitationem aliam conduxiſti : & tunc aut locator primus in ſe
paratus eſt ſuſcipere periculum ſecundæ cõductionis, & tunc
poterit te compellere domum a qua te expulit inhabitare, vel
pro futuro tempore ſoluere penſionem : Aut non eſt paratus
ſuſcipere periculum ſecundæ cõductionis in ſe, & tunc ſecus,
vt.ff.eod.l.ſi in lege.§.colonus. & dicta.l.habitatores. & l.quod
17 ſi domus. † Sic econtra ſi locator te expulit a domo vt eam
reficiat, poteſt eum cõpellere vt permittat te inhabitare poſt
refectionem, ar. inſtitu. de excuſa. tu.§. item quæ reipublicæ.
ver. quòd ſi reuerſi.

¶ Si quæris vtrum ſi impeditus es vti habitatione quam con-
duxiſti, & migras ſiue recedis, annquid pro futuro tēpore te-
18 neris ad penſionem, diſtingue. † Aut pro futuro tēpe eſt locata
vel locari potuit alteri: aut non. Si ſic, tu nō teneris ad penſio-
19 nem: nam eo caſu locator nō remanet in damno. Si non † tunc
teneris. vt. j. eod. ſed addes. §. cum quidam. &. §. fin. & eodem
modo potes diſtinguere in ſcriptore operas ſuas locante.
¶ Si quæris quo tempore debeat fieri ſolutio debitę pēſionis;
Diſtingue vt dixi. ſ. de re iudi. c. ſicut nobis.

1 *Eccleſia dat in emphyteuſim rem ruinoſam. & 3.*
2 *Eccleſia conſtans dat in emphyteuſim rem ſuam ad vitam ſuſci-
pientis & duorum ſucceſſorum.*
4 *Emphyteuſis ſub qua penſione danda.*
5 *Modicum non curatur.*
7 *Emphyteuta & domini pactum ſeruandum.*
8 *Emphyteuta meliorationes donat.*
9 *Emphyteuta meliorationes pignorat.*
10 *Emphyteuta meliorationes locat.*
11 *Emphyteuta meliorationes in dotem dat.*
12 *Emphyteuta meliorationes legat.*
13 *Emphyteuta meliorationes non permutat.*
14 *Emphyteuta meliorationes in feudum non dat.*
15 *Emphyteuta meliorationes non vendit.*
16 *Emphyteuſis eccleſiæ obuenta intra annum vendenda de conſue-
tudine.*
17 *Inquilinus ceſſans biennio penſionem ſoluere, expellendus.*
18 *Emphyteuta priuati ceſſans triennio a canonis ſolutione, expel-
lendus.*
19 *Emphyteuta eccleſiæ ceſſans biennio a canonis ſolutione, expel-
lendus.*
20 *Emphyteuta ob non ſolutum canonem expellendus, non obſtan-
te pacto ſuper hoc inito.*
21 *Emphyteuta an domini authoritate expellendus. & 21.*
22 *Canonem recipiens dominus iuri expellendi emphyteutam, re-
nunciat.*

POtuit. ¶ Si quęris vtrum eccleſia rem ſuam in
emphyteuſim perpetuā dare poſſit, &
pro qua penſione: nam de priuato indubitatum eſt
quod poteſt & in perpetuum cōcedere & quælibet
pacta apponere, vt. C. de iure emphy. l. 1. diſtingue. Aut quæ-
ris vtrum poſſit dare rem ſuam: aut pro qua penſione pōt da-
1 re. In primo caſu refert. † Aut res eccleſiaſtica quæ dat in em-
phyteuſim eſt ruinoſa, & tūc poteſt dari perpetuo in emphy-
teuſim. i. quādiu ſoluatur penſio, vt in auth. de alie. & emphyt.
§. ſi vero quidam. quæ eſt. C. de ſacroſan. eccl. in authen. ſi quas
2 ruinas. &. 10. q. 2. §. ſi quas vero ruinas. Aut non eſt ruinoſa † &
tunc aut quæris de rebus eccleſiæ Conſtantinopolitanę, & ec-
cleſiarum ſibi ſubiectarū, & tunc non poſſunt dari niſi vſq; ad
vitam ſuſcipientis & duorum ſucceſſorum: & ſic vſq; ad ter-
tiam generationem: nec valet pactum de renouatione contra-
ctus factum, in authen. de alie. & emphy. §. emphyteuſis. &. §.
3 dudum. colla. 9. † Aut quæritur de alijs eccleſijs, ſeu de rebus
aliarum eccleſiarū, & tunc poſſunt dari perpetuo quandiu ſol-
uatur penſio, & valet pactum de renouatione contractus, vt in
auth. de alie. & emphyt. §. licentia. 10. q. 2. hoc ius porrectū. &
§. perpetua. Ita diſtinguit G. in Spec. rubrica de iure emphyt.
§. nunc aliqua. verſic. vt autem circa. Et Cyn. in auth. alleg. ſi
quas ruinas. Et hæc vera ſunt cū expedit eccleſiæ rem in em-
phyteuſim dare: ſecus ſi non expediat, tunc enim locū habet
c. apoſtolicos. 12. q. 2. & ex rei qualitate perpenditur vtrū expe
diat vel non, vt ſi res per diligētiam alicuius redacta ſit ad cul-
turam. ſ. de reb. eccle. non alie. ad aures. vel quia res deterior fa
cta eſt propter cladem, vt in prædicta auth. perpetua: vel quia
ruinoſa eſt, vt in prædicta auth. ſi quas ruinas. vel quia adeo eſt
inutilis vt nullos prorſus reddat reditus, vt in auth. de alie. &
emphyt. circa prin. verſi. ſi vero non habent. vel quia licet prę-
tioſa ſit nullos tñ vel paucos reddit reditus, vt in auth. de non
alie. aut permu. reb. eccle. §. quia vero Leonis. verſi. ſi vero ali-
cuius eccleſiaſtici. Aut quia licet prætioſa ſit, & magnos red-
dit reditus, tñ penſio pro ea conſtituitur ſecundum determina
tionem prædicti. §. quia vero Leonis. & prædicti auth. perpe-
tua. Item etiam hoc ex qualitate perpenditur penſionis, nam
ſi res in emphyteuſim data bona & pretioſa ſit & magnos re-
ditus reddit annuatim. Item ſi eiuſdem bonitatis exiſtat cu-
ius erat quando prius eam eccleſia acquiſiuit, nō debet dari in
emphyteuſim, niſi tanta ſumma cōſtituatur eccleſiæ pro an-
nua penſione, quantam faciunt reditus quos percipiebat eccle
ſia tempore contractus emphyteutici, facta tñ diminutione
ipſorum redituū ſolummodo infra ſextam, id eſt, quod ſi re-
ditus valeant annuatim. 12. libras conſtituantur x. libræ ad mi-
nus pro annua penſione, vt in prędicta auth. perpetua. &. §. alle.
quia vero Leonis. & eadem penſio conſtituitur ſi res facta ſit
melior poſtquam ipſam eccleſia acquiſiuit, ne ſua diligentia ſit
ei damnoſa. C. de allu. l. vlti. Idem eſt & ſi parū deteriorata ſit,
nam ꝓpter modicum damnū a iure non receditur. ff. de in in-
tegr. reſtit. ſcio. & hic. &. ſ. de reb. eccle. non alie. cap. pen. Sed ſi
non conſtat cuius bonitatis erat res cum ad eccleſiam perue-
nit, tunc attenditur quod res bona ſit, & quod bonos reditus
reddit tēpe quo in emphyteuſim datur, vt nō expediat eam da-
ri cum minori diminutione ſextæ partis, vt iſta notat Spec. in
§. allega. & iſta tangunt ſecundum caſum de quo hic ſequitur.
4 ¶ † Si quæris in ſecundo caſu principali, ſcilicet, ſub qua pen-
ſione poſſit dare, diſtingue. Aut eccleſia dat rem ſuam in em-
phyteuſim propter vrgentiam ęris alieni, & tunc datur pro illa
penſione quę poteſt haberi, vt in auth. alleg. hoc ius porrectū.
Aut vult dare in emphyteuſim, quia expedit ſibi, & tunc aut
eſt res fructuoſa quā vult dare in emphyteuſim: aut non. Si
non eſt res fructuoſa, tunc aut eſt res non prætioſa, vt ager qui
abundat malis herbis, & tunc datur ſub illa penſione quæ pōt
haberi, vt in auth. de alie. & emphyt. §. 1. Aut eſt res prætioſa
vt turris, & tunc dic vt dicit Accur. in auth. allega. ſi quas rui-
nas. Aut quæritur de alia quam Hieroſolymitana, & tunc da-
tur ſub penſione quę collecta per xx. annos æſtimationem rei
faciat vt in. §. alleg. quia vero Leonis. Aut quæritur de eccleſia
Hieroſolymitana, & tunc ſub penſione dabitur, quæ collecta
per quinquaginta annos faciat rei æſtimationem: & ſic intel-
ligitur in auth. de alie. & emphyt. §. ſanctiſſimas: colla. 9. Si eſt
res fructuoſa quam vult dare in emphyteuſim, tunc aut quę-
ritur de prædijs eccleſiæ Conſtantinopolitanæ propinquis, &
tunc nō poteſt dari niſi pro tanta penſione quāta quolibet an-
no poteſt inde percipi, vt in auth. de alie. & emphyt. §. 2. Aut
quæritur de prędijs non propinquis, & tunc aut ſunt in eodem
ſtatu quo peruenerunt ad eam, & tunc dabuntur pro penſione
tanta quæ poteſt haberi diminuta ſexta parte, vt in. §. quia ve-
ro Leonis. Aut non ſunt in eodem ſtatu, & tunc aut ſunt aug-
5 mentata, & tunc idem: aut diminuta † & tunc aut modicè, &
non eſt curandum: aut multum & tunc pro penſione quæ ta-
xabitur ſi ſtatim vult ſoluere dabitur pro tertia parte penſio-
nis quæ nunc poteſt haberi. Si non ſtatim, tunc dic vt in textu
6 illius auth. ſi quas ruinas. † Aut ſunt diminuta poſtquā perue-
nerunt ad eccleſiam, tñ adhuc penſio bona eſt, & tunc daben-
tur pro illa penſione quæ nunc poteſt haberi, vt in auth. alleg.
perpetua. ita diſtinguit Cyn. in auth. alleg. ſi quas ruinas.
¶ Meliorationes, acceſſiones, & augmēta debent eſſe emphy
teutæ non dñi, vt hic, &. C. de iure emphyteu. l. vlt. ſecundum
Spec. hoc titu. §. fi. verſi. 13 ſ. Et ideo ſi quęris vtrum emphy-
teuta poſſit meliorationes, acceſſiones, & augmenta impunè
7 ſine voluntate Domini in aliū transferre, diſtingue. † Aut in-
ter dominum & emphyteuſim eſt actum ſeu cōuentum ali-
quid ſuper hoc, & illud ſeruari debebit, ſiue ſit pro domino
ſiue contra eum, vt. C. de iure emphyt. l. vlt. in princ. Conuen-
tiones enim licitę ſunt ſeruandæ. ſ. de pac. cap. 1. & ca. qualiter.
. ff. de pactis. l. iuriſgentium. §. ait prætor. vt not. Hoſt. in ſum-
ma eod. titu. §. quid ſit de natura. verſic. quid ſi pactus. Aut ni-
8 hil ſuper hoc eſt actum ſeu conuentum, & tunc † aut quæris
nunquid poſſit eas trāſferre titulo donationis, & dic quod ſic,
argum. C. de prędi. curialium. l. vlt. lib. x. de fondis patrimo. l. 1.
lib. 11. & inſtitu. locati. § adeo. ſecundum Innoc. & Hoſt. hic.
& Accur. C. de iure emphyteu. l. fin. Et G. in Spec. Rubrica de
loca. & conduct. alias eſt ſub Rubrica de iure emphyt. §. nunc
aliqua. verſic. 107. licet aliqui in hoc contra, argum. in lib. feu.
de prohib. feu. ali. per Federi. cap imperialem. colla. x. de dona.
9 inter virum & vxo. cap. nuper. & malè. † Aut quæris nunquid
poſſit pignori obligare, & dic quod ſic, vt. ff. de pigno. l. lex ve-
ctiga. & de pign. actio. l. tutor. §. vlti. de lega. 1. l. ſi domus. §. fin.
ſecundum Innoc. & Hoſtien. hic, & Accur. in d. l. fin. & Spec.
10 in. §. allega. verſic. 22. † Aut nunquid poſſit locare, & dic quod
ſic quia tunc nec dominium nec poſſeſſionem transfert. ff. eo.
titu. l. non ſolet. C. de præſcrip. triginta vel quadraginta ann. l.
11 malè agitur. & hoc tenet Spec. in. §. alleg. verſ. 123. † Aut nun-
quid poſſit in dotem vel donationem propter nuptias dare, &
dic quod ſic, in auth. de non alie. aut permu. re. eccl. §. emphy-
teuſim autem. ita tñ quod eodem iure ſit apud eum vel eam
in quem

in quem ſeu in quam transfertur, quo erat apud emphyteutá
12 argumen.c.alleg.nuper.& c.imperialem.§.habito. †Aut nun-
quid poſsit legare etiam alicui extraneo, & dic quòd ſic, vt. ff.
de verb.ſign.l.in conuentionibus. Cum legatum nihil aliud ſit
quam donatio à teſtatore relicta vt ff.de leg.2.l.legatum.inſti.
13 de leg.circa princ.& notat Spec.in §.alle.112.† Aut quæris nú-
quid poſsit permutare, & dic quod non, nam permutatio eſt
vicina emptioni.ff.de rerum permu.l.2.ex quibus cauſis ĩ poſ-
ſeſsio.eatur.l.fi.immo eſt ſpecies emptionis, vt ff.de ędil.edic.
l.ſciendum.§.deinde.Et hoc tenet Specu.ibi.in verſi.121.Aut
in emphyteuſim dare, & dic quod non, quia emphyteuta ꝓ-
hibitus eſt alienare vt hic, & C.de iure emphyteu.l.fi. & appel
latione alienationis datio in emphyteuſim continetur.ꝭ.de re
bus eccle.non alie.nulli.C.de rebus ali.non ali.l.fi.& nota. Spe
cu.in verſi.125.Et in hoc concordat Accur.C.de iure emphy
14 teu.l.fi.†Aut nunquid poſsit in feudum alij dare, & dic quod
non, argumen. C.de prædi.mi.ſine decreto non alie.l.fi. & no.
15 Spec.ibi in verſic.29.†Aut nunquid poſsit vendere, ſeu titulo
venditionis transferre, & dic quod non ſine pœna huius cap.
niſi interueniant illa ſex de quibus hic, & in d.l.fin.ſ. Primum,
quod ante quam vendat ipſas meliorationes, dominum requi
rat de emendo. Secundum, quod denuntiet, ipſi domino ſquan
tum ſibi ab alijs offertur. Tertium, quod denuntiet, quan-
tum re vera ſibi offertur ſm Hoſt.licet ſatis poſsit contineri,
ſub caſu præcedenti. Quartum, quod a denuntiationis tempo
re duorum menſium ſpatium ſit elapſum. Quintum, quod vẽ
dat ius ſibi competens. Sextum quod vendat illis qui ab huiuſ
modi emptione minime prohibentur, vt ſunt illæ perſonę, q̃
prohibẽtur pacto quod interuenit inter dominum & emphy
teutam ſm Inno.& etiam ſerui eccleſiæ capitanei, & omnes
perſonæ maiores qui non ſunt idonei facilitate conueniendi,
vnde poſſet dñs præiudicium pati.ff.qui ſatiſd.cog.l.2.ſup ver
bo prohibentur. Et dicit Hoſt.hic, quod ſm hoc quaſi quili-
bet laicus prohibetur in emphyteuſi eccleſiaſtica, vt ſicut do
mini legum per gloſſas ſuas excipiunt eccleſias in emphyteu-
ſi ſecularium, ſic & nos excludamus laicos per gloſſas noſtras,
argum.2.q.7.ſicuit ſacerdotes.& c.laici.ĵ.de immu. eccle. non
minus.& c.aduerſus. Intellige tamen perſonam prohibitam,
omnem illam quæ eſſet multo durior iſta quæ alienat, & cum
qua eccleſia contraxit, ſiue ſecularem ſiue eccleſiaſticam ſm
eum. Et idem Ioan.And. qui etiam dicit quod ſi legat vel do-
nat emphyteuta ius ſuum eccleſię, valet quo ad hoc quod ęſti
mationem recipiet, pro quo.ff.de le.3.l.fideicommiſſa.§.ſi ſer
uo.†Et de conſuetudine ſeruatur quod eccleſia vendere tene
16 tur infra annum ſm Petr.de quo in Specu.in d.§.nunc aliqua.
ver.97.& Hoſt. etiam hic & in ſumma eod.tit.§.quid ſit. in fi.
ver.quid ſi dedi.quod ſi emphyteuta dederit alij emphy.& il-
le tertius vult vendere quòd conſenſum primi domini debet
requirere, quia lex dicit dñm requirendum, vt hic.& C.de iu-
re emphyteu.l.vlti.& quia ille in poſſeſsionem ponere debet
vt ff.de relig.& ſump.fu.l.2.§.j.ad Syl.l.j.§.j.C.depoliti.ꝭin au-
then.ſed iam tantum. Idem tenet Spec.in §.alleg. nunc aliqua.
ver. 226.& Io.An.hic.

Super eodem. c. in §. emphyteut.

¶ Si quæris quanto tempore debet creditor, vel emphyteuta
ceſſare in ſolutione canonis ſeu penſionis, antequã poſsit, ex-
17 pelli, diſtingue. †Aut quæris de conductore puta colono, vel
inquilino, & talis per biennium ceſſando expellitur, vt ff.eod.
18 tit.l.quæro.§.inter locatorem. †Aut de emphyteuta, & tunc,
aut eſt emphyteuta priuati, & tunc requiritur triennium an-
19 tequam expellatur. vt C.de iure emphyteu.l.2. † Aut eſt em-
phyteuta eccleſiæ, & tunc per biennium expelli poteſt vt hic
& in authenti.de alie.& emphyteu.§.2.colla.9.C.de ſacroſan.
eccle.in authen.qui rem.& 10.q̃ne.2.hoc ius.§.qui rem. vbi
de hoc, & ꝭ.de dilatio.literę.& ĵ.de relig.do.conſtitutus. Aut
eſt emphyteuta fiſci, & in tali dicit Accur.ſub.forte tamen idẽ
quod in emphyteuta eccleſiæ.ff.de publ.& vec.& con.l.cotẽ,
§.non ſolutis. ſm Inno.& Hoſt.in c.alle.literæ, dicunt quod
ſtatim quod ceſſatum eſt in ſolutione poteſt expelli per §.alle.
non ſolutis. Idem tenet Spec.eodem tit.alias eſt ſub titu.de iu
re emphyteu.§.nunc aliqua.circa princip.verſic.4. verſi.in re
autem fiſci.niſi eſſet res fiſci in perpetuum locata, tunc enim,
non reuocaretur ſine principis authoritate, vt in l.allega.cotẽ.
20 §.agri.ſm eum.quod verius videtur. †Et vtrum ſi eccleſia ita
paciſcatur cum emphyteuta ſi non ſolueris infra annum, ſol-
uas pœnam rato manente contractu, ſoluta pœna poterit em-
phyteuta rem retinere, licet ceſſet per biennium ſoluere pen
ſionem. Bar.Brix.in quæſtione venereali quę incipit eſto quod
eccleſia ita paciſcatur.dicit quod non, quia hoc pactum intro
ductum eſt in fauorem domini, ergo.&c.C. de legib.l.quod
fauore.ff.de legibus.l.nulla. Item emphyteuta delinquit, in l.
contractus.ergo &c.ff.de mi.l.auxilium. ĵ.de vſur. quia fru-
ſtra. immo videtur quod eccleſia poteſt eum expellere nulla,
pœnæ promiſsione obſtante. C.de iure emphyteu.l.2. Et in
hoc concordat Hug.

¶ In glo.ſed nunquid. Si quæris vtrum dominus authoritate,
propria poteſt expellere emphyteutam ſi canonem debito,
21 tempore non perſoluat. †Ber.& Innoc.dicunt hic quod ſic, li-
cet tutius & melius faciat, ſi authoritate iudicis hoc faciat, ꝑ
l.2.C.de iure emphy.& per iſtud.cap.& 10.q.2. hoc ius.§.qui
rem. Idem Accur.in d.l.2.& G.de Monte laud.extra de re iud.
cap.paſtoralis.l.per verbo ex natura feudorum.in cle. Et hoc
ſimpliciter tenuerunt Bul.& Azo.ſ.quod propria authoritate
poſsit eum expellere per iura allegata. Sed Hoſt. in ſumma eo
dem titu.§.quid ſit.circa princip.dicit quod verius videt quod
non propria authoritate, ſed per iudicem expellatur, vt hic,
quando dicit, niſi celeri reſtitutione &c.Spe.vero tit.iſto alias
eſt ſub titu.de iure emphy.§.nunc aliqua.verſi.48. probabili-
ter ſic diſtinguit. Aut ceſſat in ſolutione canonis per contuma
ciam, ſeu alias quam propter paupertatem, aut ceſſat in ſolu-
tione propter paupertatem, in primo caſu refert. Aut certum
eſt emphyteutam ius ſuum amiſiſſe, & domino poſſeſsionẽ,
interuertiſſe, & tunc bene poterit dominus propria authori-
tate eum expellere, & ſic poteſt intelligi opinio primorum.
Aut emphyteuta negat rem emphyteuticam eſſe, vel aſſerit,
in ſolutione canonis ceſſatum non fuiſſe, vel aliquod ius in re
ſibi competere, & de hoc ſe paratum aſſeri de iuſtitia reſpon-
dere, & tunc quia per negationem res efficitur dubia, domi-
nus non poterit ſibi ius dicere expellendo, præſertim ſi copiã
iudicis habeat, argum.ff.ad exhibendum.l.3.§.ibidem. C.vn-
de vi.l.non ab re.ibi ſine cauſa legibus cognita &c.& de decu-
rionibus.l.generali.li.10.ſm eum. Et ita poſſet intelligi opinio
Ho. Et hoc intellige verum ſi dominus poſt ceſſationem hu-
iuſmodi, & moram commiſſam non receperit penſionem, ſi
vero receperit tunc, aut dominus eſt priuatus, aut eſt eccleſia.
Si priuatus, tunc aut hoc facit ſciens rem cecidiſſe in commiſ
22 ſum, †& tunc recipiendo penſionem renuntiat iuri ſuo, arg.ff.
de leg.commiſſ.l.poſt diem.& l.præceden.& not.Ber.hic. Aut
facit hoc ignorans, & tunc talis receptio ſibi non præiudicat,
vt de inoſ.teſta.l.mater decedens.de peti.hæred.l.legitima. 3.
q.9.indicas.C.de inoſſi.teſta.l.ſi quando.& de furtis.l.fi.vt no
tat Spec.in §. alleg.nunc aliqua.verſic.24. Si eſt eccleſia, tũc aut
hoc facit ignorans, & tunc dic idem quod in priuato, aut ſciẽs
& tunc dic vt not.Ber. hic in glo.& Spec.in §.alleg.ver.26.vbi
23 ponit totam iſtam gloſſam.& in verſic.21.& 23.& 24.& 27.
†In ſecundo caſu, ſ.quando ceſſat in ſolutione canonis ꝓpter
paupertatem, tunc excuſatur ſoluendo partem canonis quam
ſoluere poteſt, arg.ff.de colla.bo.l.j.§.ſi cum duobus. ꝭ.de re-
ſti.ſpol.c.olim nobis.ĵ.de ſolu.c.penult.vt notat Spec. in §.al-
leg.ver.29. Et decem & nouem caſus in quibus quis dicit ſibi
ius, vide in Specul.titulo.de actore.§.j. verſiculo item, quòd
vult.circa.12.col.

¶ De rerum permutatione. Rubrica.

1 *Permutare rem ſuam, cum principe, an eccleſia cogenda.*
& 3.
2 *Eccleſia titulum priuilegiata.*
4 *Permutatio rei eccleſiaſtica cum ſolennitate facienda.*

SI Principes. Si quæris vtrum eccleſia in
uita poſsit cogi rem ſuã im
1 mobilem cum principe permutare. † Tancr.Petr.
& Ber.dicunt hic in gloſſ.1. quod non per iſtum
textum, qui dicit de communi voluntate. &c. Et
quod talis permutatio debet fieri vbi eccleſiæ vtilitas procu-
ratur, alias non debet fieri, vt ĵ.eodem ſicut.vt no.Bert.hic, in
glo.puta quia. Et huic opinioni adhæret Archi.10.q.2.hoc ius
porrectum.§.item prædium.verſic.ſed & permutare, ſed Lau
ren.ibi diſtinguit. Aut reſpublica hoc expoſcit, & ſine damno
ipſius eccleſiæ, & tunc cogi poteſt. Aut reſpublica hoc nõ ex-
poſcit, vel forte expoſcit, ſed hoc fieret cum damno eccleſiæ,
& tunc non poteſt cogi ſm eum. Idem videtur tenere Hoſt.
exponens textum hic ſi cauſa rationabilis &c.i.ſi quod expe-
dit principi euidens ſit, dummodo eccleſia non damnificetur,
hoc enim priuilegium eſt principis, & ſufficere debet eccleſię,
quan-

2 q; tantundem habeat aliunde.†Et cum eccleſia ſit in infinitis, priuilegiata per principes, vt ſupra de rebus eccleſi. non alie.cũ laicis. non video dicit ipſe quare tam amara interpretatio fiat ſicut fit in d.glo.puta quia contra hunc textum, & naturalem rationem eſt acceptata ſicut dicit lex.ff.de donat. inter virum & vxo.l.ſi id quod donatum.§.ſi quas ſerui operas. Vnde eccleſia hic neceſſe habuit cum principe permutare, licet ſibi nõ expediat cum priuilegium principis hoc requireret, & ſi noluiſſet conſentire per ſuperiorem cogi poſſet.j.de iure patr.c.nullus.ſecundum eum, ego credo opi.Ber.hic in j.gl.& ſequa-
3 cium veriorem.†Vnde aut quæris nunquid eccleſia poſsit cogi per principem, ſeu alium ſecularem rem ſuam permutare, & credo quod non, quantumcunq; vtilitas principis vel publica hoc expoſcit vt hic, quãdo dicit de voluntate cõmuni, &c. nam nullam poteſtatem poteſt habere in eccleſiam ſeu res eccleſiæ. 96.diſt.bene quidem.ſ.de conſti.c.quæ in eccleſiarum, & c.eccleſia S.Mariæ.& in c.alleg.cum laicis.& quia par in parem &c.ſupra.de elect.innotuit.§.quamuis.Aut nunquid poſſit cogi ex cauſa per principem eccleſiaſticum, puta Papam, & tunc ſic, vt in c.alle.nullus.Et iſtam coactionem faciat nedum ſi vtilitas eccleſiæ id expoſcat, vt dicit Ber.in glo.puta quia.ſed etiam ſi euidens vtilitas principis hoc expoſcat, & eccleſia nõ damnificatur, & in hoc erit priuilegiatus princeps. Si vero in hoc eccleſia non multum lęderetur non debet eam cogere. vt
4 12.q.2.non liceat Papæ.†Et nota ſecundum Hoſt.quod in iſta permutatione debet interuenire pragmatica ſanctio vt hic, & etiam reliquæ iuris ſolennitates, de quibus ſatis notatur. j. de rebus eccle.non alienan.c.j.lib.6. Sed hoc Hoſt.non putat, qđ in hac permutatione ſint omnes ſolennitates huiuſmodi obſeruandæ, alias princeps cui intendit dare priuilegium durioris cõditionis eſſet quam alius, ſed certe in quo durioris non video, ſatis ſit ergo ſibi quod priuilegiatus ſit in contractu faciendo etiam ſi non expediat eccleſiæ ex quo eſt ſine damno. Et hoc teneas ſm Io.And.

1 *Dedicatum eccleſiæ ad vſus humanos redit.*
2 *Conſecratum iniuſtè ad vſus humanos redit & 4.*
3 *Conſecratum ad laicos non transferendum.*

VAncipia Si quæris vtrum ſemel Deo dedicatum poſsit ad humanos.i.ſeculares
1 vſus transferri, diſtingue.† Aut quęris de eo quod eſt ſolummodo dedicatum, vt donatum eccleſiæ, venditum, vel legatum, vel alio titulo habili collatum, non tamen conſecratum, aut de eo quod nedum eſt dedicatum, ſed etiam conſecratum. In primo caſu poteſt ad ſeculares vſus tráſferri, dummodo interueniat ſolennitas quæ in alienatione rei eccleſiaſticæ requiritur, de qua ſ. de reb.eccle.non alienan.per totũ
2 eodem tit.c.j.& 2.li.6.& 12.q.2.ſine exceptione.† In ſecundo caſu refert, aut eſt iniuſtè conſecratum, & tunc poteſt ad ſeculares vſus transferri, vt 64.diſtinct.c.ex antiquis.& j.de teſta. cap.filius. Aut eſt iuſtè conſecratum, & tunc aut quæris nunquid poſsit tráſferri ad ſeculares vſus authoritate Papæ, & dic ſic, vt 12.q.2.eccleſiaſticis.quia omnia poſsibilia poteſt. vt 9. q.3.cuncta per mundum.& legitur & notat.ſupra de conceſ.
3 præben.propoſuit.† Aut authoritate alterius, & tunc aut quæris de ſeruis fugitiuis, & tales poſſunt.quod dic vt le.& not.j. c.proximo. Aut de alijs rebus, & tunc non poſſunt vt hic, & in iuribus hic alle.per Ber.in glo.a.ſaluo priuilegio principis, de quo ſupra eodem.c.1.ſecundum Hoſt.ex cuius gl. hic quæ incipit; alias conſecratum poteſt ſumi iſta diſtinctio a verſic. aut eſt iniuſtè vſque hic.ſed de iſto priuilegio principis dic, vt
4 ibi dixi.†Item primum membrum de eo quod eſt iniuſtè cõſecratum locum habet & veritatem cõtinet in re animata cõſecrata vt ſeruo alieno conſecrato. Et eſt rõ, quia ſeruus eſt doli capax & delinquit permittendo ſe ordinari ſine domini voluntate, ſecus in re inanimata, vt calice & ſimilibus, nam talis res ſemel conſecrata non debet amodo ad prophanos vſus redigi, vt 12.q.2.aurum.& de conſecr.diſt.1.ligna.& leg. & not. 14.q.6.c.comperimus.

1 *Permutationem non præcedat pactum.*
2 *Permutationis tractatus cum ſuperiore licitus.*
3 *Permutationis tractatus inter partes illicitus.*
4 *Prælati inferiores permutationibus authoritatem non præſtant.*

QVæſitum. Si quæris vtrum in & ſuper ſpiritualibus compoſitio, vel tranſactio poſsit interuenire, dic vt le.& no.per Ber.& Hoſti. & vt ſcripſi.ſupra de traſactio.ſuper eo. Sed ſi quæris vtrum tractatus poſsit actum permutationis beneficiorum præcedere,
1 diſtingue.† Aut quæris de tractatu qui tranſit in conuentionẽ vel pactum, & non poteſt, et in c.alleg.ſuper eo.cum ibi nota. licet G.de monte lauduno videatur contrarium innuere. extra de reſcrip. c.gratię.glo.fi.in clemen.vbi dicit quod mercationes quæ fiunt cum ſuperiore ſunt licitę & permiſſæ, quod intelligo dummodo non tranſeant in conuentionem vel pactum. Aut de tractatu qui non tranſit in cõuentionem, vel pa
2 ctũ.† Et tunc aut q̃ris nunquid pmutantes, ſeu alter eorũ poſſint ſeu poſsit tractare cum ſuperiore cuius authoritate pmutatio fieri debet, dicendo, cum ego non poſsim in mea eccleſia ſecurè morari, vel ibi pficere propter diuerſitatem linguę, vel alia iuſta de cauſa, ſupplico vt de mea præbenda, vel eccleſia alijs prouideatis, & mihi prouideatis de alia, vel dicẽdo tali melius competeret eccleſia mea & mihi ſua, & dic quod ſic. argumen.ſupra de præb.inter cætera.melius in eo quod leg.& no.j.de cleri.excommu.mi.propoſuit ſecundum Inno.Hoſt. & Io.And.hic.& G.de monte lauduno in d.c.gratiæ.† Aut nũ
3 quid permutare volentes poſſint inter ſe tractare, & tunc dicit Inno.& Hoſt.hic quod non poſſunt. Idem no.G.j.eodem ca. vnico.lib.6.Et G.de monte lauduno in c.allegat.gratiæ.Sed in hoc vltimo de facto contrarium ſeruatur. Et hoc videtur approbare glo.G.ſuper ſum.Ray.titu.de ſimonia.§.excipiẽtem. dicens quod partes poſſunt ſine peccato voluntates ſuas ſibi invicem intimare, ſed primum tutius ſecudum eum. Goffr.& dicit quod tractatus bene poteſt interuenire inter eos, dummodo actus permutationis, per ſuperiorem expediatur. Et ſic interpretatur conſuetudo curię, vt hoc dicit textus. eodem cum vniuerſorum.§.cum igitur.vbi dicit quod per ſe nõ poſſunt beneficia eccleſiaſtica permutare non enim prohibet tractatum ſecundum Goffre.& Io.And.ibi.Et de hoc no. frater In ſumma.confeſ.tit.de ſimonia.q.6.
4 †¶ Et nota quòd epiſcoporum eſt permutare, vel permutationibus authoritatem præſtare, & nõ inferiorum, licet ad ipſos inferiores ſpectet collatio, quamuis tunc conſenſus illorum ſit requirendus, arg. ſ.de offi.archid.ad hæc.de offi.dele. ſuper eo.in fi.de his, quæ fiunt a præla.c.vlti.& j.c.licet ſumpto argumento à contrario ſenſu.lib.6.quod dic vt notat Hoſt.in ſumma.eo.tit.§.quid poteſt verſic.nunquid ſufficit & Hoſt.& Io. And.hic.& Archid.58.diſt.c.j.glo.fi.& in d.c.licet. Et Io.An.& Gen.extra c.c.vnico.in clem. Et vtrum capitulum vacante ſede epiſcopali poſsit huiuſmodi permutationibus authoritatẽ præſtare, vide ibi per eos.

1 *Puniendus an æqualiter ſponte confitens, ſicut conuictus.*

CVm olim. Hic habes quod eodem modo, punitur ſponte confitens, ſicut
1 & conuictus.† ſed contrarium le.& no.15.q.8.ſi qs presbyter.14.q.4.nec hoc.12.q.j.non dicatis.& ſ.de elec.c.innotuit.§.multa. Sed hoc quod hic dicitur forte fit propter connexitatem, alias ſecus. vt nota.G.Naſo.& Arch.1.q.7. ſi quis omnem.ſuper verbo deponatur.

1 *Permutantur ſpirituales pro ſpiritualibus.*
2 *Permutatur beneficium cum beneficio.*
3 *Permutari non poteſt beneficium cum non beneficio.*
4 *Permutari non poteſt ius ad beneficium.*
5 *Permutatio beneficiorum ſuperioris authoritate firmatur.*

EXhibita Ad declarationem gloſſæ quæ incipit, ergo temporalia &c. Si quæris, vtrum ſpiritualia cum ſpiritualibus poſsint permutari, diſtingue.† Aut quæris nunquid quo ad proprie
1 tatem poſsint invicem permutari, & dic, q; ſic, ſiue ſint eiuſdẽ generis, vt quia ſunt duæ decimæ, de quarum permutatione tractatur vel duo beneficia, vt ſ.eod. ad quæſtiones. cum ibi nota. ſiue diuerſorum generum, vt quia ab vna parte eſt decima & ab alia beneficium eccleſiaſticum, vt ſ.eodem. ad quæſtiones.& hic in ver.quocirca a cõtrario ſenſu, qđ dicit quod permutatio de ſpiritualibus ad temporalia improbatur, per quod videtur concedere tacitè quod de ſpiritualibus ad ſpiritualia licet diuerſorum generum fieri poſsit, quia quod de vno denegatur &c.ſ.de præſumptio.nonne. Vnde hic permutatio decimationum ad decem millia ſalium regalium tenuiſſet, licet eſſent diuerſorum generum, ſi illa decem millia ſalium regaliũ fuiſſent res ſpirituales. Aut quæris nunquid poſsint permuta-

ri non

2 rinon quo ad proprietatem, ſed quo ad beneficia, † & tunc aut ambo ſunt beneficia, & tunc poſſunt inuicem permutari, vt ſ. eodem. per totum. & ȷ̈. eodem. ca. vnico. li. 6. quod intellige, quando ſit permutatio inter illos quorum ſunt beneficia permutanda, quia non procedit permutatio ſi beneficiũ meum tibi renuncio, & tuum nepoti meo, vel amico, nec tunc locus eſſet decretali. ȷ̈. eod. cap. vnico. lib. 6. Item ſimoniacum eſſet, de hoc ſupra. de offi. deleg. c. ex parte. j. glo. 2. & dixi. ſ. de reſcr. ad audientiam. 2. Item ſi alter non habet ius in beneficio, puta quia ſimoniace adeptus ſi permutat cum alio iuſtum titulum habente non poteſt illud ſalua conſcientia retinere, quia primum ſuum non erat, facit. ſ. vt lite penden. eccleſia. j. concor. alleg. ibi in glo. 2. & infra. de vſuris. cum tu. glo. vlti. Alias expediret beneficia per ſimoniam acquiri ſi per illam poſſet ius, in permutatis haberi, & talibus obuiandum eſt. infra. de diuort. quanto. in fi. Nec obſtat. ff. de fur. l. qui vas. §. vlti. quia licet pecunia habita de re furtiua non ſit furtiua, fur tamen ad reſtitutionem illius tenetur. Et ſtilus Romanæ curiæ habet cum Papa confert beneficia permutationis, vel alia cã renuntiata, apponere clauſulam in fine, quod intendit Papa plus iuris conferre prouiſo quam renuntianti competeret. hæc notat Ioann. And. in d. cap. vnico. ſuper verbo ſua. in nouella. Aut neutrum

3 eſt beneficium, & tunc non poſſunt, vt in iuribus alleg. † Aut alterum eſt beneficium, & alterum non, & tunc idem. ſ. quod non poſſunt inuicem permutari, & pro tanto notat Ioan. Andre. ȷ̈. eodem. cap. vnico. ſuper verbo beneficio. li. 6. in nouella quod ſi alterum eſſet beneficium alterum præſtimonia, quæ non haberetur in titulum, vel qui caderet in laicum, non eſſet locus permutationi. Item notant G. de monte Laud. & Gen. extra de præben. cap. per literas. in clem. quod non poteſt fieri permutatio alicuius beneficij ad hoſpitalia, xenodochia, leproſarias, ſeu eleemoſynarias, quia coniugati talia regunt, vt 32. diſt. ſi qui vero. & hoc niſi ſint talia in quibus conſueuerũt poni clerici perpetuo continentes, religoſè viuentes, & eis pro titulo aſsignari. Item notat G. de monte Lau. extra de ſuppl. negli. præla. cap. vnico. ſuper verbo penſiones. in clemen. de pẽſione pro titulo recipiendorum ordinum ſuper patrimonio, vel menſa alicuius prælati ordinata, penſionariò aſsignata, ſci

4 licet quod permutari non poteſt. † Item notat. G. de mon. lau. in extrauaganti Io. 22. quæ incipit ſedes apoſtolica ſuper verbo ius ad rem. quod ius ad rem ſeu ad beneficium competens ex gratia ſedis apoſtolicę, non poſſunt permutari, cum aliquo beneficio, quia tale ius non eſt beneficiũ, nec ſuper ipſo, quaſi pro titulo poterit quis ordines recipere, vt ſ. de reſcrip. in noſtra. & in extrauaganti Io. 22. quæ incipit execrabilis. §. p hoc Hoc idem tenet Ioan. And. infra eodem. c. vnico ſuper verbo ſua in nouella. lib. 6. per illud. cap. & per c. ſi tibi abſenti. de pbẽ. & per capitulum vltimum. de conceſsio. præben. lib. 6. Cum enim beneficium expectanti debitum ſuum eſſe non dicatur etiam ſi vacet ante ipſius acceptationem, & collationem, vt ibi expectantes ambo vel alter permutare non poſſunt per illam literam ſuam. facit. ff. eo. l. j. & de condi. ob cãm. l. vlt. Item hoc caſu ceſſat ratio decre. quæſitum. ſ. eo. quod etiam expectans beneficium ad titulum huiuſmodi non poſsit ordinari,

5 notat Io. And. ȷ̈. de præb. ſi epiſcopus. in nouella. libr. 6. ¶ † Et nota quod in permutatione iurium qualis eſt permutatio beneficiorum, poſtquam interuenit authoritas ſuperioris, ſtatim ius habent permutantes in iuribus permutatis, ſecus in rebus corporalibus permutatis ad hoc. ſ. eodem quæſitum. & C. eo. tit. l. ex placito, vt notant Innoc. ſ. de præben. glo. ſcilicet collatio. veri. poſſet etiam dici. & Hoſt. poſt eum. Idem notant. ȷ̈. de teſta. Raynaldus. ſuper verbo teneret. & Goſ. ȷ̈. eodem cap. vnico. ſuper verbo volentes. li. 6. Idem no. Hoſt. in ſimili. ſ. de his quæ fiunt a prælatis. c. 2.

¶ De feudis. Rubrica.

1 *Feudum temporale in dotem datur.*
2 *Feudum patrimoniale in dotem datur.*
3 *Quod breui manu ad dantem redit alienari non dicitur.*
4 *Feudalis cauſa ſecundum conſuetudinem agitari debet.*
5 *Feud. cauſa poſſ. coram ordinario agitanda.*
6 *Feud. cauſa petit. inter duos vaſallos, mota coram quo agitanda.*
7 *Feud. cauſa petitio inter dominum & vaſallum mota coram quo agitanda.*
8 *Feud. cauſa petitio inter dominum & non vaſallum, coram quo agitanda.*
9 *Feudi cauſa petiti. inter vaſallum & non vaſallum, coram quo agitanda.*
10 *Ducatus cauſa apud regem agitanda.*
11 *Vaſalli coram quo litigaturi.*
12 *Feudum ſine vaſalli conſenſu an alienandum. & 14.*
13 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
15 *Francia conſuetudo circa feudi alienationem.*

1 EX parte. Super glo. j. Si quæris vtrum feudum poſsit dari in dotem, diſtingue. † Aut eſt feudum temporale, & tale poteſt dari in dotem vſque ad mortem vaſalli, & non vltra niſi dominus conſentiret. ȷ̈. de donatio. inter virũ & vxo. c. nuper. & ita intellige iſtam gloſſam Ioan. & Ber. hic.

2 † Aut eſt perpetuum & patrimonium in quo ſuccedit filius & tale poteſt dari in dotem, & etiam poteſt relinqui pro mortuario, vt nota. ſ. de rebus eccleſiæ non alienan. ca. cum laicis. ſm Hoſt. hic. & q feudum poſsit dari in dotem not. Innoc. in c. al leg. nuper. Sed Ber. notat contrarium. ſ. de conſtitu. quæ in eccleſiarum. & eſt textus pro eo in lib. feu. quibus modis feudũ olim alie. poterat. cap. vnico. §. donare. collatio. 10. & not. glo. de prohi. feu. alie. per Federi. c. Imperialem. in princ. collati. 10. & Specu. hoc tit. §. quoniam ſuper homagio. verſic. 38. hoc vi-

3 detur verius. † Niſi in caſu vbi vaſallus ipſum feudum daret, vxori ſuæ, vt ſibimet reacciperet in dotem. quia tunc non videtur ipſum alienaſſe, ſed breui manu ad eum redijſſe, argu. ff. de iure do. l. licet. §. quotiens, quia non videtur verſum. & c. ff. de in rem verſo. l. ſi pro parte. §. verſum. & ita loquitur. cap. nuper allegatum.

¶ Si quæris coram quo iudice, ſeu quibus iudicibus cauſa de-

4 beat agitari & terminari, diſtingue. † Aut apparet de vſu, vel conſuetudine legitimè præſcripta coram quo ſeu quibus debet agitari, & tunc coram illo ſeu illis agitari debet, vt in libr. feud. de cogni. feu. cap. j. in fi. conſuetudo enim dat iuriſdictionem, vt ſupra de foro compet. cum contingat, quod intellige vt notat Hoſt. in ſumma, eodem tit. §. vlti. in fi. verſi. finaliter.

5 † Aut non apparet de vſu vel conſuetudine, & tunc, aut agitur iudicio poſſeſſorio ſeu de iure poſſeſsionis, & tunc ſiue ſit qõ inter dominum & vaſallum, ſiue inter duos vaſallos, ſiue alios non coram domino feudi, ſed coram ordinario vel delegato, erit quæſtio terminanda, vt ſ. de foro compet. ex parte. ſecundum Goff. & Ber. ibi. & Goſ. Ber. & Hoſt. ſupra, de iud. cæterum. & Hoſt. in ſumma, eodem titu. §. vlti. verſic. quid ſi inter duos. Aut agitur iudicio petitorio ſeu de iure proprietatis, & tunc aut eſt controuerſia inter duos vaſallos quolibet aſſerente ſe eſſe vaſallum, nec reuocatur in dubium quoniam res, de qua agitur ſit feudalis, & a quo in feudum teneatur, ſed dubitatur quis ſit vaſallus, aut inter dominum & vaſallum, aut inter dominum & alium qui non eſt vaſallus, aut inter vaſallum, &

6 alium qui non eſt vaſallus. † In primo caſu coram domino debet agitari, vt in lib. feud. de prohi. feu. alie. per Federi. cap. imperialem. §. præterea. ſi inter duos. ſ. de iudic. cæterum. vbi hęc notant Ber. Innoc. & Hoſt. & c. nouit. de foro compet. ex trãſmiſſa. & c. verum. quod verum eſt etiam ſi ſit talis dominus, q alias iuriſdictionem non habeat, vt notat Vinc. in c. alleg. no-

7 uit. intereſt. n. domini hoc diſcutere ſm Goffr. † In ſecundo caſu refert, aut non eſt dubium nec quæſtio ſuper iure, ſeu dominio directo feudi ſpectante ad dominum, ſed ſolum de dominio vtili ſeu alio iure ſpectante ad vaſallum rem feudalem, cognoſcentem, vt quia eſt quæſtio inter dominum & vaſallũ, vtrum vaſallus debeat perdere feudum, vel habere, vel vtrum debeat tributum vel aliud ſimile. Aut eſt dubium & quæſtio, de iure ſeu dominio directo ad ipſum dominum ſpectante, vt quia aliquis aſſerit ſe dominum feudi, & petit ſe in dominum recognoſci, poſſeſſor autem negat. In primo caſu refert, aut dominus habet pares curiæ, & tunc coram paribus ipſius curiæ debet agi & terminari. vt in §. alleg. præterea ſi inter duos, pares autem ita debebunt eligi, ſi enim conſentiant in eis planum eſt, ſi vero diſſentiant tunc dominus eligit primo, quos voluerit, poſtea vaſallus eliget ſm numerum a domino approbatum, dum tamen a neutro eligantur pares qui fidelitatem, domino non iurauerunt inuito altero eorum, vt in lib. feu. de controuerſia feudi apud pares terminanda. c. ſi inter dominũ. debent enim pares qui debent cognoſcere a domino ſub debito fidelitatis coniurari, vt in §. alle. præterea ſi inter duos. ſm Hoſt. in ſumma. eod. titu. §. vlt. & idem Inno. & Hoſt. & Io. And. in cap. alleg. cæterum. dicentes quòd non credunt omnes vaſallos eſſe vocandos vt iudicent, ſed ex paribus vel ex vaſal-

lis

lis dominus vnum eliget & vaſallus alterum.arg.2.q.6. placuit melius.in c.alleg.ſi inter dominum. Aut dominus non habet pares, & tunc dicunt glo.& Iac.de bello viſu in c.alleg.imperialem.§.prçterea ſi inter duos.q̧ iudex rei erit iudex.argum.C. de iuriſd.omnium iudicum.l.iuris ordinem. & vbi in rem actio.l.vlti.Inno.vero,in c.allegat.cæterum.dicit quòd eo caſu ſuccedent arbitri ad ſimilitudinem iudicum ſuſpectorum. ſ. de app.cum ſpeciali.& 15.q.j.ſi clericus aduerſus,ſed primum videtur verius per ea quæ notat Ho.ſ. de præben. dilectus.3. & Io.And.in d.c.cæterum.in principio magnæ glo.& j. de ap. Romana.§.debet.lib.6.in nouella. dicens certum eſſe, quod ſi de feudo regali eſſet quæſtio cum Epiſcopo & tertio, Rex eſſet competens iudex, ſi inter Regem & epiſcopum iretur ad pares.Si tamẽ epiſcopus negaret rem eſſe feudalem, rex actor conueniret eum coram metropolitano. Sed ſi epiſcopus vaſallus regis infeudauit partem,& de hoc eſt quæſtio coram ipſo epiſcopo inter vaſallos ſi ab eo appelletur, & tunc ad regẽ, primum feudi dominum appellabitur. In ſecundo caſu,ſ.quando eſt dubiũ ſeu quæſtio de iure,ſeu dominio directo ad dominum ſpectante,vt quia actor aſſerit ſe dominum feudi, & reus negat,& tunc coram loci ordinario eſt agendum, & non coram illo qui dicit ſe dominum ne ſit iudex ĩ cauſa ſua. Et ita intelligo opinionem Goff.quam recitat Hoſt.in d.§. vltimo.
8 verſic.cum Goff.&c.† In tertio caſu quando eſt controuerſia, inter dominum, & alium qui non eſt vaſallus, puta emptorẽ feudi, vel alium non poſsidentem ipſum feudum, tunc iudex, rei cognoſcet, argumen. ſ.de foro compe.cum ſit generale. & cap.ſi.C.de iuriſdi.omnium iudicum.l. iuris ordinem. & hoc tenet Hoſt.in ſumma.eodem titu.§.vltimo.verſic.ſi vero cõ-
9 trouerſia † In quarto caſu.ſ.quando eſt controuerſia inter vaſallum, & alium qui non eſt vaſallus, tunc aut non vaſallus cõuenit vaſallum,aut econtra vaſallus non vaſallum.Si non vaſallus conuenit vaſallum,tunc aut tam petens quam vaſallus confitentur hoc eſſe de feudo talis,puta Titij domini, & tunc Titius dominus cognoſcet, vt ſ.de iudi.c.cæterum.c.ex trãſmiſſa.& c.verum,quod verum ſi ille dominus feudi paratus ſit tenere iuſtitiam,alias in ſubſidium etiam ordinarius vel delegatus cognoſcet.ſ.de foro compet.ex tenore.& c.cum ſit generale.Aut alter eorum negat,& tunc durũ eſſet quòd dominus haberet cognoſcere,quia iam eſſet iudex in re ſua.ſ.de foro cõpeten.ſi clericus,quod eſſe non debet.C.ne quis in cauſa ſua, ius ſibi dicat.in rubro & nigro,quia cum hoc in fraudem negari poſſet,vt declinaretur iudicium domini dici poteſt quod dominus eos compellet ad iurandum de veritate dicenda, argum. ſ.de probatio.ſicut conſuetudo,quia malitijs obuiandũ, eſt.ff.de rei vend.l.in fundo.ſ.de reſcrip.c.plerunq;.& c. nonnulli.vnde dicas q̧ ſi petens confiteatur,& poſsidens neget cognoſcet dominus,quia iudiciũ redditur in inuitum.ff. de verborum oblig.l.inter ſtipulantem.§.j.Si vero petens neget, vel vterq; neget,tunc cognoſcet iudex ordinarius,vt lites dirimãtur & circuitus tollatur.ff.ſi certum peta.l.quidam.& ſ. de reſcrip.c.fina.de ordin.cogn.c.tuam.cognoſcere autem poteſt, de quçſtione feudi.ſ.an ſit feudum nec ne,& ſic an ſua ſit iuriſdictio nec ne.ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena.& ſi pronunciet feudum eſſe,remittet eos coram domino feudi,qui de principali cognoſcet,alias & ipſe de principali cognoſcet.argum.ſ. de reſcr.c.dilectus filius. l.ſarracenus.in fi.& c.ab excommunicato.Si vaſallus conuenit nõn vaſallum tunc ſemper ordinarius, cognoſcet,quia actor ſequitur forum rei.ſ.de foro comp.c. ſi clericus.& C.de iuriſd.om.iudi.l.iuris ordinem.argum.ad hoc de inueſti.in maritum facta.c.illud tamen ſciẽdum.& an apud iudicem vel curiam domini cauſa feudi terminari debeat.c.ex eo.& de pace te.§.ſi duo homines.& §.ſe.ſ.in Hoſtien.in §.allega.vlti.Et vide quod notat gl.in §.alleg. præterea ſi inter duos. &.i quod notat Iaco.de bel.viſu in §.alleg.illud tamen. de inueſtitura in maritum facta.vbi diſtinguit quando eſt contentio
10 inter duos vaſallos,ſeu inter vaſallum & alium.† Aut eſt contentio inter eos qui proprie dicuntur capitanei, vt duces, comites, & ſimiles, & tunc Imperator eſt iudex, ſi ab eo feudũ habent, vel Rex ſi à Rege,vt in lib.feudorum apud quem,vel quos controuerſia feu.diffi.debeat.c.j.& de lege Conradi.ca.j. Aut eſt contentio inter alios vaſallos,& tunc aut cõſtat vtrũque eſſe, alias de alijs feudis eſſe vaſallum eiuſdem domini, & ipſi & dominus hoc confitentur,ſed eſt controuerſia, de aliqua parte alterius feudi,vel de toto feudo quod pertinet ad eũdem dominum,& tunc dñs eſt iudex,vt in d. §. ſi inter duos, vbi hoc notant. Aut conſtat vnum tantum eſſe vaſallum, de feudo aliquo,de quo non eſt quæſtio, eſt tamen de alio feudo, & tunc pares erunt iudices, vt in lib.feud.apud quem vel quos c.j.2.reſponſo.& de l.contradi.c.j 2.reſponſo.Aut eſt dubiũ, quis eorum eſt vaſallus,& prætendunt ambo inueſtituram ab eodem domino & tunc aut eſt contentio inter eos, quorum vterque ſuum nouum & proprium feudum eſſe dicit, & tunc
11 iudex vel arbiter cognoſcit,vt de l.contradi.cap.j. † Aut inter eos quorum vterque dicit antiquum,& tunc cognoſcit dominus cum curia, vt in d.§.illud tamen. Aut eſt contentio inter eos quorum alter dicit antiquum,alter nouum, & proprium, & tunc iure antiquo iudex ordinarius vel arbiter cognoſcit, vt de inueſtitura in maritum facta.c.1.in princip.hodie vero pares curiæ,vt an apud iudicem vel curiam.cap.1.Aut contentio eſt inter duos qui producunt diuerſos inueſtitores, & tũc iudex vel arbiter cognoſcit vt de l.contradi.cap.1.in princip. Aut eſt contentio inter vaſallum & alium quem conſtat non eſſe vaſallum,& tũc iudex ordinarius rei cognoſcit, vt de cõtrouerſia inter vaſallum & alium de beneficio.c.1.ſecundum Iaco.de bello viſu.& in glo.pro parte.& iſta membra addas ad præmiſſa. & ſic habebis diſtinctionem perfectam.

¶ Supra de conſtit.capitulo quæ in eccleſiarum.tractaui vtrũ vaſallus ſine voluntate domini poſsit feudum in alium trãsferre.
12 re.† Nunc reſtat videre vtrum econtra,dominus ſine voluntate vaſalli poſsit feudum in alium trãsferre, & videtur quod ſic ad inſtar ceſsionis,quæ poteſt fieri contra debitorem eo inuito,vt legi.& no.C.de donatio.l.illam.& de nouati.l.3.ſ.de alimu.iudi.cauſa facta.c.fi. Et quia nihil eſt tam naturale quã voluntatem domini &c.inſtitu.de rerum diuiſio.§. per traditionem.Azo cuius fuit hæc quæſtio determinat,quod ſicut vaſallus non poteſt inuito domino feudum alienare, quinimo talis alienans ipſo iure cadit a iure feudi, ſecundum Inno.Abbas
13 & Io.An.hic.ita nec dominus poteſt inuito vaſallo,† quia cõtrariorum eadem eſt diſciplina,nec debet ex cõtractu vni partium licere quod alteri non licet,argum.C.de fruc.& lit.ex.l.vltima.ſ.de mutu.peti.c.vlti.& videtur caſus in lib.feu.de proh. feu.aliena.per Fede.capitulo Imperialem.§.præterea ducatus. & ita determinat Azo.in quæſtionibus ſuis in quæſtione illa, quæritur an dominus.Rex &c. Idem tenet Dynus niſi cauſa ti neceſsitatis caſu,quia tunc non expedit vti ſeruitio vaſalli, argumen.ff.de operis lib.l.patronus.& l.medicus.vt not.per ff.ſoluto matrimonio.l.2.§.voluntatem. Circa quod quidam,
14 Docto.moderni diſtinguunt,† aut dominus, vult transferre vaſallum ſuum in alium maiorem dominum, & tunc poteſt, quia facit conditionem eius meliorem,cum ſub maiori iudice gens conſtituta maiori ſecuritate gaudeat, vt in authentico. de defenſo.ci.§.gaudeant.collatio.3.Et ideo cum proſit vaſallo cogitur conſentire,argum.§.alleg.voluntatem. de euictio. l.in creditorem.Aut vult transferre feudum in minorem dominum,& non poteſt,quia in hoc facit conditionem vaſalli, deteriorem.Petrus vero de bel.Pertica tenet quod nec in maiorem nec in minorem trãsferri poſsit inuito vaſallo, quemadmodum nec ius filiationis transferri poteſt filio inuito.ff. de adop.l.2.& l.in adoptionibus.Idem tenuit Hoſti. ſ. de maio.& obedien.cap.dilecti.& Specu.hoc tit.§.1.verſic.29.per §. alle.præterea ducatus, vbi hoc idem tenent glo.& Iaco.de bello viſu per c.de.l.contradi.c.vnico.§. ex eadem lege. vbi hoc
15 determinat expreſſe,& hoc teneas de iure licet de conſuetudine in regno Franciæ contrarium obſeruetur. vtrum autem vaſallus poſsit feudum pro anima legare.vide per Hoſtien.in ſumma.titu.de immu.eccle.§.inquantum.verſic.ſed nec illa.& verſi.ſolutio.vſq; in fi.& per fratrem Io.in ſum.confeſ. tit. de deciſ.q.73.vtrum vaſallus.&c.

¶ De pignoribus. Rubrica.

1 *Pignoranda res eccleſiaſtica, non eſt ſine neceſſitate, vel vtilitate.*
2 *Pignorari an poſſit res eccleſiæ pro eius vtilitate.*
3 *Pignorat res eccleſiæ prælatus pro neceſſitate ſua.*
4 *Pignorata res, ob vtilitatem eccleſiæ ab ea luenda.*
5 *Pignorata à prælato, ob neceſſitatem, ab eius ſucceſſore luenda.*
6 *Pignorata ob vtilitatem prælati ab eius hærede luenda.*

EX præſentium. Si quæris nunquid & quando prælatus eccleſiæ poſsit rem eccleſiæ obligare, & vtrum & quando prælatus obligatus vel ſucceſſor ipſius eã luere tenetur, diſtingue.† Aut quæris primo vtrũ poſsit rem eccleſiæ obligare, & tũc aut ſine aliqua neceſsitate vel

vel vtilitate, & ſic quod non, vt ſ.eodem.c.1.& ſ.de rebus ec
cle.non alie.c.nulli liceat.& per totum. Aut vtrum poſsit eam
obligare pro aliqua neceſsitate vel vtilitate,& tunc aut pro ne
ceſsitate vel vtilitate eccleſiæ,aut pro neceſsitate vel vtilitate
1 propria.† In primo caſu dicit quod illas res quas poteſt aliena-
re & in illis caſibus in quibus poteſt alienare,de quibus dixi in
c.alleg. nulli liceat.poterit & obligare, quia ſi poteſt alienare,
quod eſt maius,multo magis & obligare quod eſt minus, ar-
gum.ſ.de elect.cum in cunctis.in princip.cum ibi alleg.& no.
per Ber.& Hoſtien.ſ.eodem c.1.Illas vero res quas nõ poteſt,
& in quibus caſibus non poteſt alienare, nec poterit regulari-
ter obligare,argumen.ff.quæ res pigno. obliga.poſſunt.l.2.§.
eam rem.& C.de rebus alie.non alie.l.vltima, quia appellatiõe
alienationis pignoris obligatio continetur vt ibi,& in c.alleg.
nulli liceat.In ſecundo caſu refert, aut vult obligare, pro ſua
vtilitate propria,& tunc non poteſt,argumen.ſ.eod.ca. 1. Aut
vult obligare pro ſua neceſsitate propria,& tunc aut ꝓ neceſ-
ſitate propria patrimoniali,vt pro vineis proprij matrimonij,
putandis ſeu colendis,non pro ſuſtentatione perſonæ ſuæ, &
tunc non poteſt vt hic.& ſ.eod.c.1.Et ita intellige gloſſam. 1.
Ber.hic & iura in ea alleg.quia non tenet obligatio niſi in his
rebus quæ quis de bonis ſuis reddit obnoxia,vt C.quæ res pi-
gno.obliga.poſſunt.l.qui filios.ſi res ali.pigno. data ſit. l. cura-
3 tor.† Aut pro neceſsitate propria perſonali,puta pro ſuſtenta-
tione perſonæ ſuæ,& tunc poteſt,nam tunc obligaretur eccle-
ſia ſi ei deſeruiret & officiaret,argum.ſ.de præbend.cum ſm
apoſtolum.ſm Hoſtien.alias ſi non deſeruiret ſecus. argumẽ.
C.de epiſcop.& cleri.l.generaliter.ſ.de cleri.non reſiden.capi
penulti.& per totum.niſi infirmitate, vel alio impedimento
4 excuſabili teneatur.ſ.de cleri.ęgrotan.per totum.† Aut quæris
de ſecundo.ſ.vtrum & quando prælatus obligatus, vel ſucceſ-
ſor ipſius rem obligatam luere teneatur,& tunc aut obligauit
pro neceſsitate vel euidenti vtilitate eccleſiæ, & tunc eccleſia
in cuius vtilitatem debitum eſt verſum, ſeu ipſe de bonis ec-
cleſiæ & non de bonis proprijs luere tenetur. Eccleſia.n.obli-
gatur in quantum verſum eſt in vtilitatem ſuam,& facta eſt lo
cupletior. 10.q.2.hoc ius porrectum.in fi.ſ.de in integrum re
5 ſtitutione.c.j.cum ibi not.† Aut obligauit pro neceſsitate ſua
propria,& tunc aut pro neceſsitate temporali,& tunc idẽ per
præmiſſa,aut pro neceſsitate patrimoniali,& idem. Si pro vti
litate,& tunc aut creditor ſciebat rem quæ obligabatur, eſ-
ſe eccleſiæ, aut ignorabat. Si ſciebat tunc eccleſia rem liberè
petere poteſt,& nullus eam luere tenetur, cum creditor eſſet
in culpa,argum.ff.de contrahen.empti.l.liberi.& l.ſeq.Fallit in
caſu vbi creditor nullo modo rem redderet niſi ſuum recupe-
raret,vt hic forte fuit,ſic.ſ.de rebus eccleſiæ non alienã. ad au
dientiam.& c.ad noſtram.12.q.2.ſi quis de rebus.& cap. ſi quis
6 quilibet.† Aut ignorabat, & tunc ipſe obligans vel hæres eius
de bonis proprijs eam luere tenetur,vt hic ſm Goſ.Innocẽt.
& Hoſtienſ. hic.
¶ Et nota ſm Inno.& Hoſt.hic ꝙ hæredes ſacerdotis alienã-
tis tenentur ex facto ipſius,quando dolo vel lata culpa interue
niente aliquid geſſit,vel ſi quid ad eum peruenit, vel hæredes
ſuos.de leui.n.culpa non tenerentur hæredes, vt C.de hæred.
tuto.l.j.& 4. & fin.

1 Pœna loco intereſſe an licitè promittitur.3.
2 Pœna in fraudem vſurarum non promittenda.
4 Pœna in datione ſpeciei peti poteſt.
5 Pœna in obligatione facti licitè petitur.
6 Fructus rei obligatæ in ſortem computandi.
7 Fructus a debitore percepti in obligationem cadunt.
8 Fructus a poſſeſſore rei pignoratæ qualiter petendi.
9 Fructus pendente iudicio percepti officio iudicis reſtituendi.

ILlo vos. Si quæris vtrum ſit vſura, ſi pœna
imponitur niſi ſoluatur certo tem-
pore,diſtingue.Aut pœna imponitur, ſeu adijcitur,
contractui mutui,aut imponitur ſeu adijcitur alteri,
contractui ſeu obligationi.Et ſi adijcitur alteri contractui ſeu
obligationi tũc,aut adijcitur dationi alicuius pecuniæ,aut adij
citur dationi ſpeciei,aut adijcitur facto.In primis duobus caſi
1 bus refert.Aut † pœna promittitur,& apponitur loco intereſ
ſe,& talis valet & eſt licita,quatenus intereſt, vt quia forte e-
rat mercator,qui in nundinis lucrari ſolebat.& fuit ſtipulatus pœ-
nam niſi ſibi in nundinis ſolueretur.ff.de actio. & obligatio.l.
traiectitii v.§.de illo.de actio.emptio.& vendi.l.ſi ſterilis. §. cũ
per venditorem,& l.prædia.pro ſocio.l.ſocius vel quia in pœ-
nam quam promiſit alij ſi non ſolueret certa die incidit. ff. de
ſeruis expor.l.ſeruus ea lege.hoc tenent gl.& Cyn. C. de vſur.
l.cum allegas.Idem Hoſt.j.de vſur.ſalubriter.& in ſumma.tit.
de vſuris.§.in aliquo caſu.vbi dicit quod vſura poteſt peti, vt
intereſſe.Aut non promittitur ſeu apponitur loco intereſſe,
& tunc aut non fit fraude vſurarum, & tunc talis pœna eſt li-
cita, argumen.ſ.de arbit.c.dilecti.& hoc notat Hoſtien. in di.
2 §.in aliquo.† Aut fit in fraudem vſurarum, & tunc eſt illicita,
non tamen poteſt conueniri vel condemnari ab eccleſia. Aut
eſt dubium ita quod veniatur ad præſumptionem,& tunc aut
quæris in foro iudiciali,aut in foro animæ.Si in foro iudiciali,
aut ille qui talem pœnam appoſuit conſueuit eſſe vſurarius,&
tunc præſumitur quod in fraudem vſurarum adiecit pœnam,
& quod eſt vſura,argum.ff.de actio.emptio.& vend.l.Iulianus
§.idem papinianus.de vſuris.quæ ſemiſſes.& hic.& ſ.de emp.
& vendi.ad noſtram. Vnde præſumitur contra aliquem ex eo,
quod facere conſueuit. ff.de pignor. actio.l.vel vniuerſorum.
ad Macedo.l.ſed Iulianus.§.quod dicitur.& de legatis.j.l. ſi ſer
3 uus plurium.§.fi.& de legat.3.l.nummis. † Aut non conſueuit,
eſſe vſurarius ſeu dare ad vſuras,& tunc non videtur eſſe tur-
pe lucrum,nec præſumitur quod hoc fecerit in fraudem vſu-
rarum,ſed potius vt coarctaret debitorem ad ſoluendum, qa
intereſſet ſua tunc pecuniam ſibi ſolui,arg.ff.de peti. hæredi.l.
vtrum.§.proinde.vbi de hoc ſecundum Hug.qui hoc not.14.
q.3.plerique.eſt etiam præſumptio quod ſit vſura ſi per ſingu
los annos vel menſes dicatur committi.argu.C.de vſur. in au-
then.ad hæc.Et idem in ſimilibus quæ ab vſurarijs ſolent ſpe-
cialiter exerceri,talia.n.ſemper inducunt præſumptionem pri
ma facie quod ſit vſura.Si quæris in foro animæ, tunc dicit Ar
chidia.ſtarem confeſsioni ſuæ,ſed propter præſumptiones cõ
trarias diligentius examinarem ſuam conſcientiam ſecundum
Ray.de pœna forti.hoc videtur etiam Goff.approbare, dicẽs
quod ſi ſit pœna adiecta in contractu mutui non præſumit in
fraudem vſurarum adiectam,niſi ex qualitate perſonæ credi-
toris,vt ſi conſueuit fenerari vt hic,& in d §.ibidem. Ita not.
Archid. 12.q.2.cum deuotiſsimam.in glo.adde ſed quid de pœ
na.Et in hoc ſatis concordant Ber.& Hoſt.hic in glo.fin.& ſ.
de arbi.dilecti.& Innoc.j.de pœnis.ſuam.Et frater Io. in ſum
ma confeſ.titu.de pœnis.q.2.& Accur. in d.§. ibidem. & in d.
l.cum allegas.& hæc vera quando pœna adijcitur contractui,
mutui qui conſiſtit in numero pondere vel menſura vel alteri
4 obligationi continenti dationem pecuniæ.† In tertio caſu quan
do pœna adijcitur dationi ſpecie,videtur quod non ſit vſura,
& quod poſſet peti quantacunq;,quia ſpecies non parit vſuras
ff.de vſuris.l.in fideicommiſſi.§.fin.In quarto vero caſu. ſ. qñ
adijcitur facto,ſeu obligationi facti,idem.ſ.vt poſsit exigi quã
tacunque,quia facta non pariunt vſuras.ff.de arbi.l.non diſtin
guemus.in princip.& per totum.ſi quis cauti.l.ſi ſeruus.§.j. &
5 per totum.† Melius.ff.de actio emptio.& vendit.l. Lucius. de
verbo.oblig.l.ſtipulatio iſta habere licere.§.alteri.inſtit.de inu
tili. ſtipulatio.§.alteri.illa.n.ſtipulatio de dando alteri eſt ſtipu
latio faciendi & nõ dandi reſpectu ſtipulantis,vt probatur ibi,
quando dicit vt ſi niſi ita factum ſit.&c.Et eſt expreſſum.ff.de
verborum obliga.l.liber homo.§.fin. Io his concordat Accur.
in d.§.ibidem.& Accur.Pe.& Cy.in d.l.cum allegas.& Iac. de
Ra. & Pet.in d.§.alteri.
6 ¶ Hic habes † quod fructus rei obligat.computantur in ſortẽ,
vt j.eodem cum contra,& cap.ſignificante. Et hoc intellige
de illis fructibus,quos ipſe creditor per ſe vel per alium perci-
pit.Sed ſi quæris vtrum, & quando fructus rei obligatæ ab a-
lio quam à creditore percepti,cadant in obligationem, & quo
iure poſsint peti,diſtingue.aut fructus percipiuntur ante iudi
cium,aut pcipiuntur pẽdente iudicio in hypothecaria actio-
ne.Primo caſu,aut percipiuntur manente dominio debitoris,
aut eo mutato.Si manente dominio refert. Aut percipiuntur
7 a debitore,aut ab alio.† Si à debitore tunc non eſt dubiũ,quod
ſunt obligati,& quod per hypothecam petantur,vt C. in qui-
bus cauſis pignus tacitè contrahitur.l.quamuis.ſicut etiam pa
ter de partu rei obligatę edito penes debitorem.vt C. de par-
tu pig.l.j.& ff.de pigno.actio.l.ſi conuenerit.§. ſi fundus. Si pci
piuntur ab alio non mutato dominio, tunc à bonæ fidei poſ
8 ſeſſore,aut a malæ fidei poſſeſſore.† Si a bonæ fidei poſſeſſore,
tunc aut extant,& tunc cadunt in obligationem & petuntur,
per hypothecariam.Aut ſunt conſumpti,& tunc ſi bona fide
non petuntur. Si mala fide ſic,quia videntur extare cum ma-
la fide conſumpſerit.vt ff.eodem ti.l.j.§.cum prædium. vbi de
hoc & lege ſi fundus.§.interdum.Si autem fructus percipiun
tur mutato dominio debitoris, refert. Aut fuerunt ſatis à de-
bitore,

bitore, & ſic fuerunt in dominio eius, & tunc cadunt extan-
tes in obligationem, conſumpti vero non ſicut partus ancillę
grauidę obligatę.ff.de pigno.l.Paulus.§.ſi mancipia. Aut non
fuerunt ſati a debitore,& ſic nunquam fuerunt in eius domi-
nio, & tunc idem quod in partu ancillę obligatæ penes alium,
quam penes debitorem,puta penes emptorem concipiente,
& pariente qui partus in obligationem non cadit, vt in d.l.ſi
9 conuenerit.§.ſi fundus.& d.l.Paulus.§.j.†Si quæris in ſecundo
caſu.ſ.quando percipiuntur pendente iudicio in hypotheca-
ria actione, tunc veniunt officio iudicis non iure actionis, vt
in d.l.ſi fundus.§.interdum.

1 *Hæretica,& excommunicata non habent priuilegia dotis.*
2 *Mulier habet tacitam hypothecam pro dote repetenda.*
3 *Mulier præfertur prioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam.*
4 *Mulier an præferatur prioribus creditoribus habentibus expreſſam hypothecam.6.*
5 *Si vinco vincentem te, a fortiori vinco te.*
7 *Priuilegia 14.doti*
8 *Bona quæſita, naturaliter ex bonis mariti ſunt vxori obligata.*
9 *Bona ex negotiatione quæſita de bonis mariti, vxori non obligata.*
10 *Mulier habet priuilegium prælationis in paraſernalibus. 13.*
11 *Maritus non habet priuilegium prælationis pro donatione propter nuptias*
12 *Mulier habet priuilegium prælationis pro donatione propter nuptias*
14 *Res tranſit cum onere reali.*
15 *Res non tranſit cum onere perſonali.*
16 *Res an tranſeat cum onere mixto.*
17 *Fideic.efficax remanet licet hæreditas diuidatur.*

EX literis. Si quæris vtrum vxor habeat in bo
nis mariti pro dote repetenda taci
1 tam hypothecam & quam,diſtingue.† Aut quæris,
de mulieribus quæ catholicam non percipiunt cō-
munionem,vt ſunt hæreticę,& excommunicatæ, & ſimiles,
& tales non habent tacitam hypothecam,vt C.de hæreti. l.1.
& Authenti. ibi ſignata.Item priuilegium.& notat Ber.hic in
2 glo.hoc priuilegium.in fi.& Hoſt. poſt eum.† Aut quæris de
alijs,& tunc,aut quæris vtrum vxor habeat tacitam hypothe
cam communem pro dote repetenda,& dic quòd hic. & C.q
potio.in pigno. ha.l.aſsiduis.Aut quæris vtrum habeat hypo-
thecam priuilegiatam.ſ. quod præferatur prioribus creditori-
3 bus mariti,& tunc refert.† Aut quæris vtrum præferatur prio
ribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam,& dic q
ſic,vt in d.l.aſsiduis.Sed fallit primo in priore vxore repeten-
te dotem ſuam ſeu hæredibus ſuis,quibus non præfertur,vt
ibi in §.exceptis,quod verum etiam ſi illud prius matrimo-
nium non tenuit,nam etiam inter perſonales actiones habet,
priuilegium.vt ff.de priuileg.credito.l.a.§.fin.& l.ſeq. vt not.
Io.& Accur.ibi in l.allegat.aſsiduis.& ſoluto matrimonio.l. ſi
cum dotem.§.vltimo.Fallit ſecundo in fiſco,vt C. de priuileg.
fiſci.l.2.Fallit tertio in eo cuius pecunia eſt empta militia, vt
4 C.qui potio.in pign.habe in authen.quo iure.† Aut quæris v-
trum præferatur creditoribus habentibus hypothecam ex-
preſſam prioris temporis,& dic,quod non,argumē.pro hoc,
C.de iure do.l.2.& de ſeruo pigno.da.ma.l.2.vt hic notat Ac-
cur.in d.l.aſsiduis.in glo. t.licet & Dy.inſti.de actio.§.actionū
in fi.& Ber.& Inn.& Hoſt.hic.Sed Mar.tenuit contrarium.ſ.
quod præferatur prioribus habentibus expreſſam,& hanc opi
nionem ſequuntur Iaco.de Are.Pe.de bella pertica.& Guido
de ſuza.in d.l.aſsiduis.his potiſsime rationibus, quia textus,
ibi dicit contra omnes,& quia dicit eam præferri creditorib.
vallatis priuilegio temporis,ergo non loquitur ſolum de valla
tis priuilegio legis,ſed illam præferri habentibus tacitas tan-
tum,eſſet contra priuilegium legis non temporis.Et Pet.dice
5 bat ſe non videre quomodo reſpondeatur argumento †ſi vin
co &c.ff.de diuerſis & tempo.præſcriptis.lege de acceſsioni-
bus.cum mulier vincat credentem in refectionem qui vincit,
priores habentes expreſſas,vt in authentica.de ęquali.dotis.§.
his conſequens.collatio.7.ſignata ſuper d.l.aſsiduis,quæ rōnes
licet multum vrgeant poteſt tamen eis reſponden ſic.Ad pri-
mam,quod illud omnes,non includat habentes expreſſam an
terioris temporis,qu a illud priuilegium eſt inductum in fa-
uorem mulierum,ſed quod vertatur in præiudicium priuato
rum in his,quæ ſuo facto ſibi quæſierunt non eſt dicendum.
ff.ne quid in loco publico fiat.l.1.§.merito. & §. ſi quis a prin-
cipe.C.de emancipa.liberis.l.nec auus.vnde illud omnes ciui
liter intelligi debet.argum.ff.de ſeruitu.l.ſi cui.Ad ſecundam,
quia litera illa dicit prę ferēdam mulierem creditoribus, licet
anterioris temporis priuilegio ſint vallati, ſed priuilegium eſt
lex priuata 3.diſt.priuilegia.& ī.de verborum ſignific.Abbate
ſane. & ſic ſupponit quod illis præferatur qui habent priuile-
gia a lege non ex pactione ſua,ratio eſt quia ſpecialia facilius
tolluntur.&c.ff.de teſtamento milita.l.eius.§.j.& in authenti.
de non aliena.§.quia vero veriſimile. collatio. 2. Ad tertiam,
quia illud argum.ſi vinco. fallit in caſibus quod dic vt lega. &
no.ff. qui po.in pigno.hab.l.claudius.& C.de natu.lib.authen-
tica.licet.Item non dicit quod mulier vincat, prius credendē
in refectionem,ſed bene poſterius vt ibi,quod verum ſorte,
quod non præferatur,etiam in bonis poſtea quæſitis,cum æq
paretur habens generalem habenti ſpecialē & expreſſam, vt
C. qui po.in pigno.hab.lege ſi generaliter,vt notat Accurſius
in l. allegatis aſsiduis. in glo.j. licet Et Speculo.Robrica de do
7 natione inter virum & vxorem.§.2.in fi.† Et ibi vide quot pri
uilegia habeat vxor, circa dotem repetendam, vbi enume-
rar. 24.

¶ Hic habes quod bona mariti ſunt tacitè obligata pro dote.
Sed ſi quæris nunquid bona quæ acquiſierunt hæredes mariti,
ex bonis mariti ſint obligata pro dote vxoris,quædam gloſſa,
dicit quod non.C.qui po.in pigno.hab.lege aſsiduis. in glo.1.
licet. Tu vero diſtingue ſm Cynum ibi.† Aut illa bona ſunt
8 quæſita ex bonis mariti per naturalem acquiſitionem,& tunc
habet vxor quondam ea obligata.vt ff.de pign.l.Paulus §. pri-
9 mo.† Aut ſunt quæſita aliunde,vt ex negotiatione, & tunc nō
habet ea obligata,vt C.in quibus cauſis pignus tacite contra-
hi.l.quamuis.& ff.de coniugen.cum emancipa.libe.eius.l.cum
emancipatus.§ penul.

¶ In glo.hoc priuilegium.Si quæris vtrum vxor habeat idem
priuilegium in bonis perapheanalib.quod in dote,quo ad hoc
10 vt bona mariti ſint tacite ſibi obligata,†diſtingue ſm Hoſtiē.
& Io.And.hic.Aut vxor per ſpecialem hypothecam ſibi non
prouidet & tunc ſic,aut per ſpecialem ſibi prouidet, & tunc
ſecus.vt C.de pactis conuentis.lege vlti. Et gratia huius quæ
intrincatę ſunt leges loquentes de iſta materia. Si quæris vtrū
in donatione propter nuptias locus ſit priuilegio ſicut in do-
te, ſic diſtingue,aut quæris de actione intētanda a marito,aut
11 de actione intentanda a muliere.†In primo caſu ſi quæris, v-
trum maritus habeat tacitam hypothecam in bonis vxoris,
ſicut ecōtra. Dicunt doctores iuris ciuilis communiter,quod
non,quia non eſt lege cautum,nec eſt noſtrum legem exten-
12 dere.ff.ſoluto matrimonio.l.ſi vero negotium.§.de viro.† In
ſecundo caſu quando quæritur de muliere, tunc aut mulier,
vult agere pro donatione ante nuptias ex pacto lucrandi, &
in iſto caſu habet tacitam hypothecam, vt C. de iure doti.l.
vbi.ſed non habet tam priuilegiatam vt præferatur anteriori-
bus creditoribus habentibus tacitam hypothecam, ſed poſte
rioribus tantum,vt C.qui po.in pigno.hab.l.aſsiduis.in fi.ha-
bet ergo hypothecam communē, & ſic intelligitur dicta lex
13 vbi.† Et idem intellige de hypotheca quam habet pro bonis,
parapbernalibus,vt in d.l.vlti.C.de pactis conuentis, ſm Inn.
& Ioann.And. hic.Aut vult mulier agere pro donatione nun-
quam obligata pro ſua dote,vt ſibi ſatisfaciat, & eo caſu, dico
quod mulier habet fortius priuilegium in iſta donatione pro-
ſequenda quam habeat in alijs bonis mariti, pro repetitione
dotis,vt in authentic.vt immobilia ante nuptia. donatio.§.j.
collatio.4.Et vide Hoſt.in ſum.co.tit.§.qualiter contrahatur,
ſub.§.conuentionalium.& per totum.

¶ Hic habes quod res tranſit cum onere ſuo, & concor. ff. de
ſeruitu.ruſti.prædio.l.via conſtitui.§.2.& de pigno.actio.lege
ſi conuenerit.§.ſi fundus.& de manumiſſ.l.Carus. C.de fideicō
miſsis authent.hoc amplius.& de prædijs nauicula.l. 2. 11. &
in alijs concordan.hic alleg.in glo.vlti.Circa quod diſtingue,
14 †Aut quæris de onere reali, & cum tali onere ſemper tranſit,
vt hic, & in iuribus alleg.& 16.q.5.ſi quis laicus.j.de decimis,
cum non ſit, & de vſuris,quanto,§.fin.vbi de hoc. & extra de
15 cenſibus.cap.j.in clem.†Aut de onere perſonali,& tunc ſecus,
vt ff.de actio.emptio.& vendi.l.Iulianus.§.idem Celſus. in fi.
16 †Aut de onere mixto reali, & perſonali, & tunc idem videtur
dicendum quod in onere reali,& ita loquitur c.allega.quanto.
§.fi.intelligendo quod ibi loquatur de obligationibus, & alijs
commodis quæ curatus a parochiano chriſtiano & eius fami-

la

ſis recipere conſueuit, quod dic, vt not. Hoſtien. ibi iuxta hoc
poſſet quæri de tali dubio domum mihi communem pro in-
diuiſo cum Titio obligaui fœneratori, deinde ego & Titius eſt
diuiſimus, nunquid erit obligata tantum pars mea in totum,
vel pars partis meæ, & pars partis Titij? & videtur ꝙ pars mea
ſolum ſit obligata, vt in d. l. Iulianus. §. idem Celſus. in fin. Cō-
trarium verum eſt, vt expreſſum. ff. quibus modis pignus,
vel hypotheca ſoluitur. l. ſi conſenſit. §. vltimo. C. communia
vtriuſq; iud. l. ſi fratres. & op. arg. hic. & ff. de vſufr. leg. l. is qui
cum concord. ibi alleg. nec obſtat. §. idem Celſus: quia loquitur
in iure perſonali. vbi ſolum de parte ſua deſignata videtur obli
gatio facta. ac. hic. & in concord. loquimur de iure reali, quod
mutari non poteſt & quamlibet partem ſequitur. Et ideo qua
litercunque diuidatur non præiudicat creditori in iure pigno
rum, vt in d. l. ſi conſenſit. §. vltimo. & d. l. is qui. cum ſuis con-
17 cord. ibi alleg. † Ad hoc etiam facit quod dicit. l. de legato vel ſi
deicommiſſo relicto, ꝙ efficax remanet ſicut prius, licet diui-
ſio interuenerit. ff. de leg. 2. l. Titia. §. Lucia. & de ſeruitute quæ
ſolita debetur, licet fundus ſeruiens ad plures deuenerit. ff. ſi
ſeruitus vendi. l. loci corpus. §. ſi fundus ſeruiens. Et impetra-
tione beneficij quæ non mutatur, licet epiſcopatus in quo, &
ſuper quo facta eſt diuidatur in plures, vt in extrauagan. Io. 22.
quæ incipit ſedes apoſtolica. Et in iuriſdictione ſeu viſitatio-
ne quæ in totum debetur ſicut prius poſt talem diuiſionem,
vt in extrauaganti Io. 22. quæ incipit ad apoſtolatus. per hoc ét
18 poteſt reſponderi ad aliam quæſtiōem talem. † Quidam impe
trauit primum beneficium vacaturum ſpectans ad collationē
ſeu præſentationem Abbatis ſancti Germani de pratis, iuxta
Pariſios eo tempore quo parochialis eccleſia ſancti Sulpicij p-
tinebat ad collationem ipſius Abbatis, poſtea Abbas ille per-
mutauit illam eccleſiam cum Epiſcopo Pariſien. ad aliam pa-
rochialē eccleſiam iuxta. c. ad quæſtiones. ē. de rerum permu
tatio. deinde vacat illa eccleſia ſancti Sulpicij, modo quæritur,
nunquid debetur impetranti, & ipſam vt ſibi debitam poterit
acceptare, & dic ꝙ ſic, quia ſibi per impetrationem, quæritur
quoddam ius reale ad rem, & ideo ſemper cum ſuo onere rea
li vadit res, vnde licet vna eccleſia cum alia permutetur vt di-
ctum eſt de pignore non nocet impetranti, argum. dictarum
ll. cum ſuis concordan. Et hoc videtur determinari in dicta
extrauaganti Io. 22. quæ incipit ſedes apoſtolica. vbi Gen. ſup
verbo prius erat. dicit quod ex diuiſione ſecuta conditio obli
gationis ex gratioſis literis ortum habens mutari de iure non
poteſt, argu. ff. de verb. oblig. l. 2. §. j. de præto. ſtipula. l. prætoriæ
§. in certam. fami. ercìſ. l. hæredes. §. contra ſi promiſſor.

1 *Pignoratio rei propriæ.*
2 *Pignoratio iuris in re.*
3 *Pignoratio rei alienæ.*
5 *Hypothecariam directum intentans, probet dominium debito-
ris.*
5 *Hypothe. vtilem intentans contra debitorem, eum bona fide poſſe-
diſſe probet.*
*Hypothecariam agens contra tertium poſſeſſorem, quid probet.
& 8.*
7 *Obligatio generalis, iura & actiones comprehendit.*

CVm contra. Si quæris vbi aliquis obli-
gat rem aliquam quod ius
1 obligare videatur, & quid iuris, refert. † Aut debi-
tor obligat rem in qua ius habet, aut obligat rē p
qua ius habet, aut obligat rem in qua, vel pro qua
ius non habet. In primo caſu quādo obligat rē in qua ius hēt,
tunc videtur illud ius obligare, vt ff. de pigno. l. grege. §. & in ſu-
perficiarijs. & l. ſi ab eo. qui po. in pign. ha. l. etiam ſuperficies.
Et quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur. l. 3. & arg. ff.
de contrahen. emptio. l. qui tabernas. & de leg. j. l. ſi domus. §.
2 vltimo. † Secundo caſu, quando hēt ius pro re, tantum, tunc vi
detur obligare ius illud & habet locum. C. quæ res pign. oblig.
poſſunt. l. nomen. Tertio caſu, quando nec in re nec pro re illa
ius habet, tunc refert. Aut obligat eam ſub conditione ſi debi
toris facta fuerit, & tunc valet & habet locum. ff. de pignor. l.
ſi fundus. §. aliena. Aut obligat eam ſimpliciter, & tūc aut obli
gat eam ſcienti rem alienam, & tunc creditor non habet hy-
pothecam. ſed habet retentionem dominio poſtea quæſito de
3 bitori. vt ff. eod. titu. l. j. in princip. † Aut obligat bona fide reci
pienti, & tunc dominio poſtea quæſito debitori creditor hēt,
vtilem hypothecam, & ita intellige. C. ſi res aliena pigno. da-
ta ſit. l. cum res, quod credo verum etiam ſi debitor habeat ma

lam fidem, dummodo ipſe creditor bonæ fidei foret.
¶ Si quæris vtrum creditor agendo hypothecaria neceſſe ha
beat probare dominium fuiſſe debitoris, vel ſufficiat probare
titulum & bonam fidem, vel quod minus eſt ſufficiat proba-
re bonam fidem tantum. † In hoc ſunt contrariæ gloſſæ ciui-
les, nam C. de interdicto ſalui. l. j. & inſtitu. de actio. §. item Ser
uiana. dicit gloſſa quòd debet probare dominium, ſed ff. de pi-
gno. actio. l. rem alienam. dicit gloſſa ꝙ ſufficit probare bonā
fidem cum titulo, ſed C. ſi res alie. pig. data ſit. l. cum res videt
notare quòd ſufficiat probare ſolam poſſeſſionem & bonam
fidem quod eſt minus, ad quarum gloſſarum concordiam ſic
diſtinguo. Aut creditor agit directa hypotheca, aut agit vtili.
Si agit directa, tunc dico eum debere probare dominium, &
ſic intellige gloſſas primo allegatas hinc eſt ꝙ qui agit directa,
non eſt bene conſultus propter difficultatem probationis. Si
5 agat vtili, tunc refert. † Aut agit contra ipſum debitorem, &
tunc ſufficit ei probare ſolum debitorem obligantem bona fi
de poſſediſſe, quia non licet debitori obliganti quæſtionem re
ferre, vt ff. de pignor. l. ſi inter colonum. §. j. & ita poteſt intelli
gi & procedere glo. quæ eſt in l. alleg. cum res. Aut agit contra
tertium poſſeſſorem, & tunc aut habet cauſam a debitore, aut
non. Si habet cauſam a debitore tunc dicunt quidam vt Iaco.
But. idem quod in debitore dictum eſt, argum. ff. de regu. iur.
l. quæ ipſis. & l. in omnibus. §. non debeo. & ibi tangit glo. Sed
quidam alij dicunt, quod ſi poſſeſſor velit vti poſſeſſione tan-
tum ex perſona ſua, quod tunc non eſt idem. Et pro iſtis facit
quod dolus authoris non nocet ſucceſſori. ff. de exceptio. doli
l. apud Celſum. §. de authoris. & §. ſequenti. Sed replicatio doli
claudit os obligantis, vt in d. l. ſi inter colonum. §. j. ergo. &c.
Sed contra eos facit id quod not. ff. vt poſſidetis. l. ſi duo ad fi-
nem glo. pro prima opinione facit. C. de donatio. ante nuptias
6 l. de rebus. quid dicendum videtur diſtinguēdum, † Aut ſingu-
laris ſucceſſor habet cauſam lucratiuam, vt tunc habeat locum
prima opinio. Aut non, & tunc habeat locum ſecunda opinio
vt in §. allegato. de authoris. & §. ſequenti, & ſequenti cum ſi.
Si tertius ille non habet cauſam a debitore, tunc aut creditor
agit ad rem, aut agit ad poſſeſſionem. Si ad rem, tunc oportet
eum probare rem fuiſſe in bonis debitoris. i. debitorem rem,
poſſediſſe bona fide cum titulo, nam ita dicitur res in bonis. ff.
de verb. ſignificati. l. bonorum. §. in bonis. Et ita intellige gloſ
ſam quæ eſt in l. alleg. rem alienam. ff. de pigno. actio. quod po-
teſt ſic probari, lege cauetur, quod ſi rē pignori accepero a nō
domino, & agam hypothecaria contra alium, ita tuetur me p̄-
tor per Seruianam, ſicut tueretur debitorem agentem Publi
ciana, vt ff. eod. titu. l. ab eo. Sed conſtat quod ſi debitor ageret
Publiciana, haberet probare titulum & bonam fidem, vt pro-
batur inſtitu. de actio. §. aliæ. ergo & cum creditor agit hypo-
thecaria contra extraneum, neceſſe habet probare præmiſſa,
duo, & ad hoc bene facit quod legi. & nota. ff. eo. titu. l. j. vbi di
citur quod facilius admittitur creditor agendo contra debito
rem quam contra extraneos, & hoc tenent communiter om
nes moderni. Si vero agit creditor ad poſſeſſionem, tunc re-
fert. Aut eſt talis creditor cui omnia bona debitoris obligata
fuerunt, ſicut hodie fit in inſtrumētis. vbi obligantur omnia
bona præſentia & futura, & tunc aut debitor poterat aduoca-
re rem ſm̄ quod dicitur. ff. de condi. indebi. l. 2. & no. ff. de con
di. furti. l. & ideo. & C. de furtis. l. in ciuilem & l. cum notiſſimi
7 §. penulti. & vnde vi. l. ſi. † Et tunc quia in generali obligatione
bonorum videntur obligata iura & actiones, vt ff. de verborū
ſignificatione. l. meorum. ad Trebel. l. ſi legatus. §. j. de peculio.
l. quam Tuberonis. §. in peculio. de peculio lega. l. peculio lega
to. & argu. ff. de bo. au. iudi. poſſide. l. in venditione. in princip.
Item quia poſſeſſio eſt quoddam ius inſiſtendi rei, vt notatur
C. de actio. poſſeſſio. l. licet. Et iura & actiones in generali obli
gatione veniunt. vt C. quæ res pigno. obligari poſſunt. l. nomē
& ſic illud ius quod appellatur poſſeſſio in obligationem ca-
8 dit, & actio competens ad ipſam poſſeſſionem recuperādam,
† dico quod creditor probando ſolum de poſſeſſione debito-
ris, poterit agere contra illum tertium poſſeſſorem, ſicut con
tra debitorem debitoris ſui ex generali obligatione, cum mo
do ſuus debitor ſit creditor poſſidentis. vt ff. de verbo. ſignifi.
l. creditores. & petet poſſeſſionem actione illa vtili quæ debi-
tori competit directa, vel actione vtili hypothecaria. vt ff. de
pigno. l. grege. §. 2. Et quod ſit aliud agere ad rem, aliud ad poſ
ſeſſionem patet. ff. de triticaria. l. 2. & quod metus cauſa. l. ſi
mulier. §. ſi poſſeſſionem. Nec obſtat. ff. de euictio. l. ſi cum vē-
ditor. in princip. vbi videtur dici quod per hypothecariam a-
gatur ad poſſeſſionem, quia non eſt verum, ſicut nec per rei
vendica-

vendicationem agitur ad poſſeſsionem, vt nota. C. de alienati.
mu. iudi. cauſa facta. lege vna, ſed agitur ad ipſum ius reale de-
clarandum. vt ff. eodem titu. l. ſi fundus. §. in vendicatione, quo
declarato in iudicio petitorio, reſtitutio poſſeſsiõis fit per of-
ficium iudicis, vt nota. in d. l. vna. Aut debitor non poterat rẽ
aduocare ab iſto tertio poſſeſſore, & tunc creditor non pote-
rit agere, quia de poſſeſsione debitoris non agit cum ſit extin
cta, argum. ff. de acquir. poſſeſ. l. Pomponius. §. vlti. & l. cũ hæ-
redes. in princip. Et per conſequens obligatio, ſeu pignus, vel
hypotheca ſoluitur. l. ſicut in principio, de poſſeſsione vero
iſtius nunc poſsidentis, agere non poteſt, quia non eſt obliga-
ta, argumen. ff. de pignori. l. ex quæ nondum ſunt. §. quod di-
citur, vbi de hoc.

1 *L. commiſſ. pactum in pignoribus reprobatum.*
2 *L. commiſſ. pactum iuramento firmatur. ſ.*
3 *Le. commiſſ. pactum inter debitorem, & fideiuſſorem, vali-
dum.*
6 *L. commiſſ. pactum vnde dictum.*
7 *L. commiſſ. pactum in venditione licitum.*
8 *Oblatio iudicialis valida.*
9 *Oblatio extraiudicialis non ſufficit.*
10 *Debitum ſecundum partium conuentionem ſoluendum.*
11 *Debitum expenſis debitoris reddendum.*
12 *Debitum ad domum creditoris defert debitor die aſſignata.*
13 *Debita res portatu difficilis in loco vbi eſt, præſtanda.*
14 *Debitum die ſolutionis nulla aſſignata, non tenetur debitor ad cre-
ditoris domum deferre.*

1 SIgnificante. Hic habes in textu & in gloſ-
ſa prima, † quod pactum legis,
commiſſorię in pignoribus reprobatur, ſed contra.
ff. eodem titu. l. ſi fundus. §. vlti. Solutio, dic quod ibi
loquitur quando inter debitorem & creditorem ita dicebatur
& conuenitur, ſi vſque ad tale tempus non ſoluero ſit res tua,
tunc iuſto prętio æſtimanda, hic vero quando ſimpliciter, ita
dicebatur, & conuenitur, ſi vſque ad tale tempus non ſoluero
ſit res tua. Item contra. ff. de contrahen. emptio. l. vlti. ſolu. ibi
loquitur quando ſit pactum inter debitorem & fideiuſſorem
quem dat, quod bene valet, & hoc niſi fiat fraus de perſona ad
perſonam, quod dic, vt ſ. de contrahen. emptio. cap. ad noſtrã.
& nota ſimile infra de ſponſa. cap. gemma. hic vero quando ſit
pactum inter creditorem & debitorem modo præmiſſo. l. ſi
non ſoluero ad tempus ſit res tua, quod non valet ſecundum
Hoſt. & Io. And. hic. Idem ſi debitor dicat, ſi non ſoluero do
tibi ipſam rem inſolutum quia non valet, vt ff. de ſolu. l. quã-
uis. alias incipit Calipodius. Item ſi dicat, non liceat, mihi in p
petuum redimere, argum. de præcario. l. cum præcarium, Idẽ
ſi dicat, habeas rem in feudum, argumen. ſ. de rebus eccleſiæ
non alienandis, ad noſtram. Idem ſi dicat, in perpetuum non
repetam vt hic, & ff. de iureiuran. l. ſi duo patroni. §. idem Iulia
nus, nec valet ſi renunciat beneficio canonis & legis, argum.
ſ. de foro compet. c. ſi diligenti, nec valet ſi promittat pœnã,
ſi repetat. argum. ff. ſi quis cautio. l. 2. primo reſponſo. & de cõ
ditione indebiti. l. eleganter. § penulti. & C. de vſuris. l. cum al
2 legas. † Si tamen iurat non repetere tenet, vt hic innuit, & ſi di
cat vendo tibi fundum pro decem ita quod pro eodem præ-
tio ipſo vſque ad viginti annos recuperare poſſum valet. ff. de
præſcrip. verbis. l. ſi vir vxori. niſi in fraudem fiat, quia tunc ſe
cus. ſ. eodem titulo. cap. illo ſm Hoſtien. & Ioann. And. Et ad
pleniorem euidentiam iſtius materiæ. Si quæris vtrum, & qñ
pactũ legis commiſſoriæ in pignoribus reprobetur, diſtingue,
Aut pactum legis commiſſoriæ appoſitum eſt inter debitorẽ
ex vna parte, & fideiuſſorem, vel extraneum ex altera. Aut in-
3 ter debitorem, & creditorem. † In primo caſu valet pactum,
vt ff. de contrahend. emptio. l. vlti. hic allegata pro contraria.
In ſecundo caſu quando inter eum & creditorem tunc refert.
4 † Aut inter eos eſt pactum initum tale. ſ. quod niſi debitor ſol-
uerit ad tempus conuentum, ſit pignus creditoris iuſto præ-
tio, & tunc valet, vt ff. eodem titulo l. ſi fundus. §. vltimo, hic
alleg. pro contrario. Aut inter eos eſt pactum initum, ſ. quod
niſi debitor ſoluerit ad tempus conuentum, quod creditor ha
beat rem pro pecunia quam mutuauit, & tunc refert. Aut tale
pactum eſt appoſitum in initio contractus, aut eſt appoſitum
poſtea ex interuallo. Si in initio non valet vt hic, & C. de pac.
pignoris. l. j. & 3. & in l. alleg. quamuis alias Calipodius. ff. de ſo
5 lu. † Fallit de iure canonico quando iuramentum interuenit ſe
cundum Hoſtienſem, & hoc idem tenent Tancr. & Bart. Bri-
xien. in quæſtione dominicali, quę incipit, quidam accepit mu
tuam pecuniam, per decretalem, cum contingat. ſ. de iureiur.
Et in hoc concordant hic Innoc. & Io. Andr. Si ex interuallo,
tunc valet, vt ff. de pigno. actio. l. Titius. C. de pigno. l. cum do
minam. Et iſtum intellectum innuit Accur. in l. allegat. Titius.
glo. ſi. in ſi. in vtraq; ſolutione.

¶ His viſis. Si quæris quare iſtud pactum dicitur pactum le-
6 gis commiſſorię? † Reſpondeo quia ſi pecunia non ſoluatur,
facit rem committere in creditorem, ſicut vectigalia faciunt,
rem committere in fiſcum, vt ff. de Publiciana. vectiga. & cõ-
miſſ. l. cõmiſſam. Item ſi quæris quare pactum legis commiſ-
ſorię in pignoribus reprobatur, reſpondeo ſm Odofr. quia ſi
tale pactum valeret nunquam ſine eo creditores mutuarent,
ſub pignore, & ſic eſſet contra bonos mores, & in hoc concor
dat Ioan. And. hic dicens ſecundum Petrum & Abbatem, qđ
ratio eſt, quia res communiter venduntur quantum valent, tã
tum enim valet res quantum vendi poteſt. ff. ad Trebellianũ.
l. j. §. ſi hæres. & ideo ſi exiſtat conditio non multum fraudatur
venditor. Nec obſtat ſi dicas quod interdum minus venditur
quia ad ea & c. ff. de legibus. nam ad ea. non ſic in pignoribus,
quia communiter plus valet pignus quam pecunia credita. Si
ergo haberet ibi locum hoc pactum illo quo plus valet frau-
daretur debitor. Item quia per hoc inuitarentur creditores ad
vſuram, quia aliter nollent credere ſecundum eum. Item alia
ratio poteſt eſſe, quia debitor indigens omne pactum iniret,
cum creditore, vt haberet pecuniam, & ideo cum non ſatisfa
ceret perderet dominium quodammodo ſine conſenſu ſuo,
ideo & c. argumen. cap. alleg. ſi diligenti. & C. de pactis. l. ſi quis
conſcribendo. Nec mirum ſi illud pactum ſit prohibitum, in
pignoribus & permiſſum in venditionibus, nam in venditio-
bus facit rem ineptam & reponit vtrunque contrahentium in
ſtatum priſtinum, vbi nulla cadit deceptio, ſecus in pignori-
bus, vbi pignus auferret debitori, & attribueret creditori, ꝙ
eſſet iniquum.

¶ Hic habes quod iſte nuntius non obtulit pecuniam credi-
tori infra terminum aſsignatum, quod ſi feciſſet nulli dubiũ,
8 quin debitor nullum periculum incurriſſet. † Vnde gratia hu-
ius, ſi quæris nunquid ſola oblatio debiti in iudicio ſufficit, ad
impediendam venditionem pignoris, diſtingue. Aut ex parte
debitoris ſit oblatio in iudicio, & talis ſufficit indiſtincte, vt
ff. de pigno. actio. l. ſi rem. §. vltimo. Aut ſit oblatio extra iudi-
cium, & tunc aut ſit oblatio antequam ſit quæſitum creditori,
ius vendendi pignus, & tunc ſufficit, vt C. de diſtractio. pigno.
l. ſi reſiduum. ff. quibus modis vel hypotheca ſoluitur. l. item li
9 beratur. §. qui paratus. Aut offert ſibi poſtquam eſt ſibi ius quæſi
tum vendendi, & tunc neceſſaria eſt oblatio, cõſignatio, & de-
poſitio ad hoc vt euitetur venditio, vt C. de diſtractio. pigno.
l. ſi priuſquam. Et probatur in ſimili, quia vbi pœna nondum,
eſt commiſſa, tunc ſufficit ſola oblatio ad eam vitandam, &
vbi pœna ſemel eſt commiſſa, tunc requiritur oblatio, con ſi-
gnatio, & depoſitio, quod dic vt legitur. & notat. C. de vſuris
lege. ſi prote. & l. acceperam. Et vide quod notat Ioann. Andre.
infra de vſuris. quanquam ſuper verbo mandauerint. libro
ſexto in nouel.

¶ Hic habes quod debitor remiſit per ſuum nuntium, etiam
pecuniam debitam creditori, gratia huius, ſi quæris vtrum de
bitor teneatur deferre debitum creditori, & cuius expenſis,
diſtingue. Aut quæris de debitore vſurario, & de illo dicam, ſ.
de vſuris. cum tuto. diſtinct. 2. Aut de alio debitore, & tũc aut
eſt actum inter partes, in quo loco, ſeu qualiter debitum ſolue
retur, & cuius expenſis. Aut eſt actum in quo loco, ſed non cu
10 ius expenſis, aut de neutro eſt actum. † Si eſt actum in quo lo-
co, & cuius expenſis, tunc ſecundum conuentionem partiũ
eſt ſoluendum, nec tenetur debitor alibi vel alias ſoluere ita in
tellige. ff. de verborum obligatione. l. continuus. §. cum ita. Et
hoc ſiue ſit contractus verbalis vt ibi, ſiue alius. vt ff. de iudi. l.
fideicommiſſum. depoſiti. l. ſi in aſia. in principio. Ex conuen-
tione enim partium contractus legem accipiunt. ff. depoſiti. le
ge primo. §. ſi conuenerit. Ex hoc, ſiue contractus ſit initus,
gratia vtriuſque contrahentium. vt ff. de actione emptio. l. ratio.
§. vltimo, ſiue gratia alterius eorum tantum. vt in §. alleg. cum
ita. Si eſt actum vbi ſolui ſeu reddi debeat, non tamen eſt actũ
cuius expenſis, tunc reddi & ſolui debet prout eſt actum, ſed
quo ad expenſas refert. Aut contractus eſt initus & locus aſſi
11 gnatus gratia vtriuſque, aut gratia debitoris tantum. † Si gra-
tia vtriuſq; tunc in expenſis debitoris, ideſt illius qui debet
reddere, reddi debet, vt in d. l. ratio. §. vltimo. & de ſolutio. l. ſi
ſolu-

ſoluturus.v.g.vendidiſti mihi decem dolia vini reddenda in
certo loco expenſis tuis reddere debes, quia eo caſu loci aſſi-
gnatio, eſt pars mercis, ſicut & in ſtipulatione locus ſeu loci aſ
ſignatio pars eſt in ſtipulationis.inſtitutio.de verborum obli-
ga.§.loca & dies ſolutionis.ff.de edendo.l.1.§.editiones. Si gra
tia creditoris tantum, tunc aut loquimur in contractu in quo
nihil debet abeſſe debitori, vt in depoſito, & tunc expenſis cre
ditoris sui debitum reddi & ſolui debebit, vt in l. allega. ſi in
Aſia.in princip.ff.ad exhibend.l.ſed & ſi hæreditas.§.j.Aut lo
quimur in contractu vbi nihil debet abeſſe creditori, vt in ſti
pulatione, & tunc expenſis debitoris reddi debet, vt in l.alleg.
continuus.§.cum ita. Si gratia debitoris tantum in commoda
to quod fit regulariter gratia commodatarij.§. de commodat.
c.vnico.in princ.& in mutuo, vt ff.ad Macedonian.l.j. in prin-
cip.& tunc expenſis debitoris ſolui & reddi debet. vt ff.com-
modati.l. ſi vt certo.§.idem Labeo.in fi.& hic ibi creditori pe
cuniam numeratam remiſi.&c.

¶ Sequitur tertio caſu, quãdo de neutro eſt actum, nec in quo
loco, nec in cuius expenſis, & tunc refert. Aut quæris, in quo
12 loco reddere ſeu ſoluere debeat, aut cuius expenſis.† In primo
caſu, aut certus terminus fuit aſſignatus ſeu certa dies aſſigna
ta ad ſoluendum vel reddendum, & tunc debitor tenetur de-
ferre debitum ad domum creditoris.ff.de ſolutio.l.qui decem
§.primo.& l.ſi ſoluturus, alias videtur in mora, quia dies inter
pellat.C.de cõtrahen.& committen.ſtipulatione. lege magnã
& pro hoc facit optimè hoc capitulum. Et ita poteſt intelligi
notat Innoc.hic in glo.quicunque, dicens, quod quicunque ali-
quid debet alicui, non debet expectare quod is cui debetur illd
petat, ſed debitor debet ire ad locum vbi creditor habet domi
cilium, & ibi ſibi offerre, & ſi nõ eſt ibi coram iudice loci hoc
proteſtetur, argum.hic & C.de vſuris.l.ſi creditori.C.de ſolu-
13 tio.l.obſignatione.† Aut certa dies non fuit aſſignata ad ſoluẽ-
dum, & tunc aut eſt res quæ de facili portari non poteſt, & tũc
in loco vbi eſt, præſtari debet, argum.ff.de acquirenda poſſeſ.
l.prima.§.ſi iuſſerim.& l.quarundam. Aut eſt talis res, quæ de-
facili poteſt portari, & tunc aut debitor eſt in mora, & tũc de-
bet deferre ad domum creditoris expenſis proprijs, quia de-
bet purgare morã ſuam quæ alias purgari non poſſet.ff. de con
ſtitu.pecu.l.item illa verba, vbi hoc notat gloſſ. Fallit vbi nõ ha
beret domicilium, ſed eſſet vagabundus, quia tunc nõ tenetur
eum ſequi, argum.ff.de operis liberis.l.quod niſi.§. ex prouin-
14 cia.in fine.† Aut non eſt in mora, & tunc non tenetur defer-
re, vt ff.de verborum obligatione.ſi ex legati cauſa.& in lege.
item illa verba iam allega. Et intellige quod notat Spec.Rubri.
de emptione, & venditione.§.primo.in fine.vbi dicit quod ſi
emi a te decem corbes tritici, nec fuit actum vbi illa præſta-
re debeas, non teneris portare ad domum meam, nec præſtare
vt in l.alleg.ſi in Aſia.§.primo.ad idem.ff.de rei vendicatione.
lege.ſi res mobilis.de eo quod certo loco.lege ſecunda.§. non
vtique alias eſt lex C.vbi in rem actio.l.fi.& 2.quæſtio.j.ſi pec
cauerit. in fine. In ſecundo caſu ſcilicet, cuius expenſis. dic
vt ſupra.

1 *Cautio in ſeruitutibus perſonalibus præſtanda.*
Fallit quatuor caſibus.
2 *Cautio in ſeruitutibus realibus non præſtanda.*
3 *Cautio iuratoria in ſeruitutibus ſufficiens.*
4 *Cautio iuratoria ſuſpecto non committenda.*
5 *Vſusfructus an per monachatum vſusfructuarij finiatur.8.*
6 *Monachus, proprium habet, quo ad monaſterium commo-dum.*
7 *Vſusfructus monacho relictus acquiritur monaſterio,*

CVm conſtet. Si quæris in quibus ſeruitu-
tibus habeat præſtari cautio
de vtendo fruendo arbitrio boni viri. Diſtingue.
1 † Nam quatuor ſunt ſeruitutes perſonales in quibus
exigitur iſta cautio, ſcilicet vſusfructus, vſus, habitatio, & ope
ratio ſeruorum, vt is cui talia relicta ſunt vtatur fruatur, &
inhabitet, & operas percipiat arbitrio boni viri.ff. vſufructu,
quemadmodum capitu.lege prima.in principio. Sed fallit in
quatuor caſibus in quibus non præſtatur, quorum tres ſunt
hic in gloſſa, hæc autem cautio. verſicul. quandoque tamen.
Primus, quando certum eſt proprietatem redire ad vſufru-
ctuarium, vel eius hæredes. ff. vſufructu. quemadmodum ca-
pitu.l.ſi vſusfructus.§.plane. Secundus, quando legatur, vel
præſtatur fiſco, quia fiſcus ſemper eſt idoneus ad ſoluendum
vt ff.vt lega. & nota. capitu.lege prima.§.ſi ad fiſcum. Tertius
cum vſusfructus pertinet ad patrem in bonis aduentitijs filij.
C.de bonis quæ liberis. lege finali. Quartus caſus, eſt, quan-
do vſusfructus non eſt rediturus ad hæredem proprietarij, ſi-
ue teſtatoris, vt C.de vſufruct. l.antiquitas.ſecundum Vincẽt.
2 Hoſtienſem.& Io.And. † Aut quæris de alijs ſeruitutibus, &
in iſtis non præſtatur.vt in d.l.j. vſusfructuarius quemadmo-
dum caueat.

¶ Ad declarationem gloſſæ finalis. Si quæris, quando vſufru-
ctuarius ſatiſdare non poteſt iuxta formam huius cap. vtrum
3 ſufficiat quod iuret ad hoc, vt habeat vſumfructum † Ber. di
cit hic, quod ſic, ſed Azo contra dicens, quod non habebit
vſumfructum niſi ſatiſdet. Idem tenet Accurſius.C.de vſu-
fruct.l. vſufructu conſtituto. Et Archidiaconus. 17.quæſtio-
ne prima.capitulo qui bona. ſi ergo. c. pro hoc. C. de vſufru.
lege prima. Sed Hoſtienſis hic dicit quod prima opinio beni
gnior eſt, ſed vltima iuſtior. Poſſet tamen ſecundum eum te-
neri quædam media via, vt dicamus ipſum admittendum, cũ
iuramento, ſed ſi poſtea appareat quod veniat contra iuramen
tum, vel bona ſua incipiat diſſipare, priuilegium hoc ceſſabit,
argumentum infra, de decimis. ſuggeſtum. de verborum ſi-
gnificatione, quid per nouale. & capitulo Abbate.ad finem.
Et optime facit ad hanc ſolutionem infra de donatione inter
4 virum & vxorem. capitulum per veſtras. ſecundum eum.
† Petrus vero de bella pertica tenet in dicta lege vſufructu cõ-
ſtituto. idem cum Ber. hic ſcilicet, quod committendum ſit,
ſuæ iuratoriæ cautioni, ſicut alias fit. ff. ſi cui plus quam per
legem fal. l. cum non facile, niſi perſona eſſet ſuſpecta, quia
tunc locus eſſet ſequeſtrationi. argumen. ff. qui ſatiſda. cogan
tur, lege ſi fideiuſſor in fine. ex quorum dictis potes ſic diſtin
guere. Aut perſona ab initio eſt ſuſpecta, & tunc locus eſt ſe-
queſtrationi, vt dicit Petrus, Aut non eſt ſuſpecta ab initio,
& tunc diſtingue, vt Hoſtien.hic. & bene.

¶ Si quæris vtrum vſusfructus per ingreſſum vſufructuarij in
5 monaſterium finiatur & expiret. † Hoſtien dicit hic quod ſic
argumento.C.de epiſcopis & clericis.l.deo nobis, & ſupra de
probatio. in præſentia. pro quo facit. C. de vſufruct. lege cor
ruptionem.inſtitut. de vſufru. §. finitur. Sed Ioann. & Lau-
ren. 19.q. 3.cap. ſi qua mulier. videntur tenere contrarium, &
quòd ius vtendi cohærens perſonæ remanet apud ipſum, &
vtilitas apud monaſterium, argum. ff. de iure dotium. lege ſi
vſusfructus. ff. ad Trebellianum. l. ſi patroni. j. reſponſo. ſo-
luto matrimonio. l. vſufructu. ad legem Iuliam, de adulte. l.
ſi poſtulauerit. §. de eo. de legat. 2. l. peto. §. 1. de donatio. in-
ter virum & vxorem. l. ſed ſi 2. reſponſo. in fine. C. de vſu-
fruct. l. vltima. & infra de donatione. inter virum & vxorem.
6 cap. nuper. † Et ſi dicatur, monachus non poteſt habere pro-
prium, poteſt reſponderi quod verum eſt, quantum ad eius
commodum proprium & particulare, ſed quantum ad com-
modum monaſterij, ſic. Sicut & filiusfamilias, qui iure dige-
ſtorum, nihil poterat habere, & tamen remanet penes eum
ius hæreditatis ad commodum patris. ff. de lega. 1. l. cum filio
ergo idem poteſt dici a ſimili in quæſtione noſtra. Et illã opi
nionem ſcilicet quod quãtum ad commodum tranſeat in mo
naſterium, tenet Accurſius. C. de ſacroſanctis eccle. in authẽ.
ingreſſi. Iſtam eandem opinionem in effectu tenent Innocẽ.
& Hoſtien.§.de probatio.c.in præſentia dicentes, quòd vſuſ-
fructus tranſit in monaſterium, & durabit in vita illius ingre-
dientis tantum. Idem Specu.titu.de ſtatu monacho. §. vnico.
verſicu.47.quæritur. Et idem Ioann. de fa.in cap. allega.ſi qua
mulier. Sed circa hoc diſtingue. Aut quæris vtrum tranſeat &
pertineat ad monaſterium, aut poſtquam tranſiuit, quanto tẽ
7 pore finiatur. In primo caſu refert. † Aut quæris de vſufructu
qui legatur ſeu deuoluitur alicui iam exiſtenti monacho, &
poſt monachatum, & tunc monaſterium habet ius ipſum, vt
C.de vſufruct.l.vlti.ſm Lauren.& Archidiaco.in §.allegato ſi
qua mulier. Aut quæris de vſufructu qui eſt apud vſufructua
rium ante ingreſſum, & tunc poteſt tenere ſi velis opinionẽ,
prædictam Ioan. & Lauren. vel ſi velis potes tenere opinionẽ
Innoc.& ſequacium quæ tutior videtur per l.allegatam corru-
ptionem.& inſtitu. de acquiſit.per arrogati.in principio reie-
8 cta opinione Hoſtien.hic.† Si quæris in ſecundo caſu. ſ.quan
do vſusfructus tranſeuntis ad monaſterium finitur, tunc
videtur, quòd centum annis, quia tantum durat vſusfru-
ctus relictus, ciuitati. vt ff. quibus modis vſusfructus amit
tatur. lege ſi vſusfructus ciuitati. & eccleſia & ciuitas æqui-
parantur. C.de ſacroſanctis eccleſi. l. vltima. Tu dic, quod per
mortem ingredientis finiatur ſecundum Inno. & Hoſtien.in

e.alleg.in præſentia.& Ioan.delfa. & Specu.vbi ſ.argum.ff. de
pericu.& commodo rei venditæ.l.neceſſario.§.fi.de leg. 2.l.cũ
pater.§.hæreditatem.de præcario.l.ſi adoptauero. de manu-
miſ.l.Caius.Nec obſtat.l.allega.ſi vſusfructus ciuitati. quia lo-
quitur in legato vſusfructus ciuitati, & ſic perſonæ perpetuæ
immortali ab initio relicto,hic vero loquimur,in vſufructu ꝑ
ſonæ ſingularis & mortalis ad monaſterium & ſic ad perſonã
perpetuam tranſlato, ideo ſecundum naturam, & conditio-
nem illius perſonæ ſingularis, regulari debet, vt in iuribus
allegatis.

¶ De fideiuſſoribus. Rubrica.

1 *Religioſus non fideiubet.*
2 *Clericus pro clerico vel eccleſia fideiubet.*
3 *Clericus per laico raro fideiubeat.*
4 *Clericus de patrimonio ſuo fideiubere poteſt.*
5 *Clericus res eccleſiæ non obligat.*
6 *Mulier pro marito non fideiubet.*
7 *Mulieris fideiuſſio pro extraneo tenet, ſed iuuatur Velleiano.*
8 *Mulier decem caſibus Velleiano non iuuatur.*
9 *Seruus non fideiubet niſi in re peculiari.*
10 *Mulier an renuntiare Velleiano poſſit.*
11 *Mulieris fideiuſſio iuramento firmatur.*

CLericus. Si quæris vtrum & quando aliqs,
poſsit ſeu teneatur fideiubere, di
ſtingue,aut non imminet neceſsitas,aut imminet
Si non imminet tunc,aut quæris vtrum poſsit,aut
vtrum teneatur fideiubere. Si quæris vtrum poſ-
1 ſit refert,aut quæris de religioſis,aut de ſecularibus.†Si de re-
ligioſis,tunc tales non poſſunt abſque maioris partis capituli
& abbatis ſui licentia pro aliquo,ſeu in aliquo fideiubere,vt le
gitur & no. ĩ.e.in quibuſdam.Si de ſecularibus,tunc,aut que-
ris de clerico,aut de laico.Si de clerico, tunc aut beneficiato,
aut de non beneficiato.Si de beneficiato tunc,aut quæris nun
quid poſsit fideiubere pro eccleſia,aut pro alio clerico, aut ꝓ
2 laico.†In primis duobus caſibus dic quod ſic,vt C. de ep̃o. &
clericis.l.omnes qui vbique.§.in hac.& in auth.de ſanctiſsimis
Epiſcopis. §.alium autem.colla.9.vt hoc not.Io.9.q.j.te qui-
dem.& Hoſt.hic.In tertio caſu refert.Aut quæris nunquid de
bet ſeu põt licitè fideiubere,aut nunquid ſi fideiubeat fideiuſ-
3 ſio tenebit.†Sed nũquid põt licitè fideiubere,dic quod ſic dũ-
modo non nimis frequenter faciat vt hic innuitur quando di
cit inſeruiens quod ſolam frequentiam denotat & damnat,vt
depo.l.j.35.diſt.Epiſcopus.quod ſi fecerit frequenter ab eccle
ſia eijciatur,vt hic,& 11.q.1.te quidem,ſecundum Hoſt.hic.Si
quæris nunquid ſi fideiubeat obligatio fideiuſsionis tenebit,
tunc aut quæris nunquid tenet obligatio fideiuſsionis ſuæ quã
tum ad perſonam & res ſuas proprias patrimoniales, & alias,
quas obligare põt, puta res ſibi obligatas & ſimiles. Aut quan-
tum ad eccleſiam ſuam vel res eccleſiæ quas obligare non põt.
4 †In primo caſu dic quod ſic, vt in duobus. cap.proximis.& ẽt
quantum ad fructus beneficij ſui quos ſuos facit.ĩ.c. proxim.
verſic.alioquin.ſecundum Hoſt.hic.quod ipſe Hoſt.intelligit.
ĩ.c.proximo.fore verum de fructibus beneficiorum præben
dalium,ſecus de fructibus eccleſiarũ,illos.n. obligare nõ poſ-
ſet in eccleſiæ læſionem,argum.C.quæ res pigno.obligari poſ
ſunt.l.ſpem præmiorũ ſuper quo vide quod notatur.ĩ.de pec.
cle.c.fi. Et idem videtur tenere G.Montelau.extra de priuile.
5 c.j.§.cæterum.glo.nota delictum.in clem.† In ſecũdo caſu,dic
quod non, vt patet in eo quod legi.& nota.ſ.de arbitris. c. per
tuas.depoſi.c.j.ĩ.eo.quod quibuſdam. Si quæris de clerico nõ
beneficiato,tunc dic idem quod in laico ſequitur.Si quæris de
laico tunc aut de muliere,aut de maſculo.Si de muliere refert.
6 †Aut mulier intercedit pro marito,& tunc qualitercunq; in-
tercedat in ſcriptis vel ſine ſcriptis nõ valet ipſo iure, niſi qua
tenus in rem ſuam verſum eſt,nec renuntiare põt,vt in auth.
vt nulli iudi.§.& illud.collatio.9.quæ eſt ſita.C.ad Velleia.in au
then.ſi qua mulier. Et ratio illius prohibitionis fuit illa quę ꝓ
hibet donatiõem inter huiuſmodi perſonas ſcilicet ne mutuo
amore ſe ſpolient.ff.de donationi.inter virum & vxo.l.j. & 2.
& 3.ſecundum Accur.ibi. & Hoſtien.in ſumma eodem titul.
§.& quis.verſic.pro maritis.& Spec.Rubrica per quam ſolu.
obliga.tollentur § j.verſic.ſed quæritur an vxor. vbi de hoc.
7 †Aut intercedit pro extraneo,& tunc dic quod tenet fideiuſ-
ſio ipſo iure dummodo fiat cum ſcriptura ſolenni a tribus te-
ſtibus ſignata iuxta.l.antiquæ.C.ad velleia,ſed non in eſtectu,
quia habet exceptionem velleiani. vt ff.& C.ad velleia.per to
tum.Sed fallit in decem caſibus in quibus obligatur nec iuua-
tur velleiano,quos notat Accurſius.C.ad velleianum.l.vltima.
Et plenius Hoſt.in ſumma.eodem tit.§.& quis.ſub.§.quod au
8 tem dixi.†Primus eſt,ſi cauſa decipiendi interueniat,vt ſi ve
niat ad fideiubendum cum barba fictitia,brachijs,& caligis in
duta tanquam eſſet vir,vel aliter creditorem decepit. vt ff. ad
velleia.l.2.§.vltimo.& l.ſi decipiendi.Secundus, ſi renuntiauit
beneficio velleiani certificata de effectu ipſius, alias iniquum,
eſſet pacto perimi illud de quo cogitatum non docetur ff. ad
velleia.l.vltima.& de tranſactio.l.qui cum tutoribus.§.vltimo.
& lege cum Aquilia.de pactis.tres fratres.Et ſic debent intelli
gi omnia iura quæ dicunt quod quilibet poteſt renuntiare his
quæ pro ſe introducta ſunt,verum eſt certificatus, argum. in
authen.quomodo oportet epiſcopos.§.igitur ordinandus. col
latione prima.vbi hoc notat gloſſa.& 38.diſtinct.placuit.Ter
tius eſt,ſi elapſo biennio a tempore fideiuſsionis computan-
do iterum confeſſa fuerit ſe obligatam eſſe,vel pro ipſa inter
ceſsione pignus vel interceſſorem alium dederit,vt C.ad vel-
leia.l.ſi mulier. Quartus,ſi partem pecuniæ accepiſſe probata,
fuerit. Et ideo vt ſe obligare,vt C.ad velleia.l.antiquæ. primo
reſponſo.Quintus, fauore libertatis,vt C.ad velleia.l. penulti
ma.Sextus fauore dotis.C.ad velleia.l.vltima.Septimus, ſi ani
mo donandi intercedit.ff.ad velleia.l. ſed ſi ego. & l. ſequenti.
Octauus,ſi in rem ſuam fideiubeat.ff.ad velleia.l.aliquando.&
lege ſi pro aliquo.primo reſponſo.Nonus, ſi quaſi in rem ſuã
fideiubeat.ff.ad vellcianum.l.ſi mulieri. Decimus, ſi in nullo
periclitetur.ff.ad velleianum.lege ſi mulier contra ſenatuſcon
ſultum.Si quæris de maſculo tunc põt regulariter ſe obligare,
7 vt ff.& C.de fideiuſſo.per totum.†Fallit in ſeruo alias quam in
re ſeu negotio peculiari fideiubente,vt ff.eodem l. ſeruus in-
ſcio.& l.ſeq.Si quæris vtrum teneatur fideiubere, & dic quod
non,argumen.C.de actionibus.& obligationibus l.ſicut ſi im
minet neceſsitas,tũc quilibet debet& tenetur ex pietate ſub-
uenire alij,vt 85.diſtinct. non ſatis,vt notat Ioann.in cap. al-
leg.te quidem.& Ber.infra eodem,quod quibuſdam. Et hoc
ſentit Archidiaconus vndecima q.1.c.ſicut enim.in glo.vbi di
cit eſſe argumentum quod laicus tenetur fideiubere pro ſuo
proximo ꝙ niſi faciat peccat.Et licet non teneatur ad hoc de
iure ſcripto ciuili,vel canonico,tenetur tamen de iure natura-
li, & ad hoc poteſt cogi & ad publica munera,ſcilicet tutelam
curam, & dignitatem & huiuſmodi ꝙ ſi deſunt laici,tunc cle-
rici ſuppleant iſta. Et hoc idem notat ibi Hugo.
10 ¶ †His viſis.Si quæris vbi reperitur in inſtrumento ſcriptum
ꝙ mulier renuntiauit velleiano,vtrum renuntiatio valeat, re-
fert, Aut mulier intercedit pro marito, & tunc non valet.vt ſ.
dixi.Aut pro extraneo,& tunc aut in aliquo de prædictis caſi-
bus ſpecialibus vbi non habet locum velleianum, & tunc ſiue
in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis intercedat,valet, nec eſt opus renũ
tiari cum teneatur cum effectu.Aut fideiubet in alio caſu , quã
in aliquo de prædictis,& tunc aut fideiubet vel intercedit ſine
ſcriptis,& tunc non valet ipſo iure fideiuſsio,& per cõſequẽs,
renuntiatio velleiano nihil importat,quia nõ indiget eius au
xilio cũ ſit ipſo iure tuta,vt C.ad velleia.l.antiquæ.§.fin. ergo,
nec eius renuntiatio nocet.Aut intercedit in & cum ſcriptura
ſolenni a tribus teſtibus ſignata,& tunc obligatur ipſo iure,&
tunc,ſi renuntiauit velleiano nocet ſibi,quia perdit beneficiũ
exceptionis,vt d.l.antiquæ.§.j.& ff.ad velleia.l.vlti.& in authẽ.
vt ſine prohi. matres debi.& credi.§.j.colla.7. Et tunc dicunt,
quidam indiſtinctè valere & nocere renuntiationem. Sed Iac.
dẽ Ra.& Pe.de bella Perti.in iſto articulo ſic diſtinguunt. Aut
renuntiat in ipſo contractu,& tunc non valet,rõ eſt quia iſtud
beneficium velleiani fuit introductum ratione facilitatis mu
lierum,& ſicut de facili intercedunt ita de facili renunciant,&
ideo renuntiare poteſt quia ex fragilitate ſexus videtur inci-
dere in renuntiationem. Aut mulier renuntiat poſt contractũ
abſolutum ex interuallo, & tunc bene valet,ar.C.ad velleia.l.ſi
mulier.& iſta ſententia ſatis eſt æqua,& ſi bene inſpicias. l.illã
vlti.§.penulti.ff.ad velleianum.tu videbis ibi ꝙ mulier renun
11 tiauit ex interuallo & plus, ꝙ corã iudice. †Et q̃ dicta ſunt de
iſta renuntiatione intellige circunſcripto oĩ iuramento , alias
ſecus,vt legi.& nota.ſ.de iureiur.cum contingat.Et melius ꝑ
Gof.ĩ.de pactis.c.quamuis.lib.6.& 38.diſt.placuit.7.q.j.aliter
& c.quam periculoſum.

1 *Creditor conuenit principalem, vel fideiuſſorem beneficio renun-
tiantem,ad ſui electionem.*
2 *Principalis diſcutiendus antequam fideiuſſor conueniatur.*
3 *Principal. abſente qualiter fideiuſſor conueniendus.*

4 Præſens

4 *Præſenti qui dicatur.*
5 *Rei debendi an ex interuallo conſtituantur.*
6 *Rei debendi differunt ab inſolidum obligatis.*
7 *Fideiuſſor an vſuras ſolutas repetat a debitore.9.11.*
8 *Iudicis iniuria parti non imputanda.*
10 *Furti per ſeruum commiſſi, tenetur is, cuius nomine fuit emptus.*
12 *Debitor vſurarum, ad eas ſoluendas credens pecuniam, vſuram non committit.*
13 *Exceptio competens reo, an eius fideiuſſori competat.16.*
14 *Priuilegium perſonale eam non egreditur.*
15 *Condemnatus habet quatuor menſes ad ſoluendum.*
17 *Beneficiorum fructus non reſidentis pro eo non obligandi.*
18 *Res aliena non obliganda.*
19 *Beneficiatus eſt dominus fructuum perceptorum 22.*
20 *Beneficiorum fructus non obligandi ſi beneficiatus habet patrimonium.*
21 *Beneficiorum fructus obligantur, vbi beneficiatus non habet patrimonium dummodo ei relinquatur, de quo viuat.23.*

PEruenit. Ad declarationem primæ glo. Si
quæris vtrum ſit in optione cre-
1 ditoris quem velit primo conuenire principalem
vel fideiuſſorem, & quid iuris, diſtingue. † Aut fi
deiuſſor renuntiat beneficio iuris volentis ꝙ reus
principalis primo conueniatur, & tunc eſt in electiōe ſua, quē
primo conueniat, nam ille beneficio renuntiari pōt ſm̄ Ber.
& Hoſt. hic, & Hoſt. in ſumma eo. tit. §. quando circa. Aut non
renuntiat, Et tunc ambo. ſ. principalis & fideiuſſor ſunt præſen
tes, aut ambo ſunt abſentes, aut principalis eſt præſens, & fide
iuſſor eſt abſens, aut econtra fideiuſſor præſens, & principalis
2 abſens. † In primo caſu non pōt creditor conuenire fideiuſſo-
rem prius, quam reus inuentus fuerit minus idoneus in totū,
vel in partem, vnde primo excutiatur principalis, & poſtea fi
deiuſſor conueniatur, vt C. eod. tit. in authē. præſente. quæ eſt
3 ſumpta in auth. eod. tit. §. j. collatio. j. † In ſecundo caſu aut am
bo ſunt abſentes æquali abſentia, aut inęquali. Si ęquali tūc i-
dem eſt ac ſi ambo eſſent præſentes, quia cæteris paribus pri-
mo debet principalis conueniri, vt patet quando ambo ſunt p̄
ſentes, ergo & in caſu iſto cum ſit par ratio, arg. ff. ad l. aquil. §.
illud. de fonte l. vna. extra de offic. vic. c. vnico. in clem. Si inę-
quali tunc, aut principalis eſt remotior, vt quia diſtat per duas
dies & fideiuſſor per vnam, & tunc poteſt eligere quem velit,
primo conuenire. Si tamen eligat fideiuſſorem dabitur ſibi di
latio competens ĩ. quam deducat reum primo conueniendum.
ipſo fideiuſſore in ſubſidium reſeruato, vt in d. auth. præſente.
§. ipſe tamen. Aut principalis eſt propinquior, & tūc ipſe prin
cipalis primo excutitur, arg. pro vtroq; membro. ff. de iudi. l. ſi
longius. Et pro hoc facit ratio dicti. §. j. authen. eodem. tit. quę
eſt ꝙ vbi creditor pōt conuenire debitorem ſine incommo-
do, non poteſt conuenire fideiuſſorem. In tertio caſu. ſ. quādo
principalis eſt præſens & fideiuſſor eſt abſens, tunc non eſt du
bium quod primo excutitur principalis, nam hoc fit in primo
caſu vbi vterq; eſt præſens, ergo multo magis in iſto. argum.
nota. ſ. de elect. c. cum in cunctis. in princip. In quarto caſu. ſ.
qn̄ principalis eſt abſens & fideiuſſor præſens, tunc pōt elige-
re quem velit primo conuenire. Si tamen primo eligat fideiuſ
ſorem dabitur ſibi dilatio competens. ĩ. quam deducat princi-
palem primo conueniendum iuxta formam illius authentic.
4 præſente. §. j. † Et ſi quæris quando reus dicatur præſens Accu.
notat in corpore authenticorum in princip. quod eſt prę ſens,
quando eſt in eodem territorio, ita quod facile poſſit citari, ar
gu. ff. de iuriſd. omnium iudicum. l. fi. Sed Hoſt. in ſumma eo-
dem titu. §. quando ceſſet. circa princi. dicit quod dicitur p̄ſs,
qui eſt in eadem ciuitate vel territorio. vt ff. de procurato. l. p̄-
ſens. vel in eadem prouincia. C. de præſcr. long. temp. l. vlt. & ſ.
de offi. deleg. coram, quod non placet Iaco. de Raue. quia terri
torium iudicis poſſet eſſe ita magnum quod debitor exiſtēs
in territorio reputaretur abſens. Et ideo ipſe intelligit, quod
tunc dicatur præſens cum eſt in hortis, vel in ciuitate, vel in
ſuburbio. vt ff. de procura. l. præſens. Ego vero credo tunc eū
reputari p̄ñtem cum eſt facilis ad conueniendum, ꝙ credo re
ferendum ad arbitrium boni viri, arg. ff. de iure delibe. l. j. in fi.
& ſ. de of. dele. c. de cauſis. in fi. & ꝓ hoc. ĩ. de of. ord. c. Roma.
§. officiales. li. 6. cū ibi no. per Card. & Archi. & ita credo Acc.
& Iac. ſenſiſſe. Iuxta iſtam materiam poſſet quæri de tali q̄ōne
Titius vult mutare Seio, ſed vult ꝙ Sempronius ſe conſtituat
principalem debitorem ꝙ factū eſt, nunquid Sempronius ha-
bebit b̄n̄ficium iſtud ꝙ h̄et fideiuſſor? Acc. diſtinguit in auth.
eo. tit. §. j. collatio. j. & credo quod bene. Aut innouatur oblig̃ō
Seij, ꝙ fieret ſm̄ vetera iura ſemꝑ mutata pſone, vt ff. de actio
nibus & oblig. l. obligationum fere. §. fi. & inſti. quib. mod. toll.
obligatio. §. præterea. hodie vero hoc expreſſo & nō aliās, vt
C. de noua. l. fi. & tunc iſte Sempronius non h̄et iſtud b̄n̄ficiū,
cum ipſe Titius creditor non poſſit dici negligens ꝙ̄ Seiū iam
liberatum, contra quem agere non pōt, argum. C. de anna. ex-
cep. l. j. in fi. Aut non innouatur, & tunc h̄et iſtud beneficium;
cum ſit eadem rō huius & fideiuſſoris, vt ff. ad l. aquil. illud. de
verborum oblig. l. a Titio. Quidam alij diſtinguūt ſic. Aut iſti
duo ſimul ſe obligant, & tunc habentur loco duorum reorū,
nam vna obligatio ſeu vnius obligationis funiculus ligat eos,
pariter. Aut vnus ſe obligauit primo, & alius ſe obligauit ſecū
do, & tunc habentur loco principalis & fideiuſſoris; ſed hoc
5 non eſt expeditum † immo cadit in illam q̄ō. ſ. vtrum rei debē
di poſſint ex interuallo conſtitui. Et no. Accur. ff. de duobus.
reis. l. ſi ex duobus. quod non, & pro hoc facit lex illa & e. tit. l.
duos. in fi. Sed contrarium videtur eodem tit. l. 3. & l. eādem. §.
fi. Sed ego dico ſm̄ Iaco. de Raue. & Cyn. in auth. alle. p̄ñte. ꝙ
duo rei poſſunt ex interuallo conſtitui, dummodo agatur in
ter ipſos reos debendi quod ſint duo rei; & interrogatio & re
ſponſio fiat in quolibet ſtatim, licet in vno prius concipiatur,
vna ſtipulatio, & in altero concipiatur poſtea ex interuallo, vt
probatur in d. l. 3. & l. eandem. §. fi. Non obſtat illa lex ſi ex duo
bus, quia ibi ſimul interrogati fuerunt, & poſtea ex interual-
lo interuenientibus extraneis actibus reſponderunt, vt patet
ibi in textu & in glo. in princi. & eodem modo reſpōdetur ad
l. duos reos. §. fi. At vbi vnus interrogatur & promittit prius,
& poſtea ex interuallo interrogatur & promittit ſecūdus, hoc
acto inter eos quod ſint duo rei, tunc erit inter eos obligatio,
duorum reorum. Sed contra hoc videtur expreſſè inſtitu. de
duobus reis. in princ. ſed ibi loquitur in duob. reis ſtipulandi;
ſed cum rō diuerſitatis non poſſit reddi; dic quod ibi in primo
reſponſo loquitur quando agebatur ꝙ eſſent duo rei ſtipulan-
di quorū conſtitutionem dum hoc agitur non impedit inter-
uallum. Et hoc vult litera ibi, duob. ſeparatim ſtipulantib. &c.
In ſecundo r̄n̄ſo loquitur qn̄ hoc nō agebatur, & illo caſu non
eſt obligatio duorū reorum, ſed hoc bene eſt obligatio duo-
rum inſolidum, nec ſequitur ſi eſt oblig̃ō duorum inſolidum
6 ergo eſt duorum reorum. † Dr̄ia eſt. n. inter iſtos & in effectu,
conſtitutionis & in effectu liberationis, in effectu conſtitutio
nis, nam pone quod ita dixi, promittis mihi 10. & tu alter ꝓ-
mittis mihi eadem 10. nunquid eritis duo rei debendi? dic ꝙ
non, quia in oblig̃ōne duorum reorum oportet hoc agi, vt ff.
e. l. reos. §. cum tabulis, ſed bene concedo ꝙ vterq; ſit obligat⁹
inſolidum ad centum, & eſt effectus. Nam vbi ſunt duo rei de
bendi vna eſt oblig̃ō. & agnitio vnius p̄iudicat alteri. vt C. de
duobus reis. l. vlti. ſed vbi non ſunt duo rei, non p̄iudicat agni-
tio vnius alteri. vt ff. de reg. iur. l. nō debet. & in effectu libera-
tionis, quia vbi ſunt duo rei debendi, liberatio cōtingit ipſo iu
re vno ſoluēte, vbi vero ſunt obligati inſolidū ſine cōſtitutio-
ne duorum reorum, liberatio contingit ope exceptionis, quia
ex plurib. cauſis lucratiuis vna & eadem res non pōt deberi, vt
ff. de act. & obli. l. ex plurib. & l. quotiens. vt not. Iac. de Ra. &
Pe. de bella perti. C. de duob. reis in auth. hoc ita. vnde credo,
diſt. Accur. poſſe ſuſtineri de iure.
¶ Ad declarationem gl. no. ſcripturam &c. Si quæris vtrū lite-
ræ ſigillo ep̄i ſigillatæ ſint authenticæ, & faciant plenam fidem
diſtingue, vt dixi ſ. de probationibus. c. poſt ceſſionem.
¶ Ad declarationē gl. ergo petet. Si quæris vtrū fideiuſſor poſ
ſit petere a debitore vſuras quas ſoluit pro eo creditori. Ioan.
7 & Laur. 14. q. 3. in ſumma dicunt indiſtinctè ꝙ ſic. † Circa, ꝙ
poſſet probabiliter ſic diſtingui, aut debitor ignorabat obliga-
tionem fideiuſſoris, aut ſcit. Primo caſu fideiuſſor vſuras, vel
aliud indebitū n̄ repetit ꝑ l. ſi qs negotia. ff. de neg. geſt. Sc̄do ca
ſu aut debitor ſcit & cōtradicit, aut ſcit & patitur, aut ſcit, &
mādat. Primo caſu n̄ repetit nedū vſuras quas ſoluit, ſ; nec ſor
tē, vel aliud ꝙ vtiliter impēdiſſet. ff. mād. l. ſi ꝓ te. & l. ſi remu
nerādi. §. ſi paſſus. C. de neg. geſt. l. vlt. plus. n. eſt cōtradicere, q̄
nō cōſentire. ĩ. de ſimo. ſicut tuis. de homi. Petr. Sc̄do caſu cū
patiť, licet repetat fideiuſſor fortē, & debitū ꝙ ſoluit. C. mād. l.
ſi fideiuſ. & p̄di. §. ſi paſſus. indebitū tn̄, vel vſuras quas ſoluit n̄
repetit, & ſibi iputet ī hoc ꝙ ſe ebtulit. ſ. de depo. c. bōa fides.
ff. dep. l. j. §. ſæpe. vt ſicut ibi offerre grauat d̄poſitariū, ſic, & hic
fideiuſ. vt hæc no. Io. an. ĩ. de reg. iu. c. dānū, q. qs. ī nouel. i ... v
bi de hoc diſtiguit. Tertio ca. qn̄ mādat refert, & iū. aut mādat

illum obligari pro ſorte tantum,aut pro vſuris incluſis ſub no
mine ſortis,vt eſt moris,ant in omnem cauſam, vel ſimplici-
ter, aut nominatim pro vſuris.Primo caſu ſoluens vſuras a de
bitore non repetit,tum quia exceſsit fines mandati.ff.mãda.l.
diligenter.ỹ.de præben.cui de non ſacerdotali.tum quia ad il-
las obligatus non erat.C.de fideiuſſ.ff.eo.l.fideiuſſo. magiſtra-
tuum.Nec obſtat.ff.manda.l.ſi mandato.§.ſi fideiuſſor. ibi iu-
ſta ratione.qui non loquitur de vſuris,vel loquitur de obliga-
to etiam ad vſuras,vel loquitur,ſm leges maxime digeſtorũ.
permittentes vſuras.Secundo caſu quando fideiuſsit pro vſu-
ris incluſis ſub nomine ſortis,repetit, iuſte enim credere de-
buit illam ſortem & totum debitum,ad id,prædicta.l. ſi fide-
iuſſor.ff.manda.l.2.3.reſponſo.ỹ.de præbend.ſi beneficia. libr.
6.nec præſumere debuit illum indebitum , ſub ſortis nomine
promittere.ẽ.de præſump.quia veriſimile.ff.de proba.cum de
indebito.Tertio caſu quando fideiuſsit in omnem cãm, vel
ſimpliciter non repetit,quia in generali mandato non incluſit
indebitum,de quo etiam in ſpecie veriſimiliter non mandaſ-
ſet.ff.de condict.inde.l.ſi procurator ad idem.ỹ. de officio vi-
carij.c.ſi.de reg.iur.in generali.li.6.Quarto caſu quando nomi
natim mandat fideiuberi pro vſuris refert,aut fideiuſſor ſoluit
vſuras quas debitor non promiſit,vel vltra quam promiſit, &
tunc non repetet eas,quia.Aut ſoluit voluntariè & tunc impu
tet ſibi.Aut coactus in iudicio,vel extra,& tunc de cogentib.
8 conqueratur † nam iniuria iudicis vel alterius non poteſt de-
bitori imputari,vt ff.de fideiuſſo.l.exceptiones.de euict.l.ſi p
imprudentiam.cum alijs hic alle.in prin.huius glo. Aut ſoluit
vſuras a debitore promiſſas.Et tunc aut fideiuſſor iurauit ſol-
uere ſortem & vſuras prout fuit hic, ſicut continetur in inte-
gra aut non.Si iurauit tunc,aut de voluntate expreſſa, vel taci
ta debitoris,& tũc ant iam antequam ſolueret impetrauit, ſeu
obtinuit abſolutionem ſeu relaxationem iuramenti,iuxta ca.
ex adminiſtrationis.ſupra de iureiur.& tunc perinde eſt ac ſi
ab initio non iuraſſet,vt innuit Ber.hic in ver. niſi primo im-
9 petraſſet &c.† Aut nondum impetrauit vel obtinuit abſolutio
nem iuramenti, & tunc ſi ſoluit eas creditori poterit eas repe
tere a debitore,per modum damni ſeu intereſſe ſm Ber.hic,
in verſic.ſed dicerem & c.vt hic,& ỹ.cap.proxim. Nec obſtat,
ſibi ſi non impetrauit abſolutionem ſeu relaxationem iuramẽ
ti,quia talis impetratio fit iudicis officium implorando, quæ
imploratio inſtar actionis habet,argum.ẽ.de offic.iudi.c.2. Et
licet,fideiuſſor teneatur excipere exceptionem competentẽ,
contra creditorem vt ff.manda.l.ſi fideiuſſor.non tamen tene
tur agere.Item ex hac imploratione ſuggillatur fama implorã
tis, ideo excuſandus eſt ſi voluerit parcere famę ſuæ.ff.mand.
l.idemque.§.generaliter ſecundum Goffr.& Hoſt. hic & Io.
And. in c.alleg.damnum.Aut iurauit non de voluntate exp̃ſ-
ſa vel tacita debitoris,puta abſente debitore,& ex interuallo,
poſt mutuum ſibi factum,& tunc dic idem quod in caſu ſequẽ
ti ſcilicet quando non iurauit,quia neceſsitatem ſibiipſi impo
ſuit,ideo non eſt ſibi ſubueniendum.arg.ff.qui ſatiſd. cog.l.ſi
fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.Si fideiuſſor nõ iurauit tunc, aut fuit
in culpa quia non excepit & non repetit,vt in d.l. ſi fideiuſſor.
§. non male.ff.manda & in d.l.exceptione.ff.de exceptio.ſecũ
dum Io.And.in cap.alleg.damnum.Aut non fuit in culpa, &
tunc aut neceſſe habuit ſoluere vſuras.aut non.Si ſic tunc ,aut
neceſsitate præciſa,puta captis pignoribus,& diſtractis & tũc
repetet nã.licet fideiuſſor ad hoc non teneretur,tamen fidem
impleuit,& debitorem a fidei implemento liberauit. argu.ff.
manda.l.ſi fideiuſſor.§.fi.& quia occaſione mandati , hoc ſibi
contingit,ergo &c.ff.manda.l.ſi mandato meo.§.ſi fideiuſſor.
10 †Pro tanto dicit lex quod ſi de mandato tuo emero certũ ſer-
uum,qui dum in domo mea eſſet fecerit mihi furtum,teneris
mihi actione mandati ad id quod furatus eſt reddendum , vt
ff.de de furtis.l.ſi ſeruus communis.§.quod vero.& not.ff.mã
da.l.inter cauſas.§.ſed cum ſeruus. Aut neceſsitate cauſatiua,
vt quia fideiuſſor obligauerat pignora ſua quæ recuperare non
poterat,& tunc erant in amittendo niſi ſolueret vſuras, & tũc
repetere poterit,quia ſi pignora amitterentur in plus debitor,
teneretur,quia ad totum intereſſe fideiuſſor tenetur vt hic,&
in l.alleg.ſi mandato meo.§.ſi fideiuſſor.ff.de hære.& ac.vend.
l.2.§.ſolet quæri in ſi.ỹ.qui filij ſunt legiti.ca. per venerabilẽ.§.
verum.& ff.de admi.rerum ad ci.pertinen.l.a.§.vlti.ſecũdum
Hoſtien.hic,& idem innuit Innocen.ỹ.de vſuris.c.1.quod vl-
timo intelligo verum quando iſta neceſsitas cauſatiua , vt pi-
gnorum obligatio proceſsit de voluntate expreſſa vel tacita,
alias ſecus,puta ſi poſt mutuum factum ex interuallo pro vſu
11 ris ſua pignora obligauit,prout dixi in iuramento.†Si fideiuſ
ſor non habuit neceſſe ſoluere vſuras,& ſoluit tunc dicit Io.
And.in d.c.alleg.damnum.quod aut propter pignora data, vel
aliam cauſam expediebat debitori vſuras ſolui, & tunc repetit
fideiuſſor.ff.manda.l.ſi quis pro eo.& ſic legit Hoſtien.iſtam
decretal.ſecundum eum ibi & hic,aut non expediebat debito-
ri,& tunc non repetit vt hic notat Bern.in verſic.ſed ſi non iu
raſſet &c.& hæc fuit opinio Ala. Sed Tancredus dicebat q̃
vſuras quas ſoluit fideiuſſor,& omnes expenſas ei ſoluere de
bet vt hic,& ỹ.c.proximo,quia cæterum , quod intereſt eius,
ſoluit vt in l.alleg.ſi mandato meo.§.ſi fideiuſſor.ff.manda. &
de admi.rerum ad ci.perti.l.2.§.vlti. Et hanc ſñiam approbat,
Ray.in ſumma ſua rubrica de vſuris.§.licet autem & Innocẽ.
& Hoſt.ỹ.de vſuris.c.j.Vnde dicebat Bart.Brix.quod peti poſ
ſunt vſuræ & hoc caſu de iure canonico & ſi non de iure ciui
li,quia ſcienter ſoluit indebitum . Et hoc dicit ſecutus dictũ
Tan.prout ipſe Ber.not.in ſua quæſtione venereali, quæ inci-
pit quæritur vtrum fideiuſſor &c.quorum opiniones p̃dictas
recitat. Archid. 14.quæſtione quarta in ſumma.Sed præcedẽs,
diſtinctio tutior,& probabilior videtur, vel ſecundum Ioan.
And.in c.alleg.damnum.quod quando ſponte ſoluitur non re
petit iure fori,& locum habet illa regula damnum . cum ſuis
concordan.Nec obſtat.l.Quintus Mutius.ff. manda. quia ſol-
uit debitum ſecundum leges,ſed Theologi iure poli,vel in fo
ro conſcientiæ vrgerent debitorem ad reſtituendum, q mul-
tam habet honeſtatem.& facit regula ſcienti.ỹ.de regu.iuris.
Dicit etiam quod in omni caſu quo ſupra dictum eſt fideiuſſo
rem a debitore repetere,intellige ſi non interuenit fraus perſo
næ ad perſonam,alias ſecus, vt ſi creditor verus ſubmiſſo,alio
creditore conſtitueret ſe fideiuſſorem, vt ſic a debitore conſe
queretur vſuras,argum.ỹ.de priuilegijs quanto.ff. de legibus.
l.contra.Item omni caſu quo dixi fideiuſſorem a debitore nõ
repetere,dico ipſum a creditore repetere poſſe , cui ſoluit. ff.
manda.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.†Et nota quod per iſtud c.& 12
per c.proximum dicit Archid. 14.q.3.c.vltim.gl.j.quod ſcho
laris qui ſub vſuris debet pecuniam ; credens pecuniam ſocio
ſuo ſub conditione quod ipſe ſoluat creditori ipſius credentis
pecuniam cum vſuris quas debet, vſuram nõ committit,vt ibi
plene no.Et in hoc concord.Bar. Brixien.in q.venereali,quæ
incipit quidam ſcholaris debebat. Et ſi tu legiſta velis ſcire v-
trum fideiuſſor teneatur ad vſuras nedum ad ſortem,vide q̃
no.gloſſ.de eo, quod certo loco.lege centum Capuæ.loca &
conduc.l. quæro, & quod notat Lambertus de Salinis.C. de
fideiuſſor. l. 1.
¶ Si quæris vtrum exceptio quæ competit reo principali, de
beat competere ſuo fideiuſſori,diſtingue.†Aut reus principa 13
lis mutauit ſtatum ſuum,aut non.Si ſic, aut exceptio compe-
tebat propter hoc quod ſtatum ſuum mutauit, aut competit
aliunde.Si propter hoc quod ſtatum ſuum mutauit ſibi com-
petebat,tunc ſiue reus principalis ſit obligatus ad dandum,ſi-
ue ad faciendum,ſubdiſtingue.Aut eſt tale debitum ſiue fcm,
quod poteſt impleri, non obſtante mutatione ſtatus, & tũc ex
ceptio competens principali reo,non competit fideiuſſori,vt
C.de exceptionibus. l.defenſiones.de fideiuſſoribus. l. j. Aut
eſt tale debitum ſiue factum quod non põt impleri p ſtatus,
mutationem,& tunc exceptio competens principali, compe-
tit & fideiuſſori,ſic intellige.ff.qui ſatiſda.cog.l. ſi deceſſerit &
l.ſed & ſi quis rei capitalis.Si exceptio competit aliunde quam
propter ſtatus mutationem, tunc competit fideiuſſori , vt ff.
de pactis.l.ſi vnus.§.ſi cum reo& l.vlti.Si non mutauit ſtatum
ſuum tunc refert,aut quæritur de exceptionibus competen-
tibus principali debitori ex partium conuentione,aut ex prin
cipis conceſsione , aut ex legis diſpoſitione. Si ex partiũ con
uentione, tunc refert,aut ſi creditor illud exigeret a fideiuſſo
re ipſe fideiuſſor haberet regreſſum contra reum principalem
vt puta quia ipſe principalis mandauit fideiuſſori vt fideiube-
ret pro eo,& tũc dico,q etiam fideiuſſori competit exceptio
ff.de pactis.l.& hæred.l.in ſi.& l.quod dictũ.j.reſp.Aut fideiuſ-
ſor regreſſum non haberet contra principalem debitorẽ, pu-
ta quia aĩo donandi, pro eo fideiuſsit,& tunc ſibi non cõpetit
exceptio,vt d.l.quod dictũ.2.reſponſ. Si ex principis conceſ
ſione,tunc dic quod non competit fideiuſſori directo, ſed p
obliquum bene.v.g. aliquis principaliter ſe obligauit ad aliqd
faciendum,puta ad librum ſcribendum, & ſuper hoc dedit fi
deiuſſorem,ille principalis debitor priuilegium impetrat , ne
poſsit conueniri & vt dilationem habeat vſq; ad 10.ann.q põt
vt C.de precibus imper.offeren.l.quotiens.Iſta exceptio , q̃
principalis debitor per hoc habet non põt directè cõpetere fi
deiuſſori.†Quia priuilegium cum ſit perſonale nõ egredi per 14
ſuo.m

ſonam vt ff.de regulis iuris.l.in omnibus.& de exceptio.l.ex-
ceptiones,quæ perſonæ.Per obliquum tamen bene ſibi com-
petit,nam planum eſt quod fideiuſſor conueniri nō poteſt,ni-
ſi debitor principalis fuerit in mora.vt ff. de operis libe.l.ſi li-
bertus moram.& de verbo.oblig.l.cum filius.§.j.Sed principa
lis debitor non pōt conſtitui in mora ĵ.illos 10.annos ꝓpter
priuilegium ſibi conceſſum. & ideo nec fideiuſſor conueniri
poteſt,& hoc per ll.alleg.ſi exceptio competit principali debi
tori ex legis diſpoſitione,tunc aut exceptio fuit in rem.i.rei
data, & tunc competit fideiuſſori,ſicut facit principali debito
15 ri.†Vt puta ſi aliquis eſt condemnatus per ſñiam diffinitiuam,
in actione perſonali,ipſe habet exceptionem quatuor men-
ſium ad ſoluendum.C.de vſuris rei iudic.l.2.& hæc iſta exceptio
competit etiam ſuo fideiuſſori,vt d.l.2.& ff.de re iudic.l.tem-
pus.& de exceptioni.l.exceptiones quæ perſone. Item exce-
ptio compenſationis eſt rei cohærens,vt notat Dyn. & Ioan.
And.in nouella.ĵ.de reg.iur.is qui in ius.lib.6.quod probant,ꝑ
duas ll.coniunctas,quarum vna dicit exceptiones perſonæ co
hærentes non competere, fideiuſſori ex perſona rei ,ſed co-
hærentes rei competunt.ff.de except.l.exceptiones quæ pſo
nę.in princ.& §.rei vero.ſed exceptio compenſationis ex rei
perſona datur fideiuſſori.ff.de compenſatio.l.ſi quid. & ſic lo-
quitur quod rei cohæret, & eadem ratione poteſt opponi em
16 ptori ſm eos ibi.†Aut exceptio fuit data in perſonam & túc,
aut data eſt perſonæ de iure communi,& adhuc proficit fide-
iuſſori,vt quia aliquis ſpe futuræ numerationis ſe obligauit,
ſibi de iure communi,competit exceptio,& iſta etiam ſuo fi-
deiuſſori competit vt ff.de fideiuſſor.l.ex perſona & C.de nō
nu.pecu.l.tam mandatori.Aut eſt data perſonæ de iure ſpecia
li & tunc aut eſt data attenta ratione naturali & ſpeciali,& túc
adhuc datur fideiuſſori.v.g.mulier fideiubet pro aliquo haber
exceptionem de iure ſpeciali , puta per ſpecialem tractatum,
de Vellei. & hoc rōne naturali attenta,quia attenta fragilitate
ſuæ naturæ,& iſta datur etiam ſuo fideiuſſori.vt ff. ad velleia-
num.l.ſi mulier.contra ſenatuſcōſultum.§.ſi ab ea. Aut datur
de iure ſpeciali conſiderato fauore vel odio perſonæ , & tunc
aut conſiderato fauore perſonæ debentis,& tunc non compe
tit fideiuſſori,v.g.maritus condemnatus habet priuilegium ne
condemnetur niſi quatenus facere poſsit, deducto ne egeat ,
iſtam exceptionem fideiuſſor eius habere nō pōt. vt ff.pro ſo
cio.l.verum.§.j.& de re iudi.l.& ſi fideiuſſor. Aut conſiderato
odio perſonæ crediroris,& tunc ſi fideiuſſor habet regreſſum
contra principalem debitorem habet exceptionem,ſi nō,non
habet,v.g.filiusfamilias habet exceptionem ſenatuſconſulti,
Macedoniani contra fęneratorem de pecunia ſibi mutuata,&
iſta exceptio conceſſa eſt ſibi in odium fęneratoris, & compe
tit etiam fideiuſſori,niſi animo donandi fideiuberet , pro eo,
quia tunc non habet regreſſum vt ff.ad mace.l.ſed & ſi pater.§.
non ſolum.& de iſta materia notat Hoſt.in ſumma eo.titu. §.
fin.ſed non ita perfecte.

¶Super eo.c.Ad declarationem glo.quæ incipit. nota clericis
&c.Si quæris vtrum fructus beneficiorum pro debitis benefi
17 ciatorum obligari vel capi poſſunt,diſtingue.†Aut quæris de
fructibus,quos non ſunt lucrati,nec lucraturi,nec faciút ſuos,
vel quia nun reſiderunt in beneficijs.vt š.de clericis non reſi
dentibus.cap.penulti.& per totum & ĵ.de clericis non reſidē-
tibus. cap.vnico.lib.6.vel quia debentur fabricæ vel epiſcopo
iuxta ea quæ leguntur & notantur.š.vt eccleſiaſtica beneficia
vt noſtrum in fin.ĵ.de verbo.ſignificatio.tua nobis.& de re-
ſcriptis.cap. ſi propter tua debita.& de præbend.c.ſi tibi con-
ceſſo.li.6.vel quia natura ſeu conditio beneficiorum eſt talis,
quod beneficiati non faciunt fructus ſuos,vt ſunt rectores e-
leemoſynarum leproſariarum,ſeu hoſpitaliū qui non faciunt
fructus ſuos,vt extra de religio.domi.c.quia contingit in cle-
men.ſecundum Io.And.& Gence.ibi ſuper verbo vſus ſuos ,
& tunc non,vt hic in verſicu.alioquin.cum dicit de reditibus,
eorum,ſcilicet clericorum,quaſi dicat,non de reditibus bene
18 ficiorum ſuorum ad alios ſpectantibus.†res enim aliena obli-
gari non poteſt vt ff.de pigno.actio.l.ſi rem alienam. C. ſi res
aliena pigno.data ſit per totum,nec in cauſa iudicati capi , vel
diſtrahi vt ff.de re iudicata.l.a diuo pio. §.ſi ſuper rebus . Aut
quæris de fructibus quos ſunt lucrati vel lucraturi , & faciunt
ſuos, & tunc refert ſm Hoſt.hic.Aut quæris de fructibus ſeu
reditibus beneficiorum præbendalium quos ſuos faciunt, &
tales poſſunt per clericos ipſos obligari , & pro fideiuſsione ,
ſeu obligatione eorum capi,vt hic in textu & in glo.& ff.de re
iudicata.l.commodis præmiorum. Aut quæris de fructibus ,
ſeu reditibus eccleſiarum,vt ſi debitor ſit rector eccleſiæ , &
tunc de reditibus eccleſiæ creditoribus non ſoluetur in eccle-
ſiæ læſionem,cum nec ipſos obligare poſſet,argu. not.per rū,
ĵ.de peculio clericorum c.fi.ſecundum eum,& idem videtur
tenere Gul.de Monte laud.extra de priuileg. c.j.§. cæterum.
in fi.in clem.Sed iſtam differentiam non reperio expreſſam in
iure,vnde hic dicit de reditibus eorum.ſ.clericorum, non di-
ſtinguendo de qualitate beneficiorum,ergo generaliter intel-
ligam.argum.c.alleg. tua nobis.de priuilegijs.quia circa. & ff.
19 de publiciana.l.de prætio.†Nam prælatus eccleſiæ dominus eſt
fructuum collectorum.vt notat Io.& Laur.12.q.j.duo ſunt &
Hoſtien.š.de præben.de multa,ſuper verbo de ſuis.& Gence.
in extrauaganti.Io.22.ſuſcepti regiminis.in princi.ſuper ver-
bo deberent.pro quibus facit optime.ĵ.de clericis non reſidē
tibus.cap.vnico.verſiculo qui vero,a contrario ſenſu.li.6.licet
Hug.contra,niſi poſtquam conſumpſerit,vt nota.ea.cauſa.&
quæſtione.cap.epiſcopi. vbi de hoc per Archidiacon.in gloſſ.
ergo epiſcopus.& cum Hugo.videtur concordare Io. 12.qō.
1.res eccleſiæ,ſed primum verius,vt notat Cardin.ĵ.de rebus
eccl.non alie.cap.hoc conſultiſsimo.ſuper verbo immobilia.
& Io.And.de offic.ordin.præſenti.ſuper verbo reſeruari.li. 6.
vnde non facta diſtinctione inter oblignationem conuentio-
nalem,& iudicialem prout hic diſtinguit glo.Crederem ſic di
20 cendum.†Aut beneficiatus habet alia bona patrimonialia, vel
alia quæ poſſunt commodę per eum obligari, vel ex cauſa iu-
dicati per iudicem capi,aut non.Si ſic,tunc non poſſunt obli-
gari priuata ſeu conuentionali pactione, vt C.quæ res pigno-
ri oblig.poſſ.l.ſpem præmiorum.nec capi publica ſeu iudiciali
21 authoritate,vt C.de exceptio.rei iudicat.l.ſtipendia. † Si non
tunc poſſunt obligari & capi vt hic,& in l.hic allega.commo-
dis præmiorum.ff.de re iudic.vbi ita diſtinguit glo. quam ap-
probant Pet.de bell.Perti.& Cynus in l.alleg.ſpem præmiorū
licet Specu.rubrica de primo & ſecundo decreto.§.reſtat ver.
quid ſi reus non habet.notet quod etiam in ſubſidium pigno
rari non debent.Licet etiam.G.ĵ.de reſcrip.ſtatutum.§. aſſeſ-
ſorem ſuper verbo de proprio.lib.6.dicat , quod beneficiatus,
non poteſt ſalua conſcientia de reditibus ſuis , quos percepit,
ab eccleſia prouidere aſſeſſori quo non indiget, cum non ſint
ſm veritatem proprij ſed communes.i. pauperibus erogandi
vel in vtilitatem eccleſiæ ſuæ expendendi ſi ſibi ſuperſunt , ꝑ
22 illud quod habetur.16.q.j.c.vlti.†Bene tamen confitetur, qđ
clerici.talium fructuum perceptorum ſunt domini , & habēt
eorum proprietatem quantum ad fidelem & debitam diſpen
ſationem faciendam ſibi & ſuis.31.diſt.omnino.50.diſt. ſtu-
deat in fine,& pauperibus.12.q.j.quia tua.in fin.vbi dicitur ꝗ
ſupereſt,date eleemoſynam.& 47.diſt.ſicut hi. & ſecundum
hoc intelligit quod dicit dicta decre.§.qui vero.de cleric.nō re
ſidentib.li.6.& hoc probatur. 14.q.j.c.Epiſcopus.§.quia ergo.
vbi dicitur quod clerici vtuntur reb. eccleſiaſticis non vt ſuis
ſed tanquam ad diſpenſandum creditis & commiſsis . Nec ob
ſtat hęc decr.nā ſicut clarius colligitur ex antiqua,hoc contin
git hic ex anthoritate,vel ſpeciali mandato Papæ , alias fuiſſet
iniquum quod eccleſia ſiue pauperes fuiſſent damnificati , ex
facto iſtorum clericorum. š.de excep.cum venerabilis.vel di
cit quod licet Papa hic mandat ſatisfieri de reditibus iſtorum
clericorum , non tamen colligitur quod iſti reditus perueне-
rint de bonis eccleſiæ,ideo non obſt.ſm G.cuius ſententiam
videtur approbare Gence.in dicta extrauagan. ſuſcepti ſuper
23 verbo deberent.Sed primum credo verius ſdum tamē ex his
fructibus tantum ſibi relinquatur quod poſsit eccleſiæ com-
mode deſeruire,vt in d.l.ſtipendia.& š.de appella. peruenit.2.
alias ſi non haberet vnde viueret. & eccleſiæ deſeruiret , eſſet
eccleſia cum ſit læſa reſtituenda,vt notant Ber.& plenius Ho.
š.de tranſact.c.veniens in fine.Et idem dicerem in ſtipendijs
militum temporalium, qui habent reipublicæ deſeruire , per
iura alleg.Et dum tamen pauperes non eſſent in extrema ne-
ceſsitate conſtituti, quia res eccleſiæ ſunt pauperum, quo ad
proprietatem & dominium,ſed quantum ad debitum. i. quia
eis debentur ad ſuſtentationem vt notat Aſten.lib.j.tit.de fur
to interpretatiuo, articulo.2.verſic.no.rationem.& concordat
quod ipſe no.in q.ſeq.ſed nunquid.Scias tamen quod ſi credi-
tores eſſent laici,nō deberent perſonaliter oblationes accipe-
re de altari, ſed clericus debet ibi eſſe qui acciperet & daret eis
arg.12.q.2.aurum.de conſe.diſt.j.ligna.& c.nemo.vt no.Hug.
& Archid.10.q.j.ſanctorum.glo.2.vbi videntur approbare o-
pinionem prædictam.

1 *Probatio ſit vbi partes conueniunt.*
2 *Probare in curia partes non cogenda.*

COnſtitutus. In fine. Si quæris vtrum partes in curia Romana litigantes teneantur in ipſa curia teſtes producere, & ſuam inten
1 tionem probare, † diſtingue; aut ita conuentum eſt inter partes, & tunc ſic, ita poteſt intelligi. ſ. de priuilegijs. cũ olim. nam ex conuentione partium. & c. ff. communi diuidun. §. iudicem. & depoſiti. l. j. § ſi conuenerit. ſ. de pactis. c. j. & cap. qualiter. Aut non eſt conuentum, & tunc aut videtur Papę q dilatio ad producendum teſtes in partibus malitioſè petatur, & tunc idem. & ſic ſoluitur. c. allegatum. cum olim. quod huic
2 contrariatur ſm Hoſt. † Aut non videtur ſibi quod malitioſè petatur, & tunc non debet cogi in curia probare, vt ſ. de teſtibus. c. cauſamq; inter Archiepiſcopum. & hic, hoc. n. eſſet ſibi difficile & oneroſum, cum producẽs teſtes neceſſe habeat eis de ſumptibus prouidere. C. de teſtibus. l. quoniam liberi. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. venturis. ſm Hoſt. hic qui ponit iſtam diſtinctionem in effectu. idem Archid. 4. q. 3. cap. ſi teſtes. verſic. ob carmen. & j. de teſtibus. capitu. præſentium. ſuper verbo teſtes. libro ſexto.

1 *Contractus vnius alterum non ligat.*
2 *Eccleſia an de contractu ſui adminiſtratoris teneatur. 4.*
3 *Cibi ſuperflui monachis non dandi.*
5 *Ciuitas non de contractu ſui adminiſtratoris tenetur.*
6 *Pupillus ex contractu tutoris tenetur.*
7 *Dominus an ex contractu procuratoris teneatur.*
8 *Verſum in eccleſiæ vtilitatem qualiter aliquid dicatur.*
9 *Verſum in eccleſiæ vtilitatem qualiter creditor probabit. 11.*
10 *Vniuerſitas eccleſia conditionem deteriorem facere poteſt.*
12 *Eccleſia decepta reſtituitur.*

QVod quibuſdam. Ad euidentiam materiæ huius cap. Si quæris vtrum ex contractu vnius alter teneatur, diſtingue. Aut quæritur de illo qui vt procurator, vel adminiſtrator aut aliàs perſonam alterius non repræſentat. Aut quæris de illo qui vt procurator vel adminiſtrator, aut a-
1 lias perſonam alterius repręſentat. † In primo caſu dico, quod ex contractu vnius alter non tenetur, vt C. ne filius pro patre. l. j. & per totum. & ne vxor pro marito & per totum. Fallit in ſeruo & in filio familias, ex quorum contractibus dominus, & pater tenẽtur de peculio, licet in rem ſeu vtilitatem ipſius patris vel domini nihil ſit verſum, vt ff. de peculio. l. j. & per totum. & C. quod cum eo. l. j & per totum. Si vero ſit verſum in rem ipſius tunc tenetur de in rem verſo, vt ff. de in rem verſo. l. j. & per totum. C. quod cum eo. l. j. & l. ei qui ſeruo. & per totum. In ſecundo caſu refert aut quæris de eccleſia vtrũ teneatur de contractu ſui adminiſtratoris vt epi, Abbatis, vel alte-
2 rius prælati. aut de alio. † Si de eccleſia, tunc aut quæris in eccleſijs illis in quibus de mandato totius ſeu maioris partis capituli ſeu conſue. vel ſtatuto rationabili eccleſię certa ſumma ſtatuta eſt vſq; ad q̃ ſummam poſſunt adminiſtratores cõtrahere mutuum, ſeu eccleſiam obligare & non vltra, & tunc vſque ad illam ſummam obligatur eccleſia, & fiet executio in bõis ſuis etiam ſi non probetur pecunia verſa in vtilitatem ipſius, vltra vero non, niſi & inquantum probaretur in vtilitatem eccleſię verſum, vt hic in verſic. ab aliquo. & j. de donatio. cap. cæterũ, & c. apoſtolicę. Aut quæris in alijs eccleſijs, in quibus certa sũma non eſt ſtatuta vſque ad quam poſſunt eccleſiam obligare, & tunc aut prælatus cõtrahit mutuum, vel alias eccleſiam obligat vſque ad quantitatem ſeu ſummam vſq; ad quam poſſet donare, & tunc vſq; ad illam ſummam poteſt eccleſiam obligare, arg. cap. alleg. cæterum & c. apoſtolicę ſecundum Hoſt. qui ponit iſta membra ſupra proxima hic, & in ſumma eod. tit. §. & quis. ver. ſolutio. Aut contrahit vel obligat vltra illam ſummam & tunc aut creditor probat verſum in vtilitatem eccleſiæ, aut non, ſi ſic tunc, aut probatur verſum durare verſum, ſicut ædificia perpetua vel ſimilia, & tunc obligatur eccleſia, vt hic, in verſic. niſi forte. Aut probatur verſum non durare verſum, vt in cibis monachorum, in colendis agris, vel ſeruis, ſeu animalibus nutriendis, & ſimilibus, & tunc ſunt opiniones, quia aliqui dicunt debere fieri executionem in bonis eccleſię alij contra, vt no. Inn. in gl. fi. & Hoſt. poſt eum & Archi. 10. q. 2. hoc ius porrectum. ſuper verbo in vtilitatem. Sed Guil. de Mont. lau. extra de priui. c. j. in glo. nota delictum &c. diſtinguit ſic. Aut illud verſum fuit factum probabiliter, ſicut competentes cibos adminiſtrare monachis, & tunc tenetur eccleſia. arg. ſ. de præcario. c. vlt. §. fin. Aut illud verſum non fuit fa-
3 ctũ probabiliter, † vt quia cibos ſuperfluos miniſtrabat, & tunc nõ tenetur eccleſia, ar. ſ. de pręcario. c. 2. in fi. ff. de rei vend. l. in fund. mandati. l. ideoq; §. idẽ labeo. Si creditor non probat verſũ in vtilitatem eccleſiæ tunc refert, aut eſt obligatus ex delicto, vel quaſi, aut ex contractu, vel quaſi. Si primo modo tunc, aut prælatus exceſſit circa iura feudi, & tunc ſit executio in bonis eccleſiæ, ita quod dñs ſm qualitatem & exigentiam delicti, tenebit feudum, quandiu delinquens remanet prælatus illius eccleſiæ & non plus, vt in li. feud. de capitulis Conradi. c. ſi clericus. Aut circa iura adminiſtrationis, concedendo pro alienis debitis literas, vel ſigilla, & tunc ſuſpenſus eſt iure ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium, & ſi interim adminiſtret erit irregularis vt j. tit. s. c. ſi quorundam. Aut circa alia, & tunc ſi habeat vnde alias ſoluat poterit puniri in alijs bonis non eccleſię. ſ. de appel. reprehenſibilis. vel ſi ſit tale crimẽ poterit poni ad quæſtiones, vel affligi, niſi alias procedat de conſenſu eccleſiæ, quod de fructibus ſuorum beneficiorũ fiat ex-
4 cutio ſ. depoſiti. grauis. † Si eſt obligatus ex contractu tũc, aut habet bona patrimonialia vnde ſoluat, & tunc in illis fiat executio. ſ. de pig. ex præſentium. Aut non habet, & tunc, aut eſt tale eius beneficium quod ipſius facere pôt fructus ſuos, ſicut eſt ſimplex præbenda, & tunc in ipſis poteſt fieri executio. ſ. c. peruenit. Si non ſit tale beneficiũ, ex conuentione partium non poterit in eis fieri executio, ſed ex officio iudicis bene, vt ibi not gl. Si autem nulla bona obtinet ſufficit, quod bonis cedat, vt in c. Odoardus. j. de ſolutio. ita diſtinguit ibi Gu. Sed quod ſtatim dixi quod in fructibus beneficij pôt fieri executio, intellige verum deducta ſuſtentatione congrua. ſ. beneficiati. Et in caſu quo pauperes non ſint in extrema neceſſitate conſtituti, alias ſecus vt dixi ſ. eo. peruenit. diſt. vlti. Dicit tamen Hoſt. hic quod ſi ex frequentibus & ſingulis mutuis vſq; ad prætaxatam ſummam iuxta tenorem huius ca. contractis ſimul collectis eccleſiam grauari contingat. quod in eo l quo grauatur eccleſia ſemper eſt ei ſubueniendum, vt ſ. de reſtitu.
5 in inte. c. j. & de rebus eccle. non ali. c. ad noſtram §. fi. † Si quæris de alio tunc, aut quæris de ciuitate vtrum teneatur ex contractu ſui adminiſtratoris. Aut de pupillo vel adulto, vtrum teneatur ex contractu ſui tutoris vel curatoris. Aut de domino vtrum teneatur ex contractu ſui procuratoris. Si de ciuitate, dic quod tenetur inquantum verſum eſt in vtilitatem ſuam, & non alias vt ff. ſi cer. pet. l. ciuitas ſm Innoc. hic & Archid. 10.
6 q. 2. c. ea. n. §. hoc ius porrectum. in glo. debet ergo. † Si de pupillo vel adulto, vtrum teneatur ex contractu ſui tutoris, vel curatoris, dic quod ſic indiſtinctè finita tutela vel cura, vt ff. qui ex facto tutoris vel cura. l. j. Si quæris de dño vtrum teneatur,
7 ex contractu procuratoris refert, † aut contrahere cum procuratore eſt contrahere, vel quaſi cum domino, & tunc nulli dubium dñs tenetur, vnde ſi tu mandaſti mihi per procuratorẽ tuum, vt illi tuo nomine mutuem. eo. cui ea trado, certe tu videris mecum contrahere mutuum, & ideo teneris non vt ex contractu procuratoris, ſed vt ex proprio, vt C. manda. l. ſi literas. Idem eſt qñ per procuratorem videris contrahere, vt qui procurator, vt nuntius interuenit. ff. de conſtitu. pecu. l. qui autem. §. vltim. & C. quod cum eo. l. ſi ex contractu. Idem ſi quaſi contraho tecum per procuratorem, vt ſi numero ſibi vt ſoluat creditoribus tuis, vt eſt caſus. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. j. Aut contrahere vel quaſi cum procuratore non eſt contrahere vel quaſi cum dño, & tunc refert. Aut iſte procurator, caret mandato, & tunc non obligat, vt ff. de procurator. l. in cau. §. ſed hoc ita. & l. ignorantis. & d. l. ſi pupilli §. ſed ſi ego. Aut procurator habebat mandatum, & tunc habebat mandatũ expreſſum, vel tacitum ſic contrahendi. Aut non. ſi ſic, tunc aut eſt ſecum contractum in contemplatione domini, & tunc dñs tenetur directa inſtitoria, vel vtili. ff. de inſtitoria actione. l. in eum C. ſi certum pet. l. ſi mutuam. C. de exercito. actio. l. ſi mutuã. Aut nõ eſt cõtractũ contẽplatione dñi, & tũc aut cõtrahit habẽs aĩm nõ obligãdi dñm, & tũc nõ ẽ obligatus dñs, vt C. ſi tu. vel cu. inter. l. ſi creditor Aut cõtrahit ſecũ nõ habẽs aĩm, obligãdi dñm, nec aĩum in contrariũ, ſed indifferẽter, & tũc ñ eſt dñs obligatus, niſi mutuũ verſum fuerit ĩ vtilitatẽ eius, vel ratũ hẽat, tũc. n. obligat' eſt vtili inſtitoria, vt C. q cũ eo. l. ei q ſeruo. in fi. q. eſt notabile ſm Pe. de Bel. perti. ibi. Et ſi quæris quõ ſcietur de aĩo cõtrahẽtis, videtur ſm Iac. de Raui per coniecturas. vt quia eſſet vtilior & ſecurior obligõ contra dñm q̃ contra procuratorẽ, vel econtra. ff. de dolo. l. nã is iũcta. l. cũ de indebito. in fi. ff. de prob. In dubio vero vbi ceſſant cõiecturæ vr quod habuerit animum obligãdi vtrũque, arg. ff. de peculio. l. hinc quæritur. & de ſtipu. ſeruorum. l. fi. ſm eum ibi, ſi

non

non habuit mandatum expreſſum vel tacitum ſic contrahen-
di, ſed habeit generale, tunc ex contractu procuratoris nō te-
netur dominus, niſi eo caſu quo procurator in re domini con
traxit. vt ff. de inſtiu. l. cuicunq; §. non tamen. de act. emp. l. Iu
lianus. §. ſi procu. de euict. l. ſi cum venditor §. diuiſione.
¶ Super eod. cap. Ad declarationem glo. penulti. Si quæris, qñ
pecunia dicatur verſa in vtilitatem eccleſiæ, & qualiter credi-
8 tor debeat hoc probare, diſtingue. † Aut quæris primo quan-
do dicatur verſa in vtilitatem eccleſiæ, & tunc, aut eſt verſa,
vel expenſa non in neceſsitatem vel vtilitatem euidentem lo-
ci ſeu eccleſiæ, licet in pulchros equos, vel mulos, vel fulgidas
veſtes, vel pingues morſellos, vt de alijs taceamus, & tunc nō
poteſt dici in vtilitatem eccleſiæ verſum, vt ſatis probatur ex
tra de rebus eccleſi. non ali. c. monaſteriorū. verſic. niſi neceſsi
tas aut vtilitas monaſterij. &c. in cle. vbi denotat neceſsitatem
vel vtilitatem locorum, & non perſonarum ſm. G. de Monte
laud. ibi ſuper verbo monaſterij. Aut eſt verſa vel expenſa in
neceſsitatem vel vtilitatem euidentē eccleſiæ ſeu loci, & tunc
non durat verſum, & tunc dic, vt ſ. proxima diſtin. Aut durat
verſum, ſicut in ædificijs perpetuis, in emptionibus rerū im-
mobilium, in ſolutione grauis debiti quod monaſterio forſan
ſub vſuris imminebat, & tunc dicitur vtiliter verſa, & eccleſia
teneatur, argu. 10. q. 2. hoc ius porrectum. & c. allegato mona-
ſteriorum. verſi. niſi. Vnde ſecundum Hoſt. hic qualitercunq;
pecunia verſa ſit in vtilitatem eccleſiæ, & ſi contractus nullus
ſit, eccleſia obligatur de in rem verſo, vt hic & ff. de in rē ver-
ſo. l. j. & l. ſi pro patre. ſi certum pet. l. ſi me & Titium. de con-
9 di. inde. nam natura. † Aut quæris de ſecundo. ſ. qualiter credi-
tor debeat hoc probare. Et tūc aut quæris de pecunia recepta
per eccleſiam ex contractu mutui, aut de pecunia recepta, per
eccleſiam ex alio contractu. Si ex contractu mutui, tunc dicit
Io. in §. alleg. hoc ius porrectum, quod ſufficit, quod eccleſia,
tunc temporis egebat pecunia, & idem ſentit ibi Lau. Tu ve-
ro ſaluo meliori iudicio ita dicas aut creditor probat huiuſmo
di verſionem ſolum per inſtrumentum debiti, in quo Abbas
& conuentus confitentur quod pecunia ſit verſa in vtilitatem
eccleſiæ, & talis probatio non ſufficit, nec ex tali confeſſione
eccleſia obligatur: quia ſi non obligatur ex contractu, nec ex
pecunia recepta, vt hic, & in §. alle. hoc ius. multo minus ex cō
feſsione Abbatis, & conuentus, niſi alias probaretur per legi-
tima documenta, arg. C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus nulli poſt
hac. §. ſcientes. ff. de re mili. l. non omnes. §. a barbaris ſecundū
Archid. in §. alleg. hoc ius. in glo. debet ergo in fi. Et Guili. de
monte. lau. in d. c. monaſteriorum. ſuper verbo monaſterij.
Aut probat alias quam per inſtrumentum confeſsionis & tūc
aut eccleſia plene probat amiſsionem pecuniæ per caſum, &
tunc non dicetur verſa in vtilitatem eccleſiæ, vnde curioſus
debet eſſe creditor, quod pecunia eius in vtilitatem eccleſiæ
vertatur, argu. ff. de in rem verſo. l. j. §. ſed ſi accepit ſm G. de
mon. lau. vbi ſupra. Aut non probat eam amiſſam, & tunc aut
creditor dat mutuo pecuniam prælato, & vniuerſitati in ſimul
& tunc credit Lau. & Arch. poſt eum in. §. alleg. hoc ius ipſum
10 habere actionem, licet forte pecunia ſit cōſumpta, † quia vni-
uerſitas bene poteſt conditionem eccleſiæ facere deteriorem
argu. C. de ſacroſan eccle. l. iubemus nullam nauem. hoc idem
tenet Go. ſupra de elec. ſacroſan. & de ordine cog. c. 2. vbi dicit
quod non fuit delictum ſolius Abbatis, ſed abba. & conuētus.
& ideo potuit præiudicari monaſterio, vt 16. q. 3. cap. placuit.
2. & 25. q. 2. ita nos. idem tenent Iac. de Are. & Cyn. C. de ſacr.
ſan. eccle. in authen. hoc ius porrectum. & hoc maxime hēt
locum, ſi viri ſunt diligentes at. C. qui & adue. quos. l. j. ſecun-
dum eos. contra hoc eſt arg. expreſſum. ſ. de conſti. quæ in ec-
cleſiarum. & de re. ec. non ali. c. vlt. in fi. C. de ſacroſ. ecle. l. iube-
mus nulli poſt hac. §. ſcientes. ibi nec ſi omnes &c. per quæ iu
ra patet quod non ſufficit cōſenſus capituli, niſi ſit legitimus.
ſed non obſtant quia ibi loquitur in alienatione rei eccleſiaſti-
cę, quæ eſt interdicta, ſed accipere pecuniam non eſt interdi-
11 ctum. † Aut dat pecuniam mutuo ſoli prælato, & tunc dicūt,
Ia. de Are. & Cin. in auth. hoc ius por. aut de conſenſu capituli
& tunc idem vt hic, aut ſine conſenſu capituli, & tunc ꝓbat p
coniecturas, videlicet ſi res indigebat refectione, & res appa-
ret refecta, & creditores vrgentes dimiſsi, arg. ff. de priui cre-
di. l. ſi ventri. §. vlti. ex huius. n. coniecturis & ſimilibus appare
bit, & præſumitur in vtilitatem eccleſiæ verſam pecuniam,
ſecundum eos. Quod poſſet concedi niſi in caſu vbi eccleſia
probaret ex alia pecunia rem fore refectam, vel creditores di-
miſſos, quia eo caſu ſecus, at. no. per Gof. ſ. ti. ꝓxi. c. j. vbi dicit
q̄ niſi ſit factus contractus ꝓ neceſsitate eccleſiæ nō eſt vali-
dus, ar. c. all. hoc ius porre. & 12. q. 2. ſine excep. quin poſsit re-
ſcindi per in inte. reſti. de in inte. reſti. c. j. & ſ. tit. proxi. c. j. Ex-
ponunt Inn. Ho. & Abb. pro neceſsitate ecc. ſ. ſi verſa eſt in vti
litatem eccl. alias non obligatur eccl. & idem Arch. in c. allega.
hoc ius porre. Si quæris de pecunia recepta ex alio contractu
dic vt no. Inn. ſ. de depoſito. c. grauis gl. j. Hoſt. poſt eum, vbi
dicunt non credimus, ꝙ in aliquo contractu niſi in mutuo,
ꝙ ille qui contrahit cum eccl. debet eſſe ſollicitus, ꝙ pecunia
quam et pro contractu dat in vtilitatem eccleſiæ conuertatur,
vel expēdatur; non. n. inuenitur hoc in iure cautū. & idē tenet
12 Arch. in §. alleg. hoc ius porrectum. in gl. alle. debet ergo ſi tñ
in tali receptione eccleſia deciperetur, ſeu grauaretur, poſſet pe
tere reſtitutionem per iura ſuperius alleg. & per ea quæ dixi ſu
pra in proxima diſtinctione.

1 *Mandans ſuſcipit obligationem mandato expleto.*
2 *Fideiubens animo nouandi ſtatim obligatione liberandus.*
3 *Fideiuſſor non liberandus obligatione ante conditionis obligatio nis euentum.*
4 *Fideiuſſor debitoris bona diſſipantis qualiter obligatione liberandus.*
5 *Mandatarij & fideiuſſoris differentia.*
6 *Fideiuſſor condemnatus in debitorem agit.*
7 *Debitor condemnato, fideiuſſor non cenſetur condemnatus.*
8 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti abſoluendus reo condemnato.*
9 *Fideiuſſor iudi. ſolu. condemnatur, reo condemnato.*
10 *Fideiuſſor in omnem cauſam, ſemper tenetur.*
11 *Fideiuſſor ad tempus, eo finito liberatur.*

DVm pro quo. Si quæris vtrum fideiuſſor
debitoris qui diu in debiti
ſolutione ceſſat, aut diſsipare bona ſua cepit, poſsit
agere contra debitorē vt ipſum liberet a fideiuſſio-
ne, diſtingue. Aut quæris de mandatario cui mandatur, quod
fundum emat, vel aliū contractum ineat. Aut quæris de fide-
1 iuſſore qui pro alio intercedit. † Si de mandatario, tunc dic, ꝙ
talis incontinenti mandato expleto agere pōt cōtra mandan-
tem, vt in ſe ſuſcipiat obligationem, vt probatur. ff. de neg. geſ.
l. ſi quis mandato Titij manda. l. ſi mandato meo. in princ. Si de
2 fideiuſſore refert, † aut quæris de eo qui aīo nouandi interceſ-
ſit, & talis ſimiliter agit ſtatim, vt in d. l. ſi mandato meo. §. ſi
iudicio ſiſti. & §. fi. Et eſt rō, quia liberauit reum principalem,
ac ſoluiſſet, vt ff. manda. l. inter cāſ. §. ſi is qui. & hoc no. glo. C.
manda. l. pro ea. Aut quæris de illo qui non aīo nouandi inter-
ceſsit & tunc, aut quæris de debitore qui diu in ſolutione ceſſa
3 uit. Aut de illo qui bona ſua diſsipare cępit. † In primo caſu re
fert, aut debitor principalis nondum eſt in mora ſoluendi, vel
faciendi, puta quia eſt obligatus ſub conditione, vel in diē, &
tunc non pōt agere ante conditionis vel diei euentum, nam &
ſi ante ſolueret quod plus eſt agere non poſſet, vt ff. manda. l.
ſi mandauero. in princ. Et pro tanto dicunt Iac. de Are. & Cy.
in l. the. ſi pro ea. quod ſi ego vendidi tibi aliquam rem, & dedi
tibi nomine euictionis Titium fideiuſſorem, Titius nō pote
rit agere contra me vt eum ab obligatione liberem anteq̄ res
ſit euicta, quia nec res ceſsit, nec venit dies obligationis. ff. de
ver. ſign. l. cedere diem. Et eſt optima rō, nā ipſa fideiuſsio, q̄
eſt introducta in fauorem ipſius debitoris, vt Titius inueniat
cum eo contrahentē, & vt maiorē dilationē habeat, eſſet aliàs
in ipſius læſionē ſi teneretur ſoluere occaſione fideiuſſoris ci
tius quam teneretur, ſi fideiuſſorē aliquē non dediſſet, argu. C.
de legibus. l. quod fauore. Aut debitor principalis eſt iā in mo
ra, vt quia eſt pure & efficaciter obligatus, vel ſub condōne q̄
iam euenit, vel in diem q̄ iam ceſsit & euenit & tunc refert ſe
cundum Hoſt. hic. Aut lapſum eſt tps ſ. quod debuit ſoluere,
& nō ſoluit, & fideiuſſor inde moleſtias & grauamina incipit
ſuſtinere, & tunc pōt agere. arg. ſ. c. cōſtitutus. Et ita exponit
hic verbum illud diu, in textu. Aut non eſt lapſum tps. ſ. quod
debuit ſoluere, vel ſi eſt, nondum tñ fideiuſſor inde moleſtias
& grauamina cępit ſuſtinere, & tūc ſi diu debitor ceſſauit, in
ſolutione agere poterit vt hic. & diu intelligunt quidā ſi ſtetit
p ſex mēſes. ar. C. de fideiuſ. l. ſancimus. ſ. de cle. nō reſi. ex tuæ
vel dic & melius ꝙ hoc diu arbitrabit̄ bonus iudex, ar. ff. mā. l.
Lucius. de iure deli. l. j. in fi. ſ. de of. dele. de cāſis. ī fi. & hoc te-
net Ac. ī l. alleg. ſi ꝓ ea. & Ber. hic, arbitrabit̄ aūt iudex hoc ex
tpis curſu, ex affectu ꝑſonarū, & ex ijs q̄ iter cōtrahentes acta
ſunt vt ibi, & ex alijs cōiecturis. ff. de le. j. l. ſi ſeruus pluriū. §. ſi.
4 ſm Ho. hic & in ſum. e. tit. §. fi. † Si q̄ris de illo debitore q̄ bona
ſua diſsipare cępit, vt qa oēs dīt ꝙ male facit, facta ſua, tūc aut
iā ante ips ſeu tpe fideiuſsionis cepit bōa ſua dilapidare, & tūc

ſi poſſet fideiuſſor eadē cā agere ꝙ ipſū,& imputet ſibi q̄ ꝓ tali
fideiuſsit.ar.ff. vt in poſ.leg l.ſi is a quo.§.ſi.& l.plane ſm Accu.
in d.l.ſi pro ea.idem Egi.& Io.And.hic.arg.ſupra de loc.& con
du.cap. propter ſterilitatem.ibi locationis tēpore. &c. & hoc
probat verbum cœpit,quod ponitur hic in textu ſm eos, &
expreſsius probat textus illius. l.ſi pro ea.ibi neque bona om-
nia eam dilapidare poſtea cępiſſe cum probare poſsis &c. Aut
non tempore fideiuſsionis vel ante,ſed poſt cępit diſsipare,bo
na ſua,& tunc poterit agere,vt hic,quia quę de nouo emergūt
auxilio indigent.ff.de inter.act.l.de ætate.§.ex cauſa.de ventre
5 inſpi.l.j.in prin.& l.alleg.plane.†Reſtat videre quæ eſt ratio di
uerſitatis inter mandatorem & fideiuſſorem,dicit Accur.in l.
alleg. ſi pro ea.quod ratio eſt,quia qui mandatum accepit de fi
deiubendo,videtur accipere, & de ſoluendo , ſecus in manda-
tario.ff.de condi.inde.l.indebitum.& idem dicit Ber.hic. Sed
hoc non eſt verum ſm Iaco.de Ra.Pe. de bel.perti. in l.alleg.
ſi pro ea.nam ſi debitor videtur mandare fideiuſſori quod ſol
ueret,ſequeretur quod ſi creditor haberet pignus debitoris,&
ipſum venderet quod fideiuſſor tenetur ei actione mandati,
conſequens eſt falſum vt C.de dolo.l.j.alias.ff.de dolo.l. j. ſed
bene verum eſt quod ſi ſoluat repetit per actionem mandati.
ff.iudic.ſolui.l.iam tamen.§.in hac. Dic ergo quod ratio eſt,qa
fideiuſſor intercedit ad illum finem quod debitor dilationem
habeat,& ideo ſequitur,quod fideiuſſor non ſtatim illum con
ueniet,quia beneficio nos adiuuari,non decipi nos oportet.ff.
commo. l.in commodato.§.ſicut. Secus ſi mandaui tibi , vt e-
mas & ideo ſtatim agis.
6 ¶ †Super eodem cap. Hic habes quod fideiuſſor condemna-
tus poteſt agere contra debitorem. Sed ſi quæris nunquid ſen
tentia lata contra reum principalem præiudicat fideiuſſori, in
tantum quod condemnato reo fideiuſſor cenſeatur condem-
natus,& poſſet fieri executio poſt quatuor menſes contra fi-
deiuſſorem,& ſine noua petitione. Et eſt huius quæſtionis v-
nus effectus, quia ſi poſsit fieri executio, poterit ſtatim , ac ſi
ipſemet condemnatus eſſet agere contra debitorem, circa, ꝗ
diſtingue. Aut fideiuſſor interuenit in contractu , aut in iudi-
7 cio. †Si in contractu tunc condemnato debitore fideiuſſor nō
intelligitur condemnatus,immo eſt agendum cum eo actione
ex ſtipulatu.ff.de pigno. l.grege §. ſi cum fideiuſſore. quia ibi
agitur cum vtriſque. Si autem condemnato debitore condē-
naretur fideiuſſor,ſuperfluè ageretur cum fideiuſſore , immo
ſufficeret quod eum debitore ageretur. Item alia eſt obligatio
principalis,& alia fideiuſſoris,inſtitu.de fideiuſ.in princi. Si fi-
8 deiuſſor interuenit in iudicijs tunc †aut tantum promiſit reū
iudicio ſiſti, & tunc condemnato reo abſoluitur fideiuſſor ,
quia iam adimpleuit quod promiſit.ſ.fecit reum in iudicio. ff.
9 de fideiuſ.l.grecè. §.j. †Aut promiſit iudi.ſolui , & tunc condē
nato reo per conſequens condemnatur fideiuſſor. vt ff. iudic.
ſolui.l.primo. Idem dicendum eſt ſi totius cauſæ acceptus eſt
fideiuſſor,vt d.l.Græcè.§.j.ad finem.ſaltem quo ad hoc, quod
fiat executio in bonis fideiuſſoris,vt C.de vſuris.rei iudi.l.vlt.
§.vlt.ita diſtinguunt Gar.& Car.Guil.& Io.An.ī.de iniurijs.c.
vnico.lib.6.cum quibus concordat Specu.rubrica de ſenten-
tiæ executione. §.ſequitur videre.verſi.quod ſi ſententia. &
Odoſ. & Cin. & alij modern. in d.l.vlti. C. de vſuris rei iudi.
vbi de hoc tangit glo.
¶ Si quæris vtrum ſi debitori qui tenetur ſoluere debitum ad
certum tempus,creditor tempus prorogauerit ignorante fi-
deiuſſore,qui pro eo intercesſit,vtrum fideiuſſor poſt tēpus,
10 prorogatum tenebitur, diſtinguit Hoſtiē.hic. †Aut fideiuſſor
ſimpliciter fideiuſsit in omnem cauſam,& tunc tenetur poſt
tempus,vt ff.eod.l.fideiuſſor & l.ſi debitori. & l.ſi pro eo.§. ſi
11 nummos, †Aut fideiuſsit vſque ad certum tempus, & tunc ſe
cus. ff.de pactis.l..ſi.de arbit.l.Labeo.§.fin.loca.& conduc. l.itē
quæritur. §.qui impleto. de prætoria ſtipula.l. Valerianus.C.lo
cat.& conduc.l.ſi cum hæres.vel dic vt no.ſ. de appel. præ-
terea.2.ſecundum eum.

De ſolutionibus. Rubrica.

1 *Eccleſia res pro alienis debitis obligans ſuſpendendus.*
2 *Irregularitas a ſolo Papa relaxanda.*

SI quorundam. Super §.ſi quis autem. Si quæris vtrum om-
nes qui committunt contra tenorem huius c. ſen
tentiam ſuſpenſionis incurrant,diſtingue. †Aut q̄
1 ris de epīs & ſuperioribus,& tales nō incurrūt, vt
ī.de ſent.exc.quia periculoſum.li.6.de elec. ſi cōpromiſſarius.
§.hmōi.e.li.& no.ſ.de conce.pręb.c.dilectus Epōs tñ puto ex
hac cā per ſuperiores ſuos ſuſpendendos,& quicunq; ſit ſu-
ſpenſus ſn̄iam nō ſeruauerit, deponēdus eſt de rigoris.ī. de vi
ta & ho.cle.c.vt.clericorū ſm Hoſt.& Io.An. Aut queris, de
alijs inferioribus, & tales incurrunt vt hic. Et caueat ſic ſuſpē
ſus ne ante relaxationem ſuſpenſionis ingerat ſe diuinis, alias
2 irregularitatem incurret, †a qua non niſi per Papam poterit li-
berari, vt patet ī.de re iudi.cum æterni.& de ſent.exc.cum me
dicinalis.li.6. ſm Hoſt. Sed Io.An.non credit eum irregularē,
iſto caſu, cum non ſit ſuſpenſus ab officio vel a diuinis , vide-
tur verius primum per tex.qui dicit ab adminiſtratione ſpiri-
tualium & ſic per conſequens ab officio.

1 *Ceſsionis bonorum cum iuramento renunciatur.*
2 *Ceſsioni bonorum renunciare non licet.*
3 *Ceſsione bonorum non gaudet doloſus bonorum diſsipator.*
4 *Cedere bonis non poteſt reus criminis.*
5 *Cedere bonis non poteſt qui debitum non agnouit.*
6 *Cedens bonis debitor reali actione non audiendus.*
7 *Cedere bonis poteſt debitor ad factum.*
8 *Cedit bonis debitor ad dandum.*
9 *Ceſsio de quibus bonis facienda.*
10 *Ceſsio bonorum qualiter fiat.*
11 *Ceſsio bonorum quando facienda.*
12 *Ceſsionis bonorum effectus.*
13 *Cedens bonis an carcere teneatur. 15.*
14 *Cautio idonea dicitur cum fideiuſſoribus & pignoribus.*
16 *Mendicans loculos habere præſumitur.*
17 *Qualitas intrinſeca præſumitur.*
18 *Qualitas extrinſeca non præſumitur. 21.*
19 *Notoriè pauper ad ceſsionem admittendus.*
20 *Præſumitur de præterito ad præſens.*

ODoardus. Si quæris qui debitor poſsit cede
re bonis,& quibus,& qualiter , &
quādo,& quot effectus habeat ceſsio,diſtingue. Aut
quæris de primo quis poſsit,tunc refert,aut debitor,
1 renuntiauit beneficio hmōi ceſsionis,aut non. Si ſic,tūc, ſaltē
per iuramentum ſcienter & ſponte præſtitum, & tunc nō pōt
cedere obſtante iuramento,arg.eorum quæ le.& no.ſpāliter p
2 Hoſt.& me ſ.de iureiur.ex reſcripto. †Aut non per iuramen-
tum,& tunc non valet renuntiatio ſiue ſit ſimplex ſine pacto
quia beneficium ceſsionis demum competit poſt factam con
demnationem vel confeſsionem, vt ff.de ceſ.bo.l.pen.& ſic ei
quod nondum competebat renuntiari non pōt,quia iuri futu
ro &c.ff.de le.2.l.ſi ita ſcriptum.§.j.& de acquir.hære.l.is quæ
hæres. Siue ſit facta per pactum,quia per incarcerationem di-
citur debitor iniuriam pati,vt C.qui bo.ce.po.l.cū filij q̄ eui-
tatur per beneficium ceſsionis,vt e.tit.l.j.& ſic fieret ſuper fu
tura iniuria non propulſanda,& per conſequens nō valeret. vt
ff.de pactis.l.ſi vnus.§.pacta q̄ turpē. †Item pro hoc ligaretur
hominis libertas.ff.de libe.hoīe.exhi.l. 2.& per conſequēs non
valet vt ff.de liberali cā.l.nec ſi volens. Item pro hoc deduce-
retur in ſpeciem ſeruitutis.vt d.l.2.quod eſt prohibitum fieri
propter æs alienum.C.de ae.& ob.l.ob æs. Item quia videtur,
contra bonos mores; ergo. &c. ff.ſolu matri.l.alia.§.eleganter.
& hanc opi.tenet ibi Dyn.quam humaniorem vr̄ approbare
glo.C.de act.& obli.in auth.imo a debito ſignata.ſuper d.l. ob
ęs, vbi dicit quod illis legibus renuntiari non pōt. Secus tñ eſt
ſm Hoſt.& Io.And. hic in priuilegio quod quis non condem
netur niſi in tantum quantum facere pōt,quia ſi fiat pactum,
quod habens hic priuilegium inſolidum condemnetur, ſi qui
dem competat ratione perſonæ priuilegiatę non valet ff.ſolu.
matrim.l.alia cā.§.eleganter. ſi vero rōne contractus puta pro
ſocio,tutelæ,valet pactum.ff.pro ſocio.l.vetum.§.j.& §.ſeq ff.
de re iudi.l.ſi cum venerit & l.præcedenti.nec mirum quia in
renuntiatione,ſeu amiſsione illius priuilegij ſpecialis non eſt
tantum præiudiciū,ſicut in renuntiatione ſeu amiſsione illius
priuilegij communis,per quod pœna carceris euitatur. Si debi
3 tor non renuntiauit beneficio huius ceſsionis,tunc †aut dolo-
sè & fraudulenter diſsipauit bona ſua.& tunc non poteſt ha-
bere beneficium ceſsionis, vt eſt caſus. ff.de his quæ in fraud.
credi.l.vlt.§.fin.cum ſua gl.& in auth.de fideiuſ.§.quod ſi ſit.cū
ſua glo.quæ incipit, ſm eos cedere collatio.j. Aut non diſsipa
uit bona ſua fraudulenter,& doloſè,ſed alias. Et tūc aut eſt debi
tor ex delicto ſeu maleficio,vel quaſi , aut ex contractu , vel
quaſi. †Si ex delicto ſeu maleficio vel quaſi,tunc nō pōt cedere
bōis,ſed ſi ñ pōt ſoluere debet luere ī corpore,vt 14.q.6. ſi res
vbi hoc no.Io.ī gl.ar.ꝙ q &c.12.q.2.fraternita.ī.de cle.male.c.
2.in fi.& 17.q.4.vxor.vbi hoc no.Arch.ſup verbo mācipatus.
ſi ea

Si ex cōtractu vel quaſi tunc, aut eſt obligatus ex dolo ſeu per
medium doli, & tunc idem vt.ff.de admi. tut.l.ob fœnus.&.ſ.
de dolo & contu.cap.finem litibus. in fine vbi de illis duobus
membris plenius dixi. Aut eſt obligatus non ex dolo nec per
5 medium doli, ſed alias, & tunc refert † aut debitor vult cedere
antequam debitum agnoſcat extra ius vel in iudicio confitea-
tur, vel fuerit condemnatus, & tunc non debet audiri inuito
creditore volente probare cōtrarium incontinenti, vt leg. &
not.ff.de ceſsi.bo.l.pen.& hic in prima glo.licet Accur. contra.
C.qui bo.ce.poſ.l.1. & malè. Aut debitor vult cedere poſtquā
debitum agnouit extra ius, vel poſtquam fuit in iudicio cōfeſ-
ſus vel condemnatus & tunc, aut debitor eſt obligatus & con
6 uenitur actione reali aut perſonali. † Si reali credo quod non
audiretur cedens: & poteſt eſſe ratio, quia talis actio competit
contra poſſeſſorem.C.de ali.mu.iudi.cauſa facta.l.vna.ſ.de iu-
dic.c.examinata. & quantum ad rem quam poſsidet nulli du-
bium quin ſit ſoluendo, cum habeat facultatem rei reſtituen-
dæ vt ibi. &.ff.de rei vendi. l.officium. Item hoc poteſt pro-
bari, nam lex dicit q; ſi Titius donauit fundum Seio & tradi-
dit, & ſic tranſtulit dominium, ſi poſtea poſſeſsio ad eum re-
dijt, & ideo conueniatur per Seium rei vendi. condemnabitur
inſolidum, non inquantum facere poteſt, ſicut & quilibet alius
poſſeſſor vt.ff.de rei vendi.l. Neſennius.§.fundū. vbi dicit Iac.
de Ra. q; ille qui alias condemnatur inquantum facere poteſt
non habet hanc exceptionem contra illū qui agit actione reali
ad rem ſuam. Si actione perſonali tunc, aut eſt obligatus ad fa-
ctum: aut eſt obligatus ad dandum. Si ad factum tunc, aut con
uenitur ad intereſſe, & tunc idem eſt quod in dando ſtatim di-
cam.arg.ff.de re iudi.l. ſi quis ab alio.§. vlti. Aut conuenitur ad
factum & tunc, aut erat electa induſtria perſonæ, & tunc non
euadit factum cedendo bonis, arg.ff.de noui oper.nuntia.l.ſti-
pulat.§.ſiue. de ſolut.l.inter artifices. & ſic poſſes intelligere ſi
7 velles.C.qui bo.ce.poſ.l.propter honorem. † Aut nō erat ele-
cta induſtria perſonæ, & tunc quia liberatur ſoluendo intereſ-
ſe poteſt cedere, ſicut ſi eſſet obligatus ad dandum, prout ſtatim
ſequitur. Et eſt ratio quare ſecus eſt vbi eſt electa induſtria, &
ſecus vbi nō eſt, quia in obligatione pecuniaria admittitur ceſ-
ſio bonorum, per quam cōſulitur creditori cui de bonis ſi ſint
poteſt ſatisfieri. Et idem vbi debitor eſt obligatus ad factum,
in quo ſua induſtria non eſt electa, ſed vbi ſua induſtria eſſet
electa ſi cederet bonis, bona nō poſſēt facere factum. Et ideo
eo caſu debitor non poteſt cedere, imò præcisè cogitur ad fa-
ctum, ſtando in compedibus: ideo cōſuetudo illa qua ſcriptor
cogitur ſcribere etiam in compedibus ponitur, iuri noſtro eſt
conſona, argu. C.de caduc.toll.l.vnica.§. ne autem.ff.de leg.3.
l.fideicommiſſa.§.vlt. & in l.alleg. ſtipulatio.§. ſiue & ibi not.
8 † Si debitor eſt obligatus ad damnum tunc refert. Aut eſt de-
bitor priuati, & tunc poteſt cedere vt hic &.ff.&.C. de ceſsio.
bo. per totū. quod intellige de petentibus ſeu inſtantibus cre-
ditoribus vt ſtatim dicam. Aut eſt debitor fiſci, & tunc dicunt
quidam quod talis non poteſt cedere vt.C.de exac.tribu.l.ne-
mo.& l.quoties.lib.x.Sed contra hoc facit.C.eo.l.2.& 3. Quid
dicendum, certè dicendum videtur q; aut debitor publicus nō
eſt contumax, ſed in quantū poteſt deuotus ſuo creditori exi-
ſtit. Aut eſt cōtumax & ingratus, in primo caſu cedere poteſt
& beneficio ceſsionis vti vt d.l.2.& 3.C.qui bo.ce. poſ. In ſe-
cundo caſu propter contumaciam capietur, non tñ credo eum
incarcerandum; ſed in aperta & libera cuſtodia detinebitur in
curis, vel palatio, nec huiuſmodi detentionē per ceſsionis be-
neficium poterit euitare, vt d.l.quoties &.ff. ad l.Iul.pecu.l.ſa-
crilegij.§.vlt.quod credo verum qñ eſt ſoluendo. Si autem eſ-
ſet non ſoluendo talis debitor publicus, tunc admitterem ceſ-
9 ſionem, vt.C.qui bonis cedere poſſunt.l.ſi pater tuus. † Sequi-
tur de ſecundo ſcilicet quibus bonis & tunc, aut quæris de cle-
ricis: aut de laicis. Si de clericis tunc, aut de beneficiatis: aut de
alijs. Si de beneficiatis tunc aut quæris nunquid poſsint cede-
re ipſis beneficijs, & dic quod non ſine licentia & authoritate
ſuperioris ad quos pertinet collatio ſeu diſpoſitio ipſorum, vt
.ſ.de renunt.c.admonet cum ibi alle. Aut nunquid poſsint ce-
dere alijs bonis etiam fructibus ſeu reditibus beneficiorū, &
tunc dic quod ſic.arg.ſ.tit.proxi.cap. fin. cum ibi no. ſi tamen
per hoc eccleſia ſeruitio diuino fraudaretur, vel alias grauare-
tur poſset petere reſtitui, per eam quæ no. Hoſti.ſ.de tranſac.
c.veniens in fin. Si quæris de non beneficiatis, tunc dic idem
quod in laicis vt hic. Si quæris de laicis, & tunc dicunt quidam
quod debet cedere oībus bonis vſq; ad vltimum quadrantem,
ita q; nudus recedat & euadat, arg.C.qui bo.ce. poſ.l.cū & filij
ff.eo.ti.l.qui bonis.& hoc innuit ibi glo.eo.ti.in l.pen.dicens
quod omnibus debet cedere, vt etiam vnum denarium nō re-
tineat. Sed contra hoc vr̄, quia in delictis cum aliquis cōdem-
natur & ducitur ad ſupplicium relinquuntur ſibi panniculi ia
& zona & viles veſtes.ff.de bonis damnato.l.diuus. ergo mul-
to magis in cōtractibus, arg.ff.depoſi.l.bona fides.ad quod re-
ſpondent quod aliud in cōtractibus & aliud in delictis vt.ff. de
neg.geſt.l.diuortio.ibi plena erit &c. Sed ratio bona diuerſita-
tis reddi non poteſt. Vnde dic quod humanitatis gratia aliquę
veſtes ſibi relinquendæ ſunt prout dictum eſt de delinquenti-
bus ducendis ad ſupplicium, & in hac ſententia fuerunt Dyn.
10 Pet.de Bellaper.& Cyn.C.qui bo.ce.poſ.l.1.† Sequitur de ter-
tio qualiter fiat, dic quod ſecundū ll. ſine aliqua ſolennitate ſo-
lo verbo, & ſolo cōſenſu vt.C.qui bo.ce.poſ.l.in omni. Sed ſe-
cundum canones debet præſtare idoneam cautionem de ſol-
uendo ſi peruenerit ad pinguiorē fortunam: & iſta cautio erit
per pignora vel fideiuſſores ſi eam præſtare poſsit, alias pręſta-
bit illam quam poterit.ſ. iuratoriam ſm Ber. hic. Sed Goffr.
Hoſti.& Ioan.Andr. intelligunt hoc caſu cautionem idoneam
eſſe iuratoriam, quia ex quo cedit bonis, ſatis notum eſt quod
non poteſt aliam exhibere, faciat igitur quod poteſt.22.q.2.fa
ciat. hoc eſt iuret.ſ.de verb.ſigni.ex parte. poteſt etiā fieri per
11 nuntium vel epiſtolam vt.ff.eo.l.vlti. † Sequitur de quarto.ſ.qñ
quis poſsit cedere, & tunc dicunt quidam quod tunc demum
quando conſtat eum eſſe non ſoluendo in toto vel in parte vt
hic: quod non credo verum, arg.ff.de tribu.l.illud. circa prin.
ver. quid tamen. Vnde dic quod aut eſt iam condemnatus, &
tunc poteſt cedere bonis vt.C.qui bo.ce.poſ.l.2.&.ff.eo.titu.l.
pen. Aut nondum eſt cōdemnatus & tunc, aut vult bonis ce-
dere antequam debitum confiteatur, vel agnoſcat, & non po-
teſt vt d.l.pen. Aut poſt & tunc, aut petentibus ſeu inſtantibus
creditoribus, & tunc poteſt vt hic. Aut nō petentibus nec in-
ſtantibus creditoribus. & tunc non poteſt, quia beneficiū ceſ-
ſionis eſt introductum ad euitandam carceris iniuriam, vt.C.
qui bo.ce.poſ. l.vlti. ergo, &c. Item ſi poſſet cedere creditori-
bus nō inſtantibus poſſet creditores in bonis quęrendis frau-
dare propter beneficium ceſsionis quod eſſe non debet: nam
cum malitijs hominum ſit obuiandum, nō debet via malitijs
aperiri.ff.de rei ven.l.in fundo.C.de indic.vidu.toll.l.2.in fi.ſ.
12 de reſcrip.ſedes apoſtolica in fine. † Sequitur de quinto.ſ.quot
effectus habeat ceſsio, dic quod primus eſt quod cedens non
detrudatur in carcerem vt.C.qui bo.ce.poſ.j. Secundus, quod
non excōicetur vt hic. Tertius, quod per ceſsionem liberatur
ope exceptionis non ipſo iure, vt in d.l.1.&.C.de bo.auc.iudi.
poſ.l.3.& no.Ber.hic in glo.vlt.& Hoſti.& Io.Andr. poſt eum.
Quartus, quod poſt ceſsionem non poteſt exigi niſi inquantū
facere poteſt, vt.ff.de ceſ.bo.l.qui bonis.& hic. Quintus, quod
ipſa ceſsio habet effectum contra omnes creditores qui erant
creditores tempore ceſsionis, licet gratia vnius tantum ceda-
tur, vt.ff.de ceſsio.bono. lege is qui bonis.§. Sabinus.

¶ Super eo. cap. Si quæris vtrum debitor teneatur ſeu cōpel-
13 latur cauere de debito ſoluendo, diſtingue. † Aut eſt talis debi
tor qui non habet dilationem aliquam ad ſoluendum, & tunc
non cōpellitur regulariter cauere, arg.ff.vt in poſ.leg.l. is a quo
in princ. Fallit in caſu vbi negat, & dilapidat bona ſua, tunc.n.
tenetur cauere aut ſequeſtrare, vt.ff.qui ſatiſd.cog.l. ſi fideiuſ-
ſor.§.vlt. Aut eſt talis debitor qui habet dilationem ſiue a lege
ſiue ab homine per conditionem vel diem appoſitā vel intel-
lectam & tunc, aut quæris de debitore dilationem habēte qui
bona ſua non dilapidat: aut de illo qui bona ſua dilapidat. Si de
illo qui bona ſua non dilapidat, tunc refert, aut quæris in lega-
tis & fideicōmiſsis: aut in alijs. Si in legatis & fideicommiſsis
tunc tenetur cauere indiſtinctè, & eſt ſpeciale fauore vltimæ
voluntatis adimplendæ.ff. vt leg.nomine capi. &.ff. &.C. vt in
poſ.leg. per totum. Si quæris in alijs puta in cōtractibus tunc,
aut debitor habet beneficium dilationis a lege: aut a principe:
aut a partium conuentione: aut a natura obligationis. In pri-
14 mo caſu tenetur cauere idoneè, † ſcilicet cum fideiuſſoribus
vel pignoribus.ff.ſolu.matr.l.ſi conſtante.§. quoties.ff.man.l.ſi
mandato Titij.§.vlt. Fallit hic vbi tenetur ſolum præſtare iu-
ratoriam cautionem cum aliam cōmodè præſtare non poſsit,
ſm opinio.Goff.Hoſti.& Ioan.Andr. hic & dixi ſupra proxi-
15 ma diſtinctione. † In ſecundo caſu idem vt.C.de præci.imper.
offic. l. quoties & l. vniuerſis. quia princeps eſt lex animata in
terris in authen.de conſulibus.§. vlt.col.4. In tertio & quarto
caſibus refert. aut perſona debitoris eſt ſuſpecta, & tunc tene-
tur cauere, ſic intelligitur.ff.de iudic.l. in omnibus. & in hoc
verſatur cauſæ cognitio, de qua ibi dicitur. Aut perſona de-
bitoris non eſt ſuſpecta, & tunc non tenetur cauere, vt.C.de
hæredi.

hæredi. vel actio.vendi.l.2. &.ff.de condi.ob cauſam. dedi. Si
quæris de illo qui bona ſua dilapidat, dic quod tenetur cauere
vt.ff.de priuileg. credi.l. qui creditores.
¶ Super eo. cap. Dicit hic Hoſtien. quod de paupertate iſtius
Odoardi conſtabat per famam, & nuditatem, & inediam no-
toriam, quia mẽdicat hoſtiatim in veritate & ſine fraude: alias
16 contra.C.de mendi. vali.l.vnica.lib.11. † ſqui ex quo hoſtiatim
vadit præſumitur niſi creditores velint probare contrarium.ſ.
quod loculos habet, licet occultos ſic intellige.ff.qui ſatiſ. cog.
l.ſi vero.§.qui pro rei qualitate .de priuil. credi.l.ſi creditores.
C.de proba.ex perſona.ſ. depo.ca.1. vel dic quod probatur eo
ipſo quod bonis cedit.C.qui bo.ce.poſ.l.1.& not.ſ.de pign.la-
tor.& hoc innuitur hic ſecundum eum. Vnde gratia huius ſi quæris
vtrum aliquis præſumitur idoneus, niſi probetur contrarium.
17 Diſtingue, † quia quædam eſt qualitas quæ eſt intrinſeca, cum
qua homo Chriſtianus natus fuit vt.ſ. quod aliquis ſit caſtus,
pacificus, ſobrius, & ſimilia de quibus ſupra in proœmio, & ta-
lis ſemper præſumitur: ſeu quo ad talia quis ſemper præſumi-
tur virtuoſus donec cõtrarium probetur, & ſic intelligitur ſu-
18 pra de ſcruti.ca.vnico. de præſum. dudum cum ſi. † Quædam
eſt qualitas extrinſeca cum qua homo nõ naſcitur, ſed aliunde
acquiritur, vt pote homo naſcitur ſine literatura, ſed per labo-
rem acquiritur, vt.ſ.de renunt.ca.poſt tranſlationem.§.item ſi
quis. Item naſcitur ſine diuitijs, & alijs bonis temporalibus
Iob j.cap.& tunc ſecus vt hoc no.Hoſti.in d.c.vnico. de ſcru-
tinio. Idem Archi.6.q.vlt. actor ſuper verbo non ſoluendo. &
Cardi.& Ioan.Andr.j.de elec.ſi fortè. lib.6. Et Gul.de Monte
Lau.extra de conceſ.præb.c.vnico.ſuper vite laudabilis.in cle.
19 vbi de hoc.† Sed circa hoc poſſet plenius diſtingui, aut eſt no-
torium aliquem fore idoneum vel non idoneum, & tunc non
eſt neceſſaria probatio.j.de accuſa.euidẽtia: quia in incertis &
non certis locus eſt coniecturis.ff.de verb.oblig.l. continuus.
Et ita intellige opinionem prædictam Hoſti.& iura allega. per
20 eum. † Aut non eſt notorium & tunc, aut tempore præterito
erat idoneus ſeu virtuoſus, & tunc talis præſumitur in præſen-
ti, vt ſupra de præſump.c.ex ſtudijs mandata.& ca.cum in iu-
uentute.61.diſt.miramur. Aut tpe preterito erat nõ idoneus,
& tunc talis præſumitur in præſenti.ff. de accuſa.l. ſi cui.§.iiſ-
dem. de re mili.l.non omnes §.a Barbaris.&.j.de reg.iur. cap.
ſemel malus. cum ibi not.lib.6. Et hoc ſiue loquamur de ido-
neitate proueniente a natura, vt in bonis moribus, ſiue de non
idoneitate contra naturam, vt in malis moribus, vt in iuribus
alle. ſiue de idoneitate vel nõ idoneitate proueniente ex acci-
denti, vt in diuitijs & paupertate vt.ff.de liber.agno.l.fin. Aut
non apparet qualis erat tẽpore præterito, ita quod ceſſant om-
nino coniecturæ de præterito ad præſens, & tunc refert. Aut
quæris de virtutibus ſeu qualitatibus in quibus homo Chriſtia-
21 nus natus fuit. & de illis dic vt ſupra.† Aut de illis qualitatibus
in quibus quis nudus natus fuit, vt diuitijs & tũc, aut quis pe-
tit admitti ad aliquem actum ſicut diues ad quem non admit-
teretur niſi diues, & tunc non præſumitur diues niſi probetur:
Aut vult admitti ad aliquem actum vt pauper & ad quem non
admittitur niſi pauper, & tunc oportet quod probet ſe paupe-
rem, vt fideiuſſor qui vult admitti ad fideiuſſionẽ debet pro-
bare ſe diuitẽ, vt in.§.alleg.qui pro rei qualitate. Sed tutor qui
vult ſe excuſare a tutela propter paupertatem debet pauperem
ſe probare; inſtitu.de excuſa.tu.§.ſed & propter paupertatem:
& patronus qui petit alimenta a liberto ſuo vt pauper, debet
hoc probare.ff.de liberis agno.l.fin. Et eſt ratio, quia qui dicit
debet probare.ff.de proba.l.2. & hic.

1 *Ignorantia iuris diuini.*
2 *Ignorantia iuris naturalis.*
3 *Ignorantia iuris ciuilis & canonici.*
4 *Ignorantia facti.*
5 *Exceptio non numerata pecunia infra biennium opponenda.*
6 *Exceptio non numerata pecunia poſt biennium non opponenda.*
7 *Exceptio non nume. pecu. de iure canonico non habet locum.*
8 *Debitor habens penes ſe inſtrumentum, an liberatus præſuma-
tur. 10.*
9 *Iactare ſuam, nemo præſumitur.*

I S qui. ¶ Si quæris vtrum ignorantia iuris vel fa-
cti excuſat, & in quibus, diſtingue. Aut
erratur in iure aut in facto. Si in iure tunc, aut in iu-
re diuino: aut in iure naturali: aut in iure quaſi natu
1 rali: aut in iure canonico: vel ciuili.† Si in iure diuino tunc ta-
lis igno: antia non excuſat. 6.diſtin.c.turbatur.1.q.4.ca.non eſt
peccatum.§.his itaq;.§.notandum. vnde Chriſtus dicit de Iu-
dæis Ioan.15.ſi non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, pec-
catum nõ haberent, ſcilicet de hoc quod nõ credebant in eum
dicit glo.vnde ibi nihil intereſt in vitio decipere vel decipi.16.
quæſt.1.ſi cupis. & de tali ignorantia dicitur quod qui ignorat
ignorabitur.j.ad Corint.14.c.37.diſt.c.ideo.§.vt itaq;.15.q.1.
2 cap.1. † Si in iure naturali tunc ignorantia non excuſat, vt.ff.ad
l.Iul.de adul.l.ſi adulterium.§.ſtuprum.1.q.4.c.turbatur.§.no-
tandum. Si in quaſi naturali, tunc idem, vt.C. de in ius voc.l.2.
3 † Si in iure ciuili vel canonico. tunc aut erratur in iudicio: aut
extra iudicium. Si in iudicio tunc aut ante lit. conteſt. & tunc
error excuſat probata cauſa erroris legitima, vt.ff. de interro.
act.l.de ætate.§.qui iuſto.&.§.Celſus. Aut poſt lit.cont.& tunc
ignorantia non excuſat, vt d.l.non fatetur.&.ff.de dona.l.qui-
dam in iure. vbi hoc not. Accur.&.j.de reg.iur.ca.ignorantia.
lib.6. vbi hoc not. Dyn. Si erratur extra iudiciũ tunc, aut agi-
tur de damno vitando: aut de lucro captando. Si de damno vi-
tando tunc, aut erratur in eo in quo requiritur verus dolus: aut
in eo in quo ſufficit dolus præſumptus, vel lata culpa, vel leuis,
vel leuiſſima. Si in eo in quo requiritur verus dolus, tũc igno-
rantia iuris excuſat, vt.ff.ad Syllejanũ.l. ſi quis in graui.§.ſi quis
ignorans, infra de ſent.excom.cap. ſi vero.2. & de conſti.c.vt
animarum periculis. lib.6. Si erratur in eo in quo ſufficit præ-
ſumptus dolus, vel lata culpa, tunc aut erat publicè notum ve-
rè vel iuris præſumptione, vt quia a tẽpore publicationis cu-
currerunt duo menſes, & tunc iuris ignorãtia non excuſat. vt
.C.de legi. leges ſacratiſſimę. & de iuris & facti ignorantia.l.
conſtitutiones.ff.de publi.vec.& cõmiſ.l.vlt.§.licet ad l.Corn.
de Falſis.l.diuus Claudius in prin. Aut nõ erat publicè notum
verè vel interpretatiuè, & tunc iuris ignorantia excuſat vt.ff.
de decr.ab ord.fa.l.vlt.Si agatur de lucro captando tunc refert.
Aut cum alterius iactura, vt per vſucapionẽ, & tunc iuris igno
rantia non tolleratur nec excuſat ſiue potuit ſiue non potuit,
peritiores conſulere.ff. de iuris & facti igno.l. iuris ignorantia
& de vſucap.l.ſi fur.& l.nunquam. Aut ſine alterius iactura, &
tunc, aut non potuit peritiores conſulere, & tunc iuris igno-
rantia tolleratur. Aut potuit peritiores conſulere, & tunc igno
rantia nõ excuſat.ff.de iuris & facti igno.l.regula.§. iuris igno
rantia.§.ſi quis. & de bonorum poſſ.l.in bonorum, & quis or-
do in bonorum poſſ.ſeruetur.l.2.§.vlt.fallit.ff.de acquir. hære.
4 l.ſi duo.† Sequitur qñ erratur in facto, & tunc aut in facto alie-
no: aut proprio. Si alieno, tunc aut illud factum alienũ erat pu-
blicè notum, & tunc ignorantia non excuſat, vt.ff.de tribu.l.ſi
pupillus.§.proſcribere. At nõ erat publicè notum & tunc ex-
cuſat, vt.ff.pro ſocio.l.vlt.&.j.de reg.iur.c.cum quis.lib.6.Si in
proprio facto, tunc aut certat de damno vitando, & tunc aut
cum alterius iactura, & tunc error in facto proprio non tolle-
ratur nec excuſat, vt.ff.ad.Velleia.l.quanquam: aut ſine alterius
iactura, & tunc tolleratur & excuſat, vt.ff.de condi. inde.l.ſed
& ſi me putem. in princ.§.cum item, & de act. empt.& vend.
l.ſi liberum. Et ita debet intelligi.ff.de le.1.l. ſi res obligata.§.1.
Aut certat de lucro captando, & tunc error non tolleratur in
proprio facto vt.ff.de iuris & facti igno.l.plurimum. & de ac-
quir.hære.l.cum falſum ſecundum Dyn.in c.alle.ignorantia. vbi po-
nit in effectu quaſi totam iſtã diſtinctionem quam approbat
Cyn.C. de iuris & facti igno.l.error. in fin. Quod poteſt eſſe
verum in facto proprio recenti, ſed in facto antiquo proprio
error tolleratur, vt arg.ff.de pœnis.l. ſi diuturno alias diuino.
C.de ſuſcep.& archa.l.neminem lib.10.& in l.alleg. ſi res obli-
gata.§.1.not.Gen. extra de iureiur. cap. vnico. ſuper verbo in-
nouarat in cle.pro hoc.ff.de carbo. edic.l.3.§.duæ. Et de ma-
teria huius glo. Ber. not.Accur.ff.de proba. cum de indebito.
&.C.de iuris & facti igno.l.cum quis & Alten.libr.3.hoc.titu.
artic.5.ver. not. inſuper.
¶ Super eo. cap. Si quæris de exceptione non numeratę pecu-
niæ, quem effectũ habeat. Et vtrum obligatus per chirogra-
phum ex cauſa mutui ſpe futurę numerationis, ſi ſoluat igno-
ranter, repetere poſſit, diſtingue. Aut quęris quo ad laicos: aut
quo ad eccleſias: aut quo ad clericos, ſeu quo ad perſonas ec-
5 cleſiaſticos. † Si quo ad laicos tunc, aut quæris infra biennium
computandũ a tempore confeſſionis emiſſę, & tunc debitum
eſt tantum ciuile, & exceptio non numeratæ pecuniæ cũ effe-
ctu obſtat agenti, & debitor ſi ſoluat repetit vt in iuribus alle.
6 hic per Ber. † Aut poſt biennium, & tunc dicit Ber. hic quod
peti poteſt cum effectu vt.C.de non nume.pec.l.in contracti-
bus.vt inſti.de literarum obliga. in fin. ita quod lapſus biennij
pro numeratione habeatur, ita quod actio quæ ciuilis tantum
erat ante biennũ, incipit eſſe vt naturalis & ciuilis poſt bien-
nium.

tium. Et hanc opi. tenuerunt Azo. Bul. Ioan. & multi alij quæ videtur vera de rigore iuris ciuilis, quia poſt biennium nulla querela admittitur, vt expreſſè dicit lex in cõtractibus, ergo nec exceptio, quia qui excipit, querelatur. Inde tamen Iac. & Accur. & quaſi omnes moderni ſcripſerunt, quod ex æquitate danda eſt exceptio doli, vbi ſtipulatio nõ interceſſit, vel in factum vbi ſtipulatio interceſſit, transfertur tñ onus probandi poſt biennium in debitorem. Sic intelligunt. C. de non numerata pec. l. ſi ex cautione l. aſſeueratio. & l. cum vltra. & .ſ. de ſi. inſtru. l. ſi cautio cui non obeſt iuramentũ, quia intelligitur habuiſſe tacitam conditionẽ ſi pecunia numeretur. C. de non nu. pecu. l. vlt. & not. ſ. de iureiur. quemadmodum. 1. reſponſo. & hoc tene in laicis ſm Hoſti. Et hoc videtur placere Io. Andr. hic & Innoc. & Io. Andr. j. de immu. eccle. ca. quia plerique.

7 † Si quæris quo ad eccleſias, tunc dic quod eas l. in contractibus. non aſtringit, cum nec mutuum eas aſtringit niſi pecunia verteretur in vtilitatem ſuam ſ. titu. t. quod quibuſdam. Et idem videtur de clericis & perſonis eccleſiaſticis quæ eodem priuilegio gaudere debent quo & eccleſiæ. ſ. de offic. Archid. cap. fi. ſecundum Hoſti. hic. Cuius materiæ diſcuſsionem vlteriorem relinquo legiſtis, cum in nullo aut modico reſpiciat canoniſtas, ſed Hoſtien. tractat de ea hic prolixè.

¶ Super eo. cap. Quia hic loquitur de ſolutione debiti per inſtrumentum, vel ſine inſtrumento. Si quæris an præſumatur liberatus debitor propter inſtrumentum quod habet penes ſe
8 in quo extitit obligatus, diſtingue. † Aut debitor allegat ſe liberatum pacto: aut ſolutione. Si pacto & ad hoc probandum oſtendit inſtrumentum penes ſe conſtitutum, tunc nõ ſufficit debitori habere ipſum penes ſe niſi probet ſibi redditũ a creditore ita intellige quod no. Accur. C. de ꝓbat. l. ſi de poſſeſsione. Si ſolutione, & ad hoc probandum producit ipſum inſtrumentum penes ſe conſtitutum tunc, aut eſt perſona domeſtica creditori: aut non. Si ſic, tunc non præſumitur pro ipſo debitore, niſi probetur redditum, vt in d. l. ſi de poſſeſsione. C. de latina li. toll. l. vnica. ſ. ille etiam. Et ita potes intelligere opin. Accur. ibi dicentis indiſtinctè quod præſumptionem facit pro debitore, ſed non ſufficientem niſi probet ſibi reſtitutum. Et idem Goffr. ſ. vt lit. penden. ca. eccleſia. 2. pro hoc etiam. C. in quib. cau. colo. cenſi. l. t. lib. t t. Si non eſt perſona domeſtica creditoris, tunc præſumitur debitor liberatus ſolutione vt. ff. de proba. l. ſi chirographum & ff. de fur. l. fullo & ſarcinator. ſ. fin. ibi ex his enim &c. dicebat tamen Goff. quod licet præſumatur liberatio, non tñ eſt præſumptio iuris & de iure, poſſet enim ad debitorẽ perueniſſe ſine voluntate creditoris. 12. q. 2. ſi quis de clericis. & c. j. de ſimo. querelam propter hoc dant doctores conſilium quod fiat inſtrumentum ſolutionis vel liberationis. Sed cur hoc tam varie, reſpondeo, quia qui dicit ſe liberatum pacto allegat liberationem ſibi factam per dominiũ, cum pactum ſit donatio, & donare ſit perdere. 1. q. 2. ca. paſtor.
9 † Sed nemo præſumitur iactare pecuniam ſuam, vt. ff. de tranſact. l. t. de dona. l. filiusfa. & de probatio. l. cum de indebito. ſed qui dicit ſe liberatum ſolutione non allegat donationem, ſed debiti ſatisfactionem, ſine qua non eſt veriſimile habitum inſtrumẽtum, quia cum pecunia ſoluatur reſtituitur regulariter vt. C. de condic. ſine cau. l. diſſolutè. niſi ſit perſona domeſtica, vel familiaris quæ de facili poſſet ſubtrahere inſtrumẽtum, vt in d. ſ. ille etiam. ita in effectu diſtinguunt Iaco. de Are. & Cy. in d. l. ſi de poſſeſsione & Ioan. And. in d. c. eccleſia. 2. Sed quid dices de tali. q. de qua fuit alias dubitatũ. Tu debitor meus in ca. ſoluiſti mihi partem debiti puta l. & ego quittaui te ſimpliciter, nunquid iſta quittatio referetur ad partem quã ſoluiſti, videtur quod ſic ad inſtar generalis tranſactionis quę facta ſuper petione ſpeciali refertur, & reſtringitur ad id ſolũ de quo ſpecialiter actum eſt, vt. ff. de tranſac l. qui cum tutoribus. ſ. 1. & C. de tranſac. l. ſi de certa. & ar. eorũ quæ leguntur & not. ſ. de tranſac. cap. 1. & de iureior. cap. pen. pro hoc facit quod legitur & no. C. de except. l. ſi ex maiori. Sed in contrarium ſcilicet quod quittatio præiudicet in totum videtur argu. eorum quæ le. & no. ff. de pact. l. emptor. ſ. Lucius. cum glo. ibi poſita.
10 † In hac quæſtione ſic diſtingue. Aut creditor facit quittationem per generalia verba ab omni debito: aut per verba indefinita. In primo caſu omne debitum tollitur, vt in d. ſ. Lucius. cum ibi not. Fallit vt credo in caſu vbi creditor errans & credens nihil plus ſibi deberi ſic quittaret, quia tunc poſſet ad id quod reſtat ad ſoluendũ agere. Et ſi debitor excipiat de quittatione, replicabit. ar. C. de ſol. l. inter patrem. de tranſac. ſi quidem. nam errans non conſentit. ff. de iuriſdi. om. iudic. l. ſi per errorem de regu. iur. l. non videtur qui errat. In ſecundo caſu ſcilicet quãdo quittatio fit per verba indefinita, tunc talia verba prolata ab homine reſtringũtur ad id ſolum quod ſolutum fuit, vt in l. alleg. l. ſi ex maiori. Et hoc ideo, quia intentio recti ſermonis non patitur vltra extendi liberationem, vt plenè dixi. C. de tranſac. l. ſub prætextu. ita diſtinguunt in effectu Pet. de Bellaper. & Cy. in l. alle. ſi. ex maiori. De inſtrumento vero cancellato vel inciſo penes debitorẽ reperto, vide in Spec. tit. de inſtru. editione. ſ. poſtquam. ver. porro. & ver. præceden.

¶ De donationibus. Rubrica.

1 *Eleemoſyna magis egenti danda.*
2 *Gratificationi locus eſt in eleemoſyna diſtribuenda.*

PRudentes. Viri eccleſiaſtici, qui tenentur ſuperflua nec non neceſſaria dare pauperibus vt. 16. q. 1. quoniam. ſi videant duos vel plures egentes, ſi quæris cui vel
1 quibus ſint magis obligati, diſtingue. † Aut vnus eorum eſt magis egens quam alius ſeu alij, & illi magis egenti ſunt magis obligati. 86. diſtin. non ſatis. Aut vterq; æqualiter eget, & tunc aut vir eccleſiaſticus ambobus ſufficit, & tũc de-
2 bet ambobus ſubuenire per c. alle. † Aut nõ ſufficit ambobus, & tunc gratificationi locus eſt, arg. ff. ad Syll. l. ſi quis in graui. ſ. fin. cum omnes. ſecundum Hoſtien. qui ita diſtinguit hic.

1 *Prælatus an habeat liberam rei eccleſiaſticæ adminiſtrationem. 3. 5.*
2 *Prælatus non eſt dominus rerum eccleſiaſticarum, ſed diſpenſator. 4.*
6 *Prælati contractus, an validus.*
7 *Eccleſia læſa reſtituitur.*

FRaternitatem. ¶ Si quæris vtrum prælatus habet liberã & ge-
1 neralem adminiſtrationem in bonis eccleſiæ. † Io. 5. q. 3. quia epiſcopus in fin. magnæ glo. dicit ꝙ ſic: idem Laur. quod probari videtur. 16. q. 1. temporis. & c ſeq. in fin. a 1. q. 1. relatio. & expreſsius in eo quod le. & no. 12. q. 1. ca. fin. vbi ipſe Ioan. tenet quod non habet liberam & generalem adminiſtrationem: ſed Goff. dicit quod habet generalem adminiſtrationem, ſed non liberã, & ideo tranſigere non poteſt, arg. ff. de procur. mandato. Et hoc ipſe no. ſ. de tranſac. cõtingit. & idem ſentit. ſ. de is quæ fiunt a prælato nouit. vbi dicit quod ſi haberet liberã adminiſtrationem tunc tranſigere poſſet, & nouare, & aliud pro alio permutare. ff. de procur. l. procurator cui. Vinc. vero in d. c. nouit. & . ſ. de reſcrip. edocen dicit quod non habet liberam adminiſtrationem niſi vbi habet conſenſum capituli, argu. 12. q. 2. ca. ſine exceptione, & hoc niſi in quinquageſima bonorũ danda loco religioſo. ſ. de is qui fiunt a prælato ſine cõ. c. paſtoralis. vel niſi Papa cõmittendo ſpecialiter hoc exprimeret. vt. j. de elec. c. is cui. & de ſupplenda negl. præla. c. grandi. lib. 6. Et has opiniones ſcilicet Goffr. & Vinc. ponunt Ioan. Andr. in d. c. is cui & Archi. in d. ca. grandi. ſuper verbo liberam. in fi. Hæc ſententia Vincen. multum videtur amica veritati propter multa dubia quæ occurrunt, vt no Archid. in c. alleg. quia epiſcopus. gl. fin. vbi quærit nunquid prælatus poſsit deferre iuramentum ſi agat pro eccleſia ſua, & vi-
2 detur quod non, † quia procurator eſt, non dñs, vt hic. & 12. q. 1. ca. vlt. 23. q. 7. quod autem. Sed procurator non poteſt deferre iuſiurandum niſi in tribus caſibus, vtpote ſi habeat ſpeciale mandatum: Si ſit in rem ſuam datus vel habeat liberam & generalem adminiſtrationem, alias non. ff. de iureiu. l. iuſiurandum quod ex cõuentione. ſ. vlt. & l. ſeq. ff. de procur. l. procurator cui & l. procurator tutorum. Sed prælatus ſecundum quod dictum eſt ſupra ſm Vinc. & Goffr. non habet liberam adminiſtrationem, ergo &c. Sed ipſe Goff. no. contra in ſumma de iureiurando. ſ. poteſt ius quia tutor & curator & defenſor vniuerſitatis deficientibus alijs ꝓbationibus poſſunt deferre iuſiurandum ſuper re dubia: ſed ſuper certa vel quæ probari poteſt non poſſunt facere gratiam. ff. de iureiur. l. tutor. & l. iuriſiurandũ quod. ſ. vt. C. de tranſac. l. præſides quibus cõparatur prælatus, vt. 3. q. 2. cap. vlt. & in authen. de ec. titu. ſ. fi. coll. 9. & not. ſ. de in integr. reſti. c. auditis in glo. eccleſia enim. Et ad hoc facit ſententia prædicta Ioan. in c. alleg. quia epiſcopus. quæ dicit quod habet liberam & generalem adminiſtrationem. Hoſti. vero tenet quod epiſcopus habet liberã & generalem adminiſtrationem, vt. ſ. de elec. cum nobis olim. & ideo poteſt deferre iuſiurandum, vt ipſe not. in ſumma titu. de
3 iureiur. ſ. quis poteſt ver. in rebus quæ &c. † Circa autem hoc

ad concor-

ad concordandum dictas opiniones poteſt ſic diſtingui. Aut
quęris nunquid habeat pręlatus generalem vel liberam in his
quæ ſolus ſine capitulo exercere ſeu expedire non poteſt, de
quibus legitur & not. ſ. de reſcrip. c. doceri. de is quæ fi. a præla.
per totum. j. de cunſue. c. non eſt. lib. 6. j. ca. proxi. & de exceſ.
præla. ſicut vnire & de rebus eccl. nõ alie. c. ſi vna. in cle. & tunc
dic quod non. ita intellige opin. Ioan. 12. q. 1. cap. vlt. niſi con-
ſenſum capituli habeat: & ita intellige opi. Vinc. ſupra dictam.
Aut in his, quę ſol' ſine capitulo exercere ſeu expedire poteſt,
& tunc, aut quæris nunquid habet generalem & liberam inſi-
mul: aut nunquid habeat generalẽ quicquid ſit de libera. Sed
quid ſi habet generalem & liberam inſimul, tunc aut quęris de
his quæ mero & libero arbitrio ipſius cõmittuntur, vt in pro-
uidendo egenibus. 10. q. 1. regẽda. & c. ſeq. 12. q. 1. pręcipimus.
& 93. diſt. diaconi. Item in his quæ le. & no. j. eo. c. proxi. & ca.
apoſtolicæ. & in collatione beneficiorum, vel receptione mo-
nachorum. Si de conſuetudine vel priuilegio ad ipſum ſolum
ſpectet. s. de his quę fi. a pręla. cap. nouit & c. ea noſcitur & in-
fra de regularibus ſi ad ſolum in fi. lib. 6. & tunc habet genera-
lem & liberam, vt in iuribus alle. &. s. de elec. cum nobis olim.
in fin. & eo. tit. c. is cui. lib. 6. Et ita intellige opinionem prædi-
ctam Laur. & Ioan. in c. alleg. quia epiſcopus. Caue tñ quia per
illud verbum liberã non datur ei poteſtas malè adminiſtrandi,
ar. 21. q. 1. relatio. C. de inoff. teſt. l. ſi qñ. s. de elec. c. eccleſia ve-
ſtra. 2. vt not. Ber. in ca. alleg. cum olim. in fine & pro hoc. ff. dè
dona. l. filiuſ. Aut quæris de his quæ mero & libero ipſius arbi-
trio non cõmittuntur, ſed ſub certa forma, vt dare quinqua-
geſimam, vel centeſimam de bonis eccleſię ſuo loco religioſo,
vt. j. eo. apoſtolicę. & in ijs quæ le. & no. s. de off. ord. irrefraga-
bili. §. fin. & vt eccl. benefi. c. vnico. §. fi. j. de cenſi. c. apoſtolus.
de exceſ. præla. cum ad quorundam. & tunc non habet gene-
4 ralem & liberam vt ibi. † vnde nõ eſt dñs, ſed diſpenſator, ſm
illud 1. Corin. 4. ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti,
& diſpenſatores miniſteriorum Dei. & 11. q. 1. ca. clericum. §.
ex ijs omnibus. ibi non enim in epiſcopum vngitur vt cogni-
tor ſecularium negotiorum reſideat, ſed vt procurator anima-
5 rum, & diſtributor ſpiritualiũ exiſtat. † Si quæris nunquid ha-
bet generalem quicquid ſit de libera, dic q ſic vt hic: & in con
cordan. alle. hic & in 1. glo. Ex quibus patet ſolutio ad quęſtio-
nem prædictã de delatione iuramenti: nam in cauſis quas non
poteſt exercere, ſine capitulo nõ poteſt. ar. j. de teſtibus pręſen
tium. lib. 6. cũ ibi no. In illis vero quas exercere poteſt, dic q in
re dubia & deficientibus alijs probationibus poteſt, alias non.
¶ Super eod. cap. Ad declarationem gloſſæ quæ incipit maxi-
mè & c. Si quæris nunquid cõtractus factus per prælatum ſu-
6 per bonis eccleſiæ valet, † diſtingue, vt dixi. s. de reb. eccl. non
alie. c. ad noſtram. Et vide quod not. Archi. 12. q. 2. in ſum. glo.
fin. vbi dicit q quando contractus celebratur ſolenniter, & in
caſu conceſſo, quamuis in cõtractu incidat damnum enorme,
tenet quidem cõtractus, ſed reſtituitur eccleſia, vel per in in-
tegr. reſtitutionem, vel iure maioris, vel per officium iudicis,
vel condictione ex illa decre. s. de empt. & ven. cum dilecti ſeu
ex illa. l. C. de reſcin. ven. l. rem maioris prætij ſm Goff. qui ita
not. in d. c. ad noſtram. At vbi epiſcopus facit graues donatio-
nes, vel alios contractus inconſultis canonicis, tunc cõtractus
non tenet ipſo iure. 10. q. 2. ca enim. §. hoc ius porrectum. ver-
7 ſic. qui vero res. & 12. q. 2. ſine exceptione & hic. † vnde quod
dicit hic inconſultis canonicis ſubaudi maximè, ſm Goff. qui
dicit quòd ſi conſultis canonicis fecerit tenet contractus: ſed
reſcinditur per in integr. reſtit. s. de in integr. reſtit. ca. 1. Idem
Archi. in d. glo. fin. & Ioan. Andr. hic.

1 *Prælatus non dat rem immobilem eccleſiæ.*
2 *Prælatus non dat theſaurum eccleſiæ.*
3 *Prælatus rem modicam eccleſiæ dare poteſt.*
4 *Prælatus non conſumat res eccleſiaſticas in malos vſus.*

CAeterum. ¶ Si quæris nunquid prælatus ſi-
ne conſenſu capituli vel conuen-
1 tus poſsit dare rem eccleſiaſticam, diſtingue. † Aut
dat rem immobilem eccleſiaſticam, & non poteſt
quantumcunq; minimam vt. s. de reb. eccle. non alie. ca. 1. & c.
nulli. j. eo. paſtoralis in fine & Hoſti. & Ioan. Andr. Et hoc niſi
ſolus epiſcopus hoc facere poſſet de conſuet. præſcripta de ijs
quæ fi. a præ. ea noſcitur ſm Ioan. in d. c. paſtoralis quod vlti-
mum non placet Ioan. Andr. ibi; illa enim dec. ea noſcitur. lo-
quitur cum aliquid in beneficium cõfertur, quod fieri poteſt
per cõſuetudinem præſcriptã ſine conſenſu capituli, ſed aliud
cum eccleſia vel aliquod eccleſiaſticũ in perpetuum datur vt
ibi: talem enim donationem ad alienationem non eſt dubium
pertinere ſupra de his quæ fiunt a præla. §. in fine quo caſu om
nino neceſſarius eſt conſenſus capituli vt in d. cap. paſtoralis.
& ſupra, de his quæ fiunt a præla. paſtoralis. Nec puto hoc caſu
contrariam conſuetudinem locum habere, ſm Hoſti. Hugo.
Lau. Vinc. Tanc. Aegid. & Io. Andr. in d. ca. paſtoralis. & idem
2 Inno. ibi ſuper verbo conſenſus & ſine eo nõ valet. † Aut dat
rem mobilem & tunc, aut de theſauro quem inuenit in eccle-
ſ. a, & tunc idem vt. s. de reb. eccl. non alie. c. epiſcopi. §. 1. Aut
de alijs rebus, & tũc aut res huiuſmodi quam dat vel dare vult
eſt nimis prætioſa, & tũc idem. s. de elec. quod ſicut. §. vlt. Aut
non, & tunc, aut dat nimiam quãtitatem, & tunc idem vt. j. de
priui. cum olim apud: quod verum etiam ſi eſſet conſuetudo
3 quod magna donatio fieri poſſet. s. de conſuet. ca. 1. † Aut non
nimiam quantitatem, ſed modicam iuxta cõſuetudinem illius
terræ quæ ſacris canonibus non obuiat, & tunc donatio valet
vt hic. Vnde de eo quod ſupereſt ſibi de bonis eccleſię paupe-
ri vel egenti nobili verecundo, vel puellæ maritãdæ, vel alij da-
re poteſt, hoc enim approbat cõſuetudo generalis, & canones
ſiue in vita vt. j. de teſtamentis ad hæc. & 12. q. 2. aurum. & c.
gloria. ſiue in morte. j. de teſtamẽtis relatum. 2. pro talibus ta-
men faciendis eccleſiam obligare non poteſt, vt not. j. de ſol.
ca. 1. Sed caueat ne de ijs parentes ditet, vel nimis delicioſè vi-
uat. vt 86. diſtin. non ſatis. 47. diſt. ſicut ij ſm Hoſti. & Io. And.
hic. Et de hoc vide quod not. Goffr. in ſumma titu. de ijs quæ
fiunt a præla. §. in ſumma. Et Hoſti. in ſumma de ijs quæ fiunt
4 a pręla. §. fi. & hoc tit. §. vtrum. † Et quid iuris de prælatis ec-
cleſiarũ, & alijs clericis qui bona eccleſiaſtica pauperibus debi
ta cõſumunt in vſus illicitos, videlicet in meretricibus, hiſtrio
nibus, cõſanguineis potentibus, vel alijs diuitibus & potenti-
bus, non ꝓpter aliquam cauſam licitam & honeſtam, ſed pro-
pter fauorem & pompam ſeculi, dic eos raptores, & per con-
ſequens teneri ad reſtitutionem omnium, & etiam ſunt ſacri-
legi defraudãdo eccleſiam, & accipiendo pauperibus erogan-
dum, vt probatur. 16. q. 1. cap. vlt. 12. q. 2. c. gloria epiſcopi. & c.
ſi illi. vt not. plenius frater Io. in ſumma confeſ. tit. de raptori-
bus rubricella de rapina clericorum. q. 14. quid de prælatis. &c.

1 *Eccleſia non vacans perſonæ non danda.*
2 *Eccleſia non vacans rei poteſt conferri.*
3 *Beneficij collatio perpetua præſumitur.*

COnſultationibus. ¶ Si quæris vtrũ epi
ſcopus vel alius præ-
latus ad quẽ ſpectat, poſsit eccleſiam non vacantem
1 cõferre ſeu donare, diſtingue. † Aut donatio eſt per-
ſonalis, vt quia donatur alicui priuato, vt beneficiũ ad vitam,
& hoc fieri prohibetur vt hic in 1. reſpon. &. s. de conceſ. prę-
ben. c. nulla. eo. titu. cap. deteſtanda. & c. ne captandę. lib. 6. Aut
donatio eſt realis & perpetua, vt quia donatur vel confertur
conuentui, vel collegio & hoc fieri cõceditur, vt hic 2. reſpon.
& idem ſi conferatur dignitati vel præbendæ, vt. s. de præben.
expoſuiſti. de inſtit. cum veniſſent. Et ratio eſt, primo quando
fit conuentui vel collegio, quia cum res collegij non ſit ſingu-
2 lorum, deficit hic ratio prohibitionis. s. de cõ. præ. ca. 2. † Item
quando fit dignitati vel prębẽdæ, ipſa eccleſia vel dignitas vel
præbenda cui fit donatio ex quo realis eſt conſenſu careat, de-
ſiderare non poteſt mortem alterius, arg. ff. ſi quadrupes pau-
per. fe. di. l. 1. & in eo quod leg. & no. j. de ſent. excom. ca. Ro-
mana. §. fin. lib. 6. ſecundum Hoſti. qui ita diſtinguit hic & Io.
Andr. poſt eum. Idem Archi. 16. q. 7. in ſumma, glo. antepen.
& de iure pat. c. vnico. ſuper verbo cenſenda. lib. 6. Cum qui-
bus concordat Abbas hic ponens caſum ſic, loco non perſonæ
poteſt eccleſia non vacans conferri. Et cõcordant ad hoc Ber.
Hoſti. & Abbas. j. de iure pat. illud. Aut donatio eſt temporalis
non ad vitam, vt ſi detur beneficium alicui ad commendam,
iuxta. c. dudum. §. tandem. s. de elec. &. j. de elec. nemo poteſt.
lib. 6. Et tunc credo q non poteſt cõferri antequam vacet ſi-
3 cut dictum eſt de donatione perſonali & per eadem iura. † Et
vide quod not. Hoſti. j. de accu. ſi conſtiterit ſuper verbo, ſed
ad tempus. dicens quod eſt ibi argumentum q collatio facta
de beneficio perpetua præſumitur niſi ꝓbetur temporalis. Et
de hoc no. s. de inſtit. cum veniſſent. &. j. eo. paſtoralis.

1 *Menſura renuncians, ad eam ſupplendam agere non poteſt.*
2 *Metiendus ager die conuenta.*
3 *Metiendus ager, vbi dies incertus eſt, intra ſexaginta dies.*
4 *Metiri petens, vbi de die non fuit conuentum, vſq; ad xxx. an-
nos audietur.*

Per tuas. ¶Si quæris vbi aliquid dandum, tra-
dendum, ſeu deliberandum eſt alicui
ſub certa quātitate vel menſura, ſeu ad certā quan-
titatem vel menſurā, & traditur ad minorem quan-
titatem vel menſuram, vtrū & vſq; ad quod tempus recipiens
ad ſupplementum quantitatis vel menſuræ debitæ agere poſ-
1 ſit, diſtingue. † Aut ille cui debetur renuntiauit hmôi quanti-
tati vel menſuræ: aut non. Si ſic non poteſt agere. 7. q. 1. quam
periculoſum. ff. de ædil. edic. l. quæritur. §. ſi venditor. Si non
tunc, aut dies ſeu terminus eſt appoſitus ad menſurādum rem
2 illam: aut non. Si ſic tunc, aut certus, & tunc † aut dictum fuit
ꝙ infra certam diem puta infra mēſem deberet res menſura-
ri, & denuntiari vel referri, ſi & quantum minus inueniretur,
& tunc oportet ꝙ vtrunq; infra menſem referatur, alias poſt-
ea non audiretur conquerens. ff. de contrahen. empt. & vend. l.
qui fundum. Aut fuit dictum ꝙ denuntiaretur vel referretur
vtrum minoris quantitatis vel menſuræ eſſet, ſed non fuit di-
ctum aliud de certa quantitate vel menſura referenda infra cer
tam diem, & tunc ſufficit ꝙ infra diem illam dicat rem mino-
ris eſſe, & poſt diem infra ſua tempora ſuper quantitate couen
ta audietur, vt. ff. de act. empt. & vend. l. ex empto. §. Iul. Sed ſi
per menſorem ſteterit qui noluit infra diem aſſignatam men-
ſurare, & ſic lapſa eſt dies, ipſe menſor obligatus eſt actione de
3 dolo. ff. ſi mēſor falſum modum dixerit. l. ſi menſor. † Aut in-
certus, vt quia de die actum eſt, ſed de certa die nihil dictū eſt,
& tunc. lx. dies ſpectari videntur, vt. ff. de ædil. edic. l. ꝙ ſi no-
lit. §. pen. & l. ædiles autem. §. 1. Si vero nec de certa die, nec de
4 incerta die aliquid actum eſt, † tunc ſemper audietur vſque ad
xxx. annos vt hic. Et videtur ꝙ etiam ſecundum canones de-
beat vltra audiri cum deficiat bona fides. ſ. de preſcrip. c. quo-
niam. ſecundum Hoſti. hic, cuius eſt iſta diſtinctio in effectu
excepto primo membro, & concordat in ijs Io. Andr. cum eo.

1 *Beneficium ſuum princeps ad libitum interpretatur.*
2 *Reſcriptum ad iuris obſeruantiam conceſſum, ſtrictè interpre-
tandum.*
3 *Reſcriptum pro beneficio obtinendo ſtrictè interpretandum.*
4 *Reſcriptum ad alium quam cui eſt conceſſum non extendendum.*
5 *Reſcriptum contra ius commune impetratum reſtringendum.*
6 *Reſcriptum in præiudicium alterius impetratum, ſtrictè inter-
pretandum.*
7 *Reſcriptum in concedentis priuilegium, largiſſimè interpre-
tandum.*
8 *Reſcriptum proprio motu conceſſum largiſſimè interpretandum.*
9 *Reſcriptum odioſum ſtrictè interpretandum.*
10 *Reſcriptum fauorabile largè interpretandum.*
11 *Hæredis dictio aliter in vltimis voluntatibus, aliter in contra-
ctibus accipitur.*

Cum dilecti. ¶Si quæris vtrum, & quando
beneficiū principis eſt latè vel
1 ſtrictè interpretādum, diſtingue. † Aut quæris qua-
liter eſt interpretandum ab eo a quo vel cuius au-
thoritate eſt indultum, & talis poteſt ipſum interpretari, put
ſibi placet, vt. ff. de legi. l. & ideo de reg. iur. l. Neratius, in fi. & . j.
de ſent. excom. inter alia. vt no. Ber. j. de conſan. & affi. c. ꝙ di-
lectio. glo. arg. contra, &c. quod c. facit ad idem. Sed hoc non
placet Hoſti. ibi, quia & ſi alij debēt late beneficium principis
interpretari, ipſum concedentem decet latè interpretari, argu.
C. de legib. l. digna vox. maximè cum factum ſuum ſit, contra
quod non decet quod veniat ſupra, de cler. coniug. cap. diuerſis
fallacijs. in fin. & quod tenetur defendere nō debet impugna-
re. ſ. de natis ex libero ventre. c. vnico & niſi creuerit in bene-
ficijs nihil ſe feciſſe putet. ſ. eo. c. 1. & quod cōceſſit decet eſſe
manſurum in aut. conſtitutio quæ de dig. §. illud. coll. 6. ſecun-
dum Hoſti. ad idem de regu. iur. c. beneficium. lib. 6. Sed dictū
Ber. poteſt dici verum de iure: dictum vero Hoſt. de decentia
& honeſtate, & omnis indecentia in principe qui eſt omnium
director eſt impoſſibilis ſaltem moris, de quo. j. de reg. iur. no-
mo poteſt. lib. 6. & not. Cardi. j. de hæreti. ſuper eo. lib. 6. Aut
quæris qualiter eſt interpretandum ab alio quam ab eo a quo,
vel cuius authoritate eſt indultum. Et tunc, aut quæris de be-
neficio ſeu reſcripto ad iuris cōis obſeruantiam conceſſo: aut
de beneficio, ſeu gratia, vel reſcripto ad beneficium eccleſia-
ſticum obtinendum cōceſſo: quia quicquid princeps facit be-
neficium ſeu gratia eſt, & vt le. & no. ſ. de reſcri. ca. ſedes apo-
ſtolica. in princ. & de elec. c. cum inter vniuerſas. in fin. aut de
beneficio ſeu reſcripto ad priuilegiū, ſeu aliud gratioſum con-
tra vel citra vel vltra iuris communis obſeruantiam vel teno-
2 rem cōceſſo. † In primo caſu dic quod beneficium pricipis eſt
ſtrictè interpretandum vt. ſ. de reſcrip. nonnulli. & c. fin. & eo.
titu. c. cum in multis. libr. 6. de off. deleg. p. & g. fallit. C. de di-
uer. reſcr. l. 1. vbi habes quod ſupplicatione porrecta per duos
in cauſa communi principi, reſcriptum poſtea ſuper ea in per-
ſona vnius ſolius ipſorū obtentum, extenditur ad aliū & ꝓdeſt
alij, & hoc ſm Iaco. de Ra. ibi operātur duo ſimul concurren-
tia videlicet cauſę cōitas, & communis ſupplicatio amborum,
alias ſi alterum iſtorum deficeret non videretur reſcriptū ex-
tendi ad perſonam alterius: quia quæ in præfationibus dicun-
tur, &c. ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idem reſpōdit. Pet. vero de
Bellapert. dicit ibi quod requiritur & hoc operatur cauſæ tan-
tum cōmunitas. Vnde ſi tu pro cauſa tua ſeparata, & ego pro
mea ſupplicamus, & princeps reſcriberet mihi vel pro me tan
tum, non extenditur ad te. item ſi res eſſet cōis mihi & tibi, &
ego ſolus ſupplicaſſem, & mihi ſoli ſeu pro me ſolo fuiſſet re-
ſcriptum, extenderetur etiam ad te propter cauſæ cōitatem:
vt. ff. de quibus re. ad eundē iudi. eatur. l. 1. quia eſt eadem ra-
tio. arg. ff. de verb. oblig. l. a Titio. ſm Pet. pro quo facit, quia
quod vni perſonæ de iure cōmuni conceditur, omnibus con-
ceſſum intelligitur, vt 4. diſt. denique. & 5. diſtin. ad eius vero
3 concubitum, vt no. Ber. & Hoſti. j. de priui. ſanè. † In ſecundo
caſu beneficium principis non eſt largè, ſed ſtrictè interpretan
dum, vt. ſ. de præb. c. vlt. & . j. de pręb. c. quamuis. j. c. is cui. & c.
non poteſt. lib. 6. extra de præb. c. quamuis. j. c. is cui. & ca. non
poteſt. lib. 6. extra præben. c. ſi dignitatem in cle. cum ibi no. In
4 tertio caſu refert. † Aut quæris vtrum priuilegium principis
largiſſimè interpretatur vt extendatur, ad aliū ſeu alios ab illo
cui ſpecialiter eſt conceſſum, & dic quod non, vt. ff. de conſtit.
princ. l. 1. §. planè. de reg. iur. l. priuilegia & . l. in omnibus inſtit.
de iure natu. §. ſed quod prin. j. de priui. c. ſane. 16. q. 1. hinc etiā
. j. de reg. iur. c. priuileg. lib. 6. cum concor. ibi alleg. facit quod
not. Hoſti. j. de ſent. excom. cum illorum. §. ſi vero clauſtralis.
& Ioan. Andr. poſt eum in c. canonica. dicentes quod priuile-
gium conceſſum hoſpitalarijs, nō extenditur ad templarios li-
cet Ber. contra in d. §. ſi vero. gloſſa multa enim. licet enim vbi
eſt eadem ratio ſit idem ius, illud tñ verum cum agitur de ex-
tenſione iuris communis, ſecus ſi de prorogatione priuilegij.
Fallit in illo qui ad ſui poſtulationem impetrat, & obtinet ius
iniquum contra alios, pari ratione vtentur eodem iure iniquo
contra eum, quod dic vt leg. & no. ff. ꝙ quiſq; iuris. l. 3. Sed iſta
extenſio non fit virtute priuilegij, ſed rōne vſus talis iuris ini-
qui, vt ibi & ſic non eſt ibi propriè fallentia. Aut quęris vtrum
priuilegiū largiſſimè interpretatur in perſona illius cui eſt cō-
5 ceſſum, & tunc. † Aut eſt contra ius commune. & tunc, non
imò eſt reſtringendum, vt. j. de cōſan. & affi. quod dilectio vbi
hoc not. Innoc. & Hoſti. & maximè qñ eſt in præiudicium al-
terius. Idem not. Innoc. j. de priuile. dudum. in glo. idem cre-
dunt. & c. recepimus. in gl. 1. ver. ſed quæ res. & de cōceſ. præb.
c. dilectus. & Hoſtien. poſt eum ibi, idem Vinc. Ala. Lau. Goff.
Ber. Innoc. & Hoſti. ſ. de filijs presbyt. c. literas. Idem Laur. &
Archi. 1. q. 7. c. requiritis. §. niſi rigor. in gl. adde ob hoc dicitur
quod tñ diſpenſatio &c. Et eo caſu poteſt dici vt no. Dy. j. de
reg. iur. quæ a iure. lib. 6. dicens quod ſi cōcedatur capaci de iu-
re communi, videtur ad ius commune aliquid ſuperaddi. ff. de
bonis lib. l. etiam. §. 1. ad municipales. l. j. in fin. ſi non capaci re-
ducitur ad ius commune. C. de inoff. teſta. l. ſi quādo. & ſi ver-
ba ſunt ambigua reſtringuntur vt in c. alleg. quæ a iure. & de fi-
lijs presbyt. cap. 1. lib. 6. Interſerit tñ quod priuilegia ius com-
mune continentia, concedi videntur ſm conditionem illius
perſonæ cui conceduntur, militi. ſ. vt militi, clerico vt clerico,
laico vt laico. ff. de iniuſto rupto & irrito teſtamēto. l. ſi quis ab
exhæredatd. §. ſed & ſi quis. & de teſtamēto mili. l. ex militari.
Aut non eſt directè contra ius commune, ſed pręter, citra, vel
vltra, & tunc aut quæris nunquid largiſſimè interpretatur in
præiudicium alterius, ſeu aliorū quam cōcedentis: aut in prę-
iudicium ipſius concedentis: aut in nullius ſingularis prȩiudi-
6 cium, ſed in ſe. † Si in præiudicium alterius ſeu aliorum, tunc
dic quod eſt ſtrictè interpretandum. 85. diſtin. frumentum. ff.
ne quid in loco publico fiat. l. 1. §. ſi quis a principe. & . §. meri-
to de adminiſtratio. tut. l. impuberi. C. de eman. lib. l. nec auus.
. ſ. de vſu palli. j. c. ex tuarum. j. de reſcr. c. quamuis. lib. 6. de de-
cimis ſtatuto. eo. lib. vbi de hoc no. Et hoc no. Inno. & Hoſti.
Abb. & Ioan. Andr. hic & Ber. & Hoſti. j. de verb. ſign. olim in
fin. & Ioan. ibi ſuper glo. fin. Et Compo. ſ. de reſcrip. c. cauſam
quæ circa princ. Fallit in caſu vbi priuilegium non afferret ali-
quod commodum, ſeu de nihilo operaretur niſi interpretare-
tur in

tur in alterius læſionem ſaltem modicam, quia tunc interpre-
tatur in alterius modicam læſionem. C. de pre. impe. off. l. quo-
ties. j. de priui. in ijs. priuilegium enim debet de aliquo opera-
ri vt ibi, & de verb. ſignifi. Abbate ſanè. de priuile. c. vt apoſto-
licæ. lib. 6. Et interpretandū eſt vt res potius valeat quam per-
eat vt ibi, &. ff. de reb. dub. quoties. 2. vt not. Ber. j. c. proxi. glo.
pen. in fin. & Hoſti. poſt eum. Idem Hoſti. in c. alleg. literas. ſ.
de filijs presbyte. vbi dicit quod indulgentia eſt reſtringenda
quantum poteſt, dummodò remaneat in aliquo gratioſa, alias
enim ſi cederet in enormem alterius læſionem nō valeret, vt in
d. l. quoties. 2. reſpon. ſm Innoc. & Hoſti. hic. Et idem Arch.
79. diſtin. cap. 1. vbi de hoc. j. de verb. ſign. quid per nouale. vn-
de verba priui. ita interpretanda ſunt quod alteri enorme præ-
iudicium non afferant vt ibi. Si autē ex poſtfacto ſuperueniat
præiudicium ceſſat priuilegium: vt. j. de decimis ſuggeſtum.
nam priuilegium extinguitur propter abuſum, negligentiam,
cōtrarium factū, & ſuperueniens enorme præiudicium, quod
dic vt leg. & not. 22. diſtin. renouantes. 11. q. 3. priuilegium. &
in c. alleg. ſuggeſtum. & per Io. Andr. j. de reg. iur. c. decet con-
7 ceſſum. lib. 6. † Si quæris in præiudicium concedentis ſeu hæ-
redis ſui, vel cauſam habentis ab eo tunc, ſm Inno. Hoſt. Abb.
& Io. Andr. hic ꝙ largiſsimè debet interpretari vt hic. 16. q. 1.
cap. 1. &. j. c. proxi. & in d. c. olim. j. de verbo. ſign. &. ff. de con-
ſtit. prin. l. vlt. de tri. & oleo leg. l. 3. C. de ſen. paſsis. l. 1. & de bo-
nis vacantibus. l. ſi quando. lib. 10. j. de priuile. quia circa. & de
præben. ſi motu proprio. & c. ſeq. lib. 6. in auth. conſtit. quæ de
digni. §. illud. coll. 6. Pro tanto dicunt quidam, ꝙ licet Comes
vel Marchio merum imperium ſpecialiter transferre nō poſ-
ſit, vt. ff. de off. eius cui mandata eſt iuriſdic. l. 1. ſi tamen dona-
uit aliquam ciuitatem, vel caſtrum, tunc cum ipſa vniuerſitate
tranſit merum imperium niſi excipiatur, arg. hic &. ſ. de re iu-
dic. cum Bert. j. de iure pat. ex literis. & c. cum ſm. præſertim
cum ſibi in conceſſione retinet aliquid aliud ſpecialiter, arg. ff.
de offic. præfec. vrbis. l. 1. §. cum vrbem. ver. ſed & ſi quid &. ſ.
de præſump. nonne. Verumtamen plures ex iudicibus Regni
Franciæ tenent ꝙ quantumcunq; generalis vel indiſtincta ſit
alicuius caſtri vel villæ conceſſio, non intelligitur transferens
etiā princeps ea quæ ſunt meri Imperij transferre, niſi hoc ſpe-
cialiter exprimatur, arg. ff. de ijs quæ in fraud. credi. l. Si autem
pater de offic. præſidis. l. pen. 16. q. 2. viſis. ſ. de offic. lega. quod
tranſlationem. de ijs quæ fi. a præla. paſtoralis. vt not. Spec. tit.
de iuriſdic. omnium iudicum circa medium verſic. & dicunt
8 quidam. † Sequitur qn̄ in nullius ſingularis præiudicium ſed in
ſe, & tunc aut beneficiū ſeu priuilegium cōceditur mero mo-
tu, & libera voluntate cōcedentis ſeu indulgentis, & tunc lar-
giſsimè debet interpretari, ita poteſt intelligi hic & in cōcor.
alleg. in glo. ita poteſt intelligi quod no. Laur. 2. q. 7. clericus ad-
uerſus. vbi ſic quærit, pone ſimpliciter diſpenſatū fuiſſe, qua-
liter intelliges diſpenſationem, & dicit quod quo ad omnia vt
C. de nup. l. imperialis. ar. 2. q. 3. c. ſi quem. §. ſi autem. ſm Laur.
ibi. Et idem not. ibi Archi. Et pro iſta ſententia facit optimè.
j. de præben. ſi motu proprio. & c. ſi pluribus. lib. 6. & eod. tit.
c. ſi Romanus Pontifex. in cle. ſm Archi. in. §. alleg. niſi rigor.
Aut conceditur ad inſtantiam petentis non libera voluntate,
ſeu motu proprio concedentis, ſiue indulgentis, & tunc debet
ſtrictè interpretari, arg. ff. ꝙ quiſq; iuris. l. 3. &. j. de conſang. &
affi. ꝙ dilectio. & ſic ſentiunt ibi Alanus & Vinc. & Archid. in
§. allega. niſi rigor. Sed tu potes ſic dicere & ſatis probabiliter,
aut conceditur in & ſuper materia odioſa, ſiue ambitioſa, ſiue
9 iuri publico aduerſa aut non. † Si ſic, tunc nō eſt largè, ſed ſtri-
ctè interpretandū, & reſtringendum: & ita poſſet intelligi di-
cta opinio Ala. Vinc. & Archid. de materia odioſa, patet. ff. de
iur. immu. l. 1. de ambitioſa, patet. ſ. de tranſla. epi. cap. vlt. j. de
præben. c. quamuis c. is cui. & c. non poteſt. lib. 6. de iure publi-
co aduerſa, patet in d. l. 1. de iure immu. j. de ſent. excom. c. al-
ma mater in fin. lib. 6. extra eo. titu. de ſent. excom. cap. ex fre-
quentibus. & c. cum ex eo in cle. Et ideo indulgentia per quam
alicui indulgetur vt poſsit plures eccleſias licitè retinere, licet
liberet eum vt non teneatur in omnibus perſonaliter reſidere,
vt not. Ioan. 7. quæſtio. 1. ſi quis in clero. non tamen liberat
eum quin teneatur in earum altera reſidere, niſi expreſsè hoc
in ea dicatur: nam ambitioſa eſt & ideo reſtringenda. vt. ſ. de
præben. c. quia in tantum. & c. ſeq. & ſi. vt nō. Spec. tit. de offic.
legati. §. videndum reſtat. ver. quid ſi indulgeatur alicui. & Ar-
10 chid. in c. alleg. ſi quis in clero glo. fin. † Si conceditur in & ſu-
per materia fauorabili, tunc eſt interpretandū ſaltem, vt de ali-
quo operetur. j. de priuil. ca. vt apoſtolicæ. lib. 6. pro hoc. j. de
regu. iur. c. odia. lib. 6. Et ita poteſt intelligi quod not. Innoc. in
c. alleg. quod dilectio. glo. fin. & etiā Hoſti. poſt eum. Et de
iſta materia ſatis not. Rayne. in ſumma titu. de filijs presby. §.
item pone. Goff. in ſum. de filijs presby. §. ſunt quidam ſed di-
ſpenſetur. & Hoſt. in ſumma de filijs presby. §. quis poſsit. ver.
quid ſi ijs viſis. Hæc decr. facit ad q. alias in parlamento Frāciæ
vt dicitur ventilatam. Rex Franciæ cuidā militi dedit caſtrū
in feudum hoc modo, do tibi & hæredibus tuis tale caſtrum,
& miles ille deceſsit ſine liberis, rex repetebat feudū, quia in
caſu huiuſmodi hæredes debent intelligi filij, hæredes militis
contradicunt, quæritur quid iuris, narratur parlamentū Fran-
ciæ iudicaſſe pro rege, per l. ex facto. §. vlt. ff. ad Treb. vbi appel-
latione hæredum ſoli filij intelliguntur, cum ſua glo. quæ hoc
not. Sed Iaco. de Ra. & Pet. de Bellaper. cum eo dicunt ꝙ ma-
lè fuit iudicatum, quia debuit intelligi de hæredibus quibuſ-
cunq;, cùm adiectio illa & hæredibus ſit ad ampliandum, vn-
de non debet interpretari ad minuendū, vt. ff. de condi. & de. l.
cum tale. §. vlt. Et ad l. ex facto reſpondent, ꝙ ibi non extendi-
tur appellatio hæredū, ſed reſtringitur ad filios, ideo quia alias
inutile redderetur fideicōmiſſum, cum raro vel nunquā con-
dictio poſsit exiſtere, ſi intelligeretur de hǣdib⁹ quibuſcunq;
cum impoſsibile vel raro ſit quem non habere hæredem, ſal-
tem enim habet fiſcum: vnde vt poſsit condictio impleri, in-
telligimus mentem teſtantis ibi fuiſſe de liberis. Dy. vero vi-
detur ſentire cum illa glo. quæ eſt in l. alleg. ex facto. §. vlt. c. ſic
ſecundum eum bene fuit iudicatum: quia quæſtio loquitur in
contractu feudali, qui de ſui natura non tranſit in hæredē ex-
traneum. Vnde in caſu feudorū dicitur, quod quoties de hæ-
rede tractatur, intelligitur de filijs maſculis & nō de fœminis,
ſiue de hæredibus extraneis, vt in lib. feu. de ali. feu. c. vnico.
ver. & ſi clientulus. & ita ſcribit in d. §. vlt. &. ff. de verb. ſign. l.
in conuentionibus. Ad hoc tamen poteſt reſponderi pro Iac.
& Petro, ꝙ verum eſt qn̄ ſimpliciter res in feudū datur: nam
tunc videtur conceſſa ſibi & hæredibus ſuo iure, vt argu. ff. de
leg. 3. l. ſi quis in princ. §. 1. ac. cum exprimitur nomen hæredis
tunc ampliatur eius natura vt dictū eſt: & iſtam partem credo
11 veriorē per illud c. & per præmiſſa. † Pro hoc etiā facit quod
no. Spec. rubricella de teſtamentis §. 1. ver. ſi. vbi dicit ꝙ in vl-
timis voluntatibus appellatione hæredis liberi ſolum intelli-
guntur, ſed in contractibus intelliguntur etiam extranei hæ-
redes ſi liberi non extant, vt in d. l. in conuentionibus. &. ff. de
operis lib. l. cum patronus licet eius dictū non credam ſimpli-
citer fore verū. Vnde opinio illius gloſsæ & Dyni vera eſt vbi
teſtator vel donator voluiſſet caſtrum ad ſe reuerti aliquo ca-
ſu, vt quia dixiſſet ita, do tibi caſtrum ita, ꝙ ſi ſine hærede de-
ceſſeris caſtrum ad me reuertatur, nam tunc nomine hæredis
intelligerem liberos tantum: ſed in iſta quæſt. vbi non expreſ-
ſit aliquo caſu caſtrum ad ſe reuerti, dico quod intelligendum
eſt de hærede quocunque, maximè quia beneficia principum
largiſsimè ſunt interpretanda, vt hic in concor. alleg. Et idem
intelligerem in diſpoſitione teſtatoris, quæ facta ſimpliciter
largè eſt interpretanda: vt hic &. ff. de regu. iur. l. in teſtamen-
tis. de vino tri. & oleo leg. l. 3. de penu leg. l. qui penum. §. fin. & t
de an. leg. l. legatum ita. in princ.

1 *Eccleſia a religioſis ædificata, quale ius in ea habeant.*
2 *Eccleſia religioſis donata ab Epiſcopo, quid iuris ei in ea remanet. 4. 6.*
3 *Eccleſiæ ius patronatus donari poteſt.*
5 *Conſuetudo eccleſiæ oneroſa non valet.*
7 *Cathedraticum non præſcribitur.*

PAſtoralis. ¶ Si quæris quæ & qualia iura poſ-
ſunt habere religioſi in eccleſijs
vel capellis ſibi conceſsis, diſtingue, circa quod ad-
uertendum, quòd duobus modis fiunt eccleſiæ vel
1 capellæ religioſorum, ſcilicet ædificatione, & donatione. † Aut
ergo eccleſiæ vel capellæ fiunt religioſorum ædificatione, &
tunc religioſi habent temporalia, & epiſcopus ſpiritualia. j. de
capel. mona. cap. 1. 16. q. 2. ſanè & c. pen. & vlt. & q. 5. c. 1. 2. & 3.
Aut fiunt religioſorū donatione, & tunc aut donatio facta eſt
ab epiſcopo, aut a patrono: aut ab epiſcopo de conſenſu patro-
ni: vel econtra. Si ab epiſcopo tunc, aut ſub certa forma: aut
cum omni iure ſeu pleno iure: aut ſimpliciter: aut non appa-
2 ret qualiter ſit conceſſa. † Si ſub certa forma, tunc non habe-
bunt plus iuris in eccleſia vel capella donata quàm forma con-
tineat, vt. ff. de pac. l. in traditionibus. & C. de dona. l. legem. Si
cum omni iure ſeu pleno iure, tunc habēt religioſi tempora-
lium & ſpiritualium adminiſtrationem, & ſacerdotum inſtitu-
tionem & deſtitutionem. 16. q. 2. viſis. ſecundum Inno. hic in
glo. &

glo & non inſtitutio.& Hoſti. poſt eum: licet, Innoc. innuat in
glo.pen.cõtrarium in inſtitutione. Et ſic intelligitur ꝙ capel-
læ pleno iure pertinent ad religioſos. 16.q.2.ca.ſi. in quo caſu
non coguntur epiſcopo presbyteros præſentare, vt.ſ. de præ-
ben. in Lateran.nſi. ibi quatenus in eccleſijs quæ ad ipſos ple-
no iure non pertinent &c. a contrario ſenſu. Ad quod facit il-
lud quod no. Hoſt.& Io.An.poſt eum.j.de priuil.cum olim.2.
ſcilicet ꝙ epiſcopus concedit priuilegia libertatis, quod dic.
vt.j.de relig.do.c.conſtitutus.& de cenſi.cum venerabilis.re-
manet tñ ius epiſcopale in ordinatione, in iuriſdictione, in vi-
ſitatione, in altarium cõſecratione, & ſimilibus. 9.q.3. per ſin-
gulas. Si ſimpliciter cõceſsit epiſcopus eccleſiam vel capellam
religioſis, tunc aut in illa eccleſia vel capella ipſe epiſcopus cer
tam percipiebat fructuum portionem, quotam, vel quantam,
quæ forſan impoſita fuit tempore dedicationis. 18.q.2. Eleu-
therius. vel debetur ex antiqua conſuetudine. 18.q.2.ſeruitiũ.
ſecundum Hoſti. hic. Et illam tantum conceſsiſſe videtur, vt
hic. arg.j.de iure pat.c.quòd autem conſuluit.ff.de contrahen.
empt.l.qui tabernas.de leg.1. domus.§.fin. & tunc ſm Ioan.&
Ber.hic tñ gl.ſi ita generaliter.intelligitur dediſſe ius inſtituen-
di. 16.q.2.viſis. Tu tamen dic contra vt.ſ.de ſuppl. neg.præla.
cap.2. nam qñ dat eccleſiam ſimpliciter, non videtur dare ali-
quod ſpirituale vt hic innuitur, & inſtitutio ſpiritualis eſt.ar.j.
de ſimo.in tantum. in fin.& dic ꝙ ca.allega.viſis. locum habet
qñ epiſcopus non ſimpliciter, ſed expreſſe dat eccleſiam cum
pleno iure, ſm Goff.Inno.Hoſt.& Ioan.Andr. hic. Aut in illa
eccleſia vel capella epiſcopus non percipiebat aliquã fructuum
portionem, & tunc pronentus cõceſsiſſe videtur vt hic. Et vi-
detur mirabilis hec diſtinctio, quod qñ epiſcopus minus habet
in eccleſia, intelligitur plus dediſſe: ſed hoc ideo eſt, quia dona
tionẽ interpretari debemus vt magis valeat quam pereat, arg.
j.de verb.ſign. Abbate ſanè.§.circa quod fuerat. Si nõ apparet
qualiter ſit conceſſa, tñ de cõceſsione cõſtat præſumitur ſim-
pliciter conceſſa, arg.ff.de ſeruit.l.ſi cui &.j.de priui. quia cir-
3 ca. † Si donatio, vel conceſsio ſit facta a ſolo patrono, tunc va-
let donatio, & illud quod habet ſcilicet ius patronatus donare
videtur, vt.j.de iure pat.c.vnico.lib.6. No.tamen quod licet ſi-
ne cõſenſu epiſcopi laicus poſsit donare ius patronatus eccle-
ſiæ ſeu capellæ eidem, vel alteri eccleſiæ vel capellæ, vel loco
religioſo vt ibi, non tamen poſſet ipſum donare alteri laico ſi-
ne cõſenſu & authoritate epiſcopi, vt leg.& not.j. de iure pat.
præterea.& not. Archi.in d.c.vnico. ſuper verbo loco religio-
6 ſo. † Si donatio vel conceſsio fiat ab epiſcopo de conſenſu pa-
troni: vel a patrono de conſenſu epiſcopi, tunc vterque quod
ſuum eſt conceſsiſſe videtur, vt hic ſm Hoſti. & in præmiſsis
concordat Alten.lib 6.titu. de regularibus in fin. No. tñ quod
quantumcunq; epiſcopus generaliter eccleſiã a ſe eximat, vel
alteri conferat, aut concedat pleno iure, ſemper videtur qua-
tuor retinuiſſe. Primam ſcilicet, correctionem, vt in c.allega.
viſis. Secundum ſcilicet, viſitationem. Tertium, ſcilicet pro-
curationem quæ rõne viſitationis debetur.j.de cenſibus cum
venerabilis.& c.venerabili. Et cathedraticum vt hic, quia ca-
thedraticum datur in ſignum ſubiectionis in ſpiritualibus, &
in iuriſdictionibus ſpiritualis, quæ cum nõ intelligitur remit-
ti per conſequens nec cathedraticum, ſm Innoc. & Hoſti. &
Ioan.Andr.hic & Ioan.Andr. in c.alleg. viſis. in glo. pleno iure
& Archi.ſuper verbo glo.Vinc.& Goff.Ber.& Hoſti.in c.alle.
cum venerabilis.& G.Inno.& Hoſti.in c.venerabili. Et Hoſt.
infra de relig.do. conſtitutus. & in ſumma de off.ordi.§. quid
pertinet.ſub.§.ſunt autem quædam.verſi.conſueuit. & verſi.
& not.& de rebus eccleſijs non alienandis.§.an res verſi. extra
ſummam. Et eſt ratio ſm Hoſti.vt.ff.de offic.præſidis. Llega-
tus.C.de patria po.l.abdicatio, ſupra de off.ordi. irrefragabili.
& inſtitutionem authorizabilem quæ nec præſcribi poteſt ſu-
pra de offic. Archid.cap.cum ſatis. & etiam forſan canonicam
portionem, quia hæc duo æquiparantur, vt.ſ.de off. ordi. con-
querente.niſi expreſsè illã conferat. 12.q.3.c. fin. Et ſic ex tali
titulo poteſt præſcribi cõtra ipſum.ſ.de præſcri.de quarta.vbi
de hoc. Alij dicunt ꝙ non poteſt dare canonicam.i.ius cano-
nicę portionis ſibi inhærens, licet poſsit dare fructus quo ad
tempus præteritum.i.retentos retro, vel etiã in futurũ quan-
diu viuit, ſic intelligunt. 12.q.3.c.fi. arg.ff. de periculo & com.
rei ven.l.neceſſario.& no.ſi.ſ.de loca.& condu.c.veſtra.ſecun-
dum Hoſti.& Io. Andr. Et hoc ꝙ dictum eſt quòd cathedra-
ticum non poteſt epiſcopus a ſe abdicare, no.etiam Io.16.q.7.
quicunq;. quod verũ in generali remiſsione, vt hic, ſecus for-
tem ſpecialis, ar.op.in c.allega.cum venerabilis. in fin.j.de cen.
vt no.Archi.in c.alleg.quicunq;. glo.pen. &.j.de præb. cap. 1.

ſuper verbo epiſcopalia.lib.6.ſm id quod not.Lau.Vin.Tanc.
& Ber.ſ.de tranſ.c.præterea.in 3.glo.qui ſcilicet. Quod dictũ
eſt de conceſsione epiſcopi, intellige dummodo cõſenſus capi
tuli intercedat vt hic in fin. &.ſ. de ijs quæ fiunt a præla. cum
vos.& c.tua.& c.paſtoralis. alias nõ valeret quo ad transferen-
5 dum ius † nec valeret conſuetudo in contrariũ, cum eſſet ec-
cleſiæ oneroſa.ſ.de conſue.ca.1. Nam hic neceſſarius eſt tra-
ctatus.ſ.de his quæ fiunt a præl.c.tua.& c.cum apoſtolica.j.de
reb.eccle.c.dudum.lib.6. Item talis, conceſsio continet aliena-
tionem.ſ.de reb.eccle.c.nulli.ergo cõſenſus requiritur. 12.q.2.
ſine exceptione. ergo contraria conſuetudo hoc caſu nõ valet
ſm Goff.Hug. Laur.Vinc.Aegid.Gui.Innoc.Hoſti.& Io.An.
quamuis Io. dicat valere conſue. ar.ſ.de his quæ fiunt a præla.
c.ea noſcitur ſed non obſtat, quia loquitur in conceſsione fa-
cta tanquam de beneficio vbi conſuetudo bene valeret, ſecun-
dum Goff.Hoſt.& Io.Andr. Dic ergo quòd non valeret con-
ceſsio epiſcopi ſine conſenſu capituli quo ad transferendũ ius,
licet bene valeret quo ad transferendum titulum præſcribendi
j.de iure patro.cura.& no.j.eo.apoſtolicæ. Et talis conſenſus
ſufficit qñ epiſcopus dat eccleſiã alij eccleſiæ, vel loco religio-
ſo alteri a capitulo ſuo: ſi vero capitulo ſuo, tunc requirit con-
ſenſus & authoritas ſuperioris ipſius epiſcopi, vt no.Gen. ex-
tra de reb.eccle.non alie.c.ſi vna.ſuper verbo menſę ſuæ in cle.
Et idem innuit ibi Ioan.Andr. licet variet poſtea ſuper verbo
eccleſiam. Et quamuis Hoſti.teneat contrarium.ſ.de his quæ
fiunt a præla.nouit.& vide quod ipſe not.in ſumma de off.ord.
§.alleg.quid pertinet.ſub.§.ſunt autem quædam.ver.conſue-
uit.vbi de iſta materia. Et plenè vide per Io.Andr. in ca. alleg.
venerabilis. de cenſibus ſuper glo.2. vbi quærit, an epiſcopus
etiam de capituli ſui conſenſu eccleſiam eximendo, vel alteri
cõcedendo puta abbati, vel decano pro ſua dignitate recipien
te, poſsit dato quòd velit ex hoc exprimat in ea iuriſdictionẽ
epiſcopalem a ſe in totum abdicare, dicens quòd glo. pen. hic
& aliæ glo.ſ.alleg.innuunt quòd nõ poteſt quo minus retineat
hæc quatuor viſitationem, procurationem viſitationem, cor-
rectionem, & cathedraticum: ad quę quatuor alia quatuor ad-
6 ducuntur. † Primum de reuerentia, vt recitat Hoſti.in prædi-
cto ver.& no.quòd & facit quod not.Ber.in d.c.præterea. glo.
qui ſcilicet. Secundum de charitatiuo ſubſidio ſm Hoſt. ter-
tium ſm eum de inſtitutione authorizabili, vt no.in decre. cũ
ſatis de off.Archid. Quartum. de ijs quæ ſunt ordinis epiſco-
palis, vt notatur.16.q.2.in ſumma &.ſ.de præſcri.veniens. Et
poſt multas rõnes & iura alleg.ad pręmiſsa coadiuuanda colli-
git tres modos, quibus procedit plena abdicatio, qñ ſcilicet in-
teruenit principalis cõfirmatio ex certa ſcientia vt.j. de relig.
do.conſtitutus.& qñ ſic iudicatum eſt, nec eſt appellatum vt.ſ.
de re iudi.cum inter vos. nec reſtitutio petita.j.de reſti.in in-
tegr.ca.1.lib.6.& qñ præſcriptum eſſet alterius tñ nomine, ita
quòd ſubditus pręſcribat non nomine proprio contra epiſco-
pum, ſed nomine non ſubditi, quod dic ſm Hoſti.ſ.de pręſct.
cum ex offic.& c.cum olim. Alias tenet Ioan.Andr. cum glo.
prædictis, quod nõ teneat plena renuntiatio, remiſsio, vel ex-
ceptio quo ad caſus prædictos: tñ putat quòd vbi per epiſco-
pum cum cõſenſu capituli ſui ex cauſa prædicti caſus excepti
concederentur, exceptis cathedratico, reuerentia, & charita-
tiuo ſubſidio valeret cõceſsio nedum perſonalis, ſed etiã rea-
lis competens dignitati; ita tñ quòd per id non fiat abdicatio,
ſed quædam vicariæ commiſsio licet perpetua. Vnde ſingulos
caſus ſumendo, dicit quòd ſi viſitationem, procurationem, &
correlationem abbatiæ vel alteri dignitati conceſsit, abbas vt
eius vicarius faciet prædicta, ſed per hoc non erunt ab epiſco-
po abdicata, quin poterit ſaltem abbate negligente viſitare. Sic
dicit de inſtitutione, quòd licet Abbas tantum illam faciat, ta-
men illam facere poſset epiſcopus per querelã, vel appellatio-
nem. Additus, eſt ſic non erat abdicata vel excuſſa. De cathe-
dratico vero no. Archi.j.de præb.ca.1. lib.6. quòd licet gene-
ralis remiſsio non extendatur ad aliud, ſpecialiter tñ poſset re-
mitti, inducit illas duas glo. de decretali præterea. in glo.3.de
tranſac. & de decre. de monachis de præb. Sed non ob.quia in
illa præterea.prima pars facit pro ſecunda nõ loquitur de epi-
ſcopo, vel ſolum intendit excludere vitium ſimoniæ. Item gl.
decre.de monachis.quę videtur innuere quòd cathedraticum
& prædicta remaneant, vbi ſimpliciter fit conceſsio, ſed non
vbi iure pleno, ſupplenda, & intelligenda eſt ſm glo.ſ. allega.
7 † Et Ioan.tenet contra Arch. 16.q.7. quicunq; in fin. 1.glo.vbi
dicit quòd licet non currat præſcriptio in quantitate decimę,
tamen currit in quantitate cathedratici, vt extra de cenſi. cap.
olim. non tamen in toto, cum nec remitti poſsit de reuerentia
& charitatiuo

& charitatiuo ſubſidio. Satis placet ꝙ eſt dictum, illa non poſ-
ſe remitti de inſtitutione authorizabili, licet Hoſti. teneat il-
lam præſcribi non poſſe in decre. cum ſatis. de off. Arch. con-
trarium tñ ſeruari videmus. Et tñ dato ꝙ id verum eſſet, non
per hoc ſequitur quin poſſit remitti per modum prædictũ, vt
ſcilicet alius vice epiſcopi authoriaet, & non tñ per hoc dice-
tur abdicata, cum epiſcopo petenti fidem fieri oporteat, facit
quod no. ĩ. de reg. iur. ca. 1. lib. 6. De exceptio. illorum quæ ſunt
epiſcopalis ordinis, idem dico ꝙ valeat licentia de cõſenſu ca-
pituli ex cauſa data prælato, vt clerici vel monachi ſui poſſint
illa recipere a data prælato, vt clerici vel monachi ſui poſſint
illa recipere a quo epiſcopo voluerint, nec per hoc dicũtur ab-
dicata, cum illa ſint accumulata tantũ: conſtat enim quod ipſe
epiſcopus concedens ſine alterius licentia, vel dimiſſorijs ſuo
iure poterit ordinare, vel alia epiſcopalia conferre, ſecundum
Ioan. Andr. qui hæc no. vbi. ſ. a ver. & plenè vide, &c.

1 *Parochia reſpectu epiſcopi dicitur diœceſis.*
2 *Parochia reſpectu curati dicitur parochialis eccleſia.*
3 *Epiſcopus an eccleſiæ bona donare poſſit.*
4 *Eccleſiæ bona donata ab epiſcopo qualiter reuocentur.*
5 *Epiſcopus de rebus proprijs diſponit ad libitum.*

APoſtolicæ. ¶ Si quęris vtrum tota ciuitas &
diœceſis poſſit dici & cenſeri pa-
1 rochia, diſtingue. † Aut reſpectu epiſcopi diœceſani,
& dic quòd ſic, vnde eſt vna parochia ſua, & quilibet
ibi habitans ei ſubeſt tanquam parochianus, vt no. ſ. de off. ar-
chipreſ. c. officium. §. confeſſiones. ad idem de off. ordi. ſigni-
ficauit. & c. irrefragabili. cum ſi. ſm Hoſti. & Io. An. hic idem
Archi. 7. q. j. ſicut alterius. glo. 3. pro hoc. ĩ. de parochi. c. nullus.
& c. fi. & 12. q. 2. bonę rei. ſ. de ijs quæ fiunt a prælato, paſtora-
lis, & ita ſumitur nomen parochiæ hic & ĩ. de decimis ad apo-
ſtolicæ. de magiſtris. cap. 2. de hære. excõicamus. j. & §. adijci-
2 mus. & de raptoribus. c. 1. vbi de hoc per Hoſt. † Aut reſpectu
curati parochialis, & dic ꝙ non. imò parochialis eccleſia pro-
priè dicitur parochia vt. ĩ. de parochijs. ca. 2. & c. parochiarum.
¶ Si quæris vtrum epiſcopus de poſſeſſionibus, redditibus, ſeu
alijs rebus eccleſiæ ſuæ poſſit dare monaſterio in ſuo epiſco-
patu de nouo fundando quinquageſimã partem, vel monaſte-
rio iam conſtructo centeſimã partem, & ſi vltra dederit nun-
3 quid & qualiter illud vltra poterit reuocari, diſtingue. † Aut
quæris nunquid poſſit dari aut nunquid vltra debitum datum
poſſit reuocari. In primo caſu dic vt dixi. ſ. de ijs, quæ fiunt a
4 præla. paſtoralis. † In ſecundo caſu refert, aut eccleſia per hoc
enormiter non grauatur, & tunc nihil reuocatur, vt hic in fin.
Aut enormiter grauatur & tunc, aut eſt vna ſola donatio: aut
ſunt plures. Si vna ſola, tunc illud ſolum in quo grauatur eccle-
ſia reuocari debebit, & qđ plus eſt detrahetur. 12. q. 2. ſi quos
de ſeruis. vt no. Ber. hic in gl. hic reſpondet. Idem Goff. Tanc.
& Io. Andr. Si plures, tunc aut per vltimam donationem tan-
tum eccleſia eſt grauata, & tunc illa ſolum & in quãtum eccle-
ſia eſt grauata reuocari debebit, argu. ff. de iure pat. l. ſi libertus.
§. 1. ſm Ber. hic in glo. hic reſpondet. in prin. quæ fuit gl. Laur.
Idem Vinc. Goff. & Io. Andr. hic & Goff. in ſumma de ijs quæ
fi. a præl. in fin. Idem Tan. & Bar. Brix. in q. venereali quæ in-
cipit, eſto ꝙ epiſcopus fecerit donationes &c. & Bar. Brix. &
Archi. 12. q. 2. bonæ rei licet Dama. hic cuius gl. poſuit Phil. ſ.
eo. ca. 2. teneat, ꝙ de ſingulis detrahetur per l. ſi totas. C. de in-
off. dona. Aut nedum per vltimam donationem, ſed etiam per
alias præcedentes eccleſia eſt grauata, & tunc ille etiam pręce-
dentes donationes prout ſunt poſteriores, per quas eccleſia eſt
grauata, & inquantum eſt grauata poterit reuocari per benefi-
cium in integrũ reſtitutionis, vt hic. §. hoc ſemper. ſecundum
Inn. & Hoſti. Vnde dic breuiter, ꝙ ſiue vna, ſiue plures ſint do
nationes, id tñ & illud totũ in quo & per quod grauata eſt ec-
cleſia reuocabitur, vt hic debet ſm Hoſt. Fallit in caſu vbi mo
naſterium tutum eſt exceptione præſcriptionis vt hic, vel alia
exceptione, puta rei iudi. vt. ſ. de re iud. cum inter vos. & ff. de
except. l. 2. vt hic in tex. & gl. puta rei. vel compoſitionis con-
firmatæ a Papa ex certa ſcientia vt. ſ. de tranſ. ca. 1. & de conſi.
5 vti. c. venerabiles ſm Goff. Hoſt. & Io. An. hic. † Et hæc vera,
qñ epiſcopus vult dare de rebus eccleſię: de rebus vero ꝓprijs
ſiue patrimonialibus, pôt dare quantũ vult, quia in re ſua quili
bet eſt moderator & arbiter. C. manda. l. in re. manda. ſm illud
Mar. x. an nõ licet mihi qđ volo facere? tolle qđ tuũ eſt & vade.

1 *Donatio priuati qualiter reuocanda.*
2 *Donatio eccleſiæ qualiter reuocanda.*
3 *Donatio an per donatoris hæredem reuocetur.*
4 *Donatio an per hæredem donatarij reuocetur.*
5 *Ingratitudinis deſcriptio.*

PRopter ingratitudinem. Si qris vtrum
& in quibus caſib' donatio facta valeat reuocari, re-
fert. Aut quæris vtrum poſſit reuocari a donatore
aut ab hærede donatarij. Si a donatore tunc, aut quæris vtrum
poſſit reuocari per donatorem: aut per hæredem vel ſucceſ-
ſorem donatoris. Si per donatorem tunc, aut quæris de dona-
1 tione facta priuato: aut de facta eccleſiæ. † Si priuato, poteſt re-
uocari ex quatuor cauſis hic poſitis in text. ſ. ſi donatarius in
donatorem impias manus iniecerit: aut ſibi atroces iniurias:
ſeu graue rerum ſuarum damnum: ſeu vitæ periculum inferre
præſumpſerit. Item quinto poteſt reuocari, ſi cõditionem ap-
poſitam in donatione nõ adimpleuit. ſ. eo. cum dilecti. vt hoc
totũ habes. C. de reuoc. do. l. vlt. Item ſexto in alio caſu ibi no-
tato in glo. ſcilicet ſi donatori inopi & egenti donatarius cum
poteſt alimenta non præſtet, vt. ff. de liberis agn. l. alimenta. in
princ. & §. 1., Et de his caſibus ecce verſus, Donatũ reuocant
atrox iniuria, Peccatum, & necis inſidię, manus impia ſic gra-
ue damnum. Et niſi donanti victus præſtentur egenti. Et hoc
verum regulariter. Fallit in donatione facta per matrem filio,
quæ poſtea tranſit ad ſecundas nuptias, quæ nõ reuocatur niſi
ex tribus cauſis tantum. ſ. ſi vitæ eius inſidiatus eſt: ſi atroces
manus intulerit in eam: ſi totius ſubſtantiæ ipſius molitus eſt
iacturam, vt no. hic Ber. in glo. 1. in fi. & eſt text. C. de reuo. do.
2 in aut. hoc quo. † Si quæris de donatione facta eccleſiæ, dic ꝙ
talis reuocatur in caſibus. Primo, propter conditionẽ vel mo-
dum appoſitum non ſeruatũ, vt. ſ. eo. cum dilecti. & ĩ. de con-
di. app. ver. Secundo, propter peccati turpitudinem. ĩ. de ſimo.
de regularibus. & c. de hoc. Tertio, propter donantis turbatio-
nem, vt ſi pater iratus filiũ exhęredet & eccleſię donet. 13. q. 2.
ſi quis iraſcitur. Quarto, propter fraudem & dolũ donataria-
rum perſonarum. 20. q. 3. conſtituit. ĩ. de teſtamẽtis. c. ſi. Quin-
to, propter filiorum natiuitatem, vt no. Ber. hic in 1. gl. ver. re-
uocatur etiam. Sexto, propter dantis impotẽtiam. 17. q. 4. q. &
ĩ. de teſtamentis filius. Septimo, propter cauſæ defectum. ſ. de
cler. coniug quòd a te. & de renun. ex tranſmiſſa. Octauo, qua-
tenus excedit vt. ſ. c. ꝓxi. de reb. eccl. non ali. ad noſtrã. 12. q. 2.
ſi quos de ſeruis. & C. eo. l. ſancimus. Iſtos caſus ponit Hoſti.
hic & in ſum. eo. tit. §. qualiter reuocetur & Io. Andr. hic. Alias
donatio non reuocatur, vt. C. de reuoc. do. l. ſi donationem. ad
hoc. 12. q. 2. non enim. vbi dicit, non aufero quod ipſe donaui.
ad idem de pe. di. 1. quantuſlibet. vbi dicitur quòd Ieſus Chri-
3 ſtus non reuocat beneficia: ad idem. 16. q. 2. viſis. † Si quæris
vtrum poſſit reuocari per hæredem vel ſucceſſorẽ donatoris,
dic quod non vt hic & C. de reuo. do. l. fi. in fi. Fallit primo, vbi
donator in vita ſe præparauit ad agendũ & reuocandum, ar. C.
de inoff. teſta. l. ſi pater. & l. ſancimus. in fin. Item qñ donator in
vita cauſam reuocationis incepit, nam incepta pôt hæres per-
ficere vt hic in fin. qñ dicit, tacuit a cõtrario. & C. de reuo. do.
l. fin. in fin. & l. 1. in fin. ſm Hoſti. hic. Item niſi donator dixe-
rit ſi prædicta contra me vel meum hæredem fecerit, donatio
reuocetur, tũc donatio reuocabitur a ſucceſſore donatoris ſe-
cundũ Inno. hic. Et intellige ꝙ ex prædictis cauſis poteſt do-
natio reuocari etiam ſi contrarium ſit actum, ne per hoc do-
natarius inuitetur ad delinquendum, ar. ff. de pac. l. ſi vnus. §. il-
lud. ſm Spec. hoc titu. §. 1. ver. quid ſi actum &c. vbi de hoc.
4 † Si quæris vtrũ poſſit reuocari ab hærede donatarij, dic quod
non ſm Ber. Inno. & Hoſti. & Io An. hic in glo. fin. dicit etiam
Ioan. Andr. hic quod beneficij collatio non poteſt propter in-
gratitudinem a collatore reuocari, quia non eſt proprie dona-
tor, quia ſibi retinere non poteſt. ſ. de inſti. c. fin. & de iure co-
gente confert, alias poteſtas tranſit ad alium de cõ. præb. ca. 2.
pro hoc. C. de reuo. do. l. vlt. ibi donatorẽ res ſuas perdere, &c.
Nec ob. ſ. de conceſ. præb. ꝓpoſuit. in prin. & c. ſeq. ĩ. de off. vi-
carij. c. vlt. li. 6. vbi dicitur donator, quia collator beneficij non
eſt liberalis in dando, ſed in cui dando, vt no. ſ. de pręb. relatum
& c. inter cætera. nec ob. ſ. de poſtu. c. vlt. quia nõ loquitur de
ingratitudine circa collationem, ſed circa eccleſiam, in qua ha-
bet beneficiũ, nec ibi per viam reuocationis, ſed per viam re-
ſtitutionis neceſſe eſt inſtitutũ priuari. Et eodẽ modo reſpon-
detur ad decre. graue de exceſ. pręla. Itẽ ceſſat reuocatio ſi do-
natarius ſe defendendo, vel alias caſu licito percutit donatorẽ,
per verbũ impias, quod ponitur hic, & in d. l. fi. C. de reuo. do.
Item ſi ignorabat illũ eſſe donatorem, ar. ff. loca. ſi ignorãs. ĩ. de
ſent. excom.

ſent. excom. ſi vero. 2. Si verò percutiat per alium, vel percu-
tiat non manu ſed pede, locus eſt reuocationi, per no. 17. q. 4. ſi
quis ſuadente. Item graue damnū de quo dicit hic poteſt in-
ferri nedum in maiori parte ſubſtātiæ vt. ff. de excu. tut. l. pro-
pter litem. ĭ. de reſti. ſpol. frequēs lib. 6. ſed etiam in minori, vt
apertè probatur. ſ. c. prox. vbi dicitur quòd perditio quinqua-
geſimæ, vel centeſimæ, vel minoris partis ſubſtātię poteſt eſſe
cum graui damno. Item ſi donatarius attentauit inferre gra-
ue damnum, ſed res non habuit effectum, non eſt locus pęnę,
per l. fi. C. de reuoc. do. ibi ſubſtantiæ donatarius imponi. Nec
ob. iſte tex. vbi ſatis eſt fuiſſe periculum vitę, licet mors ſecuta
non fuerit, quia hoc iure punitur, cum illatio periculi ſit deli-
ctum conſummatū: nec ob. C. de re do. in aut. hoc quoq; lo-
5 quitur in caſu ſpeciali. † Et no. ſm Beatum Ber. quòd ingrati-
tudo eſt ventus vrens, ſiccans fontē miſericordiæ, rorem pie-
tatis, & fluenta gratię: hoc peccato laborant recipientes liben-
ter dona & beneficia, nec habent illa grata, & donatores qui-
bus tenentur ad antidora interdū remunerant ſcabioſè: ad hoc
ĭ. de iudæis & ſi iudęos. & quod habetur. 23. q. 3. ſex ſunt dif-
ferentiæ. Prouenit autem hoc peccatū ex ſuperbia, ſunt enim
qui credunt ſibi debita oīa ſeruitia quæ ſibi fiunt: vnde idem
Beatus Ber. eſt quædam præſumptio & delictum maximū vti
datis quaſi meritis, & in acceptis beneficijs gratiam beneficij
vſurpare, ſecundum Ioannem Andr.

¶ De peculio clericorum. Rubrica.

1 *Clericus de patrimonio ſuo ad libitum diſponit.*
2 *Clericus de bonis eccleſia non diſponit.*
3 *Rectores hoſpitalium de bonis ipſorum non diſponunt.*
4 *Clericus quo ad bona ſui beneficij æquiparatur vſufructuario. 6.*
5 *Fructus bonorum vaſalli decedentis ante kalendas martias ſunt eius hæredis.*
7 *Prælatus an teſtari poſſit.*
8 *Clerici decedentis bona cui obueniant.*
9 *Clerici coniugati de bonis ſuis prout volunt, diſponant.*
10 *Religioſi decedentis bona cui obueniant.*
11 *Religioſus habens liberos, inter eos bona ſua ad libitum diuidit.*
12 *Religioſus non profeſſus teſtari poteſt.*

SI quis ſine ¶ Si quęris vtrum clerici poſ-
ſint facere teſtamentum, vel
donare inter viuos, diſtingue. Aut quæris de cle-
ricis ſecularibus, aut de regularibus. Si de ſecu-
laribus tunc, aut de beneficiatis, aut de alijs. Si de
beneficiatis, tunc aut quæris de ijs qui habent de patrimonio,
vel quæ ſibi obuenerunt ex ſucceſsione parentū, vel artificio,
vel intuitu perſonæ: ſeu alias quam intuitu eccleſię: aut quę-
ris de his quę ad eos peruenerunt, vel hn̄t de bonis vel intuitu
1 eccleſiæ: aut eſt dubium. † In primo caſu dic quòd de illis po-
teſt clericus ſecularis indubitanter facere teſtamētum, & do-
nare inter viuos, ſiue ea habuerit ante beneficiū adeptum, ſiue
poſt. ĭ. ti. 2. c. 1. 12. q. 1. ſint manifeſtè &. q. 3. c. placuit. 2. reſpon.
& c. quicunq;. 28. diſt. de Siracuſan. ĭ. ti. proxi. ad hæc præſen-
tibus. & c. quia nos. & c. relatum. 2. §. cæterum. C. de epiſ. & cle.
in aut. licentiam. & in aut. presbyteros. in aut. de eccl. tit. §. in-
terdicimus. de ſanctiſ. epiſ. §. presbyteros. colla. 9. Quod verū
etiam ſi ſit ſub patria poteſtate vt ibi, & not. Hoſti. in d. c. quia
nos. Tenetur tamen, vel ſi ipſe non fecerit, hæredes eius te-
nentur ipſam eccleſiam de rebus illis cōſeruare indemnem, ſi
fortè aliqua de rebus eccleſię expendit in meliorationem pro-
prij patrimonij, vel etiam ſi propter diligentiam nimiam pro-
priarum rerū neglexerit res eccleſiæ. & ita diminutæ ſunt ali-
quæ vel amiſſæ propter culpā ſuam. Et econuerſo ſi de rebus
proprijs expendit aliqua in vtilitatem eccleſiæ, poteſt ipſe vel
hæredes ſui cum hoc conſtiterit recuperare de rebus eccleſię,
vt ita hincinde fiat debita compenſatio, vt. 2. q. 7. lator. in fi &
12. q. 4. c. 1. & 2. vt hoc no. Hoſti. in ſumma de pœni. & remiſ.
§. 23. quibus & qualiter. Et ſi talis clericus de bonis huiuſmo-
di non diſpoſuerit in vita vel in morte, venient ad conſangui-
neos ſi ſint, vt in c. alle. ſint manifeſtę. quia nos. & relatum. Et
ſi non ſint, tunc venient ad eccleſiam vt. C. de epiſc. & cler. l. ſi
quis presby. & ĭ. de ſuc. ab inteſt. ca. 1. in fin. & ibi no. Hoſti. &
Ber. & in ca. 2. Inno ĭ. tit. proxi. c. cum in officijs in glo. not. ꝙ
circa princ. & Hoſti. & Ioan. Andr. poſt eum ibi. & in ca. 1. &
Ber. Inno. & Hoſti. in c. requiſiſti. in fi. & Ber. Inno. & Hoſti. ĭ.
de verb. ſign. cum tibi. & frater Ioan. in ſumma confeſ. rubrica
de raptoribus, rubricella de rapina clericorum, in q. vtrum cle-
rici poſſint, vbi de hoc. Si quæris de ijs qui hn̄t, vel ad eos per-
a ueniunt de bonis eccleſiæ vel intuitu eccleſię tunc. † Aut quę-
ris de rebus quæ ſunt propriè ipſius eccleſiæ, vt ſunt beneficia
eccleſiaſtica prædia iocalia, & alia bona eccleſiæ: aut de fructi-
bus beneficiorum eccleſiaſticorum ad ipſos clericos pertinen
tibus. Si de rebus eccleſiæ, quæ ſunt propriè eccleſiæ, tunc dic
quòd de talibus etiam ſi ſint mobiles teſtari non poſſunt, vt in
iuribus alle. & 12. q. 2. non liceat Papæ &. q. 5. quaſi per totum.
3 Si de fructibus beneficiorū eccleſiaſticorū refert. † Aut quæ-
ris de rectoribus gubernatoribus vel magiſtris eleęmoſyna-
riarum, leproſariarū, ſeu hoſpitalium, & de fructibus ſeu redi-
tibus ipſarū, & tales de talibus fructibus cum ipſos nō faciant
ſuos etiam a terra ſeparatos, vt patet extra de relig. do. quia con
tingit in cle. & no. ibi Io. An & Gen. teſtari, ſeu alias in morte
vel in vita diſponere non poſſunt, nec mirū, quia nec tunc talia
dicuntur ꝓpriè beneficia, vt extra de præb. c. per literas in cle.
4 † Aut quæris de alijs propriè loquēdo beneficiatis, & tunc di-
ſtingue ſm Hoſti. hic inter clericum habētem adminiſtratio-
nem: & clericum non habētem ſed ſimpliciter beneficiatum.
Nam clericus hn̄s adminiſtrationem quādiu viuit & ſanus eſt
donare poteſt, moderatè tamen. ĭ. de do. cæterum; cōparatur
enim vſuſructuario, quia ius ſuū morte finitur, ſicut ius vſu-
fructuarij, vt hic. &. ſ. de do. conſultationibus. de pig. ca. vlti. &
inſtit. de vſuſru. §. finitur. Si autem incepit infirmari compa-
ratur vſuario, & ſic nihil habet niſi vnum tantū, aliquantulum
plus habet, quia poteſt eleęmoſynam facere vt. ĭ. ti. proxi. c. ad
hæc. teſtari tn̄ non poterit vt. ĭ. tit. proxi. c. 1. & c. cum in offi-
cijs. Si autem ſit clericus non hn̄s adminiſtrationem, ſed ſim-
pliciter beneficiatus, tunc in vita & in morte omnino compa-
ratur vſuſructuario quātum ad faciendum fructus ſuos, & de
ipſis poterit teſtari. ĭ. tit. proxi. requiſiſti. §. illud. & hic, & hoc
generalis conſuetudo obſeruat. Si tn̄ iſti ſcilicet habens admi-
niſtrationem, vel non habens ab inteſtato quoad iſtos fructus
hoc eſt nō ordinato de eis decedant, eccleſia in eis ſuccedit. ĭ.
tit. 1. relatum. 2. §. nomine &. §. fi. & ar. ĭ. de pœnis. c. 2. Sed quid
5 erit de fructibus pendentibus, videtur idē quod in vaſallo, † vt
ſi decedat beneficiatus poſt Auguſtū, & ante calend. Martij ad
eccleſiam pertineant: ſi vero poſt calēdas Martij ad clericum,
vt in lib. feu. hic finitur lex. §. ſi vaſallus. Tu dic verius ipſum
comparandum vſuſructuario, vt fructus perceptos & recon-
ditos ſuos faciat. Alij autē omnes ad eccleſiam pertineant, ſic
enim eſt in vſuſructuario cui talis cōparatur. ff. de vſuſru. l. ar-
boribus. §. Iul. alias eſt. l. & incipit ſi fur. quib. mod. vſuſr. amit.
6 l. ſi vſufr. in fi. de vſur. l. qui ſcit. §. 1. &. §. præterea. † Et hæc ve-
ra niſi de ſpeciali ſtatuto, vel conſue. eccleſiæ aliud cenſeatur,
tali enim ſtandum erit, ſi de ipſa appareat, ar. ĭ. tit. 1. relatum. 2.
§. licet igitur. ſ. de conceſ. præben. c. ex parte Aſten. in fi. dum-
modo, nō ſit eccleſiæ oneroſa, alias ſecus. ſ. de conſue. ca. 1. ſm
Hoſti. qui ita diſtinguit hic ab illo ver. Aut quæris de alijs vſq;
hic. Idem per oīa cum eo Gar. ĭ. de re. eccl. non alie. c. hoc con
ſultiſsimo. & Cardi. ibi in gl. & ſic hæc prohibitio. lib. 6. & Io.
Andr. ĭ. de off. ordi. c. præſenti. in gl. per ęconomum. eo. lib. Et
vide quæſtionem Io. An. ĭ. de reg. iur. c. nemo plus pōt. lib. 6. in
nouella, qua quærit an valeat conſuetudo mutinenſis eccleſiæ
permittit canonicos teſtari de fructibus præbendarū ſuarum
percipiendis poſt mortem vſq; ad annū: & poſt multa arg. pro
& cōtra dicit Guidonē Archi. Bonon. qui hanc quæſtionē di-
ſputauit tenuiſſe ꝙ non. Sed ipſe tenet contrarium per ca. ĭ. de
reſcr. ſi propter. li. 6. vbi patet ꝙ de cōſuetudine fructus primi
anni poſſunt deberi ſingulari perſonæ, & ſic mortuo vel ipſius
hæredi vel legatario: ad idem. ſ. de reſcri. cum te. ĭ. de conſuet.
c. 1. lib. 6. de pręb. quia ſępè. eo. lib. Per quę patet ꝙ conſuetudo
vnius miniſtri ſeruitium ſubtrahit eccleſiæ faciendo ꝙ dupli-
cem ſeruiendo ſeu ſtnendo. ſ. vt habeat dignitatē & canoniam.
Ad idem de præb. cum in eccleſia. lib. 6. vbi perpetuo nedū ad
tempus præbenda deberi pōt non canonico ad idem c. all. pre-
ſenti. & de elec. gn̄ali. Nec mirum ſi conſuetudo valeat, cū per
eam principaliter non præiudicetur eccleſiæ, ſed ſucceſſori, &
ſibi imputet qui talem canoniam aſſumpſit, quo reſpectu faci
lius vr̄ conſuetudinē peruincere poſſe de percipiendis quā de
perceptis, de illis dico in quibus ſuccederet eccleſia: & hoc eſt
hodie approbatum per extraua. Io. 22. ſuſcepti. ſm eum. vnde
Vinc. non credit ꝙ generalis conſuetudo excuſet clericos, qui
tempore mortis oīa mobilia dant parentibus, quod etiā tene-
bat Hug. ut no. Arch. 13. q. 5. in ſumma, ubi de iſta materia per
7 eum. † Sequitur de tertio qđ eſt dubium, vtrum. ſ. hn̄tibus ad-
miniſtrationē ſibi obuenerūt de bonis vel intuitu eccleſię nel
non, & tunc ſunt opiniones. quædam diſtinguunt, an prælatus
promiſcuè utatur rebus ſuis, & eccleſię, nec ne: alij diſtinguūt

an conſtet prælatum habuiſſe proprium ante promotionem t. nec ne: tertij conſiderant quis poſſideat, & quis petat vt petitor probet contra poſſidentem, & hoc placet Goff. j. tit. t. c. t. in fin. Et iſtę opiniones no. in c. alle. ſint manifeſtę. Alij diſtinguunt, an prælatus fecit inuẽtariũ nec, vt primo caſu vltra expreſſo in inuentario pręſumatur pro herede: ſcdo caſu pręſumitur pro eccleſia: fuit. n. in culpa non faciendo inuentariũ, facit. C. de iure delib. l. ſancimus. 38. diſt. de Syracuſan. extra de relig. do. quia cõtingit. §. illi etiã in cle. Tu dic ꝙ refert, aut certum eſt ꝙ clericus habuit aliqd de ꝓprio, ſeu alias quã intuitu eccleſię, ſed neſcitur quid vel quantũ ſit: aut certũ eſt ꝙ non habuit, aut neſcitur vel dubitatur vtrũ habuit ꝓpriũ: vel non: in primo caſu refert, aut quæris de clerico quondam ſeruo, & tũc fient quatuor partes de bonis ſuis vt. j. de ſuc. ab inteſt. c. 2. quod c. loquitur de clericis ſeu presbyteris quondã ſeruis ſm
8 Lau. Ber. Goff. Hoſti. Pet. de Samp. & Abb. ibi. † Aut quęris de clerico ſemper libero & nunquam ſeruo, & tunc de omnibus debet fieri virilis ſiue æqualis diuiſio inter eccleſiã & parentes ſiue conſanguineos, vt. 12. q. 4. c. 1. ſm Ber. & Hoſti. in d. c. 2. j. de ſucceſ. ab inteſt. Et vide Io. in d. c. t. gl. pen. in fi. vbi dicit diuiſionem debere fieri ſm quantitatem patrimonij ſui, & rerum eccleſiæ. In ſecundo caſu pręſumitur pro eccleſia, quia in incertis, & c. ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum ita. in fin. & hoc tenet Hoſt. j. tit. 2. c. 2. per c. cum in officijs j. ti. 1. In tertio caſu. ſ. qñ neſcitur vel dubitatur vtrum habuit ꝓprium vel non, refert. Aut clericus habet eccleſiã, & tunc pręſumptio eſt ſemper pro eccleſia, niſi cõtrarium ꝓbetur, vt. s. eo. c. 1. cum concor. alleg. ibi in gl. vlt. & ſic incumbet ſemper probatio hæredibus beneficiati, ſiue ipſi ſint in poſſeſsione ſiue nõ vt. j. ti. t. ca. 1. ibi detineri, &c. Et eſt expreſſum in aut. de eccl. tit. §. interdicimus. coll. 9. vbi hoc tenet gl. & in dicta aut. licẽtiam. vbi idem tenet gl. & Abb. hic & Ber. j. ti. 2. c. 2. glo. 1. & Hoſti. poſt eum. Et ita intellige quod no. Ber. j. tit. 2. cum dilectus. in gl. ſi intelligas. Nec obſtãt iura quæ volunt ꝙ actor ꝓbet intentionem ſuã. C. de rei ven. l. fi. 12. q. 1. in fi. & c. ſint manifeſtę. quia illa vera ſunt niſi ſit pręſumptio pro actore, nam tũc ſuccumbit reus niſi aliud probet. s. vt ec. be. c. vnico. C. de probat. ſiue poſsidetis. & j. de priuil. c. cum perſonæ. §. ſi aũt cum duobus. §. ſequentibus. lib. 6. Nec obſtat. 12. q. 2. ca. 1. quod videtur expreſsè cõtra, quia illud quod licet ſimile intelligitur in caſu certo. ſ. qñ conſtat quod aliunde habuit, ideo de hoc inquirendum eſt antequam ei ſua poſſeſsio auferatur, ſm Hoſti. in ſumma. eo. tit. §. fi. Et plenius. s. eo. ca. 3. & in hoc concor. Spec. rubr. de ſtatu monachorum. ver. 58. quæritur. vbi de hoc quod verũ in rebus immobilibus vt ibi & s. cap. proxi. Porro in mobilibus modicis quilibet poſſeſſor tuendus erit, niſi aliud probetur, & ſic poteſt intelligi dictum. ca. 12. q. 5. ca. t. vt hoc not. Hoſti. in d. c. 3. & j. ti. 1. c. t. ſic etiam poſſet intelligi quod no. ipſe Hoſt. in ſumma de ſucceſ. ab inteſt. §. 2. in fin. Sed cõtra hoc facit expreſsè. §. alle. interdicimus. de ec. ti. col. 9. qui idem dicit in rebus mobilib⁹, quod in immobilibus. ſ. ꝙ ſemper in dubio pro eccleſia pręſumatur, & hoc tutius eſt tenere, maximè ſi nõ fecit inuentarium. Aut non habet eccleſiam ſeu adminiſtrationem, ſed ſimplex beneficium, & tunc non eſt pręſumptio pro eccleſia, arg. j. ti. proxi. requiſiſti §. illud. C. de vſufr. l. fin. arg. l. ſi defunctus ſm Hoſt. in ſum. eo. tit. §. fin. & s. eo. ca. 1. Fallit qñ probatur, ꝙ nihil hñs promotus fuit ad beneficium ſimplex, nec probatur ꝙ aliunde acquiſierit, quia tunc pro eccleſia iudicabo, vt. s. eo. c. t. hoc no. Hoſt. s. eo. c. 3. pro quo no. per Inn. j.
9 tit. 1. cum in officijs in magna gl. † Si quæris de clericis nõ beneficiatis, vt cõiugatis, & alijs, tunc dic ꝙ poſſunt de bonis ſuis pro libito diſponere, & donare ſiue inter viuos ſiue in vltima voluntate, ſicut & laici, vt. j. tit. 1. ca. nos quidem. & c. quia nos,
10 1. reſpon. cum ibi alle. † Sequitur de ſecũdo membro principali. ſ. de clericis regularibus & tunc, aut ſunt iam ꝓfeſsi tacitè vel expreſsè, & tales teſtari non poſſunt. 19. q. 3. c. quia ingredientibus. c. perlatum. §. ec õtra Paulus. c. ſi qua mulier. & j. tit. proxi ca. 2. & ſi conſuetudo hoc daret hoc caſu non valeret, vt ibi in glo. hæc conſuetudo. Et eſt ratio, quia tales non hñt bona: nam ingreſsi monaſteria ſe & ſua Deo dedicant vt ibi, & C. de ſacroſan. eccl. in aut. ingreſsi. 12. q. j. nolo. & c. non dicatis, de quo per Ala. Ber. & Hoſt. j. ti. 1. c. 1. vbi Ala. & Ber. in gl. pe. dicunt religioſum etiã adminiſtrationem epiſcopalem habentem teſtari non poſſe etiã de bonis intuitu perſonæ ſibi obuenientibus. idem & expreſsius Io. 12. q. 1. quia tua. gl. 1. ad quod facit. j. de priuil. cum olim. 2. Sed hoc nõ placet Hoſt. in d. c. j. j. tit. proxi. in fi. niſi quantũ ad bona intuitu eccleſiæ acquiſita: nam ex quo adminiſtrationem habet maximè epiſcopalem, contrarium videtur ſibi tenendum. j. tit. 1. requiſiſti. §. fin. dicens ꝙ etiam ſimplex religioſus a iugo huius obedientiæ in morte abſoluitur, vt. j. de ſepul. de vxore. Sed quicquid dicat Hoſti. etiam ꝙ acquirat intuitu perſonæ eꝑs regularis acquirit epiſcopatui, per iura prędicta, & 18. q. 1. c. vno. vnde quo ad adminiſtrationẽ dum viuit poteſt locum hr̃e quod dicit Hoſti. non vt de ꝓprio, cum illud nõ habeat impediente ꝓfeſsione, ſed vt de eccleſiaſtico. j. tit. t. relatum. 2. ſm Io. An. Et hoc teneas, nec ob. d. auth. licentiam. in fin. quæ vr̃ facere pro Hoſti. quia non loquitur de religioſo, ſed de adminiſtratore loci religioſi, largè ſumpto verbo religioſi, vt patet in. §. alle. interdici-
11 mus. de ecc. ti. vnde ſumitur. † Fallit in religioſo habente liberos de legitimo matrimonio, inter quos põt diuidere bona ſua, iuxta ea quæ le. & no. in §. alleg. ſi qua mulier. & illa diuiſio, non eſt teſtm̃, ſed quædã vltima voluntas, vt no. Spec. in ſum-
12 ma de ſtatu mo. §. hi. & §. ſeq. & ſe. † Aut non ſunt profeſsi tacitè vel expreſsè, & tunc pñt teſtari. 12. q. 5. c. vlt. vt not. Inn. de monialibus nõ profeſsis. j. ti. proxi. c. 2. & Hoſti. & Io. An. poſt eum, cum etiã ad ſeculũ reuerti poſſet, vt. j. de regularibus ſtatuimus. Idem no. Hoſt. in ſumma ti. de teſtamentis. §. 1. ſub. §. quis poſsit facere. ver. idem puto. Et pro hoc videtur caſus. j. de ſent. excom. c. religioſo. §. fi. lib. 6. & de regularibus c. beneficium. eo. lib. vbi idẽ tenet Arch. ſuper verbo aſſenſus. pro hoc etiam facit in aut. de ſan. epiſ. §. ſi quis autem. colla. 9. j. de elec. indemnitatibus. in fin. lib. 6. & de ſtatu regula. attendentes. in cle. Et quantum ad iſtos religioſos adde quod dixi. s. de ꝓba. in præſentia. vide etiam quod no. Hoſti. j. de ſucceſ. ab inteſta. cap. 2. vbi dicit quod obligatus ad ratiocinia eccleſiaſtica non videtur poſſe etiam facere teſtamentum, vt legitur & not. 13. q. 2. c. illud etiam. 21. q. 3. cap. 1. & per totum.

¶ De teſtamentis & vltimis voluntatibus. Rubrica.

1 *Eccleſia ante aditam hæreditatem læſa in integrum reſtituitur.*
2 *Eccleſia poſt aditam hæreditatem non reſtituitur in integrum.*

QVorundam. ¶ Ad declarationem glo. hic non habebit. Si quæris quando minor vel eccleſia eſt enormiter læſa, hæreditatẽ alterius adeundo, vtrum ex hoc reſtitutionem poſ-
1 ſit & debeat obtinere, diſtingue. † Aut illa læſio ſeu caſus propter quem euenit læſio ante aditam hæreditatem accidit: aut poſt. Si ante tunc ſic. C. ſi vt ab hæredi. ſe abſti. l. 1. & 2. s. de in integ. reſti. c. 1. & per totum. j. de in integr. reſti. ca. 1. & 2. lib. 6.
2 † Si poſt nõ reſtitueretur. ff. de mino. l. ait prætor. §. reſtitutus. alias eſt lex & ſi ſine. & l. verum. §. ſi locupleti ſm Hoſti. & Io. Andr. hic. idem Archi. 12. q. 2. c. epiſcopus qui filios.

1 *Monaſterium ſi in loco deſtinato ædificari non poſſit, alibi conſtruatur.*
2 *Actus ſi non valet vt agitur, an valeat vt valere poteſt. 4.*
3 *Quod volui non potui, quod potui nolui.*
5 *Collegio licito legari poteſt.*
6 *Collegio illicito an legari poſſit. 8.*
7 *Iudæo an legari liceat.*

1 NOs quidem. ¶ Hic eſt argu. † ꝙ ſi teſtator volens monaſterium cõſtrui de certo loco, mandat, & ibi fieri non poteſt, debet alibi fieri, vel ſi mãdauerat deſtructũ monaſterium reparari, & tunc ſi ibi vbi prius erat nõ poteſt reædificari, alibi reædificabitur ſm Aegi. Inn. Hoſt. & Io. An. hic: & ſpec. de inſtru. edi. §. nunc verò aliqua. verſ. qd ſi teſtator iuſsit fieri pontem. Pro quibus facit optimè. ff. de vſufr. le. l. legatũ. de cõdi. & dem. l. in teſtamẽto quidã. & de admi. re. ad ciuit. perti. l. legatũ,
2 in prin. & §. fi. cum ibi alle. † Et ex hoc no. ꝙ ſi actus non valet vt agitur, valet tñ vt valere poteſt. circa quod diſtingue. Quia aut res vel actus prout agitur nõ valet in aliquo nec in toto nec in parte: aut licet nõ valeat in toto: valet tñ in parte. In primo caſu refert, aut q̃ris in obligationibus ꝯtrahendis: aut in liberationibus cõſequendis aut in iuriſdictionibus exercẽdis. In primo caſu refert. Aut q̃ris nunqd valet q̃tũ ad actionẽ pariendã, & actionẽ acquirendã certę ꝑſonę, & dic ꝙ nõ valet vt valere põt vt. ff. de cõſt. pec. l. j. §. cũ qui. Fallit in ꝯtractu ſeu obligatione mr̃imonij ſeu ſponſaliorũ, quæ ſi nõ valet vt mr̃imoniũ, valet tñ vt valere põt. ſ. vt ſponſalia. j. de deſpon. impu. c. literas. & c. acceſsit. & co. ti. c. unico. §. idẽ quoq; in prin. & in fi. li. 6. ubi de hoc. Aut quæris nunqd ualet quantũ ad officiũ iudicis implorandum circa ipm̃ actũ, & tunc valet ut ualere põt, ut hic & in concor. s. alleg. Fallit in his quæ ut ualeãt ut ualere põt, dependent ex

dent ex mera poteſtate ſeu voluntate agentis ſeu diſponentis,
vt patet in teſtatore faciente teſtamentum ſuum quod ſi non
valeat vt teſtamentum, nec valebit vt valere poteſt, ſcilicet vt
codicilli, niſi hoc exprimat. C. de codicil. l. vlt. Et eſt ratio, quia
exprimere, & facere valere vt codicillos dependet ex volũtate
& poteſtate ſua vt ibi. In ſecũdo caſu refert, aut liberatio pec-
cat in forma, & tunc ſi nõ valet vt agitur, nec valet vt valere po
teſt, vt patet in acceptilatione, quæ ſi non valet vt acceptilatio
propter peccatũ formę, nec valet vt valere poteſt. ſ. vt pactum
ff. de acceptila. l. an inutilis, ſm antiquam literam ibi & l. ſi ac-
ceptolatum. Aut liberatio peccat in materia: & tunc ſi nõ va-
let vt agitur, valet tñ vt valere poteſt, verbi gratia cũ eſſes mihi
obligatus in c. ex mutuo libero te per acceptilationẽ, non pec-
cat in forma ſed in materia, quia cum deberet interponi ſuper
obligatione verbis cõtracta, fuit interpoſita ſuper obligatione
re contracta. Et ideo licet nõ valeat vt acceptilatio, valet tñ vt
pactum. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pe. de reſcin. vendi. l. cum emptor.
& in d. l. an inutilis. prout eſt ibi litera Piſana. In tertio caſu re-
gulariter ſi nõ valet vt agitur, nec valet vt valere poteſt: & ideo
ſi iudex ordinarius cognoſcat inter partes, vt delegatus credẽs
ſe habere iuriſdi. delegatam cum non habeat, quia fortè reſcri-
ptum erat falſum, vel ꝑ pe commiſsionis ſibi factæ nõ erat ca-
pax talis iuriſdictionis, vel alias & proceſſus non valeat vt co-
ram delegato, nec valebit vt valere potuit. ſ. vt corã ordinario,
vt videtur caſus. ſ. de off. dele. c. ex literis Patriarchę. in fin. ſm
intellectum Bernar. ibi in gl. fin. Et hoc tenet Hoſti. ſ. de præ-
ſcrip. ſi diligenti. licet Inn. variet ibi in gl. not. ꝙ ſimul. & Spec.
3 rubr. de iuriſd. om. iud. in fi. verſi. vlt. not. † Vnde ibi habet lo-
cum quod alibi dicitur, quod voluit non potuit, quod potuit
noluit, vt. ſ. de off. dele. cum ſuper abbatia cum ibi no. Fallit in
confeſsione quæ fit in iudicio, quæ licet nõ valeat vt facta co-
ram iudice & in iudicio, valebit tñ vt valere poterit. ſ. vt extra
iudicium, vt no. Hoſti. ſ. de elec. per inquiſitionem. & de iudi.
at ſi clerici. Et eſt ratio, quia indignum eſt vt quod ſua quiſque
voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eum caſum infirmare teſti
monioq; proprio reſiſtere permittatur. C. de nõ numerata pe-
cunia. l. generaliter. in fin. In ſecũdo caſu principali. ſ. qñ res vel
actus valet non in totum, ſed pro parte prout agitur, tunc dic
4 vt plenè ſcripſi in c. alle. ſuper abbatia, de off. deleg. † Iuxta hoc
quærit hic Hoſt. quid ſi eps in ędificatione monaſterij expen-
dat plus quã relictum ſit, videtur ꝙ hoc ab hæredibus exigere
poſsit, arg. ff. de verb. ſign. cum in teſtamento. ſed contra. ff. de
neg. geſt. qui aliena. §. 1. Solutio, ex qualitate dignitatis defun-
cti, & conſuetudine, & affectu, & facultatũ & reſidui ꝙ expen-
ſum eſt quãtitate, hic arbitrabitur bonus iudex, ar. ff. de dona.
int. vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus. de iure do. l. quęro.
de vſur. l. qui ſemiſſes. de leg. 3. l. ſi filię. cum ſuis cõcor. ſm do-
minos cõiter. Sed ex benignitate canonica ſtãdum putat illi. l.
qui alien. vt ſic nihil vltra q̃ relictũ fuerit exigat, ad hoc ꝙ leg.
& no. ſ. eo. filius. &. ſ. de cenſibus ex parte ſm Hoſt. idẽ Io. An.
5 ¶ Super eo. c. Hic habes ꝙ legatum factũ collegio valet. † Cir-
ca ꝙ diſtin. aut collegium eſt licitũ & approbatum: aut illicitũ.
Si licitum & approbatũ, vt collegium fratrũ prędicatorum, &
minorum, tunc poteſt ſibi legari vt hic, &. C. de ſacroſan. eccl.
l. 5. vbi de hoc. Si eſt illicitũ tunc, aut eſt illicitum ea ſola rõne
6 quia nõ eſt approbatũ: aut alia ratione puta ratione ſectæ. † Si
ea ratione, quia nõ eſt approbatum, quia regula generalis eſt ꝙ
omnia collegia ſunt illicita quæ non ſunt expreſsè approbata:
vt. ff. de colle. illi. l. 3. Tunc aut quæris nunquid poſsit relinqui
collegio vt vniuerſitati, & dic ꝙ non, vt. ff. de reb. dub. l. cum
ſenatus. §. 1. &. C. de hær. inſti. l. collegium. Aut nunquid poſsit
relinqui ſingulis de collegio, & dic ꝙ ſic vt in l. alle. cum ſena-
tus in fin. Si ſit reprobatum alia rõne, puta rõne ſectę, vt col-
legium hæreticorum, iudeorũ, vel paganorum, tunc nõ poteſt
eis relinqui, nec vt vniuerſitati, nec vt ſingulis, vt. C. de hęret.
l. 4. C. de iudęis. l. 1. & de hæred. inſti. l. collegium. ſ. de hæret. c.
7 ſi quis eps c. in eos c. excõicamus. 1. §. credentes. † Licet Hoſt.
in ſum. ti. de Iudęis. §. & in quibus grauentur. ver. ſed nunquid
ſingulis dicat ſm Azo. ꝙ licet vniuerſitati iudęorũ legari non
poſsit vt d. l. 1. C. de Iudęis, ſingulis tñ fortè poteſt legare laicus
per l. alleg. cum ſenatus. non tñ clericus vt in d. c. ſi quis eps in
ens. Et idem ſine fortè Accur. in d. l. 1. quod non credo verum
etiam in laico, ar. 24. q. 2. ſanè profertur. ver. item multi epi ſm
literã de ipſis ſtatuerunt. Sed alia litera dicit de epiſcopis, iux-
ta hoc quæritur quid ſi teſtator illis de collegio in ſua præſen-
tia exiſtentibus legat per hunc modũ, vobis lego. c. & ſic non
apparet vtrum legauit eis vt vniuerſitati, nec vt ſingulis, nun-
quid erit legatũ inutile tanquam relictũ collegio, an valebit vt
8 relictum ſingulis de collegio. † In hac quod dicũt quidam, aut
dixit vobis omnibus, & tunc videtur eos nominaſſe, & ita ſin-
gulariter videtur legatum. ff. ſi cer. pet. l. certum. Alij dicunt ꝙ
ſi dixit vobis omnibus, videtur legaſſe vt collegio, quia iſtud
verbum collectiuum eſt: vt. ff. de leg. 2. l. ſi pluribus. Aut dixit
vobis tantum, & tũc refert, aut vocauit eos tanquam ſingulos
& ſingulariter nominando, & tunc ſingulariter videtur legaſ-
ſe. Vel dic ꝙ reſpicienda eſt cauſa legandi, nam legatum relin-
quitur ob meritũ. ff. pro ſocio. l. nec adiecit. & tunc ſi pręceſsit
meritum collegij, videtur relinquere collegio: ſi verò præceſ-
ſit meritum ſingulorũ, quia fortè omnes erant ſui conſangui-
nei vel amici, tunc vt amicis ſingulariter videtur reliquiſſe vt
. ff. de reg. iur. l. ſecundum naturam. In dubio verò interpretari
debemus vt res potius valeat quam pereat. ſ. de verb. ſign. Ab-
bate ſanè. ad fi. & ſic videtur in dubio relictum vt ſingulis. Et
hoc videtur tenere Cyn. in d. l. 1. C. de ſacroſan. eccle.

1 *Genus cum obligatur, quid eſt in obligatione.*
2 *Generis promiſſio an valida.*
3 *Generis in promiſſione vel legato cuius eſt electio.* 5.
4 *Contractus qualitas ſequenda.*

INdicante. ¶ Glo. vlt. Ber. hic in ver. itẽ po-
ne ꝙ plures. quęrit cuius erit ele
ctio in legato generis, vtrum hęredis, vel legatarijs,
1 gratia cuius quæro hic de tribus † primo in obliga-
tione generis, puta hominis in genere promiſsi vel legati quid
ſit in obligatione, ad quod reſpõdeo, ꝙ homo in genere eſt in
obligatione, non dico homo in genere prout eſt genus prędi-
cans de quolibet homine in ſpecie, quia ille nunquam pręſtari
poſſet, & impoſsibilium nulla eſt obligatio. ff. de reg. iur. l. im-
poſsibilium. inſti. de inuti. ſtip. in prin. &. ſ. de reg. iur. c. nemo
poteſt. lib. 6. Sed dico homo in genere, hoc eſt homo particu-
laris indeterminatus, determinãdus tñ per ſolutionem, ſic in-
telligo. de leg. 2. Mæuius. §. duobus. qui & a quib. l. 3. & de le. 1.
2 l. cum incertus. † ſecundo quæro nunquid promiſsio vel lega-
tum in genere valeat, & videtur ꝙ ſic vt hic, cõtrarium, vide-
tur, quia ſi ꝓmittam tibi animal dando muſcam potero libe-
rari, & ſic obligatio videtur deriſoria & inutilis. ff. de ver. obli.
l. ita ſtipulatus. in prin. de iure dot. l. cũ poſt. §. gener. Circa quod
eſt ſciendum ſm doc. iuris ciuilis, ꝙ qñq; contrahitur ꝓmiſ-
ſio in genere generaliſsimo, vt ſi quis promittit mihi dare ali-
quod ens, & tunc non valet, quia quodcunq; ens etiam inutile
dando liberaretur ꝓmiſſor: cum multa ſint entia quæ nõ affe-
runt vtilitatem, vt in d. l. ita ſtipulatus. in prin. Qñq; cõtrahi-
tur in genere gñali, vt ſi quis promiſit mihi dare animal, & ad-
huc nõ valet cum ibi ſit reperire multas ſpecies quas hr̃e non
expedit, ſicut muſcam, vt in l. alle. cum poſt. §. gener. de quo vi-
de per Dy. ſ. de reg. iur. c. in obſcuris. lib. 6. Qñq; in genere in-
feriori quod logici ſpeciem appellant, vt hoĩem vel bouem in
genere, & tunc refert, aut quis promiſit mihi inferius genus
cuius ſpecies nõ habẽt fines deſignatos ſeu determinatos an-
tea, & tunc inutilis eſt promiſsio, verbi gratia aliquis promiſit
mihi fundum vel domum, talis promiſsio nõ valet. Nam pa-
terfa. poteſt talia deſignare & limitare ꝓut vult, vt. ff. de le. ſ. l.
q. in rerum natura. §. ſi quis poſt. ff. cõia de leg. ſi quis duas. &
in. §. alleg. gener. Fallit vbi teſtator mihi domũ legauit, & ha-
bet plures domos, quia tunc vnam de ſuis videtur legare, vt. ff.
de leg. 1. l. ſi domus. in prin. Aut fit promiſsio generis inferio-
ris cuius ſpecies habet fines deſignatos & determinatos a na-
tura, vt hominis vel bouis, quorũ fines ſunt diſtincti a natura,
& tunc valet, vt. ff. de le. 1. l. legato gñaliter relicto. & de leg. 2. l.
3 cum pater. §. fi. † Tertio quæro cuius eſt electio? & quędã iura
dicunt ꝙ debitoris: vt. ff. de vino tri. & oleo le. l. 3. in prin. &. ff.
fam. erc. l. hæredes. §. ſi in certo. Alia iura dicunt contra. ſ. ꝙ cre
ditoris eſt electio, vt in l. alle. legato gñaliter. & inſti. de leg. §. ſi
generaliter. Ego verò crederem ſic dicendũ, ad cuius euiden-
tiam eſt aduertendum ꝙ in qualibet cõuentione ſaltem inter
viuos, & interdũ in vltimis voluntatibus, eſt reperire duo ver
ba. ſ. verbum cõtractus ſeu conuentionis vel diſpoſitionis. &
verbum executiuũ contractus, cõuentionis ſeu diſpoſitionis,
de verbo cõtractus ſeu diſpoſitionis nihil modo ad propoſitũ,
ſed de verbo executiuo refert. Aut verbũ executiuum refer-
tur ad perſonam creditoris, vt quia teſtator dicit Titio, capias
vel ſumas, vel habeto vel accipito vnum de ſeruis meis vel de
bobus meis: vel quia promiſſor dicit ꝓmitto me paſſurum ꝙ
ſumas vnũ de ſeruis meis, & tunc electio eſt creditoris, arg. ff.
de leg. 1. l. planè. l. §. ſi ita Titio. de leg. 2. l. Lucio. de vſufru. leg.
l. ſi fundus Titio. quæ loquuntur in alternatiua. Aut verbum

ſeu limi-

ſeu limitibus imperij, & in ſundis limitrophis vt in l.allega.
3 agros.& no. Archi.16.q.3. quicunq;.glo. fin. † Aut quæris de
finibus ſeu limitibus dignitatum ſeu territoriorum ſpiritua-
lium, vt prouinciarum, & tunc, aut limites ſeu fines non ſunt
vel non probantur diſtincti, & tunc limites & ea quæ ſibi ad-
hærent preſcribi pñt, & illo caſu ſemper habet locum preſcri-
ptio & in prouincijs, & in epiſcopatibus, & in quo ad omnia
iura, vt 16.q.3.inter memoratos.§. q̃ ſi limes & cap.dilecto.&
quæſt.4.volumus.ſ.de præſcr.ad aures. ſm Ber.& Hoſti.ſ.de
præſcriptio.qnia iudicante. & Inno. & Hoſti.& Ioan.Andr.&
4 quaſi oẽs hic,& Aſten.lib.6.hoc titu.in fi. † Aut limites ſeu fi-
nes ſunt vel probãtur diſtincti per libros antiquos,& teſtes &
famam & alia adminicula: vt.ſ.de probatio. cũ cauſam. & tunc
fines ſeu limites diocẽſis vel parochiæ aut prouinciẽ præſcribi
non poſſunt, & ſic loquuntur.16.q.3.ca. licet & c.quicunq; &
hic: ſed nec ea quæ limitibus adhærent vt.ff. de rei ven.l. quæ
de religioſis.de contrahen.empt.l.in modicis. ſm eos. Et hoc
intelligit Hug. fore verum in eccleſia affini.ſ. quod non poſsit
præſcribere fines ſeu limitem alterius eccleſiæ affinis, ſed ec-
cleſia non affinis poteſt præſcribere limitem alterius eccleſiæ
non affinis, ne ex hoc contingeret terminos prouinciarũ con-
fundi: & hoc poteſt colligi ex ratione quam ponit ille canon.
16.q.3.quicunq;. ibi nedũ & c. vbi hoc no. Hug. & Archi. poſt
eum in glo.antepe. Et quæ loca dicantur eſſe iuxta limites, vel
vicina ſeu adhærentia limitibus, arbitrarium eſt: nam potius
æſtimatione poteſt attendi quã conſtitutione declarari.ff. rem
ratam habere.l.quo enim.§.iulia.de ſolu.l.ratum. ſm Vinc. &
Archi.ibi in glo.pen.& Inno.Hoſti.Pet. Abb. & Io.Andr. hic.
hoc autem ſm Hoſti. certum eſt, q̃ illud quod remotum eſt
a limite, preſcribi poteſt.16.q.4.volumus. dummodo fines ex
hoc non contingat confundi, quod dic vt legitur & no.j.tit.1.
5 cum ſint homines. † De finibus autem ſeu limitibus prebẽn-
darum, & aliorum beneficiorũ inferiorum, credo q̃ præſcribi
poſſunt, vt.ſ.de proba.ex literis. & poteſt eſſe ratio, quia non
hñt, propriè loquẽdo, certos fines ſeu limites, vt beneficia li-
mitata, licet habeant certas poſſeſsiones. Item ſi ſint limitata
hoc non eſt authoritate ſeu diſpoſitione iuris cõis, ſed homi-
nis: item ratione confuſionis euitandẽ, quæ habet locũ in ma-
ioribus beneficijs, ceſſat in præbendis, quæ debent eſſe æqua-
les.ſ.de conſtit.cum Martinus.in fin.& de præb.cum cauſam.

¶ De decimis. Rubrica.

1 *Decimarum diuiſio.*
2 *Decima quæ ex neceſſitate debeantur.*
3 *Decimarum ſubdiuiſio.*
4 *Doctoris opinio veritati conſonans ſequenda.*
5 *Doctoris opinio a veritate iuris deuians reſpuenda.*
6 *Doctoris opinio in dubio ſequenda.*
7 *Primitiæ ſoluuntur ſecundum loci conſuetudinem.*
8 *Primitiarum ſolutio reſpicit conſuetudinem mediocrem.*
9 *Primitiæ quòd non ſoluantur conſuetudine induci poteſt.*

DEcimam. ¶ Si quæratur quot ſunt gene-
ra decimarum: & quæ ex neceſ-
1 ſitate vel præcepto debent, diſtingue. † Aut quẽ-
ris quot ſunt genera, dic q̃ quatuor, quædã enim
erant decimæ quas populus debebat ex lege Le-
uiticæ tribui, ex lege.j.ex præcepto legis, Deut.14.decimam
partem ſeparabit a cunctis fructibus terræ: & numeri.18.filijs
Leui dedi decimas omnes,&c. ſm Hoſti.& loco illarum ſunt,
& ſucceſſerunt hodie illẽ quas parochiæ dant parochiali ec-
cleſiæ, ſm Abb.& Ioan.Andr. Item aliæ decimæ ſunt, quas ex
illis decimis a populo ſic receptis, Leuitæ dabãt ſacerdotibus,
de quibus loquitur numeri.18.ante finem, ibi præcipuè Leui-
tis, &c. ſm Hoſti.& loco iſtarum decimarũ ſunt partes, quas
percipiunt epiſcopi ab eccleſijs parochialibus.10.q.3.vnio.vel
quæ dantur quãdoq; Papæ, vel alicui Principi ſeculari de man-
dato ipſius, & hoc eſt ſm genus ſm Abb. & Ioan. Andr. Item
aliæ quas vnuſquiſq; de populo Iſrael ſeparabat ad inuitãdum
ſacerdotes: & loco iſtarum ſunt oblationes: ſm quod in qui-
buſdam prouincijs obſeruatur q̃ quilibet parochianus faciens
celebrari pro animabus parentũ, inuitat quolibet anno ad an-
niuerſarium ſacerdotes, ſm Abb.& hoc eſt tertium genus: &
hoc legitur Deuter.14. decimam partem ſeparabis de cunctis
frugibus tuis ſm Hoſti. Eſt & quartũ genus decimarum, quas
parochiani pauperibus recõdebant, id eſt, ad vſum pauperum
reſeruabant, & loco iſtarum ſuccedunt & dantur eleẽmoſynẽ
pauperibus. ſm Abb.& Ioan.Andr. & de iſtis quatuor generi-
bus decimarum nos. Ioan.13.q.2.c.eccleſias.§.his itaq;. in glo.
2 videtur hic. † Aut quæris de ſecundo ſcilicet quæ ex neceſsi-
tate vel præcepto debentur, & dic q̃ ille ex primo genere, arg.
huius c.vbi dicit q̃ ex lege debetur: in alijs autem tribus gene-
ribus not.factum quaſi innuat, q̃ primum genus erat neceſſa-
rium, ſed alia tria voluntaria, non ergo ſunt exigenda, arg.j.de
cenſibus ex parte. ſm Hoſti. hic. & de hoc vide plenius per
3 eum.j.eo. a nobis. † Si verò quæris quot ſunt, ſpecies iſtarum
decimarũ primi generis, dic q̃ duæ ſcilicet perſonales, vt quæ
debentur ex negotiatione, vel artificio, ſeu ſcientia, vel mili-
tia, vel venatione. Item prædiales quẽ ꝓueniunt ex ipſis prẽ-
dijs, vt vinum, bladum, & fructus arborum.ſ.titu.s.c.fin.j.eo.
ad apoſtolicæ.& c.paſtoralis. De quibuſdam autem dubitatur,
vtrũ ſint prædiales vel perſonales, vt de agnis & fœtibus alio-
rum animaliũ, quæ in paſcuis gregatim paſcuntur, de quo per
Io.13.q.1.c.eccleſias.§.quia ergo.in glo.arg. bonũ nullam par-
tem eligens per Ber.j.eo.ad apoſtolicæ ſm Hoſti. in ſum. eo.
tit.§.quot ſint eius ſpecies. videtur tenere q̃ ſint miſtẽ. idem
frater Io.in ſum. confeſ.eo. tit.q.2. de quo etiam per Goffr. in
ſumma eo.tit. in princ. & dicam.j.eo. peruenit.
¶ Super eo.ca. Ad declarationem glo.ſecundæ ſi quæras, vtrũ
opiniones doctorum ſunt fouendæ, & ſequendæ, diſtingue.
Aut conſtat quod opiniones doctorũ conſonant veritati iuris
communis: aut conſtat q̃ deuiant a veritate iuris: aut eſt du-
4 bium. † In primo caſu ſunt fouendæ & ſequendæ, vt hic &.j.
de cogna.ſpirituali.c.1.in fin.de appel concertationi. & de off.
deleg.cap.ſi delegatus.lib.6.vbi reprobatur opin.Inno.no.ff.de
off.deleg.c.ſi pro debilitate.& approbatur opin. Hoſti.extra de
electione.c.ſtatutum. in cle. vbi reprobatur opi. Io.An. not.j.
5 de electione, quia ſæpe lib.6.& approbatur opi.G.ibi qui. † In
ſecundo caſu nõ ſunt fouendẽ. nam vbi eſt caſus leg.vel decre.
quæ pro veritate habetur non remanet opinio ſeu quæſtio.C.
de iure dot.l.Ancillæ.&.j.de voto & voti redemp.c.ex multa.
veritati enim cedere debet opi.8.diſt.c.veritate.&.ſ. de reiu-
6 di.c.cum Ber.& extra de elec.c.ne Romani.in prin.in cle. † In
tertio caſu opiniones ſunt fouẽdæ, vt hic,&.j.de ſent. excom.
c.officij.ff.de arbi.l.qualem ab as diem.§.ſed de plurib. de dam.
infec.l.ſi ædibus.& 35.q.9.veniam.& ſint diuerſæ, non aduerſẽ
ambæ ſuſtinendẽ erunt.ſ.de reſti.ſpol.c.literas.& ſi ambẽ non
poſsint ſuſtineri in arbitrio iudicantis, relinquitur quã voluerit
amplectitur, vt leg.& no.ſ.de conſtit.ca.1.& de ſer.capellanus.
Caueat tñ ne ſit ſiſus in opi.ſua, ne in hoc prudẽtiæ ſuẽ videat
inniti.ſ.de conſti.c.ne innitaris. ita diſtinguit in effectu.G.de
Mon.Lau.in d.c.ne Ro.gl.2.& adde qđ dixi.ſ. de biga. nuper.
¶ Super eo.c.in fin. Si quæris quanta debeat eſſe primitia, ſeu
quantum nomine primitiæ dari debet. Lau. & Io. dicunt de-
7 bere dari centeſimam. Tu vero diſting.† Aut apparet de con-
ſuetudine eccleſiæ,& illa eſt ſequenda, vnde totum conſuetu-
dini relinquitur, vt quælibet eccleſia ſeruet conſuetudinẽ ſuã,
ſi de ea appareat ſecundum Ray.& Goff. Aut de cõſuetudine
eccleſiæ non apparet,& tunc recurrendum eſt ad conſuetudi-
nem vicinarum eccleſiarum, vt leg.& no.ſ. tit.s. certificari.de
conſue.cum olim. cum diſtin.quia aut conſuetudo vicinarum
eccleſiarum eſt vna & eadem, & tunc ad eam eſt recurrẽdum,
8 vt ibi. † Aut ſunt diuerſẽ cõſuetudines,& tunc illa eſt ſequen-
da, quæ magis tendit ad mediocritatem.10.q.2.c.ea eni.§.hoc
ius. vel q̃ minimũ teneatur, ar.ff.de leg.3.l.nummis.j.de cen-
ſibus ex parte. ſm Goff.vel ſm Hoſti.potius videtur ſtãdum
eſſe dicto, & interpretationi Hieronymi hic in fin. licet Inno.
hic dicat q̃ ex quo non inuenitur expreſſum de quantitate, in
optione relinquitur dantis, vt quamcunq; vellet det, niſi cõſue-
tudo regionis aliud inducat. quod verum ſm Hoſti. & credo
q̃ bene, inter quadrageſimã & ſexageſimam, ſed vltra quadra-
geſimam ſacerdotes exigere, vel minus ſexageſima laici offer-
re non pñt, niſi aliud ſit de cõſuetudine. Dicit etiã Ray. quod
ſi eccleſia eſſet tenuis nec haberet vnde ſacerdos poſſet ſuſten
tari, quod illa cõſuetudo eſſet eligenda quẽ amplius ſoluit, vel
9 ſaltem medium inter illas, arg.§.alleg. hoc ius. † Dicit etiã glo.
ſuper Ray.eo.tit. quod ſi conſuetudo eſt quod nihil ſoluatur,
vel exigatur de huiuſmodi primitijs, excuſantur a peccato nõ
ſoluentes, ſi tamen hæc conſuetudo ſine contradictione ob-
tenta eſt, a tempore ex quo non extat memoria: & idem not.
frater Ioan.in ſumma confeſ.q.49.quanta debeat,&c.

1 *Clerici inferiores ſuperioribus decimas dant.*
2 *Clerici æqualibus decimam non ſoluunt.*
3 *Clerici inferioribus decimam non ſoluunt.*
4 *Decimas prædiales quiſq; poſſeſſor ſoluit.*

Ouum genus. ¶Si quæris vtrum, clerici alijs clericis decimas ſolue
te teneantur, diſtingue. Aut quæris de religioſis, &
de illis dic, vt dicam. j. eo. ex parte. 3. Aut de alijs, &
1 tunc. † Aut quæris nunquid clerici inferiores ad decimas ſol-
uendas ſuperioribus quibus ſubiacent, vt Leuitę ſacerdotibus
teneantur, & dic q ſic, tam ad prædiales, ratione prædiorum, ſi
quæ hñt ex patrimonio, vel aliunde licitè acquiſita, vel ratione
beneficiorum eis competentium: quam ad perſonales, ita lo-
quitur hoc. c. in 2. reſpon. & . ſ. eo. ca. 5. ver. rurſus. niſi in perſo-
nalibus conſuetudo cõtraria ſit, quod dic, vt no. j. eo. in aliqui-
bus. in fin. quia quilibet Chriſtianus tenetur ipſas dare de om-
nibus licitè acquiſitis. j. eo. ex trãſmiſſa ſm Hoſti. hic: in prę-
dialibus vero refert, vtrũ ſint prædia eccleſiaſtica, & tunc ob-
ſtat conſuetudo contraria, vel priuata ſeu temporalia, & tunc
2 non obſtat quod dic, vt dicã. j. eo. peruenit. † Aut quæris nun-
quid clerici æquales, nõ ſubditi æqualibus decimas ſoluere te-
neantur, vt Leuitæ Leuitis, ſacerdotes ſacerdotibus, & dic q
non, vt hic in 1. reſpon. & ita intellige gl. Inno. j. de ſtatu mon.
ca. 1. in magna glo. ver. ad perſonales aũt, nec monachi nec cle-
rici tenentur, &c. & idem ibi not. Hoſti. & Io. An. poſt eum.
3 † Aut quæris, vtrũ ſuperiores inferioribus, vt ſacerdotes Le-
uitis ad decimas teneantur, & tunc idẽ multo fortius, quia par
in parem non habet imperium, nec minor in maiorem, vt. ff.
de arbi. l. nam & magiſtratus. ſ. de maio. & obed. cum inferior,
& c. ſtatuimus. & intelligo in iſta diſtinctio. omnes inferiores,
qui ſubſunt alijs, licet alijs inferioribus vel ratione prædiorum
in ſua parochia ſitorum, vel ea rõne, quia ab eis recipiunt eccle
ſiaſtica ſacramenta. Vnde quærit hic Hoſti. nunquid eps da-
bit decimas de prædialibus, quidam dicunt quod non, quaſi ſit
confuſa actio. ff. de ſolu. l. Stichum. §. aditio. nec poteſt ſibi ipſi
quis obligari. ff. ad Velle. l. tutor. & hanc opi. epi noſtri tempo-
ris amplectuntur: & hoc videtur expreſſum in hoc. c. alij con-
4 tra. pro quibus videtur expreſſum. 16. q. 5. ſi quis laicus. † nam
prædiales ſoluit quilibet poſſeſſor. j. eo. c. 5. & 2. & c. dilecti. &
c. licet. & c. in aliquibus. & duobus. c. ſeq. niſi ratione priuilegij
contrarium ſit. j. eo. ex parte. vel conſuet. eccleſiæ. j. eo. cum
ſint. & c. ad apoſtolicæ. vel compoſitionis: j. cap. proxi. alias ſi
epiſcopus totũ ſibi appropriaret emendo, vel alias poſſet om-
nino parochialis eccleſia iure debito defraudari, quod non eſt
ſentiendum. j. eo. ſuggeſtum ſecundũ Hoſti. & de hoc per eum
in ſumma eodem titu. §. a quibus.

1 *Iuri de futuro, an renuntiari poſſit. 4.*
2 *Ius duorum conſenſu quæſitum, eorum diſſenſu diſſoluendum.*
3 *Iuri præſenti an renuntiari poſſit.*
5 *Renuntiatio differt a repudiatione.*

X multiplici. ſuper. glo. 2. Si quęris, vtrum iuri fu-
turo poſſit renuntiari, Goff. & Ber. hic, & Accur. ff.
de pac. l. 1. & ff. de leg. 2. ſi ita ſit ſcriptũ. §. ſi ſub con
1 ditione diſtinguunt. q † Aut ſimplici renuntiatione, & nõ po-
teſt, vt in d. §. ſi ſub cõditione. & ff. de reg. iur. l. qui poteſt. Aut
per pactum, & tunc nõ poteſt, vt in d. l. 1. C. de pac. & ff. de pa-
ctis. l. & hæredi. §. filiusfa. ita etiã diſtinguit Azo in ſuis bro-
cardis. Sed cõtra primum membrũ facit expreſsè. ff. a quibus
ap. non licet. l. 1. §. ſi quis ante. ſed Accur. ibi. & ff. de acq. hære.
l. is qui. & l. in plurium. ad fi. reſpõdet quod ibi renuntiatio fa-
cta fuit coram iudice, & idem no. ff. de cur. bo. dan. l. 1. & ean-
dem ſo. ſequitur Dy. in. §. alleg. ſi ſub conditione. Alij vero vt
Iaco. de Are. dicunt quod aut iuri futuro renuntiat, quis per pa
ctum, & poteſt vt in d. l. 1. C. de pactis. Aut per ſimplicem re-
nunt. & tunc aut renuntiat inter abſentes, & talis renuntiatio
non valet, vt in d. §. ſi ſub conditione. Aut renuntiat inter prę-
ſentes, & tunc renuntiatio habet vim pacti vt. ff. de pact. l. tale
pactum. & ita intelligunt dictã. l. 5. ff. de cur. bo. dan. Ego verò
2 credo ſic dicendũ meliori iudicio ſemper ſaluo, quia † aut eſt
tale ius, in cuius acquiſitione interuenit voluntas ſeu conſen-
ſus duorũ, ſicut eſt in his quæ aguntur inter viuos, & tunc ſiue
ſit ius præſens, ſiue futurum requiritur conſenſus vtriuſq; in
diſſoluendo, ſicut in contrahendo, vt. ff. de regu. iur. l. nihil tam
naturale. j. de regu. iur. ca. 1. C. qñ licet ab emp. diſce. l. 1. & 2. &
hoc not. Pet. de Bellapet. & Cy. poſt eum in d. l. 1. C. de pactis:
quod credo verum quo ad reſoluendum cõtractum, & maxi-
mè vltro citroq; obligatorium, ſed quo ad pręiudiciũ & amiſ-
ſionem iuris renuntiatus, credo id quod ſequitur in iure, quod
vnius ſolius voluntate nititur, per ea quæ. ſ. dixi de renunt. c.
3 quod in dubijs. † Aut eſt tale ius quod vnius ſolius voluntate
nititur, ſicut eſt ius quæſitum ſeu quærendum in vltima vo-
luntate, & tunc refert, quia quoddam eſt ius præſens, quod de-
bet exigi vel exerceri in futurũ, ſeu cuius exactio vel execu-
tio dependet ex futuro, vt patet hic in iure decimarum quod
curato parochiali competit in præſenti, ſed earũ exactio com-
petit in futurum ſingulis annis, & cum fructus excreuerint: &
in iure quæſito electo per electionẽ, & tunc tali iuri poteſt re-
gulariter renuntiari etiam per ſimplicem renunt. ſm Goff. &
Hoſti. hic. cum quibus concordare videtur quod not. Inno. ſ.
de arbi. innotuit glo. 2. circa mediũ. ver. ſed cum hoc non poſ-
ſet. & Hoſti. poſt eum dicentes, quod poſſum renuntiare ne
poſſim excipere, vel vitare executionem, ſicut poſſum renun-
tiare appellationi, intelligo quam poſſum interponere ex gra-
uamine iam illato, ita poſſes intelligere. ſ. de elect. cũ inter. R.
Seniorem vbi R. ſenior renuntiauit abbatiæ, id eſt, iuri quod
ſibi competebat in ipſa abbatia ex electione eiuſdem. eo. tit. c.
ſi elect. lib. 6. ſ. q met. cau. ad aures. cum ibi no. per Ber. in j. gl.
de tranſla. epiſcopi inter corporalia. §. ſicut autem. in glo. ante
ergo. quod intellige dummodo ſit tale ius, quod plenè ſubia-
cet poteſtati renuntiantis, quod dic, vt dixi. ſ. de foro compe.
ſi diligenti. per eandem viam facit. j. de regularibus. ca. ad no-
4 ſtram. c. ad apoſtolicam. & c. ſtatuimus. † Quoddam verò eſt,
ius omnino futurum, & tunc, aut quis ei renuntiat in iudicio:
aut extra iudicium. Si in iudicio, tunc valet renuntiatio, vt in l.
alle. ff. de acq. hære. l. qui hæres. & in plurium. de cur. bo. dan. l. j.
& a qui. app. non licet. l. 5. §. ſi quis ante. vbi hoc not. Accur. &
idem Pet. de Bellapet. & Cyn. in d. l. 1. C. de pactis. Si extra iu-
dicium, tunc. Aut renuntiat ſimplici renuntiationi, & nõ va-
let talis renuntiatio, vt in l. alle. ſi ita ſit ſcriptum. §. ſi ſub con-
ditione. Aut renuntiat per pactum, & talis renuntiatio valet,
vt hic, & in iuribus, hic alleg. in glo. 2. Et eſt ratio diuerſitatis
inter ſimplicem renun. vel repudiationem ex vna parte, & pa-
ctum ex altera, quia ſimplex renuntiatio vel repudiatio nititur
authoritate vnius ſolius. ſ. repudiantis: ſed pactum authorita-
te plurium vel duorum, & ideo maioris eſt authoritatis quam
repudiatio. ff. de pact. l. 5. vnde non mirum ſi plus operetur con
ſenſus plurium quam vnius. ſ. de offic. deleg. prudentiam. ſm
Goff. hic & Hoſti. ſ. de teſta. Ray. 1. reſpon. idem Archi. 2. q. 6.
5 ſi autem. glo. pe. † Item ratio, quare ſecus in renuntiatione ſeu
repudiatione ſimplici facta in iudicio, & coram iudice, & ſe-
cus in renuntiatione facta extra, põt eſſe, quia in iudicio quaſi
contrahimus. ff. de pecu. l. 3. §. idem ſcribit. & ibi eſt iudex per
quem acquirit parti abſenti, arg. ff. rem pu. ſal. for. l. 3. j. de vſur.
c. quanquam. lib. 6. cum ibi not. ideo non mirum ſi talis renun.
habet vim pacti ſecus in renuntia. extra iudicium facta.

1 *Decima perſonalis parochiali eccleſiæ danda.*
2 *Decima prædialis eccleſiæ prædiali danda.*
3 *Decima mixta cui ſoluenda. 5. 7.*
4 *Prædium tranſit cum decimæ onere.*
6 *Decima ſoluitur attenta loci conſuetudine.*
8 *Decima de immobilibus non ſoluenda.*
9 *Decima de mobilibus iuſtè quæſitis ſoluenda.*
10 *Decima de mobilibus iniuſtè quæſitis ſoluenda.*
11 *Decima de turpiter quæſitis ſoluenda.*
12 *Decima de vſuris non ſoluenda.*
13 *Decima papali priuilegio tolli poteſt.*
14 *Decima ab inferiori a Papa non tollitur.*
15 *Decimæ compoſitio fieri poteſt.*
16 *Decima a laico non præſcribitur.*
17 *Decima an præſentatione retineri poſſit.*
18 *Decima iure diuino introducta.*
19 *Decimam debitam eſſe, ſanctorumq; authoritatibus comprobari.*
20 *Decima iure canonico debetur.*
21 *Decima perſonalis ex præcepto non debita.*
22 *Decima an a clericis præſcribatur.*
23 *Decima an ab eccleſia præſcribatur.*
24 *Decima contra laicum ab eccleſia præſcribitur.*
25 *Decimæ æſtimatio ſoluenda a deſtruente ſegetem vel arbores ſine cauſa.*
26 *Decimæ æſtimatio non ſoluenda a comburente ſegetem vel arbores.*

Eruenit. ¶Si quæris cui eccleſiæ, & de quibus rebus decima eſt ſoluenda, di-
ſtingue. Aut quæris de iure cõmuni omni conſue-
tudine, præſcriptione, priuilegio, & compoſitione
circunſcripta.

percipiatur de ſundo quem colit, tunc debet colonus decimã
ſoluere, non eccleſiæ prædiali, ſed ſuæ parochiali, vbi percipit
diuina, & hoc caſu videtur loqui. 16.q.j.quæſti.& arg.ff.de con
trahen.emp.& vẽd.l.fi. Et eſt ratio diuerſitatis horum caſuũ,
quia in primo caſu omnes ſuctus ſunt decimandi antequã di-
uidãtur, ſine deductione expẽſarum, j.eo.tua.a.ergo ex quo
ſemel, ſunt decimati, vlterius non debent decimari ab his ad
quos ex debito perueniunt, ſicut ſunt coloni, j.eo.paſtoralis.§.
1. In ſecundo vero caſu agitur de lucro prouenientε ex opera
manuum coloni, de quo debet habere decimam eccleſia paro
chialis, vbi audit diuina. Item in primo caſu totus ſructus, eſt
de terra, j.eo.non eſt.& c.cum non ſit. In ſecundo vero caſu lu
crum & merces coloni ex opera manuum ſuarũ prouenit, nõ
ex ſundo, ſecundum Innoc. liceat fatetur Hoſtien. contrariam
conſuet. tenendam, ſi de illa conſtet, vt j.eod.cum ſint.& c.ad
Apoſtolicæ. Sed Io.An.in c.alle.cum ſint dicit: quod licet ſatis
iuri, & æquitati conſonum reputet, quod. s.dixit. ſ. partem co-
loni bis decimari, tamen quia id non ſeruatur, ſtari poteſt ſa-
tis probabiliter huic d.Inno.& Hoſt. vbi non apparet conſue
tudo contraria, vt prædixi: pro qua multum facit, quia ſi ipſe
idẽ dominus coleret, nec aliud opus faceret, non eſt tamen re-
perire quod partem illorum ſructuum decimet vt lucrum: ad
hoc tamen reſponderi poſſet per decre.dilecti. j. eo. ſecundũ
eum. Si quæris de ſecundo, ſ.de quibus rebus decima eſt ſol-
8 uenda, tunc refert. † Aut quæris vtrum de rebus immobili-
bus, ſeu pro proprietate rerum immobilium acquiſitarũ de-
cima ſit ſoluenda, & tunc licet Hoſt. j.eo.non eſt. dicat q̃ de-
bet ſolui decima pars pretij communis, ar.ff.de le.j.l.apud Iul.
§.conſtat.& in eo.quod not. s.de teſt. filius noſter. maxime qñ
datur extimata, vel pro pretio, ar.C.de iu.dot.l.1. tamen Inno.
ibi in gl.vlti.& Ala.hic & Io.& Vinc.& Ber. j.eo.paſtoralis.te-
nent contra. Nam in veteri teſtamento, vbi præceptæ fuerunt
decimæ, leuitæ non habebant partem poſſeſſionum, quia de
ſructibus tantum decimas dandas dominus præcepit, Nume-
ri.18.& licet prima opi.conſiderato rigore iuris iuſtior ſit, ſe-
cunda tamen æquior & benignior eſt, & ipſam teneas, ar. s.eo.
c.1.in fi. ſecundum Hoſti.in d.c.paſtoralis. Aut quæris vtrum
de ſructibus immobilium, vel de rebus mobilibus acquiſitis
9 decima ſit ſoluenda, & tunc † aut quæritur de rebus iuſtè, &
licitè acquiſitis, & de illis omnibus decima eſt ſoluenda in qui
buſcunq; rebus conſiſtant, vt de fructibus omnium terrarum,
pomis, herbis, paſcuis, apibus, nutrimentis animalium, quæ ta
men ſub virga tranſeunt, lana, lacte, ſœno, lignis, piſcationibus,
venationibus, fictis, penſionibus, molendinis, furnis, balneis,
fulonicis, argentarijs, metallarijs, lapidicinis, & ex iſtis debe-
tur decima ex lege diuina. Item de negotijs, artificijs, officijs,
& de omnibus bonis, & etiam de ipſo tẽpore decima eſt ſol-
uenda, non ex lege diuina, ſed ſecundum locorum conſuetudi
nem, vt hic, & j.c.proxi.& c.ex tranſmiſſa. 16.q.1.decimæ. ſe-
cũdũ Goſ.Ber.& Hoſ.& Ioan. And.hic, & de hoc plenius per
Hoſti.in ſum.eo.tit.q.19.eo. etiam de palea cum ſit in fructu
decima debetur.ff.quib.mod. vſufru.amit.l.ſi vſuſructuarius
meſſem.& no.Spe.hoc tit.§.fi. Vnde dicit Vincen. j.de cenſi
bus licet. Melendum dixiſſe, quod is qui non abundat, ſed ta-
men habet, quod ſibi & familiæ ſuæ ſufficit, nõ tenetur ad de-
cimam, pro eo quia pauperes non tenentur ad tributa vt ibi,
ſed decimæ ſunt tributa. j.eod.tua.a.facit.86.diſt. non ſatis.in
fin.alias incipit in ſingulis.ibi ne veſtimentis alimentisq́; &c.
& 42.diſt.c.hoſpitalem.§.quomodo.1. ibi aliena rapere cõuin
citur qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur: ergo neceſſa-
ria non tenetur ſubtrahere: ipſe tamen Vincen. ibi tenet con-
trarium, quia prætextu paupertatis quis non debet tenere alie
na, vel peccare.ff.de ri.nup.l.palam.§. quæ in dultero. Decima
autem eſt debita, vnde dicitur reddi vel reſtitui, non propriè
dari. j.eo.ad apoſtolicæ.& poteſt vendicari, vt j.eo.tua.a.hoc
idem videtur tenere Io. An. j.e. cum homines.& credo quòd
10 bene. † Aut quæris de iniuſtè & illicitè acquiſitis, & tunc, aut
quæris de decimis prædialibus ſeu debitis ratione prædiorũ,
& illę debentur, & exiguntur ab eccleſia a quocunq; poſſiden
te prædia, non ſolum iuſto, ſed etiam inuaſore, violento, vel
clandeſtino, non ſolum catholico, ſed etiam Iudæo, heretico,
vel pagano: nam eo caſu eccleſia quod ſuum eſt recipit.arg. j.
eo.de terris. vt hoc no.Goſ. j.eo.non eſt.& Ber. Inno.& Hoſti.
in c.ex tranſmiſſa in fi.no.16.q.1.decimæ.in gl.dummodo. &
Inno. j.de ſen.excom.cũ voluntate.gl.3.ver. Item nec eleemo
ſynæ & Hoſt.ibi.poſt eum. Aut de perſonalibus, & tunc ſecun
11 dum Goff.Io. Ber. Inno.& Hoſti. † Aut quæris de illis illicitè
acquiſitis, de quibus non competit repetitio, & dominium
transfertur, puta de his quæ acquirit meretrix ex meretricio,
hyſtrio ex hyſtrionatu, & de his quę extorquentur per con-
cuſſionem ratione officij, & quæ dantur alicui vt iniuſtè iudi-
cet, vel falſum teſtimonium dicat, & ſimilibus, & de talibus
debet dari decima, & etiam poteſt fieri eleemoſyna, vt 43.q.
5.non ſane. vbi probatur hæc diſt. ſecundum Auguſt. ſi tamen
quæſtus proueniat ex peccatu notorio, eccleſia decimam ex-
inde non debet recipere, ne videatur peccatum approbare: ſe-
cus putarem ſi occultum eſſet, quamuis hoc ſciret prælatus,
arg.32.q.5.christiana.6.q.1.ſi omnia. & q.2.ſi tantum.& c.pla
cuit. s.de offic.ordin.ſi ſacerdos. j.de ſimo. ſicut tuis.& c.ſeq.
12 † Aut quæris de illis de quibus competit repetitio, vel domi-
nium, non transfertur, vt in vſuris. s.de iureiu.debitores. j.de
vſuris quia in omnibus.& c. ſeq. & c. cum tu.in ſimonia. j.de
ſimo.de hoc & c.veniens.in furto. j.de fur.c.1.& penulti.in ra
pina j.de rap.c.j.& 2.& de talibus non debet dari decima, nec
fieri eleemoſyna, cum non ſint illius, quia aliena non poteſt
aliquis concedere præter domini voluntatem. j.eo. tua nobis.
vt hoc no.Goff. j.eo.non eſt.& Io. j.eod.paſtoralis.& Ioan.&
Archid.1.q.1.non eſt putanda.& Ber. j.eo.de verb.ſign.c.cau
ſa Carpenſis. ſuper verbo ex licitis.& Ber. Inno. Hoſti. & Io.
And. j.eo.ex tranſmiſſa. vbi dicit Hoſt. quòd breuiter regula-
re eſt, quòd vbicunque tam dans, quam recipiens in pari cauſa
turpitudinis reperitur, ibi non tenetur quis reſtituere quod ac
cepit, vt ff.de condi.ob turp cau.l.3.& 4.& de talibus omnib.
decima eſt ſoluenda: ſecus de omnibus detentis quæ reſtitu-
tioni ſubiacent, quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur
ablatum, ſecundum beatum Auguſt. vt in d.c.cum tu.& 14.q.
6.ſi res. ergo nec de acquiſitis ex iniuſto bello decima dari de-
bet. 23.q.1.militare. s.de iureiur. ſicut ſecus de iuſto, & ſic lo-
quitur. j.eo.non eſt.23.q.5.dicat. ſecundum Hoſtien. ibi, & in
ſum.eo.tit. §.& vtrum præſcribi poſſit. verſi. quęritur vtrum
de illicitè.& Ray.in ſum.eo.tit.§.6. quęritur vtrum. & Goff.
in ſum. ſua, & frater Io. in ſum.confeſ.eo.tit.q.22. vtrum de il
licitè &c. Ad hoc quod dictum eſt de eleemoſyna concord.
Ray.in ſum.tit.de neg.ſecu.§. 7. item quęritur.& frater Io.in
ſum.con.tit.de neg.ſecularibus.q.21.vtrum de illicitè acqui-
ſitis.& de hoc dicam plenius. j.de pœnit. & remiſ.cum ex eo.
In hoc tamen quod dictum eſt, quòd in vſurarium non tranſ-
fertur dominium vſuræ, no. cõtrarium Lau.& Io.& Ber.hyſ.
14.q.4.ſi quis vſuram.& fortè male, cũ tranſlatio dominij fiat
contra legem diuinam, cuius prohibitio magis debet inficere
& impedire tranſlationem, quàm legis humanę, vt s.de maio.
& obedien.cum inferior. & tamen legis humanæ, prohibitio
ipſam tranſlationem impedit, vt.ff.de reb. eorum. C.de pręd.
mi.per 10. C.de le. non dubium.de agri.& cenſi. quemadmo-
dum. 12.q.2.non liceat Papæ. & c. ſine exceptione. & per to-
tum. s.de reb. eccleſ. non alie.ſi quis presbyterorum. cum ibi
no.in gl.ex hoc manifeſtè. Si quęris de ſecundo membro prin
cipali, ſcilicet, de iure ſpeciali, puta priuilegio, compoſitione
conſue.vel præſcriptione, tunc, aut quęris de priuilegio & tũc,
13 † Aut per ſedem apoſtolicam indulto, & dic q̃ illud dummo-
do ſit legitimè cõceſſum valet, & eſt tenẽdũ, vt 63.diſt. Adria
nus & c.in ſynodo. 16.q.1.hinc ẽt. j.de eccle.ędifi.c.2. j.eo.ex
parte tua.& c.a nobis. vbi hoc no. Hoſt.in ſum.eo.tit.§.a quib.
& §.vtrum.ſub.§.quęritur. quod verum niſi parochialis eccle-
ſia in hoc enormiter lęderetur, vt j.eo.dilecti.ſuggeſtum vel
niſi renuntiaret qs priuilegio ſuo expreſsè vel tacite, & in alijs
caſib.no. j.eo.ſuggeſtum per Ber.& Inno.& plenius per Hoſt.
14 & c.ex parte tua. † Aut per alium indulto & non valet, vt j.eo.
ad hæc.& c.tua.2. & c.prohibemus.& probatur. s. de præſcr.
c.cauſam quæ. quod tamen intellige vt dicam. j. eod. a nobis.
Aut quęris de compenſatione, & illa dummodo ſit legitimè,
& per illos qui poſſunt facta, valet & eſt tenenda, quod dic vt
leg.& no.per Ber.& Hoſti. s.de tranſac.c. ſtatuimus & j.eo.di
lecti.in fi.& per Ber. s.c.ex multiplici, & per Ho. j.eo.a nobis.
Aut quęris de conſue.vel p̃ſcriptione, & tunc aut quæris de lai
cis, vtrũ poſſint eas ſibi per pręſcrip. vel conſue. acquirere vel
retinere: aut de clericis ſeu eccleſijs. Si de laicis tunc, aut quæ-
ris vtrũ poſſint pręſcribere, vel per conſuetudinẽ acquirere ſi
bi illas decimas, quę ab alijs debẽtur, ſeu perceptionẽ ipſarum
decimarũ: aut illas a ſe debitas ſeu ꝯ illas a ſe debitas, circa eas
16 retinendas vel diminuẽdas. † Si illas quæ ab alio ſeu alijs debẽ-
tur, dic quod non, ſiue ſint prædiales, ſiue perſonales, vt in c.al
legato. cauſam quæ.& eſt ratio quia nec eas poſſidere poſſunt
vt ibi, ſine qua præſcriptio ſeu conſuetudo non procedit, vt
ibi & infra, de reg.iur.c.ſine poſſeſsione.lib.6. ſupra, de cauſa
poſ.& propri.cum eccleſia.in fin.de conſue.c.cum tanto.in fi.

& de elec.Cumana,& ita intellige quod nn.Hoſt.j.eo.cum ho
mines.in gl.quid ſi agricultor dicens quod nec cōſuetudo,nec
præſcriptio iuuat laicum quo ad decimam percipiendam vel
17 etiam retinendam. † Si illas vel contra illas a ſe debitas, vt eas
ſibi retineant integraliter;vel pro parte tunc,aut quęris de de-
cimis prædialibus,& tunc licet quidam Theologi dicāt,quod
conſuetudo excuſat a præſtatione decimarum,a tanto,nō a to
to:quod.n.decima præſtari debeat hoc dicunt morale,& hoc
reſpectu debentur decimæ ex præcepto, & ideo conſuetudo
contraria nō nocet, etiam ſi in tota prouincia obſeruetur.32.
q.7.flagitia. in talib.n.diuturnitas temporis non minuit pecca
tum ſed Aug.s.de conſue.c.vlti.j.de ſimo.non ſatis. Quod ve
ro decima pars detur, hoc dicunt eſſe cerimoniale, nec iſto re
ſpectu debentur decimæ ex præcepto ſed de cōſilio tm,& ſic
in quota parte præſtanda,ſeruanda eſt conſuetudo:vnde præ-
ſtabitur milleſima pars tantum ſi de conſuetudine ſit, ad hoc.
4.diſt.c.deniq;.§.ſi.pro quib. faciunt.s.tit.1.c.fin.ibi & Vltra-
montanis &c. s.c.proxi.ibi cum ea integritate.&c.j.e.dilecti.
ibi de quib.cōſueuerunt decimas percipere.& c.cum ſint ho-
mines ibi,qm ad conſue.re.vertēdum. & c.ſe ibi,qm a diuerſis
diuerſa cōſuetudo tenetur.& c.in aliquibus.ad ſi.vbi expreſſè
dicit,illę quippe decimæ neceſſario ſunt ſoluendæ, quæ deben 21
tur ex leg.diuina,vel ſm loci conſue.approbatam, ad idē.j.eo.
nuper.vbi enumerat poſſeſſiones de quib.decimæ debeantur
eccleſijs.q.d.quia aliquæ ſunt de quib.nō debentur loci cōſue.
repugnante. Tamen magiſtri canonum dicunt,quod decima
eſt ſoluenda ex præcepto,non.11.vel 20. quod probatur tripli
18 citer,† Primo authoritatib.legis diuinę,vnde in Geneſi.18.c.
vir Abraham.de oībus quæ perceperat dedit decimam Mel-
chiſedech. Item eo.cū Iacob fugeret ad Laban,locutus eſt cū
dño dicens,cunctorum quæ dederis mihi decimas offeram ti
bi.quod qui non facit iuri & voluntati Dei contradicit,Leui-
tici.c.fin.omnes decimæ terræ ſiue de frugibus,ſiue de pomis
arborum Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Deutero.14.deci
mam partem ſeparabis de cunctis frugibus tuis,quæ naſcun-
tur in terra per annos ſingulos:& decimam frumēti tui,& vi- 22
ni,& olei, & primogenita de armentis &c. Exod.22.decimas
tuas,& primitias tuas,nō moraberis offerre,ex hoc.n.fructus
multiplicantur.Item Lucæ.11.ve vobis Phariſeis qui decima
tis mentam,& rutam,& omne olus, & præteritis iudicium &
charitatem Dei, hæc oīa oportuit facere, & illa non omittere.
idem habetur Lucæ.18. decimas do de oībus quæ poſſideo. 23
Matth.22.reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei
Deo. per prædictas authoritates tam veteris quam noui teſta
menti patet,quod decimæ ſoluēdæ ſunt & de omnibus,& in-
19 tegraliter,& ex præcepto.† Secundo probatur authoritatibus
ſanctorū,primo Hieronymi.s.e.c.1.§.ac verbo primitiæ &c.
non erant ſpeciali nomine diffinitiuæ, ſubaudi ſicut decimæ,
quia non erat dictum quota pars daretur,ſicut de decimis,ſed
offerentium arbitrio.q.d non ſic in decimis,illę.n.nō arbitrio
committuntur,ſed neceſsitati ſubijciuntur,quia ex præcepto
debentur etiam quo ad quotitatem. item Ambroſij.16.qō.7.
quicunq;.item Grego.eo.cauſa & q.decimas.& de con.diſt.5.
quadrageſimam.item Auguſti.de pę.diſt.1.fungantur.16.q.1.
decimas & q.7.maiores.& ſic quatuor doctores Eccleſiæ in
20 hoc conueniunt. † Tertio probatur per ius cano.s.c.proxi.1.
rñ.& in ſi.& hic in ſi.qñ dicit cū integritate.1.ſine diminutio
ne aliqua j.eo.dilecti.c.ex parte canonicorum.in ſi.c.non eſt.
in ſi.c.ē tranſmiſſa.in ſi.c.tua nobis in ſi.& c.cū non ſit.in ſi.&
hoc tenent expreſſè Inno.s.tit.proxi.c.ſi.dicens quod conſue
tudo bene pōt operari quod Eccleſiæ parochiali,vel non præ-
diali ſoluantur etiam prædiales, hoc autem aliqua conſuetudi
ne introduci non poteſt,quin aliquæ ſoluātur prædiales de præ
dijs laicorum:& idem Hoſt.Pet.de Sampſo.Io.And.& breui-
ter hoc quaſi omnes ſancti commemorant,& ſm dñi præce-
ptum monitione præmiſſa excōicari debent qui non ſoluunt.
16.q.3.decimas deo.& c.omnes decimæ,& j.eo. quaſi per to-
tum:& hoc etiam vult concilium generale.j.eo. in aliquib.ibi 24
abſq; contradictione moris vel conſuetudinis, de qua præmi-
ſit ibi in 1.reſp.eccleſijs decimas cum integritate perſoluant,
& ad id ſi neceſſe fuerit per cenſuram eccleſiaſticam compel-
lantur ergo mortale peccatū eſt niſi integrę reddantur,p hoc
.n.tranſgreſſor diuinæ & humanæ legis,& iudici cōtumax re 25
peritur.Nec.n.debet quis excōicari niſi pro mortali.11.q.3.ne
mo epiſcoporum.vt no.hic Hoſt.& Io.And.poſt eum & Pet.
de Sam.j.eo.parochianos.Et hoc.ſ.quod ipſam retinētes mor 16
taliter peccant;intelligit Hoſt.j.eo.a nobis ad ſi.mag.glo.fore,
verum ſi poſt prædicationē & monitionē ipſam retineant, ar.

j.de conſuet.eccle.vel al.aqua.de cle.excom.mi.ſi celebrat:&
hæc opi.benignior & ęquior eſt, licet alij dicant q̄ non ſoluēs
ſemper peccat,quorum opi.vr ſm rigorem iuris pręferenda,
& cū prima opi.concor.quod ipſe no.hic in prima gl.& j.eod.
non eſt.& idem Io.And.ibi poſt eum.dicens, qđ non ſoluen-
tes non videntur in mora,nec mortaliter peccare quouſq; mo
niti,reddere contradicant,vt hic & ibi, & in hoc ſatis concor-
dat ſanctus Tho.in ſum.art.1.arg.5.dicens quod licet eccleſia
poſſit requirere decimas, tñ laudabiliter eccleſia non requirit
eas,vbi ſine ſcandalo requiri non poſſent, pp diſſuetudinem,
vel pp aliam cauſam, nec tamen illi ſunt in ſtatu damnationis
qui non ſoluunt in locis illis in quib.eccleſia non petit,niſi for
te pp obſtinationem animi habentes voluntatem non ſoluen
di & c.ſi ab eis peterentur.poteſt etiam dici, q̄ in caſib.ſ.quan
do nulla decima vel pars decimæ ſoluitur,fingitur a iure,q̄ do
mini prædiorū breui manu ſoluerint eccleſiæ decimas, & eis
rurſus eccleſia redonauerit, vel in totū qñ.ſ.eccleſia nihil con-
ſueuit recipere pro decima,vel in partem qñ cōſueuit recipe-
re minus quā decimam,hęc Tho.idē frater Io.in ſum. cō.eo.
11.q.13.quid de his &c.& vide per eum in q.40.41.& 42.vtrū
oēs decimę ſint de neceſſitate præcepti,vbi ſatis cōcordat cū
21 his quæ dicta ſunt & quæ ſequuntur.† Aut quæris de decimis
perſonalibus, & dic quod illę non debentur ex præcepto, ſed
ex interpretatione,& ideo in talib.obſtat conſuetudo, & ſm
hoc pōt intelligi.j.e.in aliquib.§.ti.vnde ſic expone,illę quip-
pe decimæ ſubaudi prædiales, neceſſario ſunt ſoluendæ, quæ
debētur ex lege diuina, repete,& illę quippe decimæ ſubaudi
perſonales, neceſſario ſunt ſoluendæ, quæ debentur,ſm loci
conſue.approbatā.q.d.primæ ſancti prædiales ſine diminutio
ne,quia hoc vult lex diuina,& ſancti: & ſecundæ.ſ.perſonales
ſicut conſuetudo docebit,alioquin infinitę animæ torqueren
tur,cū pauci ſint qui has ſoluant,vt hæc no. Hoſt.j.eo.ex par-
te canonicorū:in ſi.& c.tua.in ſi.& c.paſtoralis.& in d.c.in ali-
quib.& pleniſſimè.in §.alle.& vtrū.ſub.§.7.vſq;ad §.8.de hoc
etiā no.Archid.16.q.1.decimæ.ſuper verbo ex debito.vbi re-
22 ſpondet ad iura in contrariū alle.† Si quæris de clericis ſibi ip-
ſis, & non eccleſiæ decimas præſcriptione vel cōſuetudine ac
quirere volentibus, tunc idē quod dictum eſt de laicis, nā tūc
faciunt hoc vt laici non vt clerici:ſicut a ſimili clericus habens
ius patronatus in aliquo beneficio,nō ratione beneficij,ſed pa
trimonij ſui, præſentat vt patronus laicus, & talis cenſetur,nō
23 vt clericus j.de iure pat.cū dilectus.cum ibi no.† Si quęris de
eccleſijs,& inter eccleſias,tunc dic quod pōt valere conſuetu-
do,& ēt præſcriptio in decimis percipiēdis:vnde vna eccleſia
contra aliam pōt vti conſuetudine vel præſcri.circa decimarū
perceptionem in toto vel in parte, vt le.& no.s.de præſcri.ad
aures j.eo.cum ſint hoīes.vbi hoc no.Ber.in gl.no.quod.& c.
apoſtolicæ.vbi hoc no.Ber.Inn.& Ho.in c.cum cōtingat.& c.
cum in tua.& c.dudū,& eo.tit.c.epiſcopum.li.6. & j.de priui.
accedentib.idē notant Inno.Ho.Pe.Ab.& Io.An.s.tit.proxi.
c.vlti.Et hoc verū de decimis prædialibus,ſecus forte de per-
ſonalibus, vt no.Ho.s.de cle.non reſi.c.quia nonnulli. dicēs q̄
licet conſuetudo poſſit dari vni eccleſię ius percipiendi in alia
eccleſia decimas prædiales,vt j.eo.cū ſint.non tñ forte idē eſt
in perſonalibus, quia hæc conſuetudo eſſet irrationabilis, &
facilius ſubijcitur res quā perſona.s.de foro cōpe.ſignificaſti.
ſm eum ibi.Poſſet eſſe, & alia ratio, quia perſonales debētur
illi eccleſiæ quæ laborat in exhibendo diuina, & miniſtrando
eccleſiaſtica ſacramenta:j.de ſepul.cū quis in princ.lib.6.vnde
iniquum videretur, qđ vna eccleſia labores alterius percipe-
ret,nā qui laborat manducet.s.de off.ordi.inter cætera.eo.tit.
c.ſi epiſcopus.lib 6.& mercenarius dignus eſt mercede ſua.s.
de ſepul.c.1.& qui altari deſeruit & c.s.de præben.cū ſm apo-
ſtolū,& alios eccleſia præſcribens rideret cū fletu alterius.con
tra.c.perijſtis.j.de priui. vnius.n.prouiſio non debet eſſe alte-
rius tribulatio.12.q.j.nulli epiſcoporum.25.q.j.c.ideo.§.ſi er
go.& ſic eſſet oneroſa alteri eccleſiæ,quod eſſe nō debet.s.de
24 conſue.c.1.† Item eccleſia contra laicum decimas præſcribe-
re poteſt.vt j.eo.in aliquibus.vbi hoc not. Ber.in gl.ſi.in ſi.de
iſta materia no.Alten.lib.6.eo.tit.arti.4.
Super eo.c.Si quęris vtrū comburens vel deſtruens ſegetē ma
xime maturā,vel cedens arbores,teneatur ad ęſtimationē deci
25 mæ parochiali eccleſię pſoluendā,diſt. † Aut hoc facit ſine iu
ſta cā,& tunc ſic,arg.ff.ad l. Aquil.l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi oliuā.de
vſu.l.arborib.§.Iulianus.alias eſt lex & incipit ſi fur. & l.ſi ab-
16 ſente.§.ſi.& l.arbores.† Aut hoc facit ex iuſta cā, & tūc nō te-
netur,puta pp iuſtū bellū,ſuper quo vide qđ not.s.de iureiu.
c.ſicut. Et ita diſtinguit Hoſt.s.c.proxi.& Io.And.poſt eum
licet.

licet Innoc. ibi videatur dicere indiſtinctè quod teneatur, &
puto q; is qui iniuſte combuſſit, teneatur ad æſtimationē eius
quod conſideratis alijs annis percipere ſolebat, & poterat ec-
cleſia, nec excuſetur per caſum grandinis, vel ſimilem ſequu-
tum, cū a principio fuerit in dolo, & ſatis ſit quod poterat non
perire. ff. de leg. 1. l. cum res. §. fin. ſecundum. Ioan. Andr.

1 *Decimæ prædiales ante tempus ſolutionis ſolui poteſt.*
2 *Decima animalium ante tempus ſoluens non liberatur.*
3 *Decima an compenſationem admittat.*
4 *Decima vt retineatur, conſuetudine non inducitur.*

CVm homines.

¶Si quæris vtrum obligatus ad decimas tempus ſolutionis proueniens, & ante tempus ſoluens, liberatur, diſtin.
1 † Aut decima quā ante tempus vult ſol-
uere, conſiſtit in fructibus prædiorum, vel alijs rebus quam in
nutrimentis animalium, & tunc poteſt ante tempus ſoluere,
& liberatur. ff. de ac. & ob. l. quod quis. de verb. obli. l. ſtipulatio
iſta habere licere. §. inter certam. & de ſolu. l. quod in diē. Aut
conſiſtit in nutrimentis animalium, & tunc ſi non ſit præiudi
cium eccleſiæ vel prælati poteſt ſoluere, alias non poteſt: non
.n. agnus ſtatim quod naſcitur tradi debet, imo poſtquam fue-
2 rit lactatus & aliquantulū impinguatus. † & ideo hoc caſu tem
pus ſolutionis præueniens minime liberatur, ar. ff. de an. leg. l.
cum qui. ſecundum Ho. Gof. & Io. And. hic: ad idem. ff. de leg.
2. ſi ita relictum. §. pegaſus. & in hoc cōcor. gl. in dicto. §. inter
certam. & adde quod no. de con. diſtin. j. ſolent. Soper eod. c. Si
quæris nunquid in decimis compenſatio locum habet, diſtin.
3 † Aut quo ad decimas ſoluendas in poſterum, ſiue libertatem
terrarum, ex quibus decimæ ſolui debent, & dic quod non: q̄a
decimę, tributa ſunt aīarum. 16. q. 1. decimæ. j. eo. tua nobis. in
tributis aūt non eſt compenſatio admittenda. C. de compenſa.
l. ſi ea. ſm Gof. Hoſt. & Io. And. Aut quo ad fructus decimarū
hactenus non ſolutarum, & tunc cōpenſatio & redemptio ad-
mittuntur, vt patet in eo quod le. & no. ſ. de re. ec. c. vt ſuper.
& de rerum permu. c. fi. Et quod dictū eſt quod non admitti-
tur cōpenſatio quo ad decimas ſoluendas in poſterum, intelli
ge quo ad laicos ſuper hoc ſine authoritate iudicis cōponen-
ſes: clerici. n. ſine authoritate iudicis cōponere poſſunt, vt pa-
4 tet. j. cap. proxi. & ſ. ex multiplici. † Sic nec conſuetudo nec
præſcriptio iuuat laicos, quo ad decimam præſcribendam vel
retinendā. ſ. de præſcrip. cauſam quæ tñ iuuat eccleſiam. j. eo.
cum ſint hoïes & c. ad apoſtolicæ ſm Hoſti. & Io. And. Et cū
glo. pen. Ber. hic loquente de mora committenda in ſolutione
decimarum. concor. Hoſti. hic & frater Rayn. in ſumma con.
hoc. tit. q. 18. quid ſi aliquis furtiuè & c. vbi de hoc vide.

1 *Decimam de hortis & animalibus non ſoluunt religioſi.*
2 *Decimam perſonalem non ſoluunt religioſi.*
3 *Decimæ a ſolutione an ciſtercienſes, & templarij immunes ſint.*
4 *Decimam prædialem ſoluunt religioſi.*

EX parte tua.

Ad declarationem gl. Si quæris a quarum decimarū præ-
1. ſtatione religioſi ſunt hodie de iure priuilegiati, vel
immunes, diſt. † Aut quęris de leproſis ſub vita cōi
congregatis, & illę ſunt immunes à præſtatione decimarū de
hortis & nutrimentis animalium. j. de eccle. edi. c. cum dicat.
& intellige de nutrimentis animalium, id eſt, de animalib. quæ
nutriunt, ita exponit ibi Egidius & Io. And. & Gen. extat eo.
tit. c. 1. ſuper verbo animalib. in cle. De alijs autem omnib. de-
cimas ſoluent: nec mirum quia tales non ſunt religioſi, vt not.
Hoſt. in c. alle. cum dicat. & Archid. 18. q. 2. quidem. & 27. q. 1.
de viduis. & G. de Mon. e lau. extra de præben. c. 2. ſuper ver-
bo noſcantur. & Gen. ibi in gl. 2. & Io. And. extra de reli. do. c.
quia contingit. ſuper verbo ſecularibus. in cle. licet Inno. in c.
alleg. cum dicat teneat cōtrarium. ſ. collegium ipſorum lepro
ſorū eſſe religioſum & male. Aut quæris de alijs verè religio-
2 ſis, & tunc. † Aut quæris vtrum ſint priuilegiati & immunes
de decimis perſonalibus, & dic quod ſic, argu. ſ. eo. nouum. cū
ibi notatis, & ita no. Inno. j. de ſta. mona. c. 1. in magna gl. circa
medium ver. ad perſonales autem & c. & Hoſti. & Io. And. ibi.
poſt eum. Aut prædialibus & tunc, aut quęris vtrum ſint pri-
uilegiati & immunes de decimis noualium ſuorum, quæ pro-
prijs manibus vel ſumptibus excolunt, & hortorū, & anima-
lium quæ nutriunt, & dic quod ſic quicunq; fuerint religioſi,
monachi albi, nigri, griſi, vel alij, vt hic in verſic. cæteris vero.
quod intellige vt leg. & no. extra eo. c. religioſi. in cle. vbi Ioā.
An. ſuper verbo tenenda. dicit quod ſicut priuilegium de deci
mis laborum non ſoluendis conceſſum a iure religioſis nō ex
tenditur ad terras quas colendas tradunt alijs, vt ibi in verſ. ſed
qui de terris. ita priuilegium de nutrimentis aīalium non ex-
tenditur ad animalia quæ tradunt alijs nutrienda. Aut vtrum
ſint priuilegiati in alijs, & tunc aut quæris de monachis ordi
nis Ciſtercien. de hoſpitalarijs: vel templarijs: aut de alijs reli-
3 gioſis. † Si de primis, tunc aut quęris de poſſeſſionib. ante ge-
nerale concilium. j. eo. nuper. acquiſitis, & de illis non tenen-
tur dare aliquid noïe decimæ, & ita hodie ſeruandum eſt, arg.
illius. c. nuper. a contrario ſenſu, ſm Hoſtien. hic quod verum
ſaltem de illis quas proprijs manibus vel ſumptibus excolunt
vt hic. Aut de poſſeſſionibus poſt concilium generale acquiſi
tis, vel in poſterū acquirendis, & de illis integras decimas ſol-
uere tenentur, vt in d. c. nuper. Et no. quod illud concilium ge
nerale factum fuit anno domini 1215. 18. anno. pontificatus
Inn 3. & fuit Romæ in Baſilica Lateranenſi: ita patet in Spe.
hiſtoriali lib. 3 s. in c. 64. poſt illud ergo tempus acquiſitas. hoc
c. comprehendit. ſecundum Io. And. qui hoc no. in d. c. nuper.
vbi etiam quærit an priuilegia conceſſa Ciſterſien. ordini ſan-
ctæ Claræ vel alijs ſuper decimis non ſoluendis, extendantur
ad decimas quæ per antiquum feudum. ſ. Latera. concilium a
laicis habebantur & poſſedebantur, ſaltem de hoc mentione
non facta, & tenet quod non, per quatuor rationes quas ſumit
ex. c. 2. primo reſponſo & §. 1. & §. vbi autem. & § illas. & §. fi.
j. eod. lib 6. Aut eſt dubium vtrum fuerunt acquiſitæ ante vel
poſt, & tunc credo debere præſumi poſt, q; fuerunt acquiſitæ,
arg. eorum quæ no Hoſti. de laico. j. eo. quamuis in fi. & ibi di
4 cam. † Si de alijs religioſis tunc dic quod tenentur ſoluere de-
cimas etiam de laboribus proprijs, quia in noualibus & nutri-
mentis animalium & hortis tm̄ ſunt priuilegiati, vt eſt dictū:
pro hoc. ſ. eo. commiſſum. vbi de hoc per Hoſti. ſuper verbo
domus conſtructæ. Hæc vera niſi his & alijs amplius per ſpe-
ciale priuilegium concedatur. ar. ſ. de offi. leg. excōicatis. in fi.
de quo per Ioan. An. in d. c. religioſi. ſuper verbo excolendas.
quicquid ſit de iurib. tēporib. antiquis de quib. notant hic Ber.
& plenius Hoſt. cum quib concordat Aſten. lib. 6. eo. tit. ar. 6.
q. 4. Et vide quod no. Hoſt. j. de exceſ. prælatorum nimis pra-
ua. ad fi. ſuper verbo redditus: dicens, quod ibi ſpeciale eſt pri-
uilegium prædicatorum, & minorum, in non ſoluendis deci-
mis realibus, quo ad domos & habitacula eorundem, vt ibi pa
tet, in alijs. n. religioſis ſecus eſt, vt patet. ſ. e. cōmiſſum. quam
uis Inn. in d. c. nimis praua. aliter notet, ſed forte non aduertit
ſecundum Hoſt. ibi. & Ioan. And. poſt eum.

1 *Decima vt præſcribatur quæ poſſeſsio requiratur.*
2 *Decimæ ſuper ſolutione pacto facto ante tempus, contrauenire nō poteſt.*

AD hæc.

Si quæris quæ poſſeſsio ſit ſufficiēs &
neceſſaria ad præſcriptionē inducēdā,
1 † diſt. vt dixi. ſ. de præſcri. cauſam quæ. Pone, q; quę
dā eccleſia particulariter colligebat decimas, q; cu
eſſet ſibi graue, & parochiani tale pactū inter ſe inierunt, q; pa
rochiani emerent vnā vineā de qua tm̄ vini reciperet capella
nus, vſq; ad decē annos, quantū recipiebat ab eis pro decimis,
poſt quinq; annos vinea perijt caſu. Quæritur an eccleſia
illa poſſit recipere decimas ſuas nō obſtante pacto, vr̄ q; non,
quia pactum ſiue compoſitio ſuper decimis pōt interuenire.
2 ſ. e. ex multiplici. & c. ſuggeſtum. † In hac quæſtione dicebat
Bar. Brix. in qōne dominicali quæ incipit, cū quædam eccleſia.
quòd ante tp̄s præfinitum inter partes, nec capellanus nec ſuc
ceſſor eius, pōt contra venire, cum eccleſia ꝑ pe cōtractus læſa
non fuerit, veruntamen tale pactū perpetuò factū nō valeret,
vt hic & ſ. de loca. veſtra. ſm eum. idem no. Arch. 16. q. 7. c. 5.

1 *Decimam prædialem Iudæi ſoluunt.*
2 *Decimam perſonalem Iudæi non ſoluunt.*

DE terris.

Si quæris vtrū Iudæi decimas ſolue
re teneantur, diſtin. † Aut quæris de
1 decimis prædialibus debitis ratione prædiorū quæ
tenent, & dic quòd ad illas tenētur ſicut alius poſ-
ſeſſor vt hic. Onus. n. reale eſt, cum quo res tranſit. ſ. de pig. ex
literis. Aut quæris de perſonalibus, & tunc ſunt opi. cōtrariæ,
nam Alanus Bern. Inno. & Hoſti. hic dicunt, quòd non tenen-
tur, quia non ſunt de corpore eccleſiæ; ſed Tanc. Hug. & Ioā.
16. q. 1. c. 10. dicunt contrariū: Ber. vero. j. eo. tua nobis. gl. hoc
idem. in fi. & Archi. in c. alle. decimæ. in glo. adde ſed non om-
2 nes dicunt, quòd præſtant quaſdā perſonales, ſed nō oēs. † Ego
credo ſic dicendū q̄a, aut quæris vtrū teneantur ad decimas,

perſonales per modum decimarum, & credo ꝙ non, ita intel-
ligo primam opin. Aut vtrum teneantur ad eas per modũ in-
tereſſe, & credo ꝙ ſic, ita intelligo ſecundã opin. & ea quę no.
Hoſti. ĩ. de vſur. quãto. §. fi. vbi dicit, ꝙ ſi Iudæus acquirat do-
mum parochiani mei æſtimari debet quantũ a parochiano, &
familia ibi morante cõſueueram percipere, & in tñ iudæus ad
quem domus peruenit mihi tacitè obligatur, vt ibi &. ĩ. de ex-
ceſ. præla. nimis praua. &. s̃. eo. cõmiſſum. & ſic plerunq; extra
id quod agitur, tacita obligatio naſcitur. ff. cõmo. l. ſi is qui. ad
fin. & hunc intellectũ innuit vera ſignificatio illius verbi con-
ſueuerunt, &c. ibi in tex. & in his cõcor. Aſten. eo. ti. art. 6. q. 4.

1 *Decima papali priuilegio licitè retinetur.*
2 *Decima ad tempus poteſt ab epiſcopo donari.*
3 *Decima perpetuo ab epiſcopo non remittitur.*
4 *Decima per ſecularem remitti non poteſt.*
5 *Decimam ſibi conceſſam perdit laicus, certis de cauſis.*
6 *Oblationis ſpecies tres.*
7 *Oblationes quæ voluntariæ.*
8 *Oblationes neceſſariæ quatuor caſibus.*
9 *Oblationes interiores, bonorum operum.*

Vamuis. ¶ Si quęris vtrum laicus poſsit de-
cimas ſibi conceſſas licitè retinere,
diſtin. Aut ſunt cõceſſæ à perſona eccleſiaſtica: aut
à perſona ſeculari. Si a perſona eccleſiaſtica tunc.
1 † Aut ſunt conceſſę ſibi a Papa ſeu ex priuilegio Papæ, & tunc
poteſt eas licitè retinere, vel perpetuo, vel ad tẽpus, iuxta mo-
dum cõceſsionis, vt. s̃. eo. ex parte tua &. ĩ. eo. a nobis. vbi hoc
2 not. Hoſt. & de hoc di al. s̃. eo. peruenit. † Aut etiam ab ep̃o, vel
alio prælato citra Papam. & tunc, aut fructus decimarũ ex cau-
ſa conceduntur ſibi ad tp̃s, puta ad tp̃s vitæ ſuę, & tunc poteſt
eas licitè retinere, vt. ĩ. de iure patro. ex literis. ne præla. vices
ſuas, c. fi. s̃. de loc. & condu. c. veſtra. ꝙ dic vt ibi, & hic no. per
Ber. & Hoſti. Aut ipſum ius percipiendi decimas, ꝙ eſt merè
ſpirituale, conceditur ſibi imperpetuũ, & tunc, aut quæris de
decimis, quæ ſibi vel illi a quo cauſam habet ſunt conceſſæ in
feudũ, ab illo qui poterat puta ep̃o ante tp̃s concilij Turon. ce-
lebrati per vrbanũ Papam. 2. Anno dñi. M. xcj. prout no. Archi.
ĩ. eo. tit. c. ſtatuto. §. illas aũt. lib. 6. & in quo decreuit & prohi-
buit res eccleſiaſticas in feudũ cõcedi, vt in li. feu. ep̃m vel Ab-
ba. ca. 1. alias eſt. §. item ſi ep̃s vel Abbas ſubtiu. qui. mo. ſe. 2.
3 coli. x. eas poteſt licitè retinere. † Aut de decimis cõceſsis poſt
tp̃s illius concilij vrbani Papæ, & illas nõ poteſt licitè retinere,
ſm Hoſti. hic &. s̃. de his quæ fiunt a præla. c. cum apoſtolica.
ſm Arch. in c. alle. ſtatuto. §. illas aũt intelligit iſtã prohibitio-
nem alienationis ſeu tranſlationis decimarũ in laicis primę fa-
ctam fuiſſe, per Alex. Papam. 3. in concilio Lateran. Romæ cele
brato, ꝙ eſt de priui. cũ & plantare. &. ĩ. eo. ti. c. ꝓhibemus. &
ꝙ fuit celebratum. Anno dñi. 1179. cum iura loquẽtia de iſta
materia loquãtur de cõcilio Latera. ſic etiã no. Ber. s̃. de preſcr.
cãm quæ. non de Turon. ꝙ fuit celebratũ ab ipſo etiã Vrbano
hoc. Et patet ex titulo ipſius decre. cũ & plantare. ad hoc etiã
facit, quia illud decre. vrbani de decimis nullã facit mentionẽ
ſm eum. Aut nõ apparet de tp̃e conceſsionis ipſarũ decima-
rum, ipſe tñ laicus tenuit eas tanto tp̃e, ipſe & prædeceſſores
ſui, ꝙ de eius cõtrario iam nõ extat memoria, & tunc licet vi-
deatur pro ipſo interpretatio faciẽda, ar. ff. de aqua plu. arc. l. in
& Gen. extra eo. tit. c. eos ſuper verbo religione in cle. & ipſe
Gen. in extraua. Io. 22. quæ incipit ſancta Romana ſuper ver-
2 bo approbatis. †Aut ingreditur religionem a ſede apoſtolica,
approbatam, & tunc, aut eſt impubes, & talis durante impu-
berili ętate, profiteri non poteſt, vt ſ. e. is qui. 1. reſp. quod dic,
vt dixi plenius, s. e. c. 2. Aut eſt puberis tempore ingreſſus, vel
erat tunc impubes, ſed poſtea factus pubes & tunc, aut quæris
nunquid obligetur religioni, & ſit profeſſus quantum ad eccle
ſiam militantem tm̄, aut quantum ad militantem & trium-
phantem inſimul, aut quantum ad triumphantem tm̄. In pri-
mis duobus refert, aut quæris vtrum dicatur profeſſus per la
pſum anni, aut alias. Si per lapſum anni, tunc refert, † aut talis
3 nouitius infra annum probationis dicit & proteſtatur, ꝙ non
vult remanere in religione, & quod per lapſum illius anni non
intendit obligari, remanet tamen nihilominus per annum in
monaſterio in habitu, quem geſtabat, & tunc non præiudicat
ſibi, quia annalis præſcriptio eſt interrupta, argum. s. de offi. or
dina. c. paſtoralis. §. vlti. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. cum
veniſſent. & ſi remanere voluerit iterum habebit tempus ꝓ-
bationis, niſi ei renuntiauerit, ſm̄ Vin. qui ita not. s. de teſti. c.
nuper. & abbas. j. cap. proxi. & hoc videtur approbare Hoſti.
s. e. ad apoſtolicam. & G. in Spec. rubri. de ſta. mo. ad fi. ver. 64.
quæritur. hoc etiam credit eſſe verum Archi. 19. q. 3. c. quia in
gredientibus. glo. vlti. & hoc expreſſè tenet Io. And. s. eodem
cap. 2. & c. ex parte. ſuper glo. vlti. & j. eodem. is qui. ſup ver-
bo videtur li. 6. Sed Hoſt. Card. & G. contra. exponentes illud,
verbum vbi videtur. i. præſumitur præſumptione iuris, & de
iure, quæ non admittit probationem in contrarium, de ſpon-
4 ſa. l. is qui fidem. & male. †Aut hoc non dicit, nec proteſtatur,
& tunc ſunt opiniones. Nam Ber. s. eo. c. proxi. glo. fin. non di-
ſtinguendo inter habitum & habitum dicebat, quod ex quo
per annum ſine aliqua proteſtatione habitum portauit, in æta-
te diſcreta, præſumebatur præſumptione iuris & de iure ipſo,
lapſu anni profeſſionem feciſſe. Inno. verò dicebat in contra
rium, dicens opi. Ber. fore veram vbi habitus probationis, &
profeſſionis ſunt indiſtincti, quia ſi eſſent diſtincti, quantocū
que tempore quis portaret, habitum probationis, non cogere
tur illam regulam profiteri, & idem not. abbas. s. eo. conſului.
dicens ſe vidiſſe monachum, qui per 20. annos ſteterat in reli
gione, & poſtea impetrauit literas apoſtolicas ſuper ſuo egreſ-
ſu in quibus mandabatur ſtare ſuæ aſſertioni. ſ. quod in animo
non conſenſerat ſe ordini obligare. Tu verò diſtingue prout,
decre. is qui s. eodem. li. 6. videtur diſtinguere, inter illos, qui
portant indiſtinctum habitum, & indiſtinctiſsimum, & diſtin
ctum. Primo caſu. ſ. vbi eſt indiſtinctus habitus quo ad ipſos,
& inter ipſos religioſos profeſſos & nouitios, eſt tamen diſtin
ctio inter ipſos, & conuerſos, & alios cum eis vitam com-
munem ducentes, obligāt lapſus anni poſt ætatem, ſeu in æta-
te diſcretionis, & inducit tacitam profeſſionem, ſiue loqua-
mur de illis, qui infra ætatem diſcretionis, ſiue de illis, qui in
ipſa ætate diſcretionis, ſeu poſt ipſam religionē intrauerunt,
vt in d. c. is qui. §. quod ſi totum. & §. qui verò. & ita poteſt in-
telligi opi. Ber. in c. proxi. In ſecundo caſu, ſ. vbi eſt habitus in-
diſtinctiſsimus, hoc eſt quia profeſſi & nouitij Deo obligati,
mercenarij, ac etiam alij, cum eis communem vitam ducētes,
5 ſimili. ſ. penitus habitu induantur, † refert ſm̄ Io. And. & Gen.
in c. alle. eos. quicquid ibi dicat. G. de Monte lau. inter illos qui
infra ætatem diſcretionis religionem intrauerunt, quia tales,
non obligantur religioni, nec intelliguntur tacitè profiteri ꝑ
lapſum anni, vt ibi in ver. niſi tanta. & illos qui poſt ætatem,
ſeu in ætate diſcretionis. i. pubertatis religionem intrauerunt,
quia tales per lapſum anni obligantur religioni, vt in d. §. qui ve
rò, ver. etiam & ſi alij degentes cum eis & c. licet. G. de mon-
te. lau. in c. alleg. eos, dicat indiſtinctè, quod vbi habitus eſt in-
diſtinctiſsimus lapſus, anni non obligat indiſtinctè, contra quē
eſt expreſſe verſicu. allegat. etiam ſi alij in §. allega. qui verò. In
tertio verò caſu vbi habitus eſt diſtinctus, refert inter diſtin-
6 ctionem patentem, & latentem. †Nam in primo caſu. ſ. quan-
do habitus nouitiorum eſt diſtinctus patenter in colore, vel
ſciſſura, vel forma ab habitu profeſſorum, tunc non obligat la
pſus anni, vt in c. alleg. eos. in fi. & in hoc caſu poteſt intelligi,
prædictā opi. Innoc. fore verā. In ſecundo verò caſu. ſ. quando
eſt diſtinctus latenter, puta per benedictionem dato, ꝙ alias
veſtes in aliquo non differant, vel habitus profeſſorum datur
in capitulo, habitus verò nouitiorum in choro, vel econtra,
vel quia habitus nouitiorum datur ab vna perſona profeſſo-
rum ab alia, vel vnus datur certis diebus, alius alijs, vel cum cer
ta ſolennitate datur vnus & non alius, tunc obligat lapſus an-
ni, vt in c. alleg. eos. j. reſpon. quod verificatur per exceptionē,
ibi ſequentem. niſi & c. quia exceptio verificat regulam in cæ-
teris non exceptis, vt le. & no. ff. de ſun. inſtru. l. quæſitum. §. de
niq; Neratius. & in corpore authenticorum de non ali. aut per
mu. rebus eccle. §. vt autem colla. 2. & no. Gen. in extraua. Io.
7 22. execrabilis. §. nos autem. ſuper verbo cuicunque. † Ex præ
miſsis ergo no. breuiter triplicem habitum nouitiorum, diſtin
ctum, indiſtinctum, & indiſtinctiſsimum. Item primum. ſ. di
ſtinctum duplicem habentem. ſ. diſtinctionem latentem, & pa
tentem vt in d. c. eos qui in fi. In habitu nouitiorum latenter,
diſtincto vel indiſtinctiſsimo, dummodo talis indiſtinctiſsi-
mus receptus fuerit ab adulto, delatio per annum inducit taci
tam profeſsionem, & hoc indubitatum eſt. Delatio verò habi
tus nouitiorum patenter diſtincti vel indiſtinctiſsimi, vbi re-
ceptus fuerit ab impubere per lapſum anni non inducit taci-
tam profeſsionem, licet illa decre. eos. j. reſpon. generaliter lo-
quens videatur corrigere quod vltimo dixi de habitu indiſtin
ctiſsimo recepto ab impubere. Sed credo cum Io. And. G. &
Gen. ibi quod illa decre. hoc non corrigat, ſed ꝙ ſtet quod di-
cit illa decre. is qui. §. s. ver. niſi tanta. & c. quod probat litera il-
la nouitiorum habitum in dicta decre. eos. quia iurium corre
ctio quantum eſt poſsibile eſt vitanda. C. de inoffic. do. l. vna.
j. de elect. cum expediat. lib. 6. Et quod ſtatim dixi quod cenſe
tur profeſſus remanendo ibi per annum, intellige continuum
ſiue interpolatum, nam ſi aliquis ingreſſus religionem, infra
annum exiuit, ſi iterum eandem religionem ingrediatur, non
habebit de nouo annum integrum, ſed illud ſolummodo, qđ
reſtabat de primo anno, argum. j. de reg. iur. c. cum quis certus
eſt. li. 6. & hoc niſi conditio perſonæ vel religionis mutata eſ-
ſet, & hoc tenet Bar. Brix. in q. dominicali, quæ incipit, aliquis
intrauit monaſterium. & Io. An. in c. alle. cum quis. li. 6. & Gul.
in Spec. rubric. de ſta. mo. c. vnico ver. 38. quæritur. quod dic,
8 vt dicam. j. de ver. ſignifi. quid per nouale. in fi. † Sequitur quan
do dicatur profeſſus, aliàs quam per annum, & tunc dic, quod
dicitur profeſſus in caſibus quos ſcripſi poſt Hoſtien. s. eo. ſu
per eo. & in caſibus quos ponit. G. de monte lau. in d. ca. eos.
glo. 2. dicens quod ſunt certi caſus in quibus non licet alicui,
religionem dimittere. Primus eſt quando quis primo emiſit
votum alicuius religionis intrandæ deliberatè, & poſtea per
interuallum ſuſcepit habitum ab illo, tamen qui habet poteſta
tem aggregandi illi ordini vel domui, vt not. Inno. j. de fri. ca.
fraternitatis. ſuper verbo ſolēni. & ſic de manu cuiuſlibet mo
nachi, vel ſuper altari, quo caſu etiam ſine aliquo lapſu anni, ſu
ſceptio talis habitus profeſſorum vel communium vbi nō eſt
diſtinctio habituum, facit quem tacitè ſtatim perpetuum pro
feſſum. j. qui cle. vel vou. c. meminimus. & ibi de hoc per Inn.
Si verò vno contextu emiſit votum, & ſolenniter recepit ha-
bitum animo dimittendi ſeculum, & de hoc plene conſtat, tūc
etiam non poterit ipſum dimittere, vt s. e. conſului, & hic eſt
ſecundus caſus. Tertius eſt, qn̄ expreſſe profitetur tria ſubſtan
tialia etiam in habitu ſeculari, in religionibus non mendican-
tium. Quartus quando intra annum probationis ſuſcepit ha-
bitum profeſſorum ſcienter, & portauit ipſum per tres dies,
ſed hoc caſu non obligatur præciſè illi religioni, cuius habitū,
ſuſcepit, ſed religioni in genere, vt hæc duo probantur. j. eod.
conſtitutionem. li. 6. Item quintus in caſu decret. eos extra. e.
in cle. j. reſponſo. in iſtis. n. caſibus Papa fingit aliquem præciſè
conſenſiſſe matrimonio ſpirituali, & eſt præſumptio iuris, &
de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium,
9 j. de ſpon. is qui fidem. ſecundum. G. in d. c. eos. † Si quæris in
tertio caſu, quantum ad eccleſiam triumphantem, dic quod ſi
quis

quis cum propoſito ſeculum relinquendi, & religionem intrā
di,habitum ſuſceperit, tale propoſitum æquipollet voto ſolē
ni,vnde ingrediens obligatur irreuocabiliter hoc caſu, & hoc
voluit notare litera.j.de voto literaturam,quādo dixit ſi plus
non eſt in voto proceſſum,vt no. expreſſe Hoſt.ibi & hic, &
ſ.eo.conſulti.idem Arch.17.q.j.qui bona.ſuper verbo pdunt
& 12.q.j.ſancimus.ſuper verbo poteſt.Idem S.Thom. & hoc
idem videtur notare Inno.in d.c.literaturam.in fi.&Hoſt.poſt
eum,dicentes q vbi deliberatione præcedente quis in mente
propoſuit continere,vel peregrinari,vel aliud de genere bono
rum facere,illud explere tenetur, & ſi voto non expreſsit.17.
q.j.qui bona.ſed eccleſia non coget eum,niſi confiteatur, ſm
eos ibi,& hoc etiam innuit ibi Ber. Vnde ſi aliquis vult ire ad
tale monaſterium, & ſic promittit,& firmiter proponit,vadit
illuc,ſed non recipitur, credit Hu.quod tenetur adire aliud,ni
hil enim intereſt,an ibi ſit,vel alibi,ex quo regulæ monachali,
ſubeſſe voluit,in ipſo enim erat, vt ſumeret vitam monacha-
lem,ergo ad hoc ſe potuit obligare,ſed non erat in eo,vt ibi ſu
meretur.Sed pone recipitur ibi eſſe in probatione,diſplicet ſi
bi vita monachalis,poterit ne abſtinere a tali vita,dicit Hu. q
ſic,ſi ignorabat aſperitatem vitæ illius,argum.ſ.eod.ſuper eo.
Quid autem ſi non ignorabat, & ſponte elegit illam vitam,
& dum eſt in probatione diſplicet ſibi illa vita,iterū dicit Hu.
quod non poteſt ſine peccato recedere,quin ſit ibi,vel in alio
monaſterio, ſed monachi eum cogere non poſſunt,ſm Hu-
gu.qui hoc totum no.27.q.1.propoſito.Dicit etiam Tho. q
obligatio voti ex voluntate procedit,nam vouere voluntatis,
eſt,vt dicit Aug.ad hoc.j.de voto licet.& c.magnæ.In tantum
ergo fertur obligatio voti, in quātum ſe extendit voluntas,&
intentio vouentis,ſi ergo vouens intendit ſe obligare ad in-
greſſum religionis cauſa experiendi vel non remanendi,pla-
num eſt & manifeſtum quod remanere non tenetur.Si autem
in vouendo ſimpliciter de ingreſſu religionis cogitauit, abſq;
hoc quod cogitat de libertate exitus,vel de perpetuitate rema
nendi,videtur obligari ad ingreſſum ſm formam iuris com-
munis, quæ eſt vt ingredientibus detur annus probationis.ſ.
eodem,ad apoſtolicam.vnde nō tenetur perpetuo in religio-
ne manere.Si autem poſt votum tale penitēs de voto intraret,
tali intentione vt ſtatim exiret, non videtur ſatisfacere voto
ſuo,quia ipſe in vouendo hoc non intendebat,& ideo tenetur
mutare propoſitum,vt ſaltem velit experiri, an ſibi expediat
in religione remanere,non autem tenetur ad perpetuo rema-
nendum,ſm Thom.& Archidia.qui hæc omnia a ver.vnde ſi
aliquis vult ire.vſque huc no.in d.c.ſancimus.ſuper verbo po-
10 teſt.†Idem no.frater Io.in ſum.conſ.tit.de tranſitu.cle.q.9. &
cum prædictis ſatis concord.Ber.j.de voto & voti redem.ca.
quod Dei timorem.in fi.vbi dicit q per ſolam promiſsionem
obligatur quis ad obſeruantiam regularem, hoc etiam innuit
illa dec.& Inn.ibi ſuper verbo promiſsionem.&c.
11 ¶Super eo.c.in gl.j.†Si quæris nunquid beneficium illius, qui
religionem ingreditur poſsit conferri infra annum probatio-
nis,no.hic Ber.& Inn.ſ.eo.poſtulaſti.& Ho.ſ.eo.conſulti. vbi
ponit glo.Ber.hic de verbo ad verbum, & in ſum.tit.de con-
uer.coniu.in fi.de quo dic hodie,vt leg.& no.j.eo.tit.c.benefi
12 cium.lib.6.†Item quærit hic Hoſt.nunquid percutiens reli-
gioſum infra annum probationis exiſtentem ſit excommuni
catus,reſpondit q ſic,idem Inno.j.de ſen.excom.c.2.quorum
opinio approbatur.j.de ſent.exc.c.religioſo.li.6.ſm G. & Io.
An.ibi licet Inno.& Hoſt.hic contra & male.Item quærit Ho
ſtien.nunquid recipiens habitum profeſſorum poſsit eligi, in
abbatem,qui tenet q ſic,quod eſt hodie reprobatum.j.de ele
ctio.c nullus.lib.6.vbi dicitur quod nullus religioſus ad Abba
tiam,ſeu prælaturam ſuæ,vel alterius religionis de cetero eliga
tur,niſi antea fuerit ordinem regularem expreſsè profeſſus.
13 †Quærit etiam Hoſt.nunquid nouicius poteſt in epiſcopum
eligi, & eſt expeditum hodie quod ſic, vt in dicto capitulo
nullus in fine.

1 *Religioſi fugitiui quæſita monaſterio ſuo cedunt.*
2 *Religioſi fugitiui ſecundum monaſterium ingredientes,quæſita cui monaſterio cedant.*
3 *Religioſi de monaſterio eiecti quæſita,an monaſterio cedant.*
4 *Religioſus quicquid acquirit, monaſterio acquirit.*
5 *Religioſus fugitiuus ter reconciliatur.*
6 *Religioſo fugitiuo non debet monaſterium de alimentis prouidere.*
7 *Religioſo eiecto an monaſterium de alimentis prouideat.*
8 *Religioſi delinquentis diſciplina in ſeptem gradibus conſiſtit.*

E religioſi. Si quæris nunquid, ſi religioſus alicuius monaſterij aliquid acquirat,
acquirat monaſterio ſuo, vel cui,diſt.quia aut eſt mo
nachus fugitiuus,qui per ſe exiuit monaſterium, nō
autem eiectus vel expulſus,aut eſt eiectus vel expulſus, aut
nec eſt fugitiuus nec expulſus,ſed in ſuo monaſterio ſtans, &
manens.In primo caſu refert,aut talis fugitiuus non intrat ſe
1 cundum monaſterium,aut intrat ſm monaſterium. †Si nō in
trat,tunc dic,q acquirat monaſterio a quo exiuit quandiu eſt
in fuga,quantocunq; tempore fuerit in fuga, dummodo con
ſtet de monachatu,ſicut & ſeruus qui eſt in fuga acquirit do-
mino. ff.de acqui.poſ.l.j.§.per ſeruum qui in fuga.& ſ.de offi.
ord.quanto.nec eſt vis in tempore quo fuit in fuga,ſed vtrum
de hoc conſtet vel non,veruntamen de plano debet hoc ex-
pediri,& ſine libello,quia non decet ſeruos Dei talibus ſtrepi
tibus intereſſe.j.de accuſ.olim ex quo tamen conuictus fue-
rit,certum eſt quod monaſterium quod exiuit omnia vendi
cabit.C.de epiſc.& cle.l.vlti.§.huius autem perpetuæ. & 18.
q.2.abbates.ſm Hoſt.& Ioan.And.hic,& Hoſt.in ſum.tit. de
apoſta §.qualiter.in fi.ver.ſed cui acquirit.idem Gofr.in ſum.
tit.de apoſta.§.quid de monacho.& frater Io.in ſum. confeſſ.
titu.de apoſta.q.13.quid de his.& Io.An.hic. Et hæc vera de
his quę fugitiuus acquirit poſt ingreſſum ſecundi monaſterij,
ſed de his quæ acquirit ante.ſ.tempore apoſtaſiæ,ſeu vagatio-
nis,dicit Gof.in ſum.de apoſt.§.ſed quid ſi monachus.Quod
ſi ingrediatur ſm monaſteriū de licentia abbatis ſui,vel alias iu
ris authoritate,quæſita vagationis tempore cederent, ſecun-
do monaſterio,per iura.ſ.proxi.alle.Idem ſi ſine licentia abba
tis,& abſque iuris authoritate ingrediatur,ſi monaſteriū pri
mum ipſum negligat repetere vagabundum, quia videtur eū
habere pro derelicto. ideo ſibi non acquirit ad inſtar ſerui p
derelicto habiti, vt in iuribus alleg.ſ.in verſicul. quod verum
quandiu & ff. de ſtipu.ſeruorum.l.quod ſeruus. alias ſi primū
monaſterium ipſum repetere non neglexit,ſed repetijt,& ſi-
bi acquirit per §.alleg.ſi monachus.de ſanct.epi.ſm Goff.idē
frater Io.in ſum.conſ.titu.de apoſta.q.14.quid ſi talis & q. ſe
quenti.& Hoſt.in ſum.de apoſta §.qualiter in fi.licet Tancre.
& Bar.Brix.in q.dominicali.quæ incipit abbas, quidam cum
capitulo teneant contrarium,in illo qui de licentia abbatis, &
conuentus tranſiuit ad ſm monaſterium,& qui medio tempo
re vagando aliqua acquiſiuit,ſ.quod primo monaſterio acqui
rantur,cuius ſemper remanet monachus,antę ingreſſum, cū
plene non tranſlatus per c.alleg.ſi quis iam tranſlatus.& ff. de
mili.teſtamento.l.ex eo,idem Spec.de ſtatu mo.ver.41.& idē
innuit Io.An.hic idem Io.& Archid.in c.illo abbates.& Inn.
& Hoſt.j.de priuil.cum olim.2.glo.& male in prin. & Archi.
12.q.2.longinquitate.& j.de ſent.excom.c.ſi iudex laicus. ſu-
per verbo exiſtat.lib.6. Sed ſi iſte fugitiuus promouetur ad
aliquam eccleſiam,tenuit Iaco.Bononien.canonicus in ſua di
ſputatione,q acquiſita intuitu eccleſiæ erunt ipſius eccleſiæ,
ſ.de teſta. cum in officijs acquiſita intuitu perſonæ compe-
tunt monaſterio, in dubio diſtinguebat, an a propinquis, an
ab extraneis obuenerunt,vt in decre.requiſiſti.ſ.de teſtamen.
ſm Io.And.hic,quod verum quandiu monachus fugitiuus,
perſeuerat in fuga,ſi verò Abbas non vult recipere ipſum re
deuntem,quod tenetur ſalua diſciplina regulari vt hic,tunc di
cunt communiter doct.q ſi talis deceſſerit,& aliquod lucrū,
reliquerit,denegatur monaſterio repetitio, ex quo malitioſè
denegauit alimenta,argum.j.de infan.expo.c.vnico, vbi hoc.
tenet Ber.in glo.penul.C.de lati.li.tol.l.vnica.§.ſed ſcimus. ff.
pro derelicto.l.vlt.87.diſt.c.ſi expoſitus,quod admitti poteſt
ſi in hoc totus conuentus delinquit,alias delictū perſonę non
debet in damnum eccleſiæ redundare.16.q.j.6.ſi epiſcopum.
ſ.de excep.cum venerabilis.hoc not.Hoſtien in ſumma.de in
fan.expo.§ fi.in fi.& frater Io.in ſumm.conſ.titu.de apoſta.q.
12.quid ſi Abbas.Et in hoc concordare videntur Tancredus
5 & Bar.Brixi.vt patet ex ſequentibus.†Si verò intrauit ſm mo
naſterium,tunc refert ſm Hoſt.hic & Io.An.poſt eum, aut
receſsit illicentiatus,aut licentiatus.Si illicentiatus tunc, aut
intrauit latiorem religionem, & tunc adhuc acquirit primo
monaſterio.ſ.eod.Ioan.præſertim quando non eſt negligens,
in eum repetendo,alias forte ſecus,vt ſequitur in ver.idem ſi
ſine licentia.Aut intrauit arctiorem religionem petita licētia,
licet non obtenta iuxta.c.licet.ſ.e.& tunc acquirit ſecūdo mo
naſterio, per iura in ſequenti membro.alleg.Si receſsit licen-
tiatus,tunc ſimiliter acquirit monaſterio ſecundo,quia nihil
habet commune cum primo,argum.ſ.de renun.ex tranſmiſ-
ſa ſ.de paro.c.ſi.21.q6.2.ſi quis iam tranſlatus.ſic intellige in
auth

auth.de ſanct.epi.§. ſi monachos colla.9.de mona.§.ſi verò,
relinquens. colla.j.16.q.6.de lapſis 18.q.j c.vnic.C.de lati.li-
ber.tollen.l.vnica.§.ſed ſancimus.ff.de ſtipu.ſeruorum.l.quod
ſeruus.& adde quud no.ſ.eodem.licet ſm Hoſtien.In ſecun-
do caſu ſ.quando eſt eiectus vel expulſus de monaſterio ſorte
tanquam incorrigibilis,tunc dicit Inn.j.de priuileg.c.cũ olim
2.in gl.& in ſe,quod tunc nulli acquirit nec valet contractus,
cum eo initus,cum ſit a monaſterio abſolutus.Alij dicunt, vt
dicit Hoſtien.ibi quod acquirit epiſcopo à cuius iuriſdictio-
ne non eſt abſolutus,niſi eps contra ipſum proceſſiſſet, & ip-
ſum expoſuiſſet curiæ ſeculari,ſm quod no.ſ.de iudi.cũ non
ab homine.Sed Bert.Brix.in q.dominicali,quæ incipit, eſto,
quod monachũ ægrotantem &c.dicit quod ſi ſolus Abbas ſi-
ne conſenſu capituli hoc fecerit,non fit monaſterio præiudi-
cium propter hoc,& bona habebit primum monaſteriũ,quia
delictũ perſonæ, &c.16.q.6.ſi epm,quod abſit.ſ.de excep.cũ
venerabilis.Si verò cum conſenſu capituli hoc fecit ſecus, &
eadem eſt qõ ſi abbas monachum in delicto repertum recipe
re noluit,& eodem modo formanda & ſoluenda ſm Bertrã.
& Tan.vbi de hoc etiam no.ſ.e.ſicut nobis.& j.de infantibus
expo.c.vnico.glo.penulti.quæ incipit, idem iuris, &c.vbi idẽ
innuit Ber.vbi loquitur de monaſterio quod comprehendit,
Abbatem & conuentum.ſ.de his quæ ſi.a præla.ea noſcitur.
Et ſententiam Tancr.Inn.& Bart.Brixi.approbat Lauren. in
d.c.Abbates & Arch.ibi in glo.fi.in eam declinare videtur.&
Aſten.lib.6.titu.de regularibus.artic.9.q.quid ſi Abbas.& qõ.
4 ſequen.† In tertio caſu.ſ.quando in ſuo monaſterio ſtat,& ma-
net,dic quod quicquid acquirit ſuo monaſterio acquirit.vt in
c.alleg.quanto,etiam ſi aliquid ſibi vel monaſterio ſuo,vel im
perſonaliter ſtipuletur,vel etiam quocunq; alio modo con-
trahat.argum.ff.de ſtipula.ſer.l.ſeruum,etiam ſi vacante mo-
naſterio acquireret,argum.ff.de acquirẽ.rerum dom.l.etiam,
quod dic vt plene not.Innoc.in dicto capitu.cum olim. 2. in
glo.& malè.

¶ Super eo.c.in §.quod ſi hic regularis ordo.&c.Si quæris v-
trum,& quoties,monachi fugitiui,vel eiecti de monaſterio,
reconciliari debeant,& quis teneatur eis de neceſſarijs proui-
5 dere,diſtin.† Aut quæris de primo.ſ. quoties reconciliari de-
beant,& dic quod ter, & non pluries,ſecundum regulam bea
ti Benedicti,Nam ſi monachus ter exiuit,& ter reconciliatus
fuit,nec corrigitur,amplius non recipitur;prima.n.vice reci-
pitur vltimus in choro,ſic ſecundo,vel tertio,iam verò ſciat,
ſibi poſtea omnem reuerſionis aditum denegari,vt in regula
dicitur, & nota.ſ.de maiori.& obed.cum in eccleſijs. Nam ex
quo etiam bis tñ exiuit, videtur hæc in conſuetis deduxiſſe,
argum.ſ.de elect.venerabilem.§.fin.vbi de hoc, & C.de epiſc.
audientia.l.13 ff.de ſeruo corrupt.l.Neratius.de re iudic.con-
tumacia.in authen.de defen.ci.§.fin.colum.3.vt not.Hoſtienſ.
hic ſuper verbo regularis ordo.pro hoc.16.q.j.quidam mona
chi.& 17.q.j.peruenire quod not.Hoſt.in ſumma.tit.de apo-
ſta.§.qualiter puniatur.verſicu.licet etiam.& frater Io.in ſum
ma conſ.titu.de apoſta.q.tt.vtrum Abbas tales etiam incar-
cerari poſſunt vt j.de apoſta.a nobis.& de pœnis tuæ.ſecun-
dum Hoſt.hic & Goff.& Hoſt.ibi in ſum.ſub tit.de apoſtata.
Aut quæris de ſecundo.ſ.quis teneatur eis de neceſſarijs pro-
6 uidere,& tunc refert.† Aut quæris de fugitiuis,& credo,quod
illis,quandiu ſunt in fuga non tenetur monaſterium prouide-
re,immo tales perpetua egeſtate laborare debent.ff.depoſi.l.
bona fides. pro hoc.ff.de neg.geſt.l.ſed an vltro.§.fin.l.iẽ cum
non laboret,nec officium faciat,culpa ſua interueniente, non
mandocet,vt no.glo.ff.de dam.infect.l.quamuis.& C.de teſti
bus.l.quoniam liberi.pro hoc quod leg.& not.ſ.de præben.cũ
ſecundum Apoſtolum. & de ſepul.c.1.1.contrario ſenſu,cum
beneficium detur propter officium.ſ.de cle.non reſi.cap.pe-
7 nul.j.de reſcrip.c.vltimo.li.6.† Aut quæris de eiectis ,vel ex-
pulſis a conſortio fratrum & tunc,aut remanent in eodẽ mo-
naſterio in locis competentibus,iuxta iſtum verſ.quod ſi hoc
&c.non cum alijs monachis,ſed forte ad ſeruiendum,vel alio
modo ſecundum Inn. Tu dic competentibus puta aliquibus,
ergaſtulis,ſeu cauernis fortibus.tamen ne inde exire valeant,
ſimile.j.de pœnis tuæ.ſm Hoſt.hic,& in hoc concor.Aſtenſ.
li.6.e.tit.artic.9.verſic.ad hoc no.& tunc debet ſibi ſuum mo
naſterium prouidere,ſicut cuicunq; alteri in extrema neceſſi
tate conſtituto.86.diſt.non ſatis.& c.paſce.& quia tales adhuc
remanent ſerui filij, & monachi ipſius monaſterij.ff.de libe.
agn.l.alimenta.j.de infantibus.expo.c.vnico,& in memoriã,
priſtinæ fraternitatis,argu.C.de qõnibus.l.ſeruos.cum conco.
§.alle.Aut transferunt ad alia monaſteria iuxta verſi.ſequẽtem
alioquin.&c.& tũc refert.Aut tales in prin.qñ. intrauit hẽbat
bona, aut non.Si habebat, & ſic ipſum primum monaſterium
ea habuit,de illis prouideatur ei.vt 16.q.6.c.de lapſis.ſm Ber.
& Hoſt.& Io.An.Aut nulla bona habuit,vel habita non ſuffi
ciunt & tũc,aut vtrunq; monaſterium tam primum,quam ſe-
cundum, per ſe ſufficit ad ipſa neceſſaria ſibi miniſtranda, &
tunc prouidebit ſibi primum monaſterium, quia monachus
ſuus eſt,vel fuit, & æquius eſt q hoc faciat,quam ſcm,quia for
ſan de incluſione ſola,quam patitur,ſatis grauatur,hoc ergo fa
ciat primũ ſaltem in memoria priſtinæ fraternitatis,arg.C.de
qõnib.l.ſeruos.ff.de re iudi.l.non tñ.ad idem op.arg. ff. ſolu.
matri.l.ſi cum dotẽ.§.ſin autem cautus.de pactis dota. l. inter
ſocerum.§.conuenit.de don.inter vir.& vxo.l.ſi quis pro vxo
re.in auth.de man.princ.§ illud coll.3.Aut alterũ tñ monaſte
rium ſufficit ad ſibi prouidendum,& illud prouideat,arg.s.de
inſti.c.j.& c.authoritate.86.diſt.non ſatis,& c.paſce. Aut neu
trum ſufficit, & tunc prouideat & contribuat capitulum ge-
nerale. argu.j.de ſtatu monach.in ſingulis.§.j.& c.ſi §. hæc ea-
dem,in ſubſidium aũt ad epm recurratur. 82.diſt.ca.generali-
ter. & c.Eps.12.q.j.pcipimus. Et hæc omnia poſſunt pſidẽtes
exequi authoritate Papæ ſibi commiſſa,vt ſ.in prin.c. hoc ſal
uo,q epm nequeunt coercere j.de ſtatu monac.in ſingulis.§.
ordinentur.& c.ſi.§.q ſi abbas ſ.de ma.& obe. cum interior,
8 ſm Hoſt.ſuper verbo vitæ neceſſaria.& Io.An.poſt eum.† Et
ad huius materiæ declarationem dicas , q ſm regulam beati
Benedicti,diſciplina monachi delinquentis conſiſtit in 7.gradi
bus.Primus eſt,ſecreta admonitio. Secundus eſt, publica cor
rectio.Tertius eſt,ſimplex,ſeu minor excõmunicatio.Quar
tus eſt,ieiunij afflictio.Quintus eſt, flagellorum ſi dignus ſit
vapulatio.Sextus eſt,ad Deum pro ipſo oratio.Septimus, de
monaſterio expulſio & eliciuntur iſti.7.gradus ex duobus ca
pitulis regulæ.ſ.ex.24.mſo.de excommunicatione culparum.
& ex 28.mſo.de his qui ſæpius correcti emendari noluerũt.
Si verò ſit expulſus,ad portam veniat pœnitens.iterum reci-
piendus & reconciliandus eſt, vſq; ad tertiam vicem tñ, nã
ſm eandem regulam ter recipitur & non vltra, vt in eadem re
gula.19.c.Vnde ſi ter reconciliatus non corrigitur,eſt de mo-
naſterio perpetuo eijciendus,vel ſi promitteret pœnitentiam
agere,in aliquo eſſet ergaſtulo recludendus.27.q.j. de viduis,
j.& c.impudicas.& c.peruenit ſm Ho.hic ſuper verbo diſci-
plina.idem Io.An.hic poſt eum,idem Archi.18.q.2.c.abbates.
in gl.ſic clerici vbi,vide plenè de iſta materia per eum.

¶ De conuerſione coniugatorum. Rubrica.

1 *Ordine in ſacro,duo conſideranda.*
2 *Coniunx coniuge ignorante,non promouendus.*
3 *Maritus vxore inuita non promouendus.*
4 *Maritus an in epiſcopum promouendus,vxore non contradicen-*
te.
5 *Coniunx an vxore non contradicente promouendus ad ſacros or-*
dines.
6 *Coniunx an vxore non contradicente,ad minores ordines promo*
uendus.
7 *Profeſſionis bona.*
8 *Ratio diuerſitatis inter religionis ingreſſum,& ordinum ſuſce-*
ptionem.
9 *Sacerdos Græcus ad latinos ſe transferens,an latinorum more vi*
uere debeat.

COniugatis. Si quæris, vtrum vxoratus
poſſit ad ordines promoue-
ri,& vtrum eo promoto vxor ipſius debeat con-
tinere, vel quid iuris,diſtin. Aut quæris vtrum
poſſit promoueri ad ſacros, aut ad ordines mino
res ad cuius euidentiam nota,qđ in ordinis ſaltem ſacri ſu-
ſceptione, ſunt duo.ſ.poteſtas,ſeu character ordinis,& execu
tio poteſtatis ſeu characteris , primum recipit vxoratus , &
quicunq; alter dummodo ſit maſculus & baptizatus,arg.s. de
temp.ordi.c vel non eſt compos & dicam plenius.j.de cler.p
2 ſaltum,promoto.c.vnico.di.2.in ſi.Si ad ſacros,tunc,† aut vxo
re ſua ignorante, & dic quòd non põt,nec ſit vxori præiudi-
cium vt hic & j c.proxi.& no.Io.& Archid.28.diſtincti.quia
ſunt culpæ.glo.vlti.Aut vxore ſciente,& tunc,aut ea inuita &
contradicente,& tunc idem, & multo fortius, & per eadem
3 iura.† Quod intellige verũ.ſ.quòd inuita vxore ordinari nõ
põt,etiam ſi ipſa vxor adulterium commiſerit. nam licet ma
ritus poſſit intrare religionem , & profiteri , cum vxore,

quæ etiam adulterata eſt, in vita, vt dicam. j. diſtin. proxi. ſe-
cus tamen eſt in ordinibus, quia non poteſt fieri ſubdiaconus
cũ vxor adulterata eſt in vita. Et eſt rõ quia uxor cuiuſlibet in
ſacris ordinibus conſtituti tenetur continere, non ſolum eo
voiente, ſed etiam poſt mortem eius. 28. diſt. quia ſunt. 32.
diſtin. ſeriatim. ſed ad hoc in vita cogi non poteſt, cum ſit res,
voti, & non præcepti. 32. q. integritas. vt hoc no. Inno. Hoſt. &
Ioan. An. j. e. veniens. in fi. & de hoc. j. e. dudum. ſuper verbo,
caſtitatem. idem tenet frater Io. in ſum. conſ. tit. de voto. qõ.
49. in fi. ſed Ber. j. e. conſtitutus. glo. j. videtur dicere contra. ſ.
quod maritus ad ſacros ordines promoueri põt in ſeculo re-
manens, quando mulier eſt publicè adulterata, quia amiſit,
ius quod habebat in viro j. de diuor ſignificaſti. & idem notat.
ibi Innoc. & Hoſt. ſed hoc intelligitur de ingrediente mona-
ſterium ſecundum fratrem Io. vbi s. Quod dictum eſt, quod
non fit vxori præiudicium, intellige ſecundum Rayn. in ſum-
ma. ſua. tit. de voto. §. 15. & ſecundum fratrem Ioã. in ſumma.
conſ. illo, titu. q. 58. nam poterit vxor exigere debitum, & ille
tenebitur reddere, ſed non poterit exigere. 38. diſti. diaconi.
27. q. 2. multorum. idem Rodoſ & Aſten. lib. 7. titu. de impe-
dimento ordinis arti. 2. etiam ſi ſit factus epiſcopus vel Papa,
vt no. Hugo. eo. cauſa & q. agathoſa. & repetet cum vxor corã
concilio vel cardinalibus, vel coram ipſo Papa, qui ius debet ſa
cere de ſeipſo. 2. q. 7. nos ſi incompetenter. Dicit etiam Aſtẽſ.
quod probabilius videtur, licet quidam vt Hug. contrariũ di-
xerint, quod etiam Græci, non debent ad ſacros ordines acce
dere ſine conſenſu vxorũ, quia ad minus tempore ſui miniſte
rij fraudarentur, redditione debiti, quod eſſe non debet. 31. di.
q̃m. & huius ſententiæ ſunt Laur. Io. Rayn. & Hoſti. ſecundũ
Aſten. ibi. Aut ea ſciente & non contradicente, vel ab initio cõ
tradicente ſed poſtea ratificante, quæ paria reputantur. s. quod
4 metus cauſa. c. 2. & j. de regula. is qui. li. 6. † Et tunc aut promo
uetur in epiſcopum, & tunc non ſufficit quod non contradi
cat, niſi cum hoc conuertatur, & profiteatur aliquam religio-
nem approbatam, vt j. cap. proxi. & eſt ſpeciale in vxore epi-
ſcopi, vt ibi not. Ber. & Hoſt. & Io. in c. alleg. quia ſunt culpæ.
glo. penul. & in c. ſe. ſi ſe cuiquam. & Hug. & Io. 28. q. 2. deſpõ
ſatam. & Archid. ibi in gl. pen. & Ray. in ſumma. titu. de votis.
§. 15. & frater Io. in ſum. conſ. tit. de votis. q. 58. & Inno. j. e.
ex parte tua. & Inn. s. c. proxi. Idem tenent Ioã. Lau. Tan. Vin
cen. & Goſ. licet alij dicant, q eadem diſtincti. habet locũ in
epiſcopo, quæ alijs inferioribus, & intelligunt. j. c. proxi. quã
do vxor epiſcopi eſt iuuenis & ſuſpecta. Prima tamen opin.
magis placet Hoſt. j. c. proxi. glo. fi. & in ſum. eo. tit. §. & vtrũ:
in prin. & Io. And. hic, non tam propter dignitatis excellentiã
quam propter pericula imminentia vitanda, ſi. n. vxor remane
ret in ſeculo forte nimis frequenter epiſcopum pluribus ſti-
pata mulieribus, & pro multis intercederet contra iuſtitiam,
inſtaretq; q parentes ſuos ditaret, & multa alia mala exinde
contingere poſſent, & iõ quia vituperari, põt ꝓcaueri. debet, s.
5 de obli. ad ratiocinia. c. vnico. & de ſeruis non ordi. c. 1. † Aut ꝓ
mouetur ad aliquem ſacrum ordinem alium ab epiſcopi, &
tunc dicit Ioan. in c. alleg. quia ſunt. glo. fi. quod ſi mulier ſci-
uit & tacuit ei fieret præiudicium, vt poſt mortem illius nõ
poſsit nubere, vt 32. diſtin. ſeriatim. vnde non requiritur, qd
mulier voueat, ſed ſufficit q ſcit virum. ordinari, per hoc. n.
intelligitur continentiam vouiſſe. Idem Lau. & Archi. ibi. ſ. in
c. quia ſunt in glo. fi. Idem Goſ. in ſum. eod. tit. §. j. & Archidia.
poſt eum in c. alleg. quia ſunt in glo. adde ſubaudi, & continẽ-
tiam, dicentes q votum vxoris, quod intelligo ſimpliciter e-
mitti in promiſsione continentiæ, ſolennizatur in ordinatio-
ne mariti, vir. n. & vxor ſibi cõicant actiones, vt 30. q. 4. ſi quis
& iſtam ſniam approbat Lau. vt no. Ber. hic in gl. ſed nunquid
in prin. & Inn. in gl. ſua vlti. & G. j. de temp. ordi. c. nullus. ſuꝑ
verbo coniugato. lib. 6. & Gen. in extraua. Io. 22. quæ incipit,
antiquæ cõcertationi. Sed Tan. dicit hoc eſſe verum, ſi mulier
ſit ſenex, alioquin ſi ſit iuuenis neceſſe eſt, qd religionem in-
tret, & ſic intelligit. 77. diſt. epiſcopus benedictionem, quam
diſtinctionem videtur approbare Hoſt. hic in gl. fi. & j. capit.
proxi. gl. fi. dicens q ſi mulier nõ põt remanere in ſeculo, qñ
eſt ſuſpecta & iuuenis. marito ad religionem migrante. vt s.
c. ꝓxi. multominus ſi ſe fecerit ordinari, quia magis ſuſpecta,
eſt mihi, cum ordinatus facilius poſsit ad ipſam accedere, &
ſi acceſſerit vix forte patietur repulſam, vt patet. s. de fi. preſb.
literas. & argumen. s. de cohabita. cleric. c. j. & ca. clericos.
Hoc etiam tenet expreſſè Hoſt. s. eod. c. 1. gl. fi. dicens iſtam
diſtin. veram eſſe tam in vxore illius qui monachatur, quam
illius qui ordinatur. Primam opi. credo veriorem per rõnẽ ꝑ
gl. fi. in fi. quæ placet Pet. de Sam. hic, qd aliud eſt in eo qui ꝓ-
mouetur ad ſacros ordines, remanendo, in ſeculo, vbi ſufficiat
quod communi conſenſu cõtinentiam promittant, vt hic, q
communi conſenſu ſine acceptione ordinum poſſunt conti-
nentiam profiteri remanendo in ſeculo. 33. q. 5. quod Deo pe-
ri. & aliud in his quæ conuertuntur, quia ibi habet locum qd
dicitur. s. c. proxi. & 1. e. ad apoſtolicam. & iſtam opin. tenẽt.
Tan. & Ray. in d. §. 15. & Tho. & frater Io. in d. q. j. & Io. in d.
c. quia ſunt culpæ gl. pen. vbi nõ credit qd vxor illius qui pro-
mouetur ad ſacrum ordinem, teneatur intrare religionem, ſed
ſufficit q voueat perpetuam cõtinentiam, licet Ioan. An. hic,
dicat qd ſatis ſibi videtur diſtinguendum, an mulier ſit iuue-
nis & ſuſpecta, an iuuenis ſed nõ ſuſpecta. Primo caſu cõpelli
tur intrare, ſecundo ſi eſt vxor ꝓfitentis, etiam cõpellitur ꝑ
rõnem de qua. j. e. ad apoſtolicam. & capit. ſignificauit. ſi eſt
vxor ordinati ſufficit qd voueat, ſaluo qd de vxore epiſcopi
dicitur, j. cap. ꝓxi. Nec obſtat prædicta rõ. Hoſtiẽ. qd ordina
tus manens in ſeculo, facilius poſſet ad eã accedere & c. quia ti
mor acceſſus viri ad vxorẽ iuuenem, & ſuſpectam, nõ eſt rõ,
illorum. c. s. ꝓxi. j. e. vxoratus. & c. ad apoſtolicam. ſed alia eſt
rõ vt ſtatim dicam in fine. † Si quæris vtrum poſsit promoueri
ad minores, tunc ſunt opin. nam Io. Ber. & Inn. hic dicunt q
nõ debet ꝓmoueri ad minores, ſicut nec ad ſacros, cum non
poſsit habere titulum, nec debeat aliquis ſine titulo ordinari.
70. diſt. c. j. & 2. Alij dicunt indiſtinctè, quod ordinari poteſt:
Hoſt. dicit, quod põt dici, q hic habet locum argu. a cõtrario
ſenſu, & qd ex cauſa poſsit cõiugatus ad minores ordines ꝓ
moueri, nam & ex diſpenſatione põt ſimplex beneficium ob
tinere. vt leg. & no. s. de cle. coniug. diuerſis fallacijs, & etiam
bigamus ex diſpenſatione epiſcopi ad minores ordines ꝓmo
uetur, vt s. de biga. c. 2. cum ibi no. Nec obſtat qd de titulo eſt
obiectum, cum illud ſit intelligendum tantum de his, qui ad
ſacros ordines ꝓmouentur, vt leg. & no. s. de præbend. c. epi-
ſcopus & c. cum ſecundũ apoſtolum. & etiam poſſet ad pro-
prium patrimonium aſsignatum ꝓ tit. ordinari. s. de præben.
tuis. ſm Hoſtien. Prima opi. videtur approbata. j. de temp. or
di. c. nullus. lib. 6. vbi pœna imponitur cõtrarium facienti, ſed
Guil. ibi dicit q illud qd ibi dicitur tm̃, ad ius commune,
reſtringitur, & niſi vtilitate vel neceſsitate cogente eps diſpẽ-
ſaret cum tali, & ſic ſaluatur opin. Hoſt. hic ſm eum & bene
vt credo. Et iſtam diſtin. intellige ſiue vxor ordinati ſit per eũ
cognita ſiue nõ, nam ordo etiam ſacer nõ diſſoluit præcedẽs
matrimonium de præſenti, etiam carnali copula nõ cõſum-
matum, vt uidetur notare Hug. 27. q. 2. deſpõſatam. & expreſ
ſæ Gar. ibi in gl. plenius. & expreſsius no. ipſe Bart. & etiam
Io. An. j. de voto. c. vnico ſuper verbo ſacri ordinis. libr. 6. &
Bertrandus & Aſten. lib. 8. ti. de fide ſacramenti articu. 2. qõne
vtrum matrimonium initiatum. & Io. An. hic. Vnde licet ma
trimonium diſſoluatur re integra per ingreſſum religionis, nõ
tamen per ſuſceptionem ſacri ordinis, vt in extraua. Io. 22. an-
tiquæ cõcertationi. expreſſè probatur, & quæ ſit rõ ibi patet ꝑ
Gen. in gl. ſed quæ poſſet eſſe rõ. Reſpõdeò ad aliqua argumẽ
ta facta per Hoſt. in ſum. e. tit. §. & vtrum quæ pro parte cõ-
traria multum prima facie facere videtur, & primo cum dici
tur ſic ſolennizatur votum & citius & fortius per ordinis ꝓ-
feſsionem, & tamen per illam diſſoluitur matrimonium, er-
go & per iſtam. Ad hoc enim põt dici, q nõ eſt par eademq;
7 ratio inter talis ſuſceptionem ordinis, & profeſsionem. † nam
maius bonum ſequitur ex profeſsione quam ex ſuſceptione
prædicta, nam ex profeſsione inducitur bonum obedientiæ,
quæ illæſa ſeruata eſt multum meritoria. vt infra de elect. cap.
quorundam. lib. 6. liberi. arbitrij & voluntatis priuatio, vt in
cap. alleg. quorundam. & eod. tit. c. ſi religioſus. de teſti. cap. fi.
& de ſepul. c. vlti. lib. 6. Item proprietatis temporalium abdi-
catio. 12. q. j. nolo & c. non dicatis. j. de ſtatu monach. cum ad
monaſterium. & multa alia quæ colliguntur & notantur. 16.
q. 1. de monachis. quæ tamen ex ſuſceptione ſacri ordinis,
minimè inducuntur, quare poteſt dici quòd alia ratio pactum
in illa reformet, iuxta l. interpoſitas. C. de tranſact. & diſsimi-
lis ratio iura diſsimilia debet inducere, & quod in vno dicitur,
de reliquo prohibitum videtur. 25. di. qualis. ff. de iudi. cũ præ
tor. s. de præſump. nonne. Poteſt ẽt dici ad id quod ſecundo ꝑ
Hoſt. pro parte alia fortiter videtur induci cura animarum,
quem a religione reuocat, & religio reuocat a matrimonio, er
go & cura ad quam quis cum ſacro ordine aſſumitur, debet,
quem a matrimonio non conſummato reuocare, per locum a
maiori, nam reuocatio a matrimonio per religiõem induci ex
cãſis quæ deficiũt in ſacri ordinis ſuſceptione, vt eſt dictũ. Itẽ
non

non ſequitur q̃ ſi cura animarum hoc poſsit operari, propter
publicam vtilitatem quæ præfertur priuatæ, quæ publica vtili-
tas non ſic inſurgit ex ſola ordinis ſuſceptione, q̃ etiam ordi-
nis ſuſceptio hoc operetur. Poteſt etiam dici q̃ dictus mo-
dus argumentandi per argu. a maiori, & minori, ceſſat in pœ-
nalibus identitatis ratioñe in ſe non habentibus, cum ſ& ceſ-
ſet in ambitioſis, licet de ſe non pœnalibus, argu. j̈. de præbend.
c. cui de non ſacerdotali. li. 6. & no. Hoſt. s̈. de reſcrip. poſtulaſti
glo. pen. circa fi. Ad alia quæ inducuntur in d. §. & vtrum. pro
parte contraria ſubtilis perſcrutator reſponſum de facili pote-
8 rit inuenire hoc Gen. † Nunc reſtat videre quæ eſt rõ, ſuppoſi
tis præmiſsis pro veris, quare vir poteſt recipere ordines, de
licentia coniugis religionem ingredientis, vel etiam in ſeculo
remanentis, & votum caſtitatis emittẽtis, nec tenetur religio-
nem ingredi, licet ſit iuuenis, & ſuſpecta, vt hic & 32. diſt. ſe-
riatim. & 77. diſt. Epiſcopus benedictionem, ſed vbi coniunx
in ſeculo remanens eſſet ſuſpecta de incontinentia, vir nõ poſ
ſet religionem ingredi, niſi & ipſa ſimiliter ingrederetur, ſeu
conuerteretur, vt no. hic. & s̈. c. proxi. & j̈. c. vxoratus. & ca. ex
parte, ratio diuerſitatis reddi conſueuit, quia vbi vir in ſeculo,
remanet ad ſacros ordines promotus de licentia vxoris votũ
continentiæ emittentis, ipſe vir eidem tenetur in neceſſarijs
prouidere. 31. diſtin. c. omnino. & ſic ſibi materia incontinen
tiæ prætextu defectus neceſſariorum incurrendæ auſertur, ar
gu. ff. de ritu nup. l. palam. §. non eſt, & eam inde alias in ſe pec
cante in vinculis detinere, & ad ieiunia non tam mortifera co
gere, 33. q. 2. placuit. & q. 5. hæc imago. & not. s̈. de iureiu. quẽ-
admodum. in glo. vltima. quæ omnia ceſſant facienda per virũ
ingreſſum religionem carentem proprio & libero arbitrio, vt
no. Gen. in c. alleg. antiquæ. in gloſſ. puta de licentia. Poteſt &
alia rõ aſsignari, nam in vtroque caſu votum continentiæ viri
in ordinatione ſeu profeſsione ſua eſt principale, vt votum cõ
tinentiæ coniugis ſequela & acceſſorium ad illud, & propter,
illud, modo obligatio acceſſoria puta fideiuſſoris non poteſt ſe
habere in plus quam obligatio principalis, vt ff. de fideiuſ. lege
Græcè. §. illud. & inſtit. de fideiuſ. §. fideiuſſores. & ſic obliga-
tio voti coniugis cum ſit acceſſoria ad illam viri, de neceſsita-
te iuris nõ extendetur in plus, quam ipſa obligatio voti viri,
quæ eſt principalis, maximè cum propter vnumquodq; tale,
& illud magis 35. q. 2. cum per bellicam. j̈. de immu. eccle. ca.
cum eccleſia, quod eſſet, ſi verò ordinato ad ſacros de licentia
vxoris votum continentiæ emittentis ipſa vxor teneretur ꝓ
fiteri ipſo uiro in ſeculo remanente, præſertim cum non de-
beant ad imparia iudicari, 22. q. j. ſi quis vxorem. & q. j. præce-
pit. c. apud nos. c. præceptum. & c. quicquid. Ex quibus patet,
q̃ ratio ſupradicta Hoſt. de timore commixtionis viri promo
ti ad ſacros, & coniugis iuuenis ſi in ſeculo remaneret, eſt im
pertinens, & q̃ etiam non procedit, & de continentia vxoris
9 ordinati adde quod dicam. j̈. eod. vxoratus. in fi. † Hæc decre.
facit ad quæſtionem dominicalem Bar. Brix. quæ incipit ſacer
dos quidam. de ſacerdote græco qui cum vxore ſua ſe tranſtu
lit ad latinos, ibiq; moram faciens, cum ſciret literas habens,
officium latinorum, volebat diuinum officium celebrare, &
vti vxore ſua, quæritur, an ſit permittendum cum ſit notus,
& de eius vita conſtet, & ſoluit ſm Tanc. q̃ ſic.

EX publico. Si queris vtrum Papa poſsit ſu
per matrimonio ſtatuere, ſeu
ordinare, dic, vt dicam infra, de ſponſa. duorum. ca-
pitulo vltimo.

1 *Coniunx ante copulam religioſus fieri poteſt.*
2 *Coniunx an matrimonio conſummato religionem ingredi poſſit.* 4. 6. 8. 10.
3 *Matrimonium efficitur quod coniuges ſint vna caro.*
5 *Malignandi occaſio vitanda.*
7 *Adulter non reuocat coniugem innocentem de monaſterio.*
9 *Iuuenis de incontinentia ſuſpectus.*
11 *Coniunx ſi religionem intrat, an in ea remanere poſſit.*
12 *Coniuge vno religionem profitente, an alter continere debeat.*
13 *Coniunx vterque, an religionem intrare poſſit.*
14 *Coniunx an heremita fieri poſſit.*

VXoratus. Si quæris vtrum & quando alter,
coniugum poſsit ad religionẽ trãſi
re, aut vtrum tranſiens poſsit in ea remanere, & eo,
tranſeunte vtrum alter debeat continere, vel quid iu
ris, diſtin. Aut quæris de primo. ſ. vtrũ poſsit ad religionẽ tran
1 ſire & tunc. † aut nunquid poſsit tranſire antequã ipſum ma-
trimonium fuerit per carnalem copulam conſummatum, &
dic q̃ ſic indiſtinctè, ſiue altero contradicente. vt s̈. c. proxi. &
c. verum. j̈. c. ex parte tua. & not. Ber. j̈. eo veniens. in glo. bene
dicit. Et eſt ratio quia tale matrimonium ſortitur naturam ex
conſtitutione eccleſiæ, ſm Lauren. Ala. Goff. & Ber. s̈. c. prox.
glo. fi. vel verius ſm Hoſtien. ibi non ipſum matrimoniũ ſed
ratificatio matrimonij, ſi tamen non tranſeat in inſtanti, ſed
dicat ſe velle tranſire, tunc epiſcopus poterit ei præfigere tẽ-
pus duorum menſium ad tranſeundum, iuxta formam illius
c. quod quidem tempus ex cauſa poteſt prorogari, & arctari,
ſm Ala. Rodo. Tancr. Phi. Ber. Inno. & Hoſti. ibi licet Ioã. in
hoc vlti. videatur tenere contra. 92. diſt. c. antepe. & 27. q. 2.
coniuges. dicit tamen Inn. q̃ epiſcopus audita defenſiõe puel-
læ aſſerentis q̃ velit religionem intrare, præfiget ei hoc tem-
pus, non ad deliberandum, an ad ſponſum redeat vel religio-
nem intret, ſed ad probandam religionem quam ſtatim, tene-
tur intrare, & non habebit amplius tempus probationis, imò
ſtatim elapſis duobus menſibus profiteri cogetur, licet credat
epiſcopum poſſe illud prorogare & etiam reſtringere. Sed qđ
dicit, q̃ illud tempus datur ad religionem tãtum probandum,
& non ad deliberandum; non placet Hoſt. dicenti, q̃ eſt expreſ
ſè contra illum teſt. nec etiam placet ſibi q̃ ſtatim tranſacto,
hoc termino ꝓfiteri cogatur, niſi ex magna cauſa, quia eſt ex
preſſè contra conſtitutionem. j̈. de regularibus. non ſolum. li.
6. Fatetur ergo q̃ illud tempus fuit arbitrarium, nam de iure
deberet dari annus. s̈. tit. proxi. ſtatuimus, quod & ſi princeps
abbreuiare potuit vt ibi, inferior tamen abſque cauſa hoc fa-
cere non debet. ff. de re iudi. l. 4. §. ſi quis condemnatus. & lege
2. ſed ex cauſa poteſt vt ibi & s̈. c. coniugatis. & c. ſanè. in quib.
oportet q̃ ſtatim fiat profeſsio, & facta ſtatim tenet, vt patet
in eo quod leg. & no. j̈. de voto per tuas. §. fi. & s̈. ti. proxi. ad
apoſtolicam. & c. conſuluit. ſm Hoſt. Et quod dictum eſt de tẽ
pore duorũ menſiũ, ſeu alio arbitrario, intellige fore verũ, de
illo qui ſine voluntate ſuæ coniugis tranſit ad religionem, vt
ibi, ſi autẽ de eius voluntate tranſit, tunc talis conſentiens te-
netur continere, quouſq; ſit elapſum tempus probationis, vt
no. glo. 27. q. 2. deſponſatam. imo & ſi ſine voluntate coniu-
gis tranſiuerit, credo q̃ poſt dictum tẽpus arbitrariũ alter re-
manens in ſeculo, continere tenetur vſque poſt profeſsionẽ,
tacitã vel expreſſã, per ea quæ no. Hoſt. in ſum. eod. ti. §. fi. ſub.
§. quid ſi maritus. & Aſten. poſt eũ. li. 8. ti. de bono ſacramenti.
articul. 2. in prin. dicentes q̃ ante profeſsionem non ſoluitur
vinculũ matrimoniale, & ingreſſus habet annũ a canone, &
ſic priuatus huius tẽporis cõmodum auferre non poteſt. 28.
diſtinct. de his. expectet ergo mulier non obſtante q̃ de lapſu
carnis timeat. ſupra, vt lit. non con. cap. qm frequenter. §. ſin-
autem. ſi. n. tenet̃ expectare maritũ cruce ſignatum, quantiſ-
cunq; annis. j̈. de ſponſa. in præſentia. de voto ex multa, mul
to fortius tenet̃ expectare per annũ ingredientem religionẽ,
cũ hoc votũ vincat primũ, vt pꝫ. infra de voto ſcripturæ. Et
ex prædictis pꝫ ſecundũ Pe. & Aſten. q̃ ſi remanens in ſecu-
lo ante profeſsionem alterius contrahat cum alio, non tenet
mr̃imoniũ, & altero ante profeſsionẽ redeunte tenet̃ ad eum
2 redire, niſi ipſa velit religionem intrare. † Aut quæris vtrum,
poſsit trãſire poſt mr̃imoniũ carnali copula conſummatum,
& tunc aut quæris vtrum teneat profeſsio ſeu votũ in præiu
diciũ profitentis, aut in præiudiciũ alterius coniugis. Si profi-
tentis, tunc, aut quæris vtrũ teneat quantũ ad hoc, vt non poſ
ſit nec debeat debitum exigere, & dic quod ſic, quia per hoc
renunciauit illi iuri quod habebat in ſuo coniuge, intrando
monaſteriũ quod fuit in eius pt̃ãte. vt s̈. eod. quidam intrauit.
Vbi hoc no. Vin. Ber. & Hoſt. & j̈. eod. accedens. in fi. vbi hoc
no. Io. Vin. Ber. & Hoſt. & Inno. s̈. c. quidam intrauit in prin.
& Io. 27. q. 2. agathoſa. glo. vlti. idem Archid. 27. diſtinct. c. ſi
vir. & j̈. de vo. cap. primo ſuper verbo dirimendũ. libr. 6. vbi
plenè de hoc. & per Hoſt. in ſum. eod. ti. §. qualiter poſsit. ver
ſic. ſi verò vxor. &c. Aut vtrum teneat quantũ ad hoc vt non
poſsit nec teneatur debitum reddere, & tunc dic, q̃ in caſu,
in quo poteſt per coniugem reuocari, poterit, & tenebit̃ red-
dere, alias non, vt legi. & no. in c. quidam intrauit. & per Hoſt.
in ver. alleg. ſi verò vxor. Si quæris vtrũ teneat in præiudiciũ
alterius coniugis. tunc refert, aut matrimonium eſt conſum
matũ carnali copula violenta, vt quia ſponſa violẽter oppreſ-
ſa ſeu cognita eſt a ſponſo, & tunc ſunt opi. nã Bar. Brixi. in q.
dominicali quæ incipit quidam per verba de præſenti, tenet,
q̃ nihilominus eo inuito religionem intrare poteſt, nõ obſtã
te tali violentia, cũ delinquens. non debeat eſſe melioris condi
tionis, quam non delinquens, ff. de reg. iur. l. non fraudatur. §.

nemo,quod vi aut clam.l.ſeruius.ĵ.de præben.c.eum qui. li.6.
Idem ſentit Ioan.de Fa.55.diſtin.ſi euangelica.vbi de hoc per
Archid.in glo.antepenul.Sed Io.de Deo , dicebat hoc verum,
in ſponſa de futuro,ſecus in ſponſa de præſenti,& in hoc ſatis
concordat.Hoſt.in ſumma.eo.tit.§.& vtrum.ver. quid ſi vir-
go dicens,quod ſi eſt ſponſa de præſenti, & poſt talem cogni
tionem violentam ingreſſa eſt monaſterium , reddēda eſt ma
rito,qui iure ſuo vſus eſt,argum.š.de elect. cum eccleſia Vul-
tera.in fi.nam ex quo cognoſcitur,præſumitur conſentire. ĵ.
qui ma.acc. poſſunt. c.inſuper. Sed contra,quia perinde eſt ac
ſi non fuiſſet cognita.vt 32.q.5.cap.j. cum quatuor.c.ibi ſeq.
3 ſed illa intelligas quo ad ſaluationem animæ,†nec.n.ideò quia
cognita fuit mulier,nocte prima, & inuita cognita,non con-
ſummatum matrimonium iudicabo, quia negari nõ põt quin
vna caro effecti ſint ſacramento matrimonij præcedente.š.e.
ad apoſtolicam & 32.q.5.ſi paulus.& Hoſt.ibi & idem Ioann.
de Ancona in ſumma eod.tit.§.quid ſi virgo.Et illam opi. vi-
detur approbare.Archi.33.q.5.in ſumma glo.ſua vlti. & hoc
videtur verius.& ſecundum hoc non refert,vtrum fuerit con
4 ſummatum carnali copula violenta,vel non violenta.†Et hoc
videtur verius in caſu,vbi copula violenta interuenit anta in-
greſſum religionis,ſi verò poſt,& ante profeſſionem expreſ-
ſam vel tacitam,tunc vide quæſtionem prolixè diſputatam p
Io.And.ĵ.de regulis iuris.quæ contra ius. in nouella. li. 6. quia
quærit ſponſus ſponſam de præſenti ingreſſam monaſterium,
& profiteri volentem violenter rapuit & corrupit,quæ poſtea
profitetur,ſponſus ipſam repetit,quæritur an poſsit, vbi poſt
multa ſparſa ad veritatem habendam, de quæſtione excludit,
caſus non dubios.Si ſpõſa in ingreſſu ante oppreſsionem, vel
poſt,feciſſet actum aliquem per quem poſſet dici tacita ꝓfeſ-
ſa,quæſtio non eſſet dubia,item ſi ſponſa licet inuita conſen-
ſiſſet in copulam,item non eſt dubia,quando ſponſus licet op
preſsiſſet,non tamen ſemen emiſiſſet,de quo.ĵ.de ſponſa.c.ſi.
de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ fraternitati, poſſet etiam dici,
non dubia,quando poſt aſsignationem duorum menſium,vel
temporum arbitrariorum fieret talis oppreſsio ante oēm ꝓ-
feſsionem,quaſi tunc potuit ſponſus copulam exigere ab in-
uita. Sed dices quod ſatis eſt quod trāſierit ad religionem, vt
iſta de qua quæritur,cum textus decre.š.prox.dicat ad religio
nem tranſire,ſed vt dicit glo.3.ibi ille terminus datur ad profi
tendum,non ſimpliciter ad ingreſſum, alias malè eſſet proui-
ſum ſponſo,ſi annum probationis expectare debet . Eſt ergo
dubia quæſtio,quando ſpõſa & tacitè non profeſſa, infra duos
menſes aſsignatos,vel aliud tempus arbitrarium oppreſſa fuit
& cognita,nec conſenſerit in copula,in his autem terminis te
net cum Bar.per dictam regulam,quæ contra ius fiunt debent
vtique pro infectis haberi & ff.qui ſatiſda.cog.l.quoties. cum
ergo contra ius & vitioſè oppreſſa fuerit , quo ad facientem ,
habeatur pro nõ facto.Quod autem cõtra ius oppreſſa fuerit,
& opprimens deliquerit, & pœnam mereatur , patet , quia ſi
nõ fuiſſet oppreſſa, iure ſuo poterat debitum denegare , ſiue
dicamus primum cui. um gratuitum, ſiue exceptionē tempo
rum competere,iux a no. 27 q 2.coniuges. Delinquit ergo
ſponſus priuando illam priuilegio virginitatis, & per conſe-
quens conſecrationis & aureolæ.vt no.32.q.5.reuera.& c.ille.
item delinquit petendo plus,cauſa.š.de plus pet.c.vno.& fuit
amator ardentior in vxorem.32.q.4.origo.item ſacrilegus, &
excommunicatus opprimendo religioſam,licet non profeſ-
ſam.ĵ.de ſenten.excommu.religioſo.li.6.item excommunicā
dus impediendo religionis propoſitum.32.q.2.ca.ſi. item quia
ius ſibi dicit in re propria,contra illud.16 q.6.placuit.C. de iu
dicijs nullus.& licet nõ pecunialiter puniatur,vt raptor,vel vt
incidens in conſtitutionem ſi quis in tantā,vt no.36.q.j.c.2.pu
nietur tamen vt tranſgreſſor legis prohibentis ne quis rapiat,
ptiæ. & q. 5. ille. & q. 5. c. 1. & exceptis alijs ſubſtantialib & ſpe
cialibus regulis j. eo. cum ad monaſterium. in fi. nullus autem
inferior diſpenſare poteſt in votis. Votum autem neceſſariũ,
nullam compenſationem admittit, & hoc teneas licet ſuper
redemptione votorum ſint quatuor opiniones, vt not. per eũ
in ſumma eo. tit. §. vtrum & per quem. Hoc autem certum eſt
quod vota & commutari, & redimi poſſunt, ex cauſa tamen.
j. eo. magnæ. §. cum igitur. ſine qua. ſ. cauſa nec diſpenſatio fie-
ri debet. 1. q. 7. niſi rigor. & c. tali. ſ. 2. q. 1. ſcias ſecundum Hoſt.
hic & j. eo. ſcripturæ. vbi dicit & idem ibi Goffr. & Ber. quod
ſine cauſa facta diſpẽſatio, & ſi in iudicio corporis illi cum quo
diſpenſatum eſt detur exceptio, argu. ff. de furtis inter omnes.
§. pen. in iudicio tamen animæ datur dãnatio maxime diſpen
ſati. 9. q. 3. aliorum. ſed & recipienti diſpenſationem maxime
ſi ad poſtulationem ipſius vouentis diſpenſatio ſit obtenta, ar
gum. ff. quod quiſque iur. l. 3. de qua materia vide per Inno. ſ.
de renuncia. cum inter j. de ſta. mo. cum ad monaſterium. glo,
niſi ex cauſa. & in Spe. tit. de diſpenſatione appellari in fi. & per
G. de mon. lau. in extraua. Io. 22. execrabilis. glo. 2. de quo dicã
6 in c. alle. cum ad monaſterium. † Omne etiam votum poteſt
commutari cum ingreſſu religionis. j. eo. ſcripturæ ſecundum
Hoſt. hic in ſumma eo. tit. §. qualiter. & §. vtrum & per quem,
& de hoc per Ray. in ſumma eo. tit. & per Goſ. in ſumma eo.
& per fratrem Io. in ſumma. cõ. hoc titu. q. 70. vtrum in votis
tribus ſe. quæſtionibus. Item no. ſecundum Tho. ſuper quarto
ſententiarum, ſecundum fratrem Aſten. hoc tit. artic. 9. quod
ſi quis vouit diuerſa vota, ſi vnum eſt alteri cõpaſsibile, vtrun
que debet ſeruare, niſi forte commutet ſibi votum præcedẽs
in melius ſequẽs, pro hoc j. de ſpon. commiſſum. Si vero vnũ
ſit incompenſabile alteri, debet maius ſeruare, & de minori ad
arbitrium prælati ſatisfacere.

1 *Votum impuberis poſt pubertatem ratificatum adimplendum.*
2 *Voto impubes non obligatur.*

VEnientis. Si quæris vtrũ impubes poſsit vo-
uere, diſting. † Aut votum per eũ
1 emiſſum in impuberi ætate poſtea pubes factus ra-
tum habuit, & tunc tenetur illud adimplere, ita po
teſt intelligi iſtud. c. arg. etiam pro hoc. ſ. de regulari. ſignifica-
tum. & c. ſicut. & c. cum te. & c. cum ſcimus eo. tit. c. is qui lib.
2 6. † Aut pubes factus ratum non habuit, & tunc non obliga-
tur etiam cum authoritate patris. ff. de verb. oblig. l. vlti. §. 5. in
auth. de ſanc. epiſcopis. §. interdicimus autem colla. 9. ſecun-
dum. T. & Ber. & Ho. hic, & Hoſt. in ſumma eo. tit. §. quis vo-
uere poſsit. & hæc vera in voto voluntario, ſecus credo in ne
ceſſario, de quo. ſ. diſtinctione prima. Et de illa materia vide
quod nu. Ray. in ſumma eod. tit. §. 7. idem impubes & c. frater
Io. in ſumma. con. eo. tit. q. 30.

1 *Votum rei illicitæ non valet.*
2 *Votum inchoatur, confirmatiuè, & conſumatur.*
3 *Voti diffinitio.*

LIteraturam. Si quæris quod votum factũ
deo valeat, & obliget vouen-
1 tem, & quod non, diſtingue. † Aut fit votũ ſeu pro-
miſsio malè ſeu illicitè rei faciendæ, vel non facien
dæ, & tale votum ſeu promiſsio non valet: nam in malis pro-
miſsis reſcinde fidem: & in turpi voto, muta decretum. 22. q.
4. in malis. & in talibus magis placent deo tranſgreſſores quã
obſeruatores, etiam ſi interuenerit iuramentum, in auth. ſce-
nicas mulieres non ſolum ſi fideiuſſores præſtent &c. in rubro

&in

& in nigro collatio. 5. Aut ſit votum ſeu ꝓmiſsio alicuius rei
licitè faciendæ, vel non faciendæ, vt profeſsionis alicuius reli-
gionis approbatę a ſede apoſtolica, vel peregrinationis, vel ie-
2 iuniorum, & tunc refert.† Ad cuius euidentiam eſt notãdum
ſecundum Abb. hic, quod votum dicitur initiari, confirmari,
& conſummari. Votum eſt initiatum, cum propoſitum tantũ
in animo ſeminatur, & ex tali quo ad deum vel ad eccleſiam
nullus remanet obligatus, vt hic eſt caſus. Confirmatum dici-
tur quando ſuper propoſito deliberatur, & ex tali quis quo ad
dominum eſt obligatus, & in foro pœnitentiali eſt ad execu-
tionem modis omnibus inducendus, vt 17. q. 1. qui bona ſe-
cundum Abb. non tamen ad hoc eſſet per eccleſiam compel-
lendus, quæ non iudicat de occultis. 32. q. 5. Chriſtiana. ĩ. de ſi-
monia ſicut tuis. & c. ſe. Conſummatum dicitur cum propoſi
tum deliberatum ore exprimitur, & ex tali quis eſt obligatus,
nedum quo ad deum, ſed quo ad eccleſiam militantem, ita qđ
ad executionem voti per eccleſiam compellitur. ĩ. e. per tuas.
& facit bene ad hoc quod no. ĩ. eo. c. vlti. in glo. vlti. ſecundum
Abb. Et de iſtis duob. vltimis votis. ſ. de confirmato, & de con
ſummato, poteſt intelligi diffinitio quam ponit Hoſt. in ſum-
ma. eo. tit. §. j. & Goff. in ſumma. eo. tit. §. votum. & Card. ĩ. eo.
3 in rubr. lib. 6. dicentes quod.† Votum eſt alicuius rei licitè fa-
ciendæ, vel non faciendæ cum deliberatione animi, deo facta
pollicitatio, quam diffinitionem expone vt ibi, vel ſecundum
Inno. š de regularib. ad noſtram & G. ĩ. de ſepul. c. s. ſuper ver
bo vouendum. lib. 6. Votum eſt conceptio animi deliberatio-
ne firmati, vel dic, quod eſt alicuius boni cum deliberatione ſa
cta promiſsio. 27. q. 1. de viduis. 2. ſecundum Rayn. & Goffr.
idem. ſ. 2. ĩ. eo. c. vnico. lib. 6. Prima diffinitio communis eſt vo
to, per ſenſibilem locutionem expreſsio, ſiue tacito per locu-
tionem interiorem tantum. Secunda conuenit voto tacito,
quod ſit deo per locutionem interiorem tantum. illa vero dif-
finitio quam punit magiſter ſententiarum. lib. 4. diſt. 38. ſcili-
cet. Votum eſt teſtificatio quædam promiſsionis ſpontaneæ,
quæ deo, de his quæ ſunt dei fieri debet. cõuenit voto per ſen
ſibilem locutionem expreſſo. Theologi ſic diffiniunt Votum
eſt conceptio melioris propoſiti cum deliberatione firmata.
& hæc eſt diffinitio voti taciti. Licet etiam votum fiat ſan-
ctis, tamen fit eis propter deum, ſecundum Pe. ſe Ray. in ſum
ma. eo. ti. in prin. dicit quod. Votum eſt alicuius boni cum de-
liberatione deo facta promiſsio. ſi. n. fiat de re mala, vel etiam
bona, ſine deliberatione non obligat. 22. q. 4. in malis. & in his
concor. frater Io. in ſumma. con. eo. tit. q. 1.

1 *Votum quale emittat epiſcopus.*
2 *Votum quale clericus emittat.*
3 *Votum quale monachus emittat.*
4 *Votum quale impubes emittat.*
5 *Votum quale filiusfa emittat.*
6 *Vxor ſine viri licentia non ieiunet.*
7 *Votum peregrinationis an coniunx ſine altero coniuge emittat.*
8 *Votum carnalis debiti, an coniunx, ſine alterius coniugis licen-
tia emittat.*
9 *Votum quale ſeruus emittat.*
10 *Votum patris pro filio ægroto, ſi liberatur ab infirmitate factum,
an validum.*
11 *Simonia committitur cum intercedit pactio inter deum & ho-
minem.*

SCripturæ Ad breuem expeditionem gloſ.
Inn. hic quæ incipit irritatur. &c.
ſi quæris quis poteſt vouere: & quis nõ poteſt. Dic
ꝙ quilibet regulariter niſi prohibeatur, vt eod. c. li-
cet in principio. Prohibentur autem quædã perſonę, quæ quo
ad votum emittendum non habent liberam volũtatem, ſicut
epiſcopus, clericus, monachus, impubes, vxor, ſeruus, de ſin-
gulis igitur videamus, & primo de epiſcopo circa quem diſtin
1 gue.† Aut quęris vtrum poſsit emittere votum per quod diſ-
ſoluatur vinculum matrimonij quod eſt inter ipſum & eccle-
ſiam ſponſam ſuam, vt votum religionis, & dic quod non, vt
š. de regularib. licet. §. illa ſemper regula. de renuncia. niſi cum
pridem in fine, quod verum, niſi authoritate Papæ: quod qua-
liter intelligatur, plene notatur per Hoſti. in ſumma de tranſ-
latione epiſcopi. §. cuius authoritate. Aut vtrum poſsit emit-
tere votum per quod non diſſoluatur vinculum matrimonij,
quod eſt inter ipſum & eccleſiam ſponſam ſuam, & tunc. Aut
quæris vtrum poſsit emittere tale votum per quod eccleſiæ
ſponſæ ſuæ graue præiudicium fiat, & dic quod non. š. de iure-
iur. ſicut. de preca. c. 2. vnde nõ poteſt votum peregrinationis
emittere, per quod ipſum ab eccleſia oporteat abſentiare ſine
licentia generali, vel ſpeciali Papæ. ĩ. eo. magnæ. §. verum æta-
tis. vt notant Inn. & Hoſti. hic, & Hoſtienſis in ſumma. eo. tit.
§. quis vouere poſsit. Aut quæris vtrum poſsit emittere tale
votum, per quod non fiat graue præiudicium eccleſiæ ſponſæ
ſuæ, vt votum abſtinentiæ, & eleemoſynæ temperatæ, & dic
quod ſic, arg. 8. q. 1. clemens. & š. de teſtamentis relatum. 2. §. li
cet autem. & breuiter quodlibet votum poteſt emittere, per
quod bonum exemplum præbeat, quia ad hoc tenetur. ĩ. eod.
2 magnæ. §. 1. š. de ſacra vncti. c. vnico. §. ad exhibẽdum.† Secun
do de clerico, circa quem refert, aut vult votum peregrinatio-
nis emittere, vel aliud per quod oporteat ipſum relinquere ec
cleſiam ſuam, & non poteſt ſine licentia ſuperioris de conſec.
diſt. 5. non oportet. ĩ. eo. magnæ. §. verũ. š. de renuncia. ad mo-
uet. niſi forte voueat religionem intrare, in quo quidem caſu
ſufficit petere licentiam, vt in c. allegato licet, & intellige de
clerico beneficiato. alius. n. poſſet vouere. ſicut & laicus, ſecun
dum Hoſt. & in hoc concordant Ray. in ſumma titulo de im
pedimento voti. §. 2. ver. clericus. & frater Ioannes in ſumma
3 confeſ. eo. tit. q. 25. an clericus &c.† Tertio de monacho, circa
quem ſubdiſtingue, vt ſtatim de clerico dictum eſt, nam non
poteſt aliquod votum facere per quod ipſum ſine licẽtia ab-
batis clauſtrum exigere oporteat, argumentum. 16. q. 1. ſi cu-
pis. & c. placuit. 2. niſi ad aliam religionem arctiorem tranſire
velit, quod poteſt, licentia petita, licet non obtenta, vt in c. alle
gato licet. Item nec votum abſtinentiæ ſingularis, nec peregri
nationis poteſt emittere: nec aliqđ aliud regulariter: & ſi hoc
fecerit ſine licentia abbatis non debet exigi: ne ſit fratrũ ſcan-
dalũ, quibus ſe debet conſormare, vel ne detur ei occaſio euă-
gandi. 20. q. 4. c. 2. & 3. argum. 41. diſt. quiſquis. 16. q. 7. in noua.
š. de elec. cum cauſam quę. quod ſi votum emiſerit antequam
monaſterium intraret, dicas idem, ſ. quod ſine licentia abbatis
ipſum exequi non debet, argum. 33. q. 5. voluit. vbi hoc notat
Ioannes. ĩ. de clerico non ordi. mi. c. 2. de eo q furti. ordi. recẽ.
c. 2. de ſenten. excom. cum illorum. §. nos tamen & præceden.
idẽ notat Bar. Brixi. in quæſtione dominicali, quæ incipit qui-
dam fecit votum in fine, nam & omnia temporalia vota vide
tur mutaſſe, in religionis obſeruationem, vt hic. Si tamen talis
primo votum temporale adimpleret, & poſtea ad religionem
migraret, tutius videretur, quia tunc vtrunq; adimpleret, arg.
ĩ. eo. per tuas. & melius ĩ. de ſpon. commiſſum. Si antẽ mona-
chus vouerit dicere vnum pſalterium, vel pſalmum, vel aliquã
aliam orationem, vbi nihil mali poteſt contingere, ſeruet vo-
tum, ſecundũ Innocentium & Hoſtiẽſem hic, & idem in hoc
Archid. 34. q. 2. admonere. in gl. adde, intellige cuius voti &c.
quod dictũ de voto peregrinationis poteſt intelligi fore verũ,
etiam in voto tranſmarino, quia in hoc voto non inuenio ce-
priuilegiatos, niſi forſan ratione officij prædicationis, vt no-
tatur hic, & ĩ. eo. per tuas. ſecundum Hoſti. ĩ. eo. c. ſi. & in ſum
ma eo. tit. §. ſi quis vouere, verſi. monachus. & his quę ſunt di-
cta de monacho concordat Raynerius titulo de impedimen-
to voti. §. 5. verſi. poteſt autem. & Thomas in ſumma argum.
8. verſic. 3. vbi dicit Thomas, ꝙ religioſus ſubditus eſt præla-
to quantum ad ſuas operationes ſecundũ profeſsionem regu-
læ, ideo quamuis aliquis ad horam aliquid facere poſsit, quan-
do ad alia non occupatur a prælato, quia tamen nullum tẽpus
exceptum eſt in quo prælatus non poſsit eum circa aliquid oc
cupare, ideo nullũ votum religioſi eſt firmum, niſi ſit de con-
ſenſu prælati: idem frater Ioannes in ſumma confeſ. eo. tit. 26.
4 vtrum monachus vel religioſus &c.† Quarto de impubere,
circa quem refert, aut quæris de voto religionis, & illud non
poteſt emittere etiam de tutoris vel patris authoritate, vt š.
de regularib. c. 2. & ibi dixi ĩ. de regularib. c. is qui. li. 6. Aut de
alio voto & tunc, aut ſine tutoris vel patris authoritate, & nõ
5 obligatur, alias ſic. 20 q. 2. c. 1. & 2.† Sed quid dices de filiofam.
pubere, nunquid poteſt vouere, dic quod de voto religionis
planum eſt quod ſic, vt legi. & notatur in c. allegato 2. š. de re-
gularibus, & eo. tit. is qui. lib. 6. & per Hoſti. in ſumma de regu
larib. §. & vtrum. verſi. item minor quatuordecim annis. & ſe-
quentib. & §. fi. De alio vero refert, vtrum eſt tale votum per
quod diſſoluitur patris poteſtas, & tale nõ poteſt emittere ad
inſtar vxoris, monachi, & ſerui: tales. n. perſonæ ſui iuris non
ſunt ĩ. de ſent. excom. mulieres. & expreſsè dicit lex, quod nõ
poteſt vouere, ſicut nec impubes, nec ſeruus. ff. de pollicitatio.
l. 2. §. 1. Aut eſt aliud, & tunc aut eſt tale per quod grauiter præiu-
dicaretur patriæ poteſtati, vel pater interim ſcandalizaretur, &
tunc non debet inuito patre obſeruari, & eſt ratio quia nõ eſt

voluntatis

volun:a:is ſuæ, cum nec in hoc habeat liberum arbitrium,cũ
patri obligatus ſit iure patriæ poteſtatis : ſed excipe peregri-
nationem voti tranſmarini, argu.j.eo.ex multa.§.quod autẽ.
& neceſſariam & ineuitabilem,vt ſit a canone per ſedem apo-
6 ſtolicam abſoluendus,argu.j.de ſent.excom.relatum.† Quin
ſo de vxore,circa quã refert. Aut quæris nunquid poſsit abſti
nere,vel ieiunare,vel religionem intrare abſq; licentia viri, &
dic quod nonimo ſi ante matrimonium contractum votum
abſtinentiæ emiſerit, non debet inuito marito illud adimple-
re:ſed & ſi de licentia viri votum emiſerit ab initio idem erit,
quia in talibus ſemper debet obedire marito,licet maritus pec
cet id quod conceſſerat prohibendo,33.q.5.noluit, & c.mani
feſtum.Et idem intelligunt quidam de viro vouente,quia non
ad imparia iudicantur,32.q.1.ſi quis vxorem.& q.1.præcepit.
& c.Chriſtiana.& hoc tenet Bar. Brix.in d.q.dominicali qui-
dam fecit votum. Alij dicunt quod in voto abſtinentiæ vir ſu-
perior eſt, quia caput, vt eadem quæſtione manifeſtum.& c.
hæc imago.& c.cum caput.quod concedas,niſi per huiuſmo-
di votum fieret circa carnale debitum præiudicium mulieri,ta
le.n.ſeruare non poſſet muliere inuita,quia nulla obſtat exce-
ptio in hoc caſu,infra de coniugio leproſorum quoniam.& ſe-
cundum Apoſtolum, vir non habet poteſtatẽ ſui corporis ſed.
vxor, vt ſupra de conuerſione coniugatorum quidam.in fine
7 ſecundum Hugo.& Hoſti.† Aut quæritur de voto peregrina-
tionis, & tunc aut alio ab vltramarino, & tale non poteſt vnus
ſiue ſit maritus ſiue vxor facere ſine conſenſu alterius, argu.
27.q.2.ſi tu. 33.q. 5. quod deo pari. Aut de voto tranſmarino
& tũc,aut quæritur de marito,& ille poteſt vouere præter vo
luntatem vxoris,vxor tamen vt conſentiat eſt attentius com
monenda j.eo.ex multa.§.quod autem.& quæ non vult rema
nere ſequatur virum ſuum,j.eo.quod ſuper his in fine. Aut de
vxore,& videtur quod poſsit, quia non ad imparia iudicãtur.
ſed contra quia vir eſt caput mulieris, vt ſupra dictum eſt,ſo-
lutio puto ſecundum Hoſtienſem quod votum poteſt emit-
tere etiam inuito. Vtrum autem poſsit exequi eo inuito, di-
ſtinguendum videtur, vtrum ſit ſuſcepta vel infamata, vel ni-
mis iuuenis,quo caſu perſonaliter non exequetur.& ſic intel-
lige quod dictum eſt, ſupra.ſ.quod vir eſt caput mulieris, vn-
de & in vita & in morte debet ſequi virum ſuum,non vir ip-
ſam,13.q.2.vnaquaque.ſi.n.vult ire ſine viro ſuſpecta eſt,quia
mulier fragilis eſt:& ſicut dicit Ouidius caſta eſt quam nemo
rogauit,& abſit vt ab eccleſia talis compenſatio admittatur,j.
de vſuris ſuper eo. Quid ergo faciet, redimat votum cum &
ad eundum & ad pugnandum inhabilis iudicetur, infra eodẽ
quod ſuper his.§.rurſus.vel vetus ſit & matrona,bonæ famę;
& tunc vadat,nec etiam votum redimat,ſi multos poſsit ſecũ
ducere bellatores,quia tũc eſt eadem ratio in vxore quæ & in
viro,ergo idem ius.C.de liber.præter.l.1.ad leg.Falcid.l.fin.de
conſtit.pec.l.fin.in fi.j.eo.ex multa.§. quod autem. & videtur
expreſſum j.eo.quod ſuper his in fi.argu. ad hanc diſtinctio-
nem, ſupra de conuerſione coniugatorum.cum ſis.& c.vxo-
ratus.vt hoc notat Hoſti.j.eod.ex multa.§. quod autem.& in
ſumma eo.tit. §.quis vouere poſsit, verſicu.nunquid ergo &
vxor,cuius opinionem ponit Aſtenſis lib.8.titu. de bonis fi-
dei,arti.2.quæſtione vtrum poſt copulam.vbi dicit poſtea qđ
Thomas dixit in quadã quæſtione de quolibet, quod ſi vxor
ſit talis quod ſequi non poſſet propter aliquod impedimentũ
legitimum,& de eius incontinentia timeatur,non eſt viro con
ſulendum quod crucem accipiat & vxorem dimittat,ſecus ſi
continere voluntariè proponat, vel velit & poſsit ſequi virũ
ſuum. Albertus etiam dicit ſuper quarto ſententiarum,diſtin-
ctione 37. quod qui timet probabiliter periculum vxoris fu-
turum, melios facis non peregrinando etiam peregrinatione
terræ ſanctæ: ratio huius eſt ſecundum Thomam ibidẽ, quia
neceſſaria non debent prætermitti propter ea quæ ſunt pro-
priæ voluntatis, neceſſario autem imminet viro gerere curã
vxoris,quia eſt caput eius prima,ad Corinthios vndecimo,&
33.q.5.cum caput. ſed crucem accipere eſt volũtatis;ergo &c.
Quid iuris de muliere fatue curialitatis, quæ multos poſſet
habere inhoneſtè tamen bellatores, vide per Hoſtiẽſem in c.
allegato ꝙ ſuper.in fine,vbi dicit ꝙ niſi ſe corrigat, nec ipſam
8 nec bellatores tales approbat vel admittit. † Aut quæritur de
voto carnalis debiti non petendi vel non reddendi, & tunc di
cit Aſtenſis, vbi ſupra,quæſtione vtrum poſt carnis copulam:
ſecundum aliquos quod poſt carnis copulam vnus coniugum
ſine conſenſu alterius vouere poteſt quod debitum nõ petat;
non autem poteſt vouere quod nõ reddat,quia in primo vter-
que eſt ſui iuris, ſed non in ſecundo. Alij vero dicũt, quod neu

trum poteſt vnus ſine conſenſu alterius vouere; quia ſi alter
nunquam peteret debitum ex hoc matrimonium oneroſum
alteri redderetur,dum oporteret ſemper cum confuſione de-
bitum petendi ſubire,& hæc eſt opinio Thomæ. Prima vero
eſt venen.Petri de Daranchis, & Raynerij, & ſecundum Ri-
cardum ſecurior eſt & communior: non.n.ex hoc quod alter
vouet non petere redditur matrimonium alteri magis onero-
ſum, ſed magis leue, quia reddere debitũ eſt ſæpe pœnale quo
ad reddẽdum debitũ,qui vouet remanet in ſeruitute, & alius
efficitur liber. Et vtrum coniunx dans alteri coniugi licentiã
vouendi, poſsit illam poſtea reuocare, vide plene ibi per eũ in
quæſtione vtrum coniunx.& utrum coniuges in ſeculo rema
nentes poſsint ſe licitè abiurare, & perpetuam continentiam
promittere, uide ibi in quæſtione ſequenti utrum coniuges.
& per Bernardum & alios ſupra de regularibus ueniens.& di-
9 xi ſupra de iureiur.tua nos. † Et ſexto de ſeruo,circa quod di-
ſtingue. Aut quæritur utrum poteſt emittere uotum religio-
nis,& dic quod non ſine domini uoluntate,54.diſtin.ſi ſeruus
ſciente,& argu.j.de ſenten.excom.mulieres. Aut utrum poſ-
ſit emittere uotum peregrinationis & tunc idem. Aut nunqd
poſsit ipſum uotum peregrinationis exequi, & dic idem niſi
quando neceſſaria eſt peregrinatio, ut j.de ſenten.excom.re-
latum.& quod ſupradictum eſt de filiofamilias : hic de ſeruo,
intelligas repetitum cum fortius quam patri filius, ſeruus do
mino ſit aſtrictus, iſta ſumi poſſunt ex his quæ notant Inno.
& Hoſti.hic,& plenius Hoſtienſis in ſumma eo.tit.§.quis uo-
uere poſsit.per totum,& Raymundus in ſumma ſua tit.de im
pedimento uoti.§.2. & frater Ioannes in ſumma confeſsionũ
eo.tit.q.34.Quæro etiam generaliter,ubi etiam ipſe frater Io
annes dicit,quod ſicut dicit Thomas in ſumma arti.8. nullus
poteſt ſe firmiter obligare ad illud quod eſt in poteſtate alte-
rius, ſed ſolummodo ad id ꝙ eſt in poteſtate ſua, quicunque
autem ſubiectus eſt alicui quantum ad id in quo ei ſubiectus
eſt,non eſt ſuæ poteſtatis facere quod uult, ſi dependet ex uo-
luntate alterius,& ideo non poteſt ſe per uotum firmiter obli-
gare in his in quibus alteri ſubijcitur,ſine conſenſu ſui ſuperio-
ris. Sed quid dices de Abbate,dicendum ſecundum Hoſtien-
ſem hic quod ſicut monachus in talibus eſt aſtrictus Abbati,
us ſupra notatur,ſic & Abbas Epiſcopo,ut 17.q.2.Abbates ꝓ
humilitate religionis &c.& c. Abbatis.93.diſtin.a ſubdiacono
uſque ad lectores &c.c.nulla ratione.& j.eo.magnæ.§.uniuer-
uerſi. cum.n.adhuc tamen uidetur excipiendũ uotũ tranſma-
10 rinum,j.eo.c.ſi.ſecundum Hoſtien.hic.† Et nota ſecundũ In-
nocent.hic quod tale uotum, ſi filius meus liberabitur offerã
tale pallium,uel ibo ad ſanctũ Iacobum, eſt illicitum, quia in-
tendit a deo uel alio ſancto emere ſanitatẽ,qđ eſſet ſimoniacũ
prima quæſtione prima, qui ſtudet.liberaliter ergo quiſq; of-
ferre debet,& poſtea precibus ꝓ ſanitate uel quouis alio ſup-
plicare, 1.q.1.duces. alias iudices.& 1.q.2.quampio.28. diſtin.
caue.34.diſtin.c.ſi. Nec per hoc dicit conditiones in uotis re-
probandas,niſi ſimoniacæ eſſent, qualis eſt prædicta, uel aliæ
turpes ſint,argu.c.præallegato, & ſupra de iureiur.peruenit,in
quo c.peruenit,cauetur,quod ſi quis aliquod fecerit uotũ uel
aliud promiſerit,interpoſita quadam conditione,non tenetur
aliquatenus,niſi primo conditio aduenerit,niſi ut prædixi cõ-
ditio eſſet ſimoniaca, quæ tanquam peſtis eſſet fugienda;ut pa-
tet in c.ſicut ſimoniaca peſtis j.de ſimonia. Alij tamen dicunt
huiuſmodi uota eſſe licita, nec eſt ſimonia ſi offerret deo cor-
dis ſui contritionẽ, uel aliam deuotionẽ, ex cauſa iuſta etiam
ſub conditione, ſiue in dando ſiue in faciendo conſiſtat, quia
quicquid homo dat uel facit pro deo,nõ de ſuo facit,ſed de eo
quod dei eſt,quia quicquid habet homo habet a deo,ſupra de
decimis tua nobis.in principio. Item ſpirituale pro ſpirituali
dari licet,ſupra de rerũ permutatione in c.ad quæſtiones. & ſic
licet pallium ſuum, uel aliã eleemoſynam uel peregrinationẽ,
pro re ſpirituali,ſ.pro ſanitate dare,quia tale datum in eleemo-
ſynam ſpirituale eſt, & quod hoc liceat uidetur expreſſum in
c.allegato caue.in fine, hæc Innoc. Et quamuis dicit Hoſtien-
ſis,illud quod dicit Inno.honeſtius ſit, tamẽ nec illud ultimũ
reprobamus, imo credimus quod tale uotũ licitè emittitur,
argu.28.q.1.c.omnes.§.ex his itaque & §.fi. & in eo quod leg.
& notatur j.de cenſi.ex parte ĩ.de ſeruis nõ ordi.eo libentius.
11 † Nec obſtat quod dicit Innoc.hoc eſſe ſimoniacum, quia ſu-
per hoc inter deum & hominem, nulla pactio intercedit, ſine
qua expreſſa non committitur ſimonia,ut in c.allegato quam
pia.& ſi de mente tali allegatur,uix eſt homo qui pro deo ali-
quid faciat,quin & ab eo ſperet habere remunerationẽ,quam
& ipſe deus promittit ſecundum opera ſe facturum, Matthæi
25.ĩ.de

25.ſ.de ſumma trini.& fide catho.c.1.in fi.& j. de pœni.& re
miſsionibus cum ex eo.verſic.quoniam, vt ait Apuſtolus, hæc
Hoſtienſis. Et hanc ſententiam Hoſtienſis reputat Archi.ve-
riorem, per id quod le.& not.16.q.7.ibi decimas. vbi dicit Ia-
cob promiſsis &c.& 22.q.4. vnuſquiſq; in fine, vbi dicitor de
voto repete & ibi videtur hoc approbari per Ioan. And.cum
deo non committitur ſimonia, vt ſatis probatur per id quod
no.82.diſtin.presbyter.in gl.& ita poteſt &c. & vide quod no
tatur 1.q.1.ordinationes & hoc communiter tenent Theolo
gi ſecundum Archi.qui hoc notat 12.q.1.ſancimus. ſuper ver
bo perficere, quorum Hoſtienſis & Archid.ſententiam credo
veram per rationes præmiſſas.

1 *Votum emittere, vnicuiq; ne liberum eſt.*
2 *Votum emiſſum adimplere an liberum arbitrium ſit.*
3 *Votum emiſſum quo iure adimplere quis tenetur.*
4 *Bonum ex voto facere, vel ſine voto, vtrum melius.*
5 *Votum perſonaliter exequendum ſi fieri poteſt.*
6 *Votum ab impedito perpetuo factum per alium exequendum.*
7 *Votum ab impedito temporaliter emiſſum, poſt dilationem da-
tam exequendum.*
8 *Hæres an adimplere poſſit factum, per defunctum implendum.*
9 *Hæres an adimplere poſſit conditionem per hæredem implendã.*
10 *Hæres an adimplere poſſit modum per defunctum implendum.*
11 *Hæres an adimplere poſſit diſpoſitionem continentem modum &
conditionem a defunctos implendos.*
12 *Hæres qui hæreditatem adiuit, votum defuncti adimplere debet.*
13 *Hæres qui defuncti hæreditatem non adiuit, eius votum adimple
re non tenetur.*
14 *Pater poteſt filium inſtituere, ſi ſua vota ipſe adimpleat.*

Licet vniuerſis liberum ſit. Hic ha-
bes quod liberum eſt arbitrium in vouendo, quod in-
telligit Hoſtienſis verum, de his ad quæ non eſt ho-
mo ex lege obligatus, alioquin duplici iure teneretur homo il
lud adimplere, ſ.ex præcepto, & ex voto: ſicut eſt videre in de-
cimis, quæ ex lege debentur. ſ.de decimis.c.j.& c.tua.& j.vbi
de hoc. In differentibus autem, ſ.cum quibus & ſine quib.ſa-
lus eſt, poteſt h[o]c vti libero arbitrio, ſicut eſt contrahere ma-
trimonium.28.diſtin.de his.religionem intrare. 28.q.4.§.fin.
hæc.n.imperare non poſſumus. 22.q.1. integritas. ſecundum
eum qui bene ſentit licet improprie loquatur. Vnde circa hoc
.ſ.vtrum & in quo vouentis liberum arbitrium cenſeatur, di-
1 ſtingue. † Aut quæritur vtrum ſit liberum arbitrium alicuius
in vouendo, ſeu in emittendo votũ, & conſtat quod ſic, vt hic
2 in prin. † Aut vtrum ſit liberum in adimplendo ſeu exequen-
do votum iam emiſſum, & dic quod non, imo neceſſarium,
dummodo ſit tale votum, quod valeat & obliget, de quo dixi.
ſ.eod.literaturam.vt hic ibi vſq; adeo tamen.& j.c.proximo.
§.1.ibi ſecundum ad imperium referatur. Sed nunquid vouẽs
votum licitum tenetur ipſum ſtatim ſoluere. Reſpondeo ob-
ligatio voti cauſatur ex propria voluntate & intentione, vnde
Leuitici. 23. quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis obſeruabis,
& facies ſicut promiſiſti domino deo tuo, & propria volunta-
te locutus es ex ore tuo, & ideo ſi de intentione & voluntate,
vouentis ſit obligare ſe ad ſtatim ſoluendum, ſtatim ſoluere
tenetur. Si autem ad certum tempus, vel ſub certa cõditione,
non tenetur ſtatim ſoluere, ſed nec tardare debet, vltra quam
intendit obligare ſe deo, dicitur enim ibi, cum votum voue-
ris domino deo tuo non tardabis reddere, quia requiret do-
minus deus tuus illud, & ſi moratus fueris, tibi reputabitur in
peccatum. Ad idem Deuteronomij.23. cum votum voueris
domino deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud do
minus deus tuus, & ſecundum Rod. cum aliquis vouet ſine
conditione vel temporis præfixione, tenetur ſtatim illud exe-
qui, cum poteſt, niſi in vouendo habuit aliud in mente: datur
tamen ei tempus ad arbitrium boni viri ad diſponendum de
rebus ſuis, in hoc concordat gl. Guillelmi ſuper Ray.hoc tit.
& Tho.in ſcriptis & in ſumma. & frater Ioã.in ſum.con.hoc
titu.q.9.circa hoc quæritur &c. Addunt tamen Tho.& frater.
Io. quod ſi is qui vouerat intrare religionem ex mora circa di
ſpoſitionem, & diſpenſationem rerum, probabiliter timet, per
3 petuum impedimentum, tenetur vlterius non differre. † Aut
quæritur quo iure ſeu quo vinculo, quis votũ emiſſum adim-
plere tenetur, & tunc ſubdiſtingue, vt Hoſtien.ſ. Aut quæri-
tur de his ad quæ homo citra votum non eſt lege obligatus, vt
in votu peregrinationis, ſeu ieiuniorum non inductorum, per
ecclesiam, & ad illa adimplenda vouens tenetur vno iure ſeu
vno vinculo tantum, ſ.ex voto. Aut quæritur de his ad quæ ho
mo ex lege citra votum eſt obligatus. vt ad decimas, & talia
vouens tenetur duplici iure, vt ſ.no.Hoſti. Et no.quod melius
eſt facere aliquid boni ex voto quã ſine voto, quod eſt verũ ſe
cundum Tho.in ſum.arti.4.& artic.6.& ſecundum fratrũ Io.
in ſum. confeſ.hoc titu.q.6.vtrum expediat. & q.ſeq.propter
4 tres rationes. † Primo quia tunc verè eſt actus latriæ, quæ eſt
nobiliſsima virtus: illud autẽ quod imperatur a nobiliori vir-
tute melius eſt, & magis meritorium. Secundo, qui vouet plus
ſe deo ſubijcit, quam qui non vouet: ſicut plus daret qui daret
arborem cum fructu, quam qui daret tãtum fructum: vt dicit
Anſelmus. vnde & promittentibus gratiæ, quæ aguntur. Ter-
tio, quia per votum voluntas inuiolabiliter firmatur ad bonũ
facere quod aliquid ex voluntate firmata ad bonum pertinet
ad perfectionem virtutis, vt patet per Philoſophũ in 2. Ethi.
ſed argu.contra.28.q.1.iam nunc.ver. multa.& 33.q.5.qui ſi-
ti.iuxta prin. Dicit etiam ipſe Thomas, quod hominibus ex-
pedit vouere aliquid, dummodo rationabiliter fiat votum: &
eſt ratio quia per votum voluntatem noſtrã inuiolabiliter am
putamus, quod dic vt no. Archi.17.q.1. qui bona.in fi.& hæc
omnia a verſi.& no.quod melius.vſq; huc no. Archid.1.q.2.ſi
quis propter, ſuper verbo expoliat.
¶ Super eo.c. Ad declarationẽ glo. Ber.quę incipit argu.quod
ſi aliquis &c.& gl.Inn.quæ incipit no.quod &c. Si quæris vtrũ
aliquis poſſit per alium exequi votũ ſuum, diſtingue. Aut vo-
5 uens poteſt votum ſuum exequi per ſeipſum: aut non. † Si po
teſt, tunc tenetur exequi per ſeipſum, vt j.c.proxi.§.1.verſic.
cum vox clamet prophetica &c. quod intellige licet etiã inuti
liter exequi poſſet, ſ.quia eſſet claudus, vel alias mutilatus, &
tunc ſi non ad ſubſidium, ſed ad deuotionem tantum.ſ.vt vi-
deret terram ſanctam, vouiſſet ire perſonaliter, deberet, & eo-
dem modo ſi propter ſubſidium vouiſſet, ſi eſt talis, quod ſuum
defectum poteſt ſupplere per alios quos ſecum ducere poteſt,
ſed in vtroq; caſu admittitur compenſatio j.eo.tit. magnæ &
c.ſequen. ſecundum Innoc.& Hoſti. Si non poteſt exequi per
ſeipſum refert, aut eſt impeditus impedimento perpetuo: aut
6 impedimento tẽporali. † Si perpetuo tunc, aut quæritur nun-
quid poſsit exequi votum per alium, & dic quod ſic vt hic,
& 13.q.2.animæ.& 26.q.6.ſi quis fuerit aut nunquid teneatur
exequi per alium & tunc, aut poſtquam votum emiſit impe-
dimentum ſuperuenit: aut tempore quo votum emiſit impe-
ditus erat. In primo caſo, refert inter eos qui vouent pro ſub-
ſidio terrę ſanctę: & eos qui vouent pro deuotione, quia primi
morte vel alio impedimento detenti tenentur alijs commit-
tere, qui eorum votum compleant, ar.hic: imo plus videtur,
quod ſi alijs nõ committant, tamen hæredes cõpelli poſſunt,
vel vt ipſi impleant uotum patris, uel expenſas & ſubſidium
quod pater uel teſtator facturus erat ipſi faciant: nam quis uo
uiſſe intelligitur terræ ſanctæ, ſubſidium ſiue per ſe ſiue per
alium faciendum, unde ad illud compellendi ſunt hæredes, cũ
ex uoto nudo obligatio naſcatur. ff.de polli.l.2.in princ.& nu-
da promiſsio facta ciuitati obligat. ff.de pollici.l.pactum: mul-
to fortius facta deo uel ſubſidio terræ ſanctæ, quia deus inter
ſimplicem loquelam & iuramentum, non facit differentiam.
23.q.5.iuramenti.unde & eccleſia ex pacto nudo dat actionẽ,
ut patet in eo quod le.& no.ſ.de pac.c.1.& 3. Secundi uero.ſ.
qui propter deuotionem uidendi terram ſanctam uouent, nõ
tenentur mittere, ſi iuſto & perpetuo impedimento perſona-
liter ire impediantur propter cõditionem generalem, quæ in
omni uoto ſubintelligitur perſonalis.ſ.ſi potero, ut patet in eo
quod no.ſ.eo.ſcripturæ ſecundum Inno.& Hoſti. In ſecundo
caſu.ſ.quando uouens tempore quo uouit impeditus erat, ita
quod nullo modo perſonaliter ire poterat, tunc aut dices quod
uidetur uouere ut redimat: aut cenſeri deberet iriſorium ta-
le uotum, arg.j.eo.c.5.& c.quod ſicut.§.rurſus. & c.de multa.
7 §.de clericis. † Si quæris de illo qui temporali impedimẽto eſt
detentus, tunc tali detento datur dilatio j.eo. quod ſuper his.
§.unde credimus.& de hoc ibi not.j.de ſent. excom.a nobis.
2.§.forma.ſecundum Hoſti.& cum his quæ no.Inno.& Hoſt.
in iſto c.ſatis concordat frater Ioan.in ſumma.conſe. hoc tit.
q.68.& 69.ubi de hoc uide etiam per Ray.in ſumma eo.tit.§.
5.poteſt autem.& §.17.item circa &c.
¶ Super eo.c. Hic habes quod hæres tenetur implere factum
defuncti ſeu promiſſum per defunctum: ſimile. 13.q.2.ani-
mæ defunctorum.26.q.6.ſi aliquis fuerit. circa quem articu-
lum.ſ.cum quæritur utrum factum ad hæredes trãſmittatur,
8 diſtingue. † Aut quæris de facto obligatorio, ſeu alio facto con-

ditio.8

ditionis implendæ,ſeu modi implendi:aut de facto conditio-
nis implendæ per ſe:aut de facto modi implendi per ſe:aut de
facto conditionis & modi inſimul. In primo caſu ſubdiſtinc.
aut obligatio fuit concepta affirmatiuè,aut negatiuè. Si affir-
matiuè, vt quia fuit concepta ſtipulatio de faciendo tunc,aut
quæris vtrum tráſmittatur ad hæredes ſtipulatoris,& dic qđ
ſic,arg.ff.de proba.ſi pactum.& eſt expreſſum. C.de contrah.
& com.ſtipula.l.veteris.in prin.vbi de hoc.Aut quæritur verũ
tranſmittatur ad hæredes tranſmiſſoris, & tunc refert,aut fa-
ctum eſt tale quod omnino perſonam obligati concernit,vt ſi
debeat ſtudijs liberalibus imbui, vel domũ manibus proprijs
extruere,vel pingere,vel vxorem ducere,vel ordines recipe-
re,vel religionem intrare,&,ſic de ſimilibus, & tunc nõ tranſ-
mittitur in hæredes ,vt ff.de verb.obli.l.centeſimis §.1 C.de
cad.tol.l.vna.§.ne autem. & ad hoc facit quod dixi ſ.in diſtin.
proxi.in verſi.2.vero.& hoc verum ante moram,ſed poſt mo
ram obligatio contracta ad intereſſe bene tranſit in hęredem,
vt ff.ſi ſerui vend.l.loci corpus.§.ſi fundus.Aut factum eſt ta-
le quod non concernit omnino perſonã promittentis,ſeu ob-
ligati,vt ſi aliquis promittat,vel teneatur facere inſulã vel mo-
numentum ſumptibus ſuis,& tunc,aut factum concernit in-
duſtriam perſonæ,aut non. Si concernat induſtriam perſonæ,
tunc refert,aut promittit facere poſt mortẽ,vel tempore mor
tis,& eo caſu tranſmittit ad hæredes ſuos, vt C.de contrahẽ.
& com.ſtipu.l.vlt.Aut promittat facere ſimpliciter,& tũc eo
caſu videtur gl. dicere quod non tranſit ad hæredes,vt ff.de ſo
lu.l.inter artifices.ſed qui vellet dicere contrarium,vt.ſ.hære-
des teneantur facere per ſe vel per alium in eadem extimatio
ne, non diceret contra iura, per illud capitulo quod ſimile fa-
ctum admitti,& C.de contrahen.& com.ſtipula.l. veteris.Si
factum non cernit induſtriam perſonæ , tũc tranſmittitur ad
hęredes ſuos,vt in d.l.veteris.& ita poſſet intelligi hic & ſ.de
reſcrip.c.literis.In ſecundo caſu,ſ.quando fuit concepta ſtipu
latio negatiue, ſubdiſtingue.Aut ſtipulatio ſequitur contra-
ctum de cuius natura eſt quod hæres teneatur, vt quando ali-
quis promiſit mihi ſeruitutem,& promiſit me nõ impedire,
& tunc tranſmittitur ad hæredem , vt ff.de vſur. ſi ſtipulatus.
& de actionibus empti & vẽdi.l.emptorem.§.qui autem.Aut
non ſequitur contractum de cuius natura eſt hæredem tene-
ri,& tunc.aut non poterat ſtipulari,afferre vtilitatẽ niſi ad hæ-
redem tranſmitteretur,vt quia promitto nõ impedire vinde-
miam, & ante vindemiam decedo,in caſu iſto tráſmittitur ad
hæredem meum,vt ff.de verb.obli.l.ſi ita ſtipulor.& de rebus
dubijs.l.quoties.Aut poterat aliàs afferre vtilitatem ſtipulato
ri,& tunc ad hæredẽ non tranſmittitur,niſi fiat expreſſa men
tio de hærede, vt ff.de pact.l.qui in futurum.§.1.& l.iuriſgen.
§.pactorum.Sed ſi fiat mentio de hærede tunc tranſmittitur,
vt ff.de verb.oblig.l.2.§.item & l.Iulia.in prin. argu.ff.depo.l.
1.§.ſi conuenerit.Nunc quæ eſt ratio quare ſtipulatio cõcepta
negatiue non tranſmittitur ad hæredes promiſſoris , vbi alias
ſtipulatio poteſt afferre vtilitatem ſtipulatoris,ſecus in ſtipu-
latione concepta affirmatiuè , ratio eſt quia vbi ſtipulationes
perſonales affirmatiuè cõceptæ ſunt,niſi ad hęredes tranſmit
terentur,nullam vtilitatẽ afferrent:ſed vbi conceptæ ſunt ne-
gatiuè,tunc afferunt vtilitatem in eo.ſ.in quo non eſt ſtipula
tor impeditus,arg.ff.de leg.1.l.ſi quando de reb.dub.l.quoties
9 & adde,quod no.j.diſt.proxi.† Sequitur de ſecundo caſu prin
cipali.ſ.de facto conditionis adimplẽdæ, & utrum hæres poſ-
ſit adimplere conditionem adimplendam per defunctũ. Qui
dam docto.dicunt quod ſic,vt ff.de verbo.oblig.l.qui Romæ.
§.flauius.iuncta.l.eum qui.§.1.eo.tit. præterea videtur caſus.
l.2.ff.de arbi.l.diem proferre.§.j.ſed contrarium videtur,quia
conditiones ſic ſunt perſonales,ꝙ per alium expleri non poſ-
ſunt,vt ff.de condi.& dem.l.qui hæredi.in prin. Qui dicendũ
breuiter Pet.de Bel.parti.C.de condi.inſertis.l. vlt.& Cy.poſt
eum dicunt ſic,aut non habet conuentionem præcedentem :
aut habet.Si non habet conuentionem præambulam,ſed cępe
rit promiſſum vel legatum ab ipſa conditione, tunc hære,eius
qui habebat conditioni parere non poteſt adimplere,qđ pro-
bát per l.ff.de condi.& dem.l.a teſtatore.ſed tu inſtabis & di-
ces,quod hoc contingit ideo quia non fit tranſmiſſio in hære
dem : ſed Pet. ipſe dicit quod imo tranſit, vt ff.de fideiuſ.l.fi-
deiuſſor obligari,§.vlt.quod uerum in contractibus arg.inſtit.
de verb.oblig.§. ex conditionali ſecundum Cy. ſecus in lega-
tis,vt C. de cad.tol.l.vnica §. ſin autem.ff.de con.& dem.l.in-
tercidit.& l.a teſtatore.Si habet cõuentionem præcedentem,
tunc refert, aut conditio & conuentio conueniunt & concur
sunt in eandem perſonã,& tunc ſi nõ impleuero,hæres meus
poteſt implere,vt in l.alle.diem proferre.§.1.& in §. alleg.fla-
uius.& ſic denotat ibi appoſitio hęredis facti & accidentiã nõ
iuris miniſterium,vt in eo.tit.l.cum qui.§.1.Aut non concur-
runt in eandem perſonam,ſed conuentio apponitur in vna ꝑ-
ſona,& conditio in alia, & tunc ſi defunctus,in cuius perſona
eſt appoſita conditio ipſam non compleuerit , hæres non po-
teſt adimplere:& eſt ratio quia ex quo conuentio præceſſit in
alia perſona,reputatur illa conditio non habere cõuentionem
præcedentem,vt in l.alle.fideiuſſor.verum eſt quia gloſſ.dicit
ibi, ꝙ deceſſit ſine hærede ſed hoc eſt truffa & diuinatio. ſed
cur tam variè reſpondent cum natura acceſſorij eſt,vt ſequa-
tur principale,vt j.de reg.iur.c.acceſſorium.lib.6 ſed vbi con
ditio non habet conuentionem præcedentem non poteſt re-
gulari per illam, vt in l.alle.qui hæredi.ſed vbi habet conuen-
tionem præcedentem,tũc ſecus,& eſt tranſitoria ad hæredes,
ſic alias dicit lex, ſi non dedero tibi hominem mortuum pro-
mitto.10.iſta promiſſio eſt pura.Sed vbi incipit a præceden-
ti conuentione, verbi gratia promitto tibi dare hominẽ mor-
tuum, & ſi non dedero promitto.10. vltima ſtipulatio ſequi-
tur naturam principalis ſicut acceſſoria:& ideo dicitur nõ va-
lere,ſic concordant iura.ff.de verbo.oblig.l.impoſſibilis & l.ſi
homo mortuus.Sed videtur ꝙ vna lex deſtruat præmiſſa,quæ
dicit quod ſi teſtator ſic dicat,lego Titio domum ſi.10.dede-
rit hæredi meo,hic non habet conuentionem vel diſpoſitio-
nem præcedentem , & tamen hæres poteſt implere, dum ta-
men inſolidum non pro parte impleat,vt ff.de condi.& dem.
l.cui fundus . Ad hoc reſpondet Petrus quod illa.lex.intelligi-
tur quãdo is ſiue ſit hæres ſiue alius in cuius perſona debebat
legatarius implere conditionem fuit in mora, vt quia.10.ſibi
oblata recipere recuſauit. vnde ne mora ne mora eius præiudi
cet legatario,hęredes ipſios legatarij poſſunt adimplere ſecũ-
dum eum. Sed hoc eſt falſum,imo in eo caſu habetur cõditio
pro impleta,caſus eſt in d.l.fi.C.de condi.inſertis.& eſt caſus,
qui negari non poſſet.ff.de ſtatu libe.l.3.§.ſtichus anima.ff.de
condi.& dem.l.iure ciuili.& j.de reg. iur.c.cum non ſtat.libr.
6.vbi de hoc,& hoc tenet Ber.j.de ſponſa.ſicut ex literis.glo.
a.& Hoſt.poſt eum. Dic ergo ꝙ vbi legatarius decedit condi
tione pendente, ſiue ſit in ſua poteſtate, ſiue non,hæres ſuus
conditionem adimplere non poterit,per iura iam allegata,niſi
forte in caſu.ff.ad Silleia.l.ſi quis in graui.§.vlti.& lex allegata
cui fundus loquitur de ſubſtitu.legatario, verbi gratia,lego ti
bi fundum,ſi.x.dederis,& ſi nõ dederis,lego Titio & Seio,po
teſt.n.legatarijs ſubſtitui ſicut hæredi.vt ſ.de leg.2.l.vt hære-
dibus.item ſub eadem conditione,vt ff.de condi.& dem.l.lega
10 tum.& de adi.le.l legatum ita fuit in d.l.cui fundus.† Sequitur
de tertio principali.ſ.de modo implendo, nunquid hæres eius
qui debebat modum implere poterit explicare,& videtur qđ
non,vt ff.de cond.& dem.l.Titio.§.vlt.econtra videtur quod
ſic.idem in modo quod in conditione , quia modus & condi-
tio æquiparantur.C.de his quæ ſub modo.l.1.Breuiter in hoc
articulo diſtinguunt Pet.& Cy.poſt eum. Aut modus cõtinet
tale quid quod adhæret perſonæ,& tũc reuocatur legatum,ſic
loquitur & intelligitur d.lex Titio.§.vlt. Aut nõ adhæret per-
ſonæ,vt in ruſtico qui debet lampades accendere,& tunc hæ-
res ſuus debet modum implere , hoc probatur per dictam le-
gem a teſtatore.in fi.vbi dicit hoc verum ſi cõditio eſſet,quaſi
dicat,ſi fuerit modus,poteſt. Sed quid dices econtra,ſi dece-
dat ille in cuius perſona conditio eſt implenda,utrum in perſo
na hæredum impleri poſſit, videtur quod ſic,quia cõditio im
plenda in perſona pupilli,poteſt impleri in perſona tutoris, vt
ff.de ſolu.l.ſtichum.§.vſufru.econtra videtur quod non, vt ff.
de cond.& dem.l.ſub diuerſis.ad fi.Dicunt quidam quod vbi
eſt conditio quæ non habet cõuentionem ſeu diſpoſitionem
præcedentem,non poteſt in perſona hæredis impleri,vt ff.de
condi.& dem.l.cum ita datur.§.1.vbi dicitur quod eſt ſpecia-
le in libertate, quare &c. Pet.vero in hoc caſu.ſ.cum conditio
non habet conuentionem ſeu diſpoſitionem præcedẽtem,&
quæritur vtrum in perſona hæredis poteſt impleri,diſtinguit.
Aut perſona hæredis eſt nominata ſub numine appellatiuo,vt
quia dixit teſtator lego Titio domum,ſi hæredi dederit.x.tũc
dando hæredi hæredis poteſt conſequi legatũ,quia hæres hę-
redis &c. vt in l.ſciendum.ff. de reg.ior. item quia eſt nomen
repręſentatum , vt in auth.vt nulli iu §.& hoc vero iubemus.
col.9.& ſic loquitur.d.l.ſtichum §.vſufruc.quia tutor & pupil
lus quam perſonã repręſentant.Aut perſona eſt nominata ſub
nomine proprio, & tunc ſi non poteſt impleri in perſona pri-
mi hęredis,non poteſt impleri in perſona ſui hęredis,vt d.l.cũ
ita datur ad fi. Aut perſona eſt nominata ſub nomine proprio,
& appellatiuo

& appellatiuo, & tunc reſpiciendum eſt quod præceſsit, vt ff.
de ſtipula. ſermo. l. ſi ſeruus communis cum ſi. ſecundum Pet.
11 & Cy. poſt eum. † Sequitur de quarto, ſ. de diſpoſitionibus eſt
reperire modum & conditioné inſimul, vt eſt tex. ff. ad Treb.
l. a filia. & l. facta. §. reſcripto. & l. hæredes. §. 1. modus qui deſi-
gnatus prout ex parte honorati, & conditio quæ deſignatur
per ablatiuum abſolutum, ex parte honorati, & eo caſu credo
quod diſpoſitio ſecundum conditionem non ſecundum mo-
dum regulabitur, quia in talibus inſpicitur, ꝙ ſuſpendit, vt ff.
de condi. & dem. l. auia. §. 1. ita quod ſiue honoratus decedat
qui debet conditionem implere, ſiue oneratus in cuius perſo
na debet adimpleri, habetur diſpoſitio ꝓ defecta ex parte con
ditionis non modi, attento quod conditio non poteſt adimple
ri ab hærede eius qui debet eam adimplere, nec in perſona hæ
redis eius in cuius perſona dẽt adimpleri. ff. de condi. & dem.
l. ſub diuerſis in fi. Ex præmiſsis in ſecundo membro principa
li Pet. Cy. determinant vnam. q. talem, quidam parentes pro-
miſerunt cuidam filiæ ſuæ, centum ad hoc, vt non ſuccederet
cum fratribus, parentes non impleuerunt conditionem, poſt
mortem quorum, vult ſuccedere cum fratribus, fratres volũt
ſibi dare centum, nunquid poſſunt, diſtingue, aut conditio ha-
buit conuentionem præceden. aut non, vt quando habuit poſ-
ſit: alias non, vt ſuperius dictum eſt.
¶ Super eod. cap. Si quæris nunquid hæres tenetur adimple-
re votum illius cui ſucceſsit, dicit Hoſti. in ſum. eod. tit. §. &
vtrum ſub. §. ſed nunquid hæres. ſic quicquid Ray. & alij ſcri-
12 pſerunt. ita dicas. † Quod ſi hæres hæreditatem adierit, tunc
tenetur adimplere, ſi vires hæreditatis hoc patiantur, ſecundũ
ea quæ no. per eum ſumma tit. de teſta. §. ad quid hæres. ſub. §.
tenetur autem verſi. quid ſi non ſufficit hæreditas. & ſequen-
tibus: maxime ſi ſponte ſuſcepit, vt j. eo. licet. nam voti obli-
gationem ad hæredem tranſire cõſtat. ff. de polli. l. 2. in fi. Si ve
ro non adijt, non tenetur, quia nec hæres eſt, niſi forte ſpon-
te hoc promiſerit, & tunc ſi in omni caſu intellexit perſonam
ſuam obligare, adimplere, debet, nõ tam ob promiſsionem fa
ctam à teſtatore, quam ob ſuam. Sed ſi tanquã hæres hoc pro-
mittebat, hæreditatem ſperans adire, poſtea tamen abſtinuit
mutato conſilio, nõ tenetur s. de elec. venerabilem. §. fi. & ſic
poteſt etiam intelligi hoc cap. Sed quicunq; hæreditatem adi-
ret obligatur, arg. s. de ſo. c. 1. j. de vſur. tua ſecundum eum ibi,
vbi ponit conſequenter caſus in quibus a voto deſcẽdi poteſt:
& concor. frater Ioan. in ſum. com. eo. ti. q. 69. vtrum pater mo
riens &c. Et vide no. Bar. Brix. in q. venerabili quæ incipit quæ
ritur vtrum pater poſsit. vbi quærit vtrum pater poſsit filium
hæredem ſub illa cõditione inſtituere, ſi adimpleuerit votum
peregrinationis pro eo, & ſoluit quod non, cum ſit mixta. Et
13 in iſta doc. approbauit votum filius, & crucẽ aſſumpſit. † Goſ.
dicit hic & Ioan. And. poſt eum, quod pater poteſt filium inſti
tuere ſub conditione, ſi adimpleat vota ſua, ſi votorum execu-
tio ſit poteſtatiua, ſecus ſi caſualis vel mixta. C. de inſtitut. &
ſubſti. ſub condi. l. ſi pater.

1 *Papæ omnia licent, dummodo ex cauſa fiant.* 4.
2 *Papa non debet decalogum tranſgredi.*
3 *Papa ſuper iure canonico diſpenſat.*
5 *Papa non debet ſine cauſa a iure deuiare.*
6 *Papæ ſemper expedit iuſtitiam facere.*
7 *Vtilitas maior minori præferenda.*
8 *Epiſcopus vltra annum a ſua eccleſia non ſe abſentet.*
9 *Votum tranſmarinum omnibus emittere licet.*
10 *Epiſcopis, & alijs cauſa prædicationis, licet proprias eccleſias abſentare.*

MAgnæ. Si quæris vtrum omnia, & quæ liceant
deceant & expediant Papæ, diſtingue.
1 † Aut quæris primo quæ liceant, & tũc dicit Hoſti.
hic ꝙ omnia licent Papæ, dummodo nõ faciat con
tra fidem, alioquin contra. 40. diſt. ſi Papa. & dummodo non
offendat deum per peccatũ mortale, ad hoc. n. nulla poteſtas,
nulla dignitas, nullum priuilegium peccatorem poterit excu
ſare. 12. q. 2. non liceat Papæ. arg. opti. ff. ad l. Iuli. de vi priuata.
l. penul. ante finem ibi, non puto autem nec verecundiæ nec di
gnitati nec pietati conuenire quicquam, non iure facere intel
ligas tu, quod mortale peccatum ſit, vnde nulli chriſtiano li-
cet peccatum mortale committere, vt patet in eo, quod leg.
& no. s. de præſcrip. c. vlti. Circa hoc tamen. ſ. in quibus Papa
2 peccat mortaliter, ſicut & quilibet alter diſt. † Aut quæritur
quo ad tranſgreſsionem decalogi, & omnia alia quorum com-
miſsio vel omiſsio ex l. diuina quæ. ſ. in veteri & nouo teſta-
mẽto mortalis iudicatur, vt patet. j. de vſur. ſuper eo. s. de con
3 ſuetu. c. fi. & in eo caſu intellige præmiſſa eſſe vera. † Aut quæ
ritur de his quæ ex l. canonica mortalia ſunt, & in illis omnib.
licet ſibi quicquid libet. s. de conceſ. præben. propoſui. exem-
plum. j. de ſimo. c. fi. de accuſa. ad petitionem. Aut quæritur de
ſecundo. ſ. quæ deceant, & tunc refert, aut cauſa ſufficiens ſub-
4 eſt, quare a iure ſcripto debeat deuiare: aut non. † Si ſubeſt ta-
lis cauſa, omnia quæcunq; licent, & quæcunq; licent decent, &
econtra, arg. j. eo. §. fi. & j. de accu. cum dilecti. §. 1. & ſumitur
hæc cauſa ex vna de quatuor. ſ. ex qualitate negotij de quo agi
tur, aut perſonæ, aut loci, aut temporis, vt patet. 29. diſt. c. 1. &
5 2. & in eo quod leg. & nota. s de tranſac. c. fi. † Si vero cauſa nõ
ſubeſt, vel ſubeſt ſed non ſufficiens, non decet ipſum aliquate
nus a iure deuiare. C. de legi. l. digna vox. 11. q. 1. peruenit. j. de
ſta. mona. in ſingulis. §. porro. Quando tamen cauſa ſubeſt ali-
qua, licet minus ſufficiens minus decet, arg. in eo quod legi. &
nota. s. quod me. cauſa ſacris. caueat ergo ſibi in diſpenſationi-
bus faciendis ſuper quo vide. s. de elec. dudum. 2. §. inſuper. in
prouiſionibus beneficiorum ſuper quo vide. s. de præb. graue.
de elec. nihil eſt. Caueat etiam generaliter in omnibus gratijs
faciendis, quod purè & gratis eas faciat. j. de ſimo. in tãtum. §.
6 1. † Aut quæritur de tertio. ſ. quæ expediant, & tunc, aut agitur
ordine iudiciario, & tunc ſemper expedit iuſtitiam facere, &
nunquã ipſam peruertere, de quo no. s. de re iudi. in cauſis. eo.
tit. cum æterni. lib. 6. licet quandoq; propter ſcandalum deſe-
ratur, quod dic vt no. s. de iudicijs nouit. ver. cæterum. de re-
nun. niſi cũ pridem. §. pro graui quoq; ſcandalo, vtilitas tamen
rei publicæ maximæ eccleſiæ dei, & ſalutis animarum eſt vti-
litati priuatæ in omnibus præferẽda. s. de regula licet. §. illa. de
poſtu. præla. bonæ. 1. §. 1. Expedit etiam quandoq; rigoré tem
perare ſaluis ſubſtantialibus veritatis, dilationes amputare, &
lites abbreuiare, potiſsimè in electionibus & ſimilibus, s. de
appel. oblate & in ſumma in hoc membro talem trado regulã
7 quod. † Semper ſalua peruerſione iuſtitiæ dummodo id liceat,
minori vtilitati maior eſt præferenda, vt ex ſignificatione hu
ius verbi expedit ex prædictis iuribus colligi poteſt: quando
igitur hæc tria concurrũt omnia rectè: ſin autem aliquis com
mittat vel omittat quo deus offenditur, aut pœnitebit, aut in
extremo iudicio apparebit ſecundum Hoſti. cuius eſt iſta di-
ſtinctio in effectu. Et idem Ioan. And. poſt eum.
¶ Super eo. c. §. verum verſi. cum. n. Hic omnino innuit Papa,
ꝙ caſus iſte ſedi apoſtolicæ reſeruatur, tam in exemptis quã
in non exemptis: quod alibi non reperies ſic expreſſum in ta-
8 li caſu. † Et ſic patet hic, quod nec ad tempus. i. vltra annũ de-
bet ſe epiſcopus a ſua eccleſia niſi alia neceſsitas immineat abſ
que licentia Papæ abſentare, quod eſt valde notandum. neceſsi
tas autem legem nõ habet, infra de obſeruatione ieiuniorum
conſilium. vt ſi proſequatur iura eccleſiæ ſuæ, s. de cle. non re-
ſide. ex parte ſecunda nec obſtat, in auth. de ſanctiſsimis epi-
ſcopis. §. interdicimus col. 9. vbi datio huius licentiæ videtur
9 conceſſa metropolitanis, quia quo ad hoc hic reprobatur. † In
voto tamen tranſmarino ſpeciale videtur, etiam vt religioſus
ipſum emittere poſsit, j. eo. c. fi. & ſponſus carnalis ſponſa ſua
inuita, vt j. eo. ex multa. §. quod autem. & ſpiritualis, ſ. epiſco-
pus. vnde & ab iſto recipitur redemptio tanquam obligatio,
j. § proxi. cum igitur. verſ. tibi pro te & famulis & ſe. Et quod
ita ſit cum epiſcopi crucem indifferenter aſſumant & votum
ſuum, exequantur ſine aliqua apoſtolicæ ſedis licẽtia, de facto
quotidie experimur, & ita quaſi in cõſuetudine hodie ver
ſum eſt, vnde & ſic eſt obſeruandum, s. de offi. leg. quod tranſ-
10 lationem. alij contra. † Tu vero cõcordabis iſtas diſcordias ſic,
quod quando ad prædicationem ſedis apoſtolicæ demandatã,
ſit generale paſſagium, tunc intelligitur omnibus etiã epiſco-
pis data hæc licentia generalis, & ſic intelligitur prima opinio:
alias autem requiritur ſpecialis: & ſic intelligitur 2. opi. ſecun
dum Hoſt. cuius eſt hæc diſtinctio: idem Io. And. poſt eum. &
huic vltimo dicto videtur concordare Petrus dicendo, tunc
dari licẽtiam generalem cum ſit generale paſſagium, & datur
clericis licentia ſuos redditus deferendi.

1 *Mandatum apoſtolicum indiſtinctè intelligendum.*
2 *Lex generaliter loquens, ita intelligenda.*

QVod ſuper his. No. ſecundum Hoſt. hic
conſiderata perſona ar-
chiepiſcopi cui ſcribitur, quod vbi lex non diſtin-
guit, nec nos, ff. de offi. præſi. l. 3. conſiderata vero re
ſponſione Papæ no. contra argum. ff. de teſti. l. quæſitum ſcio.
1 † Solutio ſemper legem, & mãdatum intelligimus indiſtinctè,
vt ita

vt in prima rubrica: niſi ex cauſa rationabili diſtinguamus, vt
ſecunda rubrica, vt patet in eo quod l.& not.ſ.de reſcrip.ſi qñ.
de offic.deleg.ex parte.2.j.de accuſa. cum dilectus.ſecundum
Hoſt. quod dicit tene.quo ad mandatum, quod tamen intelli-
1 ge, vt plenius dixi in c.alle.ſi quando.† Quo ad legem vero ge
neraliter loquentem, dic quod generaliter eſt intelligenda, ni-
ſi per illam vel aliam legem reperiatur diſtinctum, vt hic, & ff.
de publiciana, de pretio.vbi de hoc per Accur. vnde 3.Regũ.
12.c.2.Paralip.6.c.dicitur & tranſumptiuè legitur.7.q.1.deni-
que. in princ.indignatus eſt inquit dominus omni ſemini Iſ-
rael &c. & tamen tribui Iudæ, & Beniamin, & de hoc dicam
plenius.j.de priuil.quia circa.

1 *Clericus perſonaliter non pugnet.*
2 *Clericus per alium pugnare poteſt.*

EX multa. In glo. clerici vero dicit Ber.quod
clerici pugnare, nõ debẽt circa qđ
1 diſtingue.† Aut quæritur nunquid clerico liceat pu
gnare in propria pſona, & dic quod non vt hic. Aut
nunquid liceat ſibi pugnare per ſubſtitutos, & tunc aut quæri
tur nũquid liceat ſibi pugnare ratione temporalis iuriſdictio-
nis quam habet, & dic quod ſic, vt j.de ſen.excom.dilecto lib.
6.vbi plenius de hoc. Aut nũquid liceat ſibi ex ſolo officio cle
ricatus, & dic quod non & hoc vult dicere Gratianus.23.q.vl.
vt prædę. Quæ diſtinctio poteſt colligi ex dictis Hoſtien.hic.
2 † Et no.hic ab.ꝙ clerici non poſſunt etiam contra Sarracenos
pugnare, vt hic, niſi tẽplarij, & hoſpitalarij, illi enim poſſunt,
vt not.glo.22.quæſtio.1. duo ſunt genera. in fin.primæ gloſſ.
Idem Ioan.And.hic.

1 *Vouens religionem intrare, & intrans cum propoſito exeundi,*
an votum impleat.
2 *Votum temerarium non tenendum.*
3 *Vouens religionem intrare, & antequam intret factus Epiſco-*
pus, an profiteri religionem debeat.
4 *Religioſus epiſcopatum accipiens, non fraudat religionem.*

PEr tuas. Si quæris vtrum vouens intrare reli-
gionem, & poſtea intrans cum inten-
tione exeundi, impleat votum ſuum, videtur ꝙ ſic
indiſtinctè per c.iſtud ibi, conſulitur vouenti intra-
re religionem, quod intret, & poſtquã intrauerit nihilominus
1 in epiſcopum eligi, & aſſumi.† Tu vero diſtingue, aut vouens
intrare religionem actualiter proponit in religione remanere
ita tamen, quod propoſitũ illud non cadit ſub voto, ſed tantũ
ipſum comitatur: aut actualiter proponit eã experiri, vt ſi ſibi
placuerit ibi remaneat, & ſi diſplicuerit exeat: aut de nullo il-
lorum actualiter cogitat, ſed hoc tantum vouet, quia videtur
ſibi animæ ſuæ bonum: aut dum vouet intrare habet actua-
liter propoſitum exeundi poſtquam intrauerit. Si primo mo-
do vouit, aut quando intrat habet abſolutè propoſitũ exeun-
di, & nunquam dandi operam, vt mutetur propoſitum ſuum:
aut habet exeundi propoſitum, tamen cum voluntate dandi
operam, vt mutetur propoſitum ſuum. Primo modo intrans
non impleat votum ſuum, ſecundum iudicium dei, quia talis
habet ex malignitate exeundi propoſitum. In his autem quæ
domino offeruntur, deus magis penſat intentionem quam fa-
ctum. Secundo modo intrans implet votum ſuum, quia non
habet abſolutè nec ex malignitate propoſitum exeundi, ſed
magis ex infirmitate: ſimiliter dici poteſt ſi vouerit intrare
ſecundo modo vel tertio. Si autem vouit quarto modo, intel-
ligi poteſt tripliciter, vno modo ita qđ vouit intrare vt exeat:
ſecũdo ita quod vouet introitum & exitum: tertio modo ita
quod non vouet niſi introitum, & votũ concomitatur exeun
di propoſitum: & quolibet illorum trium modorum vouens
2 peccat † & non tenet votum, quia eſt temerarium, vt patet
intuenti. Patet ergo quod vouens intrare religionem eo mo-
do quo tenet votum, non implet votum ſecundum diuinum
iudicium, nec abſoluitur ab obligatione facta deo, ſi intret cũ
propoſito exeundi abſolutè, & cum voluntate non dandi ope
ram, vt mutetur propoſitũ ſuum: ita diſtinguit Aſten. in ſum-
ma ſua tit.arti.7.§.vtrum vouens intrare.&c. ſecũdum Rich.
& hoc conſulitur vouenti, quod intret religionem cum pro-
3 poſito remanendi & ſic non obſtat.† Item habes hic, quod vo
uens intrare religionem, & antequam intret in epiſcopum ele
ctus, nihilominus tenetur religionem intrare. Sed contra, quia
ſi iam profeſſus eſſet in religione, poſſet propter epiſcopatum
religionem dimittere. 18.q.1. c.1. extra de elec.c.1. in cle.ſed
hoc eſt ea ratione ſecundum Innoc.hic, quia ex quo eſſet epi-
ſcopus, niſi reſignaret non poſſet fieri monachus vel canoni-
cus regularis.ſ.de renun.poſt tranſlationem. Sed ſi primo fiat
religioſus, bene poteſt fieri poſtea epiſcopus, & conſulitur ei
quod primo votum ſuum adimpleat, cum & poſtea epiſcopa
tũ habere poſsit, & ſic vtrunq; perficere, arg.j.de ſponſa.c.com
miſſum. Item ſecundum Hoſti.ideo conſulitur ſibi perficere
votum, vt in prælatura ſit perfectio: nam & religio gradũ ad-
dit, & aliqua ſeculari prælato licent quæ non licent religioſo,
vt patet.ſ.de vita & honeſt.cleri.clerici. de regulari. conſult:
Vel dic ſecundum Aſten.hoc tit.arti.7.§.eſto quod aliquis.qđ.
non eſt ſimile de profeſſo quia tranſgreſſor voti eſt in pecca-
to mortali, & electio talis eſt irritanda, quia ad ſacramentorũ
adminiſtrationem eligitur, a quorum perceptione tẽpore ele-
4 ctionis erat priuatus. † Sed profeſſus in religione epiſcopatũ
recipiens non defraudat religionem, quia ab ea non recedit:
oportet, n.eũ defendere habitum eius. ſ. de vita & honeſta.
cle.clerici.officia. non debet etiam a primo propoſito diuer-
tere.16.q.1.de mona.ꝙ intellige, vt ibi no.glo.quo ad ea quæ
ſunt de ſubſtantia monachatus.

1 *Prælatus cruce ſignatus an integram viceſimam redditũum ec-*
cleſiæ percipere debeat.

POſtulaſtis. Hoc eſt no.dig.quod præpoſi-
tus ſiue prælatus cruce ſigna-
tus percipit non ſolum viceſimam partis ſuæ red
dituum, ſed integram viceſimam reddituum to-
tius eccleſiæ, ſecundum Inno.eſto etiam quod religioſus ſit.
1 † Tu vero quod hic dicitur intelligas eſſe verum, quando præ
latus habet adminiſtrationem omnium quæ veniunt in cõi:
aliud crederẽ ſi bona eſſent per præbendas diuiſa, vel ſi ꝓ prę-
latura ſua haberet redditus ſeparatos, nam tunc de illis tãtum
quæ ad manus ſuas venirent, hanc viceſimam ſoluere tenere-
tur, arg.ſ.de reſcrip.edoceri.ſecundum Hoſt.& Ioan.And.

¶ De ſtatu monachorum. Rubrica.

1 *Solitaria vita ad contemplandum melior communi.*
2 *Conuerſatio bonorum bona.*
3 *Conuerſatio malorum, mala.*
4 *Tales ſumus quales ſunt cum quibus conuerſantur.*
5 *Monachus an de Abbatis licentia proprium habere poſſit.*
6 *Prioratus an per Abbatem, committi poſſint interuentu alicu-*
ius temporalis.
7 *Prioratus an committi poſſint interuentu alicuius temporalis*
per priores.
8 *Monachi a ſede apoſtolica, in adminiſtratione inſtituti, nõ poſſunt*
ab Abbate remoueri.
9 *Monachi in adminiſtratione electi, ab Abbate non remouentur.*
10 *Curatus non poteſt curato beneficio priuari ab Abbate.*
11 *Priores an ab Abbatibus poſſint prioratu priuari.*

MOnachi. Si quæris vtrum, & quando vita
heremitica, ſeu ſolitaria eſt me-
1 lior quam cõis: & econtra, diſtingue.† Aut quæ-
ritur quo ad contemplandũ contemplatiuè oran
dum, & tunc vita ſolitaria eſt melior, vt proba-
tur Exodi.24.vbi dominus dixit ad Moyſen, aſcẽde ad domi-
num tu & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſenes ex Iſ-
rael, & adorabitis procul. ſolusq; Moyſes aſcẽdit ad dominũ,
& illi non appropinquabunt nec populus aſcendet cũ eo.& re-
citatur, ſ.de renunc.niſi cum pridem.in fi.ver.quamuis proba
tur etiam Mat.26.Marci.14.& Luc.22.ibi, & ipſe auulſus eſt,
ab eis quantum iactus eſt lapidis, & poſitis genib.orabat &c.
Dominus ante paſsionem ſuam, vt liberius oraret ad patrem,
ſe a ſuis diſcipulis ſegregauit, cuius omnis actio noſtra eſt in-
ſtructio. 1.q.1. Chriſtus quid fecit.2.q.1. deus omnipotens.
probatur etiam Matthęi.6.tu cum oraueris intra in cubiculũ
tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcõdito, & pater
2 tuus qui videt in abſcondito reddet † tibi &c. pro hoc.16.q.j.
ſi cupis.cum ſua gl.ſuper verbo ſolorum. Aut quo ad alias con-
uerſandum, & tunc, aut quæris vtrum conuerſatio, & vita ho
minis cum bonis, & quos habere expedit, ſit melior quam ſo
litaria, & dic ꝙ ſic, & ita intelligitur illud dictum Salomonis,
ve ſoli &c. Eccleſiaſtici.4.& hic.& j.de capel.mo.c.ex parte.
3 & c.vlti.81.diſt.in omnibus.12.q.1.illud.† Aut cum malis, &
quos habere non expedit, & tunc melior eſt, & vtilior vita ſo
litaria ꝗ communis, & hoc caſu intelligitur, ꝙ ait Apoſtolus.
1.ad Cor.7.& recitatur.28.q.1.ſi infidelis.j.de diuortijs quan-
to. Si infidelis diſcedit, diſcedat: & illud.ex vna oue morbida
vniuerſus

vniuerſus grex inficitur.45.diſt.ſed illud.ĵ.e.c.fi.& illud Iſaiæ.
52.& 65.& Hieremiæ.4.& recitatur.45.diſt.c.recedite pollu-
ti,recedite,abite,nolite nos tangere,nolite nobis communica
4 re. † & hæc duo membra, vltima probantur in Pſalmo.17.cũ
ſancto ſanctus eris,& cum viro innocente innocens eris,& cũ
electo electus eris,& cũ peruerſo peruerteris,& 16.q.1.ſi cle-
ricatus.ibi,mihi placet, vt habeas ſanctorum cõtubernium &c.
ergo a contrario non malorum arg.ŝ.de offi. eius cui man.eſt
iuri.l.1.§.huius rei.ŝ.de his quæ fi. a præla. ſine conſen.c.cum
apoſtolica.& ad Theſſal.3. denunciamus vobis fratres in no-
mine domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni
fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem
quam acceperunt a nobis. & 1.Petri.2.c.conuerſationem ve-
ſtram inter gentes habẽtes bonam. & Cato cũ bonis ambula.
¶ Super eo.c.§.qui vero.hic innuitur quod Abbas poſsit cum
monacho ſuo quo ad habendum propriũ diſpenſare, quod eſt
5 falſum,vt ĵ.eo.cum ad monaſterium.in fi.† Sed contra.27.q.1.
de viduis.in fi.ſolutio ibi non loquitur de mulieribus verè re
ligioſis,ſed de his quę mutato habitu in domo propria hone-
ſtè & religioſè viuere volunt,quaſi benignè quæ & ſucceſſo-
res habent.12.q.vlti.c.fi.vel ſolue, vt no.in c.cum ad monaſte
rium.§.1.ſecundum Hoſtien.
¶ Super eo.c.in §.prioratus. Si quæris vtrũ prioratus ſeu obe
dientiæ pretij donatione, ſeu interuentu alicuius temporalis
tradi ſeu committi poſſunt,vel debent, diſtingue.Aut quæri
tur vtrum poſsint tradi vel committi per Abbatẽ,& conuen-
tum, ſeu ſolum Abbatem:aut nunquid poſsint committi per
6 priores,ſeu obedientiarios ipſos obtinentes. † In primo caſu,
aut prioratus ſiue obedientiæ habent ius ſpirituale annexum,
vel bona ſibi appropriata & diſtincta a bonis monaſterij, &
tunc dic quod non:vnde tales non debent tradi monacho ſim
plici,vt fiat ibi cuſtos vel procurator,vt hic & 1.q.1.ſi quis epi
ſcopus.& q.3.ſaluator. Aut temporalia huiuſmodi prioratuũ
ſiue obedientiarum ſunt de menſa abbatiæ ſiue monachorũ,
& tunc poſſunt Abbas, & monachi ſtatuere,quod monachus
cui talis prioratus committitur certum,quid ſoluat annuatim
de redditibus dicti prioratus,ſed non aliunde,quia proprio ca
ret.12.q.1.nolo.& c.nõ dicatis.& ŝ.eo.§. qui vero.& talis mo
nachus potius dicitur miniſter ſiue cuſtos, quam prior quod
ſonat in dignitatem.ŝ.de præben.niſi eſſent.ĵ.de priuile.volen
7 tes §.fi.lib.6.ſecundum Innoc.& Hoſti.& Abb.† Si quæris in
ſecundo caſu,ſ.nunquid poſſunt tradi ſeu committi per prio-
res ipſorum prioratuum ſeu obedientiarios obedientiarũ &
ipſarum ad firmam,iuxta ea quæ leg.& not.ĵ.eo.ne præla.vi-
ces ſuas.c.fi.& dic quod ſic,ſecundum Ala.& Hoſt.dum tamẽ
authoritas diocęſani interueniat,quãtum ad eccleſias.Sed nec
eſt prohibitum hoc facere eccleſia inſtituta,quia etiam rector
hoc facere poteſt,ipſa tamen vacante hoc non licet,vt ibi no.
ſecundum Hoſt.Et iſta diſtinctio quo ad prima duo membra,
ponitur & approbatur per Archi.ĵ.de offi.ordi.præſenti.glo.
2.ver.nam Abbas bene poteſt &c.lib.6.& approbatur expreſ-
ſè hodie extra de ſupplen.negli.præla.c.vnico.in cle.vbi.idem
no.gẽc.ſuper verbo ſpeciales priores.& de exceſ præla.c.vni-
co.ſuper verbo ad firmam in eiſdem cle.
¶ Super eo.c.in §.priores.Ad declarationem huius.c.& gl.pe.
Si quæritur vtrum,& quando monachi poſſunt per ſuos abba
tes a ſuis prioratibus ſeu adminiſtrationibus remoueri,diſtin
8 gue.† Aut quæritur de prioratibus vel adminiſtrationibus im
petratis vel collatis:aut ex certa ſcientia,cõfirmatis a ſede apo
ſtolica,vel authoritate ipſius,& in iſtis videnẽ emancipati quo
ad hoc ab imperio ſuorum prælatorum, & ita quod non pote
runt ſine cauſa ad mandatum Abbatis remoueri.vt hic,& 16.
q.1.monachus:& not.20.ŝ.de electionib.cum inter R.ſenio-
rem.& Inno.de præben.niſi eſſent.gl.2.in fi.& Archi.ĵ.de off.
9 ordi.c.præſenti.gl.2.in fi.li.6.† Aut quæritur de alijs,& tunc,
aut quæritur de illis, qui per electionem creantur, & tales nõ
poterit abbas ſine cauſa, & ſine authoritate epiſcopi,cuius au
thoritate ſunt inſtituendi ſeu,iam inſtituti, remouere,vt hic,
10 & no.hic Inno.& hoc. † Aut quæritur de alijs qui non crean-
tur per electionem, ſed per ſimplicem collationem vel inſtitu
tionem ſeu commiſsionem epiſcopi vel abbatis, & tunc, aut
quæritur de illis qui præficiuntur eccleſijs curatis,& tunc idẽ.
16.q.1.de monachis.18.q.1.c.1.ĵ.eo.quod dei.ŝ.de preben.in
lateranenſi.ſecundum Innoc.& Hoſti.& Abb.& Io.And.hic.
Aut quæritur de alijs qui præficiuntur prioratibus ſeu admi-
niſtrationibus non curatis,& tunc, aut conſtat de malitia ſeu
voluntate ſuperioris,puta Abbatis, quod ſine cauſa rationabi
li, velit eum a tali prioratu ſeu adminiſtratione remouere, &
tunc poterit inferior ſupplicare ſuperiori, & per ipſum ſupe-
riorem habebit tueri ipſe inferior ſuper hoc ſupplicans ſupe-
riori contra malitiam abbatis,ad ſimilitudinẽ ſerui ſupplican-
tis C.de preci.imper.offe.l.1.inſti.de ijs qui ſunt ſui vel ali.iu-
ris.§.ſed hoc tempore.& ſe.vt hoc no.Inno.& Hoſt.ĵ.qui cle.
vel vo.inſinuante.in fi.& Archi.in d.c.præſenti.gl.a. circa fin.
lib.6.& Guhel.de monte Lau.extra de ſupplen.negli.prælato.
c.vnico ſuper verbo oportuerit in cle.vbi ponit iſtã diſtinctio
11 nem paucis additis. † Aut non conſtat de malitia ſeu volunta
te inordinata ipſius abbatis,& tũc dicit Guhel.de monte Lau.
ibi.Aut quæritur vtrum ſubditus debeat præſtare difficultatẽ
circa inquiſitionem cauſæ,& dico quod nõ,quia ex quo præ-
latus allegat ſibi cauſam rationabilem & neceſſariam,qua vult
ipſum remouere debet pati quod de ipſa fiat ſummaria infor-
matio,ex quo eam negat, ſic intelligitur iſtud verbũ ſine con-
tradictione.ĵ.eo.cum ad monaſterium.§.tales.per iura.ĵ.de ac
cuſatio.cap.qualiter.2.in fi.& de ſymo.per tuas.Aut quæritur
vtrum poſsit facere,vel pręſtare difficultatem ex parte cauſę,
id eſt,quod oporteat quod ſit probabilis,& quod ſit vera,arg.
ŝ.de appel.interpoſita.& in d.c.illã.11.q.3.& tunc quoquo mo
do conſtet,de ea quamuis etiam ſummariè, & omiſſo ordine
iuris poterit ſine contradictione repelli,non obſtante etiam ſi
dicat ſibi pactum factum de non remouendo ad vitam,arg.ĵ.
de priui.volẽtes.§.in eos.lib 6.ſic no.Gul.in d.c.vnico. Et ſic
ſecundum iſtud vltimum membrum ceſſante malitia non re
mouebit eum ſine cauſa, quod non credo verum, alias nulla
eſſet differentia,an cum malitia vel ſine malitia vellet eum re
mouere, quia in nullo caſu poſſet pro libito voluntatis, quod
eſt falſum,vt in d.§.tales le.& no.

1 *Parochiani petere poſſunt bonum rectorem ſibi dari.*
2 *Epiſcopus admittere tenetur,a patrono præſentatum.*
3 *Monachus epiſcopus fieri poteſt.*
4 *Monachus an prælatus regularis ſuæ religionis effici poteſt.*
5 *Monachus an prælatus ſecularis fieri poſſit.7.*
6 *Prædicationis officium priuilegiatum.*
8 *Monachus effectus curatus,an ſui ordinis ſtatuta ſeruare debeat.*
9 *Monachus an canonicus fieri poſſit.*
10 *Monachus prælatus aſſumptus,an carnes comedere poſſit.*

1 QVod dei timorem. Ex verſi. quiam
dixi &c. † Not.
quod parochiani poſſunt petere ſibi dari bonũ re-
ctorem,& ipſum confirmari, & ſi malus eſt remo-
ueri:eo quod in malo ſacerdote, & malo prælato,populus pa-
titur famem,& ſitim verbi dei.8.q.1.audacter.ſecundũ Goff.
arg.ŝ.de offic.ordi.inter cætera 16.q.7.filijs hoc eſt etiam q̃d
Hieremi.deplorat Thren.4. Paruuli petierunt panem,id eſt,
verbum Dei,& non erat qui frangeret eis,diſtinguẽdo,& præ
dicando.& iterum adhæſit lingua lactẽtis in ſiti.gl.verbo dei.
Et hoc quod dixit de poſtulatione ſimpliciter, verum eſt q̃n
ad populum ſpectat ius patronatus ŝ.de elect.querelam.16.q.
1.conſtitutum. alias autem non habet ſe intromittere de ele-
ctionibus,ŝ.de elec.omnis. & c.quiſquis. & c.maſſana.ſecundũ
Hoſti.hic. Sed tu dic dictum Goff.continere veritatem,licet
ad populum nõ ſpectet ius patronatus: vnde populus petit &
poteſt petere ab epiſcopo ſibi dari rectorem,quæ ſimplex pe-
titio cadit & cadere poteſt in laicum, & quæ ſimplex non eſt
prouiſio:quia epiſcopus non tenetur petitionem eius admit-
2 tere niſi velit.† Secus in caſu vbi habens iuſpatronatus aliquẽ
legitimè præſentaret, quia talem epiſcopus admittere tenere
tur.16.q.7.decernimus,& hoc no.Archid.71.diſt.hortamur.
in fi.magnæ glo.& dixi in d.c.querelam.in 2.diſt. in fi.& iſtam
glo.Goffr.hic approbat Archid.16.q.1.ſi quis monachus.glo.
penult.a 3.diſtin.c.qui epiſcopus.gl.fi. vbi de hoc vide, & 16.
quæſtio.7.nullus.
¶ Super eo.c. Ad declarationem gl.quæ incipit vtrum mona
chi.Si quæritur vtrum,& qualiter,monachi poſſunt aſſumi ad
regimen animarum:& vtrũ aſſumpti ſtatuta ſui ordinis ſerua
re teneantur,diſtingue. Aut quæritur de primo.ſ.vtrũ,& qua
3 liter poſſunt aſſumi ad regimen animarum,& tunc † aut quæ
ritur vtrum poſsint aſſumi ad epiſcopatum, & dic quod ſic.
Et de iure communi,vt ĵ.de elec.c.nullus §.fi.lib.6. melius ex
tra de elec.1.§.vlt.in cle. Et idem intellige de archiepiſcopatu,
& ſuperioribus,cum ſit eadem vel maior ratio,vt ibi no.Aut
ad aliam dignitatem inferiorem,& tunc,aut ad dignitatem re
4 gularem,& tunc,† aut eſt eiuſdem religionis & habitus,& tũc
dic quod poſſunt etiam de iure communi,vt extra de elec.c.1.
in prin.in cle.a contrario ſenſu.Aut alterius religionis,vel ha-
bitus

bitus, & tunc aut quæritur vtrum poſſunt aſſumi de iure com
muni, & per viam poſtulationis, ſeu alterius prouiſionis ſpe-
cialis, & dic quod ſic, & a quo debebit poſtulari, dicit ibi Ioan.
Andr. quod a Papa. goc. vero tenet ibi quod ab epiſcopo & ab-
bate, & ita videtur ſentire Innoc. & Hoſtien. de poſtul. præla.
5 capit. fin. † Aut ad dignitatem ſecularem, & in hoc caſu ſunt
opiniones, quidam enim dicunt, vt Ioan. & Bart. Brixien. 16.
q. 1. in ſumma, quod olim ex diſpenſatione hoc fieri poterat.
55. diſtin. priſcis. hodie vero poteſt fieri de iure communi. 16.
q. 1. cum pro vtilitate, c. in parochia & c. doctos. & capit. ſi mo-
nachus. §. his omnibus. & §. ecce ſufficienter. & hoc videtur
probare hoc. c. in prin. a contrario ſenſu ſecundum Archid. in
ſumma alle. & hanc opinionem tenuit Hug. in c. alleg. priſcis.
dum modo habeant abbatis, & epiſcopi conſenſum, & Goffr.
hic. Alij vt Io. & Lau. in c. alle. priſcis. & Io. 16. q. 1. monachi va
gantes. & Inno. ſ. eo. c. 2. dicunt ꝙ nec etiam hodie poteſt fieri
ſine diſpenſatione, cum Lateran. concilium hoc prohibeat. ſ.
eo. c. 2. & j. de capellis mon. in eccleſijs. & hanc opinionem vi
detur tenere. G. j. de præben. cum ſingula ſuper verbo eccle-
ſijs. lib. 6. & Ioan. And. poſt eum in nouella. Tertij dicunt ſicut
primi: ſed ad hoc addunt, quod præfici poſſunt in eccleſijs tan
tum in quibus poſſunt plures monachi commorari, ſolus au-
tem præfici nõ poſſet monachus, quia nec debet ſolitarius ma
nere ſine alio ſocio eiuſdem religionis. ſ. eod. c. 2. ad idem. 7. q.
1. nihil & c. illud. & 80. diſtin. in omnibus. & hanc opinionem
ponit glo. 16. q. 1. in ſumma quarti. Ioan. Fa. in cap. alleg. priſcis.
& Bert. hic in ver. ſatis poteſt dici. &c. dicunt quod olim mo-
nachi non poterant præfici eccleſijs niſi ex neceſſitate, vt in c.
alleg. priſcis. hodie poſſunt etiam vtilitate ſuadente nedum ne-
ceſsitate, quia hęc duo æquiparantur. 12. q. 2. ſine exceptione.
j. de ſenten. excom. ſi verè. Hoſt. hic tenet primam opinio. di
cens, tu dic cum Hug. & Bertrando prouinciali, & Goff. quod
monachus cũ licentia ſiue conſenſu abbatis hodie poteſt præ-
fici per epiſcopum in parochiali eccleſia, etiam ſeculari. 58. di.
c. 1. & 2. 74. diſt. quorundam. & idem eſt de canonicis regulari-
bus. ſ. ti. 1. per tuas. & hic: & Abbas cogitur conſentire vbi cle-
rici nõ inueniuntur ſufficientes, & monachus eſt bonus præ-
dicator: & honeſtus in vita. ar. 21. q. 1. c. 1. in fi. ſ. de elect. in cau
6 ſis in fine & c. nihil eſt. † Et in hoc intelligas quod officiũ præ-
dicationis ratione regiminis competens eſt priuilegiatum, vt
hic ſequitur, & argum. ſ. tit. 1. ex multa. ſecundum eum hic &
in ſumma eod. tit. §. vtrum populum cum quo concordat fra-
ter Ioan. in ſumma confeſ. tit. de tranſitu cle. q. 2. ver. Hoſtien.
tamen &c. & frater Aſten. lib. 6. tit. ordinandus debet eſſe non
neophitus. & tit. de obedientia arti. 4. verſic. quid ſi epiſcopus
velit. & Ioan. And. hic & hoc credo verum quod ſatis incidit
in idem cum quarta opinione. Nam ex quo aſſumitur per epi-
ſcopum, ſatis concluditur vtilitas eccleſiæ, ad quam aſſumitur,
cum epiſcopus teneatur vtilitatem parochialis eccleſiæ, & ět
cuiuſcunque alterius ſibi ſubditę procurare, arg. ſ. de iureiurã.
petitio. de feud. c. 2. & hic debet inter alia iurare, vt not. Hoſti.
eo. ti. c. ego. enim. Item cum Abbas conſentit concluditur vti
litas monaſterij vnde aſſumitur qui ſimiliter iurat vtilitatem
ſui monaſterij procurare. j. de ſymo. deus qui. 18. q. 2. abbatẽ.
J. cap. proxi. & ſe. Item dicit Hoſti. hic quod talis monachus
poteſt ſine alio monacho, ſi ipſum commodè habere non poſ-
ſit, vel quia ad hoc non ſufficit eccleſia, vel quia ſocium non
repperit habitare, arg. hic nec obſtat. ſ. eo. monachi. quia illud
intelligi debet non ſolum de monachis ſed etiam de canonicis
regularibus, quia non debent ſoli poni per villas ſeu parochias
7 ab abbate ad morandum. † Porro ſi ad regendum populum in
ſtituantur, aliud eſt, quia in hoc officium prædicationis priui-
legiatum eſt, vt hic patet: cum enim vtriq; religioſi ſint, quis
poſsit in hoc reddere ſufficientem rationem diuerſitatis, nõ
enim hæc ſufficit, quod regulæ inſeruiunt laxiori, vt patet ſu-
pra, de poſtulando ex parte in fine ſecundũ eum. Idem in hoc
Hugo. & Goffre. hic. & G. de monte Laudu. & Gen. extra eo-
dem titu. capitulo nẽ in agro. §. ad hæc ſuper verbo prioribus
& Ioan. Andr. ſuper verbo ad clauſtrum. in clem. Et præmiſſa
intelligas de eccleſijs parochialibus, quæ ad monachos pleno
iure non pertinent, in illis autem quæ ad illos pleno iure perti-
nẽt, ſufficit ſola authoritas abbatis & conuentus. 16. q. 2. viſis.
vt no. Hoſt. in ſum. eo. tit. §. alle. vtrum populum. vbi plene de
hoc per eum. & idem no. frater Io. in ſum. confeſ. tit. de tranſi
tu. in cle. q. 2. & ſe. † Aut quæritur de ſecundo principali, ſ. vtrũ
8 tales aſſumpti ad regimen eccleſiæ parochialis teneantur ſta-
tuta ſui ordinis ſeruare, & tunc refert. Aut quæritur de tribus
ſubſtantialibus ordinis, & dic quod illa ſeruare tenetur, nam
talis monachus continentiam ſeruare tenetur. ſ. de vita & ho
cle. c. vt clericorum. temporalia diſpenſabit ratione ſibi com-
miſſæ adminiſtrationis: a iugo autem obedientiæ, & a iuriſdi-
ctione abbatis abſoluitur, ſed imperio epiſcopi ſubijcitur, qui
de cætero erit abbas ſuus. 16. q. 1. ſic viue. & c. cunctis. & hoc
intelligas, quando eccleſia cui prȩficitur, ad epiſcopum ſpectat
quo ad omnia. 16. q. j. in parochia. vel ſaltem quo ad inſtitutio-
nem, ſicut vbiq; eſt de iure communi. 16. q. 1. ſane. j. ti. 1. c. 5. ſ.
de præben. in Lateran. vt dictum eſt. Si vero eccleſia pleno iu-
re pertinet ad monachos, remanet monachus ſubiectus ab-
bati, & ſeruabit omnia ſicut prius, præter tria. ſ. ieiuniũ, ſilen-
tium & vigilias, quæ commodè ſeruari non poſſunt in eccle-
ſia ſeculari. ar. 43. diſt. ſit rector. 16. q. 1. nemo. vt no. gl. 16. q. 1.
de monachis. In omni autem caſu, etiam ſi epiſ. factus ſit, ha-
bitum deferre debet. ſ. de vi. & ho. cle. c. clerici. ad fi. niſi forte
ſcandalum generaret, vel loca minus tuta tranſiret, vbi ſecu-
rius poteſt mutare habitum, & ſe alijs conſormare. Sed ipſum
circa carnem non derelinquat, vt in c. alle. clerici. verſ. & taber
nas. & eo. tit. Deus qui ſecundum Hoſt. & Io. And. hic, & Ho.
in ſum. d. §. vtrum & fratrem Ioã. in d. q. 2. & 3. Aut quærit de
ſtatutis alijs a tribus ſubſtantialibus prædictis, & tunc dicit
Hoſt. hic ꝙ ab omnibus obſeruantijs regulæ quas non poteſt
ſeruare commodè ſaluis ſubſtantialibus, ipſum intelligas ab-
ſolutum. q. 1. c. vnico. Illas autem quas commodè poteſt ſer-
uare ſeruabit, vt j. c. in fi. Vt ergo cõcludam, obediens erit epi-
ſcopo, continentiam ſeruabit, quia illam promiſit, proprium
tamen habebit ratione adminiſtrationis ſibi commiſſæ. ſ. eo.
monachi. §. quia vero. ꝙ nec ſecundum veritatem propriũ eſt.
ſ. de præben. ratio. de dona. c. 2. & ſic ſemper remanet regula-
ris, quia hæc tria quæ ſeruat, ſubſtantialia ſunt, vt no. ſ. de regu
9 la. ex parte. † Sed nunquid in eccleſia collegiata canonicorum
ſecularium poterit fieri prior, præpoſitus, vel decanus, vel ſim
plex canonicus; quidam dicunt ꝙ ſic, vt no. ſ. de vi. & ho. cler.
deus qui. tu dic contra ſecundum Hoſti. & Io. An. hic vt no. ſ.
de regula. ſuper eo. quia hoc nunquam eſt licitum de præben-
da, arg. in eo. quod le. & not. j. tit. 1. inter quatuor. in fin. nec de
perſonatu niſi ob neceſſitatem curæ animarum, & diſpenſati-
ue hoc fiat: & qui dixerit canonicè diſpenſatum hoc probet,
ſuper quo vide quod no. j. de ſchiſma. c. 2. Sed & cum diſpen-
ſationes de maiorib. ſint negotijs, de conſilio capituli fieri de-
bent, alias non valebunt, vt patet in eo quod leg. & no. ſ. de ijs
quæ fi. a prȩla. nouit. & c. quanto ſecundum eum hic, & in ſum
ma in §. alle. vtrum. ſecundum Hoſt. ſ. de tempo. ordi. dilectos.
dicit, ꝙ cõſuetudo hodierna habet, quod ſoli epiſcopi diſpen
ſent. no. Arch. & Io. And. j. de elec. cum ex co. lib. 6. & Arch. j.
de filijs presbyt. c. 2. eo. lib. & de iſta materia vide quod no. Io.
And. extra de elec. c. 1. gl. pe. lib. 6. & quantum ad hoc quod di
10 ctum eſt de præbenda, vide quod dixi in c. alle. deus qui. † Et
vtrum monachus aſſumptus ad prȩlaturam eccleſię ſecularis,
debeat comedere carnes, vide p Io. 16. q. j. c. de monachis vbi
dicit quod ſic, ne ſit alijs ſcandalum. 41. diſt. quiſquis. quod ve
rum niſi habeat ſocium: tunc. n. non poteſt vt hic, niſi ſit infir
mus vel debilis, de conſecr. di. 5. carnem. vel niſi ex præcepto
epiſcopi, ſm Hoſt. in §. alle. vtrum populum. ver. ſed nunquid
excuſatur. idem frater Io. in ſum. confeſ. de tranſitu. cle. q. 3.

1 *Tacere in his quæ quis loqui tenetur, peccatum eſt mortale.*
2 *Tacere in his quæ loqui expedit peccatum eſt veniale.*
3 *Tacere tacenda meritorium eſt.*
4 *Monachus in concernentibus indiṫrij figuram epiſcopo magis quã Abbati obedire tenetur.*
5 *Monachus in concernentibus viuendi normam, obedire abbati in omnibus debet.*
6 *Monachus in regulis cantandi epiſcopo obediat.*
7 *Monachus an diſpenſari poſſit a Papa, vt proprium habeat, vel vxorem ducat. 9.*
8 *Monachus idem quod ſolitarius.*
10 *Caſtitas regulæ monachali connexa.*
11 *Abbas non poteſt diſpenſare monachum, vt proprium habeat.*
12 *Abbas monachum diſpenſare poteſt, vt proprium habeat nomine monaſterij*
13 *Iuramentum ſeruandum.*
14 *Diſpenſatio contra contenta in euangelio inualida.*
15 *Diſpenſatio Papæ contra ius poſitiuum quantum ad eccleſiam militantem valida.*
16 *Diſpenſatio Papæ contra ius poſitiuum, quo ad eccleſiam triumphantem, an valeat.*

17 *Diſpenaſtio ab inferiore Papa ſine cauſa cognitione inualida.*
18 *Religioſus an regulam tranſgrediendo peccatum committat.*
19 *Religionis regulam profitens, vitam regularem profiteri intelligitur.*

CVm ad monaſterium. §. In refectorio. Si
quæris vtrum taciturnitas ſit peccatum vel non, di
1 ſtingue.† Aut quæris in ijs quæ quis tenetur loqui,
vt proprium peccatum confiteri pro tempore debito, & alijs
circunſtantijs de quo ỉ.de pœn. & remiſ.omnis. de ſtatu mo-
nacho.ne in agro.§. ſane. in clem. & mederi proximo ſermo-
ne medicinali pro tempore debito, & alijs circunſtantijs, ſ.de
offi.ord.inter cætera 43.diſt.ſit rector. & ferre teſtimoniũ ve
ritatis 11.q.3.quiſquis metu. & in ijs tacere eſt peccatũ mor-
2 tale.† Aut quæris de ijs in quibus non tenetur loqui, ſed expe
dit & decet, & tunc eſt veniale: quando autẽ hoc eſt, & quan-
do non, determinare in ſingulis eſt difficile: ſed ipſa vnctio do
cet, quod non permittit hominem ſibi adhærentem de facili
errare. Aut quæritur in ijs, quæ quis non tenetur tacere nec lo
qui, ſed ſunt indifferentia, & in ijs tacere non eſt peccatum, vt
patet in ijs quæ dicam poſt Hoſt.ỉ.de ſymo.per tuas.2. Aut in
3 ijs in quibus tacere tenetur, & tunc tacere eſt meritorium &
actus veritatis, vt hic & ỉ.de pę.& re.omnis.§.caueat.& hoc
caſu intellige, ꝙ dicit hic Greg.os diſcretum congruo tem po
re vox aperit: & rurſum congruo tempore taciturnitas clau-
dit. Pro primo vero membro facit quod dicit Greg. immode
ratum ſilentium, ſi culpa non eſſet, propheta non dixiſſet, ve
mihi qui tacui: pro ſecundo, & tertio, facit Eccleſiaſtici.20.
homo ſapiens tacebit vſq; ad tp̃s. Quod autem dicit Grego.
qui corrigere non valet increpare non deſinat, ne ſe participẽ
delinquentium ex conſenſu taciturnitatis abdicat: intelligitur
de illo qui tenetur ex officio corrigere, & mederi alijs in ver
bo correctionis, in talibus ſi fiat obmiſsio pro tempore debi-
to eſt peccatũ mortale: in hoc cõcor. Aſtẽ.ti.de multiloquio.
¶ Super eod.c.§.Abbas vero. Si quæritur vtrum, & in quibus
monachus teneatur obedire Abbati ſuo: & vtrum magis ſibi
quam ep̃o diocęſano obedire teneãtur, diſtingue. Aut quæri-
tur de ijs quæ verſantur in figura iudicij: aut de ijs quæ ſpectãt
4 ad officium abbatis.† In primo caſu dic, ꝙ plus tenentur obe
dire epiſcopo quam abbati. C.de epiſ.& cle.in auth.cauſa quæ
fit cum monacho.11.q.1.de perſona.ſ.de offi.ordi.quanto.in
fi.cum ibi no.in gl.ſic patet.61.diſt.obitum. 6.q.3. per ſingu-
las.16.q.1.qui verè.& ita intellige quod no.gl.12.diſ.de ijs.in
gl.ar.ꝙ in prin.& hoc tenent Hug.& Lau.& Arch.11.q.3.qui
5 reſiſtit in gl.adde nã potius. In ſecundo caſu refert.† Aut quę-
ritur de regulis viuendi, & dic ꝙ in illis debet in omnibus obe
dire abbati, vt in d.c.quanto.in prin.18.q.2.nullam.& not.Ioã.
12.di.de ijs in gl.ar.ꝙ pro hoc beatus Ber.de diſciplina & præ
cepto.c.5.regularis inquit, profeſsio, qua ſe minor ſponte ſub
dit maiori, æquè alligat, & priorem cõis equidẽ peccati reor,
vtrunq; pari neceſsitate teneri vnum fidelĩ curæ, alterum fi-
delis obedientiæ. & c.8.dicit eadem cura obediendũ eſt deo,
& dei vicario, & idem.c.9.prælatum quem pro deo habemus
in omnib.quæ non ſunt aperte contra deum audire debemus.
6 † Aut quæritur de regulis cantandi, ſeu officiandi in eccleſia,
& tunc epiſcopo ſeu metropolitano obedire debet, vt in d.c.
de ijs, & no.Io.ibi in gl.ar.ꝙ pro hoc.de conſe.di.2.inſtitutio.
& quod no.Ber.ſ.de of.ord.paſtoralis.in prin.in glo.eſt tamen
index.ver.niſi in caſib.& Hoſt.poſt eum. & Card.ỉ.de ſupplẽ.
neglig.præla.c.j.gl.no.quod lib.6. Et ſi velis plenius videre de
obedientia religioſorum, vtrũ teneantur obedire prælatis ſuis
in omnibus, quæ non ſunt contra deum, vtrum omnis inobe-
dientia religioſorum ſit mortale peccatum, vide per Aſten.li.
6.tit.de regularibus arti.3.per totum.
7 ¶ Super eo.c.Ad declarationem glo.& ita habes.† Si quæritur
vtrum Papa poſsit diſpenſare cum monacho, vt habeat pro-
prium, vel vxorem ducat. Ber.hic dicit in gl.vlt.ver.puto tñ ꝙ
non, & Hoſt.in ſum.tit.de regulari.§.ad quid.vbi dicit qđ con
tra tria ſubſtantialia regulæ diſpenſare non poteſt. idem Io.te
net.25.q.1.ſunt quidam. Idem tenet Io.in ſubdiacono, quo ad
hoc, vt Papa non poſsit diſpenſare cum eo, vt ducat vxorem,
ſi votum ipſum ordinatum obliget: ſecus ſi conſtitutio eccle-
ſiæ ipſum obliget, & non votum: quia contra conſtitutiones
bene diſpenſat, vt in c.alleg.ſunt quidam. vt hoc notat.32.di-
ſtinct.c.de illo cum quo concordant Hug.& Archi.ibi, & ex-
preſsius.27.q.1.cap.nubendi.& vinc.ſ.de cleric.coniuga.cum
olim.vt no.Ber.ibi in gloſſ.2.ver. Vinc.dixit &c.& Goffr.ibi.
Sed Bart. Brix. vtrobique.ſ.in c.alleg ſunt quidam.& c.de illo
tenet contrarium.ſ.quod poteſt diſpenſare.c.cum hoc non ſit
contra articulos fidei, & ipſe habeat plenitudinem poteſtatis,
vt 2.q.6.decreto.& c.ſe.& idem no.Io.25.q.1.quæ ad perpe-
tuam.gl.1. dicens, quòd in continentia ſacerdotum bene po-
teſt diſpenſare. Et idem quo ad continentiam profeſſoris or-
dinem regularem tenet Inno.hic in gl.2.dicens iſta duo.ſ.ab-
dicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis ſunt annexa regulæ
monachali, non a iure naturali, vel diuino, ſed a iure poſitiuo,
8 quod probat,† quia monachus nihil aliud eſt quam ſolitarius,
& triſtis.16.q.1.placuit. ſic ergo plus importat illud eſt im po-
ſitum a cõditore iuris. Ex quo patet quod Papa poſſet diſpen
ſare cum monacho, quod habeat proprium, & vxorem ducat,
cum poſſet ordinem & regulam, vel ſubſtantiam, quam dedit
ordini tollere ſecundum eum: idem Hoſtien. poſt eum hic, &
Archid.32.q.2.c.ſolet.glo.fin.& Guil.de monte Lau.extra de
conſangui.& affinit.c.vnico. ſuper verbo in ſacris ordinibus.
Gen.ſuper verbo conſtitutus.in clem.& hoc credo verius de
9 iure, dummodo faciat ex cauſa, vt ſequitur.† Vel potes circa
hoc probabiliter ſic diſtinguere ſecundum opinionem Vinc.
& Ioan.quam ponit Ber.hic in ver.Vin.& Ioan.qui dixerunt,
quòd Papa non poteſt diſpenſare, vt monachus habeat pro-
prium exiſtendo monachus, vel quod poſsit contrahere ma-
trimonium: cum per primum non fiat triſtis ſed gaudens, cũ
ſit gaudium habere proprium: per ſecundum vero non fiat tri
ſtis nec ſolitarius ſed gaudens & comitatiuus, ſaltem cũ vxo-
re: & ita poſſet intelligi prima opinio. Sed de monacho poſ-
ſet facere non monachum.74.diſtinct. quorundam. quo facto
per conſequens, & proprium habebit, & vxorem ducet, ad
quod facit.l.qui clerici vel vo.c.veniens, & quod no.Innoc.ibi
glo.3. Tu dic ſecundum Innocentium, & Hoſtien.hic quod
non poteſt diſpẽſare ſine cauſa, ſed ex magna cauſa, & deo pla-
cente hoc poſſet, vt ſi non poſſet eſſe ſalua Chriſtianitas, niſi
monachus regnum ſuum proprium, accipiat illud ſuis hære-
dibus relinquendum, vel ſi illi de regno aliquo dicant, quod
niſi monachus accipiat reginam regni in vxorem, quod dabũt
eam tyranno vel infideli, vt no. plene hic Innoc.in gl.bene di-
cit. & Hoſtien. poſt eum. Cum quibus non concordat Tho.
in ſecunda ſecundæ.q.88.arti.11.dicens quod quia continen-
tia non eſt annexa eſſentialiter ordini ſacro, ſed ex ſtatuto ec-
cleſiæ, ideo videtur quod per eccleſiam diſpẽſari poſsit in vo-
to continentiæ ſolennizato per ſuſceptionem ſacri ordinis,
ſed non poteſt in voto religionis ſolenni, quia prout dicit hæc
10 decre.in fi.† Caſtitas eſt annexa regulæ monachali, vnde debi
tum caſtitatis eſt annexum ei eſſentialiter, ſecundum Tho-
mam cum concor.in ſcriptis, vbi dicit, quod illi probabilius
dicunt, qui dicunt quod ſi communis vtilitas totius eccleſiæ,
aut vnius regni vel prouinciæ expoſceret, poſſet in voto con-
tinentiæ, & religionis diſpenſare quantumcunq; eſſet ſolen-
nizatum, & hanc ſententiam.ſ.quod Papa poſsit diſpenſare
notabat dominus Hug.Cardi.& Ioan. Theutonicus, qui dicit
quod vidit de facto diſpenſari, & conſentit etiam magis huic
opinioni Hoſtien.in ſumma titu.de voto, & vo.re.§.qualiter.
circa finem prout hoc no.Archidia.in c.alleg.quidam.26.q.1.
glo.penul.qui in eandem opinionem declinare videtur.& Fra-
ter Ioan. in ſumma.con. Rub.de votis q.72.quæ incipit, quæ-
ro ſpeciale. & hoc expreſsè tenet Ioan.Aod.infra de regu.iur.
capitulo. ſemel deo. in nouella libro ſexto, vbi diſputat hanc
quæſtionem.& hic.
¶ Super eodem capitu. §. fina. Si quæris vtrum Abbas poſsit
cum monacho, vt habeat proprium diſpenſare, diſtingue.
11 † Aut vt habeat & poſsideat nomine proprio, & dic quod nõ,
12 vt hic. † Aut vt habeat & poſsideat nomine monaſterij in
vſus ſuos neceſſarios, & dic quod ſic, vt hoc not.G.de mon-
te Lau. extra eodem titu. capitu. ne in agro. in fin.gloſſ.ante-
penul.in clemen. Vnde iſtum.§. intelligit Hoſtien.de mona-
cho adminiſtrationem non habente: alioquin contra.ſupra eo
dem capit.2.§. qui vero. quantum enim ad proprietatem ha-
bendam æquiparantur religioſi adminiſtrationem habentes,
& clerici ſeculares, vt patet ſupra de teſtam.requiſiſti.§.fin.ſe
cundum Hoſtien. hic in gloſſ. ſua quæ incipit adminiſtratio-
nem. Quod vltimum non credo verum, quia primi nullo mo
do teſtari poſſunt, vt 19.quæſtio.3. quia ingredientibus.& di-
xi ſupra de pecu.cleri.ſi quis ſane.ſed ſecundi bene, vt ibi di-
xi. Hanc decre.inducit Ioan.Andr.infra de regul.iuris capitu.
non eſt obligatorium. in nouella libro ſexto, ad quæſtionem
fratris Vberti quæ eſt talis, Abbas cum conuentu cauſa vi-
tandæ murmurationis, & ſcandali fecerunt ſtatutum iu-
iuramento

iuramento firmatum, vt ſingulis monachis darentur decẽ annuatim pro veſtimentis, quæritur vtrũ Abbas propria voluntate poſsit illud tollere ipſis monachis pecuniam, poſt multa argumenta, pro & cõtra ſoluebat frater Vbertus, quod niſi certa cauſa ſubſit per quam ſtatutum trahatur ad noxam, Abbas
13 ex propria voluntate non debet denegare pecuniã, † ſed debet ſeruare iuramentum cũ poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, per c. debitores. & c. ſi vero. de iureiur. veruntamen ſi ipſe deneget monachis aduerſus, eũ ad hoc petitionem, vel actionem non habent, imo voluntati ſuæ obedire tenentur, hoc dixit per c. manifeſtum. 33. q. 5. & Io. An. concordat.

¶ Super eo. c. Ad declarationẽ gl. Inn. niſi ex cauſa & c. Si quęrit vtrũ diſpenſatio facta ſine cauſa valeat, & in quibus, diſtingue, Aut diſpenſatio fit per Papam, aut fit per aliũ ſeu alios in-
14 feriores. In primo caſu refert. † aut diſpenſatio fit in his q̃ ſunt contra euangelium, & tunc non valet, niſi fiat ex cauſa, aut in his quæ ſunt contra votum tacitũ vel expreſſum, & tunc idẽ. Aut in his quæ ſunt contra generale ſtatutum, ſeu generalem ſtatutũ eccleſiæ, & tunc idem arg. 24. q. 1. memor ſum. aut quæritur, in his diſpenſationibus, quæ fiunt contra ius poſitiuum tantum, ſicut apparet in ſtatutis æditis de ordinib. j. certa interſtitia temporum faciẽdis. 88. diſt. per totum: vel quod quis non poſsit habere duas curas. s. de præb. de multa. & c. cũ iam dudum. & in ijs diſpenſationibus ſufficit ſola voluntas diſpenſatoris etiam ſine cauſa, quod ex hoc probatur, quia, ſi ſola voluntaria cõſtitutio ſit cauſa quare aliquid prohibetur, per conſequens, & ſola voluntas contraria, cauſa erit quare prohibitio relaxetur: quia eius eſt deſtruere ius qui illud condidit, & interpretari. ff. de re iud. quod iuſsit. j. de ſẽt. excom. inter alia. Princeps etiam ſuis legib. non ligatur. C. de leg. l. digna vox. & res de facili redit ad ſuam naturã. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ſm Inn. Hoſt. & Io. An. hic, cum quibus cõcordat Spe. tit. de legato, alias eſt rubrica, de diſpenſatione Papę. §. nũc breuiter. ver. & no. quod niſi Papa & Gen. in extrauag. Ioã. 22.
15 execrabilis. gl. 2. & Archi. j. q. 7. neceſſaria. † Et hoc vltimum membrum. ſ. de diſpenſationibus quas facit Papa cõtra ius poſitiuum, credo verum quo ad eccleſiam militãtem, vt no. Ber. s. tit. proxi. c. non eſt. gl. pen. in fi. & Hoſt. ibi poſt eum: ita etiã intelligo quod no. Hoſt. in ſum. tit. de filijs presbyterorum. §. vlti. in fi. ver. vnum tamen no. vbi dicit quod quamuis Papa ſine cauſa diſpẽſare poſsit de plenitudine poteſtatis, pro eo q̃ non habet ſuperiorem in hoc mundo, nec eſt qui corrigat vel emendet: attamen cum homo ſit, peccare poteſt, & a dominorum domino, & Pontificum omnium Pontifice ſi ſine pœnitentia deceſſerit punietur: ideo nouerit ſibi terribilius iudiciũ quam alijs inferioribus imminere. 9. q. 3. aliorum. & c. ſeq. arg.
16 optimum. C. de iud. l. rem non nouam, circa mediũ, † ſed quo ad eccleſiam triumphantem, ſic credo dicendum. Aut quæritur de diſpenſationibus, quæ fiunt cõtra ius poſitiuum voluntarium, non fundatum ſuper aliqua ratione naturali, puta ſi Papa diſpenſet cum aliquo maiore. 20. tribus annis, qui nondum compleuit. 24. annum quod poſsit ad ſacerdotium promoueri contra capitulum generale, extra de ætą. & quali. in cle. & tũc veram credo opinionem prædictam Inn. Hoſt. & aliorũ. Aut quæritur de diſpenſationibus, quæ fiunt. cõtra ius poſitiuum, fundatum ſuper aliqua ratione naturali, vt ſi diſpenſaret cum indigno totaliter, quod haberet beneficium eccleſiaſticũ, contra. c. nihil eſt. s. de elec. vel cum aliquo quod haberet duas dignitates eccleſiaſticas, contra. c. de multa. s. de præb. & tunc nõ credo, quod valeat diſpenſatio facta ſine cauſa, cum tex. c. alle. de multa dicat, quod Papa poſsit diſpenſare, & valeat diſpenſatio, cum ratio poſtulauerit, ergo a contrario ſi ratio non poſtulauerit non valet, & hoc ſatis poteſt colligi ex illa extrauaganti execrabilis in prin. Et quod Papa peccet ſi voluntas ſua non eſt ordinata in diſpẽſando, no. Hoſt. in ſumma in d. §. vlt. verſ. vnum tamen no. Et quod non valet diſpẽnſatio quo ad eccleſiam triumphantem aperte no. Io. mo. in illa extrauaganti Bonifacij. 8. tit. de pœnit. & remi. quæ incipit antiquorum. ſuper verbo confeſsis. circa medium, in quæſtione ſed ponatur q̃ Papa &c. vbi quærit de illa. q. quæ nunc tempore domini Clementis Papæ. 6 ſæpe contigit de facto. Papa alicui exiſtenti in gratia concedit indulgentiam ſine cauſa rationabili non facienti. ſ. opus bonum. ſ. pro quo eſt indulgentia merito concedenda, quæritur vtrum talis indulgentia valeat, & videtur q̃ ſic, quia Papa habet plenitudinem poteſtatis, nec habet ſuperiorẽ a quo debeat regulari, & valet ei cui datur, quia capax eſt: ſed Papa quia omnia & pręcipue maiora agere debet cum diſcretione, & ſm iudicium rectę rationis, peccat etiam ſic concedendo. Sed dicendum eſt, quod licet Papa habeat plenitudinẽ poteſtatis quantum ad omnia bona eccleſiaſtica, tpalia, & ſpiritualia, nõ tamen habet illam, vt dominus, ſed vt miniſter & diſpenſator domini principalis: vnde licet non habeat ſuperiorem in terris, illum tñ habet in cœlis: & ideo diſpenſatio taliũ bonorum ab eo non debet fieri, niſi in illis caſib. in quib. veriſimiliter apparet, quod dominus cuius ſunt hmõi bona conſenſum adhiberet, vt poteſtas ſub ratione diſtinguatur. 11. q. 3. illa. Conſtat autẽ quod deo non placet, ꝙ talia bona ſua ſine cauſa rationabili concedantur, & ideo talis conceſsio non valet: quamuis ergo ille qui eſt verus dominus alicuius rei, ſi illã det alicui ſine cauſa rationabili, poteſt tenere talis donatio, qa fit de conſenſu domini, non meretur tamen donans nec agit virtuosè ſed potius peccat, quia cum quilibet ea quæ agit teneatur agere ſm iudicium rectę rationis, & qui ſic agit virtuoſe agit, & meretur, oportet, ꝙ quicunq; agit contra iudicium rectę rationis peccet, hæc Card. ibi & ad hoc concordat quod no. ipſe Card. in extraua. Bonifacij. 8. tit. de dolo & con. c. rem
17 non nouam. † Si quæritur in ſecundo caſu principali. ſ. quando diſpenſatio fit per inferiorem ſeu inferiores Papæ, quib. conceſſum eſt diſpenſare, tunc dicunt Inn. & Hoſt. hic quod talibus non licet diſpenſare niſi cũ cauſæ cognitione, & ſi diſpenſent non valet diſpenſatio, vel reuocatur & diſpenſans peccat & punitur. 51. diſtin. qui in aliquo. & de iſta materia vide quod no. per Innoc. s. de cle. con. diuerſis fallacijs. per Archid. 1. q. 7. tali. & 55. diſtin. pœnitentes.

¶ Super eo. c. Si quæritur vtrum, & quando religioſus peccet mortaliter tranſgrediendo ea quæ ſunt in regula, dicendũ eſt
18 ſm Tho. quod in regula continetur aliquid dupliciter. † Vno modo ſicut finis regulæ, puta ea quæ pertinent ad actus virtutum, & horum tranſgreſsio, quãtum ad ea quæ cadunt cõiter ſub præcepto obligat ad peccatum mortale: quantum vero ad ea quæ excedunt cõiter neceſsitatem præcepti, nõ obligat ad mortale, niſi propter contemptum: nam religioſus non tenetur eſſe perfectus, ſed ad perfectionem tendere, cui cõtrariatur perfectionis contemptus. Alio modo cõtinetur aliquid in regula pertinens ad exterius exercitium, ſicut ſunt omnes exteriores obſeruantiæ: inter quas ſunt quædã ad quas obligatur religioſus ex voto profeſsionis. Votum autẽ profeſsionis reſpicit principaliter tria. ſ. paupertatem, continentiam, & obedientiam, de quib. habetur hic in fi. Alia vero oĩa ad hoc ordinant, & ideo tranſgreſsio horum triũ obligat ad mortale: aliorum vero tranſgreſsio non obligat ad mortale, niſi per cõtemptum regulæ, quia hoc directè contrariatur profeſsioni, per quam aliquis vouet regulam vitam, vel propter præceptũ, ſiue ore tenus a prælato factum, ſiue in regula expreſſum, quia hoc eſſet facere contra obedientiæ votum, ſm Thom. Et q̃ de contemptu dictum eſt, intellige ſm Arch. quod tunc committit aliquis vel tranſgreditur ex contẽptu, qñ voluntas eius renuit ſubijci ordinationi legis, vel regulæ, & ad hoc procedit ad faciendum contra legem vel regulã. Quando verò propter particularem cauſam aliquam: puta propter concupiſcentiam vel iram inducitur ad aliquid faciendum contra ſtatuta legis vel regulę, non peccat ex contemptu, ſed ex aliqua cauſa: & ſi frequenter ex eadem cauſa, vel alia cauſa, ſimili peccatum iteraret, ſicut etiam dicit Augu. in lib. de naturalib. & gratia. non oĩa committuntur ex contemptu ſuperbiæ, frequentia tamen peccati diſpoſitiuè inducit ad contemptum, ſm illud Prouer. 18. cum in profundum peccatorum ipſius venerit contẽnit ſecundum. T. 16. diſt. nec licuit. vt no. Archi. 81. diſt. quicun-
19 que. † Et ex hoc nota ſm Tho. quod qui profitetur regulam non vouet ſeruare omnia quæ ſunt in regula, ſed vouet regularem vitã, quæ eſſentialiter conſiſtit in tribus prædictis. Vnde in quibuſdam religionibus cautius aliqui profitentur, nõ quidem regulam, ſed viuere ſm regulam. i. ad hoc quod aliquis mores ſuos informet ſm regulam, ſicut ſecundum quoddam exemplar, & hoc tollitur per contemptum. In quibuſdam religioſis adhuc cautius profitentur obedientiam ſecundum regulam oĩno, ꝙ profeſsioni non contrariatur, niſi id quod eſt contra præceptum regulæ. Tranſgreſsio vero vel commiſsio aliorũ obligat ſolum ad peccatum veniale, quia huius ſunt diſpoſitiones ad principalia vota: peccatũ veniale diſpoſitio eſt ad mortale inquantum impedit ea in quib. aliquid diſponitur ad obſeruandum principalia præcepta legis Chriſti, quæ ſunt præcepta charitatis ſm Tho. & idem per omnia Archi. 27. q. 1. c. 1. ſuper verbo ſecundum apoſtolum: idẽ in effectu frater Aſten. lib. 6. tit. de epiſcopis. arti. 2. q. vtrum religioſus, vbi etiam dicit quòd: Dicere quòd Ingredientes religionem non debent

regulam profiteri,alias faciunt minus caute, ſed potius habēt profiteri vitam ſecundum regulam vel obedientiam,ſecundū regulam,eſt plane contra decre.ex parte tua.in fine,vbi eſt expreſſum,quod debent regulam profiteri. Et ad horum declarationē, videas.lib.6.de verſic.exijt qui ſeminat.& 9.quæ requiruntur, vt religioſi rectè viuant, vide per Archid.12.q.5.c.2.in gl.adde quod iſta vnitas.

1 *Seueritati iuris terminis limitata quando detrahendum.*
2 *Seueritati iuris terminos excedenti,quando detrahendum.*
3 *Clericus non poteſt habere vocem in capitulo monachorum ex pacto.*
4 *Clericus vocem in capitulo monachorum habere poteſt conſuetudine & priuilegio.*

EA quæ. Si quæritur vtrum,& quando ſeueritati ſit detrahendū,diſtingue. Aut quæritur de ſeueritate iuris terminis limitata: aut de
1 ſeueritate iuris terminos excedente,† In primo caſu aut quęritur in religioſis qui renuntiauerunt ſeculo,& qui veniunt contra votum,& eo caſu non eſt detrahendum ſeueritati,vt hic in ver.non parcendo.Præterea iſtis viſitatoribus de quibus loquitur hæc decreta.non cōmittitur diſpenſatio, ſed iuris ſeueritas,& ea quę hic ſtatuuntur de obſeruantia monachali,non ſunt diſpenſabilia.vt ſ.eo.cum ad monaſterium. in fi.ſm Vin.& Goſ.hic.& Arch.l.diſt. vt cōſtitueretur ſuper verbo ſeueritati,ſed nec tales viſitatores habēt iuriſdictionē, ſed de plano inquirunt ideo pęna diſpoſitionis non ſequitur. Aut quæritur in ſecularibus:& tunc interdum detrahitur ſeueritati, quod dic vt in d.c.vt conſtitueretur.& j.de cle.excom.
2 ministratores.& ibi forte de hoc dicam.† In ſecundo caſu.ſ.quando quæritur de ſeueritate iuris terminos excedente, tunc aut multis craſſantibus opus eſt exemplo,& tunc nō eſt detrahendum ſeueritati,dummodo non nimia exiſtat.ff.de pęn.l.aut facta.§.fi.C.ad l.Iul.repetundarum.lib.5.j.de ſchiſmaticis.c.vnico.in fi.lib.6.& extra de pęnis.c.ſi quis ſuadente.in cle.Aut nō eſt opus exemplo,& tunc detrahendū eſt ſeueritati, quia pœnis legis debemus eſſe contenti.ſ.de tranſac.c.vlt.cum ibi no. de off.dele.de cauſis in fi.ff.de ver.obli.l.ſi ſtipľo facta fuerit. ¶ Super eo.c.§.præcipimus. Si quæritur vtrum clericus ſecularis poſſit habere vocem in capitulo monachorum, & cum
3 eis eligere abbatem,† diſtingue. Aut quæritur vtrū poſſit hoc habere ex pacto poſt fundationem appoſito, & dico ꝙ nō,vt
4 hic.† Aut vtrum poſſit hoc habere ratione conſuetudinis,vel priuilegij,vel pacti,in fundatione appoſiti,& dic ꝙ ſic: & ita pōt intelligi.ſ.de reſti.in integ.c.2.j.de iure pa.c.nobis fuit.Simile no.ſ.de elec.cōſtitutus.Et idē de canonicis regularibus, quia idē iuris eſt in vtriſq;,niſi in exceptis caſibus,vt no.ſ.eo. cū ad monaſterium.& c.quod dei timorem.& ſ.c.proxi.§.ordinetur.ſm Ioā.hic & Io.And.his, & ad id qđ dictum eſt de conſuetudine concordat Archi.j.de elec.ex eo gl.pe.lib.6.

¶ De religioſis domibus. Rubrica.

1 *Patronus ex loci conſtructione,eccleſia deſtructa,& refecta eius patronus non erit.*
2 *Patronus ex dote eccleſiæ deſtructa & refecta erit patronus.*

QVia monaſterium. Si quæris qñ aliquod monaſterium penitus eſt deſtructū,& aliud de bonis per conuentum ipſius loci conſtruatur, nunquid ille qui erat patronus primi,erit patronus
1 & ſecundi, diſtingue.† Aut ex conſtructione vel loci collatione erat patronus, & tunc non erit patronus ſecundi,quia
2 expirat ius patronatus.† Aut erat patronus ex dotis collatione,& tunc erit patronus ſecundi, ad quod cum onere ſuo trāſeunt res quas dedit.16.q.1.ſi quis laicus.ff.de pigno.actio.l.ſi conuenerit.ſecundum Tancr.& Hoſti.& de hoc plenius per Hoſt.j.de iure patro.c.1.

INter quatuor. Si quæritur vtrum epiſcopus poſſit de eccleſia ſeculari facere regularem,vel econtra, vide quod dicam j.de ecc.edi.c.ad audientiam.2.

1 *Eccleſia per Papam poteſt priuilegiari.*
vnius, arg. ff. de con. & de. l. cui fundus. idem Rot. bene. in lib.
iuris canonici rubrica quid fieri debet quando ſunt plures pa-
troni, & eſt diſcordia inter eos. Sed Ioan. no. contrarium. 16.
q. 7. ſi plures. & idem videntur ſentire. Tan. Ala. Goſ. & Ber.
9 hic. † Sed prima opinio eſt approbata extra. e. c. plures ab vno.
in prin. in cle. ſecundum Io An. & Guil. de Montelau. & Gen.
ibi. Arch. verò in c. alle. ſi plures. glo. fi. dicit ſententiam primo
rum æquam, ideo tenendam, quando ſunt diuerſi patroni, ex
diuerſis cauſis, vt puta quia vnus eſt patronus ex fundatione,
alius ex donatione. Tunc. n. intelliguntur plures hæredes de-
ſcendentes ex vno patronorum, loco ipſius vnius, aliàs ſecus, vt
no. ibi plene, ſed ſecurius eſt tenere primam opini. indiſtinctè
per c. all. plures, quod generaliter loquitur, arg. ff. de publiciani
de precio. 19. di. ſi Romanorum.

1 *Ius patronatus ex tribus cauſis acquiritur.*
2 *Refectione totali eccleſiæ ius patronatus acquiritur.*
3 *Ius pa. ſine epiſcopi conſenſu non acquiritur.*

QVoniam. Ius patronatus regulariter acqui-
1 ritur ex tribus cauſis † ſ. ex eccle-
ſiæ conſtructione, ex eccleſiæ dotatione, & ex terri-
torij ad eccleſiam fundandam collatione, de prima
habes. 16. q. 7. monaſteriũ. de primo & ſecundo, e. cauſa & q.
& c. n-

& c.filijs vel nepotibus. de tertio habes.18.q.2.abbatem, vnde verſus. Patronum faciunt dos,& conſtructio,ſundus,quod dic,vt plene no.Inn.ſ.e.in rubrica & Hoſtien.in c.j.& j.e.nobis fuit.ſuper verbo cóſtruxerit,hoc idem probat deſcriptio patronatus quam ponit Io.An.ſ.e.in rubrica. Patronatus eſt ius honorificum, oneroſum, & vtile alicui in eccleſia competens,pro eo q diocęſani conſenſu illam fundauit, dotauit, vel cóſtruxit ipſe,vel is,a quo habet iuſtam cauſam. vnde dicit Inno.j.de eccle.edi.c.ad audientiam.j.& Ho.poſt eum, q ex dotatione poſſunt plures eſſe patroni,& ſimiliter ex fundatione
2 idem Arch.16.q.7.pię mẽtis.† Sed quæro vtrum ex refectione ſeu reparatione eccleſiæ ius patronatus acquiratur, Lauré.& Inno.dicunt hic q non,arg.ff.ne quid in lo.pu.ſi.l.prætor §.vicinales.Tu verò diſtingue,vt Ber.& Hoſtien.hic,aut eccleſia non eſt omnino funditus deſtructa,& tunc vera eſt opinio.prædicta.Aut eſt omnino funditus deſtructa & tunc, aut aliquis reædificat eccleſiam de conſenſu epiſcopi,& tunc credit Ber.quòd acquirit ius patronatus quia perinde eſt,ac ſi eccleſiam ab initio conſtruxiſſet.j.de iudæis conſuluit. vbi habes q fauorabilius eſt reędificare deſtructum quam de nouo, conſtituere,idem tenent Tanc.& Hoſt.hic, & eſt caſus ſecũdum Hoſt.in auth.vt nullus fabricet oratorij do.l.§.j.coll.6.
3 †Aut reędificat ſine conſenſu epiſcopi, & tunc nullum ius acquirit.ff.de vſufr.le.vſufructuarius.& eſt expreſſum in authẽ. alleg.vt nullus fabricet ora.do.prior verò patronus qui primã ędificationem eccleſiæ acquiſiuit ius patronatus,per deſtructionem ipſius eccleſiæ radicitus omnino ipſum ius amittit, vt no.Ber.hic in fi.primæ gl.& H.poſt eum, æquum eſt tamen quòd antequam epiſcopus extraneo de conſenſu ſuo ędificare volente conſentiat, antiquum patronum ſuper hoc moneat, & ipſum cuilibet extraneo præferat,arg.ſ. de his quæ fi. a præla.cũ apoſtolica.de loca. & conduc.potuit.de offi. Archi. ad hoc.in fi.ſecundum Hoſtien.& ad hoc concordat quod nota.ipſe Ho.j.e.nobis fuit.

1 *Beneficium de manu laici recipiens, qua pœna puniendus.3.*
2 *Epiſcopus cum illegitimo non diſpenſat.*

PRæterea ſuper. §.clericus.Si quæritur, vtrum & qua pęna punitur recipiens beneficium de manu laici, diſtingue.
1 †Aut quis recipit beneficium de manu laici non vt beneficium,ſed vt proprietatem,& talis nullam pœnam incurrit ipſo iure,ſed tantum per ſententiam, quia ſi admonitus nõ reſpuerit,communione priuetur per ſententiam,non ipſo iure,vt hic, & ita tenet, & ita intelligit iſtud c.Inno.ſ. de electi. quiſquis.glo.2.in fi.& j.& eo. c.illud & Vinc.j.de iure patro. præterea & Lau.& Archi.16.q.7.ſi quis deinceps. Aut ipſum recipit non vt proprietatem,ſed vt beneficium. Et tunc aut quæritur vtrum talis eſt ſuſpectus & ineligibilis ipſo iure, & dic quod ſic,vt ſ.de elect.quiſquis.ſecundum Goff. Vin.Ber. Inno.Hoſt.Comp.Pe.de Sampſona Ab.& Io.An. ibi licet Tã. Goff.& Hoſt. hic contra & malè ſm Lau.& Archi.in c.allega. ſi quis deinceps.vnde tam dans,quàm recipiens ſunt ipſo iure ſuſpenſi,ſecundum eos ibi,hoc idem tenet Io.16.q.7.in ſumma Dic tamen q cum tali poſſet epiſcopus diſpenſare, nam ex eo quòd conditor canonis non reſeruauit ſibi diſpenſationem,alijs conceſsiſſe videtur.ſ.de præben. de multa. in fi. & c.graue.in fi. j.de ſent.excom.c.nuper.vt no.Io.Vinc. Goffr. Ber.Inno.Hoſt.Compoſt.Egi.Ab.& Io.An.in c.alle.quiſquis. & Bar.Brix. 16.q.7.ſi quis deinceps.licet contrarium teneant Ioan.& Iu.de Fa.in c.alleg.ſi quis.& Phi.in c.alle.quiſquis. Et
2 eſt ratio ſecundum Phi.†quia epiſcopus non poteſt diſpenſare cum illegitimè nato, qui alieno vitio laborat, etiam ſi aliàs dignus ſit.ſ.de filijs præla.c.fi.multo minus ergo cum iſto qui vitio proprio laborat.C.de naturali,libe.l.legem. Item quia edictum de diſpenſatione epiſcopi eſt prohibitorium.ſ.de tẽpo.ordi.c.dilectus.& arg.pro hoc in c.alleg.graue,vbi reſeruatur diſpenſatio Papæ & patriarchis de minori exceſſu, ergo, & hic reſeruata erit de maiori, & tu hoc reproba & tene primum dictum per c.alleg.graue.& c.nuper.ſecundum argum. in c.alle.ſi quid deinceps.glo.antepe.idem Spec.tit. de legat.§. nunc de epiſcoporum diſpenſatione, ver.151.& Io.An. in c.
3 alleg.quiſquis,quod credo verius. †Aut quæritur vtrum eſt excommunicatus & tunc,aut excommunicatione minori,& dic quòd ſic, quia talis peccat mortaliter. Aut quæritur vtrũ, ſit excommunicatus maiori excommunicatione, & dic quòd non,ſed tunc demum cum admonitus non reſpuerit, eſt excommunicandus, vt hic ſecundum Ber.& Hoſt.hic & Lau.& Archi.in c.alle.ſi quid deinceps.in glo.adde vt Tan. Goff. & ſi ſic a communione priuatus in pertinacia perſtiterit a miniſterio eccleſiaſtico & ordine deponetur, quia creſcente contumacia &c. vt hic in fi.& ſ.vt lite non conte.cap. quoniam frequenter.§. fi.vnde,& ſi depoſitus pœnitere nolit,tradetur curiæ ſeculari,quod dic vt ſ.de iudi. cum non ab homine. ſecũdum Hoſt.Et hæc omnia intellige vera,quando clericus recipit beneficium de manu laici,circũſcripto omni priuilegio papali, ſecus ſi ſuper hoc ſit priuilegiatus a Papa vt 63.di. in ſynodo & c. Adrianus.& ita intellige quod no.Io.& Arch.10. diſtinctione imperium.

1 *Præſentatis pluribus à patrono laico, primo inſtitutus præferendus.*
2 *Præſentialis pluribus patrono clerico,primo præſentatus præferendus.*
3 *Præſentatus à pupillo,præfertur a tutore præſentato.*

QVod autem. Si quæratur de duobus præſentatis per patronum,quis eorum alteri præferatur.diſtingue.† Aut quæritur, de
1 duobus,vel pluribus præſentatis a patrono laico, & tunc potior eſt conditio illius qui primo eſt per epiſcopum, admiſſus & inſtitutus,licet ſit ſecundo vel vltimo præſentatus,vt hic & in primo reſpõſo, & eſt ratio, quia talis patronus
2 laicus variare poteſt,vt hic & j.eo.paſtoralis.† Aut quæritur, de duobus vel pluribus præſentatis a patrono clerico, hoc eſt à perſona eccleſiaſtica ratione beneficij ſui eccleſiaſtici, & tũc quia talis variare non poteſt,melior erit conditio primo præſentati, ita quòd primo præſentatus ſecundo præſentatum, quamuis primo inſtitutum remouebit. j. eo. cum autem, & eſt ratio iſtorum iurium.j.de ſpon.duorum.cap.ti.ſecundum Ber.& Hoſt.hic & de hoc no.frater Io.in ſumma con.tit.j.de ſymo.q.72.quæ incipit quid ſi patronus.& Ho.in ſumma eo.
3 tit.§.quid competat in fin.†Et ſi tutor præſentet vnum ad eccleſiam cuius erat patronus pupillus,& antequam admittatur pupillus præſentet alium,dicit Bar. Brix.hic in q.ſua dominicali,quæ incipit tutor cuiuſdam pupilli,quòd ſi pupillus ſit vltra.7.annos admittatur præſentatus ab eo cum ſit dominus, idem Tanc.Idem Archi.16.q.7.decernimus.gl.j.

1 *Iura mere temporalia regulariter transferuntur.*
2 *Ius patronatus titulo ſpeciali non transfertur.4.*
Fallit in donatione & permutatione.
3 *Iura mere ſpiritualia a laico non poſſidentur, nec ab eo transferuntur.6.& 8.*
5 *Iuris patronatus donatio laico facta epiſcopi conſenſum requirit, eccleſiæ vero non.*
7 *Iura eccleſiaſtica,an epiſcopus transferat.*
9 *Conceſſio ſpecialis,an generali præualeat.*
10 *Patrono laico non reſpondet inſtitutus.*
11 *Patrono clerico an reſpondeat inſtitutus.*
12 *Portio congrua curato aſſignanda.*

EX literis. Si quæritur vtrum electio vel præſentatio facta per illum, qui eſt in poſſeſsione vel quaſi eligendi vel præſentandi valeat & ſuum debeat ſortiri effectum,vide quod dixi ſ.de in integrum reſtitu.e.2

¶ Super eo.c.Si quæritur vtrum,& quæ iura poſsit laicus alie-
1 nare,vel in alium transferre,diſtingue.† Aut quæritur de iuribus mere temporalibus,& talia poſſunt regulariter de perſonam habilem ad tranſlationem dominij,ex tit.habili transferri vt inſti.de re.di.§.per traditionem.ff.C.& inſti.& ſ.de do. per totum.& de contrahen.emp.& ven.per totum.ff.ſi quis a paren.fuerit ma.l.2.in fi.Sed hoc fallit ſecundum Guil.in ſpecu.in mero imperio,prout no.rubrica de iuriſd.om.iud.circa mediam.ver.quæ autem.vbi dicit quòd quidam dicunt,quòd licet comes vel marchio merum imperium ſpecialiter transferre non poſsit.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſd.l.1.ſi tamen donauerit aliquam ciuitatem vel caſtrum,tunc cum ipſa vniuerſitate tranſit merum imperium,niſi excipiatur,arg.ſ. de re iudi.cum Bertoldus.& hic,& j.eo.cum ſecundum.ſ. de do. cum dilecti. præſertim quando ſibi retinet exercitium,vel aliquod aliud ſpecialiter,tunc.n.omnia cætera concedere intelligitur arg.ff.de offi.præ.vr.l.j.in prin.ver.ſed quid.de iud.cum prætor.

prætor. ſ.de præſump. nonne. Veruntamen plures de iudici-
bus regni Franciæ tenent, quòd quantuncunq; generalis, vel
indiſtincta ſit alicuius caſtri vel villæ conceſsio, non intelligi-
tur transferens, etiam princeps ea quæ ſunt meri imperij trāſ
ferre, niſi hoc ſpecialiter exprimat, arg. ſ.de offi.leg. ꝙ transla
tionem. de his quæ fi. a præla. paſtoral. ff. de his quæ in fraud.
credito. l.ſi autem pater. & de offic. præſid. l. pe. Aut quæritur
a de iuribus ſpiritualibus, vel annexis ſpiritualibus & tunc, †aut
quæritur vtrum laicus poſsit ea transferre per titulum non ha
bilem, nec ſufficientem ad tranſlationem dominij in alium fa
ciendam, puta per titulum obligationis generalis, vel ſpecialis
& dic quòd non, ſecundum Hoſt. hic quod dic vt leg. & nota.
ſ.de re iudi. c.cum Bertho. Aut vtrum poſsit ea transferre per
titulum habilem & ſufficientem ad tranſlationem faciendam
puta per titulum donationis, vel venditionis vel ſimilium, &
tunc, aut quæris de illis iuribus quæ poſſunt ab ipſis laicis poſ
ſideri, ſicut eſt ius patronatus vt hic, & per illum totum titu
lum, & ius ſepulturæ. ff. de contrahen. emp. & vend. l. in modi
cis. aut quæritur de illis iuribus quæ non poſſunt a laicis poſsi-
deri, vt de decimis & alijs iuribus mere ſpiritualibus. Si de il-
3 lis poſſunt a †laicis poſsideri, tunc aut quæris nunquid poſsint
alienari vel tranſire cum vniuerſitate & tunc, aut eſt vniuerſi
tas realis & talis quæ ſine expreſsione verborum vniuerſaliū
ſeu generalium vniuerſitatem, & etiam illud ius ſpirituale, vel
quaſi, ſiue illa iura ſpiritualia, val quaſi continet, & importat, ſi
cut eſt villa vel caſtrum, quod in ſe continet, non ſolum ius
patronatus vt hic, ſed etiam honorem diſtrictum, & iuriſdi-
ctionem, vt ff. de ver. ſig. l. pupillus. §. territorium, & dic, quòd
cum tali poſſum obligari, alienari, vel transferri, vt hic & ĭ.eo.
cum ſecundum. & in l. alleg. in modicis. & ff. de acq. rer. dom.
l. quædam. Idem ſi ſit aliud ius vniuerſale, quod multa in ſe cō
tineat, vt eſt hæreditas, nam cum illo bene tranſit ius patrona-
tus, arg. ff. de pe. hære. l. item videndum. §. fi. cum duabus. l. ſe-
quenti ſecundum Inno. Hoſtiē. & Abb. & Io. An. hic Ber. In-
no. & Hoſt. ĭ.eo. cum ſecundum. Idem Bar. Brix. in q. venerea
li vlti. quæ incipit, monaſterium quoddam. licet Tanc. in hoc
contra & male, pro hoc. ſ.eo. c. 1. 2. & 3. quod dic vt ſ.de re iu
dic. cum Berthol. Idem ſm Inno. & Ho. & Io. An. hic. ſi quis,
vendat palatium ſuum in quo habet capellam, quæ forte ha-
bet multa priuilegia & multos redditus, nam videtur ꝙ ius,
patronatus tranſeat cum palatio, quia ad capellam non eſt iter
niſi per palatium. arg. l. alleg. in modicis. & ff. de relig. & ſump.
fun. l. ſi quis. & de act. empt. & vend. ſi mercedem. §. ſi cū fun-
dum. Aut eſt vniuerſitas verbalis & talis, quæ ſine expreſsio-
ne verborum vniuerſalium vel generalium vniuerſitatem ali
quam non continet, nec importat, vt ſi aliquis obliget vel ven
dat omnia iura quæ habet in aliqua villa, cum tamen non ſit
ſua, ſed infra limites territorij villæ habeat tantum certos fun
dos, vel certa iura, & inter alia ius patronatus, & tunc dic, qđ
in tali contractu, non tranſibit ius patronatus, vnde hoc caſu,
quando dicit, vēdo tibi omnia iura quæ habeo in tali villa, hęc
vniuerſalis reſoluenda eſt in ſingulares, i. vendo tibi hoc & il-
lud, & ſic de ſingulis, quæ ibi habeo, cum autem ius patrona-
tus vendi non poſſet, vt ĭ. e. de iure. ſub tali vniuerſali vendi-
tione vel locatione non comprehenditur. †Aut quæritur nun
4 quid poſſunt alienari vel transferri, non cum vniuerſitate, ſed
expreſſè & ſpecialiter per ſe, vel cū alijs rebus vel iuribus ſub
quibus nequeunt comprehendi, & tunc dic, ꝙ non etiam cū
conſenſu & authoritate epiſcopi, vt ĭ.eo. de iure. & hoc nota.
Hoſt. in venditione. ĭ.e. præterea. ſuper verbo voluntate. qui
nimo nec ſi fundum daret quis in feudum, vbi eſſet eccleſia,
tranſiret in feudum cum fundo, ius patronatus eccleſiæ, vt no
ta. Inno. & Ho. hic & ĭ.eo. cum ſecundum. idem frater Ioá. in
ſumma confeſ. tit. de ſymo. q. 84. quæ incipit, qualiter ius pa-
tronatus & c. fūdum enim homagium requirit quandoq;, vt
22. q. 5. de forma. quod pro ſpiritualibus fieri non debet. ĭ. de
reg. iur. c. ſi. ergo nec pro iure patronatus quod ſpiritualib. eſt
annexum. ĭ.eo. de iure & arg. in eo quod leg. & not. ĭ. eod. que
rimoniam ſecundum Hoſt. in c. alleg. cum ſm. Sed ꝙ dictum
eſt, ꝙ non poteſt alienari vel transferri ſpecialiter, fallit in per-
mutatione quæ poteſt fieri de iure patronatus, cum alio ſpiri
tuali vt 16. q. vlti. c. nemini regū. & in donatione, vt ĭ.eo. quòd
5 aūt c. illđ & c. nullus. †Sed vtrum in tali donatiōe iuris patrona
tus eccleſiæ, requiratur conſenſus epiſcopi refert. aut laicus fa
cit eam eidem vel alteri eccleſiæ, ſeu loco religioſo, & tunc nō
vt ĭ.eo. c. illud. ver. licet religioſo, vbi hoc no. Hoſt. idem Da
maſius Vinc. & Bar. Brix. in c. alleg. nemini. & Hoſt. in ſumma
eod. tit. §. qualiter transferatur. ver. donatio. pro hoc. ĭ.eo. ex
inſinuatione. & c. ſignificaſti. licet Io. in cap. nemini. Tancre.
Goffr. Ber. & Inn. in c. alleg. illud. ĭ.e. & c. cura contra. quorum
opinio reprobatur ĭ.eo. c. vnico. li. 6. quod dic, vt ibi per Ar-
chi. & Io. An. Aut facit eam alteri, & tunc ſic vt nullus, vnde
verſus. Ius patronatus tranſire facit nouus hæres, Res permu
tata, venditio, donatioq;. quos ponit Ber. ĭ.eo. cum ſm & Ar-
chi. 16. q. 7. piæ mentis. vbi Io. no. ꝙ ius patronatus, quatuor
modis transfertur ſucceſsione, donatione, permutatione, &
6 cum vniuerſitate, idem Ber. ĭ.eo. cum ſm. †Si quæritur de illis
iuribus quæ non poſſunt a laicis poſsideri vt decimis, & alijs,
iuribus mere ſpiritualibus, tunc aut quæritur, vtrum laicus,
poſsit ea transferre cum vniuerſitate, & dic, quòd non, ſm
Inn. & Hoſt. & Abb. arg. in his quæ leg. & no. ſ.de reſcrip. ſi-
gnificauit. Et eſt ratio diuerſitatis inter quaſi ſpiritualia, ſeu
annexa ſpiritualibus & iura mere ſpiritualia, quia. ſ. prima iura
a laicis poſsideri poſſunt, vnde non eſt mirum, ſi cum vniuer
ſitate ab eis alienata tranſeant, decimæ verò ab eis poſsideri,
non poſſunt. ſ.de præſcrip. cauſam quæ. vnde mirum eſſet, ſi
ea quæ non poſsident intelligerentur transferre, arg. ſ.de con
ſti. cum acceſsiſſent, ſm Hoſt. Eſt & alia ratio ſm Inno. Ho.
& Abb. quia cum ius patronatus non ſit mere ſpirituale, ſed
partim temporale, nō eſt mirum ſi annectatur temporalibus,
& cum ipſis tranſeat, arg. in eo, quod leg. & no. ſ.de arbitr. per
tuas. j. reſpon. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. ſi verò duo.
decimæ verò & alia iura mere ſpiritualia, cum in nullo com-
municent temporalibus, per conſequens, nec eis annecti poſ-
ſunt, nec cum vniuerſitate ipſorum tranſire, etiam ſi ſic dicat,
laicus. vendo tibi vel dono illam cum omnibus iuribus ſuis,
quia ſpiritualia non ſunt iura temporalia. Aut quæritur vtrum
laicus poſsit ea transferre ſpecialiter & per ſe, & tunc, aut in ec
cleſiam vel locum religioſum, & dic ꝙ ſic cum conſenſu tamē
epiſcopi, vt ĭ.eo. ſuggeſtum, aut in alium, & dic quòd non, qđ
dic, vt leg. & no. ſ.de his quæ fi. a præla. c. cum apoſtolica. in fi.
& ibi dixi. Et hæc ſufficiant, quo ad laicum iura huiuſmodi,
transferre volentem. †Sed ſi quæratur de epiſcopo, iura ſpiri-
7 tualia & decimas transferre volente, diſtingue aut quæritur,
vtrum ea transferre poſsit generaliter cum vniuerſitate, aut
ſpecialiter & per ſe. Si generaliter & cum vniuerſitate tūc, aut
cum vniuerſitate temporali, vt ſi ita dicat dono tibi talem vil-
lam meam temporalem vel caſtrum, & omnia alia mea iura,
quæ ibi habeo, & tunc non intelligitur per hoc dare decimas,
vel alia iura mere ſpiritualia. nam hic nomen vniuerſale om-
nia non habet ſupponere vel referri ad ea quæ ſunt alterius iu
ris, & alterius naturæ, quàm temporalia, ſm Inno. quod ve-
rum ſm Hoſt, ſi donationem faciat laico, vt patet in eo quod
leg. & no. ſ.de deci. ad hæc. & c. quamuis. & c. prohibemus.
Si verò talem donationem faceret loco religioſo, tunc videre
tur quòd omnia tranſeant, arg. hic. & in eo quod leg. & not.
ſ.de dona. conſultationibus. & c. cum dilectus in fi. & c. paſto
ralis ſm Hoſt. Aut cum vniuerſitate ſpirituali vel mixta, vt
ſi donet aliquod ius, quod habet in ſe pariter temporalia, &
ſpiritualia iura, ſicut eſt prębenda, quæ quandoq; habet & poſ
ſeſsiones & decimas, & tunc ſi talem præbendam, donet ali-
cui eccleſiæ cum omnibus pertinentijs, omnia. ſ. non ſolū tē-
poralia ſed ſpiritualia ſimul transferuntur, quia omnia ſunt ſpi
ritualia & annexa ſpiritualibus. aut vult ea dare. ſpecialiter, &
expreſſè, vt quia volendo donare decimas, facit de ipſis expreſ
ſam mentionem, & tunc valet tranſlatio, alioquin in generali,
donatione non veniunt, arg. in eo. quod leg. & no. ſ. de offic.
le. ꝙ tranſlationem. ſm Inn. & Hoſt. hic, ex quorum dictis p̄-
ſens diſtinctio colligi poteſt ab illo ſuperiori verſu, aut quæri-
tur de iuribus ſpiritualibus &c. Quæ omnia intellige, ſalua in
omnibus authoritate Papę, qui poteſt contra præmiſſa facere
ordinare, ſeu etiam diſpenſare. vt 63. diſt. c. Adrianus. & ca. in
ſynodo. reſtat videre quę eſt ratio, quare laicus poteſt dare ſi-
ne conſenſu epiſcopi ius patronatus, quod habet in eccleſia,
eidem vel alteri eccleſiæ, vel etiam loco religioſo, vt in d. ca-
pit. vnico. ĭ.eo. lib. 6 ſed non poteſt ſine conſenſu epiſcopi da-
re decimas quas tenet alteri eccleſię, ſeu etiam loco religioſo,
8 vt in c. alle. cum apoſtolica. †Ratio poteſt eſſe, quia pręiudicia
le & contra ius commune eſt, vnam eccleſiam habere decimas
in alia parochia, veruntamen quia melius eſt, ꝙ alia eccleſia vel
locus religioſus habeat iſtas decimas quàm laicus, ideo requi
ritur hic conſenſus epiſcopi, vt prius moneat, & inducat iſtū
laicum, vt eas reddat eccleſiæ cuius ſunt, & ſi eum ad hoc in-
ducere non poſsit, de conſenſu ipſius epiſcopi poterit eas da
re alij eccleſiæ, vel loco religioſo, ſecus eſt in iure patronatus,
quod de iure communi non eſt eccleſię, ad quam eſt pręſen-
tandum,

tandum, immo illius qui fundauit conſtruendo, dotandoq;
vel fundum ad conſtructionem eccleſiæ donando, vt no.ſ. eo.
c.j.& ideo non eſt præiudicium immo vtilitas eccleſiæ ſi ce-
dat ipſum ius, eidem vel alteri. Item ius patronatus eſt patro-
ni, & in eo cadit ſucceſsio, & ita ſicut ſuum ſine alterius con-
ſenſu ipſum eccleſiæ dare poteſt, nihil eſt.n.tam conueniēs na
turali æquitati, quàm voluntatem volentis rem ſuam in alium
transferre, ratam haberi, inſt. de re.diui.§.per traditionem. ſe-
cus, in decima, quæ non poteſt eſſe laici, & vbi ſucceſsio
non cadit.

¶ Super e.c. Hic habes, ꝙ plus prodeſt & valet conceſsio gene
9 ralis, quàm ſpecialis, circa, quod diſtingue. † Aut loquimur in
caſu vbi concedens habet in poteſtate ſua cōcedere id, de quo
agitur generaliter, & ſpecialiter, & tunc magis prodeſt & va
let conceſsio ſpecialis, quam generalis. arg. ff. de iniurijs.l. item
apud Labeonem.§. ait prætor. in fi. & j. de offi. vica. ca. cum in
generali. & de reg.iur.c. in generali. li.6.C. quæ res pignori ob
li.l.j. nam in multis magis poſſunt ſpecialia quam generalia, vt
ff. de pig.l. in obligatione generali. de pecu.l. qui peculij. de rit.
nup.l. in generali. Aut loquimur in caſu vbi concedens nō ha-
bet in poteſtate ſua, id de quo agitur ſpecialiter concedere, &
tunc magis poteſt valere conceſsio generalia quam ſpecialis,
ſicut patet in fundo dotali, vt ff. de fundo dotali.l.j. & in iure,
patronatus vt hic. & ff. de acquir.re.do.l. quædam, quod dic,
per Ber.ſ. eo. cum ſm glo.j.& per Bar. Brix. in quæſtione do-
minicali quæ incipit, quidam laicus habebat. Fallit quando id,
de quo agitur nec ſpecialiter nec generaliter cadit, ſeu cadere
poteſt ſub poteſtate ſeu diſpoſitione concedentis, quia tunc,
nec generalis, nec ſpecialis conceſsio valere poteſt, ſic intelli-
ge.ſ. de decimis. cap. tua.& j. vbi Hoſt. ponit prima duo mem
bra præmiſſa.

¶ Super eo.c. in fi. Hic habes ꝙ præſentatus & inſtitutus, in
beneficio, debet patrono de temporalibus reſpondere, circa ꝙ
10 diſtingue. † Aut eſt patronus laicus, & talis non debet, nec de
ſpiritualibus nec de temporalibus reſpondere, vt patet. j. eo.
præterea. Aut eſt patronus eccleſiaſticus, vt quando ius patro
natus ad loca religioſa pertinet, & tunc aut religioſi habent,
ius patronatus a laico, vt quia laicus fundator donauit eis il-
lud ius quod poteſt, vt j. eo.c.j. lib.6.& tunc idem quod prius,
quia patronus laicus non poteſt plus iuris in alium transferre
quam ipſe habeat. j. eo.c. cura.& de dona. inter vir.& vxo. cap.
nuper. cum ibi alleg. no. Inno.& Hoſt. j. de priuile. cum & plā
tare.§ in eccleſijs. de hoc etiam no. per eos.ſ. de præbend. de
monachis & c. in Lateranen. † Aut illud ius patronatus nō ha
11 bent a laico fundatore, ſed ex fundatione vel dotatione, aut a-
lias. Et tunc aut quæritur nunquid poſsint exigere rationem
a prælato præſentato & inſtituto, abſq; eo ꝙ aliquid in vſus
ſuos conuertant, aut in vſus ſuos conuertant. Si abſq; eo quòd
aliquid in vſus ſuos conuertatur, tunc aut quæritur, nunquid
poſsint exigere rationem generalem de bonis, & redditibus
eccleſiæ, inquirendo quo modo poſſeſsiones eccleſiæ guber-
nentur, & quomodo prouentus expendantur, & dic quod ſic,
vt j. de priuileg. cum & plantatæ §. in eccleſijs, quod intellige,
nedū de bonis, quæ ipſi dederunt eccleſiæ, ſed etiam quæ a-
lij dederunt vt no. Inno. ibi in glo. non ſolum & c.& Hoſt. poſt
eum & Hugo. 16.q.5. in ſumma & Arch. in q.2. ſanè gl. antep.
Aut rationem ſpecialem inquirendo, quantum expendant ſin
gulis diebus pro piſcibus, vel pro carnibus, & dic quòd non,
quod dic vt plene no. Inno. in d.c. cum & plantare.& Hoſtien.
poſt eum. Si ad hoc vt in vſus ſuos conuertant tunc, aut ex cō-
ceſsione epiſcopi, vel ex indulgentia Papæ eſt eis conceſſum,
quòd in vſus ſuos, huiuſmodi temporalia conuertant, & tunc
poſſunt hoc facere ſecundum formam donationis vel indul-
gentiæ eis conceſſæ, vt legitur & no.ſ. de donatio.c. conſulta-
tionibus.& c. paſtoralis.& j. de priuileg. paſtoralis, & idem ſi
ex fundatione loci. vt 16.q.2. ſanè.& c. ſtatuendum. vbi.n. ſi
eccleſia eſt religioſorum vſibus deputata, tunc de omnibus tē
poralibus eſt eis reddenda ratio, ad quos ſpectat, vt in iuribus,
12 alleg. † ſalua tamen portione congrua quæ eſt vicario perpetuo
aſsignanda, vt no.ſ. de præben. extirpandæ.& eod. titu. cap. ſu
ſcepti regiminis. lib.6. Aut nec ex conceſsione Epiſcopi nec ex in
dulgentia Papæ eſt eis conceſſum, quod in vſus ſuos, huiuſ-
modi temporalia conuertant, & tunc non reſponderetur eis,
niſi de certo cenſu annuo, qui nec eſt augmentandus. j. de cē-
ſibus prohibemus, & ſm hoc intellige. j. de præbend. auaritię
& cap. de monachis. nec plus iuris habent in hoc caſu religio-
ſi, quam haberet is qui contulit. j. eod. cum ſecundum. ſecun-
dum Hoſtien. hic.

1 Patronus eccleſiam ſine epiſcopi conſenſu non donat.
2 Ius patro. laico cum epiſcopi conſenſu, & eccleſiæ, ſine eo donari
poteſt 4.
3 Laici magis grauant eccleſiam, quam clerici.

ILLud. Ad declarationem glo, quæ incipit hæc
litera innuit.&c. Si quæritur vtrum pa-
tronus laicus poſsit dare ius patronatus eccleſiæ, vel
1 eccleſiam, vel quid aliud iuris, diſtingue. † Aut laicus
patronus dat eccleſiam, & non poteſt ſiue authoritate epiſco
pi, vt hic in prin. ſed cum conſenſu epiſcopi poteſt, vt ſ. de do
na. paſtorali. ſecundum Ber. Inn. & Hoſt. hic, & idem eſt ſi det
inſtitutionem, vel deſtitutionem, vel alia iura epiſcopalia. vt in
c. paſtoralis. alleg. j. eod. ſuggeſtum. & de priuilegijs paſtorali.
ſm Inno.& Hoſt. hic. Aut repræſentat perſonam idoneam e-
piſcopo ad eccleſiam vacantem, & dic quod poteſt, vt diſtin-
2 guitur. j. eod.c. fin. † Aut dat ius patronatus, & tunc aut cū au-
thoritate ſeu conſenſu epiſcopi, quod poteſt cuicūq; indiſtin
ctè ſiue loco religioſo ſiue clerico ſiue laico, vt hic in verſic.
cum quia a contrario ſenſu. Aut abſque authoritate vel cōſen
ſu Epiſcopi, & tunc dicit Ber. hic indiſtinctè quod non poteſt
ſed Hugo contra indiſtinctè, & Dama.& Inno. hic & j. eodē.
nullus.& c. præterea. Ho. verò dicit aut cum conſenſu epiſco-
pi, & tunc poteſt etiam cuicunq; vt j. eod. nullus.& c. præter.
ea. Aut ſine conſenſu epiſcopi loco religioſo, vel clerico nomi
ne eccleſiæ, quod poteſt, vt hic, & in iuribus.ſ. inductis. vel la
ico ſine conſenſu epiſcopi, quod non poteſt ſecundum Hoſtiē.
hic & j. eod. ex inſinuatione. vbi eſt hoc expreſſum ſecundū
eum ibi & in c. ſignificaſti. vbi hoc idem tenent Hoſtienſ. &
Io. And. dicentes quod licet ius patronatus ſine conſenſu epi-
ſcopi donari poſsit eccleſiæ, aut clerico obtentu eccleſiæ, & ſic
loquitur. j. eod. ex inſinuatione, non tamen laico, vel clerico,
intuitu perſonæ. idem tenet Hoſt. j. eod. præterea. ſuper verbo
donationes.& c. cum propter.& vide quod ipſe Hoſtien. not.
in ſumma. eod. tit.§. qualiter transferatur verſi. donatio. Dicit
ergo Hoſtien.ſ. de dona. facta clerico loquitur, quando fit ei,
donatio nomine eccleſiæ, quo caſu non requiritur conſenſus,
epiſcopi, vt j. eo. ſignificaſti. alias ſecus ſecundum eum; Tan.
verò licet hic videatur tenere, ꝙ etiam eccleſiæ donare non
poſsit ſine conſenſu epiſcopi, tamen. j. eo. ex inſinuatione te-
net ꝙ ſi conditio eccleſiæ deterior efficitur, tunc non valet do
natio facta per patronum in priuatum ſine conſenſu epiſcopi
vt ſi debilior patronus datur, & ſic loquitur. c. præterea. alias
bene valet. Sed Archid. 16.q.7. piæ mentis. in gloſſ. adde quam
poteſt patronus & c.& j. eod.c. vnico. ſuper verbo loco religio
ſo. lib.6. dicit cum Phi. quòd laicus laico ius patronatus ſine au
thoritate epiſcopi conferre non poteſt, & ſic loquitur cap. p̄-
terea. j. eo. ſed clerico ſic, & ita loquitur. j. eo. ex inſinuatione,
vel loco religioſo vt hic, & eſt ratio quia per hanc conceſsio-
nem melior fit conditio eccleſiæ † cum laici magis conſueue-
3 rūt grauare eccleſiā quam clerici vel religioſi, arg. 2.q.7. laicos
Item quia clerici ſi vexant, vel lędunt eccleſias facilius coercē
tur per eccleſiam. 89. diſt. iudicatum. ſecundum Phili. qui ita
no. j. eod. ex inſinuatione. & Arch. vbi ſ. dicens quòd ſua opi
nio confirmatur in d.c. vnico. j. e. li.6. Idem tenet frater Ioan.
in ſumma conſ. tit. de ſimo. q. 84. quæ incipit qualiter ius pa-
tronatus transferatur. Sed ſalua reuerentia tantorum patrum,
opinio Hoſt. poſſet probabiliter ſuſtineri per illud c. vnicum.
j. eo. li.6. quod ſtatuit & concedit laicum patronum poſſe cō
ferre ius patronatus eidem vel alteri eccleſiæ ſeu loco religio
ſo abſque conſenſu epiſcopi, ergo in alijs caſibus denegaſſe vi
detur, arg. ff. de iudi. cum pretor.& ſ. de præſum. nonne. cum
4 ibi alleg. † Et hoc tenet hic Io. An. dicens ſe credere, ꝙ non po
teſt donari priuato ſine conſenſu epiſcopi per prædictam de-
cre. præterea.& per decre. vnam. j. e. li.6. quæ innuit hoc ſpe-
ciale in eccleſia vel loco religioſo, ergo in priuato ſecus. In cō
ſenſu præbendo habebit duo ponderare; primum. ſ. quia vti
debet diſtinctione Tanc.& videre an expediat eccleſię vel nō,
ſecundum quia multum mouet ad hanc opinionē timor frau
dis, vel fictę venditionis. j. de diuor. quanto ad finem de hoc,
inquiret, ꝙ ſi inueniat denegabit conſenſum, ſimile de electi.
prouida. lib.6. vbi Ioan. And. Nec obſtant rationes alleg. per
Phil. & Archid. quia poſſent habere locum ſi illud ius patrona
tus datum clerico tranſiret & deſcenderet continuè, & infalli
biliter ad clericos, ſucceſſores, ſed poſsibile eſt quod tranſibit
& deſcendet ad laicum vnum vel plures, maiores & potentio
res, grauiores ſeu magis oppido infeſtos eccleſię, quā primus
laicus, qui donauit illi clerico, qui forte erat ſimplex, & benig-
gnus.

gnus. Vnde præuidenda ſunt detrimenta quæ poſſunt eccle-
ſiæ veriſimiliter obuenire. vt ſ. de ſeruis non ord. c. j. cum ſuis
concor. & ideo arbitrium & anthoritas epiſcopi viderentur,
ſuper hoc eccleſiæ expedire, & vtilitas eccleſiæ eſt quantum,
poteſt fieri commodè procuranda. & contrarium euitandum
vt ſ. de elect. nihil eſt. j. eo. tit. c. cupientes. in princip. li. 6. ſ. de
æta. & qualita. cum ſit, argumen. ſuprà de conceſsio. præbē.
nulla, & de iſta materia, nota. Goffre. in ſumma eodem titu.
§. ſed nunquid.

1 *Vitium prædeceſſoris præſcriptionem impediens, an ſucceſſori noceat.*
2 *Titulus iuris erroneus, præſcriptionem impedit.*
3 *Titulus in facto erroneus, præſcriptionem non impedit.*

CVra. Pro intellectu glo. ſecundæ Bert. hic vide
Io. And. in nouella. j. de reg. iur. c. non firma
tur. & c. qui contra iura libr. 6. vbi approbat ſolutio-
1 nes Ber. hic. † Vnde dicit Hoſt. hic quod omnes mo-
derni ſcripſerunt ſicut dicit hic in fi. huius glo. q; licet recipiē
tes non poſsint præſcribere, ſucceſſores tamen præſcribent, q
& ſi ſuccedant in reali vitio. C. de acquiren. poſſeſ. l. vitia. a p-
ſonali tamen excuſantur. ff. de reg. iur. l. qui in alterius, & j. de
reg. iur. qui in ius, lib. 6. & ſic ſucceſsione purgatur vitium, ſi-
cut alias. ſ. de filijs preſby. c. ex tranſmiſſa. Vnde ſi aliquib. de
capitulo facta ſit donatio a laico nomine capituli, in hoc caſu
capitulum poteſt credere epiſcopum conſenſiſſe, vnde & quā-
uis erret, tamen bonam fidem habet & præſcribere poteſt, nā
& talis erroneus titulus dat cauſam præſcribendi, vt patet. ff. p
donato. l. ſi vir vxori. ff. pro ſocio. l. fi. & in hoc vt dicit videtur
conſenſiſſe. Inno. ſed neutrum ſufficit, expreſſum. n. eſt quod
ex quo donatio a laico incipit nullo modo ex titulo præſcribi
potuit. ſ. de decimis. dudum. §. cæterum. & §. nos igitur. Item
quod ſine titulo res eccleſiaſticæ nullo modo præſcribuntur,
ſ. de præſcrip. ſi diligenti. Intelligas igitur hoc quod hic dicit,
& exponas voluendo literam hoc modo, niſi diœceſani epi-
ſcopi habuerint poſtea conſenſum, aut poſt talem cōſenſum,
legitima ſiue longa fuerit præſcriptio &c. nec. n. ſufficit ſo-
lus conſenſus epiſcopi ad plenum ius transferendum, immo
requiritur & conſenſus capituli. vt ſ. de dona. c. paſtoralis. Suf
ficit tamen ad legitimum præſcribendi titulum concedēdum
vt hic patet. & ſ. de reli. do. conſtitutus. j. tit. j. ſignificauit. vbi
de hoc ſm Hoſt. Ad iſtum intellectum Inno. & Hoſt. conco.
Goſ. qui no. hic, q; iſta decre. loquitur in collegio, & quando
illi qui eccleſiam receperunt a laico ſunt mortui, & alij in locū
eorum ſucceſſerunt, qui excuſantur in vitio perſonali, vt in
l. alleg. qui in alterius. ſecus in vitio reali, vt in l. alleg. vitia. & iſte
intellectus ſatis confirmatur per Io. 16. q. 3. ſi ſacerdotes. glo.
1. & per Archid. 16. q. 3. §. poteſt. ſuper verbo glo. §. pe. licet ip-
ſe Arch. notet aliter. 16. q. 7. ſi quis deinceps. in gl. adde hoc ta
men non credit Hug. &c. vbi dicit quod in hac decretali cura.
tenuit factum non ratione temporis ſed ratione conſenſus,
taciti vel expreſsi, qui interuenit ex parte epiſcopi, alias diu-
turnitas temporis peccatum non minuit, ſed auget. ſ. de con-
ſue. c. vltimo ſecundum Vin. qui ita no. ſ. de inſti. ex frequen-
tib. cum quo concordare videtur In. hic in fi. dicens quod vel
poteſt dici quod Epiſcopus permittendo donatarium qui ec-
cleſiam accipit a laico pacificè poſsidere eam, & titulum poſſi
dendi & præſcribendi ſibi præſtitit, arg. ſ. de his quæ fi. a præla.
c. 2. & 3. & hic tacitus conſenſus habetur pro titulo, & ad hoc
facit quod ipſe no. ſ. de cauſa po. & pro. cum eccleſia. in glo. &
ita patet. & idem no. Arc. j. q. j. nullus epiſcopus, in gl. adde hoc
tene pro regula &c. ſed primum credo verius. Et ad huiuſmo
di materiæ euidentiam pleniorem ſi quæratur, vtrum titulus
erroneus det cauſam præſcribēdi. Diſtingue prout diſtinguit,
Archi. 10. q. 3. c. quia cognouimus. in glo. adde ſub. cum aliqua
li titulo &c. quia titulus aut eſt erroneus in iure, aut in facto.
2 † Si in iure nunquam dat cauſam præſcribendi, quia iuris igno-
rantia nunquam prodeſt vſucapere volentibuss. ff. de iuris, &
facti igno. l. 4. & l. ignorantia. & l. regula. ff. de vſucap. l. vbi lex,
3 & l. nunquam. † Aut eſt erroneus in facto, v. g. ſi ille qui conceſ
ſit epiſcopalia aliquibus locis ſiue eccleſijs, credebatur epiſco
pus & non erat, talis titulus dat titulum præſcribendi, vel ſi
epiſcopus poſsidet latiorem diœceſim quam ſua ſit, credens,
eam eſſe totam de ſua diœceſi, licet in veritate nō ſit, tñ termi
nos & confines ſuæ diœceſis ignoraret, & epiſcopalia in dio
cœ. alia præſcribat, hæc probari poſſunt. ff. de offi. præſi. l. bar
barius. de iure fiſci. l. ſi accepto. ad mace. l. 3. C. de ſent. & inter-
locu. omnium iudicum. l. 2. de teſtamentis. § teſtes, error. n. fa-
cti facit ius, error verò iuris minimè. ff. de fundo inſtru. l. cum
de Lanionis. §. aſinam. & l. quæſitum, & ſic debet intelligi. ſ. d
præſcr. auditis. l. de titulo putatiuo, ſi aūt erroneus in iure eſ-
ſet, non daret cauſam præſcribendi, ſ. de decimis dudum. Nec
obſtat hic decr. quia hic fuit præſcriptio cum tacito conſenſu
præſumpto contra epiſcopum, qui tanto tempore tacuit, vn-
de vſus & patientia tam longa inducit effectum legitimè præ
ſcriptionis. ff. de ſeruitu. rub. præ. l. j. in fi. ff. de publi. l. ſed ſi ego
§. j. ſm Arch. ibi. Et ad præmiſſa facit quod no. Bar. Bri. in q. do
minicali, quæ incipit, eſto quod res eccleſiaſtica, vbi quærit, an
emens rem eccleſiaſticam a ſolo prælato poſsit præſcribere, &
ſoluendo dicit finaliter quod talis titulus ſufficit ad præſcri-
ptionem, ſi emptor habuit bonam fidem.

1 *Iuri patronatus in eccleſiæ præiudicium, renuntiare non licet.*
2 *Iuri patronat. in præiudicium hæredum, renuntiare non licet.*
3 *Ius patro. eccleſiæ differt a iure patro. liberti.*

EX inſinuatione. Cum gl. Ber. hic in
verſic. verius vide-
tur vſq; in fi. vbi dicit quòd hic non fuit, vera do-
natio, quia vterq; iſtorum fratrum erat patronus
inſolidum, ſed ceſsio, concordant Tanc. & Io. de
Fab. hic & Io. 16. q. 7. nemini, ſed, certè idem eſt in talibus re
mittere quod dare, vt patet. ſ. de teſti. c. veniens. j. & j. de ſy-
mo. querelam. Item huic intellectui contradicit q; dicit text°
habebat. ſ. ipſe frater & non clericus, alioquin diceret habebāt
quod eſt contra illos qui dicunt, quod ad ambos fratres perti-
nebat hoc ius patronatus, ſm Hoſt. hic & Arch. in c. nemini,
alleg. glo. penulti. ideo dic vt no. per Hoſt. ſ. e. illud. & ibi dixi
1 & j. e. nullus. † Et ſcias q; Io. no. 16. q. 7. conſiderandum, q; pa-
tronus non poteſt renuntiare iuri patronatus quod eſt intro-
ductum ad fauorem & vtilitatem eccleſiæ in qua eſt patro-
nus, ſed Bar. Brix. contra ibi cum poſsit illud donare vt hic, &
huic ſententiæ videtur conſentire Laur. qui quærit ſic, Pone q;
aliquis abrenuntiauit iuri patronatus, & non habet legitimos
hæredes, quia ſi haberet non poſſet renuntiare in eorum p-
iudicium, dico q; conſolidatur ius patronatus cum eccleſia ip
2 ſa, arg. ſ. de teſti. ſignificauit. † Patronus autem non poteſt re-
nuntiare ius patronatus in præiudicium hæredum legitimo-
rum, ad hoc facit, quia ius patronatus tranſit ad filios, quamuis
etiam hęredes non ſint, arg. ff. de iure patronatus filij, vt nota.
16. q. j. conſtitutum. in fi. & eſt ratio, quia tale ius habetur a ca
none, & ſi obijciatur. ff. de oper. liber. l. ſi operarum. & C. eo.
tit. l. ſi liberti. poteſt reſponderi quòd l. illę loquuntur in operis
quæ ſunt in faciendo, ſecus in operis quæ ſunt in non faciēdo.
C. de in ius vocand. l. 2. ſm Laur. Et iſtam diſtinctionem vtrū
patronus habeat hęredes legitimos vel non, videtur approba
re Archi. in c. alle. conſiderandum, ſed ipſe Archi. credit con-
trarium indiſtinctè. j. eo. ſi laicus. lib. 6. vbi videtur ſatis expreſ
ſum, & in c. alleg. ſignificauit. in fi. prout no. ibi ſuper verbo ei
dem, quod credo verius. Item quod dictum eſt, quòd ius pa-
tronatus defertur hęredibus ſanguinis etiam ſi non ſint hęre-
des, non placet Inn. ſ. e. in rubrica in fi. ſi. n. ad emptorem villę
vel caſtri cum alijs iuribus transfertur, multo fortius ad hęrē-
dem extraneum alijs iuribus hereditarijs idem Io. An. ſ. c. pro
3 ximo. † Nec obſtat. ff. de oper. liber. l. ſi operarum, & C. eod. tit.
l. liberti, quia loquuntur in patronatu liberti, ſed patronatus,
eccleſię cum vniuerſitate tranſit in quemlibet. argumen. ff. de
acquiren. rerum domi. l. quędam, ſecundum Accur. in dicta l.
ſi operarum.

1 *Patrono transferenti ius ſuum eccleſiæ ſi epiſcopus non conſentiat ad ſuperiorem recurrendum.*
2 *Res mea me inuito non alienatur.*
3 *Quod tibi non nocet & mihi prodeſt, in habentibus a te cauſam facere debes.*
4 *Quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, in non habentibus a te cauſam, facere non teneris.*

NVllus. Hic dicitur quod ſi epiſcopus improbi-
tatis vel auaritiæ cauſa conſentire no-
luerit laico decimas, vel eccleſias, aut quicquid eccle
ſiaſtici iuris monaſterijs vel canonicis conferenti;
1 Romano Pontifici nuntietur. † Sed nunquid poteſt hoc Me-
tropolitano nuntiari, videtur quòd ſic. 9. q. 3. cum ſimul. & c.
nunc verò. 8. q. 3. aſtaldus. arg. ſ. e. ex literis. & hoc videtur te-
nere

nere Tan. Phil. Vinc. & Goff. hic. Poteſt tamen dici quòd hic
eſt caſus ſpecialis in quo eſt ad Papam recurrendum, & alius,
ſ. de immu. eccle. aduerſus. Eſt ergo hoc caſu ad Papam recur
rendum & non ad Metropolitanum, vel alium ſuperiorē, qui
non eſt iudex niſi in caſibus in iure expreſsis. ſ. de offic. ordi.
paſtoralis. Hic autem caſus nō exprimitur hic, ſed potius ꝓ-
hibetur, argu. j. de decimis ad audientiam, ſm Hoſt. hic & Ar
2 chi. 63. diſt. literas. glo. fi. ibi vide & 61. di. c. olius. §. ſed aliud.
ſuper verbo per ſuperiorem. Sed ſm Io. And. hic dici poteſt,
ꝙ Metropolitanus poteſt compellere, & ſic vera ſit prima o-
pinio, ſed non licentiam dare, & ſic vera ſit ſecunda. Et quis,
poteſt compellere prælatum nolentem dare licentiam ſubdi-
to ſuo electo vel poſtulato in prælatum alterius eccleſiæ, Tan.
Vinc. Phi. & Goff. hic dicunt ꝙ proximus ſuperior, tu verò,
dic quòd ſolus Papa ſecundum Hugo. & Archid, 63. di. c. lite-
ras. in fine. Idem Hoſt. hic & pet. de Samp. & Abb. ſ. de renun
tia. admonet. & Archid. 61. di. c. Olius. § ſed aliud. glo. adde di-
3 cunt quidam. † Et eſt ratio ſecundum eum ibi, quia nemo po-
teſt rem vnius eo inuito dare alteri. vt no. ſ. de offi. leg. dilect.
glo. ſed certe. & de religio. do. conſtitutus. gloſſ. hic videtur.
idem tenet Archi. j. de elect. quam ſit glo. intellige cum effe-
ctu. libro 6. & Ioann. Andre. eodem titulo. ſi religioſus. eo-
dem libro.

¶ Super eod. c. Hic habes ꝙ aliquis tenetur facere quod ſibi,
non nocet, & alijs prodeſt, gratia huius ſi quæratur vtrum ali
quis poſsit compelli facere quod ſibi non nocet, & mihi pro-
3 deſt. † diſtingue. Aut quæritur nunquid teneatur illud facere in
re in qua cauſam habeo ab ipſo, & dic ꝙ ſic, vt patet in eo qui
vendit mihi pignus ſibi obligatum, quod poſtea euincitur mi-
hi nā tenet mihi cedere actionē ꝯriam pignoratitiam ꝯ debito
rem, vt ff. de euict. l. in creditore. qui potio. in pig. ha. l. mulier
4 ſoluto matrimo. l. 2. cum l. ſeq. † Aut in re in qua non habeo cau
ſam ab ipſo, & dic quod non regulariter, vt ff. de vſufr. quem-
admodum caueat. l. vlti. ad Trebell. l. mulier. & l. nam quid.
Sed hoc fallit in caſibus. ff. de aqua plu. arcen. l. in ſumma. §. itē
varijs. Item fallit fauore agriculturæ, quia teneris mihi præſta
re patientiam ad reficiendum agros. Item poſſet dici, quod
fallit hic fauore eccleſiæ, cuius commodum in hoc verſatur,
nam magis eſt eius vtilitas quod eccleſia habeat decimam, vel
eccleſiam, quam laicus. Vel dic ꝙ non fallit hic, ſed habetur re
curſus ad ſuperiorem puta Papam, & vide quod no. Accur. in
dicta. lege. in creditore. vbi Lambertus de Salinis ponit iſtam
diſtinctionem.

1 *Præſentari an poſſit originarius extra diocæſim, vbi eccleſia ſita*
eſt. 3.
2 *Ius patronatus gratioſum eſt.*

Significaſti. Si quæritur vtrum patronus ec-
cleſiæ poſsit perſonam aliàs idò
neam extra diocœſim illius epiſcopi cui præſen-
tat, & in cuius diocœ. ſita eſt eccleſia præſentare, di-
1 ſtinguit hic Hugo. † Aut eſt epiſcopus qui ius patronatus ec-
cleſiaſticum in aliena diocœ. acquiſiuit, & talis poterit quem-
cunque clericum alias idoneum vndecunq; ſit præſentare, vt
16. q. 2. c. ſi quis epiſcoporum. & in hoc eſt priuilegium epi-
ſcopi ſm Hug. Aut non eſt epiſcopus, & tunc talis neceſſe ha
bet repræſentare clericum eiuſdem diocœ. vt 71. diſt. horta-
mur. vbi de hoc, vide per Io. & Archi. & c. clericos. ſ. de cleri.
peregri. c. vlti. Idem cum Hugo. tenent Ala. Tan. Vin. Phi. pet.
de Samp. & Abb. hic & videtur quòd bene, per text. illius, c. ſi
quis epiſcoporum. ibi hæc gratia ſeruetur &c. Nec obſtant. c.
2 hic alleg. hortamur clericos. quia ibi eſt ius commune aliorū,
in c. verò ſi quis epiſcoporum. eſt gratia epiſcoporum † ſed poſ
ſet exponi ibi gratia. i. ius patronatus quod eſt gratioſum, &
ex gratia deſcendit, vt legitur & no. 32. q. 4. nemo ſecundū Ar
chi. in d. c. ſi quis epiſcoporum. glo. pen. dicentem quòd ipſe,
miratur de cauda iſtius glo. & illius. in c. ſi quis epōrum, quia
Hug. Lau. Ioan. de Fa. & glo. communis. in d. c. hortamur, te
nent primam ſententiam. ſ. diſtinctionem præmiſſam, & idē
tenet Goff. in ſumma. eodem tit. §. item notandum eſt ſecun-
dum Archi. ibi Hoſt. verò hic dicit quòd de conſue. quicquid
dicat Hug. quilibet patronus clericum, vndecunque originem
duxerit, dum tamen idoneus ſit poterit præſentare, & in eo-
dem concordat ius. ſ. de inſti. ad decorem. & de iudi. cum de-
3 putati. † Eſt tamen caſus in quo repræſentare non poteſt pa-
tronus niſi de eadem eccleſia. vt leg. & no. j. eo. ca. pe. ſecundū
Hoſtien. Et ſi donetur epiſcopo ius patronatus, in eccleſijs ſui

epiſcopatus, dicit Gof. quòd præſentabit apud ſe ipſum vt pa
tronus, & inſtituet vt epiſcopus. arg. ff. de adop. l. ſi conſul. &
ſ. de elect. l. cum inter vniuerſas. in h. ſed expedientius & ratio
nabilius eſt, vt dicamus remoto impedimento quo epiſcopus
impediebatur iuſtituere cum effectu, & ſic ſine repræſentatio-
ne aliqua confert, & inſtituet iure ſuo. 16. q. 7. nullus, ad quod
accedit quod not. ſ. de offic. Arch. cum ſatis. de offic. ordi. c. ir
refragabili. §. exceſſus. ſm Hoſt. hic quod ſecurè tenere potes
& idem Io. An. hic.

1 *Factum deueniens ad caſum extinctiuum vitiatur.*
2 *Factum cui aduenit caſus impediens, an retractetur.*
3 *Factum conſummatum cui aduenit caſus impediens, an perima-*
tur. 5.
4 *Factum non conſummatum, an per caſum impedientem deſtrua-*
tur. 6.

Conſultationibus. Ad euidentiam glo.
quæ incipit quia qđ
legitimè &c. Si quæris vtrum factum legitimè, ſeu
res, debeat retractari vel vitiari, ſi deueniat ad eum
1 caſum a quo incipere non potuit, diſtingue. † Aut factum, ſeu
res, deuenit ad caſum totaliter extinctiuum, & deſtructiuum,
peremptiuum, ſeu annullatiuum. & tunc vitiatur, & retractat
indiſtinctè, ſiue deueniat ad talem caſum ante ſuum comple-
tum eſſe, ſiue poſt. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. tria. in fi. commu
nia præ. l. quicquid. ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacrā
ibi, nam & cum quis &c. Sic etiam poteſt intelligi. ff. de iudi. ſi
a me. & hoc tenet Dy. j. de re. iur. c. factum legitimè. libr. 6.
† Aut non deuenit ad caſum totaliter extinctiuum, perempti-
uum, ſeu annullatiuum, & tunc aut factum erat inchoatum,
ſed non perfectum, ſeu conſummatum & tunc, aut ſuperue-
nit caſus ad eundem effectum tendens, cum illo facto ſeu actu
cuius initium impediuiſſet ſuperueniſſet, & tunc illum actū,
tendentem ad eundem effectum quem inuenit ſecum concur
rere patitur. vt ff. ad l. fal. l. verbis. inſti. de legat. §. ex contrario,
vbi habes quòd ſi lego debitum pure creditori, non valet lega
tum, ſed ſi lego debitum in diem valet legatum, adeo quòd ſi
dies eueniat teſtatore viuente legatum non vitiatur, vt hoc,
no. Dy. in c. alle. factum legitimè in fi. Aut ſuperuenit caſus ad
alium effectum tendens, & tunc tollitur ſeu retractatur ꝑ eū
caſum qui impediret inchoari, vt ſi ſtipulatus ſum ſeruitutē
prædio meo, & antequam mihi conſtituatur, alieno totum ꝑ
dium, vel partem eius pro indiuiſo, nam eo caſu corrumpitur
ſtipulatio, vt ff. de ſeruit. l. pro parte. de verb. oblig. l. ſi ſub vna
§. ſi quis viam. & l. pluribus. §. & ſi placeat. j. reſpon. vt leg. no-
mine ca. l. ſi pecuniæ. §. cum fideicommiſſum. & de adulte. l. ſi
maritus. §. ſi autem. Ad idem facit. ff. de ſuſpec. tut. l. poſt fini-
tam. de li. ag. l. 3. § plaucianum. ver. adeo. & de his, quæ ꝑ non
ſcri. ha. l. ſi in metallum. de reg. iur. l. non eſt nouum alias eſt. §.
ſub. l. in ambiguis, per querimonia patet, quòd caſus impediēs
ab initio tollit iam factum ſuperueniens, ex poſt facto, vt hoc
no. Lambertus de Salinis, C. de iure fiſci. l. 3. libro. 10 & dictus
dominus Dynus in d. c. factum legitimè. † Aut factum erat iā
3 perfectum & legitimè conſummatum, antequam deueniret,
ad caſum a quo incipere non potuit, vt quia ſeruitus promiſſa
erat iam conſtituta, teſtamentum inchoatum erat iam perfe-
ctum, & matrimonium inchoatum per ſponſalia, erat iam per
conſenſum mutuum de præſenti, vel per carnalem copulam
conſummatum, & ſimilia, & tunc dicit Dyn. in cap. alle. factū.
legitimè, quòd caſus ſuperueniens qui impediret ab initio in-
choari non tollit iam factum, & ita loquitur regula iuris in ca.
alleg. factum legitimè. & ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. pa
tre furioſo. de teſtamen. l. is cui. de bono. poſſeſ. ſecundum ta.
l. j. §. ſufficit. de acqui. hæredi. l. ſi ſeruum quis. §. vlti. de reg. iur.
l. in ambiguis. §. 1. de ri. nup. l. ſi qua. de ſeruitu. ruſti. præd. l. via
§. quæcunque. de verb. oblig. l. pluribus. §. & ſi placeat. 2. reſpō.
ſecundum Dyn. in cap. alleg. factum legitime. Ad idem facit
iſtud c. conſultationibus. cum ſuis concord. hic alleg. 55. diſti.
præcepta. 32. q. 7. neq; furioſus. ff. de poſtula. l. j. §. caſum. de iti.
actuq; pri. l. 2. ſ. de reſtitu. ſpolia. audita. & j. de eo qui cog. con-
ſang. vxo. ſuæ. c. diſcretionem. ad fin. verſi. ſed nec affinitas. vbi
de hoc in glo. arg. quòd &c. † Circa tamen ſecundum mem-
4 brum. ſ. quando factum erat inchoatum ſed non perfectū, ſeu
conſummatum poſſet diſtingui probabiliter, ſicut diſtingue-
5 bat quidam doctor meus, nomine dominus Ioan. de ſeritate,
ſuper. l. illa verbis. ff. ad l. fal. quia aut eſt talis caſus, qui reſpicit
initium tantum, & non medium, vel finem, & tunc nō vitia-
tur.

tur.C.de vſuca.tranſfor.l.vnica.§.hoc tantum modo. & in d.
l.verbis.ff.ad l.fal.inſti.de lega.§.econtrario, quia in legatis in
ſpicitur initium vt valeant.ff.de regula cato.l.1.de reg.iur. le.
omnia quæ ex teſtamento. idem dicerem ſi res, vel actus in-
ſpiceret certa tempora, vt in capacitate, hæredis, vt ff.de here
di.inſtituendis.l.ſi alienum.§.in extraneis. Aut ille caſus, ad
quem deuenit reſpicit totum actum ſeu totam rem, & tunc,
habet locum ſecundum membrum vt ſ.Et hoc poteſt eſſe ve
rum quando actus non habens ſuum completum eſſe perue-
nit ad eum caſum a quo incipere non poteſt, in eo caſu rema-
net. Si autem reuertatur ad eum caſum a quo poteſt incipere
refert, quia aut actus ille impediebatur iure ſpeciali, & tunc ſi
perueniat ad eum caſum a quo poteſt incipere actus non vi-
tiatur.ff.rerum amo.l.reintegrato.& l.fi. Aut actus impedieba
tur iure communi, & tunc vitiatur.ff.de fur.l.quod dicitur. ff.
de his, quæ pro non ſcriptis habentur.l.3.§.fin.inſti.de noxa.§
ſed ſi ſeruus.ver. vnde & ſi ad idem.ſ.de conuerſ.coniu.pla-
5 cet.& j.qui filij ſint legi.tanta vbi de hoc in glo.penul. †Item
circa tertium membrum.ſ.cum quæris de re perfecta & con
ſummata ita quod res vel actus habet ſuum completum eſſe,
ſubdiſtinguit Lambertus, de Salinis in d.l.1.C.de iure fi. Aut
ſuperuenit caſus, qui habet retro tractum, vel qui exiſtens re
tro fingitur extitiſſe, & tunc vitiat quod factum eſt, vt pater,
tuus in cuius es poteſtate, captus eſt, ab hoſtibus, feciſti teſta-
mentum, ipſe reuertitur, fingitur retro ſemper in ciuitate fuiſ
ſe, & per conſequens fingitur impedimentum præceſsiſſe te-
ſtamenti factionem, & ideo retrotrahitur.ff.de leg.hære.l.ſi pa
ter.ad maced.l.j.§.ſed ſi pendeat. Aut ſuperuenit caſus qui nõ
habet retro tractum, & tunc non vitiatur, vt in d.l.j.C.de iure
fi.lib.10.vbi donatio facta per patrem filio prius quàm con-
traxiſſet cum fiſco non reuocetur. Item pone pater tuus de
portatus eſt, contraho tecum, deinde patri tuo remittitur pę
na, non fingitur ſemper te habuiſſe in poteſtate, ſed nunc de
nouo a tempore indulgentiæ, & ideo non retro trahitur, qđ
tecum contraxi.C.de ſen.pa.l.fi.ff.de ſeruit.l.vt pomum.§.1.
Pe.verò de bel.per.C.de contrahen.em.l.ſi gaudentius. breui
6 ter dicit ſic.†Aut res erat perfecta & conſummata, antequam
deueniret ad caſum illum, & tunc non vitiatur vt hic. & in l.al
leg.ſ.pro iſto membro. Aut non erat conſummata, & tunc ſi
non vitiaretur ſequeretur inconueniens vel abſurdum, & tũc
vitiatur.ff.ad l.aquil.l.huic ſcripturæ.§.fi.& l.ſeq. Aut non ſe-
ſcribendum,interfuerint,cum canonicis eccleſiæ tractaui ele
ctionis ſeu poſtulationis,nec elegiſſent ſed poſtulaſſent ius eli
gendi,eſt eis quæſitum, per l.alleg. is qui. & quemadmodum
ſerui.amit.l.a.nam & poſtulandus eligitur.ſ.de electio in cau
ſis de renuntiatio.poſt tranſlationem.

Cum venerabilis. Ad euidentiam gloſ. hic patet &c.Si quæ-
ris vtrum Epiſcopus donando ſeu eximendo eccle
ſiam cathedralem procurationem , & viſitationem
excipere & ſibi retinere videatur,dic vt dixi ſupra,de donatio
nibus c.paſtoralis.

¶ Super eo.c.Ad declarationem gl.hoc nouum.Si quæris vtrũ
quoties quãdo & qualiter Epiſcopus vel Archiepiſcopus poſ-
ſit & debeat eccleſiam ſibi ſubditam in anno viſitare,& procu
rationem exinde recipere,dic vt dixi ſ.eo.cum Apoſtolus .

1 *Eccleſia ad procura.ſoluendam impotenti alia eccleſia iungẽda.*
2 *Eccleſia aſſerente inopem,quid agendum ad procurationem ha-
bendam.*
3 *Credendum an potius famæ,an aſſertioni ſe inopem allegantis.*
4 *Procuratio debita non viſitanti eam exiget quãuis non viſitet.*
5 *Procuratio ſine viſitatione non danda.*
6 *Procurationem recipit legatus de latere quamuis non viſitet.*
7 *Legato ſimplici ſine viſitatione procuratio non debetur.*
8 *Archiepiſcopo non viſitanti procuratio non danda.*
9 *Epiſcopo non viſitanti procuratio non debetur.*

Procurationes. Si quæris vtrũ,& quan-
do procuratio præſcribi
poſsit,diſtingue,vt dixi.ſ.de præſcri.c.cum ex offi
cij.& ibi videas.
1 ¶ Super eo.c.In ver.cum aliqua † hic habes,quod cum aliqua
eccleſia non ſufficit per ſe ipſam ad integram procurationem
ſoluendam,tunc duæ vel plures eccleſiæ congregantur in vnã,
vt puta potens eſt ſoluere cẽtum ſolidos,quæ eſt integra pro-
curatio expediat igitur ſe,& ſoluat, ſi nõ poteſt ſoluere,niſi.l.
iungatur ergo ei alia æqualis ſibi , & ſic faciant integram pro-
curationem:caueat tamen rector eccleſiæ,quod nihil confin-
gat ſi non vult incurrere peccatum inobedientiæ , vt patet in
2 eo,quod leg.& not.ſ.eo.cum inſtantia.† Sed ſi dicat ſe impo-
tentem. & legatus dicat quod potens eſt , tunc aut euidenter
liquet quod potens eſt ſecundum communem famam,arg.ff.
de fun.inſtru.cum de lanionis.§.aſinam.qui ſatiſd.cogantur.l.
ſi vero.§.j.& tunc compellatur.Aut euidenter liquet,quod eget,
& ſic non cogatur.ſ.ſolutio. Odoardus.Aut dubitatur,& tũc
prælatus poteſt ſi vult exigere iuramentum , quod veritatem
dicet & ſtabit d.ſuo, arg.ſ.de iureiur.c.vlti. Aut poteſt ipſum
excommunicare ſi ſuſpectum habeat ſub hac conditione ſi in
fraudem vel falſo aſſerat ſe impotentem.ſ.de appel.præterea.
& ſic relinquat ipſum conſcientiæ ſuæ.ſ.de iureiurã.mulieri.
ſecundum Hoſti.& Io. And.quod poſsit ſic excommunicare
3 facit.j.de ſent.excom.ſacro.§.vlt.ver.niſi talis ſit. † quod not.
Ab.ibi ſuper verbo dubitari.de illo quem iudex excommuni
cat , quia non ſoluit id in quo eſt condemnatus : & quæ dicit
quod non habet vnde ſoluat,cum tamen fama ſit quod eſt di
ues,& ſoluendo,ſimile no.Hoſti.in ſumma de poſtulando.§.
quid pertinet.ſub.§.quid ſi clericus.& Spec.titu.de aduo.§.1.
ver.ſed nunquid cogi.
¶ Super eo.c.Si quæris vtrum procuratio dari debeat alicui,li
cet viſitationis officium non impendat,diſtingue . Aut quæ-
ris de procuratione debita non de iure communi puta ex fun
datione eccleſiæ vel conſuetudine vel priuilegio vel compoſi
tione legitimè facta : aut de procuratione de iure communi,
vt de illa quæ eſt debita Epiſcopo, Archiepſcopo, vel legato.
4 † In primo caſu,aut eſt debita tali, qui viſitationem nõ habet
ſed procurationem tantũ,& tunc procurari debebit,licet non
viſitet,quia nec poteſt,vt patet quando debetur ex fundatio-
ne 18.q.2.Eleutherius.ſ.eo.præterea.& c.quanto.de conſue-
tudine patet ſ.eod.ſopite.& c.cum venerabilis.18.q.2.ſerui-
ſium.de priuileg.16.q.5.poſſeſsiones.j.de exceſ.prælato.acce
5 dentibus.de compoſitione,patet in c.allega.quanto. † Aut eſt
debita tali qui etiam viſitationem ibi habet,& tunc procura-
ri non debebit niſi viſitet, arg.huius c.1.reſponſo.vbi denega
tur procuratio viſitationem de iure communi habentibus,&
ipſam non exercentibus,ergo multo fortius ipſam habentib.
de iure ſpeciali , cũ ius commune magis debeat ampliari quã
ſpeciale.ff.de condit. & demon.l. mulieri & Titio.in auth.de
non alienan.vel permutan.re.eccleſiæ.§.quia vero veriſimile.
collatio.2.In ſecundo caſu refert, aut quæris de legatis:aut de
alijs : ſi de legatis aut de legatis de latere:aut de alijs,puta miſ-
6 ſis:vel natis. † Si de illis de latere,dic quod recipiunt procura-
tionem licet perſonaliter non viſitent,vt hic in §.hoc adhibi-
7 to.† Si de alijs dic quod non recipiunt procurationẽ niſi per-
ſonaliter viſitent, vt ſ.eo.c.1.reſponſo.& hæc eſt vna de diffe
rentijs inter legatos de latere & alios:differunt etiam in quin
que alijs,vt no.j.de offi.deleg.c.1.lib.6. Quod poteſt eſſe ve-
rum , quando legatus vult colligere procurationes per totam
prouinciam,ſibi cõmiſſam,alias quicunq; ſit legatus ſiue nun-
cius,qui in aliquo loco habeat neceſſario moram trahere hoc
priuilegio vti poteſt,vt hic,& ſ.eod.cum inſtantia.quia in eo
habet locum ratio quæ hic tangitur, ergo & idem eſt ius,j.de
8 conſangui.tua nos.† Qui de archiepiſcopo ſi pro negotio to-
tius prouinciæ oporteat ipſum in aliquo loco moram trahere,
continuè procurandus, vt no.Inno.j.eo.Romana.lib.6.ſuper
verbo viſitatis.& Hoſti.& Io.And.hic, quia eadem eſt ratio,
tunc in ipſo,quæ & in legato,ergo idem ius,vt præmiſsis.Sed
dices licet vbi eſt eadem ratio iuris communis idem ius cen-
ſeatur,non tamen vbi eſt eadem ratio priuilegij,eſt idem pri-
uilegium,

uilegium, niſi a principe impetretur, vt ĩ.de priuileg.ſanè.ſed
reſpondéri poſſet aliud in priuilegio non corpore iuris clauſo,
quàm in clauſo ſecundum Hoſti.& Io.And. Tutius tamen eſt
& maxime hodie, quod non ratione viſitationis a locis vicinis
vt hic dicit, ſed potius ratione communis honoris talia a tota
prouincia, communiter exigantur, arg.ſ.de ſtatu mona.in ſin
gulis.de procura.cum pro cauſa: ſaluo eo quod leg.& no.ĩ.eo.
veri.& cum aliquæ.& ſic intellige quod no.in ſumma de offi.
Archid.§.quod ſit eius officium. verſic. ſed nunquid plures.
Hoſtien.qui ponit hanc diſtinctio.a ver.in ſecundo caſu citra.
9 † Si quæris, de alijs puta epiſcopis, & alijs, tunc dic qđ niſi per-
ſonaliter viſitent, procurari non debent, ſed tñ ſi fuerint impe
diti quod non poſsint perſonaliter viſitare poterunt per alios
viſitare, & illi viſitatores procurabunt, quod dic, vt le.& no.ſ.
de offi.ordi.c.inter cætera.& eo.tit.c.ſi Epiſcopus.lib.6.

1 *Archiepiſcopus an prouinciam viſitare debeat.*

CVm nuper. Ad declarationem primæ glo. Ber.hic.Si quæris vtrum & qñ
Archiepiſcopus poſsit ſuam prouinciam viſitare.
1 † Diſtinguit hic Ber.poſt Goſ.vtrum Epiſcopus eſt
negligens, & tunc ſic, alias non.9.q.4.cum ſcimus.& c.cũ quæ-
ſtus.Sed Hoſt.dicit indiſtinctè, quòd poteſt viſitare, ſiue Epi-
ſcopus ſit negligens ſiue non & bene: quod verum etiam con-
traria conſuetudine non obſtante, quod dic vt hodie le.& no.
ĩ.eo.perpetuo.lib.ſexto, vbi corrigitur opinio prædicta Bert.
hic & ĩ.de accu.ſicut olim.

1 *Procuratio an in oratorijs debeatur.*
2 *Oratorium inhoneſtum deſtruendum.*
3 *Oratoria an eccle.priuilegijs gaudeant.*

AVthoritate. Si quæris vtrum in oratorijs procuratio debeatur, & ipſam
1 Epiſcopus vel alius exigere poſsit, diſtingue. † Aut
quæris de procuratione debita ratione viſitationis:
aut de alijs aliàs debitis, puta ex fundatione, priuilegio, conſue
tudine, vel de illa quæ debetur legatis ſedis apoſtolicæ, de qui
bus per Ber.& Hoſti.ſ.eo.procurationes. & dixi.ſ.de præſcr.
cum ex officij. Si de illa quæ debetur ratione viſitationis ſic.
Aut huius oratoria habent populum & curam, & tunc ſunt vi
ſitanda, & exinde per conſequens procuratio annexa viſita-
tioni recipienda.10.q.1.placuit.& c.Epiſcopũ.& pro hoc not.
per Inn.ſ.de offi.Archi.c.vlt.gl.no.Archi.ver.item dicũt &c.
Aut non habent populum neq; curam, & tunc, aut in tali ora-
torio nullus eſt ordinatus authoritate ordinarij ad celebran-
dum continue, & ordinate, ſed eſt ordinatum, vt eſſet ibi lo-
2 cus ad orandum tantum, & quod quilibet poſſet ibi orare qui
vellet, & tunc cũ non eſſet ibi quod viſitari poſſet, ratione ora
torij, nec per conſequens exinde procurationis nomine, quæ
eſt annexa viſitationi, vt ſ.eo.cum venerabilis. eſt aliquid exi
gendum, vt hic, & arg.ſ.de ap.cum ceſſante ſecundum Vinc.
Gloſ.Inno.& Hoſt.& Io.And. hic aut in tali oratorio eſt or-
dinatum, quòd certa perſona, vel aliqua de certis debeat in eo
deſeruire, & tunc Epiſcopus poterit ibi viſitare, & ratione vi
ſitationis procurationem recipere, cum ibi locus ſit ſacer, &
in poteſtate Epiſcopi, & certa perſona, quæ viſitanda eſt, argu.
ſ.de religio.do.c.de xenodochijs. & c.ad hæc.de con.diſt.1.
clericos.ſecundum Inno.& Hoſt.& Io.And.hic, idem no.G.
de mon. Lau.& Gen.extra de re.do.c.quia contingit.in clem.
Guil.ſuper verbo fundatione. & Gen.ſuper verbo conſtitu-
tum. Si quæris de alijs procurationibus aliàs debitis, tunc dic,
quòd tales procurationes non excluduntur per iſtud.c.ſed de-
beri poſſunt ſecundũ Hoſt.pro quo bene facit iſtud.c.ibi pro-
curationes, quæ ratione viſitationis debentur &c.à contrario
2 ſenſu. † Dicit etiam Inno. hic quòd ſi hi quorum ſunt orato-
ria non teneant ea honeſtè nec faciant ibi celebrari, quòd Epi
ſcopus ea deſtruet.de cõſe.diſt.1.omnis.quod intelligas ſecun
dum Hoſt.vbi eſſet oratorium dedicatũ, & authoritate Ponti
ficis ædificatum ad celebrandum, aliàs contra in his quæ per-
mittuntur. Et no.ſecundum Hoſt.quòd talia oratoria de qui-
bus loquitur iſtud.c. poſſunt facere monachi ſine authoritate
Epiſcopi: cum & cuilibet laico hoc liceat, de conſe.diſt.1.vni-
cuique.non tamen ibi poteſt poni campana ſine authoritate
Epiſc.ĩ.de priuil patientibus. nec etiam celebrari niſi authori
tate Epiſcopi, vel ſedis apoſtol.ĩ.de priuil. in his.in aut.vt nul
3 lus fabricet orat.do.§.1.colla.5. † quamuis Goſ.dicat quòd ta-
le oratorium gaudeat immunitate eccleſiaſtica. arg.ĩ.de im-
mu.eccle.c.vl [illegible] dic, contra ſecundum Hoſt.& eſt rõ
quia non eſt dedicatum deo: quare cum hodie ſit oratorium,
cras poteſt fieri camera, & erit locus priuatus, cum nõ ſit deo
dedicatus. Nec obſtat, contrariũ, quia loquitur de eccleſia deo
dedicata vel ædificata ad conſecrandum, vnde nõ mirum ſi ta-
lis locus immunitate gaudeat, cum decreto ad humanos vſus
reuerti non poſsit, vt l.& no.ſ.de reli.do.c.4.ſecundum Hoſt.
hic, & in ſum.tit.de immu.eccle.§.inquantũ. ver.quid de ora-
torijs.cuius opinionem approbant.G.de mon.Lau.& Gen.ex
tra de relig.do.c.quia cõtingit. ſuper verbo compellere.in cle.
& idem tenet extra de pœni.& remi.c.1.gloſ.2.in cle.vbi vide.
idem tenet Ioan.in ſumma confeſ.rub.de immuni. eccle.q.9.
vtrum priuata &c.

¶ De conſecratione eccleſiæ vel altaris. Rubrica.

1 *Sacra ſeparata non commiſcentur.*
2 *Religioſa rei adhærens, religioſum eſt.*
3 *Sacrum an non ſacrum ad ſe retrahat.*
4 *Prophanum dignius an minus, dignum trahat.*

QVod in dubijs. Si quæris vtrum ſacrum vel religioſum tanquam
dignius trahat ad ſe nõ ſacrum vel non religioſum,
1 diſtingue. † Aut quæris in rebus omnino ſeparatis
& diſtinctis, & tunc non, quia ſeparatorum ſeparata debet eſ-
ſe ratio.ff.de fonte.l.vna.C.de dona.inter vir.& vxo.l.ſi mari-
tus.1.& de Epiſcop.& cler.l.repetita.de teſta.l. conſulta diua-
lia.& ĩ.de præben.quia ſæpe.in prin.lib.6.cum cõcord.ibi alle.
& eſt ſatis expreſſum.ĩ.eo.ti.c.vnico.ver.ſecus.li.6.Aut quæ-
ris in rebus adhærentibus ſeu commixtis, & tunc aut quæris
de re religioſa: aut de ſacra inter quas eſt magna differentia, vt
legitur, & no.inſti.de rer.di.§.ſacra.& §.religioſum.& ff.de re-
rum di.l.in tãtum.§.ſacræ.& §.ſeq.vbi habes quòd, ſacra ſunt
quæ rite per Pontifices deo conſecrata ſunt, veluti ædes ſa-
cræ, & dona quæ rite ad miniſterium dei dedicata ſunt.religio
ſum vero locum vnuſquiſque ſua voluntate facit, dum mor-
2 tuum infert in locũ ſuum. † Si quæris de re religioſa, tunc dic,
quod rei religioſę adhærens religioſum eſt, vt ff.de rei vend.l.
quæ religioſis.& ĩ.de ſymo.c.conſulere. Si de ſacra tunc, aut
ſacrum & non ſacrum ſunt eiuſdem ſubſtantiæ & naturæ: aut
diuerſarum. Si eiuſdem vt in duob.oleis & ſimilibus, tunc di-
3 cit Hoſti.ſ.c.1. † Aut quæris in liquoribus, & alijs rebus, quæ
ex cõmixtione confunduntur, vt in oleo ſacro, & in oleo non
ſacro, & tunc habet locum, quod hic dicitur.ſ.quòd ſacrum
trahit ad ſe non ſacrum, vt hic, & 13.q.2.non æſtimemus.arg.
ff.de vſuca.cum qui ædes. Aut in alijs rebus, & tunc, quòd nun
quam id quod apponitur intelligetur conſecratũ, ar.opti.inſti.
de rerum di.§.cum ex alien. vſq; ad §.cum in ſuo.ſecundũ eũ.
Sed contra hoc facit gl.Ber.hic in fi.vbi dicit, quòd in reficien
dis ſacris veſtibus.filium non ſacrum, ſiue pannus non ſacer
poteſt apponi, nec eſt opus noua conſecratione, cum quo con
cordat ipſe Hoſt.hic, arg.§.alle.cum ex aliena materia, & eo.
tit.§.quod ſi partim.& §.ſi cum. Item contra hoc facit, quod
no.Hu.Arch.de conſe.diſt.1.de fabrica.in gl.adde ſicut ſucceſ
ſiue.&c.per Archi.vbi no.quòd ſi eccleſiæ conſecratæ in lon-
gitudine vel altitudine aliquid adijcitur, non reconſecrabitur,
quia ſacrum trahit ad ſe non ſacrum vt hic: ſed aqua exorzita
ta aſpergetur ſecundum eos: quorum opin.credo veriorem.ſ.
quod ſiue in liquoribus, vt hic. ſiue in alijs ſacrum trahat ad ſe
non ſacrum, ex quo ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, & naturæ: & per
iura prædicta ſi ſacrum & non ſacrum ſint diuerſarũ ſubſtan-
tiarum vel naturarum, tunc ſacrum non trahit ad ſe non ſa-
crum. Et ideo ſi poſt calicis conſecrationem, vinum mittatur
in calicem, illud quidem non tranſit in ſanguinem, nec ſangui
ni commiſcetur, vt ĩ.de cele.miſ.cũ Marthę.§.quæſiuiſti.ver.
præterea. Et eſt ratio, quia poſt conſecrationem calicis, eſt ibi
verum corpus, & verus ſanguis Chriſti, & ſic ſanguis & vinũ
ſuperinfuſionis ſunt penitus diuerſæ ſubſtantiæ, & naturæ. vt
plene no.G.de mon.Lau.extra de decl.c.1.ſuper verbo immi
ſcentiam.in cle.& idem innuit Pet.de Samp.& Abb.hic & Io.
And.poſt eos, dicentes vinum admixtum non eſſe eiuſdem li
quoris. Item ſanguis ille eſt incõmutabilis, & ita incommixti-
bilis, & ideo non trahit ad ſe vinum appoſitum: & vide quod
no.frater Io.in ſum.confeſ.tit.de ſacramento Euchariſtiæ.q.
113.vtrum ſpeciebus.&c. vbi quo ad commixtionem aliter
4 notare videtur. † Si autem quæris de duobus prophanis, vtrũ
maius dignum trahat ad ſe minus dignum, vide per Cardi.in-
fra de reg.iur.c.indultum.lib.6.cum quo concor.Ioan.And.ibi
in nouella.

1 Eccleſia

1 *Eccleſia quando reconſecranda.*
2 *Altare quando reconſecrandum.4.6.*
3 *Excommunicati corpus eccleſiam ex. crat.*
5 *Ratio vbi eſt eadem, ergo idem ius.*

PRopoſuiſti. Si quæris vtrū & quando ec-
cleſia eſt reconſecranda vel re
concilianda, vel altare reconſecrandum vel reconci
1 liandum, diſtingue. † Aut quæris de primo, ſcilicet
quando eſt eccleſia reconſecranda, & tunc. Aut eſt conſecra-
ta, non tamen in forma eccleſiæ, & tūc debet reconſecrari. de
conſe. diſt. 1. eccleſias. & no. Io. 1. q. 4. eccleſia. gl. 1. & Arch. ibi
in glo. 3. & idem in: elligo de altari non ſecundum formam ec
cleſiæ conſecrato, ſcilicet, quòd debeat reconſecrari. Aut eſt
conſecrata in forma eccleſiæ, & tunc dic quòd eſt conſecran-
da in tribus caſibus notatis hic in gl. & per Innoc. in rubri aut
quando eſt reconcilianda, & tunc in duobus caſibus hic no. in
2 gl. & in duobus alijs qui ſtatim ſequuntur. † Aut quæris quan-
do altare eſt reconſecrandum, & tunc, in duobus caſibus; qui
caſus iis verſibus continentur quos ponit hic Hoſti. ſed non
comprehendunt omnes caſus. templa cruor, ſemenque piant,
dubium, rogus atque Diruptio reſecant, ſed menſam fractio,
motus. Templa id eſt eccleſia cruor, id eſt effuſio ſanguinis. ſe
men. i. ſeminis humani, piant id eſt, reconciliant, hoc eſt in
iis duobus caſibus eget eccleſia reconciliatione, & non recon
ſecratione, vt hic & j. eo. c. fi. Tertius caſus eſt in quo eccleſia
indiget reconciliatione, ſi in eccleſia ſint ſepulti excommuni-
cati vnus vel plures, quo caſu etiam parietes eccleſiæ ſunt ra-
dendi. de conſecr. diſt. 1. eccleſiam & j. eo. conſuluiſti. ſecun-
dum Hoſti. hic & in ſum. eod. tit. §. an ſit iteranda. ſub. §. item
cemeteria. & hoc intellige de excommunicatis impœnitenti-
bus: ſecus de excommunicatis qui morte præuenti & pœniten
tes abſolui non potuerunt. ar. j. de ſent. excom. c. is cui. §. 1. lib.
6. a contrario ſenſu, & hoc tenet Ber. j. de ſen. excom. a nobis.
2. in fi. Quartus eſt, ſi eccleſia vel cimiterium vel aliud quod-
cunq; ſacrum ab Epiſcopo publicè excommunicato conſecre
tur vel benedicatur, nā tunc procul dubio reconciliatione egēt
antequam fideles vtantur talibus tanquā ſacris, vt patet in eo,
3 quod no. ſ. de ſa. non iter. c. 2. † Nam ſi corpus excommunica-
ti mortui eccleſiam vel cemiterium execrat, vt j. eo. conſului
ſti. & de conſec. diſt. 1. eccleſiam. multo fortius vbi ipſa conſe-
cratio tranſit & perficitur per manus & os excōmunicati, ar.
ff. de teſtam. Domitius vnde ſicut conſueuit dici de ſymonia
co, & ſymoniacè promoto quod intus ortus occidit. Sic &
poteſt dici de tali conſecratione, omnia enim ſacramenta a ta
libus exhibita quantum ad immerita eorundem pertinet, con
taminata ſunt, & fetent coram deo, ſecundum Ioan. 1. q. 1. c. ſi
presbyter. §. quod autem & c. ſeq. & c. odit deus quod intellige
quo ad reconciliationem faciendam, alias enim vera ſunt ſa-
cramēta, dummodo in forma eccleſiæ exhibita ſint, quod dic
vt plene not. ſ. de ſacramen. non iteran. c. 1. & 2. & de ſepul. ſa-
cris. Vel illa iura, & ſimilia quo ad corpus Chriſti indiſtinctè
intelliguntur, quod à quocunque presbytero ſecundum for-
mam eccleſiæ conficiatur, perfectum eſt ſacramentū, nec ali-
qua reconciliatione eget: & idem eſt in baptiſmo, & alijs eccle
ſiæ ſacramētis. ſ. de ſum. tri. c. 1. §. ante pe. & ſe. & de coha. cler.
& mu. c. veſtra. In alijs autē exterioribus benedicendis & con
ſecrandis obtinet quod præmiſi ſecundum Hoſt. qui hoc no.
j. eo. cōſuluiſti. & Io. Andr. poſt eum cuius gl. approbat Arch.
4 in c. alle. eccleſiam. de conſecr. diſt. 1. † Poteſt addi & quintus
caſus ſcilicet quando eccleſia vel cemeterium vel aliud quod-
cunq; ſacrum conſecratur vel recōciliatur a tali qui eſt dignus
execratione, & depoſitione, vt ſymoniaco ſecundum Ioā. &
Hug. tamen circa hoc ſubdiſtingue quia. Aut a ſymoniaco ſy-
moniacè nondum tamen degradato in forma eccleſiæ conſe-
cretur eccleſia, & tunc non videtur iterū dedicanda ſeu con-
ſecranda, ſed tantum aqua aſperſionis benedicenda. Aut con-
ſecratur a ſymoniaco degradato vel nondum degradato, ſed
extra formam eccleſiæ, in quo forte caſu loquitur. c. eccleſia. j.
q. 4. & tunc deſtruendum eſt altare quo iterū reædificato adhi
bitā omni ſolennitate conſecrationis iterum conſecrabitur,
ſecundum Io. Fa. & Arch. in c. alleg. eccleſia. gl. 3. 1. q. 4. Dubiū
ideſt ſi dubitetur, vtrum ſit conſecrata de conſec. diſt. 1. eccle-
ſiæ vel altaria. j. de bap. c. 2. Rogus id eſt ſi cōburatur tota vel
maior pars, debet iterum conſecrari. de conſe. diſt. 1. eccleſijs.
ſemel atq; diruptio. i. ſi tota eccleſia ſimul deſtructa fuerit vel
maior pars, debet iterū conſecrari, ſi ſucceſſiuè ſufficit aſper-
ſio aquæ benedictæ, de cōſe. diſt. 1. fabrica. ſm Ber. hoc eſt re-
conciliatur non autem reconſecratur, quia eadem eccleſia vſ,
ar. ff. de iudi. proponebatur. de leg. j. q. in rerum natura. ſecun-
dū Hoſt. Reſacrant. i. in iſtis tribus caſibus eccleſia eſt recon-
ſecranda. Sed menſam, repete recōſacrans, duo quæ ſequuntur,
fractio ſi enormis, vel quando accidit in ſigillo motus. ſ. quan-
do tabula vel menſa altaris diſſoluitur a iunctura, quod dic vt
no. per Ber. ſ. eo. c. 1. & per Hoſt. in ſum. eo. tit. §. & an ſit ite-
randa. in ijs duobus caſibus tantum reconſecratur altare. Et
idem intelligas quando dubitatur, vt dictum eſt. ſ. de eccleſia
5 † quia eadem eſt ratio; ergo idem ius, ar. j. de conſan. & affi. tua:
ſed in exuſtione Io. Andr. dicit contrarium, quia conſecratio
eccleſiæ conſiſtit in exteriori linitione parietum ab interiori
parte eccleſiæ: ſed conſecratio altaris conſiſtit inter parietes &
6 iuncturas, vnde plus operatur exuſtio ibi quā hic. † Poteſt er-
go accidere quod altare eget reconſecratione, & non eccleſia
& econuerſo, ſecus in reconciliatione, quia adeo cōnexa ſunt,
quod non poteſt vnum ſine reliquo violari, vt no. ſ. eo. c. 5. ſe-
cundum Hoſt. Vnde propter motionē altaris vel lapidis con-
tinentis ſigillum, eſt reconſecrandum altare: ſed non ideo ec-
cleſia reconſecranda eſt ſecundū Abb. ſ. eo. c. 5. in fi. Et ſic col-
lige quod eccleſia eſt recōſecranda in quatuor caſibus compu
tato illo caſu, quando conſecratur non ſecundum formam ec-
cleſiæ. Item quod eccleſia eſt reconcilianda in quinq; caſibus:
& altare toties quoties reconciliatur eccleſia: & de hoc vide
quod no. Goſ. in ſum. eod. tit. per totum & Ray. de ſacra. non.
iter. per totum. & frater Io. in ſum. confeſ. rub. de ſacramentis.
non iteran. rubricella de conſe. eccleſiæ. q. 150. in quibus caſi-
bus & Aſten. lib. 6. tit. iſto arti. 2. & 3. & Inno. ſ. eo. c. 5. & me-
lius Arch. de conſec. diſt. 1. c. miſſarum.

1 *Excommunicatus in cemeterio non ſepeliendus.*
2 *Prægnans, an cum partu in cemiterio ſepelienda. 4.*
3 *Prægnans ad baptiſmum admittenda.*

1 COnſuluiſti. † Hic habes quod excommuni-
catorum corpora non debēt in
cemeterio ſepeliri: ſed nec corpora paganorum, vt
de conſe. diſt. 5. eccleſiam. & no. Hoſt. in ſum. eo. ti.
§. & an ſit iteranda. ſub. §. item cemeteria. & vide quod no. ibi
in ſub. §. ſeq. quid ſi mulier, vbi quærit quid ſi mulier prægnās
ſepulta eſt in eccleſia, nunquid debebit ibi manere, & nūquid
ſine inciſione poterit in eccleſia ſepeliri, Hug. dixit quod ſic,
2 & hoc innuit eſſe verum etiam ſi partus viuificatus ſit. † Alij
dicūt quod mulier ſcindi debet, & ſi partus viuat baptizetur,
ſi mortuus eſt ſepelietur extra cemeterium, quia talis non de-
bet poni in cemeterio, vt in c. alleg. eccleſiam. talis. n. baptiza-
tus non eſt, de conſe. diſt. 4. ſi quid eſt in homine. & ſi qua mu-
lier prægnans. & duobus. c. præceden. ar. pro hoc. ff. de euictio.
l. ſi prægnans. & l. vacc. ff. de vſuca. l. ſi aliena. in fi. Sed prædicta
opi. Hug. ſ. quod mulier prægnans ſepeliatur in cemeterio cū
partu viuo, non placet ſibi, quia per hoc homicidium commit
teretur. Secunda etiam opinio non videtur approbanda indi-
3 ſtinctè, † quia qua ratione admittitur mulier prægnans ad ba-
ptiſmum, vt in iuribus alleg. eadem ratione poteſt admitti, &
ad ſepulturam, vt ſic partus & ſi baptizatus non ſit habeatur
tantum pro baptizato, quantum ad hunc articulum pertinet,
ne inciſio ſine vtilitate facta, puta quia conſtat q. partus mor-
tuus eſt, horrorem inducat, arg. ff. de rei vendi. l. quæ religio-
ſis. ſ. eod. q. in dubijs. Dicas ergo ſecundum eum quod ſi pro
certo conſtat mortuum eſſe partum, nō incidetur mulier, ſed
cum partu ſepelietur, & in hoc caſu dicas veram eſſe ſenten-
tiam Hug. Nec obſtant iura, quæ nolunt quod paganus ſepelia-
tur in cemeterio, quia ipſa intelligo quādo paganus ſeparatus
ab vtero paganæ matris ibidem ſepultus fuit, ſecus ſi in vtero
matris Chriſtianæ, quia nec tunc commodè diſcerni poteſt
& tunc non eſt exhumandum. ſ. de ſta. mo. ſuper quod. ſ. de ſe
4 pul. ſacris. † Si autem certum eſt quod partus viuit, vel dubita-
tur, in hoc caſu omnino locum habet ſecunda opinio. & hoc
aperte dicit. l. regia quæ vetat, quod non ſepeliatur antequam
excidatur. ff. de mortuo inferēdo. l. negat lex regia. ad idem. ff.
de ſtatu hominum. l. Imperator. & de pœnis. l. prægnantis. ſe-
dum Hoſtien. ibi & in hoc concordat Aſten. hoc tit. arti. 2. q.
quid ſi mulier. & vide quod dicam poſt Inno. & Hoſtien. j. de
exceſ. præla. c. tanta. diſtin. vlti.

1 *Eccleſiæ fundator eam dotare tenetur. 3.*
2 *Qui non poteſt, non poteſt.*
4 *Epiſcopus conſecrans eccleſiam indotatam per ſe, eam dotare
tenetur.*

CVm ſicut. Si quæris quando epiſcopus conſecrat vel fundat eccleſiam nó aſsi
gnata dote, vtrum ipſe Epiſcopus teneatur ipſam
1 dotare,& quid iuris, diſtingue. † Aut epiſcopus ip-
ſam fundat vel conſecrat ad requiſitionem patroni ſeu funda
toris:aut non ad requiſitionem patroni vel alterius, ſed per ſe.
In primo caſu, aut patronus fundator eſt ſoluendo,& tunc co
gendus eſt ei aſsignare dotem, vt hic apertè probatur ſecundú
Inn.& Hoſt.& licet Io.& Ber.hic in gl.3.ver.ſed quæ erit &c.
dicant quæ ſit competens dos. Hoſti.tamen dicit & Io.And.
poſt eum, q̃ hoc difficile eſſet cuilibet fundatori: & ſi hoc de
facto ſeruaretur, pauci inuenirentur fundatores eccleſiarum,
qui ad hoc vellent aſtringi:qui tamen ad dotem competẽtem.
aſsignandam aſtringuntur, vt dicit hic text.in ſi. Vnde dicit, q̃
communiter vnus manſus ſufficit arg.§.tit.1.c.nec tenetur ta
lis ad hoſpitalitatem tenendam, vel iura epiſcopalia perſoluen
da, niſi forſan aliquod nomine cathedratici, arg.§.ti.1.c.olim.
2 de off.ordi.conquerente † quia qui non poteſt, ff.de fur.itaq;.
fullo.§.de ſolu.Odoardus. Vnde nec talis Epiſcopum procu-
rabit.10.q.3.cauendum. donec perueniat ad pinguiorem for-
tunam, arg.§.de conſuet.cum dilectus.ſic.n.multæ eccleſiæ in
paupertate fundatæ fuerunt, quæ poſtmodum ſunt ditatę, vt
4 patet §.de deci.ſuggeſtum, ſecundum Hoſtien.† cuius opinio.
intelligo fore veram in caſu vbi ad requiſitionem patroni Epi
ſcopus conſecraret capellam vel eccleſiam ſimplicem abſque
expreſsione alicuius collegij vel conuentus vel alterius quali-
tatis. Opinio.vero Ioan.& Ber.intelligo veram in caſu vbi ad
requiſitionem patroni volentis fundare eccleſiam conuentua
lem, vel collegiatam, eam ſub tali qualitate ſpecifica conſecra
uit: ita ordinatio, voluntas,& conſenſus ipſius patroni ipſum
obligant ad id,& ſecũdum id quod diſpoſuit & ordinauit. Aut
patronus ſeu fundator non eſt ſoluendo ad cuius requiſitio-
nem, epiſcopus eccleſiam conſecrauit, & tunc dic idem quod
in membro ſequenti, quando non ad requiſitionem alicuius
4 ſed per ſe conſecrauit ſecundum Hoſti.† In ſecundo caſu, ſci-
licet, quando epiſcopus non ad requiſitionem alicuius, ſed per
ſe conſecrauit eccleſiam, dic vt Ber.hic & Hoſt.poſt eum qui
dicit quia. Aut epiſcopus habet proprium præter bona eccle-
ſiæ,& tunc tenetur eam dotare, argu.de conſecra.diſtin.1.cap.
nemo ædificet. ſicut tenetur prouidere illi quem ordinat ſine
titu.ſupra, de præben.c.2.& c.epiſcopus.& c.cum ſecundum.
Aut non habet proprium,& tunc ſecundum Hoſtien.de redi
tibus ſuis dotabitur.ſupra, de fideiuſſo.peruenit.quod ſi fieri
non poſsit propter tenuitatẽ redituum epiſcopatus, vel alias,
tunc fiet de bonis eccleſiæ ſi tamen ſine læſione ipſius fieri
poſsit, argumen.ſupra, de donationibus. capitu.apoſtolicæ.
Alioquin delictum perſonæ non debet in damnum eccleſiæ
redundare.15.quæſtione ſexta, ſi epiſcopum. ſupra, de except.
cum venerabilis.infra, de regulis iuris.delictum.libro ſexto, ſe
cundum eos.

1 *Eccleſiam pollutam ſacerdos ex priuilegio reconciliat.*
2 *Eccleſiam pollutam, an ex conſuetudine ſacerdos reconciliet.*
3 *Eccleſia polluta à ſolo epiſcopo reconcilianda.*

AQua. Si quæris vtrum eccleſia polluta, vel ce-
miterium pollutum per inferiorem epi-
1 ſcopo recõciliari poſsit, diſtingue. † Aut ſuper hoc
habet priuilegium a Papa,& tunc ſecundum formá
& tenorem priuilegij hoc facere poterit,& non vltra.infra de
priuileg.porro.95.diſtin.peruenit. Vbi ſacerdotes criſmabant
in frontibus ex priuilegio eis conceſſo a Papa, quod alias face-
re non poſſent, vt leg.& no.ſupra de conſue.quanto. Et hoc te
net hic Inno.dicens quòd ipſe vidit, quòd Papa pluribus Epi-
ſcopis indulſit quòd per ſimplices ſacerdotes poſſent recon-
ciliare eccleſias, aqua tamen prius per Epiſcopum benedicta.
Idem Hoſtien.dicens quod cuilibet ſimplici ſacerdoti poſſet
Papa dare poteſtatem quod talia exerceret, vt patet in eo quod
no.ſupra de ſupplen.negl.præla.c.1.de ætate & qualitate.cum
contingat. Aut non habet priuilegium ſuper hoc à Papa,& tũc
2 † aut de conſue.ita eſt quòd ſimplices ſacerdotes hoc poſſunt
facere aut non. Si ſic, tunc dicit hic Hoſtien.quòd conſuetu-
do tolerari poteſt quando violentia committitur in eccleſia,
ſine ſanguinis effuſione, quia in veritate hoc caſu eccleſia non
eget reconciliatione:conſueuerunt tamen presbyteri ceſſare
a diuinis quouſque reconcilietur, ſaltem ſecundum hanc con
ſuetudinem, quòd & ſi expreſsè nullo iure caueatur, tamẽ de-
cens & etiam bonum eſt ad terrorem, argum.in his quæ not.
infra capit.proxi.ſecundum Hoſtien.& Ioan.And.poſt eum.
Vbi autem violentia committitur cum ſanguinis effuſione,
non credo, quòd talis conſuetudo poſsit vel debeat tolerari,
3 vt hic.† Si non ſit ſuper hoc conſuetudo, clarum eſt quod hoc
non poteſt ſimplex ſacerdos vel alius inferior epiſcopo atten
tare, vt hic & argum.c.alleg.quanto in fi.& vide quod not. G.
& Genze.extra de ſtatu mona.c.attendentes.ſuper ver.ſoli-
tę.benedici.in cle. vbi notant quòd nedum ſimplices ſacerdo
tes, ſed nec etiam abbates vtentes inſignijs epiſcopalibus, cru
ces, imagines, veſtes ſacerdotales, vel altaria etiam inter eccle
ſiam quæ ad ipſos ſpectant pleno iure benedicere poſſunt, vi-
de etiam quod dixi.ſupra de conſue.cap.quanto in prima diſt.
Dicit etiam Ioan.And. hic quod Goffr.& Phyl.dicunt quod
reconciliationem pœnitentium,& infirmorum ſimplici ſacer
doti poteſt Epiſcopus demandare. 26. quæſtio.6. presbyteri
& c.Aurelius.vel loquuntur.capi.illa de reconciliatione priua
ta:publicam vero & ſolennem ſolus epiſcopus facere poteſt,
ea.quæſtio.capitu.1.ſecundum eos, primum tamen commu-
niter & de facto ſeruatur.

1 *Oratorium pollutum non reconciliandum.*
2 *Eccleſia occultè polluta, non reconcilianda.*
3 *Eccleſia ſeminis effuſione polluta, an reconcilianda.*
4 *Eccleſia ſanguinis non iniurioſi emiſſione polluta, non reconci-
liandа.*
5 *Eccleſia ſanguine polluta reconcilianda.*
6 *Eccleſia ob emiſſione ſanguinis brutorum non reconcilianda.*

SI eccleſia. Si quæris vtrum, & quando ec-
cleſia vel cemiterium ſeminis,
vel ſanguinis effuſione polluta vel pollutum, recon
1 ciliatione indigeat,& quando non, diſtingue. † aut
quæris de eccleſia non ædificata ad conſecrandum, & ſic non
dedicata deo, id eſt, de ſimplici oratorio, & talis reconciliari
non debet, quamuis quidam contra ſentiant, quod dic vt not.
ſupra tit.proxi.c.fi.ſecundum Hoſti.hic. Aut de eccleſia con-
ſecrata, vel non conſecrata ad conſecrandum tamen ædificata,
& ideo deo dedicata, quod idem eſt ac ſi eſſet conſecrata quo
ad materiam de qua agitur, ſecundum Hoſti. licet Ber.hic in
glo.fin.contra & male, vt ſtatim dicam: idem etiam intelligas
de cemiterio. Et tunc aut factum pollutionem inducens, eſt
penitus & omnino occultum: aut eſt notorium: aut nec eſt, pe
nitus occultum nec omnino notorium, ſed publicum vel ma
2 niſeſtum, id eſt, tale quod legitimè probari poteſt. † In caſu
quando eſt penitus occultum, tunc eccleſia vel cemiterium
non indiget reconciliatione, quia ſicut dicunt Theologi, &
etiam canon.iſta reconciliatio non fit niſi ad terrorem, vt lo-
ca ſacra in maiori reuerentia habeantur, & peccatores de pec-
catis ſuis confundantur. Quæ cauſa ex quo neſcitur,& eſt oc-
cultum, locum non habet niſi quo ad illos, qui peccauerunt,
quia eccleſia non iudicat de occultis. Eccleſia enim cũ ſit ſan-
cta coinquinari non poteſt.15.q.vlt.c.fi.§.de coha.cle. & mu-
lie.cap.veſtra. Sed vt laici videntes eccleſiam ſic lauari quæ in
culpa non eſt, apud ſe cogitent quod pro expiatione peccato-
rum laborandum ſit, cum eccleſia quæ non delinquit taliter
abluatur: vnde non polluitur niſi quo ad opinionem hominũ,
& ſpecialiter quo ad polluentes qui eam polluunt, quantum in
eis eſt, vt 1.q.1.quod quidam ad finem. Item hoc poteſt de iu
re probari, quia eccleſia non iudicat de occultis, vt eſt dictum
de ſyno.c.ſicut tuis.& c.tua.32.q.5.c. Chriſtiana.cum ſimili-
bus:& hoc no. Vincen.& Hoſti.& Pet ſamp.& ab his qui in-
telligunt de effuſione ſanguinis, vel ſeminis cũ ſcandalo,& ita
de manifeſto ſaltem per confeſsionem alterius fornicantium.
§.de adulter.ſignificaſti. vbi etiam iſtam ſententiã tenuit Hoſ.
& Gu.in gl.ſuper ſum. Ray.de ſacra.non iteran.§.poſt prædi-
cta.& ſecundum hoc dicit hic Hoſt.fore intelligendum quod
ipſe no.in ſum.eo.tit.§ & an ſit iteranda.ver.& hoc quod pre-
miſſum eſt & de pœni.§. in quo tenetur. ver. quid ſi quis tibi
confiteatur. Hoc idem.ſ.quod propter pollutionem occultam
eccleſia non debeat reconciliari no.Arch.& Io. An.§.e.c.vni-
co.li.6.& Arch.de conſe.diſt.1.eccleſijs ſuper ver.pollutæ, &
Io.in ſum.con.tit.de ſacra.non iteran.rubri. de conſe.eccle.q.
154.quæ incipit, quando pro ſeminis effuſione &c. In ſecun-
do & tertio caſibus.ſ.quando eſt notorium publicum ſiue ma
niſeſtum.§.de adul.ſignificaſti, refert, aut quęris de effuſione
ſeminis vel ſanguinis humani: aut de effuſione alterius ſemi-
nis vel ſanguinis. Si humani cuiuſq; clerici, vel laici catholici,
heretici, vel pagani, tunc aut quæris de effuſione ſeminis, aut
3 de effuſione ſanguinis.† Si de effuſione ſeminis tunc, aut quæ
ris de emiſsione ſeminis facta dormiendo, vt ſi dormienti in

eccleſia

eccleſia puta alicui cuſtodū ipſius, vel alij cuicunq; accidat pol
lutio dormiendo, & tunc ſm Hoſt.hic & Io.And.poſt eū non
videtur quod recōciliatio ſit neceſſaria: poſſet tñ diſtingui cir-
ca hoc, ſicut diſtinguitur. 6.diſt.teſtamentū, finaliter vero con
ſulas Papam ſm Hoſt. Aut quæris de pollutione ſeminis fa-
cta vigilando, & tunc, aut inter coniuges, puta ſi vxor reddat
debitum viro ſuo in eccleſia, licet.n.peccet exigens, non tamē
peccat debitum reddens, vt probatur. 32.q.2.c. ſicut.§.his ita
reſpondetur.& c.ſeq.& in eo quod le.& no.j.de coniu.lepro.c.
2.in ſi.& tunc dicit Hoſt. quod ſi factum ſit occultum ſatis vr
quod non eget reconciliatione, ſed quia iure determinatum
non eſt, & hæc decr.generaliter loquitur, conſulatur Papa, tñ
non conſueuit fieri reconciliatio in talib.caſib.de conſuetudi-
ne generali, ſed in his non eſt ſtandū conſuetudini, ſed reſpon
ſioni papali, vt patet ſ.c.proxi.ſecūdum Hoſti. Et quod in his
duobus caſibus.ſ.quando quis dormiendo, vel cognoſcendo
vxorem, facit pollutionem non eſt eccleſia recōciliãda, tenet
Vincen.quia non eſt eccleſia reconcilianda niſi cum ſemen ef
funditur cum peccato ſm eum. Caueas tamen quia in primo
caſu poteſt eſſe peccatum, puta ſi pollutio procedat ex nimia
guloſitate, vel turpi imaginatione præcedente, vt l.& no.6.di.
teſtā. Item ſecundum ab his in ſecundo caſu eſt peccatum,
nam licet concubitus vxoris ſit marito licitus, non tñ in eccle
ſia, quia quædam ſunt licita, quæ ratione loci illicita fiunt: vn-
de dominus eiecit omnes ementes & vēdentes de templo.1.
q.7.accuſatio. & tamen vt dicit Aug. nulla alia vendebant niſi
quæ neceſſaria erant in templo, vt patet in expoſitione quam
fecit ſuper illud euangelium, & de hoc.ſ.quod vir non debeat
reddere debitum in eccleſia vxori not.Io.31.diſt.c.quoniā &
33.diſt.c.vlti. Tn breuiter, dic, quod de iure in his caſibus non
eſt neceſſaria reconciliatio, vt no.ple.Io.Hu.Lau.de con.diſt.
1.eccleſijs. Idem Archi.ibi & Archi.& Io.And.j.eo.c.vnico.
lib.6.licet Vincen.& Goſ.contra vt not.Io.And.ibi licet.n.re-
gulariter vxori non debeat in eccleſia debitum reddi, vt in gl.
alleg.ſi tamen petat & reddatur, non eſt illicita ibi copula adul
terij vel fornicationis, vt colligitur de conſe.diſt.1.ſi motum.
Item ad hoc induco prædictum.c. qm quod allegari cōſueuit
pro alia parte, nam nō dicit ibi tempore vel loco honeſto, ſed
dicit tempore opportuno id eſt, eo tēpore quo vxor opus ha
bet & petit.ad hoc 33. q.4. Apoſtolus ſecundum Archi.ibi &
Io.And.poſt eum in nouella. Aut quæris de emiſsione ſemi-
nis facta in fornicatione, vel fornicatorio coitu, vel per ſolum
virum, vel per ſolam mulierem, & tunc reconciliari debet, vt
4 hic & j eod.c. vnico.lib. 6. † Si quæris de emiſsione ſanguinis
tunc, aut de emiſsione ſanguinis non iniurioſi, & ſine violen-
tia ſaltem in eccleſia illata, vt ſi aliquis facit ſe minui in eccle-
ſia: & tunc licet inhoneſtum ſit, non tamen dicitur eccleſia vio
lata vel polluta, ſicut nec ſi in æſtate vel alio tempore propter
nimium feruorem flueret ſanguis de naſo, vel propter caſum
ligni vel lapidis, vel alium caſum fortuitum aliquis læderetur
in eccleſia, vel moreretur ſm Hoſt.Pe.Ab.& Io.An.hic.idem
Hu.& Arch.in c.alleg.eccleſijs. Item ſi quis ſupra tectum ec-
cleſiæ, puta cum ſagitta occidatur, quia extra eccleſiam vr ho-
micidium factum, ſm Hug.& Arch.ibi & Io.An.j.eo.c.vni-
co 6.lib. Dicit etiam hic Pet. quoſdam dicere propter homici-
dium, quod quis ad ſui defenſionem fecit non debere eccleſiā
reconciliari, ipſe tamen putat tutius, quod fiat reconciliatio,
ſecundum Io.And. Pro hoc.l.quod ſit tutius, imo forte debi-
te facit, quod homicidium licet nō ſit iniurioſum quo ad oc-
cidentem ad ſui defenſionem ineuitabilem, vt in c.ſi furioſus.
de homi.in cle. eſt tamen quo ad occiſum inuadentem, vt C.
ad l. Iul.de vi.pu.vel pri.l.qm multa.quia qui occaſionē damni
dat &c.j.de homi.de cætero cū concor.ibi alle. Aut de emiſ-
ſione ſanguinis iniurioſi cum violentia, & tunc, aut cum vio-
lentia illata tamen extra eccleſiam, vt ſi extra eccleſiam vulne
ratus vel percuſſus fugiat ad eccleſiam, & ibi ſanguinem aſper
gat intantū forte quod moriatur, & tunc non eſt eccleſia pol-
luta ſeu violata, nec reconciliatione indiget, quia non fuit fa-
ctum in eccleſiæ ſm Hu.& Arch.in c.alle.eccleſijs. & Io.An.
5 in d.c.vnico & Pet.& Ab.hic.† Aut cum violentia illata in ec-
cleſia, & tunc eſt eccleſia reconcilianda, vt hic & ſ.eod.propo-
ſuiſti.& j.eo.c.vnico.lib.6. Et idem ſi quis interficiatur in ec-
cleſia ſine ſanguinis effuſione, puta cum curſorio ad colnmnā,
tunc bene reconciliatur propter horrorem facti criminoſi, ſe
cundum Hug.Arch.& Io.An.vbi.ſ.& Io.And.hic, & eſt caſus
pro hoc.ſ.propoſuiſti.vbi dicitur, ꝙ ppter homicidia & vul-
nera reconciliatur eccleſia, nec dr an in eis fuerit ſanguinis ef-
fuſio nec, nc, ſm Io.And. Idem ſi quis in eccleſia vulneretur,
vel percutiatur, & extra eccleſiā moriatur, vel in ipſa eccleſia
ſanguis cū ſcutella colligatur, quia in eccleſia cenſetur homici
dium factū, vt probatur expreſsè.ff.ad l. Aqui.huic ſcripturæ.
§.1.& l.ita vulneratus.in prin. ibi.n.quis interficitur vel mori
tur vbi mortis cauſam accepit, vt ibi & hoc tenēt Hu.& Arc.
in d.c.in eccleſijs, & Lau.ibi in c.præcedē.ſi motum.& Io.An.
in d.c.vnico.& frater Io.in ſum.confe.tit.de ſacra.non iter.in
rub.de cōſe.eccleſiæ.q.152.quid ſi in eccleſia &c. Et hæc ſunt
vera etiam ſi ſanctus vir in ſua eccleſia occidatur, ſicut ſanctus
Thomas fuit in ſua eccleſia occiſus: vt not. plene Hug. &
Arch.& Io.An.vbi ſ.& frater Io.in ſum.con.in rub.huius tit.
q.153.quid ſi in eccleſia &c.& concor.quod no.Arch.78.diſt.
6 c.eccleſijs. † Si quæris de emiſsione ſanguinis vel ſeminis al-
terius quam humani, puta canū, porcorum, vel aliorū anima-
lium, tunc non eſt eccleſia polluta, nec reconciliāda, hæc.n.ſen
ſu carent.ff.ſi qua.pau.ſe.di.l.1.vnde caſus fortuitus cenſetur,
per quē non violatur eccleſia, vt probatur.ſ.eo.lineis.& no.ſ.
eo.c.1.ſm Hoſt.hic & Arch.& Io.And.j.eo.c.vnico.lib.6.&
Hu.in c.ſæpe alleg.eccleſijs. Et licet Ber.hic in gl.fi.credat, ꝙ
in caſu huius.c.eccleſia polluta poſsit lauari per ſimplicem ſa-
cerdotē: Hoſt. tñ in hoc contra ſuper verbo protinus: dicens
quod per inferiorem Epiſcopo hoc fieri non poteſt.argu.ſ.c.
proxi.qđ credo verius per ea quæ no.G.de mon.Lau.& Gen.
extra de ſta.mo.c.attendentes.in cle.ſuper verbo ſolite bene-
dicti.qui in hoc concordant. Quod intellige ſalua in oīb.pote
ſtate & ordinatione Papæ, talia.n.ex conſtitutione eccleſiæ fir
ma & irrita iudicantur, & ideo circa talia pōt Papa facere ſicut
placet, vt no.ſ.de tranſa.c.j.& c.veniens de cō.præ.propoſuit.
Nā & cuilibet ſimplici ſacerdoti poſſet dare poteſtatē, qđ ta
lia exerceret, vt patet in eo qđ no.ſ.de ſuppel.neg.præla.c.j.de
ætate & quali.cū contingat ſm Hoſt.ſ.c.proxi.dicens & bene
quod in eo concordat Inn.dicens qđ vidit ꝙ Papa plurib.Epi
ſcopis indulſit quod per ſimplices ſacerdotes poſsint recon-
ciliare eccleſias, aqua tamen per epiſcopum prius benedicta.
Item hoc intellige ceſſante conſue.alias dic, vt ſ.eo.c.proxi.

¶ De celebratione miſſarum. Rubrica.

1 *Horarum canonicarum deſcriptio.*
2 *Horarum canonicarum deriuatio.*
3 *Hora canonica, quo tempore dicenda.*
4 *Hora canonica, qualiter dicenda.*
5 *Horas cano. dicere quis teneatur.*
6 *Horas dicere amittens, an redicere teneatur.*
7 *Miſſa qua hora celebranda.*
8 *Miſſa quomodo adinuenta.*

PResbyter. Si quæris quid ſint horæ ca-
nonicæ, vnde dicuntur, quæ
ſunt, & quot, quo tempore & qualiter ſunt dicen
dæ, quis ad eas dicendas tenetur, & quis nō, verū
omittens eas dicere, ipſas redicere teneatur. di-
1 ſtingue. † Aut quæritur de primo: ſ. quid ſunt horæ canonicæ,
& dic quod ſacrificium ſiue hoſtia laudis, quod ſeu quam
quis de fructu labiorum offert deo purè pariter & deuotè, vt
probatur extra cod.tit.c.graui.in prin.in cle.& not.G.de mon.
Lau.ibi ſuper verbo horas canonicas.vbi plene de hoc: vel dic
quod horæ canonicæ ſunt certa pēſio diuino cultui ab his qui
in ſortem domini ſunt electi debita, pro qua in ſuſtentatione
propria recipiunt patrimonium crucifixi, vt probatur hic &
ſupra de præben.cum ſecundum apoſtolum.ſecundum Guil.
2 de monte Laud. in dicto capitulo graui. † Aut quæritur de ſe-
cundo, ſcilicet vnde dicantur, & dic quod de oro.aſ.quia oran
do & contemplando, & plangendo debent dici.3 t.diſtinctio.
capitu.1.infra de elect.c.vbi maius.§.vlt.libro ſexto, vel quia
certis horis diei habent dici: canonicè vero dicuntur, quia ho
ris a canone indictis & inductis, vel quia regulariter a canon,
quod eſt regula habent dici, vt hic & 12.diſtin.capitu.penult.
aliàs dicuntur diuinæ, quia deo impenduntur, infra de re. &
ve.ſan.capitu.glorioſus. libro 6 & alibi dicitur quod cum ani-
mi vigilantia & intentione debent dici.9 t. diſtinc.capitu.pri-
mo, & quaſi per totum. Aut quæritur de tertio, ſcilicet quæ
ſunt, & quot, & dic quod ſunt ſeptem iuxta iſtos verſus, In
matutino damnatur tempore Chriſtus. Quando ſurrexit pri
mam canit ordo fidelis. Tertia cum canitur tunc eſt cruci la-
mina paſſus. Sexta ſunt tenebræ per mundi climata factæ.
Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora. Veſpere clauduntur
Chriſti ſacra membra ſepulchro. Chriſto bis ſena cuſtodia
ponitur hora, ſcilicet completorij ſecundum Goffred. Ho-

3 ſtien. & Io.An.hic.& G.de mon.Lau.in c.alle.graui.† Aut quę
ritur de quarto, ſcilicet quo tempore ſunt dicẽdæ,& dic quod
horis competentibus, vt ſcilicet hora officij reſpondeat horę
diei,vt hic,ita tamen quod matutinum media nocte cãtetur,
vt ĩ.eo.§.fi. Vnde tres propriæ ſunt horæ ſeu vigiliæ noctur-
næ, ſcilicet matutinum, quod dicendum eſt in media nocte t
& prima, quæ dicenda in diluculo vel ante, licet aliqui dicãt
eam ſtatim poſt matutinũ immediate, alij vero de magna die.
Item completorium, quod dicendũ in crepuſculo, vel aliquan
tulum poſt: licet Galle.eccleſia ipſum dicat ſtatim poſt veſpe-
ras ſecundum Hoſti.hic.Circa hoc tamen diſtingue aut ſuper
hoc eſt conſuetudo laudabilis & præſcripta,& illa eſt pro iure
ſeruanda. t 1.diſt.conſuetudinis & c.in his.12.diſtin.illud. Aut
non, & tunc, aut quæritur de illis qui ad horas in eccleſijs di-
cendas ſunt aſtricti: aut de alijs. In primo caſu tunc,aut ſunt
aſtricti ad dicendum horas in eccleſijs cathedralibus vel colle
giatis,& tunc horis competentibus ſunt cantandæ,vt ſcilicet
horę officij reſpondeant horis,& in communi diei,& non au
tem poſſet quilibet in camera ſua,vel in cella aut alibi extra ec
cleſiam eas dicere. Nam & tempore interdicti debent eas di-
cere in communi,iuxta ea quæ leguntur,& not.ĩ.de pœnit.&
remiſſio. c. quod in te. & melius de ſent.ex com. alma mater.
lib.6. nec credo quòd conſuetudo in contrarium valeret,quia
tenderet in diminutionem cultus diuini, & ſic eſſet eccleſiæ
onerosa.ſ.de conſue.c.1.cum nõ minus ſit ſubtrahere ipſi ec-
cleſiæ partem horarum officij quam partem debitam diei,cũ
ſit arguendum de re ſeu parte rei ad tempus ſeu partem tem-
poris.ff.de mili.teſt.l.miles ita.in prin.verſi.& quòd in bono-
rum.Fallit in caſu vbi omne periculum immineret,puta ruinę
hoſtium,vel prædonum ſicut vidi anno iſto.46.fieri in eccle-
ſijs ciuitatis Pariſienſis.vbi propter guerram,& timorem ad-
uentus regis Angliæ,collegia & conuentus horis cantatis, &
miſſis celebratis ſummo mane eccleſias & clauſtra ſua ſtrepi-
de clauſerũt:pro quo ea quæ leguntur & notan. de electio.bo
næ memoriæ Maguntinen. Item fallit vbi alia iuſta cauſa in-
teruenires,puta celebratio ſynodi, vel ordinum, vel alia pro-
pter quam oportet horarum tempora præcipitari,& maxime
ſi hoc non ſæpe contingat iuſta enim cauſa ſemper intelligi-
tur excepta.ſ.de offic.delega.ex parte. Aut in alijs eccleſijs,&
tunc,aut in diebus dominicis & feſtiuis,in quibus fideles con-
ueniunt a diuina,& tunc idem quod in collegiatis,vt hic. Aut
in alijs diebus,& tunc credo quod non tenetur quis horas dice
re in eccleſia ſaltim alta voce, niſi conſuetudo aliud diceret,
maxime cum prout in pluribus curatos oporteat ſe diuerſis
horis pro viſitatione infirmorum a ſua eccleſia abſentare, in
illis vero qui non ſunt aſtricti ad dicendum horas in eccleſia
4 dic vt Bert.hic in prima gloſſ.† Si quæritur de quinto,ſcilicet
de dicendo,ſcilicet qualiter, tu dic quod tractim & ſpecificè,
non reciprocè ſed gradatim in puritate conſcientiæ, & animi
deuotione.ĩ.eo.dolentes vt legitur & notatur.ſ.de offi.Arch.
c.2.& plenius in c.alleg. graui.vbi ex illo textu fructum labio
rum ſuorum arguunt Io.An.& G.de Mon.Lau.quòd ſatis eſt
labijs ſeruire in diuinis,licet cor diuertat ad alia: contra quod
facit.2.ad Corin.10.in captiuitatem redigentes omnem intel
lectum in obſequium Chriſti.circa quod tamẽ diſtingue.Aut
an quis obligatus ad horas deficit in horis ſeu verborum pro
nunciatione:aut in cõſcientiæ ſeu animi deuotione. In primo
caſu refert aut immiſcet ſincopas,vel reſcindit horas,puta qa
dimittit vnum pſalmum,vel aliquam partem magnã,vel mo-
dicam,& tunc aut dicit horas vna cum alijs in choro,quo ca-
ſu non reiterabit, propter hoc totus chorus,propter ſcanda-
lum,ſed ipſe ſolus ſub ſilentio vel ad partem iuxta ſequentem
diſtinctionem.ſ.de præſcri.c.nihil. Aut ſolus dicebat,& tunc
aut erat tempore omiſſionis ita infirmus, quod non poterat
commode dicere, & tunc etiam non tenetur iterare ſecũdum
Hoſti.vt patet in eo quod leg.& not.ſ.de cle.non reſid.ad au-
dientiam ſed Inno.in hoc contra.Aut non erat infirmus vel ſi
erat hoc erat debili infirmitate, puta debili ſeu veteri, ſcilicet
quaterna,vel alia qua non obſtan.ſua propria negotia procura-
ret,quo caſu non excuſaretur.ff. de re iudi.quæſitum.ad fi.ſe-
cundum Hoſt.& tunc aut omittit præmiſſa de accurata & ma
litioſa negligentia,quo caſu indiſtinctè tenetur,vel ad eas rei-
terandas vel cõdignas pęnas: & nihilominus de peccato omiſ
ſionis, & fraudis punietur, & ita intelligitur dictum Ieremiæ.
48.c.maledictus homo qui facit opus dei deſidioſè. Vnde ta-
lis qui taliter negligit dicere horas peccat mortaliter, vt ſatis
poteſt colligi ĩ.eo.dolentes ſecundum Archi.91. diſt. clericus
victum.1.gl.qui in proxi.dicto concordat. Si hoc autem facit
præter propoſitum non peccat ſecundũ Inn.verum eſt mor-
taliter: ſed venialiter bene ſecundum Ho.vt no.25.q.diſtin.c.
vnum.§.aliàs.quod intellige verum ſi non fiat magna interru-
ptio. Alij diſtinguunt,aut incipit ceſſare in bono temporali,&
tunc tenetur:ſi in bonis eccleſiæ non. Aliqui vero theologi di
cunt quod aut dat operam ſuæ cogitationi, ſicut ponendo ſe
inter fabulas aliorum,& tunc tenetur,quia vt dicitur Matth.
12. de omni verbo ocioſo quod locutus fuerit homo reddet
rationem in die iudicij:aliàs ſi rapiatur præter voluntatem ad
aliquid cogitandum non tenetur,argu.ĩ.de homi.dilectus de
iniuri.c.fi.In ſecundo caſu,ſcilicet quando deficit in conſcien
tiæ ſeu animi deuotione,animum ad alia diuertendo,tunc di-
ſtingue vtrum hoc faciat ex malicia vel præter propoſitum.
vt ſ.in alio membro dictum eſt. plus enim corde quam voce
pſallendum eſt.92. diſt.c.1. & 2. Poteſt tamen diſtingui inter
Idiotas qui minus peccant, & literatos qui magis.40.diſt.ho-
mo Chriſtianus.de hoc no.per Innoc.ĩ.eod.dolentes & iſta:
à verſi.ſi quæritur quinto de &c.citra no. G.de mon.Laud.in
5 c.alleg.graui. † Sequitur de ſexto,ſcilicet quis ad horas dicen-
das teneatur, & dic quòd quicunque promotus ad ſacros, &
ſic ſubdiaconus,& ſuperiores, vt hic in princ.vbi Hoſti.ex po-
nit hoc verbum presbyter.i.ſacerdos, diaconus vel ſubdiaco
nus, & ſic largo modo ſumitur hic.ſimile.ſ.de biga.c.1.in fi.
Item quicunque beneficiatus de patrimonio crucifixi. Nam
ſi quis in ſacris conſtitutus eſt,etiam ſi beneficium nõ habeat
tenetur ad horas canonicas dicendas, in quo nemo diſcrepat:
multo fortius clericus quantumcunque ſimplex beneficium
habens,argum.ſ.de præ. cum ſecundum. de cle.coniu.c.quod
& c.diuerſis. Et ſecundum hoc intellige quod dicunt.c. indi-
ſtinctè.91.diſt.c.1.& per totum.92. diſt.c.fi.ĩ.eo. dolentes &
no.ĩ.ne cle.vel mo.c.fi.ſecundum Hoſti.hic & Archi.91.diſt.
c.1.gloſ.2. ibi vide & G.de monte Lau.in c.alleg.graui.ſuper
verbo horas canonicas. vbi ponit differentiam inter illos qui
tenentur ad horas ratione ordinum, & illos qui tenentur ra-
tione beneficij quia ordinati non poſſunt eas dicere per alios
infirmitate ſola ceſſante,ſed beneficiati non ordinati bene,ar
gum.ſ.de appel.peruenit.2.& iſtam eandem differentiam no.
ipſe.G.de Mon. Lau.extra de vi.& hone. cler.c.quoniam.ſu-
per verbo ſacerdotio. in cle. Item quia conſtitutum in ſacris,
cuius perſona eſt obligata excuſat ſola infirmitas corporis.91.
diſtin.c.1.& ſeq.Sed alij,ſcilicet beneficiati excuſantur multis
de cauſis,primo propter conſuetudinem,vt no.gl.ſ.de conſt.
cum omnes. Item propter appellationem vel ſimilem arduã
cauſam,ſeu ſtudium vel aliam cauſam rationabilem.ĩ. de ele.
cum ex eo.lib.6.ſ.de cler.non reſi.relatum.Innoc.etiam dicit
quòd ſimplex clericus debet dicere vel audire diuina vt 93.di
ſtinc.per totum:ſed Hoſt.reſtringit hoc ad beneficiatos,vt di
xi.Vnde Hoſti.dicit.ĩ.eo.dolentes. ſuper verbo penitus inhi
bentes, quod quicunque omittit miſſam celebrare,vel audire
vel quando dicitur intereſſe,non habet cor ad deum,ſed ad ex
teriora illicita propter quæ deuotio impeditur,mortaliter pec
cat,vt ibi patet,& 14.q.j.quod præcipitur.durum verbum eſt,
ſic tamen ſcriptum eſt.ff.qui & à qui.l.proſpexit.6.q.3.ſcriptũ
eſt. Vel dic quod dicere officium eſt in præcepto,vt tex.ibi di
cit.alia vero quæ in deuotione cõſiſtunt ſuadendo ponuntur,
& hoc eſt quod dicit litera illa ibi quantum deus dederit &c.
per quæ verba appoſuit conſilium fragilitati hominum com
patiẽdo.q.d.durum eſſet quod omnia ibi dicta in præcepto ve
nient.Præcipimus igitur,vt vnuſquiſq; & de nocte,& de die,
dicat horas ſuas, intentionem autem & deuotionem in præ-
cepto non ponimus,ſed gratiæ dei ſecundum quod ipſam da-
re voluerit dimimus,& duximus relinquendam,& hunc intel-
lectum teneas qui benignior eſt quam pręmiſſus,& quia non
debet eccleſia alicui laqueum inijcere.27.q.1.de viduis.2.nec
homines oneribus importabilibus alligare. 26.q. vlti.allegant
6 ſecundum Hoſt.ibi.† Sequitur de ſeptimo,ſcilicet vtrũ omit
tens eas dicere ipſas redicere teneatur,dic vt ſ.& ſi velis ſcire
quare eccleſiæ ſic ſunt ordinatæ, & quare fideles orant verſus
orientem,vide pœ.Archi.11.diſt.eccleſiaſticarum.
7 ¶ Super eo.c. Si quæritur qua hora miſſa ſit celebranda, † di-
cit Hoſti. hic quòd omnibus diebus poteſt celebrari miſſa in
prima parte diei, de conſe.diſtin.1.neceſſe.§.in prima quoque
parte. Publica vero miſſa non eſt ante tertiam celebranda.ea.
diſtinctio.nocte.& c.& hoc.& not.ſ.de offi.Archipreſ.c.1.ad
fi.in fi. Vnde concludit conſuetudo qđ omni die põt celebra-
ri miſſa à prima parte diei vſq; ad ſextã,ad hoc.44.diſt.non li-
ceat. In quatuor verò temporibus,& vigilijs ſanctorum,ce-
lebranda eſt hora nona: in ſabbatis quatuor temporum in
veſpera:

veſpera:in ſabbato ſancto,in noctis initio.75.diſtin.quod a pa
tribus.& cap.ordinationes.76.diſtin.c.fi.de conſec.diſtin.1.c.
ſolen: § in ieiunijs.& c.ſolē.. Hoc tamen hodie interpretatur
ſic conſuetudo quod his diebus omnibus a prima vſq; ad nonā
in quadrageſima:& vſq; ad veſperam in ſabbatis quatuor tem
porum celebratur, conuentus cum hora debita dicat miſſam
ſecundum Hoſti. Et ſi velis ſcire qualiter miſſa fuit particula-
riter adinuenta,vide per Io.de con.diſt.1. Iaco.glo.fin.& quot
partes habet miſſa,vide per Archi.de conſe.diſt.1.de hymnis
ſuper verbo gratiarum actiones.

1 *Præfationes generales & communes.*
2 *Præfationes ſpeciales.*

COnſilium. Si quæris quot ſunt præfationes
miſſarum per eccleſiam approba
1 tæ. † diſting. Aut quæris de præfatione generali &
communi,& illa eſt vna ſola,ſ.illa quæ communiter
cantatur. Aut quæritur de ſpecialibus, & illę ſunt.9.ſcilicet de
beata virgine, de trinitate, de cruce, de paſcate, de aſcenſione,
de pentecoſte,de natiuitate domini,de apparitione,de apoſto
lis, de tempore quadrageſimali, & ſic ſunt.10.tantum per to-
tum, vt de conſe.diſt.1.inuenimus.& 70.diſt.ſanctorum in fi.
ſi plures inueneris deleas ipſas,quia iſtæ ſunt tantum per Ro-
2 manam eccleſiam approbatę ſecundum Hoſt. † Et iſtos caſus
poteſt commendare memoriæ per verſus, virgo id eſt,de bea
ta Virgine. Tri.id eſt, de Trinitate. crux. id eſt, de cruce, Pa-
ſcha.id eſt.de Paſcate. Pentec.id eſt de Pentecoſte, Aſcenſio id
eſt,de Aſcenſione,nati.id eſt,de natiuitate domini,apar.id eſt.
de apparitione,apoſt.id eſt,de Apoſtolis.quadra.id eſt,de qua-
drageſima ſpecialis præfatio fatur.id eſt,cantatur & dicitur.

1 *Celebrans quando vinum profuſionis accipiat.*
2 *Celebrans cibo ſumpto conficit.*

EX parte. Si quæritur vtrum & quando cele-
brans vinum perfuſionis accipere
1 debeat,diſt. † Aut quis non intendit celebrare,nec
eſt celebraturus de toto illo die aliam miſſam, &
tunc poteſt & debet vinum perfuſionis accipere poſtquam to
tum acceperit Euchariſtiæ ſacramentum,vt hic in t.reſpon-
ſo. Aut eſt celebraturus miſſam aliam illa die, & tunc ſecus,vt
hic in fi.caueat ergo ſecundum Hoſtien.hic intendens celebra
re tres miſſas,in natali domini,quomodo fieri poteſt,vt no.ꝭ.
eod.conſuluiſti. quod in duabus primis perfuſionem non reci
piat. Nam ſi in prima recipit,non debet celebrare ſecundam,
neque tertiam. Si vero in prima abſtinet,& in ſecunda recipit,
celebrationem tertiæ miſſæ impedit. Si autem abſtinet in pri-
ma & in ſecunda,poteſt tertiam celebrare, & tunc perfuſionē
recipere, & hoc ideo ſic plane not.quia quoſdam magnos hic
2 vidit errare vt dicit. † Si tamen ſacerdos celebraret poſt cibū
vel potum conficeret,de conſec.diſt.2.liquido.vbi de hoc ſe-
cundum Ber.Io.Vin.Phi.Goſ.Hoſt.& Io.And.hic. Et vtrum
miſſa celebrata pro defunctis & contemplatione vnius,proſit
omnibus æqualiter,vide per Io.de conſe.diſt.5.non mediocri
ter.& plenius ibi per Archi. Item vtrum melior ſit miſſa boni
ſacerdotis quam mali,vide per Archidiaconum.1.q.1.ſacerdo
tes ſuper verbo merita.

CVm Marthæ. Super.§.fi. De materia hu-
ius.§.vide & diſtin.vt no-
tat Archidiaconus.13.quæſtione ſecunda, tempus
glo.finali.

1 *Communicans cum peccato an peccet.3.*
2 *Excommunicatio potius ſuſtinenda quam in peccato communi-
care.*
4 *Communicans contritus, & non confeſſus, an peccet.*

DE homine. Super glo. fin. Si quæris vtrum
ille qui accedit ad ſacramentum
Euchariſtiæ cum peccato mortali peccet mortali-
ter: & vtrum peccet qui accedit contritus, & non
1 confeſſus, diſtin. † Aut quæritur de primo, & tunc refert ſe-
cundum Petr.& fratrem Io. in ſumma confeſ.tit.de ſacra.non
iteran.rubr.de ſacra. Euchariſtiæ.q.69. vtrum qui accedit,aut
habet conſcientiam peccati mortalis:aut non. Si habet,aut illa
conſcientia ſurgit ex certitudine ſufficienti,vt quia ſcit ſe for
nicatum, vel ſimile:aut probabile, vt quia moroſè delectatus
eſt,& timet fuiſſe mortalem conſenſum:aut ex leui, vt homo
ſcrupuloſus, qui timet ne de leui delectatione fuerit mortale
peccatum. In primo caſu peccat mortaliter:ſimiliter in ſecun
do:ſed non in tertio:nam in primo contemnit,in ſecundo di-
ſcrimini ſe exponit. In tertio non ſi non habet conſcientiam
peccati mortalis, aut hoc eſt quia præparauit ſe, & diſcuſsit
præparatione ſufficienti diligentiſsime conſcientiam ſuā exa-
minando, & peritos conſulendo: aut probabili conſcientiam
ſuam,ſcilicet probabiliter examinando & confitendo:aut ne-
gligenti. In primo caſu non peccat, ſed remiſsionem peccato
rum,etiam ſi quæ latent accipit,& meretur. In ſecundo, non
peccat ſed tamen remiſsionem peccatorum, non accipit nec
meretur. In tertio vero peccat mortaliter, & demeretur ma-
xime ſi negligentia ſit magna, & ſi dicis quod quilibet chri-
ſtianus tenetur in paſcha communicare;ergo & peccator. Re
ſpondetur talis communicando & omittendo peccat, ſed ta-
men magis communicando, quia communicare in peccato
malum eſt de ſe: ſed omittere communionem,malum eſt ex
2 præcepto eccleſiæ,† vnde etiam potius debet excommunica-
tionem ſuſtinere quam in peccato communicare, nec tamen
ideo perplexus eſt,quia poteſt pęnitere. Et ſi dicit quòd neſcit
ſe eſſe ſine peccato,reſpondetur & idem Tho.quòd licet non
poſsit de hoc haberi certitudo ſcientiæ, tamen de hoc poteſt
3 haberi probabilis coniectura & præcipue per 4.ſigna. † Pri-
mo,cum quis deuote dei verba audit,quia qui eſt ex deo ver-
ba dei audit. Ioā.8. Secundo,cum quis ſe promptum ad bene
operandum inuenit, quia probatio dilectionis exhibitio eſt
operis,vt dicit Grego. Tertio,cum quis a peccatis abſtinendi
in futurum propoſitum habet. Quarto,cum de præteritis do
let,quia in his verbis pœnitentia conſiſtit ſecundum Gregor.
Vnde ſi quis per iſta quatuor ſigna facta diligenti diſcuſsione
ſuæ conſcientiæ,quāuis forte non ſufficienti,ad corpus Chri
ſti deuotè accedat aliquo peccato mortali, in ipſo forte rema-
nente, quod eius cognitionem effugiat non peccat, imo ma-
gis ex vi Sacramenti peccati remiſsionem conſequitur. Vnde
Auguſt.dicit in quodam ſermone, quod quando corpus Chri
ſti manducatur viuificat mortuos. Item ſicut dicit Hiero.tale
peccatum in contritione generali eſt dimiſſum, licet non ita
4 plene ſicut ea quæ in ſpecie confeſſus eſt. † Aut quæritur de
ſecundo, ſcilicet vtrum peccet qui accedit contritus ſed non
confeſſus, & ſecundum Pet.Ab.& fratrem Io.etiam ibi in q.
ſeq. Aut copiam confeſſoris habet qui eum poſsit abſoluere,
& tunc peccat ſine confeſsione communicando,quia ad ſacra
mentum eccleſiæ requiritur reconciliatio etiam ſecundum iu
dicium eccleſiæ.ꝭ.de pœni.& re.omnis. Aut non habe,& tūc,
aut imminet aliqua neceſsitas communicandi vel celebran-
di,vt quia timet ſcandalum populi, vel iam incepit miniſteriū
ſacramenti,vel amiſit loquelam,& tunc non peccat cum pro-
poſito confitendi quando poterit. Aut non,tunc peccat in his
tribus membris vltimis cōcor.ſatis Ber.& Hoſti.hic & Aſtē.
lib.4.titu. de defectibus contingentibus in miſſa.in princ.pro
hoc.ꝭ.de ſenten.excommunica.de cætero.& c.a nobis & cap.
quamuis.26.quæſtione ſexta,qui recedunt.& in his omnibus
concordat Aſten.eodem lib.titulo de impedimentis vſus Eu-
chariſtiæ in princ.

1 *Miſſam dominico die laicus non audiens an peccet.*
2 *Miſſam dominico die clericus,non audieas an peccet.*
3 *Officium dicere eſt in præcepto.*

DOlentes. Si quæritur vtrum illi qui nō au
diunt miſſam in dominica mor
1 taliter peccent, diſtin. † Aut quæritur de ſecula-
ribus,id eſt laicis,& tunc dicit Aſten.libr.4.titu.
de auditione miſſæ.quòd ſeculari nō audire miſſam in die do
minica aliquando poteſt eſſe peccatum mortale:aliquando ve
niale:aliquando nullum eſt peccatum. Et tunc enim eſt morta
le, quando hoc omittit ex contemptu vero vel interpretati-
uo: vocat autem contemptum interpretatiuum, quando ſine
cauſa legitima miſſam audire in diebus dominicis non aſſue-
ſcit,puta vt ad ſpectacula iret:cauſam legitimam vocat quan-
do detinetur corporali infirmitate, vel inimicorum timore,
vel alio caſu ſimili,quod ſecundum rectum iudicium excuſa-
tio legitima debeat reputari, & talis ab Epiſcopo debet con-
fundi de conſec.diſtin.1.miſſas. Quod autem talis mortaliter
peccet, probatur per hoc, quod excommunicari debet, vt de
conſec.diſtin.50. qui die. excommunicatio.n.ferri non debet
niſi pro peccato mortali.11.q.3.nemo. Tunc autem eſt pecca
tum veniale, cū hoc omittit non ex aliqua cauſa legitima,ſed
ex aliqua mentis infirmitate, ſicut ex aliqua paſsione, vel ex
aliqua pigritia, ſi tamen ad aliquid aliàs ad hoc fuerit conſue-

tus ,tunc ant nullum eſt peccatum cum hoc omittit ex aliqua
cau ſa legitima. Vnde glo.ſuper illud.c.miſſas.dicit ſic hoc dico
præceptum eſſe, vnde contra præceptum faciunt qui in dieb.
dominicis nõ audiunt miſſam,niſi neceſsitas aliqua cogat,hæc
2 Aſten.† Aut quæris de clericis,& tunc,aut de ſecularibus non
beneficiatis qui ad diuina officia non tenentur, & illis ſtrictius
præcipitur quam laicis audire ſecũdum Archi.in c.alle.miſſas.
ideo ſi contemnant,magis peccant.Aut de ſecularib.beneficia
tis,vel religioſis, qui ad diuina tenentur, & tales adhuc magis
peccant,vt hic in fi.vnde dicit Hoſti.ꝙ hic in fi.videtur cõcur
rere duplex præceptum,vnum prohibitorium,vt hic inhibe-
mus,aliud præceptorium,vt ſequitur. Quod ſi verum ſit,er-
go quicunq; propter cõmeſſationes ſuperfluas, & confabula-
tiones illicitas,vel alios malos mores retrahitur a diuino offi-
cio,ſeu deuotione ipſius,vel impeditur,ꝙ ipſe non dicat hoc
horis competentib. Quicunq; etiam omittit miſſam celebra
re,vel audire,vel quando dicitur intereſſe,vel quando intereſt
non habet cor ad eum,ſed ad exteriora illicita,per quæ deuo-
tio impeditur mortaliter peccat, vt hic patet & 14.q.1.quòd
præcipitur.verbum durum eſt, ſic tamen ſcriptum eſt.ff.qui
3 & a quib.l.proſpexit.† Vel dic quòd dicere officium eſt in præ
cepto, vt hic dicit:alia vero quæ in deuotione conſiſtunt ſua-
dendo ponuntur, & hoc eſt quod dicit litera ſequens quantũ
deus dederit, vel dic quòd hoc non obligat ad culpam de no-
uo incurrendam, ſed ad pęnã ſuſpenſionis tm̃, quæ poteſt in-
fligi. Et hoc no. cum dicit ſub pœna ſuſpenſionis Hoſti.

1 *Criminoſus ad corpus Chriſti fugiens an ſaluandus.3.*
2 *Chriſti veſtimentum ſaluat languidos.*
4 *Crimini communicantes non liberandi a carcere.*

1 SAne. Hic quærit Hoſt.† ſi aliquis homicida vel
alius flagitioſus fugiat ad corpus Chriſti,
dum portatur in via,nunquid talem defendet eccle
ſia,& ſaluabit,vr̃ ꝙ ſic,ar.C.de his qui ad ec.confu.
l.præſenti.17.q.4.diffiniunt.Magiſtri tñ cõiter cõtrariũ ſolue
runt, quia hoc priuilegium tm̃ collatum eſt eccleſiæ:& eſt ra-
tio ſm eos,quia corpus Chriſti eſt cibus aiæ, de con.di.1.non
iſte panis.& ideo animam tm̃ liberat:eccleſia vero res eſt cor
poralis.j.q.3.ſi quis obiecerit.vnde corpus liberat.23.q.6.reos
& quia cum ſit ſpeciale priuilegium eccleſiæ,non eſt extẽden
dum.ar.j.de priuile.ſane ſm Hu.Lau. Vinc.& Gof.& oẽs mo
dernos. Veruntamen qui tali deferret,benefaceret ſed non eſt
ſtatutum.13.q.vlti.quæſitum. ſm Vinc.ſed Io.ibi non loquit
de fugiente,ſed de recipiẽte corpus Chriſti. Tu defendas vſq;
ad ſanguinem, quòd talis eſt per eccleſiam defendendus, quia
nihil eſt maius hoc ſacrificio, de con.di.2.nihil.& quia ꝓpter
honorẽ dei defertur eccleſiæ,ergo multo fortius deo:quia pro
pter vnumquoq; tale & illud magis , extra de reli. do.c.vnico
in prin.in cle.& ſi ſtatua præfecti ſaluat hoĩem, multo fortius
corpus Chriſti . Quod cum ſit maius & dignius oĩbus,nõ de-
bet ei aliqua res anteponi,de con.di.2.nihil.j.q 1.multi.95.diſ.
2 ecce.† Et hoc approbat fides mulieris flu xũ ſanguinis patien-
tis & dicentis,ſi tetigero fimbriam veſtimenti eius ſalua ero.
ait Ieſus confide filia fides tua ſaluam te fecit,& ſalua eſt facta
mulier ex illa hora. Mathæ. 9.Marci.5.Luc.8.c.& 5.di.ad eius
vero.Nec obſtat quod eſt cibus aiæ,quia nihilominus eſt cor
pus Chriſti corporali eccleſiæ præferendum, & in ſaluatione
corporum ipſum catholici milites recognoſcunt. 11.q.3.Iu-
lianus.Nec obſtat quòd priuile.non eſt extendendum,quia ve
rum eſt de vna eccleſia ad aliam,vel de vno ad alium, ſecus cũ
priuilegium ad honorem dei, & reuerentiam eccleſiæ conce-
3 datur . † Tunc.n.ex mente iuris eſt, quòd vbi eſt maior ratio
fortius extendatur,& vt priuilegiorum,& oĩum creaturarũ,
dño potius quàm creaturæ alicui in talibus deferatur.Item ex
opinione aliorum poſſet contingere quòd Euchariſtia in luto
proijceretur,vel etiam cõculcaretur. ergo quia vituperari po
teſt &c.s.de ſeruis nõ or.c. 1. ſed & ſi defertur homini cuicun
que,multo fortius deo,in aut.vt non lux.contra na.poſt prin.
colla.6.Nec video qua ratione magiſtri contrariũ notauerũt ,
cum & ſi odioſum reſtringatur,quod tamen fauorabile ſit,ni-
ſi regulam violet eſt extendendum.ff.de libe. & poſt.l.cũ qui-
dam.j.de re.iu.c.odia.lib.6. nec curo io hoc ad interpretatio-
nem alicuius magiſtri recurrere,quia nec ei ſtarem ſi interpre
tationem faceret contra deum,& hoc verum de currentibus
4 ad corpus Chriſti . † Si vero homicidis vel latronib.in captiui
tate pęnitentib portatur corpus Chriſti,talib.non ſubuenitur
per eccleſiam ad hoc vt a carcere liberentur,licet putent in il-
la die iuſtitiam deſcendam, & ſic poteſt intelligi.13.q.2.c.fi.
ar.de con.diſt.2.omnis homo. & c.trib.Ratio diuerſitatis eſt,
quia in primo caſu confugientem ad ſe in libertatem reperit,
& ideo ipſum ſaluat:in ſecundo vero ſeruum & captiuum,vn
de & talem eum dimittit, ne videatur omnino velle damnare
iuſtitiam:quia ſecundum pſalmũ,iuſtus dominus &c. & ſum-
mum bonum in rebus &c. 12.q.2. cum deuotiſsimã.hæc ho.
hic & in ſum.tit.de immu.ec.§.inquantum.ſub.§.ſed cum ec
cleſia.Et idem tenet Arch.in c.alle.quæſitum gl.vlti.& frater
Io.in ſum.con.ti.de immu.ecc.q.10.quid ſi quis dũ fugit &c.
& frater Aſten.lib.6.tit.30.de immu.ecc.arti.5.q.quid ergo ſi
quis.& idem tenent.G.de mon.Lau.& Gen.extra de pœni.&
re.c.1.in cle.& Ioan.And.hic.

1 *Miſſa vna in die regulariter celebranda.*
2 *Miſſæ plures in caſibus exceptis celebrantur.*
3 *Miſſæ duæ ob eccleſiarum vnionem celebrandæ.*

TE referente. Si quęratur vtrum & in qui-
bus caſibus poſsit ſacerdos
vna die licitè plures miſſas celebrare, diſtingue.
1 † Aut quæritur regulariter loquendo, & dic quod
non:nam valde fęlix eſt qui vnam digne celebrat, vt hic,& s.
2 eo.conſuluiſti.& de con.diſt.1. ſufficit.† Aut quæris in caſib.
exceptis,& dic quod ſic. Caſus autem excepti videntur ſex,
vnus eſt in die natiuitatis domini in quo quis poteſt cantare
tres miſſas s.eod.conſuluiſti. vbi de hoc per Ber.& per Io.de
con.diſt.1.nocte.In alijs vero diebus poteſt cantare duas miſ
ſas in caſibus ſequentibus,ſ.vnam pro defunctis,aliam de die
ſi neceſſe fuerit : nec diſtinguo vtrum hoc faciat pro corpore
præſenti vel pro anniuerſario. Aut ex deuotione dum tamen
non ſit corrupta intentio nec contra conſuetudinem loci ap-
probatam,nec contra conſtitutionem ſynodalem fiat, cũ nec
canon diſtinguat in hac parte,vt in d.c.ſufficit . Item propter
neceſsitatem peregrinorum,hoſpitum commeantium,& in-
firmorum,& forte propter neceſsitatem nuptiarum,vbi tem
pus laberetur:ita tamen quod nunquã celebret vltra duas miſ-
ſas propter aliquam neceſsitatem,vt probatur in c.alle.omnis.
iſta no.d.Ray.in ſumma tit.de ſacra. Euchariſtiæ.§.13. Item
non debet &c.& frater Io.in ſum.confeſ.titu.de ſacra.iteran.
vel non Rubri.de ſacramento Euchariſtiæ.q.126.in quib.ca-
ſibus &c.& Hoſti.in ſumma eo.tit.§.& qualiter &c.ſub.§.ſuf-
3 ficit autem. † vbi addit alium caſum quando.ſ.propter rarita-
tem clericorum , vel propter paupertatem eccleſiarum duæ
eccleſiæ cõmendantur vni ad hoc. s.eo.conſuluiſti.& c.proxi.
& hic.& de con.diſt.2.ſufficit.6.diſt.teſtamentum.21.q.1.c.j.
in fi.& c.qui plures.10.q.3.vnio.j.tit.1.c.1.& 2.in his concor.
Aſten.lib.4.hoc tit.arti.3.q.4.

1 *Eccleſiæ generalis conſuetudo attendenda.*
2 *Eccleſiæ particularis conſuetudo niſi a Papa confirmatur,non attendenda.*
3 *Prębendatus deo & eccleſiæ obligatur.*
4 *Beneficiatus in duabus eccleſiis,an ambarum officium dicere teneatur.*
5 *Beneficiatus in duabus eccle. vtrius ex ipſis officium dicere teneatur.7.*
6 *Eccleſia eadem diuerſo iure non cenſenda.*
8 *Horę cano.ſequentis diei non dicenda.*
9 *Matutina ex neceſſitate ſequentis diei dicenda.*
10 *Legitima cauſa in omni lege excepta.*

PErnitioſus. Ad declarationẽ gl.Si quęritur
vtrum conſuetudo eccleſiæ at-
1 tendatur in ſacramentis,diſtingue.† Aut quæris de
conſuetudine eccleſię generalis,& dic qđ ſic,ſic lo
quitur iſtud.c.& c.diſt.contra morem.11.diſt.eccleſiaſticarũ.
Aut de ſpeciali cõſuetudine alicuius regionis,& tunc ſecus,vt
2 patet.s.de tempo.or.c.2. † niſi approbaretur per Papam.j.de
cog.ſpirituali ſuper eo.ſm Hoſti.hic.Et vide quod dixi ple-
nius.s.de conſue.cum olim & de ferijs quoniam & quod dicã
poſt Hoſti.j.de pœnit.& remiſ.cum ex eo in prin.
¶ Super eo.c. Quia hic habes qđ conſuetudo eccleſiæ genera
lis eſt ſequẽda. Si quęris vtrũ clericus præbẽdatus vel benefi-
ciatus in duab.eccleſijs in die quo diuerſum eſt officiũ,in vtra
que eccleſia debet vtrũq; officiũ dicere,vel cuius eccleſiæ of
3 ficiũ dicere teneat, † diſt. Aut quęris de primo,ſ.vtrũ debeat
officiũ vtrunq; dicere , & tunc rñdeo ſm Tho.in quadã.q.de
quolibet, qđ ſuppoſito quod licitè ſit præbendatus in duabus
eccleſijs,cõſiderandũ eſt quod ille qui in aliqua eccleſia ꝓben-
dam

dam accipit duobus obligatur,ſ.deo, vt ei debitas laudes exol
uat pro eius beneficijs, & eccleſiæ, de qua accipit ſumptus
ſeu fructus:ea vero quæ ad eccleſiam pertinent, ſubiacent di-
ſpenſationi prælatorum eccleſię,& ideo debitum hoc qđ de-
bet eccleſiæ debet exoluere, ſm quod ſtatutum eſt ſiue per ſe
ipſum ſi ſit præbenda, quæ requirit reſidentiam, vel per vica-
rium ſi hoc ſufficiat ſm eccleſiæ ſtatutum, aut conſuetudinē
4 rationabilē & præſcriptam ſm eū.† Aut ergo quæritur quan-
tum ad eccleſiam in qua eſt præbendatus pertinet,& tunc de-
bitum quod debet eccleſiæ debet exoluere, ſm quod ſtatutū
eſt, ſiue per ſe,ſiue per alium ceſſante diſpenſatione & priuile-
gio,ſicut eſt facere ſeptimanam ſuam celebrando magnā miſ-
ſam per ſe,vel per alium cōcanonicum, vt in eccleſia Aurelia-
nenſi:ſiue per alium incertum de certis, vt in eccleſia Pariſieñ
vbi canonicus pōt ſeptimanam ſuam per vnum de vicarijs fa-
cere:ſiue per incertum de incertis,puta per alium quemcunq;
idoneum ad illud officium exercendū: vnde illud eſt onus rea
le,quod tranſit cum re.š.de pig.ex literis.ff. de pig.ac.l.ſi con-
uenerit.§.ſi fundus.extra de cenſib.c.1.in cle.& ſic onus reale
annexū cuilibet præbendæ ſubire tenetur. Aut quæritur quan
tum ad deum,& tunc nō refert quib.pſalmis vel hymnis deū
laudet,puta vtrum dicat in veſperis,dixit dominus;vel lauda-
te pueri dominum; niſi quantū ad hoc quod debet homo ſe-
qui maiores traditiones : & quia laudes debet deo ſicut vnus
homo, ſufficit quod ſemel officium dicat ſm cōſuetudinem
alicuius eccleſiarum quarum eſt clericus, iuxta diſtinctionem
5 ſequentem. † Aut quæris de ſecundo.ſ.cuius eccleſiæ officiū
dicere teneatur:& tunc. Aut eſt abſens ab vtraque eccleſia:aut
præſens in altera earundem.Si abſens ab vtraq; tunc,aut habet
maiorem gradum in vna quam in alia:& tunc rationabiliter vř
quod debeat dicere officium illius eccleſię in qua maiorē gra-
dum habet,puta ſi in vna ſit decanus, & in alia ſimplex cano-
nicus , debet dicere officiū illius eccleſiæ in qua eſt decanus ,
ar.j.de præb.quia ſæpe.lib.6.š. de præb.extirpandæ.§.qui ve-
ro.ꝓ hoc no.per Ber.š.de poſtu.c.vlt.gl.in ver.ſed ſi eſſet prę-
latus,& Hoſti.poſt eum. Aut non habet maiorem gradum in
vna quam in alia:vt quia in vtraq; eccleſia eſt ſimplex canoni
cus , & tunc aut vna illarum eccleſiarum eſt dignior altera , vt
quia aliquit eſt canonicus Pariſien.& eccleſiæ S. Stephani de
greſsibus, vel beati Benedicti:vel S.Mederici Pariſien.vel alte
rius eccleſiæ collegiatæ:& tunc debet dicere officium dignio
ris eccleſiæ,quia maius dignum trahit ad ſe minus dignum:vt
š.tit.proxi.quod in dubijs.cum concor. ibi alle. etiā in officijs
diuinis dicendis:vt 12.di.de his. & melius extra eo.tit.dignū.
in cle.quod verum quamuis forte in minori ſeu minus digna
eccleſia opulentiorem habeat præbendam:quia tēporalia non
ſunt in aliquo ſpiritualibus cōparanda:vt not.š.de ma.& obe.
c.ſolite.§.præterea. Aut ambæ eccleſiæ ſunt æqualis dignita-
tis:& tunc poteſt ſibi eligere & dicere quodcunq; officiū vo-
luerit de illis officijs illarum eccleſiarum , ita quod eo caſu lo-
cus eſt gratificationi, ar.ff.ad Sylle.l.3.§.ſi cū omnes.de religi.
& ſumpti.fune.l.vlt.j.de reſcriptis.c. duob. §.ſi furſan.libr.6.
Si eſt præſens in altera eccleſiarum : tunc dicit Tho.quod de-
bet ſe conformare cum quibus conuerſatur:cum quo per oīa
concordat frater Ioan.in ſum.confeſ. tit. de apo.rubricella de
officijs clericorum.q.19.vtrū clericus præbēdatus &c. Aſten.
lib.6.tit.1.de clericatu & ton.ad fin.Quod poteſt intelligi fo-
re verum quando talis dicit officium ſeu horas ſuas in vna ec
cleſia cum alijs canonicis & clericis illius eccleſiæ : nam tunc
conſtat quod debet ſe alijs conformare arg.iurium alle. & 12.
diſt.illa.41.di.c.1. alias inconueniens eſſet & abſurdum quod
in eodem choro quidam dicerent vel cantarent ad vſum illius
6 eccleſiæ,&alij ad vſum alterius † & ſic quod vna & eadem ec
cleſia diuerſo iure cenſeretur in horis dicendis,argu.š.de deci.
cum in tua.& c.ex parte.& 12.q.2.cognouimus.j.de priui.qa
circa.ff.de vſuca.l.eum qui ędes.in fi.pro quo not.per Io.16.q.
1.c.1.& c.de monachis.& per Goff.in ſumma tit.de ſta.mo.§.
ſed nunquid talis.& Hoſt.in ſumma tit. de ſta.mo.§.a.vtrum
populum ver.ſed nunquid talis & frater Io.in ſumma.confeſ.
tit.de apo.rub.de officijs clericorum.q.22.quæritur cū mona
chus &c.& Io.And.in c.alle.dignum.dicētes,quòd monachus
factus prælatus eccleſiæ ſecularis reget eam ſecundum officiū
clericale non monachale. Et quod not.per G.de Mon.Lau.in
c.alle.dignum,vbi dicit quod Cathalani comedentes in die ſab
bati carnes in ſtudio Tholoſano, vbi de conſuetudine loci nō
comeduntur carnes illo die,peccant,licet non peccarent in ſua
patria comedentes propter conſuetu.quæ eſt ibi de comeden
do die ſabbati carnes,iuxta ea quæ leguntur, & no.de conſecr.
diſt.5.quia dies.& hoc dicit per c.alle.illa.12. diſt. a contrario
ſenſu. Sicut econtra non peccarent Tholoſani in Cathalonia
comedentes per c.alle.illa.quod eſt cōtra aliquos Britones no
ſtros ſtudētes Andegauis:& alibi extra Britaniam,qui ſicut pi
7 ca pirum, comedunt ibidem bitirum in quadrageſima.† Sed
vbi talis diceret horas ſuas ſubmiſſa voce per modum priuati
ſuffragij in camera vel in domo iuxta vnam de eccleſijs vbi eſt
beneficiatus,tunc forte perinde eſſet ac ſi eſſet abſens,& tunc
quod haberet locum diſt.præmiſſa.Vnde talis quantū ad offi-
cium illius eccleſiæ poteſt merito dici abſens,ſicut ille dicitur
latitare qui latitat circa columnas.ff.ex qui.cau. in poſ.eatur.l.
fulcinius.§.illud maxime ſi hæc faciat ſine fraude, non animo
alleuiandi pœnam ſuam in dicendo horas ſuas : ſecus forte ſi
hoc fraudulenter faceret volens euitare horas prolixiores il-
lius eccleſiæ,& dicere illas alterius eccleſiæ, quæ ſunt breuio-
res , quia tunc poſſet dici præſens in ſui præiudicium qui eſt
iuxta, arg.ff.de procu.l.præſens.š.de ele.in cauſis.& per G.de
menda in c.4.fraus enim & dolus alicui patrocinari nō debēt.
ff.de rei vendi.l.in fundo.š.de reſcrip.ſedes apoſtolica.in fi.
¶ Super eo.c.Si quærit vtrum liceat clerico qui tenetur ad ho
ras canonicas , dicere matutinas ſequentis diei de ſero , vel in
8 alijs horis dicendis liceat ſibi præuenire tempus.† diſtingue
ſecūdum beatum Tho. in quadam quæſtione de quolibet.cū
quo concor. per omnia frater Io.in ſum.cōfeſ.tit.de apo.rub.
de officijs clericorum.q.120.alias.q.20.vtrū liceat clerico &c.
Aut hoc facit propter laſciuiam,vt.ſ.quietius ſomnolentiæ &
9 voluptati vacet:& tunc non eſt abſq; peccato.† Aut hoc facit
propter neceſsitatem licitarum,& honeſtarum occupationū,
puta ſi clericus aut magiſter debet videre lectiones ſuas de no
cte,vel propter aliud huiuſmodi,& tunc poteſt in matutinis,
& in alijs horis canonicis tēpus præuenire,quia melius eſt deo
vtrunq; reddere.ſ.& debitas laudes & alia honeſta officia,quā
per vnum aliud impediatur:& ita hic conſideranda eſt inten-
rio eius qui præuenit tempus ſm eos.Pro primo membro fa-
cit,quia ſine cauſa legitima non eſt a iure cōi recedendum. ff.
de ap.reci.l.ſciendum.in auth.de iudi.§.oportet.col.6.& quod
no.Hoſt.š.de re iudi.c.ſicut nobis.& Ber.& Hoſt.š.de ele.con
ſtitutis.& Arch.j.de ele.licet canon.ſuper verbo carere lib.6.
& quia neminem ſine cauſa audit prætor. ff.de tranſac.l.cū hi.
§.in cauſa.Vnde ſi obligatus certo tempore ſtatuto in fauorē
creditoris,puta dei,in caſu noſtro non poteſt ſoluere ante tem
pus.ff.de le.2.ſi ita relictum.§. pegaſus.de verb.obl.ſtipulatio
10 iſta habere licere.§.inter certam,cū ibi no.† Pro ſecundo mem
bro facit , quia in omni lege vel ſtatuto regulariter cauſa vlti-
ma eſt excepta.š.de reſcri. ſi quando.de offi.deleg.ex parte.&
bonum additum bono facit illud maius , & duo bona præua-
lent vni ſoli,& maius maiori.arg.no.š.de poſtu.præla.c. bone.
j.de tranſla.Epi.c.licet.j.de ſpon.commiſſum cum ibi no.

1 *Conſecrationem impedit defectus,ex parte conſecrantis.*
2 *Conſecrationem an impediat defectus,ex vita merito.*
3 *Conſecrationem an impediat defectus,in verborum prolatione.*
4 *Conſecra.an impediat fructus,ex parte materiæ.*
5 *Conſe.an impediat defectus intentionis conſecrantis.*
6 *Conſe.an impediat defectus ſolennitatis.*
7 *Conſecratio corporis Chriſti à quouis ſacerdote facta,æqualiter bona.*
8 *Miſſam boni ſacer.audire melius quam mali.*
9 *Suffragia pro vno facta,an alijs proſint.*

LIteras. Si quærat vtrum defectus in conſecra
tione Euchariſtiæ impediat conſecra
tionē ipſius ſacramēti, diſtingue ſub correctione
ſanctæ matris eccleſiæ, cū qua idē per oīa volo ſen
tire. Aut eſt defectus ex parte cōſecrantis:aut ex
parte materiæ: aut ex parte intētionis cōſecrantis : aut ex par-
te formæ debitæ:aut eſt defectus circa alias ſolennitates,quæ
ad ritum huius ſacramenti pertinent.Si ex parte conſecrantis,
1 tunc.† Aut eſt defectus in officij poteſtate,vt quia conſecrās
non eſt rite ordinatus in presbyterum ſecundum ordinatio-
nem ſeu traditionem eccleſiaſticam, & talis non poteſt conſe
crare corpus, vt š.de ſum.tri.& fide catholica. firmiter credi-
mus.§.vna vero.verſ.& hoc vtiq;.vbi hoc no.Ber.in glo.nor.
hic.& etiam Hoſt.poſt eum de conſec.diſt.1.c.1.& c.ſicut.&
1.q.1.dictum:& no.Hoſt.in ſumma eo.tit.§.à quo celebrāda.
2 † Aut eſt defectus in merito vitæ,vt quia cōſecrans eſt rite or
dinatus in presbyterum, ſecundum traditionem eccleſiaſti-
cam, excommunicatus tamen,vel aliàs cōſtitutus in peccato

mortali:& talis licet celebrare non debeat:& celebrando gra-
uiter peccet:vnde qui manducat & bibit indignè iudicium ſi-
bi manducat & bibit. 1.ad Corin.11.de conſec.diſt.2.c.timo-
rem.& c.præcedenti.vt ſ.eo.de homine:ſaltem niſi in caſu no
tato per Ber.& Hoſti.ibi in fi.ſ.vbi inſtat neceſsitas celebran-
di nec poteſt habere cui confiteatur,quo caſu ſi habeat côtri-
tionem cordis poteſt dici quod poſsit celebrare ,dum tamen
habeat propoſitum ſatisfaciendi:& illud peccatum poſtea quã
cito poteſt confiteatur,vt j.de ſent.excom.c.de cætero.& c.a
nobis & c.quamuis 26.q.6.qui recedunt. cum quibus concor
dant Pet.& Abb.di.16.& frater Io.in ſumma.confeſ.rubr.de
ſacramento Euchariſtiæ q.70.vtrum peccet &c Si tamen ce-
lebrauerit côſecratur corpus Chriſti,dummodo adſint inten
tio, & materia, & forma debita, vt in §.alleg.vna vero.& ſatis
probatur.ſ.eo.tit.c.de homine:& ſic intellige.j.de ſymo.tan-
ta.§.1.vbi dicitur quod omnis peccator ſubaudi de officij po
teſtate nô de merito vitæ p teſt cantare miſſam ſi ſit in preſ-
3 byterum ordinatus. † Aut eſt defectus in pronuntiatione vel
loquela,vt quia eſt mutus,& talis non poteſt côſecrare, vt no.
Io.Andr.j.de ſpon.cum apud.dicens quod a ſurdo confici pôt
ſed nô a muto,quia neceſſaria ſunt verba per quæ fit tranſſub-
ſtantiatio,de quibus.ſ.eo.cum Marthæ.de conſecrat.diſtin.2.
quia corpus.& c.panis.& c.ſeq.& ſine quibus etiam cum toto
officio miſſæ non eſt ſacramentum.ſ.eo.de homine.Licet au
tem confici non poſsit per mutum : per eum tamen conferri
poſſet confecta Euchariſtia & portari infirmo : & per alium,
nullo.n.iure cauetur quod idem eſſe debeat conficiens & con
cedens : & contrarium patet.93.diſt.diaconus.& c.diaconi.4.
recipi tamen poteſt per mutû ex quo apparent ſigna. 26. q. 6.
is qui. & vera quæ dicuntur in receptione,domine non ſum di
gnus &c.non vt ſubſtantialia:ſed ex deuotione dicûtur,quod
patet quia non Chriſti ſed Centurionis fuerunt illa verba , vt
patet de con di. 2.c. quotidie. circa medium ſecundum Ioan.
3 And ibi. † Si eſt defectus ex parte materiæ:vt quia presbyter
aſſumit panem ſiliginis vel ordei vel auenæ:& non panem tri
ticeum ſeu frumentarium , qui eſt ſolus panis conueniens ad
confectionem huius ſacramenti,vel vinû non purum & om-
nino acetum vel agreſtum,vel aquam puram,pro vino de vi-
te, quod vinum vna cum aqua eſt liquor conueniens ad conſe
ctionem huius ſacramenti:vt de conſe.diſt.2. in ſacramento.
ſ.eo.cum Marthæ.§.diſtinguendum.& §.verum : vt no.Tho.
& Pet.11.diſt.& in ſcriptis ſuis.& frater Io.in ſum.confeſ.tit.
de ſacramentis non iteran.rubricella de ſacramento Euchari-
ſtiæ.q.88 deinde quæro &c.& ſeq.q. vſque ad c.6.q.quid ſi ſa-
cerdos &c.& tunc conſecratio impeditur.Quinimo ſecundû
Hug.& Ber.hic in 1.gl.ſi quis conficeret cum fermentato pa-
ne in eccleſia occidentali nihil fieret, de conſec.diſt.2.in ſacra
mento. Theologi tamen cômuniter contrarium tenêt ſecun-
dum Hoſti.hic vnde Tho. & Pet. & Ala.in libr.de miſſa & in
ſcriptis;dicunt quod in vtroq; confici poteſt,ſ.in azimo & in
fermentato,tamen confici non debet niſi in azimo. Idem fra-
ter Ioan. in ſumma confeſ. rubricella prædicta de ſacramento
Euchariſtiæ q.93.vtrum confici poſsit &c.Illud autem certû
eſt,quod ſacerdos latinus hoc faciens : & ſic agens contra ſta-
tutum & conſuetudinem eccleſiæ grauiſsime peccat ſecun-
dum eos.Idem Hoſti.hic quo ad hoc,vt patet in eo quod leg.
& no.ſ.de tempo.ordi.c.2.& decentius & honeſtius, & ſecu-
rius conficitur panis azimus quam fermentatus, eo taliẽ mo-
do quo Græci conficiunt, vix.n.eſt quin eis aliqua mica cadat
5 ſecundum Hoſt. † Si eſt defectus ex parte intentionis conſe-
crantis:vt quia nôn intendit conſecrare:licet forte fingat,& ſi
mulet hoc facere more ſimiatico labia mouendo, tacet tamẽ
verba quibus côficitur corpus Chriſti ,ſ.hoc eſt enim corpus
meum &c.& eſt ſanguis &c.per hæc enim verba tranſſubſtan-
tiantur panis in corpus,& vinum in ſanguinem.ſ.eo.cû Mar-
thæ §.quæſiuiſti.ſecundum Tho.& pen.diſt.12.& alios com
muniter,& ſecundum fratrẽ Io. in rubricella alle.de ſacramen
to Euchariſtiæ. q. 111. quid de accidentibus &c. de quo vide
tres opiniones per Io de conſe.diſt.2.c.1.gl.1.in fi.& per Ho.
in ſumma eod.tit.§.& quando.ver.de corpore autem Chriſti.
Hoſt.tamen in ſum.tit.de baptiſmo.§.quæ ſit eius.ver.tu ta-
men teneas approbat opinionem prædictam & titu.de reli.&
vene.ſanctorum eandem opinionem approbat Archi.95.diſ.
ecce ſuper verbo conſecrat:& etiam hu.ibi tunc non côſecra
tur ipſum corpus Chriſti, vt ſ.eo.de homine.eius.n.intentio
requiritur ſicut dicimus in baptizante:vt 1.q.1.ecce qñ.& no.
per Io.& Arch.eadem cauſa.& q.dedit & de conſec.di.4.ſo.&
in fi.& per ipſum Arch.1.q.1.ſacerdotes.ſuper verbo Eucha-
riſtiam.vbi no.quod ſacerdos non intendens conficere, inten
dens tñ illud facere quod faciunt alij qui conficiunt ,conficit
corpus Chriſti.Si ſit defectus ex parte formę,ad cuius euidê-
tiam eſt ſciendum ſm ſanctos & Tho.& Pet.alle.& alios do-
ctores,ꝙ eſt forma côſecrationis panis,hoc eſt.n.corpus meû
coniunctio.n.non eſt de ſubſtantia formæ,tñ apponi debet ſe
cundû vſum Romanæ eccleſiæ, vt dicunt Tho.& Ala.in ſcri-
ptis,qui vſus a beato Petro initium ſumpſit . Quod aût præ-
mittitur, accipite & manducate ex hoc oês , illud pertinet ad
vſum ſacramenti:& non eſt de ſubſtantia formæ : Forma autẽ
conſecrationis ſanguinis eſt hęc,hic eſt.n.calix ſanguinis mei
noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei qui pro vobis &
multis effundetur in remiſsionem peccatorum , & ſentit Pet.
ꝙ tñ illud ſit de ſubſtãtia formæ. hic eſt calix ſanguinis mei.
& idem dicit Ala.in lib.de miſſa.Tho.autem dicit,ꝙ quia con
ditiones appoſitæ ad ſubiectum vel prædicatum ſunt de inte-
gritate locutionis alicuius:ideo alij probabilius dicunt ꝙ to-
tum quod ſequitur eſt de forma,cum totû hoc quod additur,
non ſit locutio per ſe,ſed ſit determinatio prædicati.Hoc vi-
ſo refert ſecundo Ala. in lib. de miſſa, aut huiuſmodi formæ
mutantur,aut diminuuntur:aut eis additur:ſi mutẽtur in alia
verba,quod nullo modo fieri debet,tunc dicit ꝙ pro certo nô
conficeretur,etiã ſi illa verba eundem ſenſum habere videan
tur.Idem videtur dicêdum de diminutione,quia ſi ita dicatur,
hoc eſt meum,remanet indeterminatum quid meum ſit:& ſi
dicatur hoc eſt corpus non ſignificant proprium Chriſti cor-
pus.De additione aût dicẽdum videtur,quod ſi addatur,quod
ſignificationem non mutat,licet errorem inducat,quod tunc
nihilominus fit conſecratio, vt ſi dicatur hoc eſt corpus meû
dilectum vel ſanctum vel aliquid hmôi, tamen non eſt faciẽ
dum:& qui facit valde eſt increpãdus,ſecundum eum cû quo
ad hoc concordat frater Io.in ſum. confeſ.in rubricella præd.
de ſacramento Euchariſtiæ.q.55.quæ ſit forma.& tribus.q.ſe
quentibus vbi ponit præmiſſa. ver.ad cuius euidentiam citra.
4 † Si eſt defectus circa alias ſolennitates , quæ ad ritû huius ſa-
cramenti pertinent:tunc dic ſm Tho.& Ala. & omnes theo
logos côiter ꝙ licet omittens ea quæ ad ritû huius ſacramen-
ti pertinent,ſicut tempus debitû altare & veſtes & huiuſmo-
di grauiter peccet:quia facit contra ſtatutû eccleſiæ:tñ ſi con-
ficiat nihilominus corpus Chriſti conſecratum eſt:dummo-
do conſecrans ſit ordinatus:& adſit intentio & materia & fôr
ma debita:& hoc idem tenet glo. Gu.ſuper Ray.tit.de ſacra-
mento Euchariſti.& frater Io. in ſumma confeſ. in rubricella
alle.de ſacramento Euchariſtiæ.q.c.25. quid ſi omittatur &c.
Et quantum ad hoc quod dictum eſt de veſtibus concordant
Hug.& Archi.de conſe.diſt.1.concedimus.gl.Pet.& concor-
dat Hoſti. hic dicens, quod iſte ſacerdos qui celebrat ſine igne
& in aqua nihilominus conficiebat, & verum erat ſacramen-
tum,quamuis peccet grauiter : & hæc opi.approbatur hic qñ
dicit ſine igne ſacrificabat & aqua,nam ſi ſacrificabat,ergo ſa-
crificium erat alias non ſacrificaret:ſed ſacrificare ſimularet ſ.
eo.de homine & verba intelligenda ſunt cum effectu ſ.de cle.
non reſi.relatû.& hoc teneas quod dic vt no.ſ.eo. cû Matthę.
§.verum.& c.in quadam in fi.ſecundum Hoſt. Et de defectib.
& negligentijs quæ committuntur in miſſa , vide per fratrem
Io.in rubricella alle.ſæpe.q. 60. de diuerſis defectibus. &c. &
per fratrẽ Aſten.l.10.tit.de defectibus contingentibus in miſ-
ſa & in ſex tit.ibi præceden.tractat de ſacramẽto Euchariſtię.
¶ Super eo. c. Hic eſt arg. qđ melior ſit miſſa boni ſacerdotis
quam mali : & ſ.de æta.& qua.cum ſit ars.Sed circa hoc dicas
ſm Tho. Alber.& Pet.quod de miſſa poſſumus loqui duplici
7 ter. † Aut quantû ad id quod eſt eſſentiale in ea corpus.ſ.Chri
ſti,& ſic a quocunq; dicatur æqualiter bona eſt:quia opus ope
ratum æqualiter bonum eſt & virtuoſum.15.q.40.& j.q.j.in-
tra catholicam.& c.non nocet.cû ſimilib.Vel quantû ad id qđ
annexû eſt ſacramento:& quaſi ſecundariû:& ſic miſſa boni ſa
cerdotis melior eſt,quia non ſolû habet efficaciã ex opere ope
rato:ſed ẽt operante,id eſt,ex deuotione & merito celebrãtis.
8 † Et ideo cęteris parib.melius eſt audire miſſam boni ſacerdo
tis quam mali:& ideo dr̃ quod cæteris parib.melius eſt audire
bonû ſed quia obedientia poſſet cogere audire malû : bonum
aût non:& tunc melius eſt audire malû quam bonû:quia me-
lior eſt obedientia quam victima, & quã bonum perſonale.8.
q.1.ſciẽdû eſt ſ.de ma.& obed.illud.vt hæc no.Archi.1.q.1.
ſacerdotes.ſuper verbo merita. & in hoc concor. frater. Io.in
ſum. côſeſ.tit.de ſacra.non iteran.rubricella de ſacramẽto Eu-
chariſtiæ.q.124.vtrû melior ſit &c.In iſto tñ ſecûdo membro
dicit frater Aſten.lib.4.ſi.tit.art.2. qđ oratio quæ fit in miſſa
conſiderari

conſiderari poteſt dupliciter. vno modo inquantum habet ef
ficaciam ex deuotione presbyteri orantis & celebrantis, & ſic
miſſa melioris fructuoſior eſt. Alio modo inquantū profertur
in perſona totius eccleſiæ, cuius presbyter eſt miniſter, & quo
ad hoc eſt fructuoſa non tantum oratio ſacerdotis peccatoris
in miſſa, ſed etiam omnes aliæ orationes quas facit in officijs
eccleſiaſticis in quibus gerit perſonam eccleſiæ, orationes au
tem eius priuatæ non ſunt fructuoſæ, ſecundum illud, ꝓpter.
28. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem oratio eius erit,
execrabilis. ad idem. 49. diſt. c. & 3. q. 7. c. in grauibus ibi cum
his qui diſpliceret ad intercedendum mittitur irati animus,
9 proculdubio ad deteriora prouocatur. † Et de materia ſuffra-
giorum vtrum ſuffragia facta pro vno, valere poſsint alijs, &
quorum ſuffragia proſint defunctis, & quibus & quæ & quan
tum proſint, vide plenè per fra. Io. in ſumma confeſ. tit. de pę.
& remiſ. rubricella de ſuffra. defunctorum per totum. & per
Aſten. lib. 3. titu. de ſuffra. deſun. per totum, & vtrum quis poſ
ſis tantum creſcere in malitia quantum in bonitate, vide per
Io. 47. di. omnes glo. fi.

¶ De baptiſmo, & eius effectu. Rubrica.

1 *Factum non reputatur in artis ſtatutis, ſi aliquid faciendum remanet.*
2 *Factum, an reputatur cum agitur de producendo rem ad eſſe, ſi aliquid faciendum remanet. 4.*
3 *Matrimonij eſſentialia.*
5 *Factum an reputatur in transfor. reformatum ſi quid faciendum remaneret. 7.*
6 *Lanæ appellatione non venit veſtimentum.*
8 *Mobilia iuncta domui, fiunt immobilia.*

SI quis puerum. Hic poteſt notari il-
lud notabile generale
quod no. Ber. j. e. c. maiores. §. ſed adhuc ſuper ver
bo non ex parte, quod nihil videtur eſſe actum,
dum aliquid ſupereſt ad agendum, vt hic, & j. qō.
j. detrahe. C. de his quibus. vt indig. l. cum ſilleianum, alias eſt,
ſub tit. ſpeciali ad ſilleia. pro hoc. ff. de act. em. l. fundi. §. item ꝙ
inſulæ. & §. fi. vbi habes quod illud quod cauſa domus paratū,
eſt, ſi nondum perfectum eſt non videtur ædium eſſe, ſed con
tra in lege cauetur, quod principium rei potiſsima pars eſt. ff.
de ori. iur. l. j. & dimidium facti qui bene cępit habet, vt ff. de
aur. & arg. le. l. & ſi non ſint. §. quid ergo. vbi habes quod ſi te
ſtator legauerit argentum factum, argentum cęptum fabrica-
ri nondum tamen perfectum, venit & in legato pro hoc, ſ. de
1 reſcri. c. literis. cum ibi no. † Vnde ad diſſolutionem iſtorum,
contrariorum diſtingue. aut loquimur de ſtatutis artis, & tūc
nihil reputatur factum ſi aliquid faciendum remanet, ſic lo-
quitur. l. alleg. cum Sylleianum, nam ſtatuta iuris ſunt ſtatuta,
artis, & ars debet eſſe perfecta & certa. 4. diſt. erit autem lex.
Vnde cum Imperator remedia introduxit, & illa non comple
2 uit, nihil egiſſe videtur, vt C. de nouo. C. faciendo conſtit. vni-
ca. in prin. ſecundum Cyn. ibi. Aut loquimur de alijs, & tunc
aut agitur & tractatur de producendo rem aliquam de non eſ
ſe ad eſſe formarum, aut de transformando aliquam rem iam
formatam de vna ſpecie, ſeu forma in aliam ſpeciem, ſeu for
mam. In primo caſu refert, quia aut eſſentialia neceſſaria, ſeu
aliquod eſſentialium neceſſariorum ad productionem, illius
rei ad eſſe formatum deficiunt vel deficit, & tunc verum eſt
dicere, quod nihil eſt actum, dum aliquid ſupereſt ad agendū,
hoc patet in ſacramentis, & primo in ſacramento baptiſmi,
vt hic, & in c. alleg. detrahe. Nam ad productionem baptiſmi
in eſſe requiruntur duo eſſentialia, vt puta verba debita & ſta
tuta, & elementum aquæ, quorum altero deficien. nō eſt bap-
tiſmus. j. eodem c. Pet. Item in ſacramento Euchariſtiæ, nam
ad conſecrationē corporis Domini noſtri IESV CHRISTI,
requiruntur plura eſſentialia, & inter alia materia, & forma de
bite, quorum altero deficiente non eſt corpus Chriſti conſe-
cratum, per ea quæ leg. & not. 7. q. j. illud, & quia nihil ſ. tit. ꝓx.
cum marthę. & cap. literas. & ibi dixi. Item in ſacramento pœ
nitentiæ peccata delentis, vbi inter alia requiruntur duo eſſen
tialia. ſ. oris confeſsio, & cordis contritio, quorum altero defi
ciente deficit ſacramentum ſaltem quantum ad eccleſiam mi
litantem. 23. q. 2. legatur. 90. diſtinct. ſi quis contriſtatus. & j.
de pœniten. & re. quidam. cum ibi not. Item patet in ſacramē
3 to † matrimonij, vbi requiruntur duo eſſentia. ſ. verba & con-
ſenſus amborum contrahentium, quorum altero deficiente,
deficit. 27. q. 2. ſufficias. 29. q. 2. ſi quis liber. & c. ſequentibus. j.
de ſpon. tuæ de coniu. ſeruorum c. j. & de rapto. cap. cum cau-
ſam. Item in ſacramento ordinis, vbi requiruntur factum. ſ. ſa
cri olei effuſio, & manus impoſitio, & verba. Item in ſacramē
to confirmationis in fronte, vbi requiruntur cum ſacro chriſ
mate delinitio, & verba, quorum altero deficiente deficit ſacra
mentum, quod dic, vt leg. & no. ſupra de ſacra vnctione. c. vni
co. §. hoc vnguento. de ſacra. non iteran. c. paſtoralis. vbi de hoc
per Ber. in prima glo. & c. presbyter. Item in ſacramento ex-
tremæ vnctionis. vt le. & no. ſ. de ſacra vnct. c. vnico. §. de pri-
ma, & in conſecratione Epiſcopi vel archiepiſcopi, ſupra de v-
4 ſu pallij, niſi ſpiritualis. † Item hoc probatur in rebus incorpo
ralibus prophanis, vt in ſtipulatione, quæ ad eſſe ſui requirit,
vnius interrogationem, & congruam reſponſionem alterius,
quorum altero deficiente, deficit. ff. de verbo. oblig. l. 1. in prin
cip. & inſtit. de ver. obli. in princ. Item in acceptilatione. vt ff.
de acce. l. j. & inſtitu. qui. mod. tol. ob. §. item per acceptilatio-
nem. Et in tranſact. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor. Itē hoc
patet in rebus corporalibus. vt in homine qui non producitur
in eſſe niſi habeat corpus & animam, vt le. & not. 32. q. 2. quod
verò formarum. & c. ſeq. j. de homi. ſi aliquis. & c. ſicut ex lite
rarum, & in teſtamentis. vt ff. de teſta. l. hæredes palam. §. vlti.
& l. ad teſtium. C. de teſta. ſi vnus. Et in ætate legitima, vt C. qū
dies le. ce. l. ex his verbis. Et libris in imperfectis. ff. de le. tertia
leg. librorum. §. ſed nec cæpti. & §. chartis. Idem in domo, & in
alijs rebus, quæ ex ſuis partib. integralibus perficiuntur. ff. de
ſolutio. qui res §, aream. ver. non eſt his ſimilis. & c. pro hoc 38
diſt. quæ ipſis cum concor. ibi alleg. Forma eſt quæ dat eſſe rei
& conſeruat rem in eſſe, vt ff. ad exhi. l. iulianus §. ſi quis rem
& conſummatio, ſeu perfectio dat formam rei. & ideo dicit,
lex quod in factis ſua conſummatio eſt ſua forma. ff. ad l. fal. l.
ſi his qui quadringenta. §. quædam ſecundo reſponſo. de noui
oper. nunc. l. ſtipulatio. §. opus. de verb. ſig. l. 5. §. opere. & l. ædi
ficia. §. perfeciſſe. ad idem. ff. de verb. oblig. l. in executionibus.
§. pe. Aut aliqua non eſſentialia vnum vel plura deficiunt, &
tunc non eſt verum dicere quod nihil eſt actum dum aliquid
ſupereſt agendum, vt patet in rebus incorporalibus. ff. de ven-
di. inſpi. l. s. in fi. 30. q. 5. aliter. & in rebus corporalibus. vt ff. de
5 leg. 3. l. librorum. circa medium. verſic. ſed præſcripti. &c. † In
ſecundo caſu. ſ. quando agitur de transformando aliquam rē,
iam formatam in aliam ſpeciem, ſeu formam, refert. Aut quę
ritur de veritate rei vtrum. ſ. quando aliquid eſt actum, vel cœ
ptum non tamen completè perfectum, quod per hoc nihil ſit
actum, & tunc non eſt verum, quia verum eſt dicere, quòd il
lud, quòd eſt cęptum, non tamen completum, eſt ita factum ſe
cundum ſe, ſicut & factum completum, vt eſt caſus in l. alle. ſti
pulatio. §. opus autem. ff. de not. oper. nun. & de capti. & poſt-
li. reuerſis. l. in bello. §. factæ cauſæ. vbi dicitur quod factæ cāæ
nulla conſtitutione infectę fieri non poſſunt, & tamen con-
ſtat quòd cauſa præcedit ſuum effectum, vt in l. alle. cum hi. §.
vult igitur. & §. in cauſa. ff. de tranſac. & de excu. tu. l. tutor pe-
titus. & not. Card. in procemio. ſexti libr. Aut quæris de iuris
myſterio vtrum nihil videatur factum ex quo aliquid ſuper-
eſt ad agendum, & tunc iura ſunt contraria, quædam. n. iura di
cunt quod ſic, vt ff. de act. empt. & ven. l. fundi. §. item quod
inſulæ. & de leg. 3. l. librorum. §. ſed nec cæpti. & §. chartis. vbi
habes quòd libris, ſeu chartis legatis non veniunt libri cæpti,
ſeu chartæ cęptæ ſcribi, non tamen completi. Alij dicunt con
trarium, vt ff. de auro & arg. leg. l. & ſi non ſint. §. quid ergo. v-
bi habes quod argento facto legato venit argentum cęptum
fieri, licet non completè factum, ideo dicunt quidam, quod
aut res ſeu materia transformata, ſeu transformari cœpta pōt
reduci ad ſua priſtina initia, ſeu ad ſuam priſtinam materiam,
ſeu formam vt argentum in maſſa, de quo factus eſt ciphus,
vel calix, poteſt iterum reduci ad maſſam, vt probatur expreſ
ſe. ff. de leg. 3. l. quæſitum. §. illud. j. reſponſo, & tunc cęptum,
habetur pro completo, & videtur aliquid actum licet aliquid,
ſuperſit ad agendum, ita intelligitur. §. alleg. quid ergo. & eo.
ſi. l. lana. in fin. Aut non poteſt reduci vt patet in chartis, & li
bris qui non poſſunt reduci ad ſua. ſ. papyrum, pergamenum,
& incauſtum, & tunc ſecus, vt in §. alleg. ſed non cępti. & char
tis, & concordat. §. alleg. illud. 2. reſponſo. & eod. titu. l. ſi cui.
lana. §. lanæ appellatione. & l. lana. in princ. & l. hæres meus. §.
6 primo. † vbi habes quod appellatione lanæ legatæ non venit,
veſtimentum factum de lana, & quod appellatione marmoris
non veniunt ſtatuæ marmoreæ. Sed iſta eſt bona ſolutio quā-
tum ad illud generale brocardicum, vtrum appellatione primę
materiæ in genere, veniat & comprehendatur materia tranſ-
formata,

mata,ſeu ſpecificata,vt ſi quæratur vtrum appellatione argen
ti in genere veniat argentum factum,puta ciphi,calices,cupæ,
ollæ argenteæ, & ſimilia. Sed quo ad illud de quo hic quæritur
non videtur ſufficiens per §.alleg.item quod inſulæ qui loqui
tur de qualiber materia parata,nondum tamen perfecta ad po
nendum in ædificio,ſiue reducibili ad priſtinam materiam ſi-
7 ue non, & tamen ibi dicitur quod non cedit ædificio.†Ideo vi
detur dicendum & melius quod,Aut loquimur de tali re , ſeu
materia,quæ in aliam ſpeciem transformata ſeu formam ,reti
net nihilominus nomen ſui generis, & ſpeciem primæ mate-
riæ ſic transformatæ,vt patet in argento transformato in ci-
phos, ſcutellas,vel alias ſpecies, quod ſemper retinet nomẽ ar
genti.quia argentum factum eſt, & dicitur ita bene argentũ ,
ſicut non factum & melius,qui magis purificatum,vt patet in
iſta villa Pariſien. vbi aurifabri nunquam ponerent in opere,
aliquod argentum,niſi prius purificatum,& mandatũ, & tunc
ceptũ habetur pro completo,& videtur nedum aliquid imo,
totum factum,vbi ceptũ ſupereſt peragendũ, vt in §.alle.quid
ergo.Nam ex quo argentum iam complete factum contine-
tur appellatione argenti in genere & ſimpliciter probati, vt in
d.§.illud.multo fortius cæptum continebitur,cũ minus rece
dat a materia,ſeu forma prima,quia in habentibus ſymbolũ fa
cilior eſt tranſitus,inſtitu.quib.mo.to.obli.§.item per accepti
lationem.ita loquitur.§.alle.quid ergo. Aut loquimur , de tali
re ſeu materia quę transformata in aliam ſpeciẽ ſeu formã nõ
retinet nomen ſui generis,nec ſpeciẽ primæ materiæ vt patet
in chartis,& libris qui non retinent nomen nec ſpeciem par-
gameni, papiri,vel incauſti, & in pannis de lana, & ſtatuis mar-
moreis,quæ non retinent nomen nec ſpeciẽ primæ materiæ,
& tunc nihil videtur eſſe actum cũ aliquid ſupereſt ad agendũ
vt in iuribus primo alle. & poteſt eſſe ratio , quia transforma-
tio quæ facit mutari nomen & ſpeciem incommutabiliter tar
dius intelligitur fieri,quam illa quæ non facit mutari nomẽ &
ſpeciẽ,ſicut a ſimili libertas cũ eſt quæſita de difficili reuoca-
tur,& ideo citius impeditur eius acquiſitio per pactũ, de non
manumittendo appoſitũ,quam acquiſitio,ſeu tranſlatio alte-
rius rei,vt legitur. C.ſi mancipiũ ita fuerit alie. ne manumiſ. l.
ea quidem.& per hoc non obſtat. §.alle.item quod inſulæ †nã
8 tigna ſeu aliæ res mobiles iniunctæ domui deſinunt eſſe mobi
les, & deſinunt eo ipſo habere ſpeciem ſeu nomẽ ſui generis,
quia pars rei immobilis ſunt,vt patet.ff.de vſuca.l.eum qui æ-
des.§.li.& de tig.iniuncto l.1.& 2.& per totum.

1 *Baptizatus rebaptizari non debet.*
2 *Baptiſmi actus dupliciter conuenit.*
3 *Baptizatus a bono angelo.*
4 *Baptizatus a diabolo.*
5 *Baptizatus ſi dubitetur, an quis ſit, ſub conditione rebaptizandus.*
6 *Baptiſmus quare non iteretur.*

DE quibus. Si quæris vtrum ſemel baptizatus
poſsit vel debeat rebaptizari , di-
ſtingue. Aut conſtat eum ſemel fuiſſe baptizatũ, aut
eſt dubiũ. In primo caſu refert. † Aut conſtat eum eſ
ſe baptizatum per hominẽ habẽtẽ ad hoc poteſtatẽ, & con-
ſtat quod talis non debet rebaptizari,imo hoc faciens graui-
& no. ſ. de cen. c. quanto. Aut non reſeruauit ſibi aliquod ho-
ſpitium & tunc, aut onus hoſpitij cum re, cui annexum eſt,
tranſlatum eſt in eccleſiam & tunc eccleſia onus illud adhæ-
rens rei tranſlatæ in eam ſubire debebit, arg. ſ. de donat. cum
dilectus. nam quælibet res tranſit cum onere ſuo. ſ. de deci. c.
paſtoralis, de pig. ex literis. ſecundum Hoſt. hic & in ſumma.
eo. tit. §. in quantum ſub §. laici. ver. qui ſi poſſeſsio & Goff. in
ſum. eo. tit. §. onera autem. & pro hoc eſt hodie caſus extra de
cem c. j. in cle. Aut tale onus hoſpitij non eſt tranſlatū, ſeu res
tali onere onerata non eſt tranſlata in eccleſiam, & tunc non
poteſt exigi ab eccleſia tale hoſpitium vt hic. & ſ. de iure pa.
§. præterea. 2. & C. de epiſc. & cle. l. j. in fi. † Si quæris de hoſpi-
3 tio violento, hoc eſt quod quis per violentiam vult habere,
tunc dic, q tale etiam ſi eſſet debitum aliàs taliter exigere non
valet, ſecundum Inn. & Ho. hic, dicentes quod nulli laico, vel
etiam clerico, licet violenter irrumpere domos eccleſiæ, rōne
alicuius iuris ſibi debiti, cum omnia bona eccleſiarum ſint ſan
cta ſanctorum, & domino conſecrata, vnde & qui violentiam
facit in eis, committit ſacrilegium. 12. q. 2. nulli liceat & c. qui
cunque. & c. ſe. Item eadem rōne non poteſt violenter tollere
neceſſaria hoſpitio, & violenter ingredi domum, quia prædi-
cto caſu nulla domus nec etiam res debent hanc ſeruitutem,
vel etiam ſunt ad hoc obligatæ, ſed tantum ſunt ad hoc obli-
gata, & ad hoc perſonalis actio non realis contra eccleſiā cō-
petit, ſecundum Inn. & Ho. hic. Quinimo ſm Hoſt. etiam ſi
obligata eſſent, irruens tamen in pœnam conſtitutionis. C. vn
de vi, ſi quis in tantam poſſet incidere vel ſaltem edictum non
euaderet diui Marci, ſed q non eſt violentia vtendum ſed a-
ctione experiendum. C. quod metus cauſa. l. extat. ff. de vi pri
uata. l. creditores. Secus tamen in epiſcopo vel alio habente iu
riſdictionem in aliqua eccleſia qui poſſet alium inique intran-
tem expellere violenter, & domum irrumpere. Et idem de
poſſeſſore alicuius eccleſiæ quaſi prælatus licet iuriſdictionē,
4 non habeat, ſecus de abbate reſpectu domorum capellæ, ſibi
ſubiectæ, † quia capellam non poſſidet licet in ea ius ſubiectio-
nis habeat, ar. ff. ad l. aquil. l. ſed & ſi quicunque. & l. quemad-
modum. §. j. & 2. ſecundum Innoc. & Ho. hic qui de iſta mate
ria plenè tractant, & cum eis concor. frater Io. in ſum. conſe.
hoc titul. 19. qō. vtrum laici, & adde quod dixi ſ. de emp.
& vend. c. j.

1 *Eccle. Pap. homines ad vigilias, & caſtrorum cuſtodias tenen-
tur.*
2 *Clerici an ad murorum cuſtodiam teneantur.*
3 *Clerici, an ad murorum reparationem teneantur.*
4 *Priuilegiati portio de tota collectarum ſumma detrahenda.*
5 *Priuilegij prætextu vniuerſitas non oneranda.*
6 *Priuilegia ſeruanda.*

PEruenit. Ad intellectum & quantum tangit
intellectum iſtius decretalis. Si quæ
ris vtrum homines eccleſiæ ad vigilias & cuſtodiam
murorum ciuitatis caſtri, vel villæ teneantur, & com
1 pellantur, diſt. † Aut quæris de ciuitatibus, caſtris, vel villis, q
ſunt in dominio Papæ, ſiue eccleſiæ, qualis eſt ciuitas Taraſce-
na, cuius epiſcopo Papa hic loquitur ſeu ſcribit, & tunc ſic ſe-
2 cundum Inn. & Ho. hic. † Aut quæris de alijs ciuitatibus, ca-
ſtris vel villis, & tunc aut quæris vtrum teneantur ad cuſtodiā
illius ciuitatis vel villæ in qua imminet probabiliter commu-
nis ſubitus & improuiſus timor, & tunc dic, q ſic, & eſt ſpe-
ciale, vt hic ſecundum Gof. Ber. Inn. & Ho. Vnde dicit Hoſ.
q tempore illius decre. ſarraceni quotidie inuadebant mariti
mam, vnde cum iſta ciuitas Taraſcena aliàs Cartaſcena ſit iux
ta mare propter probabilem communem ſubitum & impro
uiſum timorem qui continue imminebat, voluit Papa q ali-
quis non excuſaretur à vigilijs, vt cunctis vigilantibus & c. vt
j. ſequitur & hic eſt verus huius. c. intellectus. ad hoc. 23. q. 8.
igitur & c. ſcire. & ſequenti ſecundum Hoſt. & Io. And. idem
Io. 12. q. 2. eccleſiarum ſeruos in fi. ibi niſi ſubſit magna neceſ
ſitas & c. & plenius Archi. ibi in glo. adde. nā tunc non eſt & c.
vbi dicit idem per omnia quod Ho. hic. Aut vtrum teneātur
ad cuſtodiam illius ciuitatis vel villæ in qua non imminet talis
timor, & dic quod non, quia non tenentur ad angaria & peran
3 garia, vt j. eod. non minus. † Iſtam decre. vidi induci in parla-
mento Franciæ per ciues Remenſes contra clerum illius ciui
tatis, quem petebant compelli ad contribuendum cum eis in
refectionem murorum propter timorem bauari, qui velle re-
gnum Francię inuadere dicebatur, pro hoc C. de ſacroſan. ec-
cle. l. ad inſtructionem. de ope. pu. l. ad portus, ſed Io. tenet con
tra ciues. 16. q. j. iuxta. 2. dicens quod illa. l. ad inſtructionem, eſt
correcta. Sed dato quod clerici poſſent ad hoc compelli, non
tamen per brachium ſeculare, & pro hoc bene facit. 96. diſti.
Conſtantinus. ver. eccleſijs. in fi. pro ciuibus etiam allegabatur
96. diſt. cum ad verum. 11. q. j. magnum. 23. q. 8. conuenior in
fi. ſed parum faciunt ad hoc etiam facit. j. de ſenten. excom.
grauamen. in fine.
¶ Super eo. c. Si quæritur quando dux, marchio, comes, comi
tas, vel alius dominus temporalis alicui habitatori ciuitatis, ca
ſtri, villæ, aut alterius loci ſibi ſubiecti hanc libertatē, ſeu im-
munitatem dat, ne in aliqua tallia, vel collecta ſeu exactione,
aliqua à quocunq; & ex quacunq; cauſa hominibus eiuſdē lo-
ci impoſita, aliquid dare vel contribuere teneatur, & inſtante
caſu in quo ſm communem conſue. patriæ eſt talia facienda,
talliatur vna cum alijs, per illos quibus hoc officium eſt com-
miſſum, vtrum occaſione priuilegij huiuſmodi ſit vniuerſi-
tas hominum oneranda, vt tm̄ plus ſoluere teneatur quantum
portio ipſius priuilegiati aſcenderet, ſi ipſum priuilegium nō
4 haberet dic ſm Hoſt. breuiter q non. † Vnde iſtis priuilegiū
ſuum dummodo ſit legitimè conceſſum ſeruabitur, omnib.
enim priuilegia conceſſa ſeruanda ſunt, vt patet in eo quod le.
& no. ſ. de priuile. dilecti filij. ad fi. & c. porro. & c. recepimus.
ad huc. C. de vaca. mu. pu. l. vnica li. 10. de excuſ. mu. l. placet. li.
10. ff. de iure immu. l. ſemper. §. fi. licet videatur. l. expreſſa, q
in talibus priuilegium aliquem non defendit, etiā ſi vicini con
ſenſerint. C. de decuri. l. vacuatis. li. 10. ad idem. C. de bo. vacan.
l. j. & de peti. bo. ſub. l. j. li. 10. Per hoc tamen priuilegium non
debet iuri vniuerſitatis detrahi vel ipſa vniuerſitas onerari. ar
gu. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. j. reſponſo. de emau. nec auus
& expreſsius. C. de cenſi. l. antepenul. & fi. li. 11. C. vt nemo, ad
patro. ſui acci. colo. l. vnica li. e. vt nullus pro ali. vi. debit. tenea
tur. l. vnica. li. 11. ad idem. C. de præ. impe. offe. l. reſcri. & l. nec
damnoſa. Vnde occaſione priuilegiorum huiuſmodi non eſt
5 vniuerſitas oneranda. † Quid enim ſi vniuerſitas conſueuit,
dare, vel aliquis locus dare conſueuit centū libras annuas, & do
minus terræ alicui de habitatorib. immunitatē ꝑſtiterit, dicē-
dū eſt qđ ſibi ꝑiudicare potuit, ſed nō vniuerſitati, detrahatur
ergo de ſumma centū librarū pars q̄ hūc priuilegiatū contin-
geret, ſi priuilegiū non hēret, & quod reſtat ſingulis alijs ꝓpor
tionaliter imponatur. Alioquin ſi ſinguli ſic priuilegiarentur,
exceptis paucis, durū iniquū, & iniuſtū ēt eſſet, & q̄ꝗ impoſ
ſibile quod pauci qui remanent ſoluerēt totā ſummā, ergo nō
eſt hoc cōſentiendū, arg. ff. de con. inſt. l. cōdōnes. & l. filius. de
6 re. iu. l. impoſsibiliū. ſ. de pactis. c. fi. † Priuilegia verò imperato
rū oīno ſeruāda ſunt ſicut ſonāt, vbi proprio motu principū
ſunt

ſunt conceſſa & ſic intellige inra prima alleg.ſecus ſi per am-
bitionem vel importunitatem petentium ſunt obtenta, & ſic
loquuntur inra inducta. ſ. in ver. licet videatur &c. Sed & ſi
per priuilegium principis, motu proprio conceſſum vniuerſi-
tatem aliquam grauiter lędi contingeret, eſt ſuper hoc ipſius,
remedium implorandum, vt patet in eo quod leg. & no. ſ. de
deci. c.ſuggeſtum. debet enim vniuerſitas æquanimiter ferre
læſionem modicam, quia nec pro modico eſt reſtitutio faciē-
da, vt ff. de mu. reſti. l.ſcio. ſm Hoſtien. Ex cuius dictis præ-
miſſa ſunt breuiter recollecta, qui dicit q per prædicta poteſta
ti ſummi pontificis, vel Romanæ eccleſiæ in nullo detrahere
intendit, quæ & quanta ſit, patet in eo quod legitur, & not. j.
qui fi. ſint leg per venerabilem. §.rationibus. ſ. de con. præ. p-
7 poſuit. de ma. & obe. ſolitæ. † Et idem Hoſt. hic quantum ad
hoc q portio iſtius priuilegiati ſit de totali ſumma detrahen-
da, & q per ipſius priuilegium vniuerſitas nō debeat onerari,
ſed q pro parte ipſius debeat ſe, vel poſſit excuſare. no. Spec.
titu. de cenſi. §. 2. verſi. quid ſi vniuerſitas. & alleg. C. de pa. l. cre
ditores. de lega. j. l. ſi fundum. §. ſi libertus de ali. & ci. leg. l. 3. in
fin. de cenſi. cum poſſeſſor de exceptio. do. l. pater. argum. etiā
pro hoc. ff. de adminiſtratio. tuto. l. impuberi. & ſi pupillus. &
hoc forte verum etiam ſi vniuerſitas ipſa in conceſſione ta-
lis priuilegij conſentiret. argumen. l. alleg. vacuatis. Et in omni
bus præmiſſis concor. Io. And. hic dicens etiam, q Odo. diſpu
tat hic qōnem de Mutinen. qui ſe fecit ciuem Bonon. & cū pa
cto q collectas vel munera non ſubiret, & tenuit q teneretur,
ad illa per l. j. C. de his qui ſpon. mu. ſub. lib. 10. & per l. ſecundā
de iure immu.

1 *Eccleſia locus & hortus priuilegiati.*
2 *Eccleſia a munere ſordido immunis.*
3 *Eccleſia onera pietatis ſubit.*
4 *Eccleſia onera perſonalia non ſubit.*
5 *Eccleſia onera realia ſubit.*
6 *Eccleſia a ſuperindicto immunis.*
7 *Munerum diuiſio.*

NOn minus. SI quæris in quibus & de quib.
rebus res eccleſiarum & clerico
rum ſunt priuilegiatæ, dic q in muneribus & oneri-
bus & obſequijs perſonalibus ſecularibus, vel realib.
regulariter non præſtandis vt hic, circa hoc tamen diſtingue.
1 † Aut quæritur de rebus ſeu locis quæ vſibus eccleſiaſticis de-
dicantur, quoad fundationem vel manſum vel cemiterium,
vel domos vel hortos iuxta poſitos, vel dotē eccleſiæ, & quo
ad talia, eccleſia eſt immunis, vt 23. q. vlti conuenior. & c. quā-
uis. C. de ſacroſanct. eccle. l. ad inſtructionem & l. placet. 16. q.
j. ſacerdotibus. C. de epiſc. & cleri. l. j. & 2. & fi. ſm Laur. & Go
fr. & Inno. hic. idem tenet Archid. 16. q. j. §. de his. licet Ioā.
2 ibi aliter & idem innuit Io. 11. q. j. ſi tributum glo. 1. † Aut quę
ris de alijs rebus ad eccleſiam pertinentibus, & tunc refert,
quia munerum alia ſunt ſordida, alia honeſta, ſordida non ſu-
bit eccleſia. vt 16. q. j. nouarum. & l. placet. C. de ſacroſan. eccle.
& ſunt munera ſordida ſeruitia, vt calcis coquendæ, arenæ fo-
diendæ, cuſtodiæ balneorum, & ſimilia, de quibus ponuntur,
multa exempla. ff. de mu. & oneri. l. munerum. vſq; ad §. patri-
moniorum. ſm Inno. Hoſt. & Io. And. hic & G. de Mont. lau.
extra de vi. & ho. cleri. c. diocœſanus ſuper verbo in rebus, in
3 cle. Honeſtorum alia ſunt ordinaria, alia extraordinaria. † Ex-
traordinariorum alia pertinent ad pietatem, ſicut ad refectio-
nem ſeu factionem pontium, & viarum, & etiam ipſius eccle
ſiæ, & iſta ſubit eccleſia. 43. di. c. j. de ſacroſan. eccle. l. ad inſtru
ctionem. & in auth. de eccleſiaſticis. tit. §. ad hæc. collati. 9. ſm
Laur. Vin. Gau. Inno. & Hoſt. hic. in ſum. e. ti. §. a quib. mune-
ribus, & idem no. G. de Mon. lau. extra de vi. & ho. cleri. c. dio-
cœſanis. ſuper ver. in rebus in cle. Sed Io. contra. 16. q. j. iuxta.
Hoſt. tū tenet contrarium huius membri, & dicit. l. illam reuo
catam per aut. de cōlubibus. §. j. colla. 4. Alia pertinent ad publi
cam vtilitatem, & iſta non ſubit eccleſia, vt 16. q. j. iuxta & le.
placet. C. de ſacroſan. eccle. vbi ſecundum legem in caſu illius
l. C. de ſacroſ. eccle. l. iubemus nullam nauem. ſ. cū fęlix ambo-
4 la vel imperator proficiſcitur. † Itē ordinariorū alia ſunt anga
ria, alia perangaria, alia realia, alia ſuperindicta. Angaria ſunt, q
conſiſtunt in operis perſonæ tantum, & iſta non præſtat eccle
ſia, nec etiam homines clericorum vel ſerui. 12. q. 2. c. eccleſia
rum ſeruos. niſi in caſu. ſ. pro cuſtodia ſeu ciuitatis contra pa-
ganos. vt ſ. e. peruenit. Perangaria verò conſiſtūt partim in p-
ſonis partim in patrimonijs, nec iſta ſubit eccleſia, vt C. de e-
5 piſ. & cle. l. omnes. & l. preſbyteros. † Munera rerum vel realia,
quæ habent regularem præſtationē, ſunt tributa & ſenſus, iſta
ſubit eccleſia, & clerici de agris ſuis. 23. q. 8. tributum. 11. q. 3.
magnum & c. ſi tributum ſm Inn. & Hoſt. hic & G. de Mont.
lau. in c. all. diocœſanis. adeo q ſi ceſſauerint a tributo, fiet trāſ
latio vel venditio in publicum, vt C. de epi. & cl. l. 3. C. de exa.
tri. l. fi. lib. 10. niſi de agro illo in quo fundata eſt illa eccleſia. vt
ſ. de cenſi. c. j. & dic vt ibi & vt no. G. de Mon. lau. in c. alle. dio-
cœſanis. Et idem videtur tenere Ho. in §. alleg. a quibus. dicēs,
q aut eccleſia vendat huiuſmodi rem, aut ſoluat, aut incidat in
commiſſum per iura alleg. quia reddi debent quæ ſunt Cæſaris
Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. ſ. de cle. coniu. c. ex par. in fi. Alij
dicunt q non committitur, ſed loco pignoris retinetur quo-
uſque de tributo fuerit ſatisfactū, ſic intelligunt dictā l. vlti. q
incipit ſi diuina. C. de exac. tribu. quæ hoc innuit. C. de mu. pa
trimoniorum. l. profeſſio & l. fi. li. 10. Alij dīt q illa lex ſi diui
na non tenet ſm canones, vel expone diuina. i. imperialis ſm
Goſ. in ſumma e. ti. §. veruntamen, quia in rebus eccleſiaſticis.
nulla ſolicitudo tranſlationis. i. commiſsionis ſignatur, vt in al
leg. placet. C. de ſacroſ. eccle. Et ſi clericus vel Abbas vel vaſal-
lus regis contra dominum ſuum feloniam commiſerit, eo vi-
uente feudum ad regem pertinet, ſed eo mortuo debet ipſum
reſtituere Rex ſucceſſori, vt in li. feu. de capitulis corradi regis.
c. ſi clericus, vel epſ. colla. 10. & eſt rō, quia delictū pſonæ. & c.
16. q. 6. ſi epm. ſ. de excep. cum venerabilis. & j. de reg. iur. c. de
lictum. li. 6. ſm Hoſt. ibi. Ego verò ſi eſſem iudex ſm ſecun-
dam opinionem. ſ. q loco pignorū retineatur tanq̄ benignio-
rem eccleſiæ iudicarē, vel ad grauius poſſes ſm vlti. iudicare.
Primam verò opinionē nolo nec audeo ſuſtinere, cum omnia
bona eccleſiarum ſint ſancta ſanctorum, & dño conſecrata, &
talia quæ regulariter alienari nō poſſunt 12. q. 2. nulli, liceat. &
c. quicunq;. ſ. de reb. eccle. non alie. per totum, maxime, quia
propter ceſſationē ſolutionis cenſus, res cenſualis non cadit in
commiſſum, vt no. Inn. Ho. ſ. de re. do. c. cōſtitutus. Et hoc te
net Goſ. in §. alleg. veruntamen dicēs, q licet eccleſia ceſſet, in
ſolutione canonis, vel tributi, res tū non transfertur in eū, cui
tributū vel canon debetur, & hoc eſt q l. præalle placet. dicit,
nulla ſolicitudo tranſlationis ſigneiur. Nec obſtat l. alleg. ſi di-
uina. C. de exact. tributorum, quia aut lex illa non tenet ſm ca
nones, aut exponi debet diuina domus. i. imperialis, ſecus in
eccleſiaſtica, ſicut dictum eſt, & idem tenet Io. in c. alle. placet
16. q. j. & Archi. ibi in glo. adde, ſi ergo eccleſia, dicens q Ber.
Inn. & Ho. tenent contrariū in c. all. conſtitutus, ſed non be-
ne iudicio ſuo, & idem no. ipſe Arch. j. de re iud. ad apoſtoli-
cæ ſuper verbo reprehendi. li. 6. † Superindictum eſt illud, q
6 imponitur tempore ſterilitatis. vt C. de ſuperindict. l. vnica. li.
10. & iſtud non ſubit eccleſia vt C. de ſacroſan. ec. l. placet, &
de hoc per Pe. de ſal. 12. q. 2. eccleſiarum ſeruos, & ad ſoluenda
prædicta compellunt clericos prælati, de quorum foro ſunt. ſ.
de fo. comp. c. ſi diligenti. & ſ e. peruenit. Exceptis feudalibus
in quibus dñi feudi ſunt iudices ordinarij, & poſſunt compel-
lere & exequi ſuper ſuos vaſallos clericos, citra iniectionē ma
nuum violentam. de prohi. feu. alie. per Fredericum. c. imperia
lem. §. penul. colla. 10 ſm Inn. & Ho. hic & G. de Mont. lau. in
c. alle. diocœſanis cum præmiſ. concor. pro maiori parte Pe. de
7 bel. par. & Cy. in l. alle. placet, dicentes q † Munerum quædā
ſunt honeſta & quædam ſordida, & honeſtorum munerum,
quædam ſunt regularia, & ordinaria, quæ hīt regularē præſta
tionē, vt tributa & cenſus, quædā extraordinaria quæ extra re
gulā pſtantur. vt C. de ſuper indic. l. vnica. li. 10. Itē ordinario-
rū munerū quædā ſunt perſonalia, quædā realia, quædā mixta.
Itē realiū quædā præſtantur a rebus & per ipſas a perſonis, quę
dā à perſonis, & per ipſas perſonas rōne rerū, vt in l. alle. mune
rū. §. patrimoniorū. ff. de mu. & ho. His viſis, dīt q eccleſia &
clerici non tenentur ad munera ſordida, neq; extraordinaria,
niſi in repentino principis aduentu, vt in l. iubemus nullam na
uem. C. de ſacroſ. eccl. Ad alia quæ ſunt ordinaria, & honeſta,
ſi quidē ſunt mere realia tenentur, vt in l. alle. placet. ſi perſona-
lia vel mixta nō. Itē nec ad ea q̄ debentur à perſonis rōne rerū,
& ſic intelligunt. §. allegatū patrimoniorū. & vide de hoc ple-
ne per Ho. in §. alle. a quibus. Et hæc ſufficiant.

1 *Eccleſia ad alicuius offenſam non incaſtellanda.*
2 *Eccleſia ob bonorum defenſionem incaſtellanda.*

CVm eccleſia. Hic eſt arg. q eccleſia inca-
ſtellari poteſt, circa quod di
ſtin. † Aut quæritur vtrum poſſit vel debeat incaſtel
lari ad offēſionē alicuius, & dic q nō, vt x. q. j. ſanctio-

rum. 42.diſt.c.fi. Aut ad defenſionem bonorum & eorũ, qui
2 in caſu licitn ad eam confugiunt †& tunc poteſt incaſtellari,vt
hic & j.c.proxi. & 42.di.nulli ſm Inno.& Hoſt.& Io.An.hic
idem Archi.in c.alleg. ſanctorum.ſuper verbo incaſtellari.Sed
Hug.intellexit ibi ꝙ incaſtellari non debet,etiam à clericis et ſi
laici vellent facere inſultum contra eccleſiam, vel propter ob-
lationes,vel propter aliud,vt ipſis laicis reſiſtatur, niſi interue
nerit authoritas Papæ ſm Hug.ad hoc. 23.q.8.conuenior,ſed
forte quod præmittitur verius eſt ſm Arch.in c.all. ſanctorũ
& hoc credo ſine forte.

1 *Vniuer.ſuperiori non ſubiecta. rectorem eligit.*
2 *Vniuer.ſupe ſubdita, rectorem non eligit.*
3 *Eccleſiarum rectores ab vniuer.eligi poſſunt.*
4 *Exco.prælati ſucceſſorem non ligant.*

ADuerſus. Si quæritur vtrum vniuerſitas, vel
ciuitas vel locus ſibi poſsit eligere
rectorem temporalem,vel perpetuum, diſtingue.
1 †Aut vniuerſitas vel ciuitas,aut locus eſt talis ꝙ ne-
mini ſubiacet, & tunc Hoſt.hic putat ꝙ poſsit ſibi eligere re-
ctorem temporalem,vel perpetuum ex quo nulli, alij paratur,
præiudicium,arg.C.de iudæis.l.nemo exterus.C.mand.l.in re
man.iſti.de re.di.§.per traditionem.Vnde populus elegit, ſibi
imperatorem,vt ff.de ori. iur.l.2.§.nouiſsime.93.diſt.legimus
2 circa medium inſti.de iure na.§.ſed quod princip.† Aut locus
eſt talis ꝙ ſubiacet alij vel alij præiudicium paratur, & tũc nõ
licet hoc ſine conſenſu ipſius, ar.in eo quod leg.& no.ſ. de of
fic.Arch.c.ad hæc.§.fi.& maxime perpetuum rectorem.arg.
ff.de mu.& ho.l.honor.§.gerendorum. C. de honori.& mu.
non continu.lib.11.per totum.Et eſt ratio, quia non expedit
reipublicæ,vt is qui ſummam poteſtatem habet, perpetuo,
ſit vt probatur.ff.de ori.iur.l.2.§.populo deinde autho. alias,
quinque rationes aſsignat hic.Hoſt.Sic ergo non poſſunt crea
re rectorem ſine conſenſu domini ſuperioris.Sed neceſſe eſt,
quod ipſum creent ſicut conſueuit ad annum tantum.ff.de fe
rijs.l.pridie.vel ad plus,ad biennium, ſi tamen talis ſit cõſuetu
do.C.de ſuſcep.& Archid.l.nemine m.li. 10. vel duabus parti-
bus vniuerſitatis conſentientibus, & adhuc per aliud bienniũ
ſi multum vtile videatur,omnibus tamen conſentientibus ſed
vlterius nullo modo,in auth.de defen.ciui.§.iuſiurandum. &
vlti.in fi.collatio.2.licet iſtud olim vſq; ad quinquennium to
leratur vt C.de defen.ciuita,l.in defenſoribus.ergo & populo
Romano de iure quo ad eligendum ſenatorem, hodie adẽpta
3 eſt poteſtas,vt patet.96.diſt.conſtantinus.†Fallit hoc in recto
ribus eccleſiarum qui perpetui ſunt.ſ.de offic.vicarij.c.3, ta-
men quia nec domini ſunt.ſ.de dona.c.fraternitatem. tamen,
quia facilius quam laici poſſunt corrigi remoueri, & puniri ſe
cundum Hoſt.Et de elect.ſenatorum ciuitatis Romanæ vide
hodie vt leg.& no.ſ.de elect.fundamenta.li.6.Et not.quod p
iſtud c.in fi.cum glo.fin.Ber.& Hoſt.hic dicit Io.And.poſt.al-
4 leg.Hoſt.j.de priuileg.cap.j in glo.fin.in nouella.lib.6.†quod
excommunicatio prælati etiam ſub nomine ſolius dignitatis,
ex propria culpa proueniens non ligat ſucceſſorem, niſi illam,
culpam faciat propriam vt hic.

1 *Prælatus grauans, ſubditum in procuratorio, duplum red-dit.*
2 *Prælatus grauans ſubditum ob ſeruitium legato factum,duplum reddit. 3.*

QVia plerique. Ad declarationem gloſſ.Si
quæris vtrum & qualiter,
prælatus grauans ſubditum in exactionibus punia-
tur.diſtin.ſecundum mentem Hoſt.hic.†Aut præla-
tus grauat ſubditum in procurationibus,& tunc habet locum
ſ.de cen. c.procurationes.ſ.ꝙ exactum debet reſtitui eccleſię
læſæ,& tantundem,& ſic duplum vt ibi. Aut in xenijs tempo
re viſitationis,& tunc idem.vt j.de cenſibus.cap.Romana. §.
2 penulti.li.6.Aut in alio tempore,& tunc habet locum. 18.di-
ſtinctio.quoniam quidem.in fi.†Aut propter ſeruitium factũ
legato,vel nuntio ſedis apoſtolicæ,& tunc habet locum quod
hic dicitur,vbi forſan indiſtinctè hodie duplum redditur, vt
in d.c.procuratione.in fi.ſm Hoſt.
¶ Super eod.c.Si quæritur,vtrum & quando quis teneatur ad
3 reſtitutionem receptorum,vide hic per Hoſt.poſt eum.& ple
nius †per Hoſt.in ſumma.tit.de pœnit.& remiſ.§.fi. per totũ.
de hoc etiam per Archi.14.q.5.c.vlti.Et quantum ad id quod
no.Inn.hic in verſ.idem eſt etiam in eo,vide plenius per Hoſ.

in ſum.de ſent.& re iudicata ſub rub.de ſententia.§. quot ſunt
eius ſpecies.ſub.§.ſed nunquid eſt hoc ſimpliciter verum,vbi
Hoſt.hic remittit quicquid hic dicatur & de ſolu.rub.de ceſſ.
bono.ſub.§.ſi quid autem dicat & ſ.de ſol.c.fi.

1 *Oratoria immunitate non gaudent.*
2 *Eccle.à dio.non authorizata immunitate non gaudet.*
3 *Eccleſia regulariter immunitatem habet.*
4 *Eccle.immu.non gaudet infidelis,nec iudæus.*
5 *Eccle.immu.an ſeruus gaudeat.*
6 *Eccle.immu. ob tributa non gaudendum.*
7 *Eccle.immu.criminoſus,qualiter de iure ciuili gaudeat.*
8 *Eccle.immu.crimini,qualiter de iure cano.gaudeat. 13.*
9 *Eccle.immu.qualiter extra eccleſiam delinquens gaudeat. 11.*
10 *Eccle.immu.non gaudeat publicus latro.*
12 *Eccle.pœnam mortis, vel truncationis non imponit.*
14 *Cemiterium immu.gaudet.*
15 *Excommu.an immu.gaudeat.*
16 *Immu.de loco extrahens,quem puniendus.*
17 *Eccle.immu.vſque ad 40. paſſus extenditur.*
18 *Carceratus ad eccleſiam vadens,an ab ea extrahendus.*
19 *Extrahentis,quem de eccleſia pœna canonica.*
20 *Extrahentis quem,de eccleſia pœna ciuilis.*

ECcleſiæ. Si quæritur vtrũ fugiẽs ad eccleſiã,
immunitate ipſius eccleſiæ debeat,
1 gaudere,diſtin.† Aut quęris de oratorijs priuatorũ,
ſeu q; priuati habent in domib. ſuis,& dic ꝙ tales im
munitatem huiuſmodi habere non debent,licet etiam ibi ce
lebrentur diuina,& eſt ratio quia non ſunt dedicata Deo,qua-
re ſi hodie ſit oratorium cras poterit fieri camera,& erit locus
priuatus,cum non ſit Deo dedicatus,vt no.Hoſt.hic, dicẽs ꝙ
in hoc concord.Goff.hic idem Io.And.hic,idem no.Ho.ſ.de
cenſi.in c.authoritate,licet Goff.in d.c.authoritate not.quod
tale oratorium gaudeat immunitate eccleſiæ,ſeu eccleſiaſtica
arg.huius c.in authen.de eccleſia.titu.§.ſi quis in ſua domo.
& §.ſi verò collatione.9.de conſe.diſtin.j.vnicuique. Tu tamẽ
dic contra,nec obſtat hoc c.quia loquitur de eccleſia Deo de-
dicata,vel ædificata ad conſecrandum,vnde non mirum ſi ta-
lis locus immunitate gaudeat,cũ de cætero,ad humanos vſus,
reuerti non poſsit.vt leg.& no.ſ.de relig.do.c.ad hoc ſecun-
dum Hoſt.in d.c.authoritate. & in ſumma e.ti.§. inquantum.
ver. quid de oratorijs cuius opi.approbat frater Io.in ſumma,
conſ.rub.de immu.eccle.q.9.vtrum priuata oratoria. &c. &
G.de Mon.lau.& Gen.extra de relig.do.c.quia contingit, ſup
verbo compellere in cle.& de pœni.& remi.c.j.glo.2.in eadẽ,
2 cle.vbi de hoc vide.† Aut quæris de eccleſijs & tunc,aut de ec
cleſijs quæ non ſunt authoritate epiſcoporum vel archiepiſcoporum, in
ſuis diocœſibus,nec authoritate ſedis apoſtolicæ ædificatæ,&
tales non ſunt eccleſiæ,nec gaudent immunitate, argum.ſ.de
re.do.c.ad hoc à contrario ſenſu,priuatus.n.non poteſt facere
locum ſacrum vt ff.de rerum di.l.in tantum.§.ſacræ.ff.de ſe-
pul.vio.l.3.§.ſi quis in ſepulchro dolo malo,& §. ſi quis in ſe-
pulchro.Et hoc no.Ho.in c.alleg.authoritate.& hic, dicens, ꝙ
ſolæ eccleſiæ in quibus ſolus epiſcopus poſuit primarium la-
pidem,quæ ſunt ædificatæ ad conſecrandum gaudent immu-
nitate, & non priuata oratoria,& in hoc concordat frater Io.
in ſumma conf. hoc titu.q.7.vtrum eccleſiæ.& eſt expreſſum
3 in auth.vt nullus fa.ora.in prin.col.5.†Aut de eccleſijs q̃ ſunt
authoritate epiſcoporum ſeu archiepiſcoporum in ſuis dioc.vel ſedis a-
poſtolicæ ædificatæ,& fundatæ,& tales gaudent immunitate,
quantum eſt ex parte ipſarum,ſiue ſint conſecratæ.ſ.e.ti. per
totum, ſiue non, vt hic,vbi eſt expreſſum & no.Inno.ſ.e. in-
ter alia gl.3.& et Ho.poſt eum & Ber.& Ho.ſ.de conſe. eccl.
vel alt.c.vlti.& Ray.in ſum.e.ti.& fra.Io.in q.alle.vtrũ eccle-
ſiæ & Goff. in ſumm.eod.tit.§.hoc priuilegium. & Archidia.
17. q.3.ſuper gloſſ. penult. vbi de hoc. & Gu.de Mon. laud.
extra de pœniten.& remiſ.cap.j. glo.2.in clem. Et licet Bern.
hic, in gloſſ. j. & Abb. dicant quod in eccleſia, vbi non ſunt,
adhuc diuina officia celebrata, non gaudet immunitate Goſ
fred. cum Hoſtien.& Ioann. And. in hoc contra, dummodo
ſit dedicata Deo per epiſcopum, non enim multum inſpicien
da eſt celebratio. Vnde oratoria priuatorum, licet ibi cele-
bretur diuina immunitate non gaudent, vt ſupra dictum
eſt,idem G: & Gen. in d. capitu. 1. Sed quantum eſt ex parte
perſonarum ad ipſas confugientium, ſeu exceſſuum,per eas
4 commiſſorum, ſubdiſtingue. † Aut ille, qui fugit ad ec-
cleſiam, non eſt catholicus, & talis non iuuabitur per ec
cleſiam-

eleſiam, vt C. de his qui ad ecc. confu. l. 1. in auth. vt liceat ma.
& auiæ. §. quia vero coll. 8. Et eſt ratio quia delinquit in eccle-
ſiam, & ideo fruſtra auxilium ipſius inuocat, vt ſ. c. proxi. cum
concor. ibi alle. vt no. gl. Lamber. de Sali. & Pet. de Bel. perti. &
Cy. & alij. C. de his qui ad ecc. confu. l. præſenti. & Ho. in ſum.
eo. tit. §. inquantum ſub. §. cum quis ver. Aut Iudæus &c. licet
Ber. Inn. & Hoſt. ſ. eo. ti. inter alia & gl. G. ſuper Ray. in ſum.
eo. tit. & frater. Io. in ſum. confeſ. eo. ti. q. 5. qui de Iudæo &c.
teneant cõtra & per illam. l. 1. C. eo. ti. ſ. de his qui ad ecc. cõſu.
iam alle. quæ tamen expreſſè cõtrarium dicit, vnde primum
credo verius. Aut eſt catholicus, & tunc, aut eſt ſeruus aut li-
ber: ſi ſeruus & idem quo ad hoc, ſi ſit aſcriptitius vel inquili-
nus, vel alia perſona aſtricta alicui conditioni, tunc aut fugit
ad eccleſiam cauſa religionis, & tunc debet reddi domino ſuo
eum repetenti, infra triennium recepta ab ipſo domino cau-
tione, vt in auth. de monachis. quod ipſum non puniet. §. ſi ve
rò intra triennium, vt hoc no. Lamber. de Sal. C. de his qui ad
5 eccle. confugi. l. præſenti. §. ſane ſi ſeruus. † Aut fugit ad eccle-
ſiam cauſa immunitatis habendæ, & tunc aut fugit propter ſę
uitiam domini intollerabilem & grauem, vt & quia dominus
eum ad mortem proſequitur, & tunc non reſtituitur ſibi, ſed
compelletur eum vendere bonis conditionib. nec perpetuo
reuertetur ad eum niſi velit, vt ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iu.
l. ſi dominus. §. ſed dominorum. & inſti. eo. ti. §. ſed hoc tẽpo-
re. Aut propter ſęuitiam tolerabilem & modicam, & tunc ha
bet locum lex alle. præſenti in §. alle. ſane. Si fugit aliàs, ſeu alia
de cauſa, tunc. Aut fugit non propter delictum ſuum, aut pro-
pter delictum ſuum, ſi non propter delictum ſuum, ſed forte
vt ſe, & operas ſuas domino ſuo ſubtrahat, tunc habet locũ. §.
alle. ſane. Si propter delictum ſuum, tunc dicit Cy. in l. alle. prę
ſenti quod aut timet puniri à domino ſuo, & tunc reſtituetur
ſibi ſecuritate præſtita. arg. illius. §. ſane alleg. Aut timet puniri
ab alio, puta à iudice per viam accuſationis vel alias, & tũc idẽ
quod in libero, quia non eſt acceptio perſonarum apud deũ, vt
in auth. de monachis ad fi. colla. 1. ſ. de iudi. c. nouit. Ego verò
Henricus non credo diſtinguendum, vtrum timeat vel debeat
puniri a domino, vel ab alio, cum ſit eadem ratio in pœna infe
renda à domino, qui forte poteſt ipſum tradere morti, ſicut in
pœna inferenda ab alio, ſed puto diſtinguendum prout diſtin.
Arch. 17. q. 4. c. idem conſtituimus ſuper verbo nõ liceat. Aut
ſeruus fugit ad eccleſiam propter magnum delictũ ipſius ſer-
ui, & tunc ſeruatur quod dicitur. C. de his qui ad eccl. confu. l.
ſi ſeruus. Aut propter paruulum vel nullum delictum, & tunc
ſeruatur quod dicitur. eo. ti. in l. alle. præſenti. §. fi. 17. q. 4. c. me
tuentes & c. vxor & c. diſſiniuit & c. idem conſtituimus & ſ.
eo. inter alia in fi. Si fugiens ad eccleſiam eſt liber, tunc aut fu-
6 git propter debitum tributorum: aut propter delictum. † Si
propter debitum tributorum, tunc extrahetur de eccleſia, vt
in auth. de man. prin. §. 1. & §. neq; aũt. ver. publicorũ vero tri-
butorũ. colla. 3. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. volumus, & § ne
ceſſitatem, colla. 2. vbi de hoc not. ſm Lamber. & Cy. in l. alle.
præſenti, ſed Pet. de Bel. perti. videtur dicere ꝙ debitores tri-
butorum non extrahentur de eccleſia ſed ibi citabuntur, & ſi
defendant ſe bene quidẽ, alias procedetur ad miſſionẽ in poſ-
ſeſſionem bonorũ & intelligit auth. alle. Aut propter aliud de
bitum, & tunc dabuntur ſibi. 30. dies in quib. ſecurè exeat, & ſi
ſententia feratur 1. illos 30. dies iudex ſententiam exequetur.
Si autem poſt illos dies fugiat ad eccleſiã, iudex exequetur eo
modo quo melius poterit, vt in d. auth. de manda. princ. §. ſed
ſm Pet. ſed gl. aliter intelligit ibi. Ia. vero de ra. intelligit ꝙ da-
bitur ſibi ſecuritas exeundi & ſtandi extra eccleſiam per 30.
dies infra quos reſpondebit vocatus ad iudicium, & ſic iudex
dabit ſibi electionem, vt impleat iudicata & renuntiet ſecuri-
tati vel redeat in eccleſiam, & h. d. ibi litera condemnabis eũ,
& duorum propones electiones &c. Si fugit propter delictũ
7 tunc aut quæritur ſecundum leges aut ſm canones. † Primo
caſu. ſ. ſm. ll. tunc aut propter atrox delictum, & non habebit
immunitatem. Aut propter minimum, & tunc habebit, vt C.
de his qui ad eccl. confu. l. 2. ſm Ia. de Ra. & Pet. ibi, ſed gl. ſen
8 tit idem ibi in quolibet delicto. † Si ſecundum canones tunc
aut delinquit in eccleſia, & tunc non habebit immunitatem,
vt in auth. de man. prin. §. neq; aũt col. 3. & 1. c. proxi. quod inci
pit immunitatem, & quod eſt c. vlt. in quibuſdam libris ſed in
libro meo eſt penult. vbi hoc tenuit Ber. & Hoſt. Si ergo quis
cõmittat furtum in eccleſia, patet per prædicta ꝙ non defen-
detur, licet Goſ. contra inducens. C. de epiſc. & cle. l. ſi quis in
hoc genus. Nec diſtinguo caſum circa intentionẽ furis, quia
furtum nunq ſit bona intentione niſi in caſu. 1. de fur. c. 3. ſm
Hoſti. hic & in ſum. eo. tit. §. inquantum ſub. §. quis ſi cõmittat
& Io. An. hic & G. de mon. Lau. extra de pœ. c. 1. gl. 2. in cle. Et
intellige ſane ꝙ delinquens in vna eccleſia non defendetur ab
alia eccleſia ſi ad eam confugerit, quia cum vna ſit eccleſia in
toto orbe terrarum iuxta illud Cãt. 1. vna eſt columba mea. 7.
q. 1. Nouatianus & 24. q. 1. loquitur, licet ſint multæ particula-
res eccleſiæ, qui iniuriam facit vni, facit oĩbus, vt hoc no. glo.
G. ſuper Ray. in ſum. eo. ti. & ſatis concordant Gau. & glo. G.
ſuper Ray. eo. ti. §. item ſi eccleſia & frater Io. in ſum. con. eo.
tit. q. 4. quæro & licet Goſ. in hoc contrarium in ſum. eo. ti. §.
ſed quæritur, & idem Lan. 17. q. 4. c. frater & coepiſcopus vbi
Io. videtur innuere ſm Archi. ibi idem cũ primis, & frater Io.
9 in ſum. con. eo. tit. q. 3. quis ſi commiſerit &c. & melius. † Aut
extra eccleſiam, & tunc aut delinquit prope eccleſiam, & tũc;
aut ex propoſito intendens per eccleſiã liberari, aliàs nõ com
miſſurus: puta interficit hoĩem inſidioſè in cemiterio prope
eccleſiam, & incontinenti intrauit eccleſiam & talem eccleſia
non defendit, vt ſ. c. proxi. & ſic poteſt intelligi. §. alle. ſed neq;
de man. prin. vbi excipit homicidas, adulteros, & raptores vir
ginum. Alij dicunt ꝙ aut corrigitur per c. ſ. eo. inter alia. nam
& raptorem virginum defendit eccleſia. 36. q. 1. de raptorib.
& hoc dicunt magiſtri cõiter ſed poteſt intelligi d. auth. ſicut
dixi, ſ. qñ rapina prope eccleſiam facta eſt, aliàs ſi longe ab ec-
cleſia ſecus, & ita poteſt intelligi dictum c. de raptoribus ſm
Ho. in ſum. eo. tit. §. inquantum ſub. §. cum quis ad eccleſiam
verſi. ſi vero maleficium &c. Aut non ex propoſito nec inten
dẽs per eccleſiam liberari ſed ex abrupto, puta quia probat qđ
ipſe & ille quem iuxta eccleſiam interfecit nullas habebãt an-
tea inimicitias inter ſe, ſed ex verbis ibidem inter eos ortis ad
homicidia peruenerunt, & talis immunitate eccleſiæ gaudere
debet, & ſic intellige quod no. Hug. ſ. c. proxi. gl. fi. vnde preſu
mitur contra eum quod malitioſè cauſa immunitatis conſe-
quendę hoc fecerit, niſi contra probet ſaltem per veriſimiles
coniecturas ſm Ho. ſ. c. proxi. pro quo facit lex. 1. C. ad l. Cor.
de ſica. Aut delinquit longe ab eccleſia, & tunc dum inſeque-
retur fugit ad eccleſiam, & tunc gaudebit immunitate vt ſ. c.
10 inter alia. † Fallit in duob. caſibus, ſ. vbi eſt publicus latro, vel
nocturnus populator agrorum, vt 1. eo. inter alia & 17. q. 4. ſi-
cut antiquitus ſm Ho. & Ber. in d. c. inter. & Hoſt. in ſum. eo.
tit. ſub. §. alleg. cum quis, vbi plene de hoc. quidã vero vt Lam
11 ber. in l. alle. præſenti. † Et iſtud membrum, ſ. quando quis lon
ge extra eccleſiam delinquit, ſubdiſtinguunt ſic, aut delinquit
ex propoſito & deliberatè, & tunc nõ gaudet immunitate ec
cleſiæ, vt in auth. de man. prin. §. neq; aũt homicidis. Aut ex ca
ſu, & tunc gaudet, vt ſ. eo. inter alia & eſt ratio. ff. de pęnis. l. ab
ſentem in fi. & pro hoc facit expreſſè. 1. de homi. c. 1. vbi ita vo
luerunt diſtinguere. Ber. & Hoſti. ſed contra iſtam diſt. eſt qđ
de raptore dicitur, qui gaudet immunitate. 36. q. 1. de raptori-
bus. & tamen ille delinquit ex propoſito & ideo Petr. de Bel.
perti. circa iſtud alias iſtud membrum ſubdiſt. c. Aut delictũ
commiſſum ex propoſito cõmittitur ſtimulo naturali, & tũc
delinquens gaudebit, vt in c. alleg. de raptorib. Aut ſine ſtimu-
lo naturali, & tunc non ſed ſm Goſ. & Inn. in d. c. 1. de homi. il
lud. c. loquitur de illo qui per induſtriam, i. per inſidias interfe
cit, qualis eſt publicus latro qui inſidiatur ſtratis qui non gau-
det immunitate eccleſiæ, & in hoc concor. Io. in c. alleg. ſicut
antiquitus gl. fi. & Hoſ. in §. alle. inquantum ſub. §. cum quis ad
eccleſiam verſ. ſui autem longe. ibi & de tali etiam poteſt &c.
& ſic ſecundum eos, niſi diœceſanus homicida gaudere debet
immunitate eccleſiæ, & idem tenent Inno. & Hoſt. ſ. eo. inter
alia. & Hoſt. ſ. c. proxi. in fi. & G. de mon. Lau. extra de pęni. &
remiſ. c. 1. in cle. & hoc poteſt probari ſic quia ſtandum eſt re
gulæ quæ eſt in c. inter alia præterquam in caſib. exceptis veri
ficat regulam. ff. de fundo inſtruct. l. quæſitum. §. deniq;. Item
fauor immunitatis eccleſiæ debet ampliari vt hic & ſ. c. prox.
& per totum, & hanc rationẽ aſſignat Ho. hic. & G. de monte
Lau. in d. c. 1. in cle. Item priuilegia & iura ſic ſunt interpretan
da vt, vtrunq; ſaluum ſit ſi fieri poſſit. ſ. de conſue. cum dilect.
de teſti. cum tu. 1. de ſpon. commiſſum. de ver. ſig. Abbate ſa-
ne. modo ab vna parte eſt priuilegium eccleſiæ, ab altera parte
ius volens maleficia puniri. 1. de ſen. excom. c. vt famæ. modo
data immunitate eccleſiæ nihilominus poteſt ſeruari ius. ſ. pu
nitionis maleficij & hoc, ſ. ſi exeat voluntariè, & ſuppoſito ꝙ
ibi remaneat detrudetur in monaſterium ad pœnitentiã per-
agendam. arg. l. di. ſi epiſcopus & C. de adul. auth. ſed nouo, vt
no. Inn. & Hoſt. in c. alle. inter alia. & in ſub. § alle. cum quis ad
eccleſiam ver. aliàs autem & hoc credo verius per hanc glo. vſ
Inn. Hoſ. ſentire quòd per iudicem eccleſiaſticum, fugiens ad
eccleſiam

eccleſiam bene poſsit inde abſtrahi & puniri eccleſiaſtica pœ
na. pro hoc facit quia contra ſeculares poteſtates non contra
eccleſiaſticas vr̃ hæc immunitas adinuenta, ad primum. 17.q.
4.frater ibi,q̃ nec poteſtatib.quidem vel principibus vnquam
licuit perpetrare & ead.q.diffiniuit;vbi violans puniri iubetur
ſeueritate regia,ergo de laicis loquitur. ad ſecũdum facit: quia
eccleſia non præſumitur priuilegiaſſe contra ſe.ṡ.de cenſi.cum
12 inſtantia.† Item iudex eccleſiaſticus non imponit pœnã mor
tis vel truncationis,à quib.debetur immunitas fugienti, vt in
c.alleg.inter alia & 36 q.1.de raptorib. Prædictę rationes con-
cludũt, quæ dicta ſunt in eccleſiaſtico iudice locum habere in
eccleſiaſtico domino, cum ſeruus eccleſiæ fugit ad eccleſiam
non puto ſm Io.And.in d.c.inter alia Inn.& Hoſt. ibi ſic intel
lexiſſe.imo abſtractio violentia,etiam per eccleſiaſticum iudi
cem vel dominum de ſubdito vel ſeruo fieri nõ poterit,vnde
l.2. C. de his qui ad eccl.confu.dicit nemini licere confugien-
tes ad eccleſias &c.& canones. 17.q.4.ſic iacentem reum ad eccle
13 ſiam fugientem nemo abſtrahere audeat &c. † Itẽ diffinit ſan
ctum conciliũ, vt nullus audeat confugientes ad eccleſias &c.
vniuerſale ergo negatiuum etiã eccleſiaſticos includit,ad hanc
partem facit.ṡ.de reſtit.ſpol.conquerẽte & ĩ.de ma.ex libero
ven.c.vno cum concor. Item patere legem quam tuleris.ṡ.de
conſti.cum omnes.Ad id quod dr̃ eccleſiaſticum iudicem nõ
imponere pęnam mortis vel truncationis,reſpon.de omni lo-
quitur pęna tex.illius.c.inter alia,& apertius auth.de man.princ.
§.q̃ ſi delinquentes colla.3. vnde nec gl.prædi.Inn.& Hoſt.lo
quitur de pœna, ſed de pęnitentia & cõcor.quod no. in prædi
cto.c.de raptorib.36.q.1.hæc Io.And.a verſic.per hanc gl.ci-
14 tra.† Et no.q̃ cemiterium eodem priuilegio gaudet quãtum
ad immunitatem quo & eccleſia gaudet immunitate, licet ſit
interdicta:ſicut clericus interdictus ſuſpenſus vel excõicatus,
gaudet priuilegio immunitatis circa manuum iniectionem,
& circa forum.81.diſ.dictum. Hæc.n reuerentia debetur deo
qui non deliquit,nec eccleſia ſua. ṡ. de his quæ fi.a ma. parte
capituli.c.quæſiuit. & nimis puniri vr̃ in eo quòd qs ſubtrahit
penſum debitum.ṡ.de eccle.miſſa.c.1.nec eſt addẽda afflictio
afflictio.ṡ.de cler.ęgro.ex parte.7.q.1.cum percuſsio,vt plene
no.Hoſt.hic & plenius in § alle.inquantum ſub.§. ſed nũquid
hoc priuilegium.idem Vinc.& Io.And.hic idem Goſ.in ſum.
huius tit.idem Arch.17.q.4.ſuper gl.pen.& c.vxor ſuper ver-
bo præcipimus.idem.G.de Mon. Lau.& Gen.extra pœnit.&
15 remiſ.c.1.gl.2.in cle.† Item no. quòd excõicatus gaudere de-
bet immunitate eccleſiæ,dummodo non ſit aliud canonicum
quod obſiſtat:& eſt ratio quia in hoc delictum excõicati nõ at
tenditur,ſed potius fauore dei,cui cõpetit iſte honor qui non
peccauit,arg.ṡ.de his quæ fi.a ma.par.capitu.c.quæſiuit ſecun-
dum G.de mon.Lau.in d.c.1.glo.2.de pęni.ſed ſm Hoſt.in §.
alleg.inquantum verſ.quid ergo.Contrarium poteſt dici verũ
eſſe, ſi excõicatur ab homine iuris ordine ſeruato: nam talis
alium excõicare non poteſt.24.q.1.audiuimus ergo vr̃ quòd
ſi quis manus violentas in ipſum iniecerit aliquam ſententiã
canonum incurrat, quia nihil ad nos de his quæ foris ſunt. ĩ.
de diuor.gaudemus,& quia non excõicatur niſi monitus.ĩ.de
ſent.excom.ergo quia incorrigibilis,& ſic amittit priuilegiũ.
ĩ.de ſent.excom.contingit.2. & c.in audientia.ſecus ſi excõi-
catur a canone.Vel poteſt dici in vtroq;,quòd non debet gau
dere,ex quo eſt in mora petendi abſolutionem, alias ſecus,ar.
ṡ.de con præ.quia diuerſitatem, ergo ſi per annum ſtat,eſt in
mora,arg.ĩ.de hære.excõicamus.1.§.1.11.q.3.ruſus & c.qui
cunq;;ſed gl.Guil.ſuper Ray.eo.tit.& frater Io.in ſum.confe.
eo.tit.q.5 quod deinde &c.tenent indiſtinctè,quòd non gau-
det ſed opinio.G.de mon.Lau.dicit Hoſ.vbi.ṡ.fore tutiorem
quam etiam credo veriorem,& eã tenet Goſ. Idem in degra-
dato, talis.n.retinet priuilegium niſi reddatur incorrigibilis.
ṡ.de iudi.cum non ab homine.ſecundum Hoſt.in § allega.in-
16 quantum ſub §.degradato.† Item no.quòd ſi aliqui volentem
de loco immunitatis extrahant, & ſit extractum ad mortem
vel membrorũ mutilationem condemnent,non propter hoc
videtur eccleſia offenſa , quia ſola violentia punitur.ṡ.eo.inter
alia.§.1.ſm Goſ.& Hoſt.ṡ.c.proxi.idem Hug.17.q.4.diffini-
nit & Arch.eo.cauſa & q.c.rerum gl.2.& G.de mon.Lau.c.1.
17 † Item no. quòd hãc immunitatem habet eccleſia nedum in-
fra ipſam eccleſiam ſed ẽt extra, & vſq; ad 40. paſſus ſi maior
ſit eccleſia,ſ.matrix vel infra eccleſiam,& vſq; ad 30.ſi minor
puta capella eſt 17.q.4 ſicut antiquitus & c. frater & c. minor.
Capellæ vero quæ ſunt infra ambitũ murorum.ſ.ciuitatis ca-
ſtri,vel villæ, non ponuntur in hac 30.paſſuum obſeruatione.
17.q.4.quiſquis. ex quo ergo aliquis delinquẽs vel aliud ad ec
cleſiam fugiens, infra dictum ambitum ſe receperit eccleſia
ipſum ſeruare debet.25.q.5.reos.vt no.Hoſt.in §.alle.in quan
tum.ver.immunitatem. Item iſtam eandem immunitatẽ ha-
bet palatium epiſcopi,vt.17.q.4.c.id conſtituimus ſecundum
Io.ibi.1.gl.& Inn.& Hoſt.ṡ.eo.tit.inter alia licet alij qui dicũt
contra,intelligant illud.c.q̃n palatium epiſcopi eſt infra fines
deſignatos eccleſię.41.diſt.c.epiſcopus.ſed ſm hoc nullũ pri-
uilegium habet palatium epiſcopi,nã & domus quæ infra præ
dictos fines ſunt illo priuilegio gaudent,vt 17.q.4.quiſquis &
ideo prior opi.magis placet Hoſt.idem Io.in c.alleg.id conſti-
tuimus in 1.gl.adde hoc etiam quidam &c.idem Aſten.lib.6.
18 eo.ti.arti.5.vbi tractat de iſta materia.† Bar.Brix.in q.ſua do-
minicali,quæ incipit carceratus quidam quærit,vtrum carce-
ratus,qui cuſtodi carceris iurauit,quòd rediret ad carcerem,ſi
permitteret eum audire miſſam , qui cuſtos recepto eius ſa-
cramento permiſit eum intrare eccleſiam , & carceratus non
vult redire allegans immunitatem eccleſię,compellatur exire,
& ſoluit,quòd ſi iniuſtè detinebatur nõ tenetur redire,ſi iuſtè
detinebatur ab eo.ſ.qui poteſtatem habet detinẽdi,redire de-
bet,ſecundum Gug.alias Hoſt. Veruntamen eccleſia non de-
bet eum reddere , nec debet extrahi per violentiam de eccle-
ſia , niſi prius fuerit ad vitam & ad membra ſeruatus , vt in c.
inter alia.idem dicit Tan.

¶ Super eo.c.Si quæritur qua pęna violantes immunitatẽ ec-
19 cleſiæ puniantur,† dic vt no.Hoſt.in ſum.eo.tit.§.vlti.& Goſ.
in ſum.eo.tit.§.vlti.& frater Io. in ſum.con.eo.tit.q.21.de pę
na violantium &c.& frater Aſten.eo.tit.lib. 6.arti.7.& dixi.ṡ.
de foro comp.cõqueſtus,& hoc de iure canonico. De iure ve
ro ciuili vide per Lamber.de Sali. C.de epiſ.& cle.l.ſi eccleſiæ:
vbi diſtinguit, aut quæris violatũ priuilegiũ per indebitã mu
nerum exactionem, aut per illicitam rerum eccleſiaſticarum
alienationem,aut per aſtutam priuilegiorum interpretationẽ
20 aut alio modo.† Si per indebitam munerum exactionem,pœ
na exigentis eſt deportatio,vt C.de ſacroſan.eccl.l.placet.Si p
illicitam rerum eccleſiaſticarum alienationem,tunc pœna eſt
quòd rem reddat & amittat pretium. C.de ſacroſan. eccl.l.iu-
bemus nulli.§.ſane.Si per aſtutam priuilegiorum interpreta-
tionem, tunc qui ſic interpretatur infamis eſt. C.de legibus.l.
2.Aut violat alio modo quàm iſtis , vt ſi cum audiuit eccleſiã
allegantem priuilegium ſuum diſsimulauit,tunc punitur pę-
na.5.lib.auri,vt in l.alleg.ſi eccleſiæ.

¶ Ne clerici vel monachi negotijs ſecularibus ſe
immiſceant. Rubrica.

1 *Clerici in ſacris conſtituti non negotientur.*
2 *Negotium ſeculare triplex.*
3 *Negotia criminalia clericis interdicta.*
4 *Beneficiati nego.ſecu.non ſe immiſceant.*
5 *Clerici ſimplices nego.ſecu.tractent.*
6 *Religioſi nego ſecu.non ſe immiſceant.*
7 *Clerici neceſſitate vrgente,manibus victum quærant.*
8 *Negotiationes illicitę.*

VLta ſunt. Si quæris,quæ negotia ſunt cle
ricis vel monachis interdicta,
& quæ non. diſt. Aut non eminet neceſsitas , aut
eminet,ſi non eminet,tunc aut de clericis ſecula
1 ribus,aut de monachis. † Si de clericis ſecularib.
tunc aut quæris de clericis in ſacris ordinibus conſtitutis,puta
presbytero,diacono, & ſubdiacono, de conſe.diſt.2.c.tribus
gradibus.& c.ſe.aut de alijs.Si de conſtitutis in ſacris tunc,aut
quæris de negotijs ſecularibus,& illa omnia ſunt omnib.cleri
cis interdicta regulariter,ſicut probat rub.huius tit.No.tamẽ
2 quòd negotium ſeculare dicitur trib.modis.† Primo,quilibet
actus ſecularium rerũ,vt officia,& commercia,quę fiunt pro
ſecularibus rebus acquirendis,de quib. hic plures enumeran-
tur,& dic quod ab his quæ illicita ſunt,& turpia omnes cleri-
ci abſtinere debẽt. Honeſta vero negotia agere poſſunt,vt hic
verſ.nec tamen iuſtè. Secundo,dicitur ſeculare negotium iu-
dicium de reb.ſecularibus,& hoc poſſunt tractare clerici oẽs
inter ſe indiſtinctè.11.q.1.c.ſicut.§.ex omnib. Tertio, dici-
tur negotium ſeculare.i.ſecularium hoĩum & inter ſeculares
3 horum aliqua ſunt criminalia aliqua ciuilia. † Criminalia ſunt
vbi de ſanguine agitur,& ſunt clericis interdicta.ĩ.eo.ſenten
tiam. in quibus nec aduocati etiam ex parte rei fieri debent,
quod dic vt no.ĩ.de homi.ad audientiam . Ciuilium vero ali-
qua ſpectant ad forum eccleſiæ tantum,ſicut cauſa matrimo-
nij,& legitimationis.ĩ. qui filij ſint leg.c.cauſam.ṡ. de or.cog.
tuam.

tuam.ius patronatus.ſ.de indi.quanto.& de decimarum.ſ.de
deci. qm̃ & c.a nobis. & talia tractant clerici tantum iudican-
do,& nõ alij vt in ſupradictis iurib. Aliqua vero ſunt quæ ſunt
tantum fori principaliter ſecularis, & de his & de iſtis non in-
tromittunt ſe clerici niſi in caſibus,vt no.ſ.de foro compe.cũ
ſit generale.& c.ex tenore.ſm Hoſti. hic.& Goſ.& Hoſti.in
4 ſum.ſuis eo.tit.§.2. † Si quæris de alijs clericis,ꝙ illis qui ſunt
in ſacris ordi.conſti.tunc aut de beneficiatis, & tunc idẽ quod
in exiſtentibus in ſacris, quod dic vt leg.& no.ſ.de poſtu.c.1.
5 j.de cle.ve.c.2. ſm Hoſt.& Io.And.hic.† Aut de alijs clericis,
& tales poſſunt ſe immiſcere negotijs ſecularib.& et cõtrahe-
re:vt ſ.de vita & honeſ.cler.c.clericus.ſi tonſuram ſed vtrum
hoc faciendo,perdant priuilegium clericale,dic vt dixi ſ.de vi
ta & hone.c.vlt.Item dicunt Hoſti.& Io.And.j.c.proxi.ꝙ nõ
prohibetur ibi nec alio iure,quo minus clericus in eccleſiaſti-
cis,& coram eccleſiaſtico iudice,poſsit fieri procurator laici,
& ideo eſt admittendus.ff.de procu.l.mutus.§.1.ad hoc.j.de
ſymo.cum eſſent. vbi etiam de hoc ſicut econuerſo de procu
6 ratorib.c.1.lib.6.† Si q̃ris de religioſis, dic ꝙ tales debẽt omni
no a negotijs ſecularib.abſtinere,vt hic in fi.niſi abbate pręci
piente, & vtilitate monaſterij ſuadente, quod dic vt 16.q.1.c.
7 monachi.2. & ſ. de poſtu.ex parte. † Si vero eminet neceſsi-
tas,tunc poteſt manib.proprijs victum quærere.91. diſt.cleri-
cus victum.de conſe.diſt.5.nunquam.10.q.3.cauendum.ſ.de
cen.cum apoſtolus.& hoc tenet Ber.Inn.& Hoſt.j.eo.ſecun-
dum Hoſt.in c.ſe. ſicut quod & monachis non eſt interdicen
dum.Vnde & in regula beati Benedicti præcipitur prouideri,
per cuius manus negotia procurentur,vt hic in verſ.nec tamẽ
8 ſecundum Hoſt.in ſum.eod.tit.§.quæ ſunt permiſſa.† Et no.
quòd negotiationes ſunt inhoneſtę,& illicitę multis modis.
Primo ex cauſa pũta cupiditatis. 14.q.4.quicunq;. Secũdo,ex
tempore puta in feſtiuitatib.quibus non eſt licitum negotia-
ri.ſ.de ſer.c.1.& fi. Tertio, ex loco vt in eccleſia vnde domi-
nus ementes,& vẽdentes eiecit de templo Io.2.& ſ.tit.pxi.
c.1.& c.cum eccleſia de cuſto.Eucha.c.2.Quarto,ex perſona,
vt hic & j.e.per totum.Quinto ex re.Sunt.n.aliqua in quibus
non eſt licitum negotiari,vt in his quæ per,ſe nec cum admix
to poſſunt eſſe vtilia,ſicut ſunt aliqua venena.ff.de contrahen.
emp.l.quòd ſepe.§.veneni ſecundum Inn.& Hoſt.Abb.& Io.
An.hic & de hoc vide ple.per Ray.& per fratrem Io.in ſum.
con.tit.de neg.ſecularib.q.1.& 2.& per totum & de pe.cle.im
miſſe nego.ſecularib.vide per Hoſt.in ſum.eo.tit.§.fi.& adde
quod dicam.j.de vſu.c.vlt.diſt.vlti.

1 *Clericus negot.ſecu.ſe immiſcens, an priuilegiũ clericale perdat.*
2 *Clericus foru ſuo,non renuntiat.*

SAcerdotibus. Si quæris vtrum clericus
adminiſtrationi rerũ ſeu
negotiorum laici ſe immiſcẽs , & ex hoc obligatus
gaudeat priuilegio clericali,& debeat ei per eccleſiã
1 ſubueniri,diſt.† Aut quæris vtrum eccleſia ei debeat ſubueni
re,ipſum de ſua pecunia liberando,& pro ipſo ſoluendo,& dic
quod non,ſm Ber.hic in fi.gl.ſuæ & Vinc.& Hoſti.& Io.An.
Aut nunquid debeat ſibi ſubuenire ipſum in ſuo priuilegio
tuendo,& tunc,aut eſt monitus nominatim, & canonicè ſub
pœna amiſsionis priuilegij clericalis , quòd de talib.ſe non in-
tromittat,& poſt talem monitionẽ non gaudebit quo ad hoc
priuilegio clericali,ſecũdum Ber.hic in ver.intellige ergo.Aut
non eſt monitus noĩatim, & tunc, aut epiſcopus denuntiauit
publicè in ſynodo,ne quis clericus ſe intromittat de talibus,
hoc prohibẽdo ſub pęna priuilegij clericalis, & certus ſit qui-
cunq; clericus,ſi cõtra venerit quod in nullo ſubuenitur ei ab
eccleſia tanquam omni priuilegio denudato,& tunc non gau-
debit quo ad hoc priuilegio clericali,& ita dicit Ho.hic & Io.
And.poſt eum hanc literam intelligi poſſe ſine calumnia. Ta-
lia.n.edicta loco trinæ monitionis ſuccedunt.ſ.de appel.præ-
terea.ſ.de lo.& conduc.c.1.j.de ſent.excom.a nobis.1.& iſtũ
intellectũ, hæc litera ſonat plane,quando dicit in prin.denun-
tiet publicè , & poſtea ibi quod ſi poſtmodum &c.ita etiã in-
telligit iſtam literam Hoſt.in ſum.eo.ti.§. quæ ſunt permiſſa.
ſub.§.non debent verſi.ego intelligo.Vnde in iſtis duob.caſi-
bus vltimis non gaudebunt clerici priuilegio clericali quo mi-
nus rationem reddant in loco in quo adminiſtrationem geſſe
2 runt.C.vbi de ratiõ agi oportet.l.1.& 2.† Nec obſtat.ſ.de foro
compe.ſi diligenti, quia nullo verbo poteſt clericus renuntia-
re foro ſuo,vt ibi & j.de ſent.excom. contingit.1.ſed ipſo fa-
cto contrario poteſt,vt hic & j.de ſent.excom.perpẽdimus
& c.in audientia & c.contingit. 2. quia fruſtra legis auxilium
inuocat &c.ſ.tit.1.c.immunitatem ſecundum Hoſtienſem.

1 *Malum non faciendum prætextu boni.*
2 *Recompenſatio multiplex.*
3 *Recompenſatio quandu licita.*

NOn magno Ad declarationem glo.primæ
Ber.hic.Si quæris vtrum pręte-
xtu vel in compenſationem boni,malũ vel maio
ris boni minus bonum ſit faciendum , diſtingue.
1 † Aut quæris de primo,vt prętextu boni ſit malum faciendũ,
& dic ſimpliciter,& generaliter,quod nõ,ita intellige iura per
Ber.hic in prin.alle.1.q.j.non eſt putanda.14.q.5.ſore.27.q.2.
ſi tu abſtines j.de vſuris ſuper.eo.32.q.4.ſicut ſanctius.22.q.
2.primum.& c.ne quis arbitretur.Aut quæris de ſecundo, &
2 tunc refer:,† nam multiplex eſt recompenſatio:quandoq;.n.
in d.§.ſi quis diuinis.glo.j.prius dictum verius credit, quia ver
bum habeo præſens tempus non excludit,vt dicit Goff.& hãc
ſententiam tenet Hoſtien.in ſumma hoc tit.rubrica de matri
monio.§.qualiter contrahatur.verſi.quod ſi dicat. iuro &c. &
verſic.quid ſi dixerit.& verſi.ſe.dicens quod qõ dubitationẽ,
non habet,ſi verbum de cetero fuerit expreſſum,vt hic , & in
cap.alleg.quemadmo.in princ.quod credo verius de hoc etiã
per gloſſam ſuper Ray.hoc titu.ſuper verbo volo te de cetero
& per fratrem Ioannem in ſumma conf.tit.de matrimo.q.4.
ſed nunquid & tribus qõnibus ſeq.& Aſten.tit. de cauſa effi-
ciente matrimonij,arti. 1.q. quid ſi dicatur viro.& 4. quæſtio
nibus ſequentibus.

1 *Iurans ducere incertam , an cogi cum certa contrahere poſſit.*
3. 5.
2 *Sponſalia ſicut et matrimonium non poſſunt interuenire niſi inter*
perſonas certas.
4 *Nemo ſine actione experitur.*
6 *Is profitens in genere religionem, compellendus eſt quam volue-*
rit ingredi.

EX literis ſiluanaten. Si quæritur , v-
trum iurans ali
quam mulierem non determinatam ducere in vxo-
rem poſſit præciſè cogi cum aliqua certa, vel incerta
1 contrahere, Diſtingue.†Aut quæris vtrum in eo caſu ſponſa-
lia ſunt contracta,& ex vi ſponſaliorum ad hoc cogi poſsit. &
dic quòd non,quia incerta ſponſalia non ſunt ſponſalia.arg. 30
q.5.noſtrates.ff.de teſtamen.tuto.l.duo ſunt Titij.de libertis,
& poſth.l.nominatim.vt not.hic in glo.1.ver.ſed videtur vſq;
in fi.& hoc probat Innoc. hic dicens,†quod nec ſponſalia, nec
2 matrimonium poſſunt interuenire niſi inter certas perſonas,
idem Archid.j.eodem c.vnico ſuper verbo,determinatæ.lib.
6.& Guil.& Gen.extra de relig.do.cap.j.ſuper verbo aliquam.
in cle.& Ioan.And.hic. Eſt verum, quod ex vi ſponſaliorum,
incertorum nulla eſt obligatio , quia ſi diceres,incerta eſſe ſpõ
ſalia,ſequeretur quod quælibet de filiabus Titij fuiſſet , ſimul
ſponſa,& ſic nullam earum habere poſſet in vxorem propter
publicam honeſtatem,infra eod.c.vno.in prin.lib. 6. ſecundũ
Ioan.And.licet Hoſt.in hoc contra. in quæſtione huius glo. ſ.
quando quis iurauit ducere in vxorem vnam de filiabus Titij,
& poſtea vnam earum carnaliter cognouit,dicens quòd incer
titudo ab initio declarata eſt ex poſt facto,vnde in ipſa cogni-
ta firmantur ſponſalia.arg.ꝭ.de offic.deleg.ex parte. j. & quo
ad forum contentioſum matrimonium eſt præſumptum. j.e.
is qui fidem.ſicut & aliàs ab initio ſponſalia conditionalia, &
incerta ex poſt facto,per carnis copulam pura fiunt j.de cond.

3 appellat. de illis.& c.ſuper eo.& c.per tuas.†Item cum iuraue
rit vnam illarum ducere,nec poteſt ducere niſi iſtam,tenetur
ſaltem in hac domino reddere ſuum iuramentum.argu.no.ꝭ.
de iureiuran. debitores.& hoc ſatis ſolutum intelligitur , per
id quod leg.& not.j.de diuor.c.gaudemus.§.quia verò pagani
& §.qui autem.ſecundum eum hic,& in ſumma.eod.titu.rub.
de matrimo.§.qualitercunque.q.18.quid ſi in præſentia.& Bar
to.Brix.in q.dominicali.quæ incipit , quidã propter pacẽ.&c.
& ſic dixiſſe Tancred.quod concedo,ex vi iuramenti,non au-
tem ſponſaliorum,cum non ſint ſecundum primos.Aut quæ-
ritur vtrum ex vi iuramenti ad hoc cogi poſsit,& tunc aut ad
inſtantiã patris,& ex iure reſidente in perſona patris,& credo
quod non.arg.hic in ver.quo volente.vbi habes ꝙ epiſcopus,
volebat iſtum G.compellere ad obſeruationem iuramenti ,
quaſi velit innuere,ꝙ ad mulieris inſtantiam hoc fieri nõ po-
terat,cum nullum ius in eo habebat.†nemo.n.ſine actione ex
4 peritur.ff.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.vlti.de admini.tuto.l. quo-
tiens.§.ſi item ſi pro temporali.Aut quæritur,an ex officio ſu
perioris,& tunc aut iurauit ducere in vxorem vnam incertã,
de certis infra quartum gradum conſanguinitatis ſeinuicem,
attingentibus,vt vnam de filiabus Titij,vel de tali conſangui
5 nitate.†Aut generaliter vnam de pluribus ſeinuicem non at-
tingentibus,puta vnam de omnibus mulieribus mundi.In pri
mo caſu,aut vnam ipſarum cognouit , & tunc cogitur illã du
cere in vxorem,cum nullam aliarum ducere poſsit,& ita intel
ligo opin,prædictam Hoſt.& iura alleg.per Ber.in hac glo.2.
in prin.& hoc tenent Laur.& Goff.& etiam Ber.hic in verſi.
ſed contrarium eſt verum,&c.licet Vinc.& Phi.dicant eum,
præciſe non compellendum,& præſentiam ſibi debere impo
ni de periurio,quia per eum ſtat arg.ꝭ.e.de illis.Aut nullam ip
ſarum cognouit,& tunc poteſt cogi vnam ipſarum quam ma-
luerit ducere in vxorem.& quamcunque duxerit ſatisfacit ſuo
iuramento.arg.huius c.In ſecundo caſu poteſt compelli vnam
de omnibus mulieribus ducere in vxorem,& vnam ducendo
ſuo iuramento ſatisfacit ſiue aliam mulierem cognouerit, ſi-
ue non,quia hoc non videtur elegiſſe ſm̃ Hoſt. & Ioan. And.
Nam cum iuramentum ſit licitum , illud adimplere tenetur ,
vt ꝭ.de ieiur.ſi verò.& per totum j.eod.commiſſum.& hic.
Nam hic iſte Gof.non cogitur illam quam iurauit ducere, in
vxorem,vel recipere in vxorem vi.ſponſaliorum,de quib. nõ
apparet ꝙ interuenerint,ſed vt iuramenti,& ex mero officio
ſuperioris non ad inſtantiam partis,& hoc quod dicũt Ber. &
Inno.hic, ꝙ ſi iuro accipere vnam de filiabus Titij,nulla ſpon
ſalia cum aliqua illarum contracta ſunt,locum habet in ſpon
6 ſalibus carnalibus,ſecus in ſpiritualibus,hoc eſt in profeſsio-
ne religionis †vt ſi quis dicat,profiteor vnã de religionibus ap
probatis,quia cum ſit religioſus in genere,compellendus eſt,
per eccleſiam alteram quam voluerit de approbatis religioni
bus intrare,ex quo de voto in iudicio fuerit ſibi facta fides.ar
gu.j.de regula.cap.conſtitutionem.§.pen.lib.6.plus.n. conue
niunt religiones inter ſe,quam mulieres inter ſe,maxime quo
ad tria vota ſubſtantialia. Vna etiam eſt eccleſia, & vnus Deus,
nam de occultis iudicare non habet.j. de ſimon. ſicut nobis.
& c.tua.nec in foro pœnitentiali. ꝭ.de ætat.& qualit.ad aures.
de voto.per tuas,& j.de pœni.omnis.Nec obſt.quod hic dici
tur,quia cum Deus cum quo contrahitur ſpirituale matrimo
nium,ſemper ſit certus,ſemper tenet pollicitatio ſibi facta.27
q.j.c.j.& 2.ff.de polli.ſi quis rem.§.voto vt hic not.Hoſt.ꝭ.de
cenſi.ex parte.quæ decretalis,etiam facit expreſſe pro eo, qđ
4 dictum eſt.ꝭ.quod licet nulli ſpecialiter facta ſit promiſsio ſi
ue votum,tamen vouens obligatur vt ibi patet, & ꝭ.de voto
c.licet.& c.magnæ,ſecundum Archid.qui hoc idem no. 12.q.
j.c.ſancimus,glo.adde hac ratione videtur, & idem Guili. de
Monte.lau.& Gen.extra de relig.do.cap.j.ſuper verbo aliquã.
in clementina.

1 *Vxor detenta à marito repeti poteſt.*
2 *Inimicus licet poſſit auferre rem inimici,non tamen eius vxo-*
rem.
4 *Celebrans in eccleſia interdicta an irregularitatem incurrat.*

NOn eſt. Si q̃ris qualiter maritus poteſt pete
re vxorem ſuam. Diſtinguit Ber.hic
1 in j.glo.cum quo conc.In.†Ho.verò ducit, ꝙ ſiue
volens,ſiue inuita detineatvxor, ſm̃ canones ſim
pliciter petẽda eſt,quia vxor,& maritus,quia mari
tus vt ꝭ.eod.c.proxim.& præceden.nec curat de actione , ve
ꝭ. de iudi. dilecti.Et eſt hic ſm̃ Hoſtiẽ. caſus ſpecialis,contra
illam

illam regulam generalem, lis nulla inter patrem & filium eſſe
poteſt.ff.de iudic.l.lis nulla.& eſt ratio ſpecialitatis periculum
animarum,& fauor matrimonij, & authoritas authoris ipſius
.i.Dei contra quem nulla lex poteſt valere.ſ.de ma.& obedi.
cum inferior. & patet in his quæ no.ſ.de præben.extirpandę.
§.2.& de conſuc.c.fin.Et qualiter pater poteſt petere liberos
ſuos,vide ſ.de conuer.infidelium.ex literis.glo. j. per Ber. &
2 no.ſecundum Vinc.& Abb.hic.† ꝙ licet inimicus poſsit mihi
auferre rem meam,non tamen vxorem. pro primo facit. 23.
q. 5.ſi vos. pro ſecundo quia poteſt in hoc imminere pericu-
lum animarum. infra de donatio. inter virum & vxorem per
noſtras.

Super eo. c. ¶ Si quæris vtrum pro delicto vnius al
ter puniatur , vt dicam , j. de pœnis,in
quibuſdam.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo. Ber. ergo vi-
3 detur.ſi quæris vtrum celebrans in ec-
cleſia in qua eſt ceſſatio à diuinis , incurrat irregularitatē.† In-
no.hic in glo.ſua.2.dicit quod ſic contrarium tenet.ſ. de offi.
ordin. irrefragabilis.in glo.j.notoria.in fin.ſed quod dicit hic,
verum eſt quando ſit ceſſatio authoritate legati, vel epiſcopi,
vel iudicis delegati.ſed ſi fiat authoritate alterius,tunc verum
eſt quod dicit in gloſſ. contraria,vt no.Guil.aliàs Archid.j.de
excommunic.is. qui ſuper verbo celebrat.lib.6.& vide quan-
do notat Io.An.j.de offi.ord. ſi canonici.ſuper 4.gl.in nouel.
la.libro 6.

1 *Fornicarius videns conſanguineum contrahere,cum ea quam co*
gnouit,reuelare ei tenetur.

2 *Cōſanguineus debet credere fornicario reuelanti cognouiſſe quā*
ducere vult.

3 *Matrimonium contrahendum an impediatur per reuelationem*
fornicarij dicentis ſe cognouiſſe, quam conſanguineus duce-
re vult.

4 *Matronæ quomodo debeant viſitare mulierem.*

PRæterea. ¶ Si quæris vtrum fornicarius,vi
dens conſanguineum ſuum con-
trahere matrimonium cum illa quam cognouit te-
neatur hoc conſanguineo ſuo reuelare, & vtrum ei-
dem hoc dicenti,& reuelanti ipſe conſanguineus volens con
trahere credere teneatur. & per hoc matrimonium impedia
1 tur. Diſtingue. † Aut quæritur primo vtrum teneatur hoc con
ſanguineo ſuo reuelare. & dic ꝙ ſic. 35.q.3.ſi homo. vbi not.
Lau.& Archid.glo.j.& hic.verſ.hoc not.Ber.in j.glo. Hoſt.&
2 Abb.poſt eum. † Aut quæris vtrum eidem hoc dicenti,& reue
lanti ipſe volens contrahere credere teneatur, & dic ꝙ ſic ſe-
cundum Lau. Goff.hic. & hic ar.ar. illius c.ſi homo.vbi dici-
tur ꝙ talis fornicarius teneatur hoc reuelare fratri ſuo cōtra-
here volenti cum fornicaria ſua,& a peccato prohibere. arg.2.
q.j.ſi peccauerit.& per hoc frater tenetur credere, & a cōtra-
hendo abſtinere,donec perfectè ſciat veritatem, & hoc pro-
pter periculum quod vertitur in hoc caſu, & hoc fixè teneas
ſecundum Hug.& Archi.in c.alle.ſi homo. pro quibus facit,
quia fruſtra fieret ei talis reuelatio niſi credere tenetur.arg.ff.
de no.ope.nunc.l.j. & j.de no.oper.nunc.per totum . Sic a ſi-
mili,fruſtra peccator reuelaret facta ſua in confeſsione,niſi ſi
bi crederetur,& ideo ſibi creditur in foro pœnitentiali, vt ſe.
& no.j.eod.tua nos.in fi.j.de pœnit.& rem. c.officij.& c.om
nis.de ſent .excommu.& c.inquiſition.immo quod plus eſt ta
lis reuelatio aggrauaret conſcientiam ſuam ſi contra faceret.ar
gum.ſ.de reſcrip.c.vlti.ff.de peti.hæred.l.item veniunt. §. a
quo C.de rei vendi.l.ſi fundum.Vnde hoc caſu vbi de pericu
lo animæ agitur ad dictum vnius credere tenetur.argum. eo-
rum quæ leg.& no.j.q.4.§.notandum.ſuper verbo dixerit.22
q. innocens.11.q.3.non ſolum. 23.q.4.quam magnum. licet ,
Vinc. Tanc.& Ber. hic in j.gl.teneant contra ; pro quibus facit
dictum Bernardi ad Eugenium hāc tibi generalem ſtatuas re
gulam.vt omnem qui palam veretur dicere quod in aure locu
tus eſt,ſuſpectum habeas.ſed primum vtrum dictum verius,
eſt propter periculum animarum,ſecundum Archi.in c.alleg.
3 ſi huiuſmodi. † Aut quæritur de tertio,vtrum per hoc matri-
monium contrahendum impediatur, & tunc. Aut iuramen-
tum non interuenit de matrimonio contrahendo.& dic ꝙ ſic
vt hic. Aut interuenit, & tunc ſecus,vt j.de conſang.& affini.
c.ſuper eo.ſm Bern. & Inn.luc.fama tamen impediret matri
monium contrahendum etiam iuratum,vt in d.c.ſuper eod.
& ſecundum hoc plus operatur fama, quam teſtimonium v-
nius,vbi matrimonium eſt iuratum ad ipſum impediendum
ſecundum Tanc.Phi.Goff.& Ber.hic,& Io.And.poſt eos.idē
in c.alle.ſuper eo. Alij verò ſupplent hic maximè,nam & ſi iu
ramentum interueniret,eadem ratio remaneret, quia ſi verū
eſt,quod aſſerit in perpetuum, non erit vxor, nec ad ſecunda
vota,deficiente probatione plena poterūt conuolare,& ſic cō
tingit deterius,quod igitur vituperari poteſt,præuaricari de-
bet. ſ.de ſeruis non ordi.c.j. Hoſt.verò dicit, ꝙ quia hoc poſ-
ſet fieri in fraudem,vt.ſ.matrimonium impediretur, vt j.4 de
clandeſti.deſponſ.c.cum inhibitio §.ſi.per quem.§. patet aper
te ꝙ ad dictum vnius matrimonium impeditur. Nam & ſecū
dum Goffr.hic tenue argumentum impedit contrahendum,
ſed vehemens exigitur ad dirimendum contractum. 32. q. 1.
dixit dn̄s. & eſt ratio.ſ.de iureiur.quemadmodum. §.quod ſi
poſt huiuſmodi.& conſulit iudici , ꝙ conſideret qualitatem
perſonæ teſtificantis,vtrum ſibi diſpliceat matrimonium,vel
non, vtrum ſit vilis perſona, & infamis, & quæ conſueuit paſ
ſim deierare,vel homo bonæ & integræ opinionis, & alias cir
cunſtantias,quæ in talibus occurrere poſſunt, & ſecundū hoc
prohibeat fieri matrimoniū vel concedat.ar.j.eo.cum in tua.
vbi de hoc in glo.imo& turpis.ſ.de tranſact.c.ſi .de iureiur.c.
iuramentum.j.titu. j.atteſtationes.cum ſuis ſimilibus.& tra-
hat mulierem ad partem,& videat quid confitebitur, & ſi di
cat ſe virginem, faciat ipſam inſpici, & ſi reperiatur virgo,pla
4 num eſt ꝙ teſtimonio illius non eſt credendum . † caueat ta-
men ꝙ matronæ non decipiantur , diligenter inſpiciant cum
oculo,& cum manu,& ꝙ in talibus peritę ſint,& honeſtæ. 26.
q.j.nec aliqua.Nec ob iuramentum præſtitum ſi iudici videa
tur,ꝙ verum ſit teſtimonium,habet.n. conditionem tacitam
niſi rationabile quid ſiſtat.vt ſ.de iureiur.quemadmodum. &
quo ad Deum ſpectat,cuius tota hæc cauſa eſt,inter ſimplicē
loquelam & iuramentum non eſt differentia facienda.22.q.5.
iuramenti ſecundum. Hoſt.cui non placet opin.prædicta Ber.
& Inn.quia eſt contra mentem.Sed mihi videtur ſecurior ar-
gum.a contrario ſenſu huius c.quod eſt fortiſsimum in iure,
ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.l.j.§.huius rei.ſ.de his quæ fi.
a prælat.cum apoſtolica.in fi.nec mirum ſi Papa qui poteſt ſta
tuere impedimentum ſuper matrimonio contrahendo,vt pa
tet.ſ.eod.iuuenis.j.de deſponſ.impuber.c.literas.& c.acceſsit
de eo qui duxit in matrimon.per totum.de cogn. ſpiritua. &
de cogn.leg.per totum. aliud ſtatuit in matrimonio contra-
hendo ſine iuramento, cum iuramentum licitum ſit ſeruan-
dum,dummodo in alterius præiudicium non redundet , nec
obſeruatum vrgeat in diſpendium ſalutis æternę.ſ. de iureiu.
cum contin.& c.ſi verò cum ſuis concor.

1 *Mulier ſuperinducta per virum,ſuper primo matrimonio impe-*
ditum an poſsit ſe opponere.

2 *Matrimonij impediendi gratia mulier ſuperinducta,an præfera*
tur viro in cauſa proſequutione .

1 VEniens. ¶ † Si quæris vtrum,& qualiter mu
lier ſuperinducta per virum, qui per
primam mulierem ſuper primo matrimonio impe
ditur,poſsit ſe opponere,excipere , & executionē
ſententię impedire. Diſtingue. Aut quæris vtrū ad-
mittatur,vt aſsiſtat viro qui principaliter ſuper matrimonio,
conuenitur. Aut vtrum ſit præferenda ipſi viro in proſecutio
ne.Si cauſæ vt aſsiſtat,tunc, aut vt aſsiſtat ſolum nihil oppo-
nendo, vel excipiendo,& dic ꝙ ſic ſecundum Inn.& Hoſt. &
facit.j. de procu.c.2.in fi.lib.6.cum ibi no.per Io. Andr. Aut
2 vt aſsiſtat ſe opponendo & excipiendo, & tunc † aut quæris,
primo vtrum poſsit ſe opponere & excipere ante ſententiā,
diſtinctam , aut poſt. Nam ſi ante , tunc aut agitur petitorio,
& tunc poteſt proponendo de iure.ſ.quòd ipſe vir eſt maritus
ſuus legitimus , & non primæ, & hoc ſiue coram iudice de-
legato,ſiue coram ordinario,licet aliàs non ſit eius ordinarius
vel delegatus. argum.ff.de quibus rebus ad eundem iudicem,
eatur,per totum.ſ.de re iudi.cap.cum ſuper controuerſia .
aut agitur poſſeſſorio,& tunc aut poſſeſſorio reſtituendæ poſ
ſeſsionis, & tunc,aut quæris vtrum poſsit proponere ad im-
pediendum reſtitutionem viri de proprietate.ſ. quod prius
fuerat ſibi deſponſata,vel quod tenebat matrimonium cum
prima contractum propter aliquod impedimentum , & dic ,
quod non , niſi forte incontinenti probare vellet.ſ.de reſtitu
tio.ſpoliato.ad finem.Aut de poſſeſsione adipiſcenda,propo-
nendo quod ipſa prima mulier nunquam fuerit in poſſeſsio-
ne viri tanquam mariti,vel quod vir non ſpoliauit mulierem,
poſſeſsione ſua , ſed ipſa mulier virum ſpoliauit poſſeſsione
ſua,vt

ſua,vel alijs legitimis exceptionibus concernentibus poſſeſſionem, & dic quod ſic,argu.ſupra de reſtitu.ſpolia.cap.ſolitę c.ex conqueſtione.& cap.olim cauſam.& per totum.Si quæris vtrum poſsit ſe opponere poſt ſententiam appellando, & executionem ſententiæ impediendo,de iure dic quod ſic, vt ff.de re iudicata.l.a diuo Pio §.ſi ſuper ſupra de re iudicata.cũ ſuper controuerſia. Si quæris vtrum ſit præferenda viro in ꝓſecutione cauſæ,dico quod non, quia non ad eam primo loco pertinet deſenſio huius cauſæ,& tunc tantum præferri debet tertia perſona,vt ff.de re iudicata.l.ſæpe.ſecundum Inno. hic in glo.ſua penulti.& vltima. ex cuius dictis ſumitur hæc diſtinctio in effectu. & idem Hoſt.& Io.And. poſt eum. Per iſtam decret.determinat Barto.Brix.quæſtionem ſuam dominicalem,quæ incipit mulier quædam, de muliere contraxit, cum conſanguineo ſuo,qui vir ab eccleſia putabatur eſſe ,eo relicto cõtra interdictum eccleſiæ nupſit alij,ſed cum primus eam repeteret,ipſa teſtibus parentela probauit ſtatim, & ſic iudicio eccleſiæ ſeparatur,ſecundus repetit eam:quæritur, an poſsit ſolui, quòd ſic,per hanc decr. & idem Tanc.ĭ.eo. cum apoſtolica.in ſi. licet Io.dixerit contra per decr.ĭ.de eo qui duxit in matri,cum haberet.

1 *Matrimonium carnale contrahendum, non impedit metus non cadens in conſtantem virum.*
2 *Matrimonium ſpirituale, leuis etiam metus impedit, & ab eo, excuſat.*
3 *Matrimonium contrahendum an impediat metus,cadens in conſtantem virum.7.*
4 *Baptiſmatis ſacramentum non impedit coactio conditionalis,neque etiam ordinis ſacramentum.*
5 *Metus cadens in conſtantem virum quis ſit.*
6 *Coactio eſt duplex,abſoluta,& conditionata.22.*

CVm locum. ¶Si quæris vtrum & quis metus impediat matrimonium,
1 contrahendum, Diſtingue.† Aut eſt leuis, & vanus, metus,ſeu talis qui non poteſt veriſimiliter cadere, in conſtantem virum,& talis non impedit matrimonium cõtrahendum arg.ś.de his qui vi met.cauſa fiunt.cap.cum dilectus.vbi de hoc ff.quod me.cauſa.l.metum.j.& a.& ĭ.eo.cap. proxi. & c.conſultationi.in fi.a contrario ſenſu & ita poteſt intelligi.22.q.4 c inter cetera.ſecundum Ioan.ibi in fi.primæ gl. & Ber.ś.quod me.cauſa.c.abbas.minor tamen metus excuſat mulierem quam virum.argum.32.q.6.indignantur. ĭ.de homi.ſicut dignum.vt not.Ber.Inno.& Hoſtien.hic glo.j.& Ho
2 ſtien.ĭ.eo.c.proxi. gloſſ.penult. quod intellige verum in matrimonio carnali †in ſpirituali verò,ut in electione, etiam leuis metus excuſet,& impedit electionem ipſam,vt j.q.6.c.ſi quis autem,vbi hoc not.Archid.& Ioan.Vinc.Phil.Goff.Bernar.& Hoſtien.ĭ.qui clerici.vel vo.cap.inſinuante.Aut eſt metus talis qui poteſt veriſimiliter cadere in conſtantem , & tũc
3 †Aut homini metum ſeu coactionem libera & ſpontanea carnalis copula eſt ſecuta,& tunc poſtquam ſemel in carnalẽ copulam conſenſit,non impedit matrimonium immo per hoc, præcedens metus,ſeu coactio eſt purgata, vt ĭ.cap. proxi. & C.quod met.cauſa.l.2.& ita etiam poteſt intelligi cap.allegato inter cætera, ſecundum Ioann.ibi in j. glo.in fi.Aut non eſt ſecuta,& tunc,aut poſt huiuſmodi conſenſum coactum coniunx metum paſſus in domo alterius coniugis, ſeu cum alio, coniuge voluntariè,& ſponte cohabitat,& moram trahit , ꝑ annum & dimidium,& tunc non debet audiri metum allegãs vt ĭ.eo.ad id quod ĭ.qui mat.accu.poſſ.ca.inſuper adiecith. de eo qui duxit in mat.cap.ſignificauit.& idem credo de minori tempore,ſi tamen iuxta arbitrium boni viri,ſit tale,quod præſumi debeat pro conſenſu.argum.ĭ.titu.j.ex literis.& de deſponſa.impuber.cap.vnico.lib.6.vnde hoc puto arbitrarium, argu.ĭ.eo conſultationi.ſecundum Hoſt.qui hoc not.ĭ.eo.ad id quod.& Rayn.in ſum.titu.de impedimento violentiæ. §. vlti.& glo.Guiiel.ibi frater Io.in ſum.con.titu.de impedimento violentiæ.q.4.quid ſi mulier.&c.& Aſten.libr.8.titu. de cã efficiente matrimo.artic.4.quæſtio. vtrum matrimonium cõtractum.& q ſeq.verſic.ad hoc not.Aut non cohabitat,cũ eo, & tunc,aut metus tenet alium,ſeu alios,ab ipſis contrahentibus,& non ipſos ꝯhentes, vt quia conſenſus ꝯhentium eſt liber,quamuis parentes habeant inſtrumentum,& tunc nõ impedit matrimonium,ſecundum Innoc.hic in glo. a.in fi.argu. huius cap.& 27.q.2.ſufficiat.& Hoſt.& Ioan.And. poſt eum. Aut metus tenet ipſos contrahentes , ſeu alterum contrahentium, & tunc aut metus ſeu coactio interuenit , vel infertur, ſuper matrimonio contrahendo, & ſic ſuper eo,ſuper quo cõſenſus requiritur, & tunc impedit matrimonium,& hoc ſiue contrahens timeat in ſe,ſiue timeat in alio,vt ſi quis patrem, alicuius puellæ vult interficere niſi in eum,vel alium matrimonialiter conſentiat,& filia timore mortis patris ducta conſentiat,vt hic.& ĭ.cap.proxi.& cap.conſultationi.& argu.50.diſ. preſbyteros.31.q.2.cap.j.& 2.& ff.quod met.cauſa.l. iſti quidem. Alij tamen dicunt quod non impeditur matrimonium licet filia timeat mortem patris,ſecundum Innoc. ſed prima opi.verior videtur,quia non poteſt dici conſenſus filiæ liberę, ex quo videtur;mortem patri imminere,& tamen in hoc liber,conſenſus requiritur,vt hic, ſecundum Hoſtienſem,& Ioann.And.hic idem Aſten.in dicto articulo quarto,quia qđ ſi quis patrem.Aut metus vel coactio interuenit vel infertur, ſuper alio,quam ſuper matrimonio contrahendo,& ſic ſuper diuerſis interuenit metus ,,vis,vel coactio, & conſenſus , vt ſi quis incarcerauerit aliquem pro pecunia extorquenda,& dũ eſt in vinculis conſentit matrimonialiter in aliquam, & tunc tenet matrimonium,quia & tunc poteſt agere per procuratorem,& per procuratorem conſentire,& vſucapere niſi eſſet captus ab hoſtibus, & ſic ſeruus factus. Nam tunc conſenſum non habet ff.de minoribus.l.Papinianus.exuli.ff.ex quib. cau.ma.l.ait prætor. t.reſpon.ſecundum Innoc.idem recitat, Hoſt.non reprobando.Sed tu dic in hoc vltimo contra.per c. dominus. ĭ.de ſecun.nup. quod loquitur vniuerſis chriſtianis in captiuitate ſarracenorum poſitis,per quod patet quòd captiuus,vel carceratus poteſt matrimonium contrahere,quod habet locum etiam in captiuo hoſtium, vt ibi patet , ſecundũ Io.And.hic.& ibi idem quo ad detentum in vinculis pro pecunia,no.Aſten.vbi ś.in quæſtione, nunquid poteſt aliquis, vel niſi captus eſſet vel detentus ad tale matrimonium con-
4 trahendum.ś.de procura.accedens.ſm Hoſt.Et no. †ꝙ licet, coactio conditionalis non impediat ſacramentum baptiſmi, vt 45.diſtinct.de iudæis.nec ſacramentum ordinis.vt 73.diſti. vbi illa impedit tamen ſacramentum matrimonij vt hic, vt not.Io.in c.alleg.de iudæis.& in hoc concord.Ioann.And. li-
5 cet ſit arg. contra in c.alleg. inter cætera. 22.q.4.vbi de hoc in t.glo.& ś.quod met.cau.Abb.per Ber.& Hoſt.vbi vide, † & quis metus dicatur cadere in conſtantem virum, & excuſet, dic ꝙ metus mortis, & cruciatus corporis,vt in c. alleg. cum dilecti. Item metus ſtupri & ſeruitutis ſiue in perſona propria,ſiue liberorum,ſiue vxoris,vt in c.alleg.nec timorem. & l.iſti quidem.ff.quod met.cau.quos quatuor modos his verſibus comprehendes. Excuſare metus poſſe puta quia neſcis, Stupri ſui ſtatus verberis atq; necis. Et in præmiſsis ſatis concor.Ray.in ſum.titu. de impedimento violentiæ.& Tho. & Petr. & Ala.in ſcriptis.& frater Io.in ſum.conſeſ.titu.de impedimento violentiæ.q.2.quæ vis &c. De hac etiam materia,
6 dicunt Tho.& Pet.in ſcriptis quod †duplex eſt coactio.ſ. abſoluta per vim, & cõditionata per metum,abſoluta non cadit in conſenſum animi,ſed cadere poteſt in copulam carnis,coactio verò conditionata quæ eſt per metum. quædam verò eſt ſufficiens,quæ poteſt cadere in conſtantem virum,& hæc qa impetrat reſtitutionem in integrum repugnat indiuiſibilitati
7 matrimonij,† & ideo excludit matrimonium.ſ quo ad Deum & quo ad eccleſiam.Quædam verò inſufficiens,quę non cadit in conſtantem ſed leuem, & hoc quia non impetrat reſtitutionem in integrum,non opponitur indiuiſibilitati matrimonij, & ideo ipſum non excludit ſecundum eos. & idẽ frater Io.in d.q. a.quæ vis.&c.& Aſten.in d.arti.4.in princ.& hoc concor.cum prædictis.

Super eo.c. ¶Ad euidentiam glo. eſt ergo hic , ſi quæris nunquid ſi alicui parti locus non tutus per iudicem aſsignetur, eo ipſo exinde valeat appellare. Diſtingue vt dixi ś.de app.ex parte tua.

1 *Metus in quem quis ſua culpa incidit, an excuſet.3.*
2 *Matrimonia debent eſſe libera.*

VEniens. ¶Hic habes quod metus cadens, in conſtantem in quem quis culpa ſua , incidit,excuſat pro hoc.ff.quod met.cauſ.l.nec timorem.& l.ſeq. ſed arg.contra eodem.titu.l.ſi mulier.in
1 princ.circa quod diſtin.†Aut metus ex culpa proueniens, eſt legitimus, & a iure ſumitur ratione intereſſe,& talis non excuſat,vt in l.alleg ſi mulier.ſecundum Goffr & Hoſt.hic.Fallit in matrimonio,vt hic, †quia debet eſſe liberum.vt ś.eod.cum locum

cum.j̄.eo.requiſiuit. & c.Genia.C.de ſpon. l.vlti.& hoc not.
Ber.ſ.quod me.cau.abbas.circa medium glo.ver.& eſt verum
&c.& Hoſt.poſt eum.& Archi. idem.50.diſt. clericum. in gl.
3 ſua ſi.†aut metus eſt iniurioſus, & talis excuſat ſecundū Hoſ.
& Goff.& hæc diſt.probatur.ff.quod met.cau.l.nec timorem.
quia vt ibi apparet quando iure,non poteſt occidi, non pro-
deſt excuſatio,ſed contradicit.ff.de adul.l.nec in ea,nam in tali
caſu licet patri vtrunque occidere vt ibi ſol.licet hoc dicat lex,
tamen canones hoc non admittunt.vel dicas hoc ſpeciale eſſe
in matrimonio propter eius prærogatiuam, vt metus qu am-
uis legitimus,matrimonium non inducat ſecundum Goffre.
Vel dic quod in caſu iſto non licuit patri vicinum interficere,
quia & ſi eum reperit in lecto,non tamen in turpi facto. ff.de
adulte.l.quod ait.& per conſequens iuuentus non habuit, de
iure mortem timere,& ſic prodeſt excuſatio, quia ſi pater ve
niebat enſe euaginato,poterat timere iniuſtam mortem.vnde
& matrimonium ex tali timore contractum nullum fuit,ſecū
dum Hoſtien.

1 *Nubere, vel non nubere vtrum magis expediat. 3.*
2 *Malis de duobus, minus eſt eligendum.*
3 *Promotus ſi miles fiat peccat.*
5 *Iuramentum eſt ſeruandum, etiam vbi nulla eſt obligatio.*
6 *Miles an poſsit ad ordines promoueri.*
7 *Clericale priuilegium difficilius amittitur, quam beneficium.*
8 *Votum & iuramentum ſimul emiſſa, et contraria exiſtentia, vtrum debet adimpleri. 10.*
9 *Bona agentes ſi meliora non faciunt, in conſpectu Dei ceciderunt. 12.*

Commiſſum. ¶Ad declarationem glo. 2.
Bern. ſi quæris vtrum magis
expedit alicui non nubere,quam nubere, vel econ-
1 tra.Diſtingue.† Aut quæris de obligato ad matrimo
nium contrahendum, vel non valenti continere, & tali tutius
eſt nubere quam religionem intrare, & non reddere domino
iuramentum,vt hic patet, vnde ergo eo caſu expedit nubere,
28.q.1.ſic.n.neque ſecundum Gof.Hoſt.& Io.And.De ſecun
do.ſ.non valenti continere,patet.1.ad Corint.7.c.& 12.c.verū
in fin.vbi apoſtolus[incontinenti conceſsit.i. conceſſum eſſe,
oſtendit minima,puta matrimonia,vt maiora,puta fornicatio
nem declinarent dicens.propter fornicationem autem vnuſ-
2 quiſque ſuam habeat vxorem †nam de duobus malis mini-
3 mum eſt eligēdum. 12.di.c.j.†Aut quæris de homine nō obli
gato, ad regna cœlorum tendenti,& continere volenti,& ta
li propter ſarcinam matrimonij euitandam non expedit nu-
bere.33.q. 5.nūc ſaluabit.& c.ſeq.32.q. 7. omnes cauſationes,
Si econuerſo obligato ad religionem non expedit,non reddi
to voto,etiam ſimplici matrimonium carnale contrahere, li-
cet contractum teneat.j̄.qui cle.vel vo.c.rurſus.& c.conſuluit
neque ſpirituale, licet poſt votum redditum epiſcopale, ſe-
curè ſumatur.ſupra de voto per tuas, ſecundum Hoſtien-
ſem hic.

Super eo. c. ¶Si quæris vtrum clericus in minorib.
ordinibus conſtitutus,iurans quòd cin-
gulo militari faciet ſe accingi priuſquam miſſam celebret,pec
cet ſe militem faciendo fieri, poſtquam promotus eſt ad ordi
nes ſacros,quos requirit beneficium quod poſtea eſt,adeptus,
& vtrum factus miles poſsit ad ordines ꝓmoueri. Diſtingue.
4 †Aut quæris primo vtrum peccet faciendo ſe militem fieri,
poſtquam eſt ad ſacros ordines promotus,& dic quòd ſic, qa
hoc in promotione ſua tacere non debuit, vt patet in eo qđ
leg.& not.ſ.de corpore viti.expoſuiſti.debuit.n.ante promo-
tionem ſuam iuramentum adimplere,& poſtea potuit dūmo
do a ſęuis abſtinuerit promoueri. argu.expreſſum ,hic non ta
men accuſo eum ex eo,ꝙ iuramentum ſuum ſeruare voluit,vt
hic & arg.ſ.de voto.per tuas:quia tempore illo quo iuramen-
tum prædictum præſtitit licitum fuit.arg.22.q.4.§.ſi.ergo ip-
5 ſum ſeruare debuit.ſ. de iureiur.ſi vero.†nam & vbi nulla eſt
obligatio ſeruandum eſt iuramentum.ſ.de iureiur.debitores
Vnde ex eo quod illud in promotione ſua tacuit,eſt alias pu-
niendus,vt probat 24.diſt.c.ſi.50.diſt.ex pœnitentibus poſtꝗ
enim aliquis factus eſt preſbyter,non debet fieri miles ne vi-
deatur retrogradus & apoſtata.j̄.de apoſta.c.vt quidam.& ne
videatur deſcendere, hoc n.illicitum eſt.93.diſt. legimus.ſ.de
6 transla.epiſ.c.j.& ff.de mu.& bono.l.vt gradatim. † Aut quæ-
ris vtrum miles factus poſsit ad ſacros ordines promoueri,&
videtur quod non, quia militia clericalis, & ſecularis viden-
tur contrariæ,vt patet 51.diſt. qui in aliquo.ſ.de cleri.coniug.
diuerſis fallacijs. & c. fin. ſ. de voto.c.ex multa.22.q.8.§.1.C.
de epi.& cle.l.repetita.C.de teſtamentis.l.conſulta.§. dualia.
ergo in eodem ſimul ſtare nō poſſunt, vt patet.ſ.de baptiſmo
maiores.§.ſed adhuc quęritur.in fi.ſed dic,quod poteſt dum-
modo a ſęuis abſtinuerit promoueri.arg.hic. expreſſum, ſm
Hoſt. & Ioan.And.poſt eum.ſi vero immiſcuerit ſe ſęuis. ſe
cus. j̄.de ſent.excommu. cum non ab homine.& ad hoc fa-
cit quod dixi.ſ.de vita & hone.cleri.c. vlti.in vlti. diſtinctio.
& quod notat Innoc.j̄.de apoſta.c.j.vbi dicit ꝙ militia ſuper-
ueniens non priuat clericum priuilegio clericali,ſed bene pri-
uat beneficio,vt ipſe not.ſ.de cleri.non reſi.ex tuæ. nec mirū,
7 †quia difficilius amittitur primum quam ſecundum, vt patet
in clerico contrahente cum vnica, & virgine, qui non amitte-
ret per hoc primum, ſed ſecundum.ſ.de clericis coniugatis ꝑ
totum.Sed Barto. Brix.in q.domi.clericus quidam in minori
bus dicit,quod beneficiatus factus miles,poteſt pęnitere & re
dire ad beneficium,dummodo permanſiſſet in poſſeſsione ali
quid de beneficio recipiendo.

Super eo. c. ¶Si quæris quando iuramentum & vo
tum ſimplex ſibiinuicem contrariatur,
8 quod illorū præualebit & adimpleri debebit. Diſtingue. †Aut
primum eſt licitum,aut non.ſi primum eſt licitum,tunc, aut
iuramentum præcedit, & votū ſequitur, vt quia aliquis iura-
uit ſe aliquam ducturū in vxorē, & poſtea vouet,& tunc iura
mentū eſt ſeruandum, vt prius contrahat,& poſtea ſi elegerit
poterit religionem intrare,ſi copula carnalis non interceſsit,
poſt deſponſationem vt hic. Tamen quidam dicunt vt Tan.
& Vinc.quod nullum votum hic emiſit, ſed ad votū hic aſpi-
rabat, vnde non dicitur tranſgreſſor, etiam ſi non intret, ſi am
plius non proceſsit.ſ.de voto.c.literaturam.ſecus ſi votum e-
miſiſſet, quia tunc intrando religionē,non videtur infringere
iuramentū, quia illud in melius commutat. ſ.de iureiur.perue
9 nit 2.& voto.c.ſcripturæ.vnde dicit canon.†qui bona agunt ſi
meliora deliberata non faciant, ceciderunt in conſpectu Do,
17.q.1.qui bona. qui enim non nubit, melius facit quē qui nu
bit.28.q.1.Sed Goff.dicit indiſtinctè iuramentū ſeruari debe
re quod præceſsit. ſ.de iureiur.c.veniens.& hoc ſicut in duo-
bus iuramentis licitis,vt primum ſeruetur, vt in eo.c.dicitur.
alias ſi primū eſſet illicitum, ſeruaretur vltimū licitum.ſ. de
iureiur.c.ea te,& c.tua.1.& 2.ſecundum Ioan.de Anch.qui ita
notat in ſum.ſua.rubric.qui clerici,vel vo.§.ſed quid, &c. &
idē Archid. 27.q. 1.c.ſi quis votū.ſuper verbo gloſſ.non iura-
mentū.quæ ibi ponit præmiſſa a principio citra. Ego vero cre
10 do ſic dicendum. †Aut vtrunque poteſt ſeruari, & adimpleri,
& tunc vtrunque adimpleri debebit vt hic,licet. Innoc.innuat
hic contrariū,dicens,quod iſte non fecit votum, vnde contra
hendo non ſit tranſgreſſor voti.ſ.de voto literaturam.& ſi cō
trahat propoſitum gerens in mente continendi, & vouendi,
non facit contra conſcientiā. 27.q.2.beata.ſed ſi dixiſſet Papæ,
ego ſtatim volo intrare monaſteriū, reſpondiſſet ei intra, &
non contrahas, cum ille contractus eſſet ad decipiendum tñ
ſm Inno.Sed ſalua reuerentia tanti patris non eſt ad decipien
dum,ſed ad fidem & conſcientiā ſuā ſeruandū, & ad iuramen
tū adimplendū.arg.no.per Hoſt.ſ.eo.c.in diſt.j.Aut nō, & tūc
2 ſi ſit votū religionis, vel continentiæ, præfertur iuramento, vt
ſi aliquis iurauit ſcribere librū, & poſtea intrat religionem,
quod poteſt, vt not.li.diſt.præterea.& per Inno.ſ.de ſeruis nō
ordi.c.vlti.& per Bar. Brix.in q.dominicali quæ incipit. qui-
dam poteſtas. & ita intelligo opin.prædictorum. ibi tamen,
quidā dicunt &c. Idem forte ſi primo nubere iurat,& cogno
ſcat carnaliter vxorē ſuā, & poſtea emittit votū religionis, vel
continentiæ.arg.c.alleg.qui bona.& 19.q.2.duæ ſunt, ſecundū
Lau. & Ioan.An.& idem multo magis ſi tale votum præcede
ret iuramentum. j̄. qui cleri. vel vo.cap.rurſus. Si vero votū
non ſit religionis, vel continentiæ, ſed forte magnæ peregri-
nationis, vel alterius rei contrariæ iuramento, tunc aut iura
mentum præcedit, & eſt ſeruandum, aut votum præcedit &
ſimiliter eſt ſeruandum.arg.c.alleg.veniens.& ſupra de do.ve
niens. & ita intelligo dictum Goff. ſupra cum quo concord.
Hoſt. & Aſten.lib.8.titu. de impedimento voti. articulo.3.q.
quid ſi ſimplex.& q. ſeq.Sed primum eſt illicitum, ſecundum
verò licitum, ſecundum, & non primum eſt ſeruandum, ar-
gumen. capitulo allegato, ea te, & capitulo & tua. 1. & 2.
diſtin. Hoſtien. ſupra eodem capit. 1.intelligo de illo qui in-
greditur religionem ſine voto.

1 *Sponſa, an cogi poſsit ſponſalia, matrimonialiter adimple-
re. 3.*
2 *Cauſa rationabilis intelligitur excepta in quolibet actu.*
4 *Inuitæ nuptiæ ſolent malos prouentus habere.*

REquiſiuit. ¶Si quæris vtrum ſponſus vel
ſponſa cogi poſsit, & debeat,
contracta ſponſalia matrimonialiter adimplere,
1 Diſtingue. † Aut non tenuerunt ſponſalia & tunc,
non debet cogi, arg. ǰ. titul. j. ex literis. ſecundum
Ala. Tanc. Vinc. Goſ. Ber. Innoc. Hoſtien. & Ioan. An. ibi. Aut
tenuerunt, & tunc, aut vterque tam ſponſus, quam ſponſa diſ
ſentit, & vult a ſponſalibus reſilire, & tunc neuter cogi debet,
ſponſalia adimplere, licet etiam ſint iuramenta, vt no. Petr. de
Samp. & Abb. ǰ. titu. j. c. de illis. primo quod dic, vt plene leg. &
no. ſ. e. c. 2. Aut vnus ſolus diſſentit, & reſilit, altera volente,
& petente eadem adimpleri, & tunc refert ſecundum Vinc. &
Abb. ſ. eod. ex. literis ſiluan. & ǰ. titu. s. de illis, le primier. Aut
quis renuit ex iuſta, & rationabili cauſa ſponſalia adimplere, &
2 tunc non eſt finaliter compellendus. ſ. de iureiur. c. quemad-
mod. quod dic vt dixi. ſ. eo. de illis. in a. diſtin. † in quolibet. n.
actu iuſta rationabilis cauſa intelligitur excepta. vt ibi. & ſ. de
reſcrip. ſi quando. de offic. deleg. ex parte. ff. qui ſatiſd. cog. l. vl
ti. cum ibi alleg. Aut ſine iuſta cauſa renuit ſponſalia adimple
re, & tunc, aut timetur ſcandalum ex ipſius compulſione ve-
riſimiliter prouenire, & tunc non cogitur, vt hic, ſecundum
Vinc. & Abb. & hoc ſecundum Hoſt. hic arbitrio iudicis cō-
mittitur. Quid enim ſi vir adeo odio proſequitur mulierem,
vel econuerſo, quod homicidium, vel guerra inde probabili-
ter, ſequi ſperatur, ſi contrahere compellatur, dicendum eſt ꝙ
eccleſia debet cenſuram reſtringere in hoc caſu, alioquin non
eſſet medicinalis, ſed mortalis, nec ad conſtructionem proſer
retur, ſed ad deſtructionem contra apoſtolum. 2. ad Corint.
10. c. 2. q. j. multi. 24. q. 3. corripiantur. 23. q. 5. prodeſt. ǰ. de ſen
ten. excommu. c. cum medicinalis. li. 6. Et iſte eſt caſus in quo
ſecundum Rayn. aliquis exiſtens in peccato mortali pœnitē-
tiam agere non cogitur præciſè. argum. optimum. j. qui cler.
vel vo. c. veniens. ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. poſt eum.
& in hoc ſatis concor. Ber. in c. alleg. ex literis ſiluan. & in c. de
3 illis. i. ǰ. titu. proxi. † Aut non timetur ſcandalum ex ipſius cō-
pulſione veriſimiliter prouenire, & tunc compellitur, vt in c.
alleg. ex literis ſiluan. ſecundum Vinc. & Abb. ibi. & in c. de il-
lis. i. ǰ. tit. proxi. igitur hoc arbitrabitur bonus iudex. ſ. de tran
ſac. c. fin. ſecundum Hoſtien. & hæc vera intellige quando ſpō
ſalia ſunt iurata à puberibus, ſiue impuberibus doli tamen ca-
pacibus, vt in c. alleg. ex literis ſiluan. Idem credo ſi ſint con-
tracta puberibus, licet non ſint iurata, quamuis contrarium
innuatur. ǰ. titu. 1. atteſtationes. quam tamen decret. intelligo,
ſecundum diſtinct. præmiſſam. ſ. quando timetur de ſcandalo,
& quamuis quidam dicant, quod tunc demum debet eccleſia
compellere ſponſos ad contrahendum quando iuramentum
interuenit, & ſic intelligunt. ſ. eo. c. ex. literis ſiluan. & c. ſicut,
cuius ſententiæ videntur eſſe Rayn. & Ber. in c. alleg. ex literis
& ǰ. titu. j. de illis. i. qui non faciunt mentionem de coactione
niſi quando interuenit iuramentum, non tamen eſt quantū
ad hoc differentia facienda, vt 22. q. 5. iuramenti. de pactis. c. 1.
& 3. de arbit. per tuas. ǰ. titu. j. de illis. j. & c. a nobis. & c. ad diſ-
ſoluendum, vt not. Hoſt. in c. alleg. de illis. glo. fi. in fi. Idem
videtur tenere Goff. in ſum. eod. titu. §. ſponſus. vel ſponſa. di
cens indiſtinctè, quod pubes diſſentientes cogi debet. Si verò
ab impuberibus & ſine iuramento ſint contracta, tunc dic vt
leg. & not. & vt dicam in c. alleg. de illis. lo primo. Et vide qđ
not. Ioan. 27. q. 2. raptor. in glo. j. & Archid. ibi in gloſſ. fin. vbi
ipſe Archid. dic poſt Hug. quod ſponſus, debet cogi ducere
ſponſam, de futuro per admonitionem, & comminationem,
& forte per excommunicationem. arg. 12. q. 2. quicunque ſuf
fragio. & 27. q. . duobus. Si tamen perſtiterit perſeueranter
4 in voluntate ſua abſoluendus eſt † quia inuitæ nuptiæ &c. 31.
q. 2. cap. quod autem. alias pararetur ei laqueus fornicationis,
quia ſemper fornicaretur cum ea, & in tali caſu forte lo-
tur hæc decre. quæ dicit quod libera debent eſſe matrimonia,
vel libera debent eſſe ab initio ſecundum Hugo. & Archidi.
ibi. de hoc etiam no. Archi. c. cauſa. & q. c. ſed concedatur gl.
fin. vbi dicit ſponſam cogendam, non tamen finaliter per c. ſæ
pe alleg. ex literis ſiluan. ſ. eo. & Alten. li. 7. titu. de effectu ſpon
ſaliorum.

1 *Sponſo agente de fœdere matrimonij, poteſt ſponſa abſente in cau
ſa procedi.*

2 *Sponſi poſtquam reſilierunt, poſſunt cum alio matrimonium con
trahere.*
3 *Sponſa debet expectare ad contrahendum matrimonium, mari-
tum præſentem, biennio.*
4 *Sponſa debet expectare triennio maritum abſentem, antequam
alteri nubat.*
5 *Mors probatur per famam.*
6 *Mors probatur per ſemiplenam probationem, vel per præſum
ptionem.*
7 *Mors probata cenſetur, ſi abſens, attingit centeſimum an-
num.*
8 *Mulier famam mortis viri procurans, tanquam adultera punien
da eſt.*

IN præſentia. ¶Si quæris, vtrum altero,
ſponſorum præſente, vel
abſente, vel altero coniugum in remotis agente, al-
ter eum expectare tenetur, & per quantum tempus.
Diſtingue. Aut ſunt ſponſi de futuro, aut coniuges, de præ-
ſenti, ſi ſponſi de futuro, & quæris per quantum tempus alter
alterum præſentem vel abſentem, abſq; eo quòd cum alio cō
1 trahat expectare tenetur, & tunc, † Aut alter eorum agit de fœ
dere ſponſaliorum, ſeu matrimonij futuri proponendo impe
dimentum canonicum ipſa ſponſalia reddens ab initio nulla,
& impediens matrimonium contrahendum, & poteſt, ſine
parte aduerſa procedi iuxta. c. diſpendioſam. extra de iudic. in
cle. & de verb. ſigni. ſæpe contingit. vt ibi not. ſine abſente ꝑ
contumaciam. vt ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. frequenter. §.
porro. nec tenetur amplius expectare, ſi ſententiam pro ſe con
tra ſponſalia reportauerit. ſi verò contra ſe, tunc dic idem, ꝙ
2 in caſu ſeq. quando non agit. Aut non agit de fœdere, † & tunc,
aut in præſentia aut in abſentia ambo mutuo diſſentiunt & re
ſiliunt a ſponſalibus iuxta, c. præterea. j. ſ. eo. & hoc conſtat, &
tunc quilibet eorum, ſeu alter præſens poterit contrahere ſta
tim, per iudicem tamen ſeu licentiam eccleſiæ, ne deterius in-
de contingat. ſ. periculum fornicationis, ǰ. qui cle. vel vo. c. ve-
niens 33. q. 2. ſi quod verius. vnde ſi vno diſſentiente datur li
centia contrahendi, vt ſ. eo. de illis. multo fortius vtroque diſ
ſentiente debet alteri dari licentia contrahendi. quod eſt con
tra Bern. in c. alleg præterea. ſecundum Hoſt. ibi, & in d. c. illis,
& id quod ſcilicet detur licentia contrahendi, ipſi præſenti, in
telligo in alijs caſibus in quibus ſoluuntur ſponſalia ipſo iure,
vel per ſententiam, de quibus dixi. ſ. eod. de illis. diſt. a. Aut nō
reſiliunt à ſponſalibus, nec ſunt ſponſalia, aliàs diſſoluta, &
tunc aut eſt actum, ſeu conuentum inter eos, vſque ad quod
tempus alter alterum expectare ad contrahendum matrimo
nium, de præſenti teneatur & illud tempus eſt expectandum
arg. ǰ. eo. ſicut ex literis. ſ. de pact. c. j. & c. qualiter. & ar. eorum
quæ dixi in c. alleg. de illis. diſtinct. j. ibi, aut fuit pactum factū,
ab initio &c. & hoc niſi fornicationis periculum veriſimiliter
timeatur, vt ſequitur. Aut nihil eſt actum ſeu conuentum ſu-
per hoc inter eos, & tunc ſecundum Ber. in c. alleg. de illis. tē-
pus legale, hoc eſt triennium eſt expectandum, vt C. de repu.
l. 2. quod eſt verum ſecundum Hoſt. ibi, quoniam nulla neceſ
ſitas quod appareat, excuſet ipſum, vbi verò neceſsitas excuſat
tunc expectabitur quouſque neceſsitas illa ceſſet, vt ff. de ſpō.
l. ſæpe. & hoc niſi matrimonium nimis protraheretur, & mu
lier nimis ſtimularetur, vbi quidem poſſet ei forſan per eccle
ſiam ſubueniri. arg. de eo quod leg. & no. ǰ. de eo qui cogn. con
ſan. vxo. ſuæ. Iordanæ. & ſ. de iureiuran. quemadmodum. a,
§. quod ſi poſt huiuſmodi, & de conuer. coniu. ex publico. ſed
& ſi per ſe contraheret, teneret matrimonium, & daretur ei
præſentia de fide mentita, vt ǰ. eod. c. pen. in fin. & ſ. de illis. vbi
hoc no. Hoſt. Sed Acc. C. de ſpon. l. 2. diſtinguit ſic. Aut ſpon-
ſus, vel ſponſa eſt præſens in eadem prouincia, aut eſt abſens.
3 † ſi eſt præſens, tunc per biennium expectatur, vt C. de ſpō.
l. 2. ſi eſt abſens extra prouinciam, tunc aut ex voluntaria cauſa
aut ex probabili tantum, aut ex neceſſaria. Si ex voluntaria,
tunc habetur pro præſente, ſi ex probabili, tunc expectatur ꝑ
triennium, vt C. de repud. l. 2. Si ex neceſſaria tunc expecta-
tur, quandiu abeſt, vt in l. alleg. ſæpe. ff. de ſponſa. Iaco. verò de
Rauen. non facit niſi duo membra in d. l. 2. C. de ſponſ. ſ. aut
ex neceſſaria cauſa impeditur contrahere matrimonium, &
tunc ſiue præſens, ſiue abſens fuerit expectatur donec neceſ-
ſitas ceſſet, vt in d. l. ſæpe. Aut non impeditur, ex neceſſaria
cauſa, & tunc non expectatur niſi per biennium, vt in d. l. 2.
C. de ſpō. & hoc credit Cy. ibi verius, & ita ſimpliciter innuit
glo.

glo. in d.l. ſæpe. & ita credo ceſſante ſtimulo carnis, ſeu pericu
lo fornications, aliàs ſecus, vt ſ. dictum eſt.. nec obſt. dict. l. 2.
C. de repud. quia lex illa non notat iuris miniſterium, ſed deſi
gnat facti accidentia ſecundum Iac. de Ra. & Cyn. Si ſint con
iuges de præſenti, quorum alter eſt in remotis, tunc aut car-
nalis copula non fuerat inter eos ſubſecuta, & tunc poteſt qui
libet eorum inuito altero, religionem ingredi, & inde profite
ri, & alter in ſeculo remanens poteſt licitè ad ſecunda vota ꝑ
tranſire, vt ſ. de conuer. coniug. c. verum, & ca. ex publico, ſed
ſi non ingrediatur religionem, tunc idem quod in caſu ſeq. qñ
carnalis copula eſt ſecuta. Aut carnalis copula eſt ſecuta, & tūc
aut præſens nihil vult proponere contra abſentem, nec contra
ipſum matrimonium, & tunc teneas illam decr. ſ. quod nō po
teſt ad alia vota tranſire, nec etiam eccleſia debebit ſibi ei licē
tiam ad hoc dare, donec certum nuncium recipiat de morte,
coniugis. C. de repu. auth. hodie in auth. vt li. ma. & auiæ. §. qd
autem. col. 8. j. de ſecun. nup. c. dominus Aut vult proponere
aliquid, & tunc aut contra coniugem abſentem. puta de adul-
terio, vel aliàs quam de fœdere matrimonij, & non poteſt, vt
ſ. vt lit. non conte. c. j. Aut contra ipſum matrimonium, & de
fœdere matrimonij, puta de conſang. vel affi. vel alio impedi-
mento canonico, & tunc. Aut coniunx eſt abſens per contu-
maciam, & tunc poteſt etiam lit. non conte. ſententia contra
matrimonium ferri. ſ. vt lit. non cont. qm̄ frequenter. §. porro
Quod intellige ſiue agatur ad matrimonium impediendum,
ſiue ad dirimendum, ſiue ad declarandum, quod dic, vt plene
no. Io. An. extra de iudi. diſpendioſam. ſuper verbo matrimo-
nijs in cle. & Guili. de Mon. lau. & Gen. ibi. Aut non eſt abſens
per contumaciam, & tunc dic vt dixi in d. c. j. ſ. vt lit. non con
teſt. Circa hoc quod dicit iſtud c. quod mors debet probari per
5 certum nuncium. †dicunt quidam prout Hug. doctor iuris ci
uilis, quod mors poteſt probari per famā. ar. ff. de his qui ſunt
ſui vel alie. iur. l. filium. Item aliquem vergere ad inopiam pro-
batur per famam, vt in authen. de æqua. do. §. illud. col. 8, vt
notat glo. C. de iure dot. l. j. ibi item pro hoc. ff. quando act. de
pecu. eſt an. l. j. in fi. & quod not. glo. ſ. vt lite non conte. qm̄ fre
quenter. §. ſi autem. in glo. per famam. Sed Rog. dixit debere
probari per teſtes, vt hic & in concor. alleg. Quidam vero di-
ſtin. aut quæritur de morte non recenti, vt de morte Caroli ma
gni, vel Rolandi, & tunc creditur famæ, arg. ff. de proba. l. ſi ar
biter. de aqua plu. ar. l. j. in ſumma. ac. §. apud namuſam. in auth.
vt li. ma. & auiæ. §. quod autem. col. 8. Aut quæris de morte re
6 centi, & tunc per teſtes probari debet, vt hic. glo. †tamen dicit
quod quantum ad ius ſuccedendi ſufficit ſemiplena probatio
mortis, per vnum teſtem, vel aliam præſumptionem, vt no. ff.
quemadmod. teſta. ape. l. 2. §. ſi dubitetur quid dicendum. potes
ſic dicere ſaluo iudicio meliori. Aut quis proponit vel aſſerit,
aliquem mortuum ad finem in quo licet veritas ſe habeat, in
contrarium non poteſt periculum animæ imminere, puta ad
finem ſuccedendi, quia ſi redeat omnia recuperabit, & tūc ha
bet locum quod not. glo. in §. alleg. ſi dubitetur. Aut ad finem
in quo ſi ueritas ſe habeat in contrarium, poteſt periculum ani
mæ imminere, puta ad finem contrahendi, vbi poteſt pericu-
lum adulterij imminere, ſi contrahentes, & de morte dubitan
tes nedum redeant, ſed etiam exigant debitum, vel ſi certifi-
cati de vita non ſtatim recedant à ſupradictis, contra id quod
le. & no. 34. q. 2. in ſumma. & c. cum per bellicam, vt hic, in glo.
2. & tunc, aut aliquis dicitur mortuus in loco de quo poſſet ꝓ
bari commode, per teſtes, vt Pariſiis, vel Aurel. & tunc exigi-
tur liquidò probari per teſtes, ſicut in alijs caſibus, ſi verò dici
tur mortuus in loco de quo non poſſet probari liquidò, vt qa
ſit mortuus intra millia hominum confligentium, vt fuit pri
die. ſ. poſt feſtum Aſſumptionis B. Mariæ virginis. Anno do-
mini 1346. in conflictu mirabili, & dolendo inter Reges Frā
ciæ, & Angliæ, tunc probatur per coniecturas, & per commu
nem opinionem. ar. ff. de re. mili. l. non omnis. §. à barbaris. vel
7 quia mortuus vltra mare, tunc, †aut tanto tempore affuit, ꝙ
iuncto tempore abſentiæ cum ætate quam prius habebat, iā
compleuit centum annos. vt quia quidam nonaginta annorū
fuit vltra mare, vel in guerram, nec auditi ſunt rumores de ip-
ſo, per 10. vel 11. annos, & ſic eſt completa ætas centum an-
norum, quæ eſt vita longiſſima hominis, vt ff. de vſufru. l. an
vſusfructus. C. de ſacroſan. eccle. l. vt inter diuinum, & tunc,
probata mors eius intelligitur, vt no. Ia. de Ra. in auth. alle. ho
die. & Ia. de Ra. & Cy. C. ſol. mat. l. ſi quidem. Aut non abfuit,
tanto tempore quòd coniūcta ætate, quam habebat tempore,
quo ſe abſentauit cum tempore abſentiæ, nondum compleuit
centum annos, & tunc habet locum iſtud c. cum ſuis. concor.

ſcilicet quod non debet contrahere donec certum nuncium
recipiat de morte viri, puta dominū, ſub quo militauerat, vel
ſocium ſuum bonæ famæ, & honeſtum, qui aſſerat ipſum vi
diſſe mortuum. ſi enim iſtud coram epiſcopo iuramento fir-
mauerit, elapſo anno ſm leges, incontinenti, ſm canones nu
bat in domino j. de ſecund. nup. c. vlti. Si præter hoc nupſerit,
ſm legem, velut adulteri puniendi ſunt, quod intellige ſm ca
nones: ex quo certificati ſunt de vita prioris, vt in c. alleg. cū
per bellicam, vt j. de ſecun. nup. c. dominus. igitur quo ad hoc
vt detur talibus licentia contrahendi, non requiritur plena ꝓ-
batio, ſed ſufficit veriſimilis præſumptio, vt hic patet. & in c.
8 alleg. qm̄ frequenter. §. ſi vero. †Sed ſi mulier famam mortis vi
ri procurauerit, tanquam adultera punietur. vt ff. de adul. l. mi-
les. §. mulier, ſecundum Ho. & de hoc vide per glo. ſuper ver.
frater Ray. tit. de impedimento ligationis. ſuper verbo poſt iu
ramentum. & per fratrem Io. in ſum. conf. tit. de impedimen-
to ligationis. q. vlti.

1 *Eleemoſynarum prima diuiſio.*
2 *Eleemoſynæ corporales ſeptem.*
3 *Eleemoſynæ ſpirituales ſeptem.*
4 *Eleemoſynæ ſpirituales, ſunt meliores corporalibus.*
5 *Animæ vnius amiſſio eſt maius damnum, quam mille corpo-
rum.*
6 *Eleemoſynarum ſecunda diuiſio.*
7 *Eleemoſyna cordis contentionis præfertur manuali.*

INter opera. ¶Si quæris quot, & quæ ſunt
genera eleemoſinarum, & q
1 eleemoſynæ ſunt potiores. Diſtingue. †Aut quæritur
de primo. ſ. quot & quæ ſunt elemoſinæ, & tunc, di-
ſtingue, ſecundum Thom. in ſumm. q. 32. articu. 2. quia quæ-
2 dam ſunt eleemoſynæ corporales, & quædā ſpirituales. †Cor-
porales ſunt ſeptem opera miſericordiæ. videlicet, paſcere eſu
rientem, potare ſitientem, veſtire nudum, recolligere hoſpitē,
viſitare infirmum, redimere captiuum, & ſepelire mortuums
vnde verſus, Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
3 †Item ſpirituales eleemoſynæ ſunt ſeptem. ſ. docere ignoran
tē, conſulere dubitanti, cōſolari triſtem, corrigere peccātem,
vt hic, remittere offendenti, portare oneroſos & graues, &
orare pro omnibus, vnde verſus. Conſule, caſtiga, ſolare, re-
mitte, fer, ora, Ita tamen quòd ſub eodem intelligatur conſi-
lium, & doctrina. & no. quod portare oneroſos eſt patientia.
Cauſatur. n. patientia ſm quòd eſt virtus à charitate, ſecundū
illud. 1. ad Corin. 13. Charitas patiens eſt, hoc autem haberi nō
poteſt niſi per gratiam, ſecundum illud, ad Rom. 6. Charitas
diffuſa eſt in corporibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui da
tus eſt nobis, vnde patet quòd patientia ſine auxilio gratię nō
habetur. Si quæris de ſecundo, ſ. quæ elemoſynæ ſunt potio-
4 res, dic ſecundum Thom. ibidem articu. 3. † quòd ſpirituales,
ſimpliciter, & abſolutæ ſunt meliores, quam corporales. Pri-
mo, quia id quod exhibetur nobiliꝰ eſt. ſ. donum ſpirituale, ꝙ
præeminet corporali. ſecundum illud Prouerb. 4. Donum bo-
num tribuam vobis, legem meam non relinquatis. Secundo, ra
tione eius cui ſubuenitur, quia ſpiritus nobilior eſt corpore,
5 quia ſicut dicit Aug. †Maius eſt damnum in amiſſione vnius
animæ, quam mille corporum. 24. q. 3. ſi habes. Tertio quantū
ad ipſos actus quibus ſubuenitur proximo, quia ſpirituales a-
ctus ſunt nobiliores corporalibus. & in hoc concor. Ray. titu
lo. de hoſpitalitate ordinandorum. §. 3. ſic etiam comparando
tamen has elemoſynas ſecundum aliquem particularem ca-
ſum poteſt contingere, ꝙ corporalis eleemoſyna præfertur,
ſpirituali, puta magis eſſet paſcere fame morientem, quam
docere Ignorantem, ſecundum Phil. Melius eſt ditari, quam
Philoſophari, quamuis hoc ſit ſimpliciter melius, vt no. frater
Ioan. in ſumm. conf. tit. de hoſpitalitate ordinandorum. q. 2. &
3. qui in prædictis omnibus concord. & vtrum dare eleemoſy
nam, ſit ſub præcepto, vide j. ibi per eum. qō. 3. & 4. vtrum da
re eleemoſynam &c. & per Aſten. lib. 5. titu. de eleemoſyna. ar
ticulo. 2. & 3. qui etiam in prædictis omnibus concor. & adde
quod no. Arch. de pœni. diſtinct. 3. qui vult ſuper verbo elee
6 moſyna, dicens, †quod eſt eleemoſyna triplex. Prima conſiſtit
in cordis contritione, quando aliquis ſeipſum offert Deo. iux-
ta illud Eccleſi. 30. c. Miſerere animæ tuæ placens Deo. de
hac cantatur in eccleſia. Sicut aqua extinguit ignem, ita elee-
moſyna extinguit peccatum. vnde Eccle. 3. Ignem ardentem
extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Secunda con
ſiſtit in compaſsione proximi, qua compatimur alienis aduer
ſitati

ſitatibus tanquam noſtris. de qua Iob 31:Mecum creuit miſe
ratio, & ab vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Tertia conſi
ſtit in largitate manuali, & aduocatione .ſ. quam debent præ-
ſtare aduocati in cauſis miſerabilium perſonarum, cura corpo
rali, & ſpirituali, & habetur in quocunque ſubſidio, & conſi-
lio, quod impenditur proximo. de hac dicitur Lucæ. 11. quod
ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis
ideſt, date ſuperflua quæ habetis, & ſic ex alijs retentis nullam
immunditiam contrahetis. Ita ſolet exponi de eleemoſyna,
corporali. illud Ambroſij. Paſce, ſame &c. 86. diſtinctio. &c.
6 †Prima eleemoſyna maior eſt alijs. nam illa offert ſe, quis Deo
tanquam holocauſtum. i. totum incenſum, ſed in alijs duabus
offert ſe tanquam ſacrificium, ideſt hoſtiam particularem, ſm
Rayn. & Hoſtien. qui etiam de hoc tractat in ſumma de pœ-
nit. & remiſ. §. quis ſit effectus veræ pœnitentiæ. ſub. §. elee-
moſyna triplex eſt. de hac etiam legitur. 45. diſtinct. tria. & ca.
ſeq. Et nota quod benefaciendum eſt omnibus. ſecundum id,
ad Gal. vlti. Dum tempus habemus operemur bonum ad om
nes, benefacientes etiam inimicis. 23. q. 4. c. hæc autem vita.
§. ex his omnibus. & habere debemus miſericordiam, ſuper
alterius miſeria. Vnde Aug. 9. de ciuit. Dei. Miſericordia Dei,
eſt alienæ miſeriæ in corde noſtro compaſsio, cui ſi poſſumus
ſubuenire cogimur. vnde miſericordia non eſt ad ſe niſi ſimi-
litudinariè, & ſecundum hoc intelligitur, illud Eccle. cap. 30. &
de pœn. diſt. 3. Qui vult, miſereri animæ tuæ placens Deo.
Et de hac materia vide 45. diſtinct. c. tria. vbi dicit tria ſunt ge-
nera eleemoſynarum, vna corporalis egenti dare quantum po
tes, altera ſpiritualis, dimittere à quo læſus fueris, tertia delin-
quentem corrigere, & errantes ad viam veritatis reducere, &
c. duæ ſunt eleemoſynæ. 45. diſtinct. vbi not. glo. quod qui dat
pauperi eleemoſynam non ex charitate, ſed vt remoueat à ſe
importunam petitionem, & rem & meritum perdit. 25. diſt. c.
vnum. §. criminis.

1 *Conditio eſt triplex.*
2 *Conditio poſsibilis ſubdiuiditur.*
3 *Conditio poteſtatiua, quæ ſit.*
4 *Conditio mixta, quæ ſit.*
5 *Conditionis impoſſibilis ſubdiuiſio.*
6 *Modus poſsibilis, quo ad intrinſecum cui adijcitur adimpleri, debet.*
7 *Modus, quo ad extrinſecum cui adſcribitur, an pro impleto habeatur.*
8 *Conditionem, quæ verba faciunt.*
9 *Conditio quando, pro impleta vel defecta habeatur. 11. 13. 15. 17. 18. 21.*
10 *Nemo tenetur ſibi laqueum parare.*
12 *Quod tacite intelligitur, pro expreſſo habetur.*
14 *Fraus & dolus non debent patrocinari.*

SIcut ex literis. ¶Ad declarationem iſti'
c. vbi vbi habes in ver. ter
minus, niſi forſan, quòd ſi certus erat, & per iuramē
tum ſtatutus inter .I. virum. & p. mulierem ad contra
hendum matrimonium de præſenti, nec ſtet per ipſum. I. quo
minus infra illum terminum contrahat, ſed per ipſam. p. non
eſt re vera matrimonium contractum inter eos, immo eo ca
ſu ipſe. I. po. eſt lapſo termino cum alia contrahere, habetur ta
men, & reputatur pro contracto. quantum ad hoc, quod ipſe,
I. periurium non incurrat. & glo. 2. quæ dicit quod pro comple
ta eſt habenda conditio. Si quæris vtrum, & quando modus,
vel conditio habetur pro completo, ſeu completa, & quando
1 non, Diſtingue. †Ad cuius euidentiam nota, quod multiplex eſt
conditio, quędam eſt conditio poſsibilis, quę ſe habet ad vtrū
que ad eſſe & ad non eſſe, alia eſt neceſſaria, quæ habet cauſā
certam, & infallibilem. vt ſi ſolo oriatur cras, alia eſt impoſsi-
bilis. Conditio poſsibilis ſubdiuiditur, quia quædam eſt pote-
ſtatiua, quædam cauſalis. quædam mixta. Conditio poteſtati-
ua eſt illa quæ dependet ex voluntate illius, qui ea impleta lu
crum eſt habiturus. vt ſi tibi lego vel te inſtituo, ſi ſcholas exie
ris, in poteſtate enim tua eſt ſcholas exire, nec obſt. ſi dicas, q
hoc non eſt in poteſtate tua, cum totus noſter ſtatus, ex inſi-
dijs fortunæ, dependeat, & in perpetuo motu conſiſtat. in au-
then. de non alien. & per mu. §. vt autem lex. & C. de vetere iu
re enuclean. l. 2. §. ſed quia, nam illa eſt conditio poteſtatiua, quę
licet poſsit caſu impediri, tamen non eſt veriſimile, quod im-
pediatur, nec probabile iudiciu hominum, vnde debemus nos
referre ad commune iudicium. vt ff. de hæredibus inſtituen-
3 dis. l. ſuus. §. puto. †Poteſtatiua ergo conditio eſt, quæ in volū
tate eius, qui ea impleta lucrum eſt habiturus, ſi autem nō cō
ſiſteret in eius voluntate, ſed alterius, v. g. inſtituo te ſi Titius
ſcholas exierit, non eſſet poteſtatiua, ſed cauſalis, ſecundū Iac.
de Rauen. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub conditione factis. l. 1. Con
ditio cauſalis eſt, quæ pendet ex inſidijs fortunæ, vt inſtituo te
4 ſi nauis ab Aſia venerit. †Conditio mixta duobus modis acci
pitur. Vno modo dicitur mixta quæ pendet ex facto meo, &
ex caſu. vel inſidijs fortunæ, vt Titium vltra mare exiſtentē,
ſi ad partes Gallicanas redierit, hæredem inſtituo, & in iſta idē
ſeruatur quod in cauſali, vt le. & no. ff. de condit. & demonſtr.
in rubr. C. de inſtitutioni. & ſubſtitutioni. ſub conditione fa-
ctis. l. ſi pater. Alio modo ſumitur mixta, quæ pendet ex fa-
cto meo, & alterius. & de hac loquimur hic. & C. de inſtituti.
& ſubſtitutioni. ſub conditione factis. l. j. Conditio neceſſaria,
ſubdiuiditur. quia quædam eſt neceſſaria omni certitudine, vt
ſi ſol oriatur cras, quædam vero, quæ non eſt certa omni certi-
tudine, quia licet certum ſit eam exiſtere, tamen neſcitur quā
do exiſtat, vt iſta, ſi Titius morietur. ff. de condi. & demonſt.
5 l. 1. †Item cōditio impoſsibilis ſubdiuiditur, quia quædam eſt
impoſſibilis impoſsibilitate naturæ, vt illa ſi cœlum digito te
tigeris. inſti. de inuti. ſtipu. §. ſi impoſsibilis. quædam impoſsi-
bilitate facti. vt illa ſi montem aureum dederis. ff. de ſtatu li.
l. cum hæres. §. j. quędam eſt impoſsibilis de iure. vt illa quę nō
congruit moribus bonis. ff. de condi. inſti. l. filius. de verb. ſign.
l. nepos proculo, quædam eſt impoſsibilis perplexitate, vt illa
Titius hæres eſto, ſi Seius hæres erit, & Seius hæres eſto, ſi ti
tius hæres erit. ff. de conditioni inſtituendis, l. ſi Titius. His
viſis diſtingue. Aut modus vel conditio implenda eſt poſsibi-
lis, aut neceſſaria, aut impoſsibilis. Si modus vel conditio eſt
poſsibilis, tunc aut quæritur vtrum modus. vel conditio, eſt
impletus vel impleta, & dic quòd non niſi realiter impleatur,
6 vel ſic, & clarius, licet idem ſit in effectu †aut quæris, vtrum
modus vel conditio habeatur pro impleto vel. pro impleta,
quantum ad id ipſum intrinſecum, quod deducitur in modū
vel in conditionem, hoc eſt vt id. quod per ipſum modum,
vel conditionem, ſeu in vi ipſius erat faciendum, vel dandum
ſit reuera factum, vel datum, & dic quòd non. niſi realiter, &
formaliter impleatur, vt hic, vbi I. & p. per iuramēta ſponſalia
contraxerunt, & ita quòd intra certum terminum matrimo-
nium contraheretur, certum eſt quod niſi poſtea contraxe-
rint, de præſenti expreſsè, vel tacitè per carnalem copulam,
vel aliud æquipollens, quod modus non eſt impletus, quo ad
matrimonium, quod deducebatur in modum. Et idem ſi ma
trimonium deduceretur in conditionem, puta quia contraxe
runt & iurauerunt ſponſalia, ſub conditione, ſi matrimonium
intra certum terminum compleretur, vnde lapſo termino ip-
ſe. I. licet per ipſum non ſteterit, ſed per ipſam. p. quo minus,
infra ipſum terminum matrimonium ſit contractum, poteſt
cum alia matrimonium contrahere, quod non poſſet, ſi per
hoc quòd per ipſum non ſteterit, matrimonium, quod dedu-
cebatur, in modum vel conditionem haberetur pro impleto,
formaliter enim debet modus, vel conditio, adimpleri. Et
hoc dicit lex, expreſsè, ſi hæres iuſſus ſit facere, vt Lucius cē
tum habeat, cogendus eſt centum dare, quia nemo facere po
teſt, vt ego centum habeam, niſi dederit. ff. de leg. j. l. ſi hæres
iuſſus, de condi. & demonſt. l. qui hæredi. in princ. †Aut quæ-
7 ris vtrum habeatur pro impleto vel impleta quantum ad id,
extrinſecum, cui modus vel conditio aſcribitur, & quòd ex
eius impletione ſequi debet, & tunc, aut quæris de modo, quæ
regulariter aſſcribitur. vt ff. de leg. 3. l. ſi tibi legatum. & le. cum
pater. §. Tuſculanus. de manu. teſta. l. libertas. §. 2. & de condit.
& demonſt. l. vlti. C. de his quæ ſub modo relin. l. in legatis. &
ff. de condi. & demonſt. l. quibus diebus. §. vlti. & tunc, aut ſtat
per illum, qui debet adimplere modum, quo minus eum poſ-
ſit adimplere, & tunc non habetur pro impleto, vt in ca-
pitu. iſto, & in iure. alle. Aut non ſtat per eum, qui debet adim
plere, ſed per alium vel per caſum contingentem, in perſonā
ſuam, vel in perſonam alterius, in quo forte modus adimpleri
debet, & tunc habetur pro impleto, vt in iuribus alleg. & hic.
vbi I vir per quem non ſtetit, videtur modum impleuiſſe, quo
ad hoc, vt periurium non incurrat. argu. j de reg. iur. c. impu-
tari lib. 6. & ff. de leg. 1. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. Iu
lianus. aliàs eſt lex, & incipit, ſi Titio. de leg. 2. l. Lucius. §. qſ-
quis hoc membrum ponit Dyn. j. de reg. iur. cap. imputari. li.
6. & Cyn. C. de inſti. & ſubſti. ſub cond. factis. l. 1. dicit etiam,
ibi Cyn. ſe audiuiſſe Dyn. in cathedra ſuper d. l. ſi fundum, per
fidei-

per fideicommiſſum.§.Iulianus. diſtinguentem,quia aut mo
dus fuit cauſa finalis legandi,aut impulſiua.aut eſt dubium. In
primo caſu ſi legatarius impediatur implere modum per ca-
ſum contingentē in perſona ſua,vel illius in cuius perſona de-
bet adimpleri,non habetur pro impleto.ſic loquitur.ff.de cō-
dic.& demon.l.Titio centum.§.titio.in ver.ante nuptias verò,
nam ibi non erat conditio,ſed modus, quod patet, quia petī
poteſt relictum purè,præſtita tamen cautione, vt ibi ſubijci-
tur in ver.ſeq. ſed tamen ante nuptias, & cum altero mortuo
ex his ex quorum facto pendebat modus extinguitur legatū,
quia ibi modus matrimonij contrahendi fuit cauſa finalis lega
ti, & ideo eius ſpe ſublata legatum tollitur.argumen.ff.de adi.
lega.l.alumnæ.§.ab hæredibus.alias incipit, Seia liberata. ff. de
dona.l.2.§.fina & l.ſeq.Si fuit cauſa impulſiua,tunc ſi impedia
tur per caſum, habetur pro impleto,vt in §.alleg. Iulianus. ſi
eſt dubium dicebat recurrendum ad id quod no.in d.l.2. in fi.
8 ff de dona.& hoc probabiliter tenere potes addito primo mē
bro,quando per eum ſtat &c. †Aut quæris de conditione quę
regulariter aſcribitur per ſi, & cum,vt ff.de verb.oblig.l.qđ
quandoq; §.vlti.& not.glo.ſi de condi.& demon.l.j.& C.de his
quæ ſub modo.l.1.Item quandoque aſcribitur per vel,vt ff.de
leg.2.l.ſi ita ſcriptum.§.ſi pater.item per illud pronomen qui,
& quis,relatum ad verbum futuri temporis,vt ff.de leg.3.l.nu
per.§.vlti. & de leg.2.l.ſi ita legatum.§.j.Si verò referantur ad
verbum præſentis temporis, tunc faciunt demonſtrationem,
& non conditionem,vt eſt textus de vtroq;.ff. de leg. j.l. ſti-
chum.Item aſcribitur per ita,vt ff.de condic. & demonſtra.l.
Iulianus noſter.Item per ablatiuum abſolutum relatum ad tē
pus præteritum,ante præſtationem legati,non dico ante con-
ditum teſtamentum,vt rogo hæredem meū vt det Titio fun
dum,acceptis ab eo decem,iſtud verbum acceptis,conditionē
importat,vt ff.de condi.& demonſtr.l.à teſtatore. non autem
per ablatiuum abſolutum relatum,ad verbum futuri tempo-
ris, vt rogo hæredem meum, vt det Titio fundum decem ac
ceptis ab eo. ff. de leg. 3.l.ſi ita legatum.& de an.leg.l. liberto.
§.Lucius. Item per in,vt ff.de condi.& demonſt.l.Publius me
uius. Item per verbum quandocunque.vt ff.de condit. & de-
monſtra.l.cum vir. Item per dum,vt ff.de condi.& demonſt.
9 l.ſi quis ita legauerit.†Et tunc aut conditio eſt adimplenda ab
eo cuius intereſt eam non adimpleri,i.ab eo qui ea adimpleta,
futurus eſt obligatus.v.g.aliquis vendit mihi decretales ſuas,
obligatas Titio pro certo precio,ſub conditione,ſi eas redeme
rit intra Paſcha, vel promittit mihi centum ſi aſcenderit ca-
pitolium,vel nupſerit cum Berta,vel ſeruum ſuum manumi-
ſerit,vel teſtator,legat mihi fundum,ſi hæres aſcendat capito
lium, & tunc licet ſtet per eum quo minus ipſam impleat,nō
habetur pro impleta.vt ff.de contrahen.emptio.l.empti.l. cū
10 ab eo.2.reſpon.ver.ſi vero.& poteſt eſſe ratio,†quia nemo te-
netur parare ſibi laqueum,ſeu factum facere,per quod oblige-
tur. C.de actio.& obligatio.l.ſicut.Aut eſt adimplenda ab alio
& tunc refer,aut expreſſe agitur,vel tacite intelligitur, quod
implementum conditionis, poſsit per aliquem impediri, aut
non, ſi ſic. tunc aut impeditur per illum, & illo impedito, per
11 quem ſeu quo expreſſo agitur,vel tacite intelligitur eam poſ-
ſe impediri † aut per alium,ſeu alios. In primo caſu non habe-
tur pro impleta.v.g. exempla de poteſtatiua & de mixta,pro-
miſi tibi per ſtipulationem decem, ſub conditione, ſi curren
do priuſquam ego,vel quam Titius intrares eccleſiam Pari-
ſienſem,vel aſcenderes capitolium,vel ſi priuſquam ego vel ti
tius tenderes ad alium certum terminum,vel ſi me,vel Titiū
ad terram proſterneres,vel ſaltando ſeu alium actum exercen
do deuinceres.Exempla de caſuali,promitto per ſtipulationē
regi Angliæ qui nunc eſt ante villam,de Caleſio.vel etiam tibi
mille,ſi rex cederit dictam villam,vel ſi cū exercitu ſuo vene-
rit ad villam Pariſien.& illā ceperit,vel ſi regnū Franciæ occu
pauerit violenter,quod magis aſcriberē miraculo, quā caſui,
vel fortunæ. In iſtis.n.omnibus caſibus, vel expreſsè agitur,
vel tacitè intelligitur conditio poſſe impediri per illum in cu-
ius perſona impleri poſſet,vel per illum cuius intereſt, de hoc
eſt caſus.ff.de præſcrip.verbis.l.ſi gratuitam.§.ſi quis ſponſio-
nis.alias eſt ſub l.ſi rem tibi.& hoc notat glo.ff.de verb. oblig.
l.in executionibus.§.vlti.& Ioann.And. j. de reg.iur. cap. cum
12 non ſtat.lib.6.†quod .n.tacitè intelligitur non deeſt,ſed ꝓ ex-
preſſo habetur,vt ff.ſi cer.pet.l.cum quid.de ſerui.l.ſi cui.de ri
tu nupt.quanquā.de iure do.l.res in dotem. In ſecundo caſu,
quando per aliū vel alio impedimento impeditur,refert.†Aut
per dolū,vel fraudē illius cuius intererat ipſam non impleri,
& tunc habetur pro impleta in eius præiudicium.v.g.ſponſio-
ne facta inter me, & te de currendo,tu ponis clauos vel lapides
ſub pedibus meis ne poſsim currere,vel poſita ſeu inita collu
ctatione inter me, & te.tu facis lapidem vel trabem cadere ſu
per me,vel alium ſocium tecum in colluctando aſſumis, pro-
pter quod impedior te deuincere.arg.ff.de dolo. l. eleganter.
§.fina.& l.ſeq.& l.arbitrio.§.dolo. & per totum.ſolu.matr.l.ſi
ab hoſtibus §.ſi vir. & videtur caſus in eod.titu. l. filiæ meæ,
emancipatæ.de diuor. l.ſi filia. C.de repudi.l. non eſt dubium
ex quarum legum ratione facta eſt illa decret.j.de renun.ſi te,
14 præbendam.lib.6. †fraus.n.& dolus non debent alicui patroci
nari,ſed obeſſe.ŝ.de reſcr.ſedes apoſtolica.in fi.de offic.deleg.
cum olim magiſter.ff.de rei vendi.l.in fundo. & ita potes in-
telligere.ff.de condi.& demonſtr.l.iure ciuili.& j. de reg. iur.
c.cum non ſtat.lib.Aut non impeditur per dolum, vel fraudē
illius cuius intererat eam non impleri,& tunc ſubdiſtingue vt
15 in membro ſeq.†Si nec expreſſe agitur,nec tacite intelligitur,
implementū conditionis poſſe per aliquē impediri, & tunc,
aut erat conditio poteſtatiua,aut mixta,aut caſualis,ſi poteſta
tiua vel mixta,tunc aut ille, qui debet conditionē implere,&
in cuius perſona eſt aſcripta non impeditur eā implere, ſi per
eū ſtat,quo minus eā impleat, & tunc non habetur impleta,
ſed potius pro deſerta,ſiue dependeat ex facto ipſius tantum,
vt C.de inſtitu.& ſubſtitu.ſub condi.factis.l.1.j. reſpon.de cō
di.inſerti. l.fin.ff.de conditio. & demonſtr.l.hæc conditio, ſi
capitolium.& l.legata.& l.qui hæredi.§. vltimo.& de cond.in-
ſtitu.l.quæ ſub conditione §.quotiens inquātum ibi loquitur
de conditione ſecundi,ſiue dependeat ex facto ipſius, & alte-
rius vt hic,vbi matrimonium nō haberetur pro impleto, quo
ad ipſam.p.per quam ſtetit,& in §.alleg.quotiens. quando lo-
quitur de conditione dandi,ff.de condictio.& demonſt. l. in
teſtament n.2.verſic.ſed ſi vterq; & c,ibi ſtichi autem portio,
& c.& l.ſi Titius.à contrario ſenſu. Fallit in libertate relicta,
ſeruo ſub conditione ſibi aſſcripta adimplenda intra certū tē-
pus,quo caſu, refert,vtrum conditio eſt in dando, & talis non
poteſt poſt tempus ſtatutum adimpleri,vt ff.de ſtatu liber. l.ſi
intra quinquennium.aut in faciendo, & talis poteſt, vt ff. de
ſtatu liber.l.cum hæres.§.vlti.melius in l.ſeruus qui teſtamen
4 to.§.ſeruus cum hæredi.& l.ſtichum. §.damam.& de liber.cā
l.Gaius.& ſic aliud eſt in libertate,aliud in matrimonio.Et po
teſt eſſe ratio, quia in matrimonio res ipſa non capit tantam
dilationem propter periculū fornicationis.argu.ŝ. vt lite. non
conteſta. c.quoniam. §.j.& notat hic Ber.in glo. ſed videtur,
& Hoſtien.poſt eum.Aut ille in cuius perſona conditio eſt aſ-
ſcripta,impeditur eā implere,& tunc aut conditio erat pote-
ſtatiua,aut caſualis, aut mixta,ſi poteſtatiua tunc,aut pendet,
ex facto meo tm̄,cui ē aſſcripta,& qui ipſam debeo adimple-
re,aut ex facto meo, & alterius,ſi ex meo tm̄,tunc aut impe-
dior,per eum cuius intererat ipſam non impleri,aut per caſū,
aut per quendā tertium. primo caſu dicunt indiſtincte glo.ff.
de condict.& demon.l.in teſtamento. a.& C.de inſti.& ſub-
ſtitu.l.j.& Cyn.ibi & Dyn.j.de reg.iur.c.imputari.& ca. cum
non ſtat.quod debet haberi,pro impleta.vt ff.de condi.& de-
mon.l.iure ciuili.quando dies leg.ce. l.ſi poſt diem.§. itē ſi qua
conditio.de verb.obli.l.in executionibus.§.vlti.& de reg.iur.
l.iure ciuili.& j.de reg.iuris.c.cum non ſtat.libro.6.Ego verò
Henricus credo ſic dicendum.aut ille cuius intereſt impedit,
implementum conditionis cauſa,ſeu animo impediendi emo
lumentum ſeu commodum,ex huiuſmodi implemento pro-
uentorū,aut alia de cauſa.In primo caſu,refert, aut eſt talis cō
ditio,quæ poteſt momento adimpleri,vt ſunt regulariter cō-
ditiones dandi,vt ſi teſtator legat fundum Titio ſi decem hæ
redi dederit,vel ſticho.ſeruo libertatem,ſi decem hæredi de-
derit.& tunc verum eſt quod dicunt. Vel eſt talis, quæ debet
adimpleri per ſucceſsionem temporis,vt ſi teſtator legauerit,
fundum Titio,vel libertatem ſticho ſi hæredi ſeruierit, per
quinquennium, & tunc, aut conditio eſt in faciendo,& tunc
non erit impleta niſi tantum temporis fluxerit, quantum poſ
ſet adimpleri,ſi impeditus non eſſet, vt ff.de ſtat.liber.l. cum
hæres.§.ſeruire.& l.ſi peculiū §.quadā.& l.ſeruus ſi hæredi.§.
imperato.Aut eſt in dando,& tunc ſecus.v.g.Teſtator legauit
libertatē ſticho ſeruo ſub conditione,ſi annua,bima,trima die
denos aureos hæredi dederit, ſtichus offert hæredi ſtatim,
vel in primo anno poſt mortē teſtatoris,30.& ſic decē ꝓ quo
libet anno,hæres recipere recuſat, per hoc ſtatim erit liber,
vt ff.de manu.teſta.l.ſi ita fuerit libertas.§.j.de ſtatu liberis. l.3.
§.ſtichus annua.Et ratio eſt euidens,quia ſeruitiū, ſeu opera,
triū, vel quinque annorū non poteſt præſtari vno die, vel in
momento, ſecus in præſtationibus pecuniarijs, trium, vel
plurium

plurium annorum, vt ibi. In ſecundo caſu.ſ.quando impedit
non cauſa ſeu animo impediendi commodum ex implemen-
to huiuſmodi prouenturum non habetur pro impleta, vt eſt
caſus.ff.de ſta.lib. l.non omne.vbi dicitur non omne ab hære
dis perſona interueniens impedimentum ſtatulibero pro ex
pleta conditione cedit, ſed id duntaxat ꝙ impediendæ cauſa
libertatis factū ſit.ff.e.tit.l.3.in prin.& §.ſi quis ſeruum.de fi-
deicommiſſ.lib.l.ſi eum ſeruum.§.ex iuſta cauſa. Et rō eſt in
promptu, quia ad hoc vt ille qui debet conditionem poteſta-
tiuam adimplere, ipſam adimpleuiſſe cenſeatur, oportet, ꝙ
ſcienter & animo adimplendi conditionem, factum in condi
tione aſſcriptum faciat, nec ſufficere facto adimpleuiſſe, vt ff.
de condi.& demon.l.2.Quod tamen implementū ſaltē in vlti
mis voluntatibus eſt fauorabile, ergo ad hoc, vt impediens im
plementū ipſius quod eſt odioſum reddat reputationē iuris,
conditione impletam, oportet ꝙ cauſa & animo impediendi
commodum faciat, non.n.plus debet habere implementū cō
16 ditionis reputatiuum, ꝙ verum & reale, vt probat ff.de cond.
& demonſtr.l.mulieri & Titio.cum concor.ſuis,† & quia con
trariorum eadem debet eſſet diſciplina.inſtit.de his, qui ſunt
17 ſui vel alie.iur.in prin.†Secundo caſu.ſ. quando impedior per
caſum, vt quia ſeruus quem in vi conditionis implendæ ma-
numittere debebam mortuus eſt, debet haberi, pro impleta,
vt ff.de condi.inſti.l.quæ ſub conditione.§.quotiens. ſm glo.
in d.l.in teſtamento.2.& de condi.inſti.l.j.& Cy.ibi. & Dyn.
in c.alle.imputari quod eſt verum ſecundū glo.in d.l.j. niſi fue
ro in mora manumittendi, quia tunc ſecus. argu.ff. de condi.
& demon.l.pen.§.j.Tertio caſu, quando impedior per tertiū,
tunc dicit Cy.in d.l.j.& Dy.in c.imputari, Aut impedior iu-
ſtè, & tunc habetur pro impleta, vt ff.de contrahen.empt.l.la-
beo ſcripſit.& de condi.& demonſt.l.ſi Titius, cum concord.
alleg. Aut iniuſtè, puta interficiendo ſeruum quē in vi condi-
tionis implendæ manumittere debebā, & tunc dicunt glo. &
Cyn.ibi.Aut ille tertius impediens eſt ſoluendo, & tunc con
ditio habetur pro defecta, ſed agitur contra impedientē.vt ff.
ad l.aquil.l.inde Neratius.§.idem Iulianus.& de condi. & de-
monſt.l.quibus diebus.in prin.Aut non eſt ſoluendo, & tunc,
reputatur impleta, vt ff.de eo per quē factū eſt.l.vlt.in princi.
Si conditio dependet ex facto meo, qui ipſā debeo adimple-
re.& alterius, tunc aut impedior per me, & tunc non habetur
pro impleta, vt eſt dictū.Aut per aliū, & tunc habetur pro im-
pleta, ſiue interſit ſua non impleri, vt quia teſtator legauit Ti
tio fundū, ſub conditione, ſi decē hæredi dederit, vt in l.alleg.
ff.de condi.& demonſt.l.iure ciui.quando dies le.ced.l.ſi poſt,
diem.§.Itē ſi qua conditio.de reg.iur.l.iure ciui.j.de reg.iur.c.
imputari.& c.cū nō ſta.lib.6.ſiue non, ſed potius forte inter-
ſit ſua ſaltē acceſſoriè, & conſecutiuè eā impleri, vt ſi teſtator
legauit fundū Titio ſub conditione, ſi decem Seio dederit, &
ita Seij intereſt ſaltē acceſſoriè, quòd impleatur.vt ff, de condi,
inſti.l.3.de condi.& demon.l.in teſtō.2.ver.ſed ſi vterque. de
le.3.l.qui concubinam.§.vxori.de an.le.l.Meuia.& in d.l.j.C.
de inſti.& ſubſti.ſub condi.factis, niſi aliud appareat, de volun
tate teſtatoris.Aut impedior per caſum, & tunc, aut erat con
ditio adiecta, in fauorem meum, cui relinquitur, aut in fauorē
illius in cuius perſona contingit caſus, aut vtriuſque, aut du-
bitatur. In primo caſu, quando in fauorem meum habetur ꝓ
impleta, & ita dicit Dyn.in cap.alleg.imputari.& in cap.cum
non ſtat.& Pe.de bel.per.in d.l.1.C.de inſti.& ſubſti.ſub con
di.factis.Alij diſtinguunt inter legatum alimentorum, vt tūc,
habeatur pro impleta.vt ff.de an.le.l.annua.& ita no.glo.in d.l.
1.& in l.alleg.in teſtō.2.& alia legata, vt tunc habeatur pro de
fecta, vt C.de condi.inſer.l.legatum.In ſecundo caſu, quando
in fauorē illius in cuius perſona contingit caſus, videtur defi-
cere, & ideo nō habetur pro impleta.l.Seio.ff.de ann.leg.& de
condi & demon.l.illis.& l.in teſtō.2.Fallit in libertate, vt ff.
de condi.& demon.l. cum ita datur.In tertio caſu, quando in
fauorē vtriuſq;, tunc ſecundū Dyn.& Cy.ſi impedior per ca
ſum in perſonā alterius contingentē, non habetur pro imple-
ta.Quarto caſu quando dubitatur dicit Dyn.& Cy. poſt eū,
ꝙ præſumitur in fauorē legatarij, ſeu eius cui erat aliquid ſub
conditione relictū, & ideo caſus in perſonā alterius contingēs
nihil nocet, & legatū indiſtinctè debetur, vt probatur in d.l.j.
C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.factis.ff.de condi.& dem.l.in te
ſtō.2.l.Titio.c.§ ante nuptias & §.ſeq.& l.illius.& de an.leg.le.
18 Seio.in prin.& l.Meuia in prin.† Et nota quod conditio mixta
duobus modis accipitur. Vno modo pro ea, quæ eſt pote-
ſtatiua, ſed pendet ex facto meo, & alterius.& de tali intellige
quod ſ.dictū eſt de mixta.Alio modo accipitur pro ea quæ de

pendet ex facto meo, & fortunę inſidijs & de iſta intellige idē
quod de caſuali, ſequitur.vt no.gl.ff.de cond.& demon.in ru-
brica ibi.ſi vero cauſalis, vel mixta fuerit, &c.& Dy.in c.alle.
imputari.in fi.& Cyn.in d.l.1.de inſti.& ſubſti.Sequitur de cō
19 ditione cauſali, & dic, quod in illa euentus ſperatur, † vnde li-
cet impediatur impleri per caſum, non tamen habetur ꝓ im-
pleta, vt C.de cadu.tollen.l.vnica.§.ſin autem.vt no.glo.in ru-
bric.alleg.& Dyn.& Cyn.vbi ſ.Sequitur de conditione neceſ
ſaria, & tunc aut loquimur in contractibus aut in vltimis vo-
luntatibus, ſi in contractib. tunc, aut dies eſt adiectus, ſeu tem
pus adiectum conditioni, & tunc pura eſt obligatio, ſed exa-
ctio differtur, vſque in diem euenientem, vt ff.de verbor.obl.
l.in illa ſtipulatione ſi calendas, in princ.de condi. indebi.l.nā
ſi cum moriar.& l.ſeq.de iure dotium.l.Iulianus.Aut tempus
ſeu dies non eſt adiectus conditioni, & tunc eſt pura, & quo.
ad obligationē, & quo ad exactionem, vt in d.l.in illa ſtipula-
tione ſi calendas.in fi.& l.impoſſibilis.eod.titu.ff.de noua.l. ſi
pupillus.§.qui ſub conditione.Si in vltimis voluntatibus, &
tunc aut in hæredum inſtitutionibus, aut in legatis.Si in hæ-
redum inſtitutionibus, tunc, aut conditio non habet tēpus,
ſeu diem annexum, vt iſta: ſi ſol oriatur, ſi cœlum digito non
tetigeris, & tunc habetur, pro pura, vt ff.de hæredibus inſti-
tuen.l.ſeruum meum.§.j.aut conditio habet in diem ſeu tem
pus annexum, & tunc, aut eſt certum, vt ſi ſol oriatur die Pa
ſchæ, & tunc habetur pro pura detracta adiectione temporis
vt ff.de hæredibus inſtituen.l.hæreditas ex die, & inſti. de hæ
redib.inſtit.§.hæres.aut incertum, vt ſi ſol oriatur in die nati-
uitatis Antichriſti, & tunc æquiparatur conditioni, & expecta
tur, vt ff.de condi.& demon.l.dies incertus. & eſt ratio diuer
20 ſitatis inter certum diem & incertum, † quia ſicut quis nō po
teſt pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt ff.
de hæredibus inſtituen.l.prima.§.ſi ex fundo.& l.quotiens.§.
ſi duo.& l.ex facto, per totum.ita ne, pro parte temporis, cū
in eo caſu ſit arguendum de parte rerum, ad partem temporis
ff.de teſtamen. milita.l.miles ita.quod eſſet ſi ad certum diem
vel ex certo die poſſet fieri inſtitutio, ita quod ante diem non
eſſet hæres, ſecus in die incerto, qui habetur pro conditione,
quia tunc dies incertus, ſeu conditio exiſtens retrahitur, & ſic
inſpectu retrotractu ſemper cenſetur fuiſſe hæres. ff.de teſta-
men.milita.l.quod dicitur.& de acquir, hæred.l.hæres, quan-
doque.Si quæris in legatis, tunc dici pōt idē quod in ſtipulatio
nibus, niſi diligenti ſtudioſo diſtinguendū aliter videatur. Se-
quitur de conditione impoſſibili, & tunc refert.Aut eſt cōtra
ſubſtantiā rei, vel actus, cui aſſcribitur, & de hoc dic vt dicam.
j.de condi.appo.c.vlti.aut non, & tunc refert inter cōtractus
21 & vltimas voluntates.† Nam in contractibus habetur pro de
fecta, & vitiat contractū, ſiue ſit impoſſibilis per naturam, ſi-
ue de facto, vt ff.de verb.obl.l.ſi impoſſibilis.inſti. de inuti. ſti
pu.§.ſi impoſſibilis, ſiue de iure, puta quia turpis, vt ff. de ver.
obl.l.ſi plagij.ſiue perplexitatis, vt ff.de verb.obl.l.ſi Titius.&
de regu.iur.l.vbi repugnantia.ſed fallit in matrimonio, quod
dic, vt dicam.j.de condi.appo.c.vlti.Sed in vltimis voluntati
bus refert, Aut conditio apponitur ei à quo relinquitur, vel
cui iubetur de dando, vel reſtituendo alteri, & tunc non valet
legatum, vt inſti.de leg.§.vlt.vt no.Azo.in ſumma ti.de inſtit.
& ſubſti.ſub condi.factis §.quod dixi.& Goff.j.de comp.iud.
ad c.j.& Archi.32.q.2.ſolet.glo.pe.Aut apponitur ei qui inſti
tuitur, vel cui relinquitur, & tunc habetur pro impleta, nec vi
tiat inſtitutionē, vel legatū, ſiue ſit impoſſibilis per naturā, ſi-
ue de facto, ſiue de iure, vt ff.de condi.inſti.l.j.& l.ſi quis inſti
tutus, & cōdōnes ꝯ edicta.& l.quidā teſtō.C.de nupt.l. ſi quis
alūnō.§.fi.inſt.de hær.inſt.§.pe.& de le.§.fin. Fallit impoſſibili
pplexitatis, vt ff.de her.inſt.l.captatorias.& l.ſi qs ſempro.& ď
cō.inſt.l.ſi Titi.& l.ſimul.§.ſi.& ď le.j.l.captat.ꝙ dic, vt ibi, &
de hac materia vide, ꝙ no.Ho. in ſum.de condi. app. per totū.

Super c.c. Ad declaratio.gl.ſed vr & ibi &c. Si q̄ris v-
trū qn̄ certus terminus ē ſtatutus, ad aliqd fa
ciēdū aliqs ad illď faciēdū teneat poſt lapſū terminū, diſtiguīt,
ſm Io.qa qn̄q; apponit termin' ad obligōnē ꝯctā ꝑ ſolōnē fa-
ciēdā tollēdā, & tūc ſi is cui ꝑceptū fcm̄ fuit, nō obediuit ad o-
bediēdū nihilomin' remaneat obligatus poſt terminū, ſic ītel
ligit & ſoluit ꝯria hic ſignata.ff.ď arb.l.celſ.ſ.de do.& ꝯtu.c.cū
32 dilect.qa nec t pis fluxū t ſed ſolōnē eius ꝙ debet tollit oblō.ff.
ď ac.& obl.l.obligōnū fere, §.placet.& īꝑcepto nō executo ter
min.lapſus inobediētē nō excuſat ſꝫ argun.vt ſ.de ꝯuer.ꝯiug.
ex publico.ff.ſi qs ius di.nō obtē.l.vnic.& ſ.ď of.or.irretraga.
bili.§.exceſſus.Qn̄q; ponit terminus ad obligationē ꝯbendam
& tūc obeſt illi qui eſt in mora, vt hic ſm Io.ſed Hoſt.dicit ꝙ

moniali ter conſentire in illam quæ tempore furoris in eũ con
ſenſit, & contractum tempore furoris ini ium ratificare, &
2 tunc dicit Io. ꝙ non põt nec tenet matrimonium,† quia nõ eſt
mutuus conſenſus tempore contractus initi in furore, ſine
quo nullum eſt matrimonium. 30.q.2.vbi. & ſic quod nullum
eſt ratificari non poteſt.ff.de verbo.oblig.l.j.š. de conſti. cum
acceſsiſſent, & de elect.auditis,ſed Tanc. Goffr. & Ber. hic di
cunt ꝙ eſt matrimonium,non vt ex tunc vt referas ad primũ
conſenſum,ſed vt ex nunc & ex nouo conſenſu,argu. ĵ.de eo
qui duxit in matrimo.c.j.& c.veniens.de coniug.ſeruo. propo
ſuit.ff.de ritu nup.l.4.de deſpon.l.4.& 5.ĵ.tit.j.literas. & ca. ac
ceſsit. Sed ſi hæc iura ſubtiliter conſideres, inuenies ꝙ ambo,
ſimul conſentiunt tacitè,vel expreſſe, vel is qui non conſen-
tit,quia deliquerat,cogitur conſentire,ſm Hoſti.ideo dic,ſm
3 eum.† Aut mulier tpe ſanę mentis viri ipſo conſentiente cõ-
ſentit,vel vſq; ad conſenſum ipſius viri,in ſana mente conſen
ſum ſuum præcedentem continuat, & hoc ſufficit.nam cõſen
ſus mutuus eſt in idem & eodẽ tpe habitus, & ſic matrimo-
nium non claudicat 29.q.j.c.ꝙ aũt.§.j.& ita intelligo opi. Tã
cre.Goſ.& Bern.Aut mulier ipſu tpe ſanę mentis conſentiẽs,
ſeu primum conſenſum in furore habitum ratificans diſ-
ſentit,ſeu conſenſum ſuũ non continuat,& hoc non ſufficit ad
matrimoniũ,nec eo caſu valet matrimoniũ,nec ex tunc , nec
ex nunc.Et eſt rõ, quia non concurrit conſenſus vtriuſque eo
dem tpe,pro quo facit expreſſe quod no.Ber.ĵ.de condi. app.
ſuper eo.glo.2.in q.ſed pone &c.& Hoſt.ibi,& frater Ioan.in
ſumma conſe.tit.de condi.appo.q.18.& Aſten.lib.8.ti. de mo
do contrahendi ſponſalia.titu.2.q.quid ſi quis ſignificauit.Po-
ne.n.mulierem poſt contractum tpe furoris habitum,fugiſſe,
& ſic facto ipſo pęnituiſſe,nunquid dices, ꝙ ſi furioſus vult,
modo ratificare ſanę mentis,cogatur ei mulieri adherere,cer-
te non, vt patet.ĵ.ti.j. de illis.j.& 2.& c.duo pueri,& hoc ma
nifeſte innuit.ĵ.eo.ibi,legitimus non potuerit &c. vſque in
fi.& in eo caſu vera eſt opi. Io.ſm Ho.& Io.An.hic idẽ Aſtẽ.
lib.8.ti.de impedimento erroris.arti.2.Nec ob.quod no.ĵ.eo.
ſi inter.& Archi.27.q.2.ſufficiat. glo.3. dicens ꝙ ſi vnus con-
trahentium matrimonium dicit verba quæ habentur in d.c.ſi
inter.in prin.vel ſimilia,& antequam ſibi rñdeatur diſceſsit , &
ex interuallo ei reuerſo rñſum eſt,quòd conueniebat matri-
monio,videtur quòd ſit matrimonium.arg.ff.de ver.obl.l.j.§.
2.& dicit lex quòd in his quæ conſenſu contrahuntur,rñſo ex
interuallo facto non nocet.vt ff.de verb.obli.l.ſi ſtipuler.§. vlt.
ſm eos.quia hoc verum intelligo in caſu,vbi primus profitẽs
in eodem conſenſu perſeuerat alias ſecus,vt eſt dictũ.& eſt ca
ſus pro hoc.ĵ.de procu.c.vlt.cum ibi no.li.6.Et quod plus eſt,
Io.An.in c.alle.cum inter.dicit ſe illam gl.nondũ inueniſſe , &
ꝙ bona ergo.ĵ.de ſpõſa duorũ.tuas.tenet contrariũ, dicens in
matrimonio hoc requiri,ꝙ contrahentes ſibiinuicem rñdeãt,
antequam ad alia diuertant,ſicut eſt in alijs ſtipulationibus.ff.
de verb.obl.l.continuus.Sed primum credo verius,& de hoc,
no.B.Thom.& Pet.diſt.34.& Ray.in ſumm.tit.de matrimo
nio,§.7.& frater Ioan.in ſumm.conſti.ritu.de matrimonio.q.
26.ſequitur videre,&c.& Aſten lib.8.tit.de cauſa efficien.ma.
4 trimo.arti.4.q.vtrum perſona conſentiens.vbi vide.† Aut q̃-
ris de ebrio, & tunc refert ſm gl.Guil.ſuper Ray,tit.de ma-
trimo.§.16.& idem fra.Io. in ſumm.conſti.tit.de matrim. q.
27.nunquid ebrius.& q.ſeq.& Aſten.tit.de impedimento er
roris.in fi.Aut eſt ita ebrius quòd nullo mõ hẽt vſum rõnis,ne
ſciens oĩno quid agat,& tunc idem eſt ꝙ in furioſo,quia deeſt
conſenſus,ſine quo non eſt matrimonium, ẽt ſi poſt ebrietatẽ
eam cognoſcat,niſi quod fecit in tali ebrietate ratũ , hẽat poſt
ebrietatem ſm eos,quod intellige ipſa ẽt tunc cõſentiente,vel
in priori conſenſu perſeuerante,vt š.dictũ eſt de furioſo.Aut
non eſt tanta ebrietas,quòd vſum rationis auferat, & tunc po
teſt contrahere tam matrimonium,quam ſponſalia, & ſi poſt
ſponſalia ſequatur carnalis copula, & in hoc caſu præſumitur,
pro matrimonio.argu.ĵ.e.is qui.ſm eos.

1 *Matrimonium carnale ſine verbis contrahi poteſt. 3.5.*
2 *Mutus & ſurdus baptizatus ſaluari poteſt.*
4 *Fideicom nutu non relinquitur.*
6 *Matrimonium ſpirituale, ſine verbis contrahi non poteſt.*
7 *Differentiæ inter matrimonium carnale, & ſpirituale.*

TVæ. ¶ Si quæris vtrum matrimoniũ poſsit con
trahi ſine verbis,& vtrum ad matrimoniũ
ſufficiat conſenſus tacitus, ſine expreſsione verbo-
rum, Diſtingue. Aut quæritur de matrimonio carna
1 li, aut de ſpirituali.† ſi de carnali, tunc, aut quæris de illis, qui
loqui non poſſunt, vt in mutuis, & dic ꝙ ſic, dummodo per ſi
gna,vel aliàs legitimè conſtet, & appareat de conſenſu, quod
dic,vt leg.& no.š.e.cum apud.adeo ſm Hoſt.& Io. An.ibi, ꝙ
etiam ſi aliquis fuerit à natiuitate cæcus,mutus,& ſurdus in-
ſimul,licet videatur,ꝙ non poſsit contrahere,quia nunquã vĩ
dit matrimoniũ contrahi,nec vxorẽ teneri,& ſic in eo ꝙ nun
quã vidit,nec ſcit quid ſit,conſentire nõ põt.arg.ff.de contra.
hen.emp.l.in lege.Contra tñ videtur,quòd cum poſsit cogno
ſcere mulierem & naturali vtatur rõne,licet illã non poſsit ex
primere,vt ſi carnis ſtimulo incitatus turpia ſigna onderet, p
quæ euidenter appareret ꝙ mulierẽ quærit ad commiſcendũ
cum ea,forſan et condeſcendendũ eſſet,ne peius faceret.argu
2 mẽ.inſti.de iure na.j.rñ.† Nam & talẽ baptizatum,dum tñ rõ-
ne non abutatur,ſaluari dicemus,ſalẽ ſicut & paruulũ.de con
ſe.di.4.illud perſcrutari ĵ.de diuor.quanto. Vnde ſi per aliqua
ſigna poſsit facere fidem de conſenſu matrimoniali , ipſũ ad-
mittam.vt š.c.cum apud,alioquin furioſo,vel animali ſenſu.i.
diſcretione carenti.ff.ſi quadru:pau.ſe.di.l.j.ipſum penitus cõ
parabo,vel conſulas in hoc caſu principem,ſicut factũ fuit in
c.alleg.cum apud.arg.š.de tranſl.epiſcopi.c.1.ſecundum Hoſ.
3 ibi & Io.An.poſt eum.† Aut quæris de illis quæ loqui poſſunt
& tunc dñi Io.Go.Bern.& Inn.hic, & Bar.Brix.44.diſt.ſi re-
ctor.ſuper ver.operatur,quòd non contrahitur ſine verbis,vt
hic,& ĵ.eo.ſumitur,in prin.ibi,vtroq; dicente,& ĵ.de ſp.duo.
licet ibi,vtroque dicente &c.vbi Tanc.& Goſ.tenuerant hoc
idem & Ber.in c.alle.ſi inter,& magiſter ſententiarum diſt.27
& Tho.& Pe.in ſcriptis,Imo plus videtur ſecundũ Inn.qđ ſi
conſtet modo quod adinuicẽ conſenſerunt.quia hoc confitẽ-
tur,non tñ eſt matrimonium ſine verbis.vt hic, & hoc iõ ſic
ſtatuit eccleſia,licet ſit contra ius naturale, eſt ꝙ ſolo cõſenſu
contrahitur matrimonium,ne tñ ſacramẽtum ſit in incerto.
Aliàs.n.ſequeretur abſurditas iſta ſ.qđ ſi mulier & vir inſimul,
vadant per viã,& ſibi adinuicẽ copulam cõplaceat,& vnus in
alterũ conſentit matrimonialiter,nunquid iudicabimus ma-
trimoniũ inter tales,ſequeretur ꝙ inter eos eſſet matrimoniũ
quo nihil eſſet periculoſius,ſm Inn.& in hoc vlti.conc.Arch.
30.q.5.c.nec illud.in gl.adde vnde verba, matrimonio &c.ſm
ipſos,ergo matrimonium non contrahitur ſolo cõſenſu, ſine
verbis.Sed Hoſt.hic & ĵ.e.ſi inter.contra per l.nutu.ff.de leg.
4 3.† nam vt ibi dicitur nullus põt relinquere nutu fideicõmiſ-
ſum.niſi qui loqui põt. Vnde ſequitur bene per l.illã quod ſi il
le qui loqui non põt eſt aptus matrimoniũ contrahere per nu-
tũ,multo fortius is qui põt.Nec refert ſm eũ in talib.vtrum,
verba ſint apta vel non,dummodo appareat de conſenſu.ff.de
5 ver.obl.l.ſi ſtipuler.§.ſi in locando.† Vnde & ſine verbis ali-
quibus dicitur mulier conſentire tacitè,ff.de ſpon.l.in ſponſali
bus.j.& l.ſponſalia.& l.ſeq.ff.de rit.nup.l.2.Et iõ quamuis for-
ma verborum oĩno deficiat,tñ ſi de violenta præſumptione,
euidenter conſtet in foro contentioſo pro matrimonio iudi-
cabitur,quicquid ſit de pœnitentiali vt euidenter colligitur.ĵ.
eo.c.prox.& in his quæ no.š.e.ex literis.Illud aũt fatetur Ho.
& Io.An.poſt eum quòd eccleſia nõ iudicabit matrimoniũ,ni
ſi ei conſtet de conſenſu vel p verba vel per alia æquipollẽtia,
& ſic nõ obſtat opi. facta per Inn.š.in verſ.aliàs.n.ſequeretur,
&c. Nam in exẽplo per eũ poſito nõ põt fieri fides eccleſiæ,de
cõſenſu ẽt tacito,quinimo & ſi alter in alterum, ſimul cõſen-
tiat,nõ tamẽ põt dici veraciter loquẽdo, ꝙ vterq; conſentiat,
cum alter ſenſum alterius non ſentiat ſed ignoret. vnde licet,
ſint ſenſus,non tamen poſſunt dici conſenſus,cum expreſſim,
illi conſenſus non conueniãt,immo poſſent ſm Io.And.dici
diſſenſus quaſi diuiſi ſenſus. Dicẽdum eſt igitur quòd per ſo-
lũ cõſenſu contrahitur matrimoniũ, ſine verbis,& eſt hoc ex
preſsum.ĵ.de cõiug.ſeruo.c.ſi.ſm Ho.hic & ibi.& ĵ.de matri.
cõtracto,contra inter.eccleſiæ,c.j.& plenius in ſum. eo.tit. ru
brica de matrimo.§.qualiter contrahatur. vbi idem tenet, &
Gen.in extrauag. Io. 22.execrabilis ſuper verbo, verbaliter
pro quo facit quod ſegit. & no.plene.ĵ.tit.proxi.vbi idem te-
net Vincentius idem Alanus ibi & in c. alleg,licet. de ſponſal.
duorum, & ad hoc inducebat. ff. de iure dot. lege mutus. Eſt
tamen neceſſe, ſecundum eum,vt hoc agatur inter ipſos, vt
matrimonium contrahatur, 27. quæſtione 2. ſufficiat, & qđ
ſuum conſenſum aliquo ſigno exprimat. argument. ff. man-
dati. lege prima, ſecundum Alan. Sed in iſto belli certa-
mine, dicas, ſecundum Archidiacon. quadrageſima tertia
diſtinctione, ſi rector. ad fin. in gloſſ. adde, vbi de hoc,
& cætera, quòd tunc, facto contrahitur matrimonium,
quando aliqua verba, ad ſponſalia, præceſſerunt, vel matri-

monium, licet tunc non haberet effectum, poſtea vero, ipſo,
facto contrahitur matrimonium ſiue ſponſalia. & ſic not. Ioã.
& Ber. j. de coniug. ſeruo. c. fi. Illa ergo ſententia quæ habet, ꝙ
matrimonium non contrahitur ſine verbis, habet locum quã
do non præceſsit tractatus, qui ad notitiam vtriuſq; peruenit
& ſm hoc omnes opiniones ad conſonantiã reducuntur. &
ad hoc facit quod not. 30 q. 5. non illud. ſm Archi. in cap. alle.
rector. idem tenet. j. de deſpon. impub. ca. vnico. ſuper verbo,
modum alium. lib. 6. vbi approbat dictam glo. Ber. j. de coniu.
ſeruo. c. fi. idem innuit. j. de procura. c. fi. glo. vlti. lib. 6. Dic er-
go breuiter, aut quæris nunquid poſsit contrahi ſine verbis,
mutuis vtriuſq;, ſed alterius ſolum, hoc eſt per verba vnius,
& ſigna alterius. & dic quòd ſic. vnde ſi quis dicat mulieri cõ-
ſentio in te, vt in vxorem, & ſi tu vis me in virũ, & in hoc cõ-
ſentires ꝙ matrimonium verum ſit inter me, & te, & oſcule-
ris me oſculo ſecuto matrimonium eſt, vt no. Hoſt. j. de deſp.
duorum. c. vlt. ſuper verbo & ore, & Arch. 27. q. 2. c. vlti. ſuper
verbo & ore, cum quib. conc. Bern. j. eo. ſi inter. gl. j. ibi, & ſi
conſenſum exprimat, aliter &c. & Abb. ibi. Aut nunquid poſ-
ſit contrahi ſine verbis alicuius contrahentium, & tunc dic,
vt s. ſm Archi. & de iſta materia not. frater Io. in ſum. conſtit.
6 hoc tit. rubr. de matrimonio. q. 10. circa. † Sequitur de matri-
monio ſpirituali, & illud nunquam contrahitur ſine verbis, ſi-
ue loquamur de illo, quod contrahitur in baptiſmo inter deũ
& iſtam animam illius qui baptizatur, dummodo dari poſsit
quia non baptizatur, niſi ipſemet rñdeat, de conſecr. diſt. 4. cũ
pro paruulis, quia ibi verba, & forma verborum ſunt de ſubſtã
tia, vt probatur. j. q. j. detrahe. s. de baptiſmo. c. j. aliud in matri-
monio carnali. vbi verba ſaltẽ vtriuſq;, nec forma verborum
ſunt de ſubſtantia, vt hic. & j. c. proxi. & c. vlti. ibi ſeu verba ſi-
milia. Siue loquamur de illo matrimonio quod contrahitur in
ter electum, & eccleſiã, de quo. s. de elec. cum inter canonicos
quod contrahitur conſenſu, vt s. de tranſla. epiſcopi. c. inter. &
tamen nunquam contrahitur ſine verbis vt ibi & j. de eccle.
ꝗ ſit & c. ſi electio. li. 6. vt no. Hoſt. hic poſt Tanc. & Goſ. & ple
nius in §. alle. qualiter contrahatur dicens inſuper ꝙ quãuis ple
runq; argumentetur, de carnali, ad ſpirituale, vt s. de tranſla. e-
7 pi. c. 2. & 3. & 4. & 7. q. j. ſicut. † tñ inter hæc duo multæ ſunt,
drĩæ. vnde verſus. Vnus conſenſus, cupienſq;, pecunia, pura.
Mens cõcors diſtant ſpũs atq; caro. i. ſpirituale, & carnale ma-
trimonium, & hic tangitur alia drĩa notat. j. de conſan. & aſ.
non debet. §. quaternarius vnus. Ecce prima drĩa. In carnali. n.
oportet ꝙ ſit vnus vnius. j. de diuor. gaudemus, in ſpũali verò
eccleſia vna gñalis plures hẽt ſponſos, vt no. s. de tranſl. epi. ca.
inter corporalia. & vnus plures ſponſos particulares ex diſpẽ-
ſatione, vt no. s. de præb. de multa. Cõſenſus. ſecunda drĩa, qa
carnale ſolo conſenſu contrahitur quod ſñ intellige, vt dictũ
eſt s. ſecus in ſpirituali qđ nunquã contrahitur ſine verbis eli-
gentium, & cõſenſum electi præcedentib. vt s. de elec. quia ꝓ
pter. & c. cum poſt petitam. & c. eccleſia. j. & c. in Gene. ſed &
conſenſus electi ſubſequens neceſſarius eſt, vt in c. alleg. cum
inter canonicos. & e. tit. ꝗ ſit. li. 6. & demum confirmatio, vt
in c. alleg. inter corporalia. Sed & catalſt ratus non eſt matrimo-
nio carnali aptus ad contemnendũ, ſecus in ſpũali, vt patet in
eo, quod no. j. de frigi. c. j. ſuper verbo non potuiſſet. Cupienſ-
que, tertia differentia, quia ab initio quis nõ debet contrahe-
re matrimoniũ carnale niſi vere voluntarius, & appetens, & ẽt
importune petens, vt patet. 27. q. 2. inſtitutum, ſed in ſpiritua
li ab initio debet inueniri nolẽs, nec ſe ingerens, ſed fugiens,
C. de epi. & cle. l. ſi quanquã. & s. de elec. c. qualiter. Pecunia,
quarta differentia, quia nunquam in ſpirituali debet interue-
nire, pecunia, quæ ſit cã contrahendi. s. de elect. ſi alicuius, in
carnali poteſt & debet interuenire. 30. q. 6. nullum. 3. q. 5. con-
ſanguineorũ. Pura, quinta differentia, quia carnale admittit,
conditionem, ſed ſpũale non, vt no. j. de condi. apposit. ſuper
eo j. & de elect. c. in electionib. lib. 6. Mens, ſexta differentia,
quia in carnali debet venire cũ propoſito aliam non ducendi.
j. de condi. appo. c. fi. in ſpirituali vero põt in mente gerere ꝙ
ab vna adminiſtratione, ad aliam transferatur, non tñ ambiẽ-
do, ſed magis proficere deſiderando, vt patet s. de tranſla. epi.
c. fi. 8. q. j. quæ epiſcopatũ. Concors, ſeptima differẽtia, quia car
nale, nec tranſlationem, nec amicabilem compoſitionem ad-
mitti. s. de tranſac. c. fi. ſecus in ſpirituali, vt patet, s, de præbẽ.
niſi eſſent. s. de electio. cum inter. R. ſed & ſpirituale fortius,
eſt quod dic vt no. s. de tranſla. epiſcopi. inter corporalia. & ta
men nõq; facilius ſoluitur, vt patet in eo quod legi. & no. j. de
coniug. le. pro. ea. 2. ſm Hoſt. & Io. An. poſt eũ, qui quidem Io.
An. addit alius caſus. vnde verſus. Mens, concors, ſacrans perfi
cit, illa ſimul. Aetas, & qualitas, tempus, & cauſa, proles. Sacrãs
quia per conſenſum matrimonialem in carnali, ſtatim eſt ſacra
mentum, in ſpirituali nõ. Itẽ perficit, quia carnale eſt perfectũ
& ratum expreſſo conſenſu, ſpirituale non, de hoc nota. s. de
tranſact. c. vlti. Item ſimul, quia carnale ſimul, & vno momẽ-
to perficitur, aliud ex interuallo. Aetas, quia alia ætas in vno, ꝙ
in alio. s. de elect. cum in cunctis. j. tit. j. per totum. Et qualitas,
quia talis ad vnum admittitur qui ab alio repellitur. Vnde ille-
gitimus repellitur à ſpirituali. de filijs presbyter. per totum. &
admittitur ad carnale, de proba. per tuas. Tempus, quia carna-
le præceſsit inſtitutione. j. de voto. c. vno. libr. 6. Item quia ad
ſpũale præfixum eſt certum tps. s. de electionib. ne pro defe-
ctu. eo. tit. ꝗ ſit. li. 6. ad carnale non. Cauſa, alia cã inſtitutionis,
primi. ſ. ad prolem, vel ad euitãdam fornicationẽ. 32. q. 2. §. his
ita. iſta ad regimen fidelium & animarum curam. Proles, ex
carnali carnalis, ex ſpirituali ſpiritualis producitur proles.

1 *Sponſalia facta non animo contrahendi, copula extorta, in matri
monium tranſeunt, de foro contentioſo.*
Secus in foro animæ.
2 *Libidinis intentio, an matrimonium excludat.*
3 *Voluntas ſemper præſumitur durare.*
4 *Proteſtatio actui contraria, ſine rationali cauſa facta non va-
let.*
5 *Proteſtatio cum rationabili cauſa facta actum contrarium in-
fringit.*
6 *Matrimonialis conſenſus eſt triplex.*
7 *Vxor eſt collateralis & ſocia mariti.*

TVa nos. ¶ Si quæris vtrum vbi aliquis deſpõ-
ſat aliquam per verba de futuro, vel
de præſenti, non habens propoſitum contrahendi,
ſed eam decipiendi, & carnalem ab ea copulam ex-
torquendi, ea extorta, poſsit & debeat pro matrimonio iudi
cari. Diſtingue. † Aut quæris in foro contentioſo. & dic ꝙ ſic,
vt hic in verſi. ad quod &c. Aut in foro animæ & tunc dic qđ
non, vt hic in fine, ſecundum Hoſti. & Abb. & Io. And. qui ita
intelligunt iſtud capitulum. Vnde in iſto. c. tria ſunt quæ faciũt
pro muliere. Primus eſt contractus præcedens cũ copula ſub-
ſecuta, quæ ad omne quare reſpondet. nam hæc verba futuri,
temporis ad verba præſentis retorquent. j. eod, is quidem. de
expreſſo diſſenſu conſenſum facit. s. eodem veniens mariota,
& j. eodem. c. conſultationi. & j. qui matrimonium accuſare,
poſſunt. inſuper. conditionalem promiſsionem puram reddit
j. de conditionibus appoſitis. c. de illis. & c. per tuas. Secundũ,
dolus viri propter quem cog. debet conſentire in ipſam. j. de
eo qui duxit in ma. c. j. Tertium, bona fides mulieris. s. c. cũ
in apoſtolica. quæ ſibi non debet obeſſe. Sed & tres rationes,
ſunt quæ faciunt pro viro. Prima, quia vir non promiſit illam
ducere in vxorem. Secunda, quia nunquam in coniugio con-
ſenſit. Tertia, quia forma contrahendi defuit. vt hæc tres ſu-
perioribus præferuntur ſecundum Goſ. quod verum in foro
pœnitentiali, ſecus in iudiciali, vt dictum eſt. Vnde in foro pœ
nitentiali ex parte viri talis rõ conſideratur tantum, quæ om-
nes alias deſtruit. hæc. ſ. quod nunquam conſenſit, vt apparet,
hic in fin. ſecundum Hoſt. & Abb. hic. & Ioan. And. poſt eos.
Et in his concor. Rayn. in ſumma eo. titu. §. 3. & Tho. & Pet,
& Alber. in ſcriptis. diſtin. ct. 28. & frater Io. in ſumma con. tit.
de matrimonio. q. 13. pone quod aliquis &c. & j Alten. lib. 8. ti.
de cauſa efficiente matrimonij. artic. j. q. vtrum conſenſus ex-
2 preſsius. & q. quid ſi quis dicat. † Et ad hoc facit, quod ipſe.
Alten. no. iii. de bonis matrimonij in communi, j. arti. q. vtrũ,
intentio vbi quærit vtrum intentio libidinis excludat matri-
monium, puta cum quis conſentit in aliquem propter diuitias
vel pulchritudinem. Et ſoluit ſecundum Bonon. quod libido
poteſt intelligi dupliciter, aut per modum finis, & obiecti, vt
cum quis nihil quærit niſi copulam carnalem extorquere, nõ
vxorem ducere, aut ſolum per modum finis, vt cum quis con
ſentit in aliquam vt ducat eam in vxorem, hoc tamen non fa
cit propter ſeruandam caſtitatem, ſed propter explendã volu
ptatem, intẽtio libidinis primo modo eſt contra ſacramẽtũ ve
ritatem, ſecundo modo contra vtilitatem nõ contra veritatẽ.
Ideo primo modo excludit matrimoniũ, non ſecundo, & ad-
de quod dicam. j. e. is qui. a. ddt. Item põt dici ſm Inno. quod
verba ſatis erant apta per quæ fuit hic contractum, ſi vocabe-
tur Ioannes, non ob. ꝙ prolata fuerunt in tertia perſona. & ſe-
cundum Pe. Abba. & Io. And.

Super eo. c. ¶Ad euidentiam quæſtionis glo. j. ibi, ſed pone quod aliquis &c. Si quæris, vtrum proteſtans quod omnia quæ dicet vel faciet, non dicet, nec faciet animo matrimonium contrahendi. & poſtea proferens verba apta ad matrimonium contrahendum, pro hoc ſuæ proteſtationi renunciare, & matrimoniũ contrahere cenſeatur. Vinc.dixit quod non:quia adhuc intelligitur in ſua cõ
3 tradictione perſiſtere.†Semper enim præſumitur durare volũtas niſi probetur,mutata.ff.de prob.l.eum qui.de le.2.l.Lucius. & ſ.de baptiſmo maiores.in fin. Sed Io.Ber.& Pe. de Sampſ. hic.& Aſten.lib.8.ti.de cauſa efficiente matrimonij.articu.5. q.pone quòd aliquis contra.ſed Arch.27.diſt.c.quòd autẽ interrogaſti. in glo.adde, & hoc ideo dicit quòd credit,dictum Io.Ber.& Pe.de Samp.debere intelligi quando nõ ſtatim poſt proteſtationem dixit illa verba.conſentio in te,vel alia verba, ad matrimonium apta,ſed ex interuallo,vt iam ſuæ non videatur ſtare proteſtationi, ac ſi eodem tempore concurrat proteſtatio, & illa verba conſentio in te,tunc credit illum defendi, per talem proteſtationem,& ſic poteſt intelligi ſententia,
4 Vin.Hoſt.vero ſic diſtingnit.†Aut talis proteſtatio fit ſine iuſto metu ſeu alia iuſta, & rationabili cauſa quæ proteſtationẽ, meretur, & tunc ad communem verborum intelligentiam, recurrendum eſt.& eccleſia pro matrimonio iudicare debet, ſ.eod.ex literis & per contrarium actum videtur receſſum ad proteſtatione. ſ.de conſti.cum martinus. & de app.ſolicitudinem, ſm Inno.& Hoſt.hic idem frater Io.in ſumma confeſſ. hoc tit.rub.de matrimonio.q. 57.quid ſi aliquis &c. poteſt.n. etiam incontinenti poſt proteſtationem mutare voluntatem arg.ff.de hæredi.inſti.l.ſi ita ſcriptum.& de ma.teſta.l.ſtichux immo & de adi.lega.l.3.§.fi.& l.ſeq.ſm Ber.in verſi.præterea & ſi.&c.& Io.An. Vnde Tullius Tuſculan.primo,nulla celeritas eſt,quæ poſsis cum animi celeritate cõtendere.& Boetiux Cor hominis eſt mobilius omni mobili.ſm Ioan.An.qui etiã credit quòd Io.cuius fuit hæc glo.j.hoc intendebat, quòd qñ mutato nomine dicit talis te deſponſat,iuuat proteſtatio ſi pceſsit. Si vero in propria & prima perſona dicat cõſentio &c. tunc proteſtatio præcedens non releuat,ex quo ibi clara ſunt, verba contractus, & ſine ambiguo hunc Io.intellectum ap,p
5 bat Io.And.j.eo.conſultationi.ſuper verbo aufugiuns. † Aut proteſtatio fit ex iuſta & rationabili cauſa, & tunc valet, nec videtur receſſum ab ea.35.q.2.Lotharius.ſ.quod met.cauſa.c. 1.in princ.niſi poſtea carnalis copula ſubſequeretur,quia tunc ex quacunque cauſa fuiſſet facta proteſtatio pro matrimonio iudicarem,vt patet in his quæ no.ſ.eo.veniens mariota.in fin & j.eo. is qui fidem ſm Hoſti.& hoc credo turius quam illd quod dicit Archid.in c.alleg.quòd autem & ipſemet Archid. concor.cum iſta diſtincti.Hoſt.j.de offic.deleg.c.ſi delegatus, ſuper verbo reuocanda.lib.6.& de hoc no.Inn.ſ eo. veniens. 2.& Bern.j.de condi.appo.per tuas.& Spec. rubrica de condi. appo.in fi.dicentes q proteſtatio illius qui contractis ſponſalibus ſub conditione per carnalem copulam non intendit contrahere matrimonium,non prodeſt ſibi.

Super eo.c. ¶In fine,qñ dicit, q ſine conſenſu cætera nequeunt fœdus perficere coniugale
6 Si quæris de quo conſenſu intelligatur diſting. †aut quæris de conſenſu cohabitationis,aut de conſenſu copulæ carnalis,aut de conſenſu matrimonialis,ſeu coniugalis ſocietatis. Si de cõſenſu cohabitationis, dic q non, alias inter fratrem & ſororẽ, inter filium & matrem eſſet matrimonium,quod eſſe nõ põt. ſ.de reſti.ſpo.literas.§.opinioni.& §.præterea.j.de conſan. & affi.c.non debet.Si de conſenſu copulę carnalis,dic ſimiliter, q non,aliàs inter beatam virginem Mariam & Ioſeph nõ fuiſſet matrimonium,quod eſt falſum,propoſuerat.n.B.Virgo, in virginitate manere niſi Deus aliter reuelaret ei,vt 27.q.2.cap. ſufficiat.§.ſi ergo.Si de conſenſu matrimonialis ſiue coniugalis ſocietatis, dic quòd ſic.& ſ.eo.cum locum.ff.de ri. nup.l.j. inſti.de nupt.in prin.& eſt caſus.ff.de cond.& dem.l.cũ fuerit & de reg.iu.l.nuptias.Ex hoc patet ex primæ mulieris formatione quã dñs non formauit de capite viri,ne dña videretur,
7 nec de pede,ne ancilla reputaretur,ſed†de latere,vt collateralis & ſocia hẽretur.ex hoc cõſenſu ſiue coniugali ſocietate oportet eos cohabitare & indiuiduã vitæ conſuetudinẽ obſeruare.quod dic,vt le.& no.in §.alle.cũ ergo & in hoc conc. Ray. in ſum,e.ti.§.3.ſolet quæri.&c.& Ho.in ſum.e.ti.rubr.de matrimo.§.qualiter contrahatur. ver.circa hãc,& frat.Io.in ſum. conſt.hoc.tit.rub.de matrimo.q.12.cũ in matrimonio &c. & & Pe.& Tho.di.28.dicentes.q iſte cõſenſus nõ fit in carnalẽ copulã explicite,ſed tñ implicite.quia in coniugali ſocietate implicatur mutua ptãs communicationis,non tñ rerum, ſed etiam corporum,vnde copula ſequens eſt matrimoniũ effectus ſiue vſus,non quidẽ neceſſarius ſed voluntarius,& de eo de quo no.Bern.hic.l.quid eſt in ſacramento matrimonij,pro materia,& quid pro forma no. Aſten.li.8.tit.de ipſo matrimonio.q.quid eſt in ſacramento.

1 *Matrimonium an impedire poſsit turpis perſona.*
2 *Hominum malitia et temporum varietas impediunt,ne certa regula detur in cauſa matrimoniali.*

CVum in tua. ¶Ad declaratiõem gl. imo & turpis &c.Si quæris verũ perſona turpis admittatur ad matrimonium impe
1 diendum.†Dicunt Bern.& Inn.q ſic,ſi cum perſona denunciante dicatur perpetratũ peccatũ, vt ſ. e. præterea. 2.aliàs non,vt hic.Sed Hoſt.dicit,q quando cum pſona denunciante peccatum eſt commiſſum, multo minus debet admitti,ad denunciãdũ. ſ.de confeſ.c.j.& de teſtib. c. veniẽs.1.ideo dicit q illud,quod dicis hic tex.ideo dicit de graui perſona.quia multi malitioſè impediunt,& ideo in talibus eſt ad arbitrium Epiſcopi recurrendum,qui poteſt admitteretur pes perſonas hic denunciantes ſi ſibi videbitur expedire propter periculum animæ. 2.q.j.ſi peccauerit,vbi de hoc.35.q. 3. ſi homo.j.de clande.deſpon. cum inhibitio.de cogna.ſpiritua.vel potius repellere.35.q.6. epiſcopus.& hic in fi. ibi, ſm tuæ diſcretionis arbitrium &c.q.d.licet multa dixerimus, & te inſtruxerimus,& multa dicant iura circa hanc materiam,
2 tamen cum ex varijs cauſis varia præſumantur. †nec propter, malitiam hominũ & varietatem temporum certa regula dari poſsit finaliter arbitrio tuo relinquimus, & penſatis perſonis, cauſis,& temporibus,facias hoc vel aliud, argum. ſ.de tranſactionibus.cap.fi.j.de homicidio.c.2.& no.ſ.eo.pręterea.2. & c.ſicut in fi. & cap.proximo,ſecundum Hoſt.& Ioan. Andre. poſt eum.

1 *Mulier quæ negauit conſenſum viro contrarium probante, an deinde volens,probare metum, vel coactionem interueniſſe audiatur.*
2 *Matrimonium an præſumatur ex cohabitatione & carnali commixtione.*
3 *Matrimonium impediunt, & ſeparant violentæ præſumptiones.*

COſultationi. ¶Si quæris vtrum mulier, q negauit ſe in matrimonium, conſenſiſſe viro probante contrarium,poſtea volens probare metum vel coactionem interueniſſe in ip
1 ſo contractu matrimonij, audiatur, Diſtingue.† Aut mulier, expreſsè & ſimpliciter negauit ſe nunquam conſenſiſſe, & modo conuicta de conſenſu,vult aliquid probare de metu vel coactione, & tunc minime auditur,vt hic in primo reſponſo arg.ſ.de ſolu.is qui.Aut negauit ſe veraciter conſenſiſſe,ſeu dicit ſe nunquam veraciter conſenſiſſe, & tunc conuicta de conſenſu ſuper metu,vel coactione audietur,vt j.§.ſane.ſimiles. diſt.fit in illu qui dicit ſe nullum beneficium eccleſiaſticum, aſſecutum. ſ. de reſcriptis. ſi proponente, ſecundum Hoſtienſ. hic.

Super eo.c. ¶Si quæris vtrum ex cohabitatione, & carnali coniunctione viri & mulieris pſumatur matrimoniũ vel fornicatio adulteriũ, ſeu ſtuprum s
2 Diſtingue. †Aut eſt recens factũ quod de facili probari põt, & tunc non eſt præſumendum matrimoniũ niſi euidenter pbetur,immo ſtuprũ vel adulteriũ.30.qõ.5.aliter. Aut eſt antiquũ factũ,vt ſi à tpe contractus lapſi ſint 40.anni. & tunc puto ſufficere probabiles præſumptiones.ſ.q ſemper tenuit ipſam vt vxorẽ,& ad menſam & in lectũ & extra. ſic intellige, C.de nup. ſi vicinis.ff.de rit.nup.l.in libere,de concubi.l.vlt.& in auth.qui.mo.na.effi.legi.§.qm aũt.coll.6.& idẽ in clandeſtinis matrimonijs.vt ſ.de pſum.c.illud,nec mirũ.nã & pp tales violẽtas pſumptiones nedũ impeditur matrimoniũ,ſed ẽt ſeparatur.vt ſ.de pſump.c.literis.& c.3.ſm Ho.hic & conc.qd ipſe no.in ſum.e.ti.rub.de mat.§.qualiter cõtrahatur.ſub §.qd ſi dicatur,ver.quid.n.vbi hoc relinquitur arbitrio iudicis q inſpecta qualitate pſonarũ, & antiqtate tpis, & alijs circũſtãtijs hoc determinat.& de hoc vi.q no.Ber.j.qui fi.ſint le.c.lator in gl.pe.& Ho.ibi.in gl pen.vr ſatis cõc.cũ præmiſsis. & ibi tãgã.

1 *Matrimonia in quibus debeant eſſe libera. 4. 6. 8.*
2 *Parentis appellatione continetur qui attinet in aliquo.*
3 *Extraneus dicitur qui in nullo tangit.*
5 *Nuptiæ ſi non fiant intra biennium poſt ſponſalia arrarum pœna ceſſat.*
7 *Ratio vbi eſt eadem, ergo idem ius eſſe debet*
9 *Arrarum datio in ſponſalibus valent, non autem pœna, & quæ ratio ſit.*
10 *Pœnæ ſtipulatio valet in matrimonijs quando inter diuites par ua pœna promittitur.*
11 *Matrimonium & eius dependentia, ſunt eccleſiaſtici fori.*

GEmma. ¶ Si quæris vtrum & in quibus ſpon
ſalia, ſeu matrimonia libera eſſe debẽt.
1 Diſtingue. † Aut quæris vtrum eſſe debent libera, in
contrahendo, aut in diſſoluendo, ſi in contrahendo,
refert. Aut quæris vtrum debent eſſe libera ab interuentu coa
ctionis per metum, aut per iuramentum, aut ab interuentu ar
rarum aut pœnæ, aut intereſſe, aut pignoris. Si quæris vtrum de
beant eſſe, libera ab omni coactione, per metum ſpecialiter ca
dentẽ in conſtantem, dic, quòd ſic, vt s. c. proxi. & c. veniens. 2. &
c. requiſiuit. & c. cum locum. vbi de hoc dixi. Si quæris vtrum
debent eſſe libera à coactione per iuramentum, ſeu vi iuramẽ
ti, præſtiti interponenda, dic quòd non, de neceſſitate iuris, imò,
iurans, cogi debet ad obſeruationem præſtiti iuramenti, ſiue
iurauerit de ſeipſo, quòd contraheret, vt leg. & no. s. eod. c. 2.
& c. ex literis. ſiluan. & cap. veniens. 1. & 2. c. & c. commiſſum.
& c. requiſiuit. & c. ſicut ex literis. ff. de manu. vindi. l. ſi colle-
ctaneus, in fi. ſiue iurauerit de alio vt curet & faciat quod in
ſe eſt, quod dic vt legitur & no. s. c. ad audientiam & dicto, c.
ex literis ſiluan. Si quæris vtrum debent eſſe libera ab arrarum
interuentu, dic quòd non, de neceſſitate iuris. immò arræ poſ
ſunt interuenire. vt ff. de verb. oblig. l. Titia. C. de ſponſa. l. vlt.
& de inuti. ſtipu. l. 2. ſecundum Inno. & Hoſt. hic, & glo. in d. l. Titia.
& in alijs legibus allegat. Si à pœnæ interuentu, tunc aut quæ
ris vtrum pœnæ ſtipulatio poſſit interuenire inter contrahen
tes, & dic quòd non, vt hic exponendo verbum in tex. poſitũ
ab ipſa ſ. filia quæ pœnam promiſerat, & in l. alleg. Aut vtrum,
poſſit interuenire inter contrahentium parentes. & dic ſecundum
Vin. Hoſt. & Io. An ſimiliter quod non, vt hic exponendo ver
bum ab ipſa, ſ. Gemma matre, quæ pœnam promiſerat. pro hoc
ff. de dona. inter vir & vxor. l. 3. §. qui in eiuſdem. & de verbor.
2 oblig. l. Titia. in prin. & de hoc ſecundum Hoſt. † accipio parentẽ, nõ
ſolum illũ, qui in poteſtate hẽt perſonas contrahentes, ſicut ac
cipitur. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. accedit. & de pac. conuẽt.
tam ſuper dote l. ex morte. & idem Spec. hoc titu. in princ. §. 1.
ad ſi. ammo & illum qui talibus aliquid attinet, & quem res, in
3 aliquo tangit. † Extraneum autem quem in nullo tangit. Aut
quæris vtrum poſſit interuenire inter extraneos, & tunc, re-
fert vtrum promittant ſponſalia fieri nomine mulieris adiecta
pœna nomine ſuo ſi mulier diſſenſerit, & tunc non valet, etiã
pœnæ promiſſio, quæ eſt acceſſoria principali, quod debet eſſe
liberum. arg. ff. de reg. iur. l. cum principale. & l. cum principali.
& i. de reg. iur. c. acceſſorium. lib. 6. Aut alias bona fide, & ſine
fraude faciant ſponſionem, & tunc tenet, ſicut & ſi ſub quauis
alia conditione factum eſſet. inſtitu de verb. oblig. §. ex condi
tionali. vt pone duobus loquentibus, de aliquibus ſponſalibus,
dixit vnus, nunquid fiet inde matrimonium, dixit alter, ego da
bo tibi decem, niſi fiat intra decennium, & da tu mihi quinque,
ſi fiat, & ſic adiuuicem ſtipulantur, ad hoc, ff. de condit. & de-
monſt. l. cum ita. & l. Titio centum. §. j. & l. mulieri. & l. hæres
meus §. fin. C. de indict. vidui. tol. l. j. ſecundum Hoſtien. hic,
idem glo. in d. l. Titia. ff. de verbo. obligat. † Aut quæris vtrum
4 poſſit interuenire inter alterum contrahentium, & parentem
ſeu parentes alterius contrahentium, & credo quòd non, per
rationem prædictam. & ar. C. eo. l. mulier. Aut quæris vtrũ poſ
ſit interuenire inter alterum contrahentium, ſeu parẽtem, aut
parentes, alterius contrahentium, ex vna parte, & extraneum
ab alia, & tunc refert, aut alter, ſeu parens vnus, vel plures alte
rius contrahentium promittit extraneo pœnam, & tunc non
valet promiſſio per rationem prædictam & arg. l. alleg. mulier
Aut econtra extraneus promittit alteri contrahẽtium, ſeu pa-
renti alterius contrahentium, & tunc credo quòd valet, ſicut
in caſu, vbi extraneus promittit extraneo, pro hoc. ff. de con-
di. & demon. l. hæc conditio. j. l. cum fuerit. l. quotiens. l. filiæ
l. ante teſtamen. o. x. cum ita. l. hoc modo. & l. ſi ita legatum. l. Ti
tio centum. l. mulieri & Titio. l. Titiæ. & l. pater ſeuerinam. &

per totum C. de condi. inſer. l. legatum. & l. ſi vxor. nam eo ca-
ſu, ex parte contrahentis eſt exhortatio præmij, & non pœnæ
impoſitio. ff. de iure do. l. ſtipulatio dotis. Et eſt rõ iſtorum ca
ſuum, quia pœna eſt attendenda ex parte eam promittentis, &
5 non ex parte ſtipulantis, ſeu eius, cui promittitur, † & not. quòd
ceſſat pœna arrarum, ſi intra biennium nõ exequitur nuptias
C. de ſponſa. l. ſi is, qui. ff. de ſpon. l. ſæpe. Item propter mortẽ,
ſponſi vel ſponſæ. C. de ſpon. l. arris. Item propter perſonam,
ſponſi cum quo matrimonium interdicitur. C. de ſpon. l. mu-
lier. §. qui ita cuſtodir. & §. 2. hoc quoque. Item propter mi-
norem ætatem, vnde ſecurius eſt parentibus, dare, vt in d. le.
mulier, ſecundum Goff. Inno. & Hoſt. Idem Archi. 30. q. 2. vbi
in glo. adde nam & matrimonia &c. Aliud eſt ergo in pœna,
aliud in arra, quæ arra data ſi eſſet in quadruplum ſtipulata, &
mulier fuiſſet legitimæ ætatis peti poſſet, niſi iuſta cauſa nolẽ
tẽm contrahere excuſaret, vt in d. l. mulier. §. quæ omnia. & C.
ſi nuptiæ ex reſcripto pe. l. j. ad fi. ſed Ber. hic in glo. ſtipulatio.
aliter, qui non bene conſiderauit veritatem, ſecundum Hoſti.
6 & Archi. † Si quæris vtrum debent eſſe libera ab interuentu,
ſeu commiſſione & exactione, intereſſe, puta mulier diues,
eſt, quam ſtipulatus ſum in vxorem, & quæ promiſit mihi me
ducere in maritum, contra quam, quia tenuit contrahere, vo-
lo agere, ex ſtipulatione ad intereſſe, & tunc ſunt opiniones.
Azo. dixit non reperio agi poſſe. glo. ciuilis dicit, quòd immo,
poteſt agi ad intereſſe, in caſu vbi pecuniariter intereſt, vt no
ta. in d. l. Titia. ff. de verborum oblig. & ff. de ſpon. l. 2. Alibi ve
ro dicit quòd ſtipulatio non valet, & ſic non poteſt agi ex ea,
vt no. ff. de verborum obligationibus. l. ſi ſtipuler. & illam gl.
tenent Iaco. de Rauen. & Petrus de bella perti. nam ſi poſſet
agi quatenus intereſt, iam eſſet pœna ex parte promittentis, &
tamen negatur ſimpliciter pœnam peti poſſe, vt in d. l. Titia.
& d. l. mulier. ergo &c. argum. ff. de ſeruis exportand. l. Titius.
Dyn. vero in hac cõne diſtinguit Aut agitur ad intereſſe rõ-
ne damni. & tunc in eo quod aõt ſt poteſt agi quia non eſt,
pœna reſpectu agentis ſed rei proſecutio. Aut agi ur ratione,
lucri, quod erat futurum de ratione matrimonij, & tunc non
poteſt agi: quia hæc eſt ſpecies pœnæ, vt ff. de furtis. l. is cui. &
de damno infect. l. proculus. ſed ſi hoc eſſet verum, iam pro hoc
impediretur matrimonij libertas, & ideo imputet ſibi, qui dã-
num ſuſcepit ſciens, vel ſcire debens, quòd promiſſio non valet.
Vnde credo opinionem Azonis & glo. in l. ſi ſtipuler. & Iaco-
bus & Pet. veriorem, ſ. quòd agi non poſſit. argumento huius
7 c. † quia eſt eadem ratio prohibitionis, quæ in pœna: ergo idẽ
8 ius. ff. ad l. aquiliam. l. illud. † Si quæris vtrum debent eſſe libera,
à pignoris interuentu, tunc ſunt opi. nam Innocen. & Hoſtiẽ.
hic, & Spec. eod. ti. §. j. igitur ad fin. & Archidia. in cap. alleg. vbi
dicunt idem in pignoribus. quod in arris, quia pignora arræ di-
cuntur. C. de remiſſio. pigno. l. j. Melius facit. j. de donatio. in-
ter virum & vxorem. c. & ſi neceſſe, & s. de arbitris. c. ex poli-
ta. ſecundum gl. in s. ad leg. Titia. Diſtingue. Aut datur pignus
pro arra, ſiue loco arræ, & hoc fieri poteſt, ſiue ipſum pignus,
ſit principale, ſiue acceſſorium matrimonio, vt C. ſi rector pro-
uinciæ. l. vna. Aut datur pro pœna ſiue loco pœnæ, & hoc fie-
ri non poteſt, vt ſit idem ius de acceſſorio quod de principali
C. de legi. l. non dubium. Alij ſunt qui diſtinguunt, vtrum obli
gatur pignus per conuentionem ſolam, & tunc non tenet, ſi-
cut nec conuentio pœnæ. Aut obligatur pignus per traditionẽ,
& tunc tenet, quia eſt loco arræ, pro matrimonio conſequẽdo
ſ. vt ſit pignus accipientis, ſi ſtat per dantem, vel econtra re-
ſtituatur per duplicatum, ſi ſtat per accipientem, & hoc tenet
Iacobus de Are. in d. l. vnica. C. ſi rector prouinciæ. Tu verò,
ſuppleas iſtam diſtinctionem per præcedentem, dicẽdo, quòd
aut pignus datur tanquam acceſſorium ad arram, & tunc idem quòd
in arra. & ita intelligo Innocen. & Hoſtien. & Arch. Aut datur
tanquam acceſſorium ad pœnam promiſſam, & tunc idem quòd
in pœna. ita intelligo opinionem gl. in d. l. Titia. Aut datur ſim
pliciter vt principale non facta mẽtione, de arra, vel de pœna,
& tunc tene diſtinctionem proximam, vtrum obligatur per ſo
lam cõuentionẽ ſine traditione, vel per traditionẽ realẽ, pro rõnes
diuerſitatis, quæ ſequuntur inter pœnã & arrã quæ hoc caſu, locũ
hẽt. Si quæris vtrũ debent eſſe libera in diſſoluendo, dic quòd ſic
vt ff. de inu. ſtipu. l. 2. & ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatio facta fue
rit. q. verum quãdo à promiſſione pœna vel pactio pœnæ incipit. ſe
9 cus ſi à donatione, vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ea quæ. vt
no. gl. in d. l. 2. C. de inut. ſtip. & d. l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit.
ff. de ver. obl. † Sed quæ eſt rõ quare in ſpõſalib. vel matrimõijs
valẽt arræ, & nõ pœnæ? rõ eſt ſecundum Goff. quia cũ arræ ſtatim tradãt
& pœna ſolũ promittatur, ſi fuerint cõmiſſa faciliores ſunt ad pro-
mittendum

mittendum pœnam, quam ad ſoluendum arras. Item quia arræ conſueuerunt in parua quantitate dari, pœna conſueuit in magna quantitate promitti. Et ideo timore maioris quantitatis ſoluendæ facilius poſsit quis compelli ſecundum Goff. & idem Archi. in c. alleg. ibi. Vel dic ſecundum Hoſt. hic & Spec. hoc titu. §. j. igitur ad fi. quod ratio eſt, quia arra traditur, & in traditione rei ſuę, poteſt quilibet apponere pactum. ff. de pact. l. in traditionibus. & retinetur ſi matrimonium ſequatur, in ſtipulatione uerò pęnę nihil traditur, & ideo in traditione, quæ non fit nullum pactum apponitur, & ſi contrahatur matrimonium nullum lucrum, nulla retentio ſperatur, ſed potius metus incurritur ſi non fiat, vnde quando arra datur quæ ſtipulatur præſumpſit lex, q contrahens amicabiliter inducitur propter lucrum retentionis arrę ſi matrimonium impleatur. in pęna vero non eſt liber conſenſus propter metum incuſſum & timorem pœnæ. vnde non videtur libere matrimonium contrahi ſi ſtipulatio pœnę teneret. ergo bene eſt q ſtipulatio reprobetur tanquam odioſa, arrę vero repetitio tanquam fauorabilis conceditur. arg. ff. de libe, & poſth. l. cum quidam. ſ. de his quæ fiunt a præla. cum apoſtolica. & j. de reg. iur. c. odia. lib. 6. ſm Hoſt. hic. & plenius per eum in ſumm. eo. titu. §. j. Sed Ioan. And. dicit q parum vrget hoc dictum Hoſt. cum & timor perdendi arras, vel reſtituendi quadruplicatas videatur & libertatem impedire contractus, & ad contrahendum inducere, aliàs non contracturum, quare communius approbatur, prima ratio ſecundum eum, cui videtur, ęquum ponderandam ęquitatem arrarum & qualitatem perſonarum. ſi enim pauper homo dat magnas arras quis dubitat impediri libertatem ma-
10 trimonij, quare ponderata ratione, puta non valere. † Et eadem conſideratione dicunt quidam ſtipulationem pœnę tenere, quando inter locupletes, vel magnates parua pœna promittitur. & ſecundum iſtos. l. vlti. de ſpon. C. ponderauit quod communiter fieri ſolet. inducunt. ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruũ. §. j. & vide quod not. Io. An. j. de hæreti. ſtatutum. ſuper verbo compellendos. lib. 6. in nouella. vbi quærit de ſtatuto ciuitatis quod imponit, pœnam contrahenti matrimonium cum filiafamilias ſine cõſenſu patris per quod Titius qui cõtra fecerit conuenitur ad pœnã coram iudice ſeculari, an iudex eccleſiaſticus poſsit illi inhibere ne procedat. & licet Bononiæ aliter determinatum fuerit q non per plures rationes quas recitat, ipſe tamen finaliter videtur tenere contrarium. Primo, quia cum ſine patris, aſſenſu virum habere non poſsit metu pœnæ, quo ceſſante, plures idoneos inueniret, negari non poteſt, quin iſte metus impediat matrimonium contrahi directè vel indirectè, vt di. c. ſtatutum. Item vt no. j. de ſecun. nup. c. fi. in multis caſibus, correctę ſunt leges prohibentes ob certas cauſas matrimonia præcipue, quæ requirunt conſenſum patris. 27. q6. 2. ſufficiat. 30. q. 2. c. vnu. fortius ergo prohibita ſunt ſtatuta id agentia. Item nec impediatur libertas matrimonij prohibetur in eo,
11 apponi pœna, vt hic cum concor. † cum ergo matrimoniũ, & eius dependentia ſint eccleſiaſtici fori, ſ. de ordi. cogni. tuam j. qui filij ſint leg. lator. de donationi. inter vxorem. c. 3. merito iudex eccleſiaſticus, de hac pœna ne exigatur, habet ſe intromittere, ſicut facit de pœna conuentionali impedientem, libertatem matrimonij, vt hic ſecundum eum, & credo quòd bene.

1 *Præſumptio diuiditur, in temerariam, probabilem, & violentam. 6.*
2 *Præſumptio, fictio, & indicium, in quo differunt.*
3 *Fictionis multiplices ſunt ſpecies.*
4 *Fictio an veritati præferatur.*
5 *Præſumptionis diffinitio.*
7 *Præſumptionis violenta diffinitio, & diuiſio.*
8 *Præſumptionis alia diuiſio, quædam iuris tantum, alia iuris, & de iure*
9 *Sponſalia copula ſequuta, ob impedimentum canonicũ non tranſeunt in matrimonium.*
10 *Sponſalia copula vi ſequuta, etiam ceſſante impedimento, non tranſeunt in matrimonium.*
11 *Sponſalia copula, ſine vi ſequuta impedimento ceſſante trãſeunt*
12 *Sponſalia an ob copulam ſequutam tranſeant in matrimonium, de foro penitentiali.*
13 *Sponſalia non faciunt, hæc verba, promitto, quod te deſponſabo.*
14 *Sponſalia contracta ſub conditione, quæ eſt contra ſubſtantiam, matrimonij etiam copula ſequuta, non tranſeunt in matrimonium.*
15 *Copula carnalis inter ſponſos, an ſit peccatum.*
16 *Præſumitur in dubio pro matrimonio.*

IS qui. ¶ Si quæris quot ſunt ſpecies, præſumptionum. diſtingue ſm Hoſt. in ſum. tit. de præſumptio. §. quot eius ſpecies. & Spec. tit, de pſump. §. ſpecies autem. Quod præſumptionum, † alia
1 eſt temeraria, quæ ſurget à malis hominibus, & maliuolis, & ex cauſis vilibus, puta quia videns aliquẽ ſemel cũ aliqua loqui, ſtatim præſumit malum, & male, cum dubia in meliorem partem debeamus interpretari. j. de regulis iuris. c. 2. hæc temeraria a iure reprobatur, nec mouere debet animum iudicantis 2. q. j. c. j. 6. q. j. c. omnes. j. de ſent. excom. inquiſitioni. de ſimo. licet hely. 86. diſtinct. ſi qui verò. 11. q. 3. abſit. Alia eſt probabilis, & hæc ſurgit multis de cauſis. de quibus in Spec. titu. de præſumptio. §. j. puta quando quis infamatus eſt, & hæc inducit purgationẽ vt ſ. de probationib. c. ſicut cõſuetudo. & c. ad noſtram. 2. q. 5. presbyter ſi à plebe. j. de purgatio. ca. c. j. & 2. & c. ſi quis de gradu, contra eam tamen admittitur probatio vt 7. q. j. præſentium. ſ. de renuntiatio. ſuper hoc. nec inducit, iudicem ad ſententiandum. niſi cũ talis in purgatione defecerit, vt in iuribus allegatis, & ſ. de cohabita. clerico. & mulierũ. cap. tua. veruntamen licet per ſe iudicem non moueat ad pronunciandũ, tñ vna cum teſte, vel cũ alia ſimili præſumptione bene mouet, vt ſ. de preſump. illud. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. item ſæpe. 35. q. 6. ſi duo. C. ne de ſtatu defuncto. l. 2. vel mouet iudicẽ ad deferendũ iuramentũ ei pro quo eſt præſumptio, vt ſniam ferat pro eo. C. de reb. credi. l. in bonæ fidei. ff. de iureiur. l. admonendi. ſ. de procu. ex inſinuatione. de probationi. ſicut conſuetudo. Eſt & alia violẽta, quæ ſurgit ex veriſimili probatione, & dicitur præſumptio iuris, vt ſi reperiatur chyrographũ cancellatum, ius præſumit debitorem liberatum. ff. de probationib. l. ſi chyrographũ. 77. diſt. ſcire, in fi. ff. de pactis. l. poſt q & l. Labeo. Ius etiam præſumit q nullus reſignet perſonatũ eccleſiæ, & poſtmodũ recipiat vicariam. ſ. de præſumptionibus quia veriſimile. Item præſumit, q nullus de maiori dignitate libenter tranſit ad minorẽ. vt ſ. de clericis non reſidentib. c. j. Itẽ præſumitur q quis cognouerit vxorem cũ qua diu cohabitauit. vt 27. q. j. nec aliqua. Itẽ ſi quis iuuentus ſit nudus cum aliqua, ſolus cũ ſola, & in lecto iacentes in ſecretis locis & latebris, præſumitur, q ſint fornicati, vt ſ. de præſump. in literis. Item præſumitur q quis difficilè continentiam ſeruet, qui ſe illicito concubitu maculare non metuit. 34. diſt. c. ſi quis de laicis §. quid ergo. Item præſumitur contra illum qui aufugit. vt ff. de bonis libertorũ. l. ſi in libertinũ. C. vt oẽs tam ciui. q mili. l. vnica, Item pone exemplum. C. de adul. auth. ſi quis ei. & l. ſi qui adulterij. & hoc inducit iudicem ad pronunciandum pro ea, niſi contra probetur. nam contra talem præſumptionem, bene admittitur probatio, vt in prædictis concordantijs. & ſ. de probationib. propoſuiſti. Nec obſtat. ſ. de præſumpt. iteras. quia ibi Papa voluit benigne agere, vel dic q inducit condemnationem in mediocribus criminibus, non in maioribus vt ibi, vel dic q ibi, vt notauit Ho. & plenius Spe. vbi ſ. q ibi, eſt quarta ſpẽs. ſ. præſumptio neceſſaria, quam cõiter vocant, magiſtri iuris & de iure, & hæc inducit probationem idoneã ad pronunciandũ, nec recipit probationem in cõtrariũ, vt hic & j. de ſponſatio. e impuberũ. de illis. & de condit. appoſi. per tuas. Et ſi velis clarius videre, quot & q ſunt gña præſũptionũ
2 & qs ſit effectus cuiuſlibet, † ſcire debes, q eſt qñq; pſũptio, qñq; iudiciũ. Fictio eſt in re certa cõtraria veritati pro veritate aſſumptio exemplum. C. de rei vxo. actio. l. vnica. in princi. de ſeni. paſsis. l. vlti. inſtituta quibus modis ius patriæ poteſtatis ſolui. §. ab hoſtib. vel melius. Fictio eſt ſimulata intentio, q interdum a iure pro veritate habetur, & bene dico qñq;, vt in iuribus proxi. alleg. & 50. diſt. c. ferrum. & ſ. de clericis non reſidentib. c. ex parte tua. vbi de hoc per Bern. & hic, vbi licet ẽt conſtaret de cõtraria intentione ſe carnaliter commiſcentiũ, tñ pro matrimonio iudicatur in foro iudiciali. Quandoque tñ talis fictio non habetur pro veritate, vt extra de elect. omnibus
3 c. q circa in cle. vbi de hoc per Guil. de mon. lau. in gl. fi. † Huius aũt fictionis ſunt multiplices ſpẽs, quædã licitę, & quædã illicitę. ſ. de his quæ vi metusve cã fiunt. c. j. Itẽ quædã intentionis, alia operis, 27. di. q interrogaſti. Itẽ quędã iuris tm, alia iuris & de iure. vt in cap. alleg. ferrum. & hic. Item quædã facti, licet non cadat propriè fictio in factũ, alia intentionis. ſ. de bi-
4 gamis. nuper. † Et ſi quæris vtrũ fictio pferatur veritati, refert Aut qris d fictiõe iuris, aut de fictiõe facti. ſi de fictiõe iuris re-

feri. Aut de fictione quæ eſt iuris,& de iure.i.vbi ius nondum
præſumit de aliquo:imo ſuper eo certū ius ſtatuit, vt quia ius
abſentē pro negocijs eccleſię fingit reſidere, & ſic hoc ſtatuit:
vt in c.allega.ex parte tua.& hic & tūc fictio prævalet: vt not.
in c.allegato.ferrum.Aut eſt tantum fictio iuris,ſicut quod il-
la quæ per annū velata ſteterit fingatur,profeſſa.37. diſti. quod
interrogaſti.& tali ſtatur niſi plene probetur contrarium:vt.ſ.
de his quæ vi me . cauſa fiunt. ca.1. Si de fictione facti: vt puta
quod clericus aſſumat habitum laicalem , vt.j.de vi. & bone.
cleri.c.clerici.lib.6.& tunc ſemper ſtatur pro veritate,niſi pro
betur cauſa fictionis honeſta,quia fictio de natura ſui mala eſt
ſicut ſimulatio .vt not.in.d.c.1.ſ.qđ metus cauſa. pro hoc.C.
plus valere,quod agitur per totum. ſecundū Guil.de mon.lau.
in.c.allegat.quod circa.gloſſ. vlt.vbi etiam dicit quod fictio lo
5 cum habet in omnibus prædicamentis.vt ibi per eum. † Præ-
ſumptio eſt iure dubia vnius partis,alia parte obmiſſa aſſum-
6 ptio,& eſt triplex vel quadruplex,vt eſt dictum.† Temeraria,
probabilis, & violenta. Temeraria eſt,quæ ratione caret, vt in
iuribus.ſ.in princip. pro iſto membro alleg. Item exemplum
in eo qui accuſatur, nam eo ipſo quod defertur non meretur
ſentētiam condemnatoriam,vt.C.de accuſationibus.l.vltima,
15.q.vlti.c.vlti.nam ſępe falſo.in quo quam crimina nominan-
tur.2.q.1. multi.in fi.& de tali præſumptione loquitur.ff.de pę
nis.l.abſentem.& de minoribus.l.deniq;.& iſta de iure nullius
eſt effectus,vt ibi.Probabilis eſt quæ de aliqua ratione concipi
tur,tamen vt per eam iudicetur lege non cavetur, & huius ef-
fectus eſt duplex.Nam interdum aggravat probationes in cō-
trarium.i.vt apertius per hoc habeat probare, vt.ff.quod me-
tus cauſa.l.non eſt veriſimile,ſ.de præſumptionibus.quia veri
ſimile . Interdum inducit purgationem, vt in iuribus pro iſto
7 membro alleg.† Violenta eſt quando ſecundum eius vigorem
ius præcipit iudicari,& hæc eſt quadruplex facti, naturę,iuris.
hominis.Præſumptio facti multiplex eſt,quia alia eſt præſum
ptio facti præteriti ad præſens,vt qui ſemel malus &c.vt.ff.de
re militari.l. nō omnes.§.à barbaris de accuſationi.ſi cui.§.hiſ-
dem.ſ.de præſumptionibus ex ſtudiis . & capit.mandata.27.
diſtinct.c.quicūq;.& capit.monachus vero novitius.j.de regu
lis iuris.cap,ſemel malus.li.6.de quo dic plene vt ibi per Dyn.
Alia eſt præſumptio facti præſentis ad præteritum. de qua.C.
de adulterij.l.ſi qui adulterii.34.q.2.cum bellicam. Alia de præ
ſenti ad præſens.6.q.1.qui crimen. Alia de præſenti ad futurū.
l.diſtinctio.ſi quis dyaconus. Alia ex præterito circa præteri-
tum.28.diſtinctione.quia ſunt culpę.Alia ex præterito circa fu
turum,vt.ſ.de præſump.c.mandata.& cap.ſcribam.vbi de hoc
per.Bernardum & Hoſtiēſem hic.23.q.5.ſi apud.ff.de ſuſpec.
tuto.l.3.§.quæri poteſt.C.de ſuſcep.& archa.l.ſi aliquis.lib.10.
Alia de præſenti ad præſens. C.de his qui à non dominis ma-
numittuntur.l.vlti. Præſumptio naturę eſt,vt qui ex bonis pa
rentibus natus eſt , bonus præſumatur.ff.de edi.edi.l.quod ſi
noliт.§.qui mancipia.& qui ex malis malus.C.ad.l.iuliam ma-
ieſtatis.l.vlti . Præſumptio hominis eſt in debito ſoluto quod
præſumitur debitum, & ideo repetenti onus probandi incum
bit.ff.de probationibus.l.cum de indebito.ſed & hoc poteſt di
ci præſumptio iuris.Præſumptio iuris eſt duplex.vna iuris tā-
tum:ſ.quando ius pręſumit pro vna parte , & tolerat ſenten-
tiam ſic fieri,non tamen dicit ꝙ contrariū non probetur,exē-
plum.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.l. filium. de rei ven-
di.l. officium.de donationibus inter virum & vxorem.l.quin-
tus.C.de epiſcopus & clericis.Authentica , licentiam.de pro-
bationibus.ſiue poſſidetis.Alia eſt iuris & de iure,quæ ſic for-
mata eſt vt non recipiat probationem in contrariū.pone exē-
pli.ff.ad velleianū antiquę de regulis iuris.l. res iudi.C.ad ma-
cedonianum.l.vltima.& hic in concordantiis.ſ.pro iſto mem
bro allegato. Hoſtienſis vero in ſumma titu.de præſumptioni
bus.§.quot eius.ponit alias tres.ſ.iudicis,ſiue contumacię ho-
minis,alia famę,alia qualitatis facti,quas proſequere vt ibi per
8 eum.† Tu tamen ſi velles poſſes probabiliter dicere,ꝙ tātum
duplex eſt pręſumptio ,vna iuris tantum, alia iuris & de iure.
Præſumptio iuris & de iure eſt,vbi ius facit & ſtatuit aliquid.
Præſumptio iuris eſt quotiens aliquid præſumimus de iure
ſed poteſt probari contrarium . Sed tamen non eſt abſurdū qđ
etiā iſta ſubdividatur in plures vt dixi,licet quælibet ipſarū poſ
ſet dici præſumptio iuris . & de iſta materia vide qđ notatur
in cap.allegato ferrū.l.diſtinctione.&.54.diſtinctione frequēs.

Super eo. c. ¶Si quæris vtrum, & quando ſponſalia
de futuro per carnalem copulam ſubſecu
tam tranſeant in matrimonium de pręſenti,& vtrum cogno-
ſcens ſponſam , ſeu ſponſa patiens ſe cognoſci a ſponſo,ante
9 benedictionem nuptialem peccet. Diſtingue.† Aut quęris de
primo & tunc ſubeſt apparens impedimentum canonicum,
puta alterius matrimonii iam pure contracti , vt.ſ.eodem ve-
niens.2.verſi,alioquin.vel affinitatis contractę ante ipſam co-
pulā, vel ſimile,& tunc nō trāſeunt in matrimoniū,tū quia im
pedimētū matrimonii,vel affinitatis vel ſimile interveniēs nō
permittit eſſe matrimoniū,tum quia copula non inducit ſpon
ſalia quę iam ſunt rupta per ipſum impedimentum. j. de cō-
ditionibus oppoſitis per tuas. hoc tenent Laudenſis & Ioan-
nes Andreas eodem tit.de illis.in fine.& quot affinitas ſuper-
veniens ſoluat ſponſalia præcedentia ipſo iure notat Hoſti.&
Ioānes Andreas poſt eum.j. de eo qui cognovit conſanguineā
vxo.ſuæ.c. veniens. 1.&.2.&.c.ex literis.& dixi.ſ. eodem titu.
de illis.diſtinct.2. Item compaternitas ſiue adoptio ſupervenі
ens ſoluit ſponſalia præcedētia.j.de cognitio.leg.c.vno.vt not.
Hoſtienſis & Ioannes Andreas.j.de cogna.ſpiritua. veniens.
11 Aut non ſubeſt impedimentum,& tunc.† Aut mulier violen-
ter & invita eſt cognita , vt quia ligavit ſibi pedes & manus,
& tunc non tranſeunt in matrimonium , vt.j.titu.1.contine-
batur.§.ſi autem.&.c.de illis.2.ſecundum Hoſtiēſem hic,& in.
d.§.ſi autem.& Ioan.Andre.poſt eum. Et idem credo ſi metus
cadens in conſtantem ex parte alterius interveniat.ſ. eodem.
cum locum.cum ibi nota. Aut non intervenit violenta ſed me
tus,& tunc.† Aut loquimur in ſoro exteriori.iudiciali,& contē
tioſo,& tunc tranſeunt in matrimoniū vt hic, in quo caſu lo-
quitur illud c. & ſ.eod. ex literis,2. ſecundum Hoſtienſem,
& Abbatem,& ſi vir vel mulier diceret,quòd fornicario affe-
ctu hoc fecit,non debet audiri, tanquam ſuam turpitudinem
allegans:ſ.de donationibus inter dilectos,de conceſ.præbend.
cum ſuper.ſecundum Abbatem cui concordat Aſtenſis lib.8.
tit.de cauſa efficiente matrimonij.articu.2.q.quid ſi quis . di-
cens ſecundum Hoſtienſem quòd ſi quis ante carnis copulam
proteſtetur quòd non cognoſcet vxorem ſuam de futuro ani-
mo conſentiendi, & poſtea cognoſcat pro matrimonio eſt iu
dicandum . argumento. ſ.de appellationibus . ſolicitudinem,
& de offic.deleg.gratum.quod forte verum in foro eccleſiæ ,
12 ſecus in foro conſcientiæ.† Aut in foro interiori ſeu pœniten-
tiali, & tunc refert. Aut ſponſus cognoſcit ſponſam animo,
conſummandi matrimonium.vtendo ea,vt iam ſua, & tunc,
tranſeunt in matrimoniū,dummodo & illa ſimilē habeat intē
tionē,& ſi tranſeat ad alia vota tenetur redire ad primum,ſeu
ad primam tam ſcđm iudicium fori iudicialis quam pœnitētia-
lis,vt hic.Aut non animo conſummandi matrimoniū,ſed vti
tur ea,vt fornicaria,vel vt ſua in futurū,non vt ſua in præſen-
ti,& tunc non eſt iudicandū matrimoniū in foro pœnitentia
li eſſe conſummatū, & ſi tranſiverit poſtea ad ſecunda vota,ꝑ
cōmiſſum de præſenti non eſt ei conſulendū quod revertatur
ad primā,ſed quòd remaneat cū ſecunda,quia primus contra-
ctus qui non pervenit ad effectū matrimonij,non videtur ir-
ritare ſecundū arg.ſ.eod.veniens.j.& 2.In foro autē iudiciali,
iudicabitur,quod revertatur ad primā.cū qua præſumitur ma
trimoniū fuiſſe conſummatū,& hanc opinionē cōmunius, &
verius tenent doc.ſacræ paginę,ſpecialiter Pet.in ſcriptis, &
Tho.idem & Ala.idē Hoſt.& Abb.hic,& frater Io. in ſum.cō
ſtitu.hoc tit.rubr.de matri.q.15.ſed nunquid. & Aſten.libr.8.
tit.de cauſa effici.matri.arti.3.in princ.& concord.Hoſtien.&
Io.And.C.eo.tuæ.dicentis,quòd licet in foro contentioſo ſte-
tur præſumptioni huius.c.in foro tñ pœnitentiali ſemper ſta
mus veritati,vt ſ.e.tua nos.Licet quidā dicant ex carnali copu
la facta aīo fornicandi non matrimonio conſūmandi,genera
ri impedimentū ſequenti matrimonio.vt hic,vbi dr̃ ꝙ nec ve
rū,nec aliquod cenſetur matrimoniū,ꝙ de facto, & poſtmo-
dū ſubſecutū,& male,nā hæc decre.loquitur ſcđm ꝓſumptionē
eccleſiæ quæ nō iudicat de occultis.j.de ſimo.c. ſicut tuis. &
c.tua nos. 32.q.5.chriſtiana.non ſcđm rei exiſtentiā,ſcđm Hoſt.&
Pe.& alios doct.vbi ſ.dicit tñ Hoſt.ꝙ vtile eſſet ſpeciale ſtatu
tū per Papam circa hoc fieri cōtra hmōi deceptores,& ꝓmiſ-
ſa intellige de ſponſalib.veris & legitimè contractis.† Nā Vin.
13 not.j.eo.c.proxi.& Io.And.poſt eū ꝙ per iſta verba promitto
ꝙ te deſpōſabo,nō contrahuntur ſponſalia ēt de futuro , ſed
promiſſio de ſponſalibus contrahendis.† Item ſponſalia con-
14 tracta ſub conditione quæ eſt contra ſubſtantiam matrimo-
nij vtroque conſentiente appoſitione conditionis.non tran-
ſeunt per carnalem copulam ſequentem in matrimoniū de ꝓ
ſenti. 32.q.2.aliquando ſcđm Inn.Hoſt.& Io.And.j.de cond.ap
po.c.vlti.& ibi dicam in diſt.j. Si quæritur de ſecundo.ſ.vtrum
cognoſcens ſponſam,vel ſponſa à ſponſo patiens ſe cognoſci,
ante benedictionem nuptialem , peccet mortaliter , refert ,
ſecundum

ſecundum Pet.in ſcriptis ibi dicendum, ꝙ huiuſmodi copula cum quo concor. Altē.lib.8.tit. de cauſa efficiente matrimonij.art.3.in fi.q.vtrum illi.& de differentia matrimonij.art.1.
15 q.nūquid mortaliter. † Aut facit hoc affectu fornicario,& tūc eſt mortale peccatum,nec facit vtrū matrimonium, ſed tantum præſumptum etiam in foro iudiciali.Aut affectu maritali, & tunc. Aut perſonæ ſe taliter commiſcentes ſunt ignaræ iuris,& eccleſiaſticæ conſuetudinis, & tunc non eſt peccatum mortale,quia quælibet iuris ignorantia excuſat a dolo.vt not. gl.C.ad leg.Fal.de plag.l.plagij.& regulariter excuſat in damno vitando.ff. de iur. & fact.ignorantia.l.iuris ignorantia.& l.ſeq. Aut non ſunt ignaræ; & tunc eſt peccatum mortale:maxime in illis locis vbi eccleſiæ prohibitio ſcitur communiter,ſecundum Pet.Sed beatus Tho.dicit ſimpliciter,quòd ſponſa ſi credens ſponſum velle conſummare matrimonium admittit eū, excuſat a peccato, niſi aliqua ſigna expreſſa appareāt fraudis: ſicut ſi ſunt multum diſtantis conditionis, vel quantū ad nobilitatem, vel quantum ad fortunam.Sed opi.Pet.videtur approbare frater Io.in ſum.confeſ.hoc tit.rubr.de matrimonio. q.49.vtrum copula &c.& vide eum in quæſtione ſe.vbi dicit, quod qui ante benedictionem nuptialem poſt conſenſum tamen de præſenti, cognoſcit vxorem mortaliter peccat.Cabſque diſpenſatione eccleſiæ,& ſine iuſta cauſa hoc faciat in illis locis in quibus conſuetum eſt benedictionem nuptialē adhiberi:& idem ſi omittantur aliæ ſolennitates conſuetæ.Tamē Hug.notauit.27.q.2.cū initiatur.quòd ſi quis cognoſcat ſponſam antequam eam tranſducat,pœnitentia vnius anni ei indicenda eſt ſecundum quoſdam canones pœnitentiales, qui ta-
16 men non continentur in corpore canonum.† Ratio autē quare in ſacramento matrimonij,præſumitur in dubio pro matrimonio,vt hic.& 33.q.1.ſi quis acceperit.ſ.eod.ex literis.ſ.de reindi.c.fi.& j.qui ma.accu.poſ.c.videtur.ſecus in ſacramento ordinis,vt 68.diſt.c.presbyteri.& in ſacramēto baptiſm.de conſe.diſt.4.paruulos.& in conſecratione eccleſiæ.vt de conſec.diſt.1.ſolennitates, & ſecundum Io.in c.alleg.presbyteri. quia ſine periculo eſt ſi ſacramenta illa iterentur: ſed periculū eſſet ſi iudicaretur non eſſe matrimonium vbi eſt.Et intellige ꝙ ſemper in dubio pro matrimonio iudicamus, vbi non occurrit periculum animæ:aliàs ſi immineret periculum animę, ſi pro matrimonio pronunciaremus, contra matrimoniū pronunciemus:vt ſ.tit. proxi.c.iuuenis.vbi hoc no. Hoſt.in gl.fi.

1 *Sponſalia vel matrimonia à parentibus pro filijs contracta,an filios obligent.*
2 *Sponſalia conditionalia ante conditionem extantem non obligant.*
3 *Sponſalia conditionalia poſt conditionis euentum, pro puris habentur.*
5 *Sponſalia per patruum vel fratrem contracta, pro nepote vel fratre, eos non obligant.*
6 *Matrimonium eſt quaſi quædam ſeruitus.*
7 *Matrimonium ſpirituale contrahens, eſt melioris conditionis quam ille qui carnale contrahit.*

De deſponſatione impuberum. Rubrica.

TVa. ¶Si quæris vtrum ex ſponſalibus, vel matrimonijs,quæ parētes pro filijs contrahunt ipſi filij obligētur, & ex eis oriatur pu-
1 blicæ honeſtatis iuſtitia,† diſtingue. Aut quęritur de ſponſalibus cōditionalibus:aut de pu-
2 ris:† ſi de conditionalib. Tunc dic,ꝙ ex talib. ante conditionem extantē ſicuti conſenſum non habentibus, & incertis, nullus obligatur,nec oritur publicæ honeſtatis iuſtitia,vt no. Hoſt.ſ.tit. 1.ad audientiam.licet Inn.teneat contrarium.j.de ſponſa duorum.c.j.gl.ſic ſatis.cuius opi.expreſ-
3 ſè reprobatur.j.de ſponſa.c.vnico.§.fi.lib.6.† Sed poſt conditionem exiſtentem habētur pro puris: & eſt idem iudicium quod de pueris: vt ibi,a contrario ſenſu. Si quæris de pueris:
4 † tunc aut parentes contrahunt ſponſalia,vel matrimonia pro talibus filijs qui non habent conſenſum legitimum ad ſponſalia contrahenda:vt quia ſunt minores ſeptennio intellectu carentes.j.tit.1.literas.& c.acceſsit. & c. duo pueri vel furioſi.ſ. tit.proxi.dilectus.& tunc non obligantur, nec inde oritur iuſtitia publicæ honeſtatis, cum conſenſum non habeant, ſine quo quod agitur fruſtratur effectu: vt eſt caſus. 30.q.2.vbi.j. eo.c.vnico.in prin.lib.6.argu.ſ.tit.proxi.c.tua nos.Nec mirū, quia ex quo filij non poſſunt contrahere matrimonium per ſe, per conſequens nec parentes pro eis.arg.ff.de admi.rerū ad ci.perti.l.2.47.diſt.ſicut hi.j.de ſepul. licet pater.lib.6. Quod verum niſi poſtea venientes ad ſtatum habilem ad contrahendum, contractum factum per parentes ratificauerint ſciēter, alio cum quo extitit contractum in primo conſenſu perſeuerante: vt in d.c.vbi.& d.c.vnico. in prin.& § porro.ver.& eſt idem & ſtatim ſequitur. Aut contrahunt pro talibus filijs qui habent conſenſum legitimum ad matrimonia ſeu ſaltem ſponſalia contrahenda, & tunc aut parentes contrahunt filijs expreſsè contradicentibus,& tunc non obligantur filij,neç exinde oritur iuſtitia publicæ honeſtatis:vt 30.q.2.vbi.j.eo.c.vnico.lib.6.§. porro. ibi nec contradixerint à contrario ſenſu, vt in verſi.alle.& hoc tenent Arch.& Io.An.ibi.Fallit in caſu vbi poſtea inter eos ſponte carnali copula interuenit,quia tūc rata videntur habere ſponſalia ſuo nomine contracta,vt no.Inn. j.eo.ex literis.& Hoſt.poſt eum.Aut contrahunt filijs nō contradicentibus:& tunc aut ipſis filijs mandantibus,& tunc perinde eſt,ac ſi ipſimet filij contraherent.j.de procu.c. vlt.lib.6.& de reg.iur.c.qui per alium.eo.lib.ita quòd ſecundum ætatem quam habent filij valent ſponſalia,vel matrimonia,vel non valent,& obligantur filij,vel non obligantur.Aut filijs non mandantibus,& tunc aut eis expreſsè cōſentientibus,& tunc idē, vt in d.§.porro.& 27.q.2.ſufficiat.& 32.q.2.honorantur.& c. nec illud.ſ.de conuer.coniug.ex parte.& in c.alle.vbi.Aut filijs non conſentientibus expreſsè, & tūc,aut eis præſentibus, aut abſentibus.Si pœnitentibus,& non contradicentibus,tūc perinde eſt ac ſi ipſimet filij contraherent,ita quòd ſi ſint legitimę ætatis ad ſponſalia,vel matrimonia de quibus agitur contrahenda obligantur,& ex eis oritur iuſtitia publicæ honeſtatis,vt in §.alleg.porro. Si vero non ſint ætatis legitimę,de qua ætate vide per Ber.j.c.proxi.gl.2.ſecus, licet debeant ſaltem de honeſtate adimplere factum parentum,vt hic. Si eis abſentibus,tunc aut poſtea ſcienter ratificauerunt expreſsè,vel tacitè huiuſmodi contractum,& tūc obligantur, & inde oritur iuſtitia publicę honeſtatis, vt ff.de ſponſa.lib.4.& 5.& eſt expreſſum in §.alleg.porro.ver.& eſt idem.quod intellige ſane, alio cum quo parentes contraxerunt in eodem conſenſu perſeuerante,aliàs ſecus,vt dixi in ſimili.ſ.tit.proxi.c.dilectus.& eſt expreſſum.j.de procur.c.vlt.lib.6.cum ibi no.Aut non ratificauerunt poſtea nec expreſsè,nec tacitè, & tūc nō obligantur, nec inde oritur iuſtitia publicę honeſtatis ſecundū Inno. & Hoſt.hic pro quibus eſt caſus expreſſus.27.q.2.lex diuina. & quorum opinio eſt approbata in §.alleg. porro in fi. vbi Io. And.ſuper verbo tacitè in nouella dicit, quòd non putat filiū tacitè conſentire vel filiam,licet certificatus vel certificata taceat. imo quòd neceſſarius eſt actus per quem euidenter pateat ipſius conſenſus per iſtud.c.2.rñ.Nec obſt.extra,de ꝓcu. c.2.aliàs primo.in cle.quia ibi non ſimpliciter tacet, & reprobatur opi.Ray. in ſum.tit.de ſponſa.§. pone quòd pueri.& Pe. de ſamp.& hic Abb.qui per illud.c.dicebant cum hic dicatur quòd pater filium nondum adultum poteſt cui vult matrimonio tradere,quòd ex ſponſalibus contractis à patre etiam filio non conſentiente oritur iuſtitia publicę honeſtatis,& nitebatur hoc probare per c.j.eo.acceſsit.ad fi.quod nihil facit vt ibi no.& de hoc no.27.q.2.§.item apoſtolus. quæ ibi fuit ſententia Lau.Hug.& Io.de quo per Guil.in d.c.vnico.gl.3.j.eo.lib. 6.& videtur ſecundum eum in §.alle.porro.gl.3.quod non ſine miniſterio.dicit tex.ibi quòd ex ſponſalibus quæ parentes pro filijs puberibus vel impuberibus contrahunt, ipſi filij ſi præſentes fuerunt nec contradixerunt obligātur,& ex eis ori-
5 tur iuſtitia publicę honeſtatis. † Ex quo videtur innui, quòd ſi talia fierent ab alijs, vt puta patruis vel fratribus non obligarentur per tacitum conſenſum, quod verum eſt ſecundū Inn. qui hoc no.ſ.de reſtit.ſpol.ex parte.in prin.glo.2.& hic,& de matri.contrac.contra interdic.ec.c.1.in glo.expreſsè &c. Nec obſtat.ſ.eo.ad id quod. quia ibi ad perſuaſionem vitrici mulier alij nupſit, vel mulier poſtea ſponſalia eius nomine contracta rata habuit,licet cōtra propriam voluntatem:& hanc ſententiam tenuerunt Ala. Tan.Vin.Goſ.& Ber.in d.c.1.& hoc teneas ſecundum Guil.ibi.& 27.q.2.cum ſocietas.ſuper verbo non conſentiente.quamuis Hoſt.videatur ſentire contra. in d.c.1.j.de ma.contracto contra interdi.eccle.& Io.An.in d. §.porro.& male vt credo, quia ſi idem voluiſſet Papa intellexiſſe de alijs,hoc expreſsiſſet.ſ. de decimis. ad audientiam. & quia quod de vno dicitur &c. ſ.de præſump.nonne.& hoc tenet Io.And.in nouella.in d.§.porro.dicens quòd ſufficit taciturnitas præſentium,quando per parentes contrahuntur:ſed ratificatio expreſſa requiritur in alijs. Et quod dictum eſt de parentibus intelligit Ioan.And.in d.c.ſi infantes.ſuper verbo inducta

inducta etiam de matre,ſicut & de ipſa dicitur quòd poteſt of
ferre filiũ religioni.20.q.1.c.2.& q.2.c.j.& no.ſ.de regula.c.2.
Nec obſtat quòd mater filium in poteſtate non habet.ſ.de
conuer.infide.c.2.quia nec illud.d.c.ſi inſanies.Diſtinguit,an
filius ſit emancipatus vel ne,ſm eum.Et de iſta materia notat
Hoſt.in ſum.eo.tit.rubri.de matrimonio.§ & quæ ſponſalia.
vbi ex his patet,& Aſten.lib.8.ti.de cauſa efficiente matrimo
6 nij.artico.4.q. vtrum aliqvis præcepto. † vbi dicit, q cum in
matrimonio ſit quaſi quædam ſeruitus perpetua,pater nõ po
teſt cogere filium,cùm ſit in hoc liberę conditionis,ad matri
monium contrahendum,vt hic: ſed poteſt eum inducere ex
rationabili cauſa,& tunc ſicut ſe habet filius ad cauſam illam:
ita ſe habet filius ad præceptum patris:vt ſi cauſa illa cogat de
neceſſitate, vel honeſtate:& præceptum ſimiliter cogat,aliàs
non. Nec obſ.quod dicitur ad Coll.3. Filij obedite parenti-
bus veſtris per omnia,quia non intelligitur ſimpliciter,& vni
uerſaliter, ſed de omnibus pertinẽtib.ad poteſtatem paternã.
Nec obſt.quòd pater ſpiritualis,ſ.Papa poteſt cogere aliquem
ad matrimonium ſpirituale,ſ.ad accipiendum epiſcopatum:
quia Papa habet maiorem poteſtatem ſuper membra eccle-
7 ſiæ,quàm patres carnales ſuper filios.† Et prętereà contrahẽs
matrimonium ſpirituale eſt melioris conditionis,quàm con-
trahens carnale ſm Richardum, Thomam & Petrum.

1 *Aetas quæ requiratur ad matrimonium cõtrahendum.nu.3.&*
4.num.5.& 8.
2 *Matrimonium licitè contrahunt potentes coire, quamuis ſint*
minores duodecim, vel quatuordecim annis.
4 *Puer quidam nutricem ſuam impregnauit.*
6 *Puella quædam nouem annorum concepit & peperit.*
7 *Puella quædam octo annorum,fuit Pariſijs deflorata.*
9 *Naturalia aſpiciuntur ad virginitatis, & membri apti proba*
tionem.
10 *Naturalium inſpectio non fit ad probandam pubertatem.*

PVberes. ¶ Ad declarationem gl.2.& gl.vlti.
Bernardus.Si quęris,quę ætas requi
ratur, vel eſt apta ad matrimonium cõtrahendum,
& vtrum volentes contrahere in naturalib.inſpici
debeant. Diſtingue. Aut quæris de primo,ſ.quæ ætas requiri-
1 tur ad matrimonium contrahendum:& tunc,† Aut quęris de
illis de quibus conſtat perfici experientiam,q hæ ſunt poten
2 tes coire, & carnale debitũ reddere † & in talib.ſufficit quæ-
libet ætas,etiam minor.14.in maſculo.& minor.12.in fœmi-
na:vt notat Innoc.hic,dicens q de habente.14.annos,& non
potente coire fuit dubitatum,an poſsit contrahere matrimo
nium:ſed de potẽte coire licet ſit minor.14.annis certum eſt
q contrahere poteſt:quia certũ eſt &c.quaſi dicat dicit Hoſt.
& Io.And.poſt eum,hæc probatio alicuius temporis expecta
tionem non requirit:quia plus eſt factis,quã tempore:vt pa-
tet.ſ.tit.1.c.fi. Vnde licet non præſumatur potens minor an-
nis quatuordecim vel duodecim.Hæc tamẽ eſt præſumptio
iuris tantum, vnde admittit probationem in contrarium: &
ideo ſi de facto oſtendatur contrarium,magis credendum eſt
oculis proprijs, quàm tali præſumptioni:quare ex quo appa-
ret de copula,liquet quod malitia ſiue probitas ſupplet ætatẽ:
vt hic in fine, & ĵ.eo.à nobis.& c.ſeq.& eandem opinionem
tenet expreſsè Io.30.q.2.in ſum.in fi.per illud.c.& per c.de il
lis.ĵ.eo.& arg.l.quæ dicit,quod non poteſt nupta videri,quæ
vtrum pati non poteſt.ff.quando dies leg.ced.l.pen.ergo a cõ-
trario ſenſu,ſi poteſt pati virum,nupta videtur.Idem Goffre.
Hoſt.& Io.And ĵ.de eo qui cogni.conſan.vxor.ſuæ.c.Iorda-
næ.& maxime in muliere cuius vas ſemper paratum eſt.Vn-
de conſueuit dici quod adeo magnum roſtrum, habet picula
ſicut pica,ſecundum eos.ibi idem Innoc.ĵ.eo.duo pueri.gl.2.
& Tan.& Vinc.& Hoſt.ĵ.eo.de illis.vbi exponunt tex.pote-
runt carnali copula coniungi.ſubaudi.& eos coniunctos fuiſ-
ſe conſtiterit:vt in d.c.à nobis. Nam aliter conſtare non pote
rit:an poſsint carnaliter commiſceri cum ſint impuberes.Sed
Inno.ibi notat quod in decret.illas ſatis videtur innuit in ma-
trimonio illam ſolam dici proximam pubertati,quæ cogno-
ſci poteſt.arg.hic.& ſic ſecundum Hoſt.ſi ſint proximi puber
tati, quod patere poteſt ſecundum Inn.ex lanugine, vel facti
experientia,& malitia ſuppleat ætatem: quamuis carnalis co-
pula non fuerit inter eos, non poſſunt adinuicẽ diſſentire.idẽ
etiam Inn.ĵ.eo.c.fi.gl.fi.quod indiſtinctè verum eſt ſecũdum
Goſ.qui dicit quod eſt caſus illius decre. de illis.2.& hoc ipſe
no.ibi.idem tenent Bern.& Abb.ibi & Io.An.ĵ.eo.ti.c.vnico.
ſuper verbo ſupplebat.lib.6.Quid.n.dicit Io.And.ſi puer mi
nor.14.annis,multas mulieres cognouit,mulier minor.12.an
nis,a plurib.ſit cognita,hi contrahunt matrimonium.quid ha
bes dicere,matrimonium præter carnalem adinuicem copu-
lam non tenere:ſed Arch.in d.c.vnico,ſuper verbo malitia.di
cit,quod non dubitat ſententiam Tan. Vin.& Hoſt.eſſe verã.
3 † Ego vero Henricus credo eam veram in caſu vbi carnalis
copula interuenit inter ipſos ſponſos:& in caſu vbi non inter
uenit inter eos,ſed vt inter quelibet ipſorum,& extraneos,vt
in exemplo prædicto Io. An.in quo caſu intelligo veram opi.
Goſ.& aliorum. Aliter vbi non miſcuerunt ſe carnaliter inter
ſe,vel cum alijs,credo quod non eſt matrimonium:vt ĵ.ſequi
tur in verſic.aut quæris de illis de quibus non conſtat &c. Et
hoc quod dictum eſt quod vbi per facti experientiam cõſtat
de potentia cõeundi,quod eſt matrimonium,verũ eſt ſecun-
nec mirum, quia dictis caſibus facientes magis videntur pati
quam agere, vt not. Cardi. in c. alleg. in generali ad fi. ver. poſt-
modum quæritur &c. Idem in caſu vbi proteſtans aliàs ad fa-
ctum illud de neceſsitate tenebatur, vt probatur. C. de dot.
11 promiſ. l. vltim. † Si proteſtatio dependet ex conſenſu prote-
ſtantis, & alterius inſimul: tunc. Aut ille alius illi proteſtationi
conſentit. & tunc non videtur renunciare per ſolum actum
ſuum factum ſine conſenſu illius. vt hic. & ff. nautæ cau. ſtat.
l. vltim. §. item ſi prædixerit. ſecus ſi ipſi ambo receſſerint ab
illo primo conſenſu ſuo. argu ff. de actio. & obliga. l. ſicut. ff. de
pactis. l. ab emptione. de regu. iur. l. nihil tam naturale. Aut il-
le alius expreſsè diſſentit proteſtationi proteſtantis, & tunc re
nunciare videatur, quia ex quo ille actus dependebat ex con-
ſenſu ipſius & alterius, ipſe ſolus non potuit facere proteſta-
tionem inuito altero. ff. communi diuidundo. l. ſabinus. quod
vi aut clam. l. aut qui aliter. §. ſi quis cum denunciaſſet. & in §.
alleg. item ſi prædixerit a contrario ſenſu. licet gloſ. ibi teneat
contrarium. ſed primum dictum tenet. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſi
fideiuſſor non negetur glo. 2. & melius. & pro hoc facit quod
notat Innoc. hic in glo. 2. & Hoſtien. & Ioan. Andr. poſt eum
dicentes, quòd niſi ambo contrahentes conſentiant interpo-
ſitioni iſtarum conditionum de quibus hic in text. non im-
peditur matrimonium. 32. quæſtio. aliquando. Vnde ſufficit
quod alter contradicat, vt ibi. & idem eſt ſi taceat & nihil di-
cat in fauorem matrimonij. argũm. ſupra. c. proxi. ſecundum
eos. Aut ille alius tacet dum audit illum proteſtari, de & ſuper
actu dependente ex conſenſu ipſorum duutum. & tunc aut il
le actus, qui geritur non põt habere aliquẽ effectum niſi dica-
mus eſſe renunciatum illi proteſtationi per illum actum po-
ſtea ſubſecutum: aut ſic. primo caſu renunciare videtur: vt res
potius valeat quam pereat. argum ff. de verborum obligatio.
l. quotiens. de rebus dub. l. quotiens. in actionibus. intra de ver
borum ſignifica. abbate ſane. §. ſi vero cum concord. ibi alleg.
in glo. ſimile. ff. & c. & hoc patet in eo, quod notant Innocent.
& Hoſti. hic. & dixi ſtatim. ſupra in ver. & pro hoc facit &c.
vnde pone de tali quæſtione, tu dixiſti mihi quod ego fideiu-
berem pro te erga titium. ego veni ad ipſum titium, & dè-
nunciaui ſibi quod ipſe me nõ acciperet in fideiuſſorem pro
te: & proteſtatus fui, quod ſi ego fideiuberem pro te erga eum
quod nolebã ſibi in aliquo teneri hoc non obſtante, ergo po-
ſtea fideiuſsi pro te erga eum titium, quæritur vtrum teneat
ipſi titio. & videtur quod non per §. alleg. item ſi prædixerit.
argum. contra. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. item labeo. ver. niſi
permiſſu meo & c. glo. mouet iſtam quæſtionem: ſed non ſol-
uit. ff. de fideiuſ. l. ſi fideiuſſor creditori. ſed ſimilem quæſtio-
nem mouet. ff. de procur. l. titius. gloſſ. fin. de fideiuſ. quæ de-
nunciauit creditori ne debitori numeret: quia factus eſt non
ſoluendo, vbi dicit quod videtur valere denunciatio ante nu-
merationem non poſt, vt in l. alleg. ſi fideiuſſor. de hoc in Spe.
rubrica. de fideiuſſ. §. 1 ad fin. ver. quid ſi fideiuſſor denuncia-
uit. & ver. ſequ. vbi dicit quòd ſi prius quam fideiuberet. dixit
ſe nolle teneri ſi contingat eum fideiubere & creditor conſen
ſit nunquam tenebitur ſi poſtea fideiuſsit, niſi dixerit non ob-
ſtante eo quod dictum fuit per l. alleg. ſi mihi & tibi. in fi. de
leg. 1. & l. alleg. ſi quis in princ. de leg. 3. Ego dico in quæſtio-
ne præmiſſa receſſum eſſe à proteſtatione niſi in ipſo actu fi-
deiubendi repetatur per præmiſſa, & quia dicta proteſtatio eſt
contra ſubſtantiam fideiuſsionis: ideo non valet. ff. de condu.
inde l. quod quis ſciens. & in c. cum M. & cap. ſolicitudinem.
iam alleg. per eandem viam. facit quod no. Bern. ſ. de ſpon. c.
tua nos. gl. 1. de illo qui proteſtatio. & dicit quòd omnia quæ
dicet vel faciet non dicet, neq; faciet animo contrahendi ma-
trimonium, & poſtea dicit publicè conſentio in te, vt in vxo-
rem meam, quia eccleſia iudicare debet pro matrimonio ſm
eum. idem notant ibi Io. Pet. de ſamp. Hoſt. vbi vide. & adde
quod dixi in diſ. 2. & quod no. Ber. ſ. proxi. & Hoſti. hic & in
ſum. eo. tit. §. vlti. ver. quid ſi ante carnis copulã de ſponſo qui
poſt ſimilẽ proteſtationem præmiſſam per eũ cognoſcit car-
naliter ſponſam ſuã, quia præſumitur pro matrimonio, quod
dic vt dixi. ſ. de ſpon. is qui. diſ. 2. Aut ille actus de quo agitur
põt habere aliũ effectũ. licet non renũcietur proteſtationi, &
tunc nõ videtur renunciare proteſtationi, vt ſi ego proteſtor
quod dicam aliqua, quæ ſapiant litis conte. quòd per hoc nolo
cõteſtari. nam ſi poſtea dicam aliqua, quæ ſapiant litis cõteſt.

per hoc non videor litem cõteſtari: quia iſta verba poſſunt ha
bere alium effectum quam litem conteſtari.poſſunt.n.infor-
mare vel monere iudicem:vel alium effectum inducere. arg.
ſ.de lit.conte.c.vnico.ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.l.ſi debitor.
§.1.pro iſtis duobus vltimis membris facit ſolutio illorũ iu-
rium.ff.de acq.hære.l.pro hærede.§.quid ſi tamen.& §. põpo.
12 & l.ſi pupillus.§.ſi ſeruum. & l. ſi quis non quaſi hæres . † Aut
quæris de octauo.ſ.vtrum prima proteſtatio per ſequentẽ con
trariam aduerſarij tollatur,& tunc refert ſm Card.in c.alle.in
generali ad fin.ver.ſed quæro &c. Aut factum vel actus ſuper
quo fiunt hincinde proteſtationes:& commune ſeu commu
nis vtriq; proteſtantium;ita quòd directo intereſt vtriuſq;:&
hoc caſu ſecunda proteſtatio tollit efficaciam primæ:vt ff.de
libe.agno.l.1.§.denuntiare.& §.ſeq.aut non:& hoc tripliciter,
quia aut factũ ipſum vel actus eſt principaliter pro proteſtan-
te,pro aut contra:aut eſt dubium. Primo caſu prima proteſta
tio non enumeratur.verbi gratia.Reus proteſtatur quòd ſi ali
qua dicat , quæ ſapiant litis conteſt.non vult litem haberi pro
conteſtata,actor proteſtatur in contrariũ.per iſtam ſecũdam,
non tollitur prima. Vnde iſta verba ambigua quæ ſunt princi
paliter rei,poteſt ipſe reus interpretari per ſuam proteſtatio-
nem. ff. de pœnis. l.iuriſgen.§. quod ſcre. de iudic.ſi quis in-
tentione ambigua.& hoc tenent Ia.de Ro. & Cy.de lit.cõte.
l.vnica.& Io.An.in c.alle.exceptionem.Io ſecundo,& tertio,
caſibus proteſtatio ſequens tollit efficaciam primæ. ff. quod
vi aut clam.l.aut qui aliter.§.ſi quis cum. Et ratio inter primũ
membrum.& iſta duo vltima eſt,quia in re cõi melior eſt con
ditio prohibentis.ff.communi diui.l.ſabinus.j.de reg.iur.c.in
re communi.li.6. & ob hoc vbi factum eſt commune ſeu etiã
principalis intereſt proteſtantis ſecundario in contrariũ , ſeu
vbi eſt dubium cuius intereſt principalius prima proteſtatio
non habet effectum conſenſu aduerſarij non veſtita.Item pri
mus proteſtans videtur impetere,& ſecũdus defendere.& ob
hoc in dubio,ſecundo proteſtanti eſt magis inſiſtendum.ſ.de
proba.ex literis.j.de regu. iur.c.cum ſint.& c.fauorabiliores.
lib.6.ſecundum Car.& de hoc in Spe.rubri. de lit.conte.§.1.
ver.ex præmiſsis patet &c.

Super eo.c. ¶ Si quæritur qñ aliqua adiectio interi-
tur alicui actui vel contractui gerendo :
nunquid vitiatur vel vitiat contractum vel actum.Diſtingue.
13 † Aut adiectio non repugnat contractui vel actui qui geritur:
& tunc nec vitiat nec vitiatur : ſed valet regulariter ſicut &
actus cui adijcitur ſiue cedat ad augmentum : vt ff.de leg.3.l.
ea tamen adiectio.de fun.inſtru.l.1.& 2.& 3.& 4.& 5. & per
totũ.de vſur.l.ſi ſtipulatus cõmodati.l. ſi vt certo.§.li de me.
mandati.l.qui mutuam. de vſufru.leg.l.illi. & depoſi.l.1.§.qui
depoſitis.cũ ibi no.de fil.presbyt.c.1.& 2.j. de præb.c.quam-
uis.1.& c.cum in illis.§.t.& §.is cui. verſi. vel niſi.lib.6. & ex-
tra de præb.c.ſi dignitatem. in cle. ſiue cedat ad diminutionẽ :
vt ff.de le.3.l.legatis ſeruis.j.de conceſ.præb.c.qm.ibi in qui-
bus &c. lib. 6. Aut adiectio repugnat contractui vel actui qui
geritur:& tunc. Aut adiectio eſt contra accidentalia actus:aut
contra ſubſtantialia,Si contra accidentalia,tunc. Aut contra ac
cidentalia contractus,& tunc non vitiat neq; vitiatur,vt ff.de
pac.l.paciſci.depoſi.l.l.uius. t.de præſcri.verbis.l. naturalis.§.
quod ſi faciam.& eſt ratio:quia ex conuentione partiũ cõtra-
ctus legẽ accipiũt .ff.depoſi.l.j.§.ſi conuenerit. Aut eſt contra
accidentalia rei : & tunc regulariter nõ vitiat ſed vitiatur,vt ſi
teſtator leget vſumfructum ſine via, quia de eſſe vſuſf.nõ eſt
via vel aditus:vt patet in diffinitione vſuſf.ſed eſt de acciden-
talib.vſuſfr.vnde valet legatũ:& adiectio vitiatur,vt ff.ſi vſu-
fructus pet.l.1.§.1.& de adi.leg.l.3.§.ſi loci. & de caſtrenſi pe-
culio.l.ſi forte.& ſub iſto membro potes intelligere, qđ dicã
in fi.de profitente religionẽ cum adiectione & proteſtatione,
quòd retineat propriũ , vel ſi dicat quòd ibi ſit contractus cũ
deo.dic quòd ſecus in contractu temporali:vt eſt dictũ.& ſe-
cus ſpirituali . Si adiectio eſt contra ſubſtantialia actus : tunc.
Aut adiectio inſeritur actui gerendo incontinenti.Aut ex in-
teruallo.ſi incontinenti,refert . Aut adiectio illa nõ facit con-
tractum vel actũ illum cui inſeritur cadere , & tranſire in aliã
ſpeciẽ ſeu naturã contractus ſibi non repugnantis . Aut facit
eũ cadere & tranſire in aliã ſpeciẽ ſeu naturam actus vel con-
tractus. In primo caſu:aut adiectio apponitur & inſeritur ad di
minutionẽ:& tunc vitiat & nõ vitiatur.verbi gratia. Teſtator
legat mihi vſumfructũ,deducto vſu nõ valet legatũ propter
repugnantiã.ff.de vſu & ha.l.per ſeruum.§.deniq;.de reg.iur.
l. vbi repugnantia. & eſt expreſſum hic.j. rñ. vbi conditiones
apponuntur contra ſubſtantiã matrimonij.& ad diminutionẽ
ſeu ſubſtractionẽ bonorũ eiuſdẽ.Sed fallit in hæredis inſtitu-
tione vbi adiectio vitiatur,& non vitiat, vt ff.de hære.inſti.l.
1.§.ſi ex fundo.& l.hæreditas ex die.C.de hære.inſt.l.quotiẽs.
Itẽ forte fallit in profeſsione ſeu voto facta ſeu facto cũ adie-
ctione contra ſubſtantiã eius, vt ſtatim dicam in fi.Et poteſt
eſſe ratio:quia ſunt res ſummè fauorabiliores, vt patet de in-
ſtitutione ſine qua teſtamentũ eſt nullũ, vt ff.de his quæ in te
ſtamento delen.l.pe.de codicillis.l.ulti.inſtit.de leg.§.ante hæ
redis.& de fideic.hære.§.in primis.patet &.ff.de reli.& ſump.
fune.l.ſunt perſonæ. Aut apponitur uel inſeritur ad augmen-
tũ,& tunc adiectio uitiatur,& non uitiat,ut eſt caſus.ff.de pecu.
leg.l.ſi peculiũ.§.j.de precario.l.cum precario.& de uſur.l.pla-
cuit. In ſecundo caſu.ſ.qñ adiectio facit contractũ uel actum
illũ tranſire in aliam ſpeciem uel naturã contractus uel actus,
non uitiatur adiectio ſed uitiat actum uel contractũ primum;
& facit cadere & trãſire in aliũ,ut ff.de uſu & ha.l.& ſi forte.
aliàs eſt.§.ſub.l.per ſeruũ.de dona.cau.mor.l. ubi inſti.manda
ti.§.ulti.C.de hæred.inſtit.l.quotiens. Si adiectio inſeritur ex
interuallo,tũc uitiatur adiectio, & non uitiatur actus cui adij
citur.uerbi gratia.teſtator dicit lego titio uſumfructũ. Dein-
de dicit adimo titio uſum,nihilo minus ualet legatũ,ut in d.l.
ſi ſeruum.§.& ſi forte.2.rñſo.& de adi.leg.l.1. & per iſtũ text.
14 dicit Ber.hic in fi.j.glo.† quod ſi quis dicat profiteor talẽ reli-
gionem ita quod poſsit retinere proprium,non tenet mona-
chatus , quia conditio eſt contra ſubſtantiã monachatus.ſ.de
ſtatu reg.cum ad monaſterium.in fi.de conuer.coniug.dudũ.
& hæc fuit opi.Hug.19.q.ulti.§.nunc autem.28.diſt.diaconi.
12.q.1.c.non dicatis.Idem no.Ber.ſ.de ſta.mo.c.2. ſuper uer
bo adminiſtratione permiſſum.& Inn.eo.ti.c.1. & j.de ſri.c.
fraternitatis.& Accur.in l.alle.per ſeruum.§.1.& Bart.Brix.in
q.dominicali,quæ incipit, quidam ſub ea conditione intrauit
monaſterium &c.& Roſ.bene titu. de reg.& tranſe.ad reli.§.
quid ergo dices.& Spe.rubr.de ſtatu regulariũ.§.unico.uerſi.
49.quæritur.ſed contrarium,ſ.quod ualet conuentio, nec ha-
bebit proprium,tenent Goſ.Inn.& Hoſt.j.tit.proxi.inſinuan
tẽ.& Inn.ſ.eo.c.1.& Accur. C.de ſac.ſan.eccl.in aut.ingreſsi.
& Iac.de Are.& Pet.de Bel.perti.ibi & Damaſ.in quæſtionib.
ſuis.j.tit.proxi.q.ulti.& Lau.& Io.& Arch.32.q.2.ſolet.argu.
ff.de hære.inſti.l.1.§.ſi ex fundo.& l.hæreditas ex die .& C.de
hære.inſti.l.quotiens.ubi habes quod hæredis inſtitutio, quæ
eſt actus fauorabilis ꝑꝑ adiectionem ſibi contrariam inſertã,
nõ uitiatur,& hanc ſniam ſequitur Goſ.ſ.de reg.ſicut nobis.
ubi dicit quod per talem conditionẽ non excluditur mona-
chus,ut j.tit.1.inſinuante.27.q.1.de uiduis.33.q.5. quòd deo
pari.dicit tamen quod talis conditio eſt abolẽda,quia eſt con
tra uotum.arg.ff.de uſufru.pe.l.1.10.q.1.c.2. Et hoc etiam di
cunt ipſe Goſ.& Vin.in c.alle.inſinuante.Idem Roſ.& Phi.ſ.
de ſta.mo.c.2.& eſt ſimile.1.q.3.ſi quis obiecerit.de conſe.di.
1.ſi quis baſilicam.ff.de ſerui.ruſti.prædio.l.3.§.qui habet.ſe-
cundum Tan.& hanc ultimam ſententiã teneas ſm Gul.Na-
ſo.qui dicit quòd dñs Innoc. tertius per ſuas literas conceſsit
cuidam mulieri qđ poſſet eſſe conuerſa in eccleſia beatæ Ma
riæ de reno.Bonon.dioc.& uteretur rebus ſuis prout uellet
quas literas Arch.in c.alle.ſolet gl.ulti.32.q.2.profitetur ſe ui-
diſſe.& ita aliud eſt dicẽdũ in matrimonio ſpirituali, & aliud
in carnali,ut hic.ſed ſecundum hæc quæ eſt ratio diuerſitatis.
Guli.Naſo.dicit quod Io.hanc reddebat rationem prout reci
tat Arch.in c.alle.ſolet gl. ſua finalis hæc cõditio.ſ.quòd uxor
procuret uenena ſterilitatis , & cateræ conſimiles de quibus.
hic in tex.eſt contra ſubſtantiam matrimonij,quia ad hoc in-
15 uentum eſt matrimonium ut inde proles naſcatur.† nam tria
ſunt bona matrimonij.ſ.fides,proles,& ſacramentum.27.q.2.
omne itaq;.ſed hoc quòd monachus habeat proprium,nõ eſt
contra ſubſtantiã monachatus nec de ipſius ſubſtantia,ſed eſt
de cõſtitutione eccleſiæ,qđ ſic probat, monachus nihil aliud
eſtꝗ̃ ſolus & triſtis.16.q.1.placuit. quicquid igitur ultra adie-
ctũ eſt de iure poſitiuo eſt impoſitũ ſm eũ . Idem Lau. in c.
alle.ſolet.Idẽ ſentiũt Inn.& Ho.in c.alle.cũ ad monaſteriũ.un
de cũ habere propriũ nõ ſit cõtra ſubſtantiã monachatus, me
ritò monachatus, & nun conditio põt tenere ſm Io.& Abb.
& ab hac ſnĩa dicit Archi.nõ recedas qm ueritatẽ continet,li-
cet Goſ.bene teneat cũ primis.ſ.quòd nõ teneat monachatus
in libello iuris canonici.rub.de hoſb.qui religionẽ ſumunt.§.
quid ergo dices &c.ſm Arch.in d.c.ſolet.gl.ſi. ubi de hoc ple
ne per eũ hoc idem tenet Io. An.hic dicẽs,ꝙ ratio diuerſitatis
eſt:quia in voto religionis,quod ſit deo,nõ eſt qui conſentiat
vel contradicat proteſtationi, ſeu conditionis vel adiectionis,
appoſitioni ſicut in matrimonio carnali . vnde in carnali reci-
piens

piens conditionem eſt in culpa,quę non debet ſibi eſſe lucro-
ſa:ſed in profeſſione,quia quis obligatur deo,ipſius dei cui ob
ligatur non eſt culpa. etiam ſi Abbas profeſſionem recipiens
conſentiat: & idem in ordinatione:vt 28.diſt.dyaconi. ſecun
dum eum. vnde ratio quare non valet matrimonium carnale
contractum ſub conditione,quæ eſt contra ſubſtãtiam ipſius,
eſt in odium alterius,qui talis conditionis appoſitioni cõſen-
tit: & ſine cuius conſenſu apponi non poteſt: vt dixi.ſ.in d.
proxi.& hoc teneas,& vide quod no. Vin.& Io.An.poſt eum.
ſ.ii.proxi.c.1.dicentes.q ſi contraham tecũ ſi permiſeris me
tecum coire:quamcito id permittit efficiuntur ſpõſalia pura:
& cũ poſtea conſenſerint,eſt matrimoniũ.ar.a 22.q.5.qui perin
rare.& 32.q.5.qui viderit. ſicut ſi deponens pecuniam dicit ſi
volens vtaris,quamcito volens vti monet eam mutuum dici-
tur.ff.ſi cer.pet.l.certi conditio.§.vlti.& l.ſeq.quod non eſt ve
rum.imo perinde eſt ac ſi ab initio ſpõſalia fuiſſent pura.ff.qui
po.in pig.ha.l.potior.de peri.& commo.rei ven.l.neceſſario.
dicunt tamen ſecundum quoſdam ſecus eſſe ſi dicat contrahã
tecum ſi coeas mecum: quia tunc per primum coitum fiunt
ſponſalia pura: per ſecundum fit matrimonium: ſed hoc eis
non placet quia per hoc infertur conditio inhoneſta in ſpon-
ſalibus reprobanda.

¶ Qui clerici vel vouentes. Rubrica.

1 *Excommunicationis ob iniectionem manuum in clericum abſo-
lutio,eſt caſus papalis.*
2 *Legatus an abſoluat excommunicatum,ob iniectionem manuum
in clericum.*
3 *Diocęſanus an abſoluat excommunicatum, ob iniectionem ma-
nuum in clericum.*

De diacano. ¶ Ad declarationẽ gl. a quo
debet peti non dicitur &c.
Si quæritur:quis poſsit abſoluere excõicatum p
adiectionem manuum in clericum violentam,
Diſtingue. † Aut quæritur de Papa, & nulli du-
1 bium,q ille poteſt.17.q.4.c.ſi quis ſuadẽte.Aut de alio,& tũc
hoc eſt ſpecialiter ſibi commiſſum a Papa:& tũc poteſt:& ita
fuit hic,vt patet in antiqua ſecundũ Ber.& Hoſt.hic.Aut non
eſt ſibi ſpecialiter cõmiſſum, & tunc aut eſt legatus,& ille po
teſt ſecundum Vin.Tan.& Goſ.hic.quod Hoſ.non intelligit
verum in atroci niſi ſuper hoc ſpecialem poteſtatem haberet.
2 ar.j.de ſen.excom.ad eminentiam.Sed tu ſubdiſtingue.† Aut
eſt legatus non tamen de latere,& tunc dic,vt ſ.de offi.leg.c.
Aut eſt legatus de latere,& tunc Hoſ. tenet in c.alle.excom-
municatis q non poteſt abſoluere excõmunicatus qui enor-
miter læſerunt clericum niſi hoc ei concedatur ſpecialiter, &
ad hoc inducit.j.de ſen.excõ. c.ſi vero.1.& c.peruenit.& c.cũ
illorum.§.1.& 2.& c.relatum.ad fin. & c.canonica. vt.n.in his
patet quantũcunq; Papa ſuper hoc aliquem priuilegiet,ſem-
per ad manus ſuas retinet enormem læſionem:ergo nõ tran-
ſit in legatione generali,niſi ſpecialiter committatur.j.de ſen.
excom.c.nuper.ſm eum ibi.& idem tenet hic.ſed Archi.17.
q.4.c.ſi quis ſuadente.non credit hoc verum, vt ſatis põt colli
gi.j.de ſen.excom.ea noſcitur. ver.alios & c.quamuis. ver.nõ
tamen.& c.ad eminentiam.ſ.de offi.leg. quod tranſlationem.
non obſtant iura per Hoſt.inducta,quia non loquuntur in le-
gatis miſsis de latere,qui in prouincia eis decreta maius om-
nibus poſt principem habent imperium,vt j.de ele.ſi abbatẽ.
lib.6.Sed in alijs quos Papa voluit priuilegiare. ſm Archid.&
hoc idem innuit Ber.in c.alleg.excommunicatis. & hoc vide
tur hodie expeditum.j.de ſen.excom.c.eos.in fi.ibi,a quibus
vis ſententijs &c.lib.6. Nam illa litera generalis loquitur non
diſtinguendo inter ſenteutias vel iniurias maiores vel mino-
res, vt no.Arch.j.de offi.leg.c.1.li.6.gl.vlti. Aut eſt epiſcopus
3 diocęſanus,& tunc. † Aut excõicatus eſt talis qui debet gau-
dere priuilegio illorum qui poſſunt abſolui à ſuo diocęſano à
iore conceſſo.de quib.j.de ſent.excom.de cætero.ad audien-
tiam.ea noſcitur. quamuis & in plurib.alijs.c. ibi poſitis.quos
no.Hoſt.eo.ti.cum illorum.& talẽ poterit abſoluere dummo
do iniuria vel læſio non ſit atrox. & forte diaconus iſte gaude
bat illo priuilegio, ideo archiepiſcopus iure ſuo abſoluere po
tuit,ſecundum Io.An.hic. Aut non eſt talis qui debeat gaude-
re dicto priuilegio,& tunc diſtingue vtrum eſt excommuni-
catus pro iniectione manuum in non ſocium ſuum. Aut in ſo
cium, & in ſocium ſuum vtrũ iniuria fuit atrox vel enormis
vel non, & ſi non, vtrum eſt laicus vel clericus, & ſi clericus,
vtrum ſit de illis qui viuunt in communi vel non, vt plene di
xi.ſ.de vita & hone.cle.c.quoniam vt ait. vbi habes in effectu
omnia ſupradicta,& adde quod dicam in d.c.peruenit.

1 *Clerici minorum ordinum matri contrahunt.*
2 *Clerici maiorum ordinum matri.non iunguntur.*
3 *Clericum coniugatum quis diſpenſat.*

Ex literarum. ¶ Si quæritur q clerici poſ-
ſunt matrimoniũ cõtrahe-
re, & qui non, & quis cum contrahentib.de facto
non de iure ſuper ordinib.habitis vel habendis va-
leat diſpenſare. Diſtingue. Aut quæritur de primo.ſ.qui cleri-
1 ci poſſunt contrahere. † & dic breuiter q clerici in minoribus
ordinib.conſtituti.32.diſt. ſeriatim. & c.ſi qui vero.ſ. de cler.
2 coniu.c.1.& 2.c.Ioannes.c.cũ decorem.& c.ex parte.† nõ au-
tem in ſacris ordinib. conſtituti.& ſi contraxerint matrimo-
nium ſeparantur,vt 32.diſt. erubeſcant.& c. ſi quis eorum.&
hic & ſ.c.proxi.& ſ.de æta.& quali.a multis.de cle.coniu.c.1.
& c.ſane.2.& j.de voto.c.quod votum. lib.6. Quod intellige
etiam ſi tales promoti ad ſacros ſint depoſiti. nam caracterẽ,
qui animæ imprimitur, retinent, nec per depoſitionem tolli
poteſt.vnde depoſitum clericaliter viuere oportet.81.diſt.di
ctunt & caracteri annexũ eſt votum continentiæ.81.diſ.cum
in præterito.Idem etiam ſi per ſymoniã fuerunt ordinati,qui
caracterem habent vitioſum.1.q.1.quibuſdam.quia delictum
commiſſum non dabit eis priuilegium contrahendi.arg.ff.de
mi.l.pap.de dona.inter vi.& vxo.l.3.quod vi aut clã.l.ſeruius.
ad l.Fal.precia.16.q.1.legi.j.de præb.eum qui.li.6.vt no.Hoſ.
3 in ſum.eo.ti.§.1.in fi. † Aut quæritur de ſecundo.ſ.quis poſsit
diſpenſare, & tunc. Aut talis contrahens matrimonium con-
traxit bigamiam ſeu pęnã bigamiæ, vt quia contraxit cũ cor-
rupta & eam cognouit, vel cũ duab.virginibus, & eas cogno-
uit,& tũc dic vt dixi.ſ.de biga.c.ſuper eo. Aut nõ,& tunc,aut
talis ꝯhens eſt in minorib.ordinib. tm̃,& tũc dẽt remanere cũ
vxore niſi voueat continentiã,iuxta ea quæ le.& no.ſ.de cler.
coniug.c.1.& 2.& de conuer.coniu.c.coniugatus.& c.vxora-
tus.vbi de hoc dixi. Aut eſt in ſacris, & tunc aut quæritur de
Papa vtrũ poſsit cum tali diſpenſare.& dic,q ſic,vt le.& not.
ſ.de temp.or.ex tenore.de renun.niſi cum pridem.& c.quod
tranſlationẽ.de conceſ.præb.propoſuit.& j.eod.rurſus.vbi de
hoc dicã.l.di.c.1.& c.vt cõſtitueretur. Aut de epiſcopo vel ar
chiepiſcopo diocęſano,& tũc aut celebrato diuortio,& intuin
cta pæniteutia apparet vitæ laudabilis & corrigibilis,aut non,ſi
ſic,epiſcopus poteſt cũ eo diſpenſare, vt in ſuſceptis ordinib.
miniſtret,vt in c.alleg.ſane.2.& ſ.c.proxi. Et vt ad ſuperiores
aſcendat,vt ſ.c.proxi.ſi non,tunc ſi in ſeculo remaneat nõ po
terit cũ eo niſi in minorib.ordinib.diſpenſare, vt hic in fi.ſed
ſi ad religionem tranſeat etiã in maioribus poterit diſpenſare
ſm Ber.hic.& ſatis concor.Hoſt.in ſum.eo.tit.§.1.ſed Hoſti.
hic dicit puto quòd decre.ſ. proxi.oſtendit poteſtatem con-
ceſſam epiſcopis de iure cõi ad rigorem canonum temperan-
dum ſicut aliàs.ſ.de cle.coniu.ſane.2.hic aũt loquitur de rigo
re,nec vult Papa quòd hic diſpenſetur, ſecundum quod rigor
ſeruetur qui ſemper in duob.caſib.eſt ſeruandus.quando,ſ.po
pulus inde ſcandaliſatus eſt.vnde non eſt diſpenſandum cum
tali inter populares qui inde ſcandaliſati ſunt remanente.arg.
ſ.de præſcr.nihil.de præb.cum teneamur.l.diſ.c.1.& c.vt con-
ſtitueretur. Vel quãdo multis craſſantibus opus eſt exemplo.
ff.de pœnis.aut facta.§.fi.& l.capitalium.§.famoſos.ſ.de vi.&
hone.cle.vt clericorum mores.& propter alterum iſtorũ duo
rum caſuum voluit Papa quòd rigor hic ſeruaretur, nec di-
ſpenſaretur ſecũdum eum, & hoc probabiliter teneri poteſt.

1 *Votum impedit ſponſalia ſequentia.*
2 *Votum non impedit ſponſalia præcedentia.*
3 *Votum non impedit matrimonium præcedens.*
4 *Votum an impedit matrimonium ſubſequens.*
5 *Matrimonium ſi contra votum contrahatur quis diſpenſat.* 7.
6 *Papæ authoritas in omni voto excepta.*
8 *Græci non adſtringuntur voto continentiæ.*

Rurſus. ¶ Si quæritur, vtrum votum,quod im-
pediat ſponſalia uel matrimoniũ con-
trahendum uel dirimat iam contracta. Et quis cũ
contrahente cõtra votum ualeat diſpẽſare. Diſtin
gue. Ad cuius euidẽtiã nota duas regulas quarũ prima talis eſt.
Quotienſcunq; contrahuntur duo uincula æqualis poteſtatis,
incompaſsibilia primum præiudicat poſteriori. Secunda re-
gula eſt,ſi duo vincula diſparis potẽtiæ,incompaſsibilia con-

trahuntur ſortius repellit minus forte: vt probatur. ſ. de ſpô.
ſi inter. Diſtingue ergo. Aut quæris de primo. ſ. vtrum, & qñ
votum impediat vel dirimat: & tunc. aut quæris de voto ſim-
plici aut de voto ſolenni. Si de ſimplici: tunc aut quęritur vtrũ
impediat vel dirimat ſpôſalia de futuro. Aut vtrum impediat
1 vel dirimat matrimonium de præſenti, † ſponſalia de futuro:
tunc aut ſponſalia ſequentia, & talia impedit, & dirimit, etiam
iurata, vt hic j. reſpon. quia hoc caſu iuramẽtum eſt illicitum.
arg. 22. q. 4. inter cætera. ſicut aliàs in ſponſalibus priora ſpon-
ſalia ſunt conſumanda. ſ. de ſpon. c. ſicut. ex literis quod verum
etiam ſi in primis ſpôſalibus non interuenit iuramentum: &
in ſecundis ſic ſecũdum Inn. Hoſti. Abb. & Ioan. An. ibi. & ar.
2 ſ. de iureiu. quanto. ſic in voto & ſponſalib. † aut ſpôſalia præ
cedentia ipſum votum: & talia non impedit nec dirimit: ſed
eo caſu cogi debet vel votum ſolennisare, vel ſponſalia perfice
re. ſ. de conuer. coniug. ex parte in fi. & c. ex publico. ſecũdum
Inn. & Hoſt. & Gof. in ſum. eo. tit. §. 2. ver. quid ſi iuraui. & ꝑ
hoc facit. ſ. c. proxi. Si quæritur vtrũ impedit vel dirimit ma-
3 trimonium de præſenti: tunc † Aut quæritur vtrum impedit
vel dirimit matrimonium præcedẽs ipſum votum: & dic qđ
4 non. † Aut ſequens & illud impedit contrahi, hoc eſt dictum
poſt tale votum non debet contrahi matrimonium, ſi tamen
contrahat de facto tenet, nec dirimitur contractum: vt hic in
fi. quia ſimplex votum ſoluitur ſuperueniẽti matrimonio. 27.
diſt. ſi vir. & 27. q. 1. nuptiarũ. ſ. eo. meminimus in fi. & c. con-
ſuluit. Et talis contrahens poteſt, & tenetur ſine peccato debi
tum ſoluere, quia ad hoc eſt obligatus. arg. ſ. de conuer. cõiu.
quidam. & c. placet. & ſemper præſentiam agat: & cum graui
dolore cordis hoc debitum reddat. j. de eo qui cog. conſang.
vxo. ſuæ. tranſmiſſæ. & c. pen. & vlt. niſi eſſet contractum cum
licentia ſedis apoſtolicæ. ſuper hoc ex cauſa & certa ſcientia
diſpenſatis: vt no. ſ. c. proxi. ſed non poteſt ſine peccato exige
re: quia faceret cõtra proximum deo & frangeret primam fi-
dem. vnde ex hoc haberet damnationem ad hoc. 27. q. 1. c. 1.
& 2. ibi: quia ſponſio eorum &c. & c. de viduis. 2. & exigendo
faceret contra conſcientiam, & ſic ædificaret ad gehennam. ſ.
de reſti. ſpol. literas. & hoc videntur tenere Hoſt. hic in gl. fin.
& Vin. Io. Tan. Bern. & Hoſt. ſ. de conuer. coniug. quidam. &
c. accedens. & Io. 27. q. 2. agathoſa. gl. fi. & q. 1. c. nuptiarum. gl.
hic habes, & Arch. ibi gl. antepen. expreſsius hic tenet Archi.
27. diſt. ſi vir. vbi dicit ꝙ votum ſimplex non ſoluitur ꝑ ma-
trimonium ſequens, niſi quantum ad hoc quod ſoluatur debi
tum, non ꝙ exigatur. & idem not. Arch. j. de voto. c. vnico in
gl. licet votum. lib. 6. quod dic vt ibi. ſed Io. An. hic dicit quòd
æquius videtur ꝙ exigere poſsit. Si. n. verum eſt ꝙ ſolutũ ſit
votum: nihil impedit exigere ac ſi non vouiſſet, monet eum
principaliter, quòd nimis eſt oneroſum & periculoſum tale
matrimonium ſi dicamus eum peccare mortaliter exigendo
cum illud ſit inijcere laqueum. cõtra. c. de viduis. 27. q. 1. ſicut
ergo in vouẽte ingreſſum religionis arctioris qui profitetur
laxiorẽ, nulla remanet obligatio ex voto priori: licet de tranſ-
greſsione pęnitere debeat. j. de regul. vlti. lib. 6. Sic in caſu iſto
poſt contractum intellige & conſummatum matrimonium,
obligatio voti ceſſet ſaltem quo ad illud coniugium: ſed de fra
ctione pęniteat: quia tamen ſolennis opin. habet contrarium,
quam tenet etiam Tho. 4 ſen. 38. diſt. arti. 3. dicamus diſpenſa
tionem ſuper exigendo neceſſariam, quæ cum iuſta cauſa ſub
ſit per epiſcopum fieri poteſt per commutationẽ in aliud vo-
tum. ſ. de voto. c. 1. & quod. ſ. dictũ eſt de diſpenſatione con-
trahendi matrimonium intelligo vel conſummandi, quia vſ-
que ad conſummationem ligat votum. ſ. de ſpon. cõmiſſum.
Item ſi verum eſt quod poſsit diſpenſare quàm cõtrahat, for
tius poterit diſpenſare vt licitè vtatur cõtracto etiam exigen
do. Item diſpenſat cum inceſtuoſo: vt licitè contrahat. 33. q. 2.
ſi quis cum duab. vbi de hoc. & c. in adoleſcentia. j. de eo qui
cog. conſan. vxo. ſuæ. ex literis. nec inceſtuoſus mortaliter pec
cat, exigendo ab vxore non affine ſecundum Io. And. hic. cu-
ius opi. credo veram. Item no. Aſten. li. 8. tit. de impedimento
voti. art. 1. q. vtrum ſic contrahens quod quidam dicũt quòd
poteſt petere ne nimis oneroſum reddatur matrimoniũ vxo
ri ſemper petenti, ſed ſi rectè inſpiciatur, hic eſt reddere debi
tum vxori petenti interpretatiuè. Si quæritur de voto ſolen-
ni, refert. Aut votum ſolenniſatur per ſuſceptionẽ ſacri ordi-
nis. Aut per profeſsionẽ expreſſam vel tacitã factã alicui de reli
gionib. per ſedem apoſtolicã approbatis: aut aliàs quouis mo-
do in primo caſu. Aut quæritur vtrũ impedit vel dirimit ſpon
ſalia præcedentia vel ſequentia: & dic quod ſic, tanquam for-
tius, debilius per ſecundã regulam. ſ. de cle. coniug. c. ſane. j. &
ſ. eo. c. 1. & 2. Aut vtrum impedit vel dirimit matrimonium
de præſenti, & tunc. Aut quæritur vtrum votũ ſolenne præce
dent impedit, & dirimit matrimonium ſequens. & dic quod
ſic, vt ſ. eod. c. 1. 2. & de cle. coniug. c. ſacerdotes. & j. de voto
& voti re. c. vnico. libr. 6. Aut vtrum impedit vel dirimit ma-
trimonium præcedens. & dic regulariter quod non. ſ. de con-
uer. coniug. c. ſane. & c. coniugatus. quod dic plene vt ibi dixi
in ſecundo caſu. ſ. qñ votum ſolenniſatur per profeſsionẽ ex-
preſſam vel tacitam factam alicui de religionibus per ſedem
apoſtolicam approbatis: tunc. Aut quæritur vtrum tale votũ
impedit vel dirimit ſponſalia de futuro ſequentia vel præce-
dentia, & dic quod ſic. argu. ſ. de conuer. coniug. c. ex publico.
nam quod plus eſt per matrimoniũ carnaleꝗ dirimuntur ſpon-
ſalia præcedentia de futuro, vt ſ. de ſpon. ſi inter. Aut matri-
monium de præſenti, & tunc. Aut quæritur vtrũ impedit &
dirimit matrimoniũ ſequens, & dic quod ſic, vt ſ. eo. memini
mus. 1. reſp. j. c. proxi. & j. de voto. c. vnico. li. 6. Aut matrimo
nium præcedens, & tunc. Aut matrimonium præcedens non
eſt carnali copula conſummatum. & tunc ſic, vt ſ. de conuer.
coniug. c. verũ. & c. ex publico. Aut eſt conſummatum, & tũc
non regulariter, vt ſ. de conuer. coniug. c. j. c. quidã. c. cum ſit.
c. vxoratus. & per totum. quod dic & intellige vt dixi plenè
in d. c. vxoratus. In tertio caſu. ſ. qñ aliàs votum emittitur quã
altero duorum modorum prædictorũ. de quo ponuntur plu-
res modi hic per Ber. & Hoſt. j. c. proxi. & in ſum. eo. ti. §. quis
vouens. & ſ. eo. veniens. & plenius. ſ. de reg. ſtatuimus. dic qđ
votum impedit matrimonium contrahendum, ſed non diri-
mit iam contractum, vt in d. c. vnico. in fi. j. de voto. lib. 6. vn-
de dictis duob. modis tantum ſolenniſatur votum, vt ibi. &
hoc tenuit Hoſt. in ſum. eod. tit. §. 2. ver. hoc etiam teneas. &
verſi. fi. & Inno. j. de fri. & male. fraternitatis. §. nos autem. in
fi. ſuper verbo, alioquin, & Hoſt. & Ioan. And. ibi poſt eum. &
idem Albe. & Tho. & Pet. vt plene no. Archi. 27. q. 1. c. 1. in gl.
adde dicunt Alb. Tho. & Pet. licet Bar. Brix. poſuerit tres mo
dos. 27. q. 1. in prin. & recitat Guil. in d. c. vnico. gl. 2. & in iſto
vltimo membro videtur expedita gl. Inn. ſ. eo. meminimus.
& c. conſuluit. glo. vlti. quam glo. vltimam approbat Hoſt. ibi.
& Spec. rubrica. de ſta. mo. dicentes. quod licet quis conuer-
ſus, vel alius promittat ſimpliciter obedientiam, non ſufficit
quo ad hoc, vt dicatur regularis, cum etiam canonici ſecula-
res hanc promittant. ſ. de maiorita. & obedien. c. 2. & 3. & cap.
his quæ. niſi obedientiam monachalem promittant. ſupra de
maiorita. & obed. c. 2. & 3. & c. his quæ. niſi obedientiam mo-
nachalẽ promitterent, puta quia omni ſuæ voluntati renuntia
rent, & omnia committerent voluntati abbatis, quia tunc ta-
lis obedientia pro profeſsione ſufficeret. 12. q. 1. non dicatis.
& c. nolo. ſecundum eos. & idem no. Arch. qui ponit illam gl.
vltimam. 27. q. 1. c. vt lex. in gl. adde vbi dicit Hug. ibi vide vbi
tamen eſſet conſuetudo in aliquibus monaſterijs, quod non
fiat aliqua alia profeſsio, niſi quod conuertendus ſtatim in ſuo
ingreſſu promittat ſuo prælato obedientiã inter manus ſuas,
talis eſt expreſsè profeſſus. ſ. de ſta. mo. cum ad monaſteriũ. in
fi. ſic recitat Specu. rubri. de ſta. mo. in quarta parte clementi-
næ quartum diffiniuiſſe. licet Inno. in d. glo. vlti. innuat con-
trarium prout not. Guil. de monte Laud. extra de regu. c. cos.
5 glo. 2. in cle. † Aut quæritur de ſecundo principali, ſ. quis cum
contrahente contra votum valeat diſpenſare, & tunc. aut cũ
contrahente contra votum ſimplex, & eo caſu non eſt neceſ-
ſaria diſpẽſatio, quia votũ ſimplex ſoluitur, ſuperueniente ma
trimonio. qđ intellige vt ſtatim dictũ eſt. Aut cũ contrahente
contra votũ ſolẽne, & tũc dic vt ꝑlene dixi. ſ. de voto. c. j. & de
ſta. mo. cũ ad monaſteriũ. vnde ſm Ho. hic, & Io. An. poſt eũ.
Vnum pro certo colliges, ꝙ votũ ex lege diuina non dirimit
matrimonium, cum. n. per legem diuinam certè tantum per-
ſonæ prohibeantur, vt no. J. de diuor. gaudemus. j. reſpon. inter
quas vouens nõ connumeratur, & hoc edictum ſit prohibito
riũ, vt ſ. de ſpon. cũ apud reſtat quod conſiderata lege diuina,
& excluſa lege canonica matrimoniũ cõtractum a monacho
vel presbytero tenet. vñ & in veteri lege ſacerdotes habebant
vxores. 31. di. tenere. & Græci. ẽhunt qui nõ ſunt aſtricti con
ſtitutione canonica. 31. di. nicena. 84. diſ. cum in præterito. Et
vnũ ex duob. te pro certo cõfiteri oportet, qđ aut Papa & ec
cleſia errat cõſtituendo & ſeruando qđ teneat matrimonium
à ſimpliciter vouẽte contractũ, quod eſt abſurdũ dicere, & nõ
longè ab hæreſi, vt 22. diſt. oẽs. & 24. q. 1. hæc eſt fides. & c. om
nibus conſideratis. & C. de ſum. trinita. & fide catho. l. vlti. de
hæreti. l. quicunq;. in auth. de eccl. tit. in princ. col. 2. aliàs. 9. j.
de hæreti. ad abolendam. & de exceſ. præla. tanta. Aut quod
ſicut

ſicut Papa potuit facere contitutionem, quod teneat matri-
monium contractum à ſimpliciter vouente ſic, & poſſet fa-
6 cere conſtitutionem quod teneret matrimonium, à ſolenni-
ter vouente contractum,quod omnino verum putamus.† &
ſic in omni voto autboritas vicarij Dei generalis excepta in-
telligitur, boc.n.pie credere non eſt contra fidem,ergo ſi opi-
niones ſunt & vna detrahit poteſtati clauium,alia ſauet, ſtan-
dum eſt ei,quæ fauet,ſecundum ea,quæ no.ſ.de conceſſ.pre-
ben.propoſuit.quod dic,vt no.in ſumma eodem.ti.§.quis vo-
uens,vbi omnes opiniones recitantur.hæc Hoſt.& quòd voti
ſolennitas ex ſola conſtitutione eccleſiæ eſt inuenta,patet ex-
preſsè in d.c.vnico.j.de voto.lib.6.Sed quę eſt ratio,quare vo
tum ſolenne dirimit matrimonium ſequens & non ſimplex,
dicunt communiter canoniſtę,q̃ hoc facit conſtitutio eccle-
ſiæ, vt j.de voto.c.vnico.lib.6.Sed hæc ratio non videtur ſuf
ficiens,quia eccleſia non fecit hoc ſine cauſa legitima, & iõ,
dicas quòd ratio eſt,quia in voto ſolenni, promiſsio, veſtita
eſt tranſlatione domini, ſui ipſius in perſonam alteram , quæ
transfertur in ſtatum alterum,ſed in voto ſimplici non eſt.
ita,quia ibi eſt nuda promiſsio,ſine tranſlatione dominij.vnde
poteſtatem ſui corporis poteſt tradere in vxorem matrimo-
7 nium contrahendo,licet delinquat.† vnde votum ſolenne præ
cedens matrimonium facit vouentes omnino perſonas illegi
timas,ad contrahendum,& non votum ſimplex,& boc non
eſt ratione ſolennitatis,ſed ex conſtitutione eccleſiæ,quæ hoc
inſtituit,poteſt.n.eccleſia de perſonis legitimis ad contrahen
dum facere illegitimas,& ita votum ſolenne ex conſtitutione
eccleſiæ,dirimit matrimonium iam contractum & facit, q̃d
nullum ſit matrimonium iam contractum & factum poſt ta-
le votum. Dicitur autem votum ſolenne dirimere matrimo-
nium,quia facit,quod non ſit matrimonium,vnde propriè, ſi
quis ſubtiliter inſpiciat nullum votum dirimit matrimonium
ſm̃ Laur.& Ioan.27.q.1.c.nuptiarum.in gloſſ.hic habes. licet
Hoſt.notet.27.q.1.vt lex,& recitat Archid.in d.c.nuptiarum
in adiectione,dicunt quidam,& in d.c.vnico.quod ipſa ſubſtã
tia voti repugnat ſubſtantiæ matrimonij,& ipſi cõtractui ma
trimonij,cum votum repellat carnalem copulam & matrimo
nium exigat conſenſum in carnalem copulam aliàs non põt,
oriri matrimonium.& inde eſt q̃ non poteſt contrahi poſt vo
tum,ſic ergo & ipſum votum impedit,etiam ex ſe,& etiã con
ſtitutio eccleſiæ facta ratione voti,quod datur intelligi,per id
quod dicitur in c.alleg.vt lex ibi, quanquam contra eccleſiaſti
cam regulam &c.ſed prius dictum approbat Bar. Brix. in d.c.
nuptiarum.in glo.j.ſuſceptum.& idem videtur tenere Arcbi.
in d.c.ſi.27.q.1.& in d.c.vnico.j.de voto.Et ſi tu quæris,qua-
re inſtituit eccleſia,vt poſt votum ſolenne fiant vouentes ple
næ illegitimæ.duplex rõ eſt.Prima eſt publicæ boneſtatis iu-
ſtitia,valde.n.inhoneſtum eſſet ſi monacbus relicto clauſtro,
contraheret,& idem de eo,qui totaliter eſt alligatus eccleſiæ,
ſacri ordinis ſuſceptionem. 84.diſtinctio. cum in præterito ,
& cap. ſeq. Secunda eſt quam.ſ.tetigi.quia per votum trãsfert
vouens poteſtatem,& dominium ſui corporis in alium,puta,
in abbatem per profeſsionem tacitam,vel expreſſam , ad hoc
19.q.3.ſtatuimus,cum ſimilibus.Item per ſuſceptionem ſacri
ordinis,& ita cum non ſit dominus ſui corporis , quia iam in
alium transtulit qui à tranſlatione tranſiuit totaliter in ſtatũ
alterum,non poteſt poſtea transferre dominium in mulierẽ ,
ſicut econuerſo,ſi prius tranſtuliſſet poteſtatem ſui corporis,
in mulierem,quæ dicitur habere poteſtatem corporis viri ſui
ſm̃ Apoſtolum ad Ro. 7.c.ſ.de conuer. coniug.cap. quidam.
in fin.non poſſet poſtea transferre in alium, & ideo quia tam
in matrimonio,quam in voto ſolenni transfertur dominium
corporis proprij,ſemper illud,quod præcedit ſoluit illud, q̃d
ſequitur.i. facit quod non ſit,ſiue quod non teneat,ſed in voto
ſimplici non eſt ita vt prædixi,ſecundum dominum Cardi. &
Archi.qui ita no.in d.cap.vlti.23.di.& j.eodem.cap.vnico.ſu-
per verbo eſt inuenta.libr.6.cum quo concord.quod ipſe Ar-
chid.no.84.diſ.cum in præterito,ſuper verbo annexi,quod q
dam dicere voluerunt,quod votum eſt annexum òrdini ſacro
8 quod non eſt verum.ſed Hug.& Laur.quia † multi accipiunt
ſacrum ordinem,ſine voto , vt omnes Græci,qui non ſunt an
nexi caſtitati.i. voto continentiæ ſed caſtitati.i.non contrahẽ-
do,vt,n.ordinatus continere debeat,ex conſtõne eccleſiæ fa-
ctum eſt,& forte ob hoc dixerunt Laur.& Ioann. q̃ Papa po
teſt diſpenſare in continentia ſacerdotum,vt no.25. q.j. quæ
ad perpetuam. Dic igitur quòd ordo & conſtõ eccleſiæ impe
diunt,ne in ſacro ordine contrahatur,nec propriè dicuntur,duæ
cauſæ,vel duo impedimenta,quia vnum eſt cauſa, & occaſio,
alterius . ordo enim dedit cauſam conſtõni propter mundiciã
& reuerentiam ſui,non ergo ordo per ſe inſpectus impedit ,
ſed conſtitutio eccleſiæ facta ratione ordinis,ſecundum Hu-
gu.& Arch.& de iſta materia no.fra. Io.in ſum.coniu.ti.de vo
to.q.20.& tribus ſeq.q̃onibus.

1 *Profeſſio eſt duplex.*
2 *Totum præcedens ſolennizatur per habitus ſuſceptionem , ſub-
ſequens autem non. 3.*
4 *Habitus non facit monachum.*
5 *Profeſſio vbi fieri debeat.*
6 *Monacho poteſt eccleſia perpetuo dimitti a Papa.*
7 *Monacho non poteſt perpetuo relinqui eccleſia a prælato.*

INſinuante. ¶Si quæritur vtrum votum
ſolennizatur per habitus ſuſce
1 ptionem.Diſtingue.† Ad cuius euidentiam no.quòd
duplex eſt profeſsio.ſ.vera,& præſumpta. Vera dicit
profeſsio,quando verbis exprimitur more ſolito legẽdo char
tam & faciendo profeſsionem,dicendo,ego talis &c.20. q. 1.
vidua. ſ.de conuer.coniug.dudum occulta vero,† & præſum-
pta inducitur,vel ex mora temporis,puta quia per annum ſte
tit ſine reclamatione.ſ.de regul.ad apoſtolicam.vel per euidẽ
tia ſigna puta,quia quando ingreditur,renunciat ſeculo, facit ,
teſtamentum,ac ſi mori deberet,& transfert omnia bona ſua
in bærẽdes & legatarios,& in pias cauſas,& mutat habitum,
vel quia aſſumit habitum profeſſoris,vel ſi non eſt diſtinctus,
ad minus legit,& cantat,& facit omnia ſicut profeſſus.ſ.de re
gu.vidua.& c.ſtatuimus. 27.q.j.vidua.23. diſ.quod interroga
ſti.Item per coniugis abſolutionem,& ſolennem caſtitatis ,
promiſsionem, ſecuta ordinatione, ſeu profeſsione coniugis,
abſoluti,vt leg.& no.33.q.5.quod deo pari:& per Hoſtienſ. in
ſumma.ti.de conuer.coniug.§.qualiter. vbi ergo ſciendum.
Item ſolennizatur votum per ordinis ſacri ſuſceptionem.33
diſ.diaconi. 84.diſ.cum in præterito.vt bæc no.Hoſtienſ in
ſumma.eodem ti.§.2.ad fin. ver.vera dicitur profeſsio &c.
& Ho. & Ioan.And.hic.Et ſic ſunt ſex modi , & quicunque
iſtorum modorum probetur,matrimonium impeditur , &
contractum dirimitur,vt hic.& ſ.eod.rurſus.& ca.conſuluit.
& cap.meminimus.eſt & ſeptimus ſecundũ Goffred.cũ pro-
feſsionẽ,facit nulli religioni vouendo,quia monacbus eſt , ſi-
cet nullius monaſterij, & ſubeſt epiſcopo,10.q.1.regenda.ſe-
cundũ Hoſ. & Ioann.And.Diſtingue ergo,ſecundũ Goffred.
Aut votum præcedit ſuſceptionem habitus , aut econtra, ha
2 bitus præcedit votum.† In primo caſu ſolennizatur per habi-
tus ſuſceptionẽ.ſ.de regularibus,ex parte,& hic & j.de priui-
3 leg. cap.vt priuilegia.§.illud, † In ſecundo caſu non ſolenniza-
tur.ſ.eod.conſuluit,& ſic debet intelligi.ſ.de reg.ex parte. de
conuer.coniug.ex parte.2.§.fin. † ſic etiam intelligitur, quòd
4 habitus non facit monachum.ſ.de regu.porrectũ.& capi. vt
clerici,& de renuncia.ex tranſmiſſa.ſecundũ Goffred.ſed Ray
nal.notauit,quòd habitus profeſſoris extra monaſterium aſsũ
ptus non inducit profeſsionẽ præſumptã, ſed tm̃ ſimplex vo
tũ,& ſic intellexit decretales prædictas conſuluit,& porrectũ.
Si vero quis habitũ ſuſcipiat in domo propriã, & votũ emit-
tat in manu publicę perſonæ epiſcopi abbatis , vel cuiuſlibet
presbyteri,qui quo ad hoc dicendæ ſunt publicæ perſonæ , vt
no.Hug. 27.q.j.in princip.Tunc videtur votum ſolennizaſſe,
& ſeparatur matrimonium poſtea contractum,ſic intellexit,
hic. & hoc propter profeſsionem,quam facit , non prõpter,
habitum ſuſceptum,aliter eſſet contraria dicta decre.ſ.eo.con
ſuluit.ita no.Raynaldus.in ſumma,ſua de impedimento vo-
ti,§.ſequitur videre in fi.cuius dictũ approbat Archid.27. q.j.
de viduis. j.in glo.adde.Dicas q̃ ſi aliquid &c.ſed dictum G.
magis placet Hoſtien.in ſumma eodem.titu.§.2.ad fi.verſic.
vera dicitur profeſsio &c.Sed tu potes probabiliter ſic dice-
5 re.† Quia aut quæris de profeſsione expreſſa.& illa põt fieri,
in monaſterio & extra etiam ſeculari habitu non mutato. vt
j.de regul.c.conſtitutionem.lib.6.Dummodo fiat pront de-
bet in manu prælati.ſ.de regular.porrectum.vel alterius, de
mandato ſuo.vt eo.ti.ad apoſtolicam.& dixi.ſ.de regu.porre-
ctum.& per illam ſolennizatur votum. vt notat plene Guil.in
d.c.conſtitutionem glo.vt patet & glo.quia tale votum &c.
& ita potes intelligere primum membrorum Ray.Aut quæ-
ritur de tacita,in qua requiritur habitus mutatio,& tunc dic,
vt dixi plene.ſ.de reg.ſtatuimus,per totum ſpecialiter ad fin.
verſ.ſequitur quando dicatur &c. Vnde aduerte bene q̃d iſta
mulier

mulier emiſit ſolummodo votum caſtitatis in manu illius fra
tris S. Auguſtini, non autem emiſit votum profeſsionis quod
patet per adiectionem, quam fecit. ſ. vt in domo propria cum
omni ſua ſubſtantia remaneret, quæ quidem adiectio eſt con-
tra votum quod fit in profeſsione religionis. ſ. de ſtatu mon.
cum ad monaſterium in fi. & ita intellexit hanc decre. Inno. ſ.
de ſta. mo. c. j. & j. de fri. & male. fraternitatis ſuper verbo alio
quin. in fin. & arg. 12. q. 2. ſolet. glo. adde iſtud membrum. Vn-
de non propter iſtud votum continentiæ, vel caſtitatis dirimi
tur matrimonium ſequens, ſed propter hoc quòd tradidit ſe
ordini S. Auguſt. in manibus illius monachi, & habitum pro-
feſſoris ſuſcepti, & ibi per biennium morata fuit, vt no. Bern.
hic in glo. 2. cum quo concor. Guil. in d. c. conſtitutionem, in
glo. ergo non licebit &c. Vnde vtrum mutet habitum, vel pro-
fiteatur in matrimonium, vel extra. dummodo in manu il-
lius, cuius poteſt, & modo ſeruato non refert, vt credo, &
hodie ſecundum Io. An. tencodum eſt quod habetur. j. de vo-
to. c. vnico. lib. 6.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo. magnæ Inno. in ver. ſed cum nullus. &c. ſi quæritur v-
trum prælatus poteſt promittere, vel ſe obligare, vt ſe perpe-
tuo, vt ad vitam dimittat aliquam eccleſiam, vel locum alicui,
5 monacho. Diſting. † Aut quæritur de Papa, & ille poteſt, ſecundum
Inno. pro quo facit quod le. & no. ſ. de conceſſ. præben. propo
6 ſuit. † Aut de alio prælato, & tunc nõ poteſt. ſ. de ſta. mo. ca. cũ
ad monaſterium. in fi. ſecũdũ Inoo. hic idem Guil. 7. q. j. paſto
ralis. glo. peo. & j. de offic. ordin. c. præſenti. glo. 2. in fi. vbi di-
cit quòd nõ valet talis promiſsio, nec Abbas ex ea tenetur, imo
poteſt ei auferre, quando vult, ſicut nec pactũ inter dominũ,
& ſeruum valet. C. de tranſact. interpoſitas. nam monachus,
ſeruus dicitur. 54. diſtinctio. multos. & no. 12. q. 1. non dicatis,
& in hoc concord. Specul. ti. de actione. io fi. ver. abbas autem
non poteſt &c. & Ioan. And. in dicto cap. pñi. in nouella, & hic
& idẽ de canonico regulari, vt ſ. de poſtu. ex parte. ſecundum Guil. ibi
ſed ſecundum Inno. no. hic & Hoſt. & Ioã. Aod. poſt eũ, q. ſi occurre-
ret caſus in quo abbas vel ſuperior vellet ex malicia remouere
illum, à loco quem ei deputauit, poſſet ſupplicare ſuperiori &
ſuperior eum audire deberet ad ſimilitudinem ſerui. C. de pro-
ci. impe. offe. l. j. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. §. ſed hoc
tempore, ſecundũ eos. idem Guil. in cap. præſenti. glo. 2. in fi.
& Io. And. j. de præbend. cum ſingula. lib. 6. in nouella. & in præ-
miſsis cõcord. Guil. de Mõte lau. extra de ſupplen. negli. præla.
cap. vnico ſuper verbo oportuerit incle. vbi tractat. quando
priores poſſunt per ſuos abbates a ſuis prioratibus, ſeu admi-
niſtrationibus remoueri. de hoc vide quod dixi ſ. de ſta. mo.
c. monachi. 3. diſt.

¶ De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Rubrica

1 *Matri contrahens cum alia, an mortua prima teneatur cum ſecunda remanere. 5.*
2 *Vxori alligatus eſt quaſi ſeruus.*
3 *Vir non habet poteſtatem ſui.*
4 *Matrimonium a Deo inſtitutum.*
6 *Liberi ſecundæ vxoris ductæ viuente prima, & ea mortua cum viro manente, an ſint legitimi.*

PRopoſitum. ¶ Si quæritur vtrũ ſi vir, habẽs vxorem, hoc ſciens
contrahat, cũ ſecunda hoc ignorante, mortua pri-
ma teneatur remanere cũ ſecunda. & vtrum libe
1 ri ex ea nati legitimi ſunt cenſendi. Diſtingue. Aut
† iſta ſecunda mulier clã contraxit cũ eo, & tunc nullo mõ ex-
cuſari poteſt, ſed habetur pro ſciente, vt ſ. de clandeſti. deſpon.
c. cũ inhibitio. §. ſi quis verò. ſecundũ Hoſt. j. c. ex litteris. & in
ſum. eod. ti. §. vnico. ſub. §. ſed quomodo. Aut contraxit publi
cè, & in facie eccleſiæ, & tunc, aut ignorabat ius, aut factum,
ſi ius tunc, aut ius ciuile, vel canonicum, & talis ignorantia nõ
nocet mulieri niſi vbi hoc eſt expreſſum in iure. C. de iur. &
fact. igno. l. vlti. Aut ius diuinum, vt ſi audiuit ſententiã diuor
tij latam fuiſſe inter ipſum virum & primam vxorem ſuã, ob
cauſam adulterij, quæ cauſa non ſeparat matrimoniũ, niſi quo
ad thorum. ſ. de procu. ſuæ. 32. q. j. dixit dominus. Et ipſa cre-
dens ipſum matrimoniũ propter hoc ſeparari in totũ contra-
xit cum viro, & tunc non excuſatur, ſed habetur pro ſciente.
Nam licet fœminis liceat allegare ignorantiã iuris, vt eſt dictũ
non tamen ignorantiam euangelicæ veritatis clamantis. Quos
Deus coniunxit homo non ſeparet, quia nec igoorantia iuris,
naturalis probabilis eſt. C. de in ius voc. l. 2. vt no. Hoſt. j. eod.
ex literis, & Io. And. poſt eum. Si factũ ignorabat, tunc. Aut
craſsè & ſupinè, & tunc non credo quòd excuſetur. ff. de iu. &
fac. igno. l. nec ſupina. j. de cle. excom, mi. illud. & cap. apoſtoli
cè. §. ceterum. de conſti. cap. vt animarum. lib. 6. Aut probabi-
liter, vt quia adhibuit diligenciam, quam potuit, & tunc excu
ſatur cum diſtinctione quæ ſequitur, ſimile ſ. de elect. innotu.
§. parentes. Diſtingue ergo. Aut matrimonium contractum,
cum prima non tenebat, & tunc remanebit cum ſecunda, &
ſecunda cum eo, velint nolint, & quia ex quo primum matri-
monium non tenebat, ſecundum tenuit, niſi ſit aliud canoni-
cum quod obſiſtat, ſ. de ſpon. cum apoſtolica. & j. eod. cap. 2.
& liberi ex ea nati, erunt legitimi ſiue matrimonium ſit ab ini
tio contractum in facie eccleſiæ, iuxta c. cum inhibitio. ſ. de
clandeſtin. deſponſ. ſiue ſit clandeſtinum, vt j. qui filij ſint le-
gi. c. quod nobis, ſecundum Hoſti. ibi, licet Bern. ibi aliter, &
hoc intellige ſiue cum illa ſola contraxerit. ſiue cum illa, & plu
ribus alijs ſucceſsiue. Nam ſi matrimonium contractum, cũ
iſta ſecunda teneat, ſequentia non tenebunt. ſ. de ſpon. ca. pen.
Aut matrimoniũ contractũ cũ prima tenet, & tunc. Aut quæ
ritur vtrũ mortua prima debeat manere cũ ſecunda, aut vtrũ,
liberi ex ſecunda nati legitimi ſunt cẽſendi. In primo caſu, re-
fert. aut iſta ſecũda mulier licet ab initio quo cõtraxit eſſet in-
ſcia, tñ ex poſt facto adhuc viuẽte legitima facta eſt ſcia. Aut
ſẽper viuẽte legitima fuit inſcia, ſed ex poſt facto facta eſt ſcia
tũc. Aut à tẽpore ſciẽte & viuẽte legitima paſſa eſt carnaliter,
ſe cognoſci. Et tũc in perpetuũ nõ erit vxor ſua, vt patet j. e.
cap. ſi. de ſecũd. nup. dñs. 34. q. 2. cum per bellicam. & cap. ſi vir
go. ſ. de præſcrip. ca. vigilãti & c. pe. in fi. & c. fi. in fi. quo ad ca-
ſum eidẽ mulieri credi debet, tum quia poteſtate ſua ẽ vtrum
fiat diuortiũ, vt hic, tũ quia de ſciẽtia ſua cetior eſt, quã alius.
in auth. de hæredi. & fal. §. ſi vero abſũt. col. 1. Et idẽ ſi cõtra-
xerit cũ pluribus ab initio inſciis, quo ad illa, quæ poſtea ſciæ,
paſſæ ſunt viuẽte legitima ſe cognoſci. Aut à tempore ſciẽtiæ
& viuẽte legitima nõ eſt paſſa ſe cognoſci, & tũc dic idẽ quod
in caſu ſeq. Si ſẽper viuẽte legitima fuit inſcia, tũc. Aut quæri-
tur vtrũ mortua prima ſtatim ſit matrimoniũ cũ ſecũda, ex
primo conſenſu abſque nouo primo cõſenſu mutuo expreſ-
ſo, vel tacito poſtea ſubſecuto. aut vtrũ ſit matrimoniũ, ex
ſequẽti cõſenſu, poſtea ſubſecuto. aut vtrũ alter eorum poſsit
cogi ad matrimoniũ de nouo cũ altero contrahendi. In primo
caſu dic, quòd nõ eſt matrimoniũ, quia primus cõſenſus, ab
initio fuit nullus, argu. ſ. de electio. cap. dudũ. 1. & 2. ſecundum Alan.
Vinc. Laur. Phi. Tan. Goff. Ber. Inn. Hoſt. & Ioã. Aod. hic. Et
eſt rõ ſecundum Goff. & Hoſt. in ſummis ſuis, eod. titu. quare ex pri
mo cõſenſu nõ inducitur matrimoniũ, quia iſta ſecunda, quæ
ignorat ipſum virum aliam vxorem habere, errat in cõditio-
2 ne ipſius viri. † Nam quaſi ſeruus eſt qui alligatus legi ſeruitu
3 ti vxoris. 27. q. 5. c. apud nos. † vnde vir non habet poteſtatẽ
ſui corporis, ſed vxor. 22. q. 2. ſunt qui dicũt. Error autem con-
ditionis impedit & dirimit, niſi poſt certificationem cõſenſus
interueniat. 29. q. 1. c. quòd autem. §. his ita. 29. q. 2. per totum
j. de cõiu. ſeruorum. c. propoſuit. & c. vlt. Et alia poteſt reddi,
rõ, quia vnus debet eſſe vnius, non plurium. j. de diuor. capitu
quãto. & cap. gaudemus. vnde ex quo quis ligauit ſe ſemel ma-
trimonialiter. Et durante illo vinculo noo poteſt alij ſe ligare,
4 † eſt ratio, quia conſenſus matrimonialis eſt ſpiritualis ſiue na
turalis, & de iure naturali rationali à domino in ſtatu inno-
centiæ cõſtitutus. j. de voto. c. vnico. li. 6. & ideo conſenſus ma
trimonialis immutabilis & perpetuus permanet, nam & au-
5 thor ſuus immutabilis eſt & æternus, & naturalia immutabi-
lia permanent. inſtitu. de iure natu. §. ſed naturalia. † In ſecundo
caſu refert, aut conſenſus expreſſus, vel tacitus interuenit inter
eos poſtquam alter eorum cum alio tertio, ſeu alia tertia con-
traxit, aut ante. Si poſt, tunc ſequens cõſenſus nõ poteſt face-
re matrimonium inter eos, impediẽte alio matrimonio inter
medio cõtracto. argum. c. alleg. cum io apoſtolica. & per hoc i-
ſta ſecunda mulier nunquam cenſetur vxor, niſi ex nouo coo
ſenſu. j. cap. veniens. Si ante, tunc aut interuenit cõſenſus ex-
preſſus, & tunc eſt matrimonium, vt ſ. de ſpon. c. pe. Aut taci
tus, vt quia poſt mortem primæ carnalis copula interuenit in-
ter eos, & tunc, aut interuenit vtroq; adhuc ignorante mortẽ
primæ, aut vtroque ſciente, aut altero ignorante, & altero,
ſciente. In primo caſu nõ eſt matrimonium, nam ex cõſequẽ
tia prioris conſenſus videntur ſe commiſcere. argumen. ff. de
adult. l. quamois. & l. ſi mulier. de ini. l. 3. §. ſcio. Et hoc niſi ali
quo probabili argumento appareat quod ei vellet matrimo-
nialiter

nialiter commiſceri,vt not.j̈.eo.veniens,ſecundum Inno.hic
in fin. ver.alij tamen bene vt nobis videtur. &c. In ſecundo
caſu eſt matrimonium,vt j̈.eodem veniens.de coniug.ſeruo-
rum.c.propoſuit.& cap.fi. ff.de iure do.l.proculus.ſecundum
Hoſtien.& Io.And.hic,& j̈.eod veniens.In tertio caſu dicit,
Innoc.hic in fi.quod non eſt matrimoninm,ſiue vir,ſiue mu
lier ſit ignorans per rationem præmiſſam, licet in principio,
contrarium innuere videatur.Idem ſentit Hoſt.in ſumma.e.
tit.§.vnico.ſub.§.ſed quid ſi tertiam &c.dicens quòd ſi vir,
tertiam duxit,cum iam cognouiſſet ſecundam poſt mortem
primæ,ſed tamen ipſa ſecunda ignorabat adhuc mortem, &
matrimonium primæ, quod adhuc,cum tertia remanebit.ar
gumen.s̈.de elect.c.bonæ.2.& j̈.de coniug.ſeruo.c.propoſuit
& c.fin. & idem no.frater Io.in ſumma.confeſſ.titu.de impe-
dimento criminis,in quæſtione.quid ſi mortua & ſeq.Et qđ
dictum eſt de carnali copula,idem intellige,de cohabitatione
vel,alio tacito conſenſu.Si quæritur vtrum alter debeat cogi,
per eccleſiam ad matrimonium cum altero contrahendum,
& tunc. Aut poſtquam alter ipſorum iam cum alio tertio, ſeu
alia tertia matrimonium contraxit, & tunc non,argum.c.all.
cum in apoſtolica,quia iſta ſecunda mulier nunquam eſt vxor
niſi ex nouo conſenſu,vt j̈.eod.veniens.ſecundum Hoſt. aut
ante,& tunc,Aut quæritur vtrum mulier quæ ignorans con-
traxit,cogi debeat, & dic ꝙ non,immo ea inſtante ſit diuor-
tium,vt hic in fin.ſecundum Hoſti.& Ioan.And.hic,& j̈. eo.
veniens.Aut vtrum vir cogi debeat ad inſtantiam mulieris,&
dic quod ſic.j̈.de adulte.c.1.& 2.& hic in fin.Sequitur quando
vir conſtante matrimonio cum prima legitima,contraxit cũ
pluribus alijs mulieribus inſcijs ſucceſsiuè,& tunc refert, vt
prius.Aut quæritur vtrum mortua prima ſit matrimoniũ, cũ
aliqua alia ipſarum abſq; nouo conſenſu poſtea ſubſecuto, &
dic quòd non.Aut ex nouo conſenſu poſtea ſubſecuto,& tũc
illa quam primo cognouerit,vel in quam primo expreſsè cõ-
ſenſerit erit vxor,& ſic locus eſt gratificationi,quod intellige,
ſecundum diſtinctionem præmiſſam,quando eſt vna ſola.Aut
vtrum habeat locũ compulſio ad matrimonium contrahen-
dum,& tunc, Aut contra mulieres, ſeu aliquam ipſarũ, & dic,
quòd non. ar.huius.c.in fi.cum ſit eadem rõ,ſicut in vna ſola.
Aut contra virũ ſcientẽ,& tunc credo ſic dicẽdũ. Aut vna il-
larum mulierũ ſola ſuit inſcia iuxta formã huius.c. & ad inſtã
tiã illius ſolius fiet cõpulſio,vt hic.Aut oẽs vel plures fuerunt
inſciæ,& tunc eſt argumentũ,ꝙ nulla habeat ius agendi.ff.de
leg.2.l.ſi quis ſeruũ.§.ſi inter duos.ſed ar.quòd prima ſola ha-
beat. ff.loca.& conduc.l.in operis.cũ concor.ibi alle. Credo ꝙ
omnes habeant ius agendi iuxta iſtud c.ar.ff.de leg.a.l.peto.§.
fratre,& l.vnum ex fami.§.rogo & l.cum pater.§. libertis. &
de ver.oblig.l.ſi Titius.Sed ſi vir,ſiue antequam fuerit condẽ
natus ad conſentiendũ,ſiue poſt in vnam ipſarum matrimonia
6 liter conſenſerit expreſsè,vel tacitè,per hoc ius aliarum expi
rabit.arg.dictæ.l.vnũ.in prin.& s̈.de ſpon.ſi inter.† Sequitur,
vtrum liberi ex illa ſecunda nati legitimi ſint cenſendi,& di-
cunt Ber.& Hoſt.quòd ſic propter bonã fidem mulieris.j̈.qui
filij ſint legit.c.ex tenore.& c.cum inter .Quod verum dum-
modo banna legitima præceſſerint,aliàs ſecus.s̈.de clande. de
ſpon. cum inhibitio.quod dic vt dicam plenius in d.c. ex te-
nore.Et idem ſi contraxerit cum pluribus ex quibus plures fi
lij ſunt nati.Et eadem quæ dicta ſunt de viro viuente vxore,
ſua contrahente cum alia,vel alijs,intellige econuerſo,de mu
liere coniugata viuente marito ſuo cum alio, vel alijs contra-
hente,& per eadem iura.

Ignificauit. ¶Super glo.ꝙ ſi fecit.Si quę-
ritur vtrum ratihabitio retro-
trahitur & mandato comparetur diſtin.vt dicam.j̈.
de ſen.exc.c.mulieris.

1 *Nati ex illicito coitu coniugum, diu ſimul ſtantium, cum bona*
fide diſpenſatione non indigent.
2 *Nati ex illicito coitu,coniugum præſumptuosè delinquentium,*
diſpenſatione indigent.

Vm haberet. ¶Hic in fin.habes, quòd
ſuſceptio prolis ex illicito,
coitu,vna cum lapſu temporis diſpenſationem non
1 inducit.circa quod Diſtingue.† Aut ſunt coniugis in
iure poſitiuo, vel in facto probabili errantes,qui bona fide ſi-
mul ſteterunt diu, & tunc prolis ſuſceptio,& lapſus temporis
diſpenſationem inducunt.35.q.8.de gradibus.j̈.de coniug.ſer
uo.licet de conſang.& affin.quia circa.ff.de ritu.nupti.l.qui in
2 prouincia.§.diuus.† Aut non ſunt coniuges ſed præſumptuo-
ſæ, & ex certa ſcientia delinquentes, & tales ſuſceptio prolis,
& lapſus temporis non excuſat,vt hic,quando dicit ita ſuſce
ptæ.q.d.tam præſumptuosè.tam ſcienter contra Deum, &
tura,& iudicem, & vicinos.Secus ergo eſſet, vt innuit à con-
trario,ſi aliqua poſſet probabilis ignorantia excuſare, vel atte-
nuare delictum ,vt in dictis iuribus, ſecundum Hoſtien. &
Ioan. Andr.

Super eo.c. ¶Si quæritur apud quem parentum filij
debeant manere.Diſtingue,vt dixi.s̈. de
conuer.infide.c.ex literis.

1 *Excommunicatus matrimonium contrahit.*
2 *Excommunicati matrimonium non ſolemnizant, donec fuerint*
abſoluti.
3 *Excommunicatus religionem profitetur.*
4 *Hæreticus matri.contrahit.*

1 Ignificaſti. ¶Per iſtam literam proba-
tur ꝙ excommunicatus põt
contrahere matrimonium,& in hoc notant & Io.
& Archi.25.diſt.illud.& 28.q.1.non oportet. &
Spec.tit.de ſpon.§.1.ver.ſed nunquid tenet. & Ar
chid. & Io.And.poſt eum.j̈.de hære.c.decreuit.lib.6.& Ioan.
An.j̈.de ſen.excom.c.alma mater.ſuper verbo ſacramentis. s̈.
eo.li.& G.de mon.lau.& Gen.extra de priui.c.j.ſuper verbo,
ſolennizare. in clem.& Ioan.An.hic.non tamen vt ex hoc cõ
2 munioni hominum ſe ingerat, ſecundum eum.† Bene ergo
tenet contractus matrimonialis,ſed non ſolennizabitur per ec
3 cleſiam,antequam fuerit abſolutus .† Item excommunicatus
poteſt intrare religionem, vt no.Inno.j̈.de ſent.excommuni.
cum illorum. ſuper verbo prælatis.& Io.An.hic,& ibi, & fra-
ter Ioan.in ſumma.confeſ.tit.de ſent.excommuni.q.44. quid
ſi aliquis veniens &c. & Archi.11.q.3. excommunicatos glo.
4 2.† Item quod plus eſt , hæreticus poteſt contrahere matri-
monium , vt not. Ioann.And.in d.c. decreuit. in nouell. & j̈.
tit.2. c. vltimo.

1 *Mulier nubens coniugato, qualiter ei adhæreat.* 3.
2 *Mulier non credat etiam viro dicenti ſe aliam habere, vxo-*
rem.

Eniens. ¶Si quæritur vtrum,& vſque, ad
quod tempus mulier ignoranter,
contrahens matrimonium, vel ſponſalia, poſtea,
carnali copula conſummata cum viro alteri mulie
ri legitimè coniugato, poſsit eidem viro adhære-
re,& ab eo exigere,vel ei reddere debitum coniugale, Diſtin-
1 gue.† Aut quæritur in foro contentioſo,aut in foro animæ. Si
in foro contentioſo,aut contraxit cum eo publicè & in facie
eccleſiæ,aut clandeſtinè.Si publicè, & in facie eccleſiæ, tunc,
aut vxor legitima non repetit virum ſuum,nec aliàs ipſe ſecũ
dus contractus impeditur,vel moleſtatur,& tamdiu poterit ſi
bi adhærere,& debitum reddere, & exigere pro hoc.j̈.de ſe-
cund.nup.cap.dominus.§.ſi verò.Aut ipſa legitima repetit vi
rum ſuum,ſeu aliàs matrimonium ipſum impeditur, & tunc,
ipſam excuſo,quandiu iſte articulus poteſt eſſe dubitabilis.ar.
s̈.vt lite pend.laudabilem.j̈.de frig.fraternitatis.§.j.ver.nam ſi
tantum.hoc eſt, quouſque ſententia lata ſit,niſi per literas or-
dinarij,vel per probationem factam plenariè fuerit certifica
ta.ad hoc.s̈.de reſcrip.cum contingat,de cohabit.cle. veſtra.
2 † Nec tenetur credere etiam ſi vir reuelet ad partem, & in iu-
dicio confitetur,quod illa quæ ſuperuenit eſt vxor ſua legiti-
ma,vt patet. j̈.de eo.qui cog.conſang.vxo.ſuæ.ſuper eo. Vel
ſi maritus hoc confiteretur ſacerdoti in pœnitentia, & facit,
venire ipſam ſecundam,& moueri per ſacerdotem ſuper hoc,
nam adhuc puto eam excuſatam . quo ad eccleſiam militan-
tem,quia hæc omnia poſſent procurari in fraudem. Vnde ex
quo quis eſt ſibi acquiſitum coram eccleſia,vt hic dicit,& s̈.
de clande.deſpon.cum inhibitio.requiritur quòd certificetur
antequam adultera iudicetur. j̈.de ſecund.nup.cap.dominus.
vir tamen nunquam exigat,vel reddat debitum,& ſi ob hoc,
quia non reddit,excommunicetur, ſuſtineat excommunica-
tionis ſententiam patienter.j̈.de ſenten.excommu.inquiſitio
ni.Si clandeſtinè contraxit,nec eſt poſtea matrimonium, per
eccleſiam approbatum,tunc,quam cito inde audit aliquid,de-
bet a carnalibus amplexibus abſtinere,argumen.j̈.qui fil. ſint
3 legi.per ſatum.& in d.c.cum inhibitio.§.ſi qui vero.† Si quæri-
tur in

tur in foro animæ, tunc conſulerem ei, ꝙ ab exactione debiti,
abſtineret, ex quo aliquid probabiliter audit, quia quod tutius
& certius eſt reſpectu animæ ſeruandū eſt. ſ. de ſpon. iuuenis.
& j. de homi. ad audientiam. Hæc diſtinctio poteſt colligi, ex
dictis Hoſt. hic ſuper verbo inſciam. vbi etiam dicit ꝙ ſi ſecū
da mulier receperit fidem à marito ꝙ poſt mortē legitimæ in
vxorem ducatur, ꝙ de cætero nullam poteſt prætēdere igno
rantiam, nam per hoc patet ꝙ credit, virum aliam mulierē ha-
bere, & ſit hoc caſu omnino interpretatio contra ipſam. argu.
ſ. eo. cum haberet. & j. eo. §. fi. & cum Hoſti. concor. per om-
nia Io. And. hic.

1 *Nubens coniugato, an eius vxore mortua tenebit tale matrimo nium. 3. 5.*
2 *Matrimonio non obſtat impedimentum, de iure non ſortiens effe ctum.*
4 *Matrimonium dirimit quatuor 7.*
6 *Nubens viuente viro, an eius morte machinata tenebit matri- monium.*

SI quis vxore. ¶ Ad euidentiam huius tit.
Si quæritur vtrum contrahē
tes ſponſalia, vel matrimonium viuente coniuge al-
terius eorundem, vel machinantes in mortem ipſius
coniugis, poſsint hoc non obſtante eo mortuo matrimonium
1 inuicem contrahere, & in coniuges ſe habere. Diſtingue. † Aut
illud matrimonium quod erat inter alterum iſtorum, ſic con
trahentium, & illum coniugem ſuum, nunc mortuum, non te
nebat de iure, & tunc poterunt in coniuges ſe habere. ſ. eod. c.
2. ſ. de ſpon. cum apoſtolica. cum ibi no. ſecundum Inno. & c.
veniens mariota. ſm Hoſt. hic. in glo. pe. & in ſum. eo. tit. ver.
2 ſi vero neoter. † Nam in matrimonijs regulariter non præſtat,
impedimentum quod de iure non ſortitur effectum. 31. q. 2. ſi
verum. ar. j. de reg. iur. c. non præſtat. lib. 6. ſaluo quod de publi
cæ honeſtatis iuſtitia le. & no. j. de ſpon. c. vnico. lib. 6. Aut ma
trimonium de iure tenebat. & tunc. Aut quæritur de primo,
ſ. vtrum non obſtante matrimonio, vel ſponſalibus, viuente
coniuge legitimo ꝯtracto, vel ꝯtractis, poſſint poſt mortem ipſius
coniugis in coniuges ſe hrē. Aut quæritur de ſecundo. ſ. vtrū
non obſtante machinatione in mortem ipſius coniugis legiti
3 mi, poſsint poſt mortem ipſius in coniuges ſe habere. In pri-
mo caſu refer. † Aut ille, vel illa contrahens ſponſalia vel matri
monium cum huiuſmodi coniugato fuit ab initio ipſius con
tractus de facto initi inſcius ſeu inſcia ipſius matrimonij, aut
fuit ſcius ſeu ſcia, ſi fuit inſcius ſeu inſcia, tunc. Aut fuit inſciu
ſeu inſcia ab initio ipſius contractus de facto, & ex poſt facto,
vſque ad mortem ipſius coniugis legitimi, tunc poterunt ēt ſi
copula carnalis interuenit in coniuges ſe habere. vt ſ. e. c. 1. &
c. pen. & hoc tenet Hoſt. hic in glo. ſua penul. & in ſumma e.
tit. §. vnico. circa princ. & Ber & Hoſtien. ſ. c. 1, Aut fuit ab ini
tio ipſius contractus de facto inſcius, vel inſcia, ſed ex poſt fa
cto. ſ. ante mortem ipſius coniugis, ſeu adhuc conſtante ma-
trimonio eſt factus ſcius. vel facta ſcia, & tunc, aut à tempore
huiuſmodi, ſcientiæ, vſque ad tempus mortis coniugis ſeu ſo
luti matrimonij non interuenit carnalis copula inter eos, &
tunc poterunt in coniuges ſe habere, licet etiam ante huiuſ-
modi ſcientiam interueniſſe. argumen. ſ. eod. c. 1. & hoc, quia
nec tempore contractus, nec tempore carnalis copulæ habuit
ſcientiam, ſeu malam fidem. & hoc videtur notare Ber. ibi, in
prima glo. in prin. & Hoſt. poſt eum. Vnde dixerunt hic Phili.
& Goff. ꝙ reprobatur hic opinio Hug. qui dixit ſolam fidei da
tionem, ſine adulterio impedire matrimonium, quia de re non
vacante facta fuit promiſsio. ſ. de conceſſ. præb. c. 1. & 2. & idō
dicebat de cōtractu, & de machinatione. Aut poſt tempus hu
iuſmodi ſcientiæ conſtante illo matrimonio carnalis copula,
interuenit inter eos, & tunc dicit Hoſt. ſ. e. c. j. glo. j. & in ſum
ma. eo. tit. §. vnico. in prin. ſub. §. ſed quid ſi ab initio &c. qđ
nunquam poterunt in coniuges ſe habere per iſtud c. in fi. &
j. de ſecund. nup. dominus. 34. q. 2. cum per bellicam. & c. ſi vir
go. ſ. de præſcrip. vigilanti. & c. pen. in fi. Idem not. Guil. ſuper
Ray. tit. de impedimento criminis. & frater Io. in ſumma cō
feſ. tit. de impedimento criminis. q. quid ſi occidit. ad fi. verſ.
ſed ſi ab initio &c. Si ab initio ipſius contractus de facto fuit,
ſcius ſeu ſcia, puta ſi fidem ſibiinuicem dederint, quòd poſt
mortem coniugis contraherent, quo caſu contrahens ſic cum
coniugato bonam fidem habere non poteſt, ſecundum Hoſt.
hic in glo 2. & in ſumma eod. tit. §. vnico. circa medium. verſi.
idem dic &c. & Io. And. poſt eum. Tunc autem, nec ante, nec
poſt huiuſmodi contractum durante illo matrimonio legiti
mo carnalis copula interuenit inter eos, & tunc quamuis am-
bo deliquerint taliter contrahendo, tamen poterunt in coniu-
ges ſe habere, vt hic. j. reſpon. & no. Inno. ſ. e. ſuper hoc glo. fin.
& Vinc. Phi. Goſ. Ber. & Hoſt. hic. Quod credo verum etiam
ſi ante tempus ipſius veri matrimonij, vel poſt ipſum interue
niſſet, & hoc per tex. iſtum qui dicit, ſi nec ante, nec poſt legi-
tima eius ſuperſtite cognouit eandem &c. q. d. etiam ſi ante-
quam contraxiſſet huiuſmodi matrimonium cum illa legiti-
ma eam cognouiſſet. Et idem ſecundum Ioan. And. ſi legiti-
ma mortua, eam cognouiſſet, cui prius fidem dederat per hāc
literam, ſaluo eo quod dicam. j. ver. ſed quid ſi ille. Aut duran-
te illo legitimo matrimonio, ſiue ante huiuſmodi contractum
de facto, ſiue poſt carnalis copula interuenit inter eos, & tunc
non poterunt in coniuges ſe habere, vt hic. in §. cæterum. & ſ.
eo. ſignificaſti. ibi vel ea viuente &c. a contrario ſenſu. & not.
4 Inno. in c. alleg. ſuper hoc. glo. vlt. † Et ſic quatuor requiruntur
ad hoc vt matrimonium impediatur & dirimatur. Primum. ſ.
quod teneat primum matrimonium. Secundum ꝙ eo conſtā
te contractus ſponſaliorum, vel matrimonij de facto interue
nerit. Tertium. ſ. ꝙ carnalis copula eo durante interuenerit.
Quartum. ſ. mala fides, ſecundum Hoſt. qui dicit quòd non au
det determinare, quòd hoc caſu conatus, ſeu tentatio carna-
lis copulæ ſine perfectione ſufficiat. arg. ſ. de teſti. licet ex qua
dam. §. fin. & in his quæ no. ſ. de ſpon. duorum. c. fi. qui cle. vel
vo. c. rursus. Nam & in delictis plerunq; nō obeſt conatus, ſed
requiritur affectus cum opere ſubſecuto, vt patet ſ. de bigam.
nuper. & c. vlti. & ꝙ conatus non ſufficiat, nec noceat, tenent
hic Vinc. & Io. And. & Spec. eod. titu. ad fi. Valebit ergo ſecun
dum matrimoniū quāuis contraxerit & cognouerit dummo
do mala fides abſit, valebit etiam ſi in primo matrimonio cū
impedimenti ſubſit, de qua eccleſiæ fides fiat, eſto etiam quòd
in ſecundo mala fides adſit, ſed & valebit ſi ſimpliciter fides da
ta fuerit, & non cognouerit, ſecundum Hoſt. ſed quid ſi ille,
qui vxore legitima viuente data fidē promiſit ſe aliam ductu
rum, vel cum ipſa de facto contraxit mortua legitima cogno
uit eam noviter alteri coniugatā? Vel quid ſi mortua prima cō
traxit cum ſecunda, & demum cognouit illam cui fidem de-
derat, viuente prima? dicit Ioan. And. hic quod ſatis videtur,
quòd non poterit eam habere in vxorem arg. de pœni. diſtin.
5 j. adhuc inſtant. 8. q. j. in ſcripturis. ff. de libe. & poſth. l. placet. ſi
cert. pet. l. ſingularia. † Ex præmiſsis nota breuiter, quòd ſola fi
des de futuro ante matrimonium verum vna cum carnali co
pula poſt ipſum matrimoniū, & eo durante, vel carnalis copu
la ante matrimonium vna cum fidei datione vel matrimonio
de facto poſt matrimonium verum, & eo durante, vel carna-
lis copula præcedens, & fidei datio ſequens ante matrimoniū
verum vna cum carnali copula, vel fidei datione ſeu matrimo-
nio de facto poſt ipſum matrimonium verum, & eo durante
non impediunt ſequens matrimonium cōtrahendi, poſt mor
tem legitime. Sed ſi vtrunq; ſ. contractus ſpōſaliorum, vel ma
trimonij de facto, & carnali copula conſtante vero matrimo-
nio interuenerit, tunc ſi poſt ſcientiam contrahentis cum con
iugato, nulli dubium eſt quod impeditur matrimonium. Si ve
ro alterum interuenit ante ſcientiam, & alterum poſt, videtur
idem, & hoc tenet Hoſt. ſaltem in caſu, vbi contractus ſponſa
liorum vel matrimonij de facto præceſsit ſcientiam, & carna
lis copula eſt ſecuta, vt eſt dictum. Et idem videtur econtra,
vbi carnalis copula præceſsit ſcientiam, & contractus ſequi-
tur eadem ratione. arg. ſ. eod. ſuper hoc. & c. ſeq. & videtur ex
preſſum in c. ſignificaſti. ibi, vel ea viuente, &c. Et poteſt eſſe
ratio, quia committendo vnum ſcienter, ſeu poſt ſciētiā ma
trimonij, videtur aliud præcedens ſcientiam approbare, argu.
in. eo quod dixi poſt Hoſt. ſ. de temp. ord. cap. literas. Et quæ
dicta ſunt de ſponſis, ſeu fidei datione, intelligo, etiam ſine iu
ramento interueniente. 22. q. 5. iuramenti. ſecundum Vinc. &
Io. And. ſ. eod. ſignificaſti. idem Specu. eod. titu. verſic. quid ſi
6 nec fidem. † Si quæritur de ſecundo principali. ſ. vtrū nō ob-
ſtante machinatione in mortem ipſius coniugis legitimi poſ-
ſint poſt mortem ipſius in coniuges ſe habere, tunc. Aut ma-
chinatio non fuit effectualis, ſeu cum effectu, quia ex ea non
eſt mors ſecuta, & tunc non impedit quo minus poſt mortē,
ipſius coniugis legitimi poſſint in coniuges ſe habere, verba
enim cum effectu ſunt accipienda. ſ. de cle. non reſi. c. relatum
& de ſpon. c. vlti. de pœn. diſt. 1. §. hæc autem verba. & notant,
Ioan. & Archid. 31. q. 1. ſi quis viuente, & Ber. & Hoſt. ſ. eod.
ſuper hoc. & Hoſt. in ſumma. eod. tit. §. vnico. ſub. §. & intelli-
ge machinationem &c. & Vinc. & Hoſt. ſ. de conuer. infide. c.
laudabilem.

laudabilem. Aut machinatio fuit effectualis, ſeu cum effectu,
vt quia mors coniugis legitimi inde eſt ſecuta, & tunc, aut non
fuit machinatio ſtudioſa.i.non intentione, vel animo contra-
hendi, ſed alia de cauſa puta in guerra, vel bello, vel aliàs caſu,
vel odio quis interſecit maritum alicuius mulieris, & talis,
non impedit vt ſ.de conuer.infide.c.laudabilem. ſm Ber. In-
no.& Hoſt.ſ.eo.ſuper hoc.& Hoſt.in d.§.vnico.ſub.§. & intel
lige ver.vnde & ſi maritum &c.& Hug.in d.c.ſi quis viuente,
& Aſten.tit.de impedimento criminis.arti.2.in princi. vbi de
hoc.Aut fuit ſtudioſa, quia intentione, & animo contrahendi,
& talis impedit quod non poterunt in coniuges ſe habere, vt
in cap.alleg.ſi quis viuente, & c.vltim.31.q.1.ſ.eod.ſuper hoc
& c.ſignificaſti.Et hoc intelligo ſiue ambo, ſ.tam coniunx, ꝙ
volens cum eo contrahere, ſiue alter eorum fuerit machina-
tus cum effectu.Item huiuſmodi machinatio impedit, licet,
carnalis copula non interueniat, nec fidei datio, vt in d.c.ſlau-
dabilem. vbi eſt caſus, ſecundum Hoſt.ibi & hic & ĩ.de diuor.
c.j.& Inn.& Hoſt.ſ.eod.ſuper hoc.in fi.& Gul.in Spec. titu.de
diuor.§.j.in princ.licet Goſ.contra hoc.& ſ.eod.ſuper hoc.&
Ioan.And.Sed contra hoc eſt caſus expreſſus.ĩ.de diuor. c.1.
nam ſi ſolus conatus ſine effectu aufert beneficium illius cõ
iugij contra decre.ſ.de ſpon.c.vlti. multo fortius conatus, &
effectus debet dirimere matrimonium, ſic iniquè contractũ
ſecundum Ioan. in d.c.1.recitat Archid.in d.c.ſi quis viuente
glo.penul.qui ad opinionem iſtam declinare videtur.Et ſic ſe
cundum intellectum Hoſtien.tres ſunt caſus in vniuerſo, in
iſta materia, qui impediunt & dirimunt primus, contractus
ſponſaliorum, cum adulterio, ſecundus contractus matrimo-
nij de præſenti cum adulterio, tertius, machinatio vtriuſque
vel alterius cum effectu.Sed Io. And.dicit in d.c. laudabilem,
quod ſola machinatio vnius non ſufficit, niſi vna cum hoc car
nalis copula interuenerit. Nam vt dicit Hoſt. ſ.eo. ſuper hoc
per glo.capitaneam magiſtralem non eſt matrimonium ſepa-
randum, ſed non eſt tex.dicens, quòd vnius machinatio ſuffi-
ciat.& c.ſuper hoc.& c.ſignificaſti.ſ.eo.loquuntur vbi adulte
7 rium interuenit.†Et ſic ſunt quatuor caſus in vniuerſo qui ha
bent dirimere matrimonium, primus ſponſalia cum adulte-
rio.ſecundus machinatio alterius tantum cum effectu & adul
terio. tertius matrimonium contractum de facto cum adul-
terio. quartus machinatio vtriuſque cum effectu, ſine adulte
rio, alia per ſe non ſufficiunt.Sed pro opinio.Hoſtien.ſ. quod
etiam ſola machinatio alterius cum effectu ſufficiat ad matri-
monium dirimendum, facit optime, ſupra c.proximo, verſic.
vel machinatus fuerit &c. Nam ibi non apparet, quod carna-
lis copula interueniſſet, ſed ſolum matrimonium, & videtur,
caſus in d.c.laudabilem.in princip. ibi machinare &c. non di-
cit ſi vterq; fuerit machinatus &c.& hoc credo verius. Item
omnia quæ dicta ſunt de matrimonio legitimo, intellige etiã
carnali copula interueniente non conſummato. Vnde ſi in ca-
ſu huius capitu. vir antequam vxorem ſuam legitimam co-
gnouerit, cum ſecunda contraxerit, & eam cognouerit, mor-
tua prima, vel religionem intrante, non poterit remanere cũ
ſecunda, vt hic.& ſ.eod.cap.proxi.& cap.2.ſecundum Innoc.
Hoſtien.& Abb.& Ioan.And.hic.& in d.c. ſignificauit hic.
& idem ſupra eodem cap.ſignificaſti.& c.cum haberet, & de
eo qui cog.conſang.vxo.ſuæ.diſcretionem. Nam & ante car-
nis copulam vxor eſt, & ideo vir qui ea viuente ſecundam co
gnoſcit, adulterium committit, vt patet, ſupra de ſponſa.duo-
rum.c.2.3.& 4.& fin.de ſponſalib.ex parte 32.q.5. non mœ-
chaberis, & cap.puto.ff.de adulte.l.ſi vxor.§.diuus.ſecundum
Hoſt.& Ioan.And.de quo in Spec.hoc titu.in fi.licet quidam
dicant contrarium, & male dicentes, quòd ſicut ad efficaciã
huius impedimenti requiritur fides, vel matrimonium, cum
copula, ſic requiritur, quòd copula interuenerit cum prima.
Item intellige vxorem legitimam, etiam ſi ſit ſeparata, quo
ad thorum.vt ſ.ex literis.Item Roſ.bene dicit in libello ſuo,
tit.de ſpon.& matr.ver.quaniam impedimentum quòd alter
contrahentium in caſu huius.§.cæterum.non audiretur cõtra
reliquum prouocando ad diuortium cum ſint in pari delicto.
& ſic nil Iudæus iudæo, &c.de inoffic.teſtamen. l.in arena. ff.
ne quid in loco public.fi.l.2.§.ſi quid in loco.ver.idem ait, dic
tamen, quod quilibet de populo poterit libellum offerre, in
quo narrando factum petat diuortium. Tu dic etiam alterum
contrahentium propter periculum prouocantem audiri.ſ.de
re iudi.labor.vbi de hoc in prima glo.& c. conſanguinei. ſm
Ioan.An.hic de iſta materia, & pro intellectu huius titu. Vi-
de verſus magiſtrales, Sola fides, ſolus coitus non vetat ini-
quus, Poſt obitum propriæ quin poſſit ducere mœcham. Si
duo concurrant non mœchus mœcham habebit. Siue per alter
utrum cõſtat periiſſe priorem. Inſcia ſi fuerit hunc ſi vult ſẽ
per habebit. De iſta etiam materia vide per Ray.& glo.ſuper
Ray.& fratrem Io.in ſumm. confeſ.tit.de impedimento cri-
minis.per totum.

1 *Religio excuſat coniugatum à debito carnali.*
2 *Fornicationis exceptio excuſat à debito carnali.*
3 *Lepræ exceptio excuſat à debito carnali.*
4 *Conſanguinitatis, & affinitatis exceptio excuſat à debito car
nali.*
5 *Eccleſiaſticæ inhibitionis, exceptio, excuſat à debito carna-
li.*
6 *Dierum, & locorum ſacrorum exceptio, an à debito carnali ex
cuſat.*
7 *Impragnatio non excuſat, à carnis debito reddendo.*
8 *Coniux exactus, & non reddens carnale debitum, an excommu
nicetur.*

¶De coniugio leproſorum. Rubrica.

QVoniam. ¶Ad declarationem gloſſæ no-
ta, quod generaliter & cætera.
Si quæritur, vtrum indefinita æquipollet vniuer-
ſali. Dic, vt dicam. infra de priuilegi. qui cir-
ca.

Super eo.c. ¶Si quæritur vtrum aliqua exceptio, &
quæ alterum coniugem a debito carnali,
reddendo altero valeat excuſare. Diſting. Aut petens debitum
ſibi reddi, eſt per alterum corpore ſuo ſpoliatus, & tunc dic, vt
dixi.ſ.de reſtitu.ſpo.c.literas. Aut non eſt ſpoliatus & tunc.
Aut quæritur de exceptione religionis.ſ.quando intrat religio
1 nem, & illa excuſat ſi matrimonium non eſt carnali copula cõ-
ſummatum, aliàs non. quod dic vt leg.& no.ſ.de conuer. con-
iug.c.verum & c.ex publico. Aut de exceptione fornicationis
vel adulterij, & tunc. Aut carnalis, aut ſpiritualis. Si carnalis,
tunc dic ꝙ illa excuſat, vt hic.& 32.q.j.dixit dominus.& q.7.
2 apoſtolus.& cap.omnes cauſationes. †Quod intellige ſi for-
nicatio ſit notoria, aliàs ſecus, vt ĩ.de diuor.ſignificaſti.& niſi
obſtet replicatio paris fornicationis, ſeu adulterij, vt ĩ.de adul.
c.pen.& fi. vel quòd ipſe fuit cauſa, ſeu complex ipſius fornica
tionis.ĩ.de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ c.diſcretionem. quod
dic, vt no.in d.c.ſignificaſti.per Ber.& Hoſt.Si fornicationis,
ſpiritualis, dic ꝙ illa excuſat.ĩ.de diuor.c.quæſiuit.& c.quan-
3 to.ſecundum Hoſt.& Ioan.And.hic. †Aut quæritur de exce
ptione lepræ, vel alterius infirmitatis, & tunc. Aut tantus eſt er
ror infirmitatis quòd ſanus nullo modo poſſet ad coitum mo
ueri, & tunc excuſatur, quia nemo ad impoſsibile obligatur.ff.
de reg.iur.l.impoſsibilium.ĩ.de reg.iur.c.nemo poteſt.lib.6.ſ.
de ſolu.c.Odoardus.ſecundum Hoſt.& Io.An. Aut horror nõ
eſt tantus quin ſanus poſſit ad coitum moueri. & ſpecialiter
vxor quæ ſolum habet pati nõ agere, & quæ ſine aliquo motu
caloris debitum reddere poteſt, & tunc non excuſat vt hic.ſ.
c.proxi.vbi hoc no. Ber.in gl.fi.& Hoſt.& Io.an.poſt eũ, licet
male dicat quod licet ſanus debeat reddere: nõ tamen debet cõ
pelli.art.32.q.5.ſi vxorem. quod intellige etiã ſi matrimoniũ
non ſit carnali copula conſummatum. vt no.Ber.& Hoſt.ĩ.c.
4 proxi.† Aut de exceptione cõſanguinitatis, vel affinitatis, vel
alterius impedimenti, quod ſi eſſet verum redderet ipſum ma
trimonium nullum, & illa poſtquam matrimonium fuit per
eccleſiam approbatum ſaltem in foro iudiciali nõ excuſat an-
tequam per iudiciũ eccleſię ſuper hoc diſcernatur.ĩ.de diuort.
porro. In foro vero animę ſeu cõſcientiæ ſecus, quod dic vt leg.
& no.ĩ.de ſen.excõ. c.inquiſitioni. Si vero affinitas ſecuta fue
rit matrimonium, dic vt dicam.ĩ.de eo qui cog.conſan.vxo.
5 ſuæ.c.tranſmiſſæ.† Aut quæritur de exceptione inhibitionis
eccleſię ex cauſa facte, & illa excuſat.vt.ĩ.de ma.contrac.con-
6 tra interdi.eccleſ.c.2.& 3.ſecundum Hoſt.† Aut quæritur de
exceptione dierum vel locorum ſacrorum. & illa ſecundum
Hoſt. hic & Io.an.poſt eum non excuſat. Nam quamuis pec-
cet petens, & inducendus ſit ad deſiſtendum, ſi tamen inſiſtat
modis omnibus reddi debet.32.q.2.c.ſicut. his ita reſponde-
tur.& d.ſeq.33.q.5.cap.1.& 2.& 3.& 4.& c.manifeſtũ.de quo
per eum in ſum.de ſponſ.ſub rubri.de matrimoniis.§.quis ſit
effectus.verſi.ſed nunquid peccant coniuges.& ver. ſeq. Et illa
fuit opi.gandulphi quam tenet Goſ. in ſum.de ma.contrac.cõ
tra interdi.eccle.in fi.ſed Ioan.gloſ. tenet contrarium.31.diſ.
quoniam

quoniam in glo. iſtud eſt contra &c. argu. tex. ibi in tempore
opportuno &c. Et idem ſentiunt ibi Laur. & Ioã. de Fa. Sed
Archid. ibi quòd ille tex. potius facit contra Io. ſi ponderatur
verbum illud opportuno, nam non dicit congruo, vel hone-
ſto, ſed opportuno. q. d. quando vxor opportunitatem habet,
idem etiam quod ibi tenet Io. 68. diſt. c. eccleſijs. glo. 2. & 33.
q. 4. apoſtolus. glo. fi. & de pœ. diſt. 7. c. non oportet. ſed primũ
opin. tenet Hug. vt no. Arch in c. alleg. quoniam. & de conſec.
diſt. j. eccleſijs. quam credo veram in exceptione dierum, vt
33. q. 4. c. ſi cauſa. quia tempus & hora non patiuntur amplius,
deliberandi conſilium. ff. de exer. act. l. j. Et quia neceſsitas non
habet legem. ff. ad l. rhod. de iac. l. j. §. de conſue. quanto. Itẽ cre
do in exceptione locorum ſacrorum in caſu vbi exigens, non
poſſet alibi commodè, vel ſecurè exigere, puta quia tunc non
poſſet exigere in eccleſia, ſm Lau. & Arch. in ca. alleg. apoſto
lus. & c. non oportet, quia illud poſſumus, quod cõmode poſ-
ſumus. ff. de ver. ſign. l. nepos proculo. §. vt lite non conte. acce
dens. §. aliàs crederem vltimam opi. veriorem. & in iſta con-
cluſione ſatis concordant theologi. Et 1. Pet. dicens, quia licet
debitum reddendum ſit omni tempore, non tamen ſimile eſt
de loco, quia locus pollui poteſt ita vt indigeat recõciliatiõe,
non autem tempus. Item locus facilius mutari poteſt quam tẽ
pus. Beatus etiam Tho. dicit ꝙ debitum reddendum eſt om-
ni tempore, & omni hora, ſalua tamen debita honeſtate quæ
in talibus exigitur, quia non oportet ꝙ ſtatim in publico debi
tum reddat. idẽ dicit Alb. & addit ꝙ ſi alius locus haberi põt
non tenetur reddere in loco ſacro. ſi non poteſt alius locus ha
beri, tunc reddat cum dolore cordis, & ẽt ſi exigat cum plan-
ctu, quia ſine vſu matrimonium eſſe non poteſt, non credit ꝙ
peccet mortaliter, & cum his ſatis concor. gl. Guil. ſuper Ray.
in ſumma. titu. de matrimo. ſuper verbo abſtinendum. in fi. &
addit quod ſi alius locus haberi poteſt mortaliter peccat, qui
reddit debitum in loco ſacro, & in his etiam concor. frater Io.
in ſumma. confeſ. tit. de matrimonio. q. 43. vtrum liceat debi-
tum. Et vide ibi in quæſtione præcedenti vtrum peccent. &
Aſten. lib. 8. tit. de bono fidei. artic. 4. in princ. & q. vtrum in lo
co ſacro. †Aut quæritur de exceptione impprægnationis, vel
7 de exceptione menſtruorum, & tunc dic, vt dicam. j. de ſent.
excommuni. inquiſitioni. ver. aut ex parte alterius temporis.
& cætera. Aut quæritur de exceptione litis pendentiæ, & illa,
non excuſat, vt leg. & nota. §. vt lite penden. c. laudabilem. &
j. eod. tit. cap. 2. in magna glo. in q. ſed pone iſte. Aut de exce-
ptione exactionis ſeruitij domini, & tunc dic, vt j. tit. proxi.
cap. 1. Aut quæritur de alia exceptione, & tunc, Aut quæris, de
exceptione impotentiæ corporalis, vt quia infirmus, vel incar
ceratus, & illa excuſat, quia impoſsibilium &c. vt eſt dictum.
Aut de alia, & dic ꝙ nulla alia excuſat, vt hic in fi. immo ſi nõ
8 reddat cum poſsit peccat mortaliter ſecundum Hoſtien. †Sed
ſi quæritur vtrum exactus & non reddens debitum poſsit ex-
communicari, & excommunicatus ligetur, Diſtingue. Aut ꝓ
pter horrorem, vel alia de cauſa nullo modo poteſt reddere,
debitum, & tunc non debet excommunicari, ſi de hoc cõſtet
eccleſiæ, & ſi excommunicetur de facto ſententia excommu
nicationis, quantum ad deum non aſtringit ipſum, ſed & eccle
ſia, ſi de hoc conſtaret ipſam ſententiam relaxaret. argum. c. al
leg. Odoardus ſecundum Hoſtien. & Io. An. Aut põt redde-
re debitum, & tunc. Aut loquimur in caſibus in quibus excu-
ſatur à iure, de quibus. §. & tunc idem, quia qui peccat nõ pec-
cat iuris auctoritate. 23. q. 4. qui peccat. cum conc. ibi alle. Aut
in alijs, & tunc primo eſt inducendus, vt §. eod. cap. j. ibi indu
cere non poſtponas &c. per quam clauſulam datur coertio,
vt no. Archi. j. de præbend. cap. ſi pauper clericus. glo. 1. lib. 6.
& ſi ad hoc induci nõ põt, tunc expectabit epiſcopus, quouſ-
que querelam habeat, vel adulterium commiſſum pateat, de-
mum inobedientem diſtringet, vel forte adulterium tantum
puniet, nec præciſè debitum reddere coget, ſecundum Hoſt.
§. e cap. 1. in fin. Sed primum. ſ. quòd inobedientem diſtringet
credo verius, cum monitus de reddendo & nõ reddens, pec-
cet mortaliter, vt eſt dictum, & pro quolibet mortali monitus
de ſatisfaciendo, & ſatisfacere renitens excommunicari poſ-
ſit. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. & dicunt hic Ab. & Hoſtienſ.
quòd ſufficiat ſi proſo quòd vxor ita propè ſit, quod propter
loci diſtantiam ſuo debito non fraudetur, nec oportet, quòd in
eodem lecto, & in eadem domo morentur. idem Thom. &
Petr. in ſcriptis. & frater Ioan. in ſumma. confeſ. eod. titul. &
multi alij.

1 *Vir cui magis obediet, domino an vxori. 3.*
2 *Mora modici temporis non eſt magnum damnum.*
4 *Maritus vxoratus, an vendi poſſet volenti eum ducere ad exte
ras regiones.*

¶ De coniugio ſeruorum. Rubrica.

DIgnum eſt. ¶ Ad euidentiam gloſſ. fin. ſi
quæritur vtrum ſi dominus,
exigendo ſeruitium a ſeruo ſuo vxorato, & vxor
in exigendo debitum carnale concurrant, domi-
nus vxori præferretur, vel econtra, & vtrum do-
minus poſsit vendere ſeruum ſuum vxoratum extraneo vo-
lenti eum ducere ad remotas, vel extraneas regiões, diſtingue.
1 †Aut quæritur de primo, & tunc aut periculum mortis im-
minet domino forte ſuperuenientibus ſuis capitalibus inimi-
cis, & tunc dimittat vxorem importunam & ſubueniat dño,
ar. ff. ad ſe. con. ſylla. l. ſi quia in graui. §. ſi cum omnes, quia ſer-
uus domino obligatus ſic tranſiuit ad vxorem. arg. §. de pig. ex
literis. & quia pro dño facit prioritas temporis. j. de reg. iur. q
prior. lib. 6. Et hoc innuit litera hic in fi. non minus &c. ſecun-
dum Hoſt. hic. & idem innuit Ber. & Inno. pro quibus Lucæ.
12. c. & 37. diſtinct. c. ideò. §. elaborandum. ſeruus qui cogno-
uit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit
ſecundum voluntatem eius vapulabit multis. Aut non immi-
net periculum mortis domino, & tunc vxori potius eſt obe-
diendum, maxime vbi periculum fornicationis imminet in
vxore, vel magnum præiudicium ei fieret, tunc. n. Deo & præ
cepto Apoſtoli, & ſic vxori eſt potius obediẽdum. 11. q. 3. qui
reſiſtit. §. tit. j. quoniam argumen. bonum pro hoc. j. de ſentẽ.
excommunic. relatum. Vnde eo caſu tenetur dominus modi-
cum expectare, quia cito poterit ſeruus obedire, & in modi-
ci temporis mora† nõ eſt magnum damnum. ff. de iudi. l. ſi de
2 bitori. ſecundum Ber. & Hoſt. hic & Hoſt. in ſumma. eod. titu.
§. & an conſenſus ſub. §. quid ſi dñs. & idem Bon. & Thom. &
Aſten. titu. de impedimento cõditionis. arti. 2. quid ſi eo tem-
pore. quod credo verũ ſpecialiter ſi vir factus eſt ſeruus poſt
matrimonium cõtractum & ſine conſenſus vxoris, quod põt
vt dicam. j. cap. ꝓxi. Si tamen dñs vellet eum aliquo mittere,
& timeatur de adulterio, vxor tenetur eum ſequi quocunque
miſerit dñs eum ſecundum Inn. hic. Nec obſt. ſi dicas, quòd
etiam in primo caſus quando dño immineret periculum mor
tis, vxori obedire teneatur ꝓpter præceptum Dei, & Apoſto
li, qđ eſt maius & fortius quadruplici rõe. Prima quia quilibet te
netur defendere alium etiam extraneum à morte, tam ex præ
cepto diuino quam iure naturali. 23. q. 3. nõ inferenda. & c. vl
ti. 90. diſtinct. præcipimus. & 3. q. 1. nulli. & cap. ſequen. 2. q. 7.
negligere. j. de ſenten. excommunica. quantæ. & de ſen. excõ-
mu. dilecti. lib. 6. vbi hoc approbatur per Cardin. & e. titu. capi.
cum quis. gl. fin. circa medium, quæ obligõ præcedit obligõ-
nem vxoris, quia tẽpe quo eſt doli capax, ergo eſt prius ſoluẽ
da. argumen. ff. loca. & cõduct. l. in operis. §. de iureiuran. in tel-
lecta. & cap. tua. Secunda, quia ius gentium obligationem ſer
uitutis inducente, eſt obligatus dño. ff. de inſti. & iure. l. ex hoc
iure. inſtit. de na. §. ius autem gentium. quæ ſimul iuncta cum
præcepto & iure naturali, de quibus. §. vincere debent obligõ-
nem vxoris, per regulam duæ obligõnes. quarum ſaltem vna,
eſt æqualis potentiæ vel ſeruitutis, vincunt vnam, & in authẽ.
de cõſang. & vte. fra. in fin. coll. 6. Tertia quia in dño eſt maius
præiudicium, per cuius mortem perimeretur obligõ ſua, qa
mors omnia ſoluit. in auth. de nup. §. diſponat. coll. 4. quam in
vxore cuius obligatio differtur. arg. C. de prec. imper. ol. l. qtõ
ties. Quarta quia vxor quæ ſciens accepit ſeruum in maritũ,
tacitè videtur remittere obligationem illam ſibi quæſitam in
tali graui neceſsitate dñi, quod facere põt, quia remittentibus
iura ſua &c. ff. de edil. edict. l. quæritur. §. ſi venditor. j. q. 7. Du-
bertum. Et caueat ſibi, quia talem elegit. ff. de mi. l. cum man-
dato, in fin. maxime, quia licet ex præcepto vir teneatur redde
re debitum vxori, nõ tamen tenetur in prõptu eſſe paratus.
ar. ff. de ſol. l. quòd dicimus & no. Io. 31. diſtinct. quoniam. glo.
& illud. 68. diſtinct. eccleſijs. 33. q. 4. Apoſtolus, de cõſec. diſti.
j. eccleſijs. † In iſta verò qõne diſtinguit Rayn. in ſumma ſua,
3 titu. de impedimento cõditionis. §. 2. Aut ſeruus cõtraxit ſcien
te dño, & cõſentiente, & tunc prius debet reddere debitum,
quia eum dñs cõceſſerit principale. ſ. matrimonium intelligi-
tur acceſſoria ẽt cõceſſiſſe. ar. §. de offic. de leg. præterea in ſin.
8. diſtincti. quo iure. Aut cõtraxit eo ignorante & cõtradicen-
te, & tunc videtur quòd dñi mandatum prius debeat adim-
plere, niſi probabiliter, timeat periculum adulterij, & dilatio
ne.

ne. Addit glo.ibi vel niſi magnum fiat præiudicium vxoris.
Alioquin poſſet dominus ſeruitio ſerui ſui, ſine culpa ſua om
nino priuari, quod eſſe non debet, vt hic. Et idem no. frat. Ioã.
in ſumma confeſ.tit.de impedimento conditionis, q. 10. pone
quod dominus &c. dicens q̧ his concord. Thom. & Pe.in ſcri
ptis. & Inno. & Hoſt.hic. Pro primo membro, quando contra
xit domino conſentiente. facit. ff.de ope.libe.l.ſi duorum. &
& l.ſicut. quæ loquuntur in operis debitis à liberto patrono,
& quæ facilius tolluntur quam debita à ſeruis domino, vt hic
4 vnde ſecure potes tenere diſtinctionem primam. †Si quæritur
de ſecundo caſu, refert ſecundum Hoſtien.hic. Aut ambo cõ
iuges ſunt ſerui, aut alter tantum, ſi ambo tunc, Aut diuerſo-
rum dominorum ſunt, & tunc ſi dominus ancillæ ipſam reti
nere velit, ſicut & poteſt, & emptor ſeruum ſecum ducere, ſi
hoc liceret, contingeret de neceſſitate fieri diuortium ipſo fa
cto, & ideo habet locum opinio Tanc.hic, ſ. quòd prohiben-
da eſt talis venditio.argumen.C.communia vtriuſque iudi.l.
poſſeſſionum. & 54.diſti.fraternitatem. & cogi debet vende-
re alij bonas conditiones offerenti. Intereſt enim reipublicæ,
ne quis re ſua male vtatur inſtit.de his qui ſunt ſui, vel alie.iu.
§.ſed hoc tempore. ff.eod.titu.l.dominus. & de off.præfe.vrb.
l.j.§.quod autem. Aut ſunt eiuſdem domini, & tunc. Aut am-
bos vendat, aut ambos retineat.argum.l.alleg.poſſeſſionum.
Si alter tantum eſt ſuus ſeruus, vt quia ſeruus contraxit cum
libera, tunc habet locum opi. Ali.ſ. quòd dominus poteſt ipſũ
ſeruum vendere in longinqua regione, & vxor tenetur eum
ſequi, ſicut not.in leproſo.s.tit.2.c.1.ſecundum Hoſt. hic, &
de hoc tangit non tamen ita plenè in §.alleg. ſed an conſenſus
ſub.§.quid ſi dominus vult vendere &c. Opi.tamen Tan.ſ. q̧
indiſtincte prohibenda eſt talis venditio, & cogi debeat eũ,
vendere alicui propinquo bonis conditionibus: tenent Rofr.
Goff.Phi.Vinc.& Inno.hic, & Thom.& Pe.in ſcrip. & frater
Io.in ſumma confeſ.titu.de impedimento conditionis. q. 11.
quid ſi dominus &c. Dicit tamen Pet. q̧ ſi matrimonium eſ-
ſet contractum ſine licentia domini, & non haberet iuſtũ em-
ptorem in terra, q̧ eam poſſet vendere etiam ad remota loca,
aliàs non debet hoc facere. Quã opi. credo veram in ancilla,
quæ virum ſequi tenetur, vt dixi.s.de ſponſ.de illis, ſecus ĩ ſer
uo quem vxor ſequi non tenetur, in quo teneas.s.dictum. Et
no. quòd ſi ambo coniuges habent dominos diuerſarum re-
gionum, ita quòd vir & vxor conuenire non poſſint ad con-
iugale officium exercendum, tunc ſecundum Goff.in ſumma
eod. tit.§.ſed quid ſi diuerſi &c. vt euitetur fornicationis ma-
teria, cogatur per eccleſiam dominum vendere alteri volenti
emere, argum. pro hoc. C.de ſeruo communi ma.l.1. quod ſi
neuter vult vel poteſt emere, cogatur vendere cuilibet extra-
neo in prouincia conſerui, vel venalem exponat, & ſi nullus ap
pareat emptor, emat eccleſia ar.54.diſtinction. fraternitatem.
idem no. frater Io.in titu.alleg.de impedimento conditionis.
q.12. quid ſi coniuges, &c. & Aſten.illo eo.tit. arti.2.q.quid ſi
ſint domini. & q.ſeq. & ſeq.

1 *Erroris diuiſio.*
2 *Erroris definitio.*
3 *Error an matrimonium impediat.* 5.
4 *Baptiſmatis character non tollitur, per hæreſim ſuperuenientẽ.*
6 *Error an impediat actum gerendum.* 8.
7 *Errans non conſentit.*
9 *Matrimonium ſeruo cum libero an ei obſtet, vt ſeparari non poſ-
ſit.*
10 *Credendum non eſt cuilibet.*
11 *Iudicij euentus eſt dubius.*

PRopoſuit. ¶Si quæritur vtrum & quis
error impedit matrimonium
1 contrahendum, & dirimit iam contractum, †Di-
ſtingue quatuor errores. Eſt enim error perſonæ
2 error cõditionis, error fortunæ, & error qualitatis
Et† quidam error eſt aliud pro alio reputare. 22.q.2.in quibus
3 38.diſtin.quamuis. †Aut ergo quæritur de errore perſonæ, &
ille impedit matrimonium contrahendum & dirimit iam cõ
tractum 29.q.j.in ſumma. vbi pleniſſimè de iſta materia, per
Io.de hoc etiam per Aſten.titu.de impedimento erroris. arti.
j. Aut de errore conditionis, & tunc, aut de errore conditiõis
ſeruilis, aut conditionis alterius. Si conditionis ſeruilis, tunc,
aut eſt error talis conditionis, per quam fit deterior errantis,
conditio, vt ſi quis liber contrahat cum ancilla credens con-
trahere cum libera, & talis error impedit matrimonium con-
trahendum, & dirimit iam contractum, vt in ſumm. alleg. &
hic per totum. Aut eſt error melioris, vel paris conditionis,
melioris, vt ſi quis putat contrahere cum ancilla, quæ in verita
te libera eſt, & talis error non inducit diuortium, cum errãtis
melior fiat conditio, ergo etiam eo inuito contra ipſum poſ-
ſumus iudicare. ar. ff.de nego.geſt.l.ſoluendo. de lib.cauſa.l.j.2.
& 3.ſecundum Vinc.Phi.Innoc.& Hoſt.Io.And.hic. & Goff.
Hoſt.& Ioan.And.j.eod.c.fin. Et Io.& Archi. 29.q.2. in ſum.
ſed Ber.yſ.& M.contra.quorum opin.recitat Ioan.eo. cauſa,
& q.c.3.in fin. Et idem ſi paris, vt ſi ſeruus contrahat cum an-
cilla credens eam liberam, quia non habet, quid ſibi obiiciat.
22.q.6. per totum. & j.de diuor.capit.ſignificaſti, ſecundum
Inno.hic, & idem Gof.j.eod.c.fi.& frater Io.in ſumma.conf.
titu.de impedimento conditionis, q.1. & ſeq. & Aſten.illo eo-
dem titu. & Bonon. & beatus Thom. & Pet. & Albe.in ſcript.
diſtinct.36. & Hoſtien.in ſumma eod.titu. Si eſt error alterius
conditionis quam ſeruilis, tunc non impedit nec dirimit, vt
ſi libera contrahat cum aſcriptitio, licet lex contradicat, in au
then.de nup.§.aſſcriptitio. & C.ad ſenatuſconſul.claudi.l.vna,
vt no. Vin.hic. & Ioan.poſt eum. & Hug. & Ioan.de Fa. & Ar-
chi. 29.q.2.in ſumma. & Hoſtien.in ſumma.eod.titu. §.fi.ver.
quid ſi liber contrahat. & frater Io.in ſumma confeſ. titul. de
impedimento conditionis.q.2. & Aſten.eod.tit.in prin.q.vtrũ
error. licet Ioan.videatur tenere contrarium in ſumma alleg.
Aut quæritur de errore fortunæ, vt ſi puto contrahere cum di
uite, & eſt pauper, & talis error non impedit nec dirimit. Aut
de errore qualitatis, vt ſi puto contrahere cum ſancto homi-
ne, & eſt quidam peccator, & talis non impedit, nec dirimit, vt
probatur de his quatuor erroribus. 29.q.j.cap. q̧ autem. §. Sed
error. Et hoc vltimum quod dictum eſt de errore qualitatis,
verum eſt niſi caſu, puta ſi puto cõtrahere cum chriſtiano, &
eſt paganus, iudæus, vel hæreticus, hic enim non tenet matri-
monium, & ſi à ſciente contraheretur, niſi ad hoc, vt conuer-
teretur ad fidem. 28.q.j.c.j.2.& 3.& c.caue. & per totum. ſecũ
dum Hoſt. & ſatis cõc. Vinc. & Tanc.Phi. & Ioan.And. Sed qđ
4 dictum eſt de hæretico, nõ credo verum, †quia character chri-
ſtianitatis qui imprimitur in baptiſmo remanet, nec tollitur
per hæreſim ſuperuenientem. j.de hære.c.decreuit.lib.6. Et
quòd matrimonium inter catholicum & hæreticum teneat,
not. Hug. & Ioan. 28.q.1.nõ oportet. & Guil.in Specu. rubri.
de diuor.in princ.ver.eodem modo & no.ſecundum Ray. in
ſumma.ſua tit.de impedimento matrimonij & fratrem Ioan.
in ſumma confeſſ.tit.de impedimento matrimonij.qõ.4. no-
minatis impedimentis &c. quòd error perſonæ ex ſui etiam
natura non ex conſtitutiõe eccleſiæ ſicut pleraque impedimẽ
ta matrimonialem conſenſum excludit, quia qui errat nõ cõ-
ſentit. ff.de iuriſdict.omn.iudic.l.ſi per errorem, & errantis vo
luntas nulla eſt. C.de iur. & fact.igno.l. cum teſtamentum. & l.
non idcirco. Et hoc probatur: 29.q.1.§.his ita ver. error vero.
perſonæ &c. & cum his concordant beatus Thom. & Pet.in
ſcriptis. & Aſten.titulo. de impedimento erroris articu.j. q.
vtrum communis error, qui dicunt quod error perſonæ, & er
ror conditionis impediunt matrimonium, quia ſunt quaſi ſub
ſtantialia matrimonio. Error enim perſonæ eſt cõtra materiã,
5 matrimonij. †Error verò cõditiõis cõtra formam ideſt cõtra
indiuiſibilitatem matrimonij, quòd patet quia matrimonium
duo includit ſ. perſonas duas quæ cõiungantur, & mutuã cor
poris poteſtatem inuicem in qua matrimonium cõſiſtit, pri-
mum tollitur per errorem perſonæ, ſecundum per errorem
cõditionis, quia ſeruus nõ põt libere poteſtatem ſui corporis
tradere alteri, ſine cõſenſu dñi ſui. Error verò fortunæ, vel
qualitatis nõ impediunt, quia ſunt cõtra accidentalia matrim o
nij. Ad intelligendum autem prædicta nota quod ad hoc quod
aliquis vel aliqua erret cõſentiendo in vnum, quem putat alte
rum, neceſſarium eſt, quòd per viſum, auditum, vel famam,
habeat aliquam notitiam illius perſonę abſentis, quam credit
6 iſtam præſentem, quia in penitus ignotum, nec affectum, nec
conſenſum dirigere poſſumus. argumen. ff.de cõtrahen.emp.
l.cum ab eo.§.vlti. vnde cum cõſentiat in perſonam abſentem
aliqualiter, vt dictum eſt ſibi notam quam putat eſſe præſentẽ,
conſtat, quod non conſentit in præſentem, ſed eam illam, quam
putat eſſe præſentem, & ſic non eſt matrimonium, quoniam,
in perſona erratur, v.g. aliquis dicit ſe eſſe filium regis Francię
& contrahit cum aliqua credente eum talem cum non ſit. Si
verò nullam notitiam habeat de perſona abſente, non errat in
in ea, ſed decipitur ĩ præſente. v.g. Si angelicus ruſticus veniat
ad aliquam mulierem nobilem, dicẽs ſe eſſe filium regis, eius
regis, vel eius, vel ipſius loquentis, mulier nullam notitiam ha
bet,

bei,& contrahat illa cum eo credens eum filium regis,nõ impeditur matrimonium, quia non fuit error perſonæ, ſed potius qualitatis,quæ non impedit matrimonium, ſicut nec error fortunæ,vt in §.alleg.his ita. Dicit tamen gloſſ.ſuper Ray. & idem frater Io.in.in q.alleg.4.quòd in hoc caſu. ſ.cum aliquis dicit,ego ſum filius regis,diſtinguẽdum eſt, quia ſi filius teneatur ſubſtantiuè ſub hoc ſenſu, ego ſum talis vel talis, filius regis,vel ſum ille qui eſt filius regis, diſtinguendum eſt, vt ſ.vtrum ſi notus ſit aliquo modo huic mulieri, vel non. Si autem teneatur adiectiuè, vt ſit ſenſus, ego ſum generatus à rege,& rex me genuit,& propter hoc illa contrahat cum eo, non eſt error perſonæ,ſed tantum filiationis,vnde non impeditur matrimonium,ſiue rex habeat filium ſiue non, quia error eſt relationis & non perſonæ,& his concord.beat.Thom. & Pet.in ſcriptis.q.36.vbi dicunt quòd error conditionis ex natura ſui non impedit matrimonium, ſed ex conſtitutione eccleſiæ,ratio autem ſtatus eſt,ne aliquis, ſiue culpa ſua lædatur læſione graui. Error autem perſonæ,abſque conſtitutione eccleſiæ ex ſui natura impedit matrimonium adeo ꝙ non, poſſet eccleſia ſtatuere,quod non eſſet impedimentum matrimonij.& in hoc conc.gl.ſuper Ray.tit. alleg.de impedimento conditionis.& frat.Io.in d.q.j.

Super eo.c.hic. Et j.eo.c.fi.& 29.q.1.c.ꝙ autem §. his ita. & per totum habes,qđ error conditionis impedit tranſlationem dominij corporis, vnius contrahentium matrimonium in alterum,per quod quidem matrimonium,quando non eſt aliquid quod obſiſtat canonicum,transfertur mutuo dominium corporum alterius, in alterum quo ad iura,& ſeruitutes matrimonij, & ideo vir non dicitur habere poteſtatem ſui corporis,ſed mulier, & econtra.ad Ro.7.c.& ſ.de conuer.coniug.c.quidam.in fin.j.de rap.c.cum cauſa.& de conſang.& affi.c.non debet.§. quaternarius.vt dixi ſ.qui cleri.vel vn.c.rurſus.& idem in errore perſonæ.ſ.quod impediat tranſlationem dominij per matrimonium.vt dixi ſ.diſtinct.proxi. Gratia huius ſi quæris,materiã
at ſi clerici.etiam ſi bene pronunciet aliàs.j.de accu.ad petitio
nem.Aut habet poteſtatem ſicut epiſcopus habet in cauſa ma
trimoniali,ſed non ſcientiam,& tunc valet, & ſic verbum po
teſt,hic in textu poſitum propriè, & impropriè tenetur.pro
priè reſpectu poteſtatis, impropriè reſpectu ſcientiæ.peccat
tamen ſi ſine conſilio hoc faciat, vnde aut deleget ſcienti, vel
excitato.vt 2.q.2.c.ſi.de pęni.diſt.6.c.1.j.de pœnis.omnis.C.
de iudi.l. certi. Aut peritiores conſulat. C. de inge. & ma.l.ſi
auiſ.ſ.de conceſ.præb.c.2.de is quæ fi.a præla.nouit.& c.quan
to.ſed et qui commiſit ſcienter ydiota puniendus eſt.C.de cu
ſto.reorum.l.fi.Sed & tertium requiritur in iudice ſpecialiter
aliū corrigente,ſ.quod ſine peccato ſit,alioquin ſeipſum con-
demnat. 19.diſt.ſecundum.& 3.q.7.iudicet.ſecundum Hoſti.
hic.& in ſum.tit.de matrimonio contrac.contra interdic.ecc.
§.à quo.in fi.& concor. Io.And.hic.

1 *Diſpenſationes reſtringendæ ſunt.*
2 *Diſpenſatio ad epiſcopatum, non extenditur ad Archiepiſcopa-
tum.*

QVod dilectio. ¶Si quæritur vtrum be-
neficium principis ſit latè
vel ſtrictè interpretandum, Diſtingue vt dixi.ſ.de
1 dona.c.cum dilectus. † & vtrum diſpenſatio ſit ex
tendenda ſeu amplianda,vide per Inn.ſ. de conceſ.præb.c.di-
lectus.vbi dicit quod ſi aliquis habeat diſpenſationem, quod
obſtet defectus natalium, vel crimen,vel aliuſquin poſſit ho
nores & dignitates eccleſiaſticas obtinere,tamen non poterit
per hoc epiſcopatum obtinere. Nam diſpenſationes reſtrin-
2 gendę ſunt,vt hic & ſ.de tranſla.epi.c.vlt.† imo plus dicit qđ
ſi diſpenſatum eſſet cum aliquo ſuper epiſcopatu non intelli-
gitur diſpenſatum ſuper archiepiſcopatu. 12.diſt.nos conſue-
tudinem.& idem Hoſt.ibi: & in c.alle.dilectus.idem Goſ.in
ſum.qui fi.ſint legi.§.ſed quæritur an videtur. Idē ſentit Ray.
in ſum.eo.tit.iuxta fi.& Spe.tit.de offi.deleg. legati.§.poſtre-
mo.vt Guil.Et Io.And.j.de filijs presby.c.1.lib.6.idē Com-
poſ.ſ.de elec.cum in cunctis.& Abb.& Io.And.in c.innotuit.
& Ber.in c.cum Vintonien.ſuper verbo promeruit.& Hoſti.
& Abb.ibi & Ber.eod.tit.c.ſcriptum eſt.ſuper verbo præſum-
ptione.& Hoſtien.& Abb.ibi.

1 *Falſa cauſa an actum impedit.*
2 *Diſpenſatio ſurreptitia nulla.*
3 *Diſpenſatio eſt odioſa.*

QVia circa. ¶Ad ſolutionem contrariorū
ſignatorum hic in gl.fi.ſi quæri
tur vtrum falſa cauſa impedit actum ſeu confeſ-
ſionem alicuius rei factam. Diſtinguit hic. Hoſti.
1 † Aut quæritur in fauorabilibus, & dic quod nō,
vnde falſa cauſa non impedit religionem. ſ. de conuer.coniu.
ex parte.2.nec legatum.ff.de leg. 1.l.ſi ſic.§.1.de cond.& dem.
l.falſa demonſtratio.& l.cum tale.§.falſam.C.de falſa cā adiec.
l.2.inſti.de leg.§.huic proxima. & §.longe.nec libertatem ſeu
præſtationem libertatis.inſtitu.quib.mann.non licet.§.ſemel.
Aut quæritur in odioſis & dic quod ſic. vt patet in diſpenſa-
2 tione.† nunquam.n.valebit diſpenſatio per ſubreptionem ob-
tenta.argu.C.ſi ex falſis inſtru.l.2.ff.de iudi.ſi pręt or.de natal.
reſtitu.l.1.de aut.tu.l.nulla differentia.ſ.de elec.c.dudum.2.§.
pen.ſicut nec abſolutio.j.de ſent. excom.cum pro cauſa.ſ.de
reſcrip.ſuper literis.de fide inſtru.quod ſuper his. 2.q.3.§. no-
tandum.Quod ergo hic valet diſpenſatio,hoc facit auctoritas
huius ſecundæ literę,vnde quod dicit hic diſſimulare.expone
ex certa ſcientia,& de noſtra licentia quam damus auctorita-
te præſentium,& ſic tacitè ex certa ſcientia quod nihil valebat
approbamus.ſic.ſ.de ſupplen. negli.præla.c.pen.de cog.ſpiri-
tua.ſuper eo.in fi. nam ſtultum eſſet dicere quod in adulterio
remanerent,& tamen diſpenſatio ab initio non tenuit.Sed ex
hac diſſimulatione tacitè roboratur ſecundum Inno. Hoſt.&
3 Io.And.† & ſic diſpenſatio eſt odioſa, vt patet in eo quod leg.
& no.ſ.de tranſla.epi.c.vlti.de filijs presby.c.1. & 2. de præb.
is cui.1.& c.non poteſt.lib.6.vel ſi ipſam fauorabilem reputes
hoc tamen trado pro regula,quod vbi diſpenſatio ſedis apoſto
licæ neceſſaria eſt: oportet quod oſtendatur non ſuſpecta, vt
patet in eo quod leg.& no. ſ.de reſcrip.c.2.& j. de ſciſma.c.2.
de crimine falſi.c.2.& c.dura.c.licet.c.quam graui.& c.ad falſa
riorum.& ſ.de filijs presby.c.pen.& fi.ſed ſurreptiua non eſt
ſine ſuſpicione. imo expreſſus caſus eſt quod non prodeſt.ſ.
de elec.dudum.2.§.inſuper.ſecundum Hoſt.& in c.alleg.non
poteſt de præb.lib.6.Et cauſa diſpenſandi fuit hic graue ſcan-
dalum quod inducit iuſtam cauſam diſpenſandi,vt hic,& not.
ſ.c.proxi.& de tempo.ordi.c.2.ſecundum Hoſt.

1 *Aſcendentes & deſcendentes matrimonium contrahere in in-
finitum prohibentur.*
2 *Affines in infinitum non contrahunt matrimonium.*
3 *Collaterales vſque ad quotum gradum matrimonium con-
trahunt.6.*
4 *Filij fratrum matrimonio iunguntur de veteri teſtamento.*
5 *Matrimoniales cauſæ ſecundum ius canonicum ſunt tractandæ.*

NOn debet. Si quæritur vſque ad quotū gra-
dum extendatur hodie prohibi
tio copulæ coniugalis,diſtingue. Aut quæritur in li
nea aſcendenti & deſcendenti: hoc eſt inter aſcen-
dentes & deſcendentes. Aut quæritur in linea collaterali ſeu
1 trāſuerſali,hoc eſt inter collaterales. † In primo caſu dic quod
prohibitio extenditur in infinitum,ſiue loquamur inter con-
ſanguineos, vnde Adam primus homo, ſi hodie viueret cum
nulla contrahere poſſet, vt inſti.de nu.§.1.ff.de ritu nup.l.nu-
ptiæ.3.C.de nup.l.nemini.35.q.3.progeniem.& c.de conſan-
guinitate.& c.in copulatione.ſecundum Hug.& Hoſ in ſum.
eo.tit.§.vſq; ad quotum.in prin.ver.in aſcendenti.& in rubri-
cella de affi.§.vſq; ad quem gradum.ver.ſed nūquid linea.Idē
no.frater Io.in ſum. confeſ.tit. de impedimento cognationis
carnalis.q.5.qualiter computentur &c.Idem Azo Richardus
Pet.& Aſten.lib.8.tit.de conſang.q.vtrum aliquis tantum di-
ſtaretur.Idem Io.And.in arbore conſan.& affi.§.1.quæro au-
tem.dicens quod alij communiter tenent idē,licet Goſ.con-
tra in ſum.eo.tit.§.item quæritur quantum.& credo quod ma
2 le.† Siue loquamur inter affines, vt inſti. de nup.§.affinitatis.
vt not.Hoſti.in d.ver.ſed nunquid.Idem Io.And.in arbore.§.
vlti.per text.qui dicit quod ęquè abſtinendum eſt conſagui-
neis vxoris vt proprijs.ſ.eo.c.1.in fi.35.q.3.§.æqualiter.& c.
nullum.& c.de propinquis.Idem Aſten.lib.8.tit.de affinitate.
3 in fi. In ſecundo caſu refert, † Aut quæritur de illis quorum
neuter eſt in eodem gradu,ſeu in primo gradu,quod eſt idem
in hoc

10 *Cauſa ob quas matrimonium contrahit.*
11 *Impedimentum perpetuum dicitur quod triennio non ceſſat.*
12 *Matrimonium ſeparatum an reintegretur. 14.*
13 *Impedimentum temporale non dirimit matrimonium.*

FRaternitatis. ¶Si quæritur quę eſt impotentia coeundi, & quot
eius ſpecies, & quæ impotentia coeundi impedit
matrimonium contrahendum,& dirimit iam con
tractum, diſtingue. Aut quæritur de primo.ſ.quę eſt impoten
1 tia coeundi, † & dic quòd eſt vitium ſeu defectus naturalis,
ſeu accidentalis quo quis impeditur alteri carnaliter commi-
ſcere, ſecundum Hoſti. in ſum.eod.tit.§.1. vel dic ſecundum
Ray.in ſum.eo.tit.in prin.&fratrem Io.in ſum.confeſ.eo.tit.
q.j. Quod eſt vitium animi vel corporis, vel vtriuſq; quo quis
2 impeditur alij carnaliter commiſceri, quod quaſi idē eſt. † Aut
quæritur de ſecūdo.ſ.quot ſunt eius ſpecies. & dic quòd duę,
ſecundum Ray.Gof.& Hoſt.in ſum.eo.tit.§.1.& fratrem Io.
eo.tit.in 2.q.2. Nam alia eſt naturalis impotentia, alia acciden
talis. Naturalis eſt duplex. Alia temporalis communis, quæ at-
tingit propter defectum ætatis, tam in maſculo quàm in fęmi
na. Alia perpetua, quæ contingit aliquando propter frigiditatē
nimiā, & hoc in maſculo tantum locum habet. aliquando pp
nimiam arctationem, & hoc in fœmina tantum locum habet.
Accidentalium autem alia violenta, vt caſtratio, alia occulta,
vt maleficium quod fit per quædam maleficia, quæ dicuntur
3 ſoroſes vel facturæ. † Aut quæritur de tertio.ſ.quæ impoten-
tia coeundi impedit matrimonium contrahēdum, & dirimit
iam contractum, & tunc refert: Aut quæritur de impotentia
naturali, aut de accidentali. Si de naturali: tunc aut temporali:
vt in pueris, & talis ſecundum Ray.& Hoſt.in §.3.& fratrem
Io.in q.3. adueniente impubertate expirat, ergo quandiu du-
rat, tantum impedit matrimonium contrahendum: vt 30.q.2.
c.vnico.j.eo.quòd ſedem. vbi idem no. Hoſti.& Io.And.hic,
vnde dicitur quòd omne delictum cadit in impubertatē præ
ter delictum carnis.j.de delic.puero.c.1.ſecūdum eos. Quod
intellige ſane quòd adueniente pubertate expirat, quo ad hoc
vt ante, & non poſt impediat & dirimat matrimonium, vt in
iuribus alleg.& s.de ſponſa.tuæ.in fi.de deſpon. impub.c.2.&
c.puberes.& c.continebatur.& c.de illis.1.& 2.& c.à nobis.
& per totum. Sed non eſt verum dicere, quòd quandiu durat
impedit matrimonium cōtrahendum niſi vſq; ad tempus pu-
bertatis. Nam quandoq; contingit quòd illi qui ſunt ætatis le
gitimę ad contrahendum & ſpecialiter maſculi non ſunt po-
tentes ad actum vſque forte ad 17.annum vel 18.annum, &
tamen propter hoc non impeditur nec dirimitur matrimo-
nium poſt ætatem legitimam.ſ.18.annos, completos in ma-
ſculo.& 12.annos, in fœmina contractum, vt dixi plene in c.
alleg. puberes. Aut de perpetua impotentia, & tūc Aut de ma
ſculina vt frigiditate, & illa impedit matrimonium contrahen
dum, & dirimit iam cōtractum, vt 33.q.j.c.j.& 2.s.eo.c.j.& 2.& c.
laudabilem. Et talem frigidum appello caſtratū, nec dr̄ in hoc
caſu matrimonium contractum diſſolui. ſed à principio nullū
fuiſſe. in aut.de nuptijs.§.ſi vero.colla.4.ſecundum Ray.Gof.
Hoſt.& fratrem Ioannem, idem ſi careret lancea, vel habet eā
4 ſiccam & aridam. † Vnde ex parte viri poteſt eſſe quadruplex
impedimentum a parte naturę, aut ex frigiditate, aut ex nimia
carnoſitate, aut ex defectu lanceæ, aut propter ſiccitatē eiuſ-
dem, & vnum ab extrinſeco, vt notat Pet.de ſampſo.& Ioan.
5 And.hic, & Abbas in fine operis ſui. † Aut de fœminea vt ar-
ctatione vel alio impedimento inſtrumenti a natura contra-
cto, vt s.eo.c.ex literis, & tunc refert: Aut poteſt ei ſubueniri
ope medicorum ſine graui periculo corporali, & tunc non im
pedit nec dirimit. Aut nullo modo iuuari poteſt, vel poteſt ſed
cum graui periculo imminenti, & tunc impedit & dirimit, vt
hic in §.nos autem. & §.per hoc autem. quia non poteſt eſſe
vxor quæ apta non eſt ad viriles amplexus vel quia inſtrumen
tum naturale impeditum eſt, aut quia deeſt competēs quia for
te vix iniungere poteſt, vnde perinde eſt ac ſi non haberet, vt
hic in prin.& s.eo.c.ex literis.arg.s.de tranſla.epi.c.inter cor
poralia.§.ſed neq; ſecundum eos. cum quibus concor. beatus
Tho.& Pet.in ſcriptis.diſt.34. Et intelligas quòd ſi ſit ita lata;
quòd non poſsit cognoſci, vel aliàs qualitercunq; ſit impotens
ad carnale debitum reddendum, matrimonium impeditur, qđ
decre.non diſt.s.eo.quod ſedem ſecundum Hoſti.in ſum.eo.
tit.§.4.& Hoſt.& Io.And.s.eo.conſultationi. Secus ſi cogno-
ſcibilis ſit quoquo modo, quamuis concipere non poſsit, vel
in lecto mingat, vel mortuos pariat. quia hoc edictum prohi-
bitorium eſt, vt s.de ſpon.cum apud.ſecundum Hoſt.cū quo
concor.Gof.in ſum.eo.tit.§.quid ſi vir.& frater Ioan.in ſum.
confeſ.eo.tit.q.11.quid ſi mulier.& Aſten.lib.8.eo.tit.in prin.
licet Io.in hoc contrarium innuat.27.q.2.c.omne itaq;.gl.j.in
fi.& Lau.& Io.de Fa.ibi, vbi etiam de hoc per Archi.in gl.ad-
de idem not.hic &c. Hæc autem omnia intelligas quando in-
ter potentem & impotentem contractum eſt matrimonium
ignoranter. Nam ſi ambo ſciunt impotentiam, & volunt ni-
hilominus ſimul contrahere, vel poſt contractum ſimul rema
nere poſſunt: non tamen credas quòd ſit matrimonium, ſed
qui talem habere non poteſt, vt vxorem ſaltem habeat vt ſo-
rorem, æqua lance mulier habebit maritum vt fratrem, vt s.c.
proxi.§.quod ſi ambo. Vnde viuere poſſunt caſtæ ſimul mo-
6 rātes. quid mirū? † Nam & ſi veri coniuges eſſent in domo ꝓ-
pria continere poſſent ſi vellent.33.q.5.quod deo pari. Quod
ſi alter vel ambo inhoneſtè viuāt, occurrat epiſcopus.s.de off.
ordi.c.5.& c.licet. ſi tamen potens cum alia contrahat, ſemper
tenet matrimonium ſecūdum, & cogitur impotentem vt ſo-
rorem tenere, & alere. Et hoc in caſu illius.c.conſultationi.ſ.
quando potens ſcienter contraxit cum impotente, aliàs ſi igno
ranter, nec vt ſororem tenere nec alere eam tenetur ſecūdum
Inno.& Hoſt.& Io.And.ibi, & Aſten.eo.tit.in fi. Et in hoc qꝫ
dicunt quòd tenetur eam tenere vt ſororem, concor.Ioan.33.
q.5.ſi quis acceperit.in fi.ſed contrarium huius not. Bern.s.c.
proxi.§.quòd ſi ambo.& Vin.j.eo.c.fi.dicens, quòd hoc caſu
non eſt matrimonium, & quòd non compellitur quis remane
re in ſocietate quam non vult.ff.pro ſocio.l.ſi vnus.§.fin. ſecus
forte in maleficiato ſi ſcienter contraxiſſet ſecundum eum:
& idem recitat Arch.in d.c.ſi quis acceperit. nullam partē eli-
gens. Ego vero credo primam opinionem veram vbi talis ſo
cietas non eſſet odioſa viro vel vxori ſuperinductę, nec indu-
ctiua alicuius peccati, aliàs credo ſecundam opi. veram.arg.ff.
7 de leg.a.l.cum pater.§.dulciſsimus. † Sequitur de impotentia
accidentali, & tunc Aut eſt violenta, & quæ violenter infer-
tur, vt ſectio propter quam quis amiſit virilia ſeu ambos teſti
culos & dicitur ſpado, & tunc Aut præceſsit matrimonium, &
tunc impedit & dirimit matrimonium poſt contractum. Sic
intellige.s.eo.quod ſedē in fi.& c.ex literis. Aut ſequitur ma-
trimonium, & tunc ex quo ſemel tenuit matrimoniū per im
pedimentū ſuperueniens non tollitur.s.de eo qui cogno.con
ſang.vxo.ſuæ.c.diſcretionem.32.q.7.hi qui ſani.& ea.q.32.q.j.
dixit dominus. Aut eſt dubium vtrum præceſsit vel non, &
tunc præſumitur quòd impedimentum matrimonium præ-
ceſsit, vt ſic expediantur nec remaneant impediti.argu.C.de
ædil.ædil.l.3.& j.de verbo.ſign.abbate.ſecundum Hoſt.hic, &
8 in ſum.eo.tit.§.3.verſi.accidentalis.&c.& verſi.ſeq. † vbi etiā
dicit quòd ſi quis perfectionem non amitteret niſi vnum teſti
culum contrahere poſſet, ſic poteſt intelligi.ff.de libe.& poſt-
hu.l.ſed eſt quæſitum.§.ſpadonem.de ædil.ædiles.§.filius.de
iure doti.ſi ſerua.§.ſi ſpadoni. nam & hoc militat.ff.de re mili.
l.qui cum vno.& in hoc concor.Gof.in ſum.eo.tit.§.de caſtra-
ſtris.in fi.& Io.& Arch.32.q.7.c.hi qui.& Ala. Vin.& Io.s.e.
quòd ſedem. Et eandem diſtinctionem facias in impotentia
accidentali proueniente ex parte mulieris per ea quæ no.Inn.
& Hoſti.s.eod.ex literis. Aut ex occulta impotentia, vt eſt illa
quæ prouenit ex maleficio, & tunc refert, quia quandoq; male
ficiatur homo ita quòd redditur impotens omnibus præter-
quam vni, & hoc maleficium vocatur ſortilegium ſiue fattu-
ra, vt ſi illa vxor ſit: bonum videtur tunc ſortilegium cū adul-
terium vitetur. Quandoq; maleficiatur homo adeo quòd nō
poteſt cognoſcere vxorem ſuam, ſed bene omnes aliàs, & tūc
9 † Aut tale maleficium ſequitur matrimonium iam cōtractū,
& tunc non dirimit ſicut dictum eſt de alijs impedimētis. aut
præceſsit, & tunc aut maleficium eſt tple, & tunc nullum prę
ſtat impedimentum matrimonio. Aut eſt perpetuum, & tūc
impedit contrahendum, & dirimit iam contractum, vt 33.q.
1.ſi per ſortiarias. Sed quomodo ſcietur an ſit perpetuum, vel
temporale? reſpondeo ab initio quòd licet maleficium præſu
matur temporale, quia omnis homo pubes creditur potēs ad
coitum, ſed ex quo per triennium cohabitauerunt ſimul dan
tes operam ſtudioſam carnali copulæ, ſi adhuc durat impedi-
mentum præſumitur perpetuum, vt §.c.proxi.& j.cap.proxi.
hæc no. Hoſti.in ſum.eo.ti.§.4. ver.occulta vero. & Hoſti.&
Io.And.hic. & Rayn.in ſum.eo.ti.§.4.& frater Io. in ſumma
confeſ.eo.ti.q.13.& Tho.& Pe.in ſcriptis. Aut dubitatur vtrū
præceſsit matrimonium vel non, & tunc dicunt Hoſti.& Io.
And.hic, & Aſten.lib.8.ti.de maleficio quòd debet præſumi,
quòd præceſsit, vt ſic expediantur, nec maneant impediti, vt
ar.C.

ar.C.de ædil.ac.l.3.j.de re iud.Abbate ſane.lib.6.Nec ob.ſ.de
teſti. licet ex quadam.lib.6. quia illud verum eſt quod matri-
monium poteſt habere effectum.ſ.fornicationis euitationẽ,
vel bonum prolis,quod hic non poteſt propter impotentiam
coeundi.Sed vtinam dicit Hoſt.quòd Papa in hac materia fa-
ceret duas decretales,vnam quòd quicunque maleficiatus eſt
cum illa cum qua maleficiatus perpetuo contrahere non poſ-
ſet,& quòd ſi contraheret non teneret, & ex quo moram per
triennium contraxiſſent cenſetur perpetuum impedimentũ.
Aliam quòd ſi non apparet vtrum impedimentum præceſſiſ-
ſet,vel ſecutum eſſet,matrimonium præſumeretur præceſſiſ-
ſe,& matrimonium non teneret, ſimile not.ſ.de ſpon.is quæ
fidem. aliàs forſan non eſt hodie ſufficienter prouiſum in hac
parte ſecundum Hoſti.Sed Io.no.contrarium.33.q.1.in ſum.
dicens quòd in dubium præſumendum eſt quòd ſecundũ ſit
matrimonium per dictam.l.3. C.de ædil.ac. Idẽ Goſt.in ſum.
eo.ti.§.ſed quid ſi dubitetur.& Card.j.de decimis.ſtatuto.gl.
ſed quid.lib.6.op.Hoſt.poſſet dici verior cum quilibet ipſorũ
ſeparatorum adinuicem ſit habilis ad exercitiũ copulæ coniu
galis cum alijs,ideo ſeparatio videtur fauorabilior quã in caſu
alterius impedimenti quod non ceſſat matrimonio diſſoluto.
Sed Inn.j.c.proxi.dicit cum Dam.& cum Card.33.q.1.ſi per
ſorciarias.quòd propter maleficium nullum matrimoniũ ſe-
parandum eſt:& ratio, quia omne maleficium temporale eſt,
& ſolui poteſt ſine diuino miraculo ſaltẽ per illum qui ipſum
induxit:q̃a quicquid ligatur ſolubile eſt.arg.hic in ver.nos.tñ.
& in auth.de nup.§.nuptias & c.ſi per ſorciarias. non tenet:&
decre.j.proxi.intelligenda eſt de naturali frigido.Sed Hoſt.ſ.
eo.tit.§.3.in fi.ver. quid tamen dicit quod opinio iſtorum eſt
omnino abijcienda tanquam dura & nimis oneroſa,quoniam
præſtaret materiam homicidio,& adulterio,ſi homo ſtaret cũ
vxore,& eam cognoſcere non poſſet,cum eſſet potens,& ido
neus alijs mulieribus. Item nec ſemper poteſt ſolui maleficiũ
per illũ qui fecit,vel q̃a mortuus eſt:vel quia maleficus nõ põt,
vel neſcit delere ſm Goſ.& Hoſt.Itẽ rationabiliter probatur
10 Dam.Card.& Inno.male ſentire, † quia cauſæ principales pp
quas contrahitur matrimonium.ſ.fides & euitatio fornica-
tionis,& ſuſceptio prolis.vt legitur,& no.de condi.appo.cap.
vlti.deficiunt,ideo matrimonium nullũ erit.Item dicit Hoſt.
in c.proxi.ver. prædictis vero quòd non videt quòd dictum
c.ſi per ſorciarias.per aliquod ius ſit correctum, & aliàs ma-
gnus exinde ſequeretur error,cum propter maleficium om-
ni die & quotidie matrimonia diſſoluantur:nec videt vt dicit
qualiter naturaliter frigido habẽti pubertatem plenã ſit trien-
nium concedendum:& ideo nedum in frigido habẽti plenam
pubertatem,ſed etiam in maleficiato intelligit iſtam decre.j.
proximam,& illam.ſ.proxi.ad quod probandum ſic intitula-
ta eſt hæc rubri. de frigi. & malefi. vt ſcias quòd matrimoniũ
ſicut propter frigiditatem, ſic & propter maleficium ſepara-
tur:alioquin fruſtra iunxiſſet & maleficiatis. Rubrica autem
ſiue titulus & eius ſignificatio attendenda eſt.ff.ſi cer.pet.l.1.
ſecundum Hoſt.j.c.proxi.idem Tan. Vin. Goſ.& Ber.& Io.
And.idem etiam Ber.hic in gl.ar. quòd nullum vnde igitur di
cta decre.j.proxi.& c.alle.ſi per ſorciarias.tenens & habent lo
11 cum vbi perpetuum eſt impedimentum, † & eſt perpetuum
quod nõ ceſſat infra triennium per exorciſmos & orationes t
vt hic ſecundum eos. Item nota quòd iuramentum eſt cum
dicitur,promitto vel dico ſub periculo animæ meæ, vt hic.&
hoc notant Gui.& Io.An.j.de ſepul.c.1.lib.6.

Super eo.c. ¶Si quæritur vtrum matrimonium ſe-
paratum propter aliquod impedimen-
tum.ſublato vel ceſſante impedimẽto iter debeat reparari ſeu
12 reintegrari,diſtingue.† Aut eſt ſeparatum propter maleficium
& tunc non ſeparatur,vt 33.q.1.ſi per ſorciarias.ſecundũ Ho.
hic.& in ſum.eo.tit.§.vlti.licet Card.ibi & Inno.hic dicant q̃
propter maleficium nullum matrimonium ſit ſeparãdum:vt
dixi plenius.ſ.cap.proxi. Sed Aſten.lib.8.titu.de maleficio.q.
vtrum ſeparati. dicit quòd ſeparati propter maleficiũ ſi poſtq̃
alia matrimonia contraxerint carnaliter ſe cognoſcant ſunt ad
matrimonium primum reuocandi.ar.huius.c.& 33.q.1.quòd
autem.nec ob.c.alle. ſi per ſorciarias. quia illud decre. fuit Ig-
mari Remen.Arch.quòd non tenetur. Vnde dicit ibi gl.quòd
potius dicendus eſt ignarus quàm Igmarus. Idem dicit ſi vir
poſt ſeparationem aliquẽ ſacrum ordinem recipiat, & poſtea
ipſam mulierem cognoſcat, quod non credo per ea quæ dixi.
j.diſt.proxi.in fi.Aut eſt ſeparatum propter frigiditatem viri:
& tunc ſi poſtea appareat potens reintegrabitur,vt ſ.eo.c.j.2.
rñ.& c.laudabilem.§.fi.Aut propter aliud impedimẽtum,vt
puta arctationem in muliere,vel carnoſitatem nimiam viri,&
tunc aut impedimentum eſt amotum per diuinum miracu-
lum,& tunc non reintegrabitur, vt hic,in §.nos autem. Aut
per opus humanum,& tunc aut per opus medicorum,& tũc
Aut cum graui corporis periculo,& tunc non debet reddi pri
mo.Aut ſine graui periculo corporis:& tunc debet reddi ſm
Ber.hic,ſuper verbo idonea prohiberi.& idem Hoſt.Archid.
hic,in §.nos antẽ.ibi abſq; corporali periculo a contrario ſen-
ſu.idem Hug.32.q.7.quòd propoſuiſti. & Aſten.lib.8.ti.de ar
ctatione.q.vtrum matrimonium.& q.fi. licet Inn. dicat in gl.
melius placet quòd in vtroq; caſu debeat reſtitui primo viro.
Aut non per opus medicorum, ſed per frequentem vſum ſe-
cundi viri, & tunc indiſtinctè debet reddi primo viro ſecũdũ
Inno.& Hoſt.hic,& Hoſti.in ſum.eo.tit.§.qualiter.ver.vlti.&
credo q̃ bene licet Io.Tan.Hug.Goſ.Ray.Vin.& Ber.hic,ſu
per verbo cuius ſimili.& ſuper verbo debeat. & Aſten.libr.8.
tit.de arctatione.q.quid ſi mulier.diſtinguant vt prius.Aut cũ
graui,aut ſine graui corporis periculo.Sed primum verius tri
plici ratione.Prima eſt,quia per opus humanum abſq; diuino
miraculo facta eſt apta primo,vt hic,in §.non autem.Secunda
fuit, quia nunc apparet impedimentum fuit temporale quod
13 ex poſtfacto ceſſauit, † ſed nullum temporale impedimẽtum
matrimonium dirimit ſecundum omnes,præterquam ratio-
ne ætatis,vt dixi.ſ.diſt.proxi.in princ.Tertia,quia ſecundum
teſtimonium mulieris apparet nunc eccleſiam eſſe deluſam,
ſic.n.teſtificantur quòd mulier eſt adeo arcta quòd nulli viro
apta eſt: vt hic in primo reſponſo. quòd teſtimoniũ ex quo a
ſecundo viro cognoſcitur apparet falſum fuiſſe:& hoc tenet,
& no.Hoſt.hic,& in ſum.eo.ti.§.qualiter.in fi.& Io.And.hic
poſt eum quamuis tutius ſit quòd Papa in talibus non expreſ-
ſim determinatis, cum noui caſus ſint, conſulatur ſecundum
14 eum.† Et ſi quæritur quotiens poſt primum coitum cum ſe-
cundo viro debeat reddi primo viro, dixit Io.quòd in infini-
tum. Tanc.vero dixit quòd vſq; ad tertiam vicem tantum,
vt no. Ber.hic ſuper verbo fornicario, vel dic q̃ incõueniens
eſſet quòd totiens redderetur,ſed debet fieri inſpectio carno
ſitatis virorum,& ſi ſint ſimiles redditur priori, aliàs non,ſe-
cundum Innoc.& Abb.cum quibus ſatis concor.Goſ.in ſum.
eo.ti.in fi. Vel dic ſecundum Hoſti.quòd ex quo eſt cognita à
ſecundo præſumitur eſſe cognoſcibilis primo: & ideo primo
eſt reddenda ſemel, & cum ea cohabitabit per trienniũ inter-
dicto facto ſecundo ne interim cõtrahat:& ſi in illo triennio
non ſit ſibi apta impedimẽtum præſumitur perpetuum,& ſic
perpetuo remanebit cum ſecundo.j.eo.c.ſeq.& 33.q.1.ſi per
ſorciarias. Si vero ſecundus cum alia contrahat interim cõtra
interdictum eccleſiæ ſeparentur,& tamdiu ſeparatim moren-
tur quouſque triennium ſit elapſum,& tunc apparebit vtrum
cauſa prohibitionis fuerit temporalis,quia.ſ.primus vir ipſam
ſibi reſtitutum cognouit:& ſic tenet ſecundum matrimoniũ
contra interdictum eccleſiæ contractum,quamuis inobediens
debeat pœnitere vel quia non potuit cognoſci a primo,& tũc
ſecundum matrimonium ſeparabitur omnino:& prima mu-
lier reſtituetur ſecundo.j.de matrimonio contracto.c.fi. Et
idem dicendum eſt de ſecunda vxore primi viri. ideo etiã di-
cit hic in fi.quòd talia ex euentu pendens ſecundum Hoſt.cu
ius opinio eſt honeſtior, & videtur verior & eam approbat
Aſten.tit.de arctatione.q.quid ſi primo. Sed quod dicit de ſe-
cũdo matrimonio,melius diceret de tertio,quia in iſto exem-
plo tria ſunt matrimonia,primum inter primum à quo nõ po
tuit cognoſci mulier primo,& ipſam mulierem, ſecundũ,in-
ter ipſam & ſecundum virum,qui portam eius aperuit,tertiũ
poſtquam reſtituta eſt primo ad experiẽdum intra triennium
inter ipſum ſecundum virum, & ipſam ſecundam mulierem.
& ſic tria.

1 *Matrimonium impediunt & dirimunt tredecim cauſa.*
2 *Matrimonium quæ impediunt ſed non dirimunt.*
3 *Feriarum tempore matrimonia contrahi,ſed non conſummari.*
4 *Matrimonij. Adde inſtitutio.*

Literæ. ¶Si quærit quæ & quot impedimen-
ta impediũt matrimonia contrahẽda,
& dirimunt poſt contracta, Diſtingue. Aut quæ-
ritur,quæ & quot impediunt & dirimũt. Aut quę
1 & quot impediunt ſed non dirimunt.† Si quæri-
tur quæ & quot impediunt & dirimunt, tunc dic quòd illa
quæ his verſibus continentur. Error,conditio,votum,cogna
tio,crimen, Cultus diſparitas,vis,ordo,ligamẽ,honeſtas,ſen-
ſus,

ſus,& affinis:ſi ſorte coire nequibi. Hæc ſocianda vetant con
nubia,facta retractant:ſubaudi ſi præcedant. Error.ſ.perſonæ:
Conditio.i.cõditi onis error.ſecus ſi ſit error ſortunę,vel qua
litatis.quod dic vt legitur & not.29.q.1.c.quòd autem.§.1.&
ſ.de coniug.ſeruo.propoſuit.vbi de hoc dixi. Votum duplex
.ſ.ſolenne,quod impedit & dirimit. Item ſimplex quod impe
dit,ſed non dirimit.ſ.qui cleri.vel vouen.c.rurſus.& c.conſul
tuit.Cognatio triplex,& vtraque impedit & dirimit.ſ.carnalis
quæ hodie ad quartum gradum extenditur tantum.ſ.tit.,pxi.
c.non debet.Item ſpiritualis,quæ eſt triplex:vna dicitur pater
nitas, alia fraternitas, alia compaternitas; vt dixi.ſ.de cogna.
ſpiritua.c.martinus.Itẽ legalis quę eſt multiplex:vt dic.ſ.deco
gna.lega.c.vnico. Crimẽ triplex eſt qđ impedit & dirimit.pri
mum vbi quis aliquam per adulterium polluit,& fidem dedit
quòd poſt mortem primæ eam in vxorem ducat:ſecundũ vbi
de facto contraxit & polluit, & hæc duo probantur.ſ.de eo
qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium cap.
vlti.vbi de hoc dixi.tertium ſi machinatus eſt in mortẽ prio-
ris ad hoc,vt ſecundam haberet:vt ſ.de conuer.infideli.c.lau-
dabilem. Cultus diſparitatis, vt ſi vnus ſit iudæus,alter paga-
nus,vel chriſtianus.28.q.1.per totum. Vis i quia in matrimo-
nio requiritur liber conſenſus, vt ſ.de ſponſa.c.de muliere.&
c.cum locum.& c.veniens.2. Ordo ſacerdotis.ſ.vt ſ.qui cler.
vel vouen.c.1.& 2. Ligamen vinculum prioris matrimonij:
qui ligatus vni alteri coniũgi non poteſt.31.q.1.quomodo vir
ginibus.& 32.q.1.nuptiæ.niſi cui reueletur inſtinctu ſpiritus
ſancti:vt j.de diuor.gaudemus. Honeſtas.i.publicæ honeſtatis
iuſtitia,vt ſ.de ſponſa.iuuenis.& c.ſponſam.j.de ſponſalibus.
c.vnico.lib.6.Senſus.ſ.deficiens: vt in furioſo, vt ſ.de ſpon.c.
dilectus. Et affinis. affinitas.n.primi generis ſicut & conſan-
guinitas impedit & dirimit vſq; ad quartum gradum,vt ſ.tit.
proximo, non debet.§.prohibitio. Si forte coire nequiuit, vt
in iſto tit.per totum.Et ſic ſunt tredecim impedimẽta in vni-
uerſo quæ impediunt & dirimunt, quæ enumerat Hoſtien.in
ſum.tit.de ſpon.ſub rubri.de matrimonio.§.qualiter impedia
tur per totum:& Ray. in ſum.tit.de matrimonio.§.16.& bea-
tus Tho.& Pet.& Alberi.in ſcriptis.diſt.34.& frater Ioan.in
2 ſum.confeſ.tit.de impedimento matrimonij.q.1. † Si quæris
quæ & quot impediunt ſed non dirimunt, dic quòd illa quæ
in his verſibus continentur.Inceſtus,raptus,ſpõſatę mors mu
lieris,Suſceptus proprię ſobolis,mors presbyteralis,vel ſi pę-
niteat ſolenniter,aut monialem accipiat,prohibent hæc cõiu
gium ſociandum.Inceſtus,vt ſi quis cognouerit ſcienter con
ſanguineam ſuam,vel affinem.32.q.7. ſi quis viduam.& c.qui
dormierit.& c.concubuiſti.Raptus.ſ.ſi quis rapuerit vxorem
alterius.27.q.2.ſtatutum.ſecus ſi rapiat puellam, vel aliàs ſolu
tam:vt j.de raptoribus.c.pen.& vlt.36.q.2.denique. Sponſatę
mors mulieris: puta ſi quis interficiat vxorem ſuam.j.de di-
uortijs.c.1.33.q.2.admonere.niſi forte ſit iuuenis,& de ipſius
incontinentia timeatur. eadem quæſtio. interfectores.& c.in
adoleſcentia.Suſceptus proprię ſobolis.ſ.ſi quis inſidiando ma
trimonio,vt coniugem poſſit priuare debito communem fi-
lium de fonte ſuſcepit.30.q.1.de eo quod.ſ.de cog. ſpiritu. ſi
vir.Mors presbyteralis.ſ.ſi quis presbyterum interſecit.j.de
pœ.c.2. Vel ſi pęniteat ſolenniter vt dicunt quidam per illud.
c.33.q.2. de his vero. & eſt ratio ſecundum eos: quia vouere
intelligitur. vnde & ſub regula eccleſiæ viuere debent.de pœ.
diſt.5.contrarium. Et iudicantur perſonæ eccleſiaſticæ.12.q.
1.aliud. Hugo vero ſcripſit quòd quilibet pœnitens cõtrahe-
re poteſt matrimonium niſi alicui iniunctum ſit nomine pœ
nitentiæ ne contrahat. Hoc tamen fallit ſicut dicebat in trib.
caſibus.i.in vxoricidio,in raptu ſponſæ alterius,& in inceſtu,
in quibus contrahere prohibetur: & eſt ratio quia in his ma-
trimonium contaminatur: ſed ab his caſib.excipiebat adole-
ſcentes ſicut probant iura inducta. Aut monialem accipiat.ſ.
in vxorem.27.q.1.hi ergo. Prohibent hæc.ſ.crimina, coniu-
gium ſociandum ſubaudi,ſed non dirimunt iam contractum,
vt patet.ſ.de eo qui cognouit conſangui.vxoris ſuæ tranſmiſ-
ſe.hos caſus ponit Hoſt.in d.§.qualiter impediatur.verſi.ſunt
& alia.& Io.33.q.2.c.hoc ipſum, §.de pœnitentibus.& Phili.
Goſ.Ber.& Hoſt.j.de pœ.& remiſ.c.2.Sut etiã alia duo im-
pedimenta quę impediunt matrimonium contrahendum,ſed
non dirimunt iam contractum.Vnde verſus.Eccleſiæ vetitũ,
nec non tempus feriatum,impediunt fieri,permittunt facta te
neri.Eccleſiæ vetitum.i.poſt & contra prohibitionem eccle-
ſiæ,vt j.tit.1.per totum. Nec non tempus feriatum.i.in tem-
pore feriato,quod dic vt legitur & notatur.ſ. de ferijs.capella
nus.in gl.& ita quolibet.& in hoc concordat Ray. Hoſt. Tho.
3 Pet.& Albe.& frater Io.in ſum.conſtit.vbi.ſ. † Et intellige q;
in tempore feriarum contrahi poſſunt ſponſalia, & etiam ma
trimonia,quæ conſenſu contrahuntur,ſed tamen ductio vxo
ris,nuptiarum ſolennitas, & carnalis copula prohibentur, vt
j.titu.1.cap.2. & per totum.33.q.4.non oportet.& trib.c.ſeq.
vt notant Goſ.Ber.& Innoc.in d.c.capellanus.& Ray.in ſum.
ſua tit.de impedimento feriarum.in prin. & frater Io.in ſum.
confeſ.tit.de impedimento feriarum.q.1.& Aſten.lib.8.tit.de
ferijs.& concordat Tho.& Pe.in ſcriptis.diſt.32.quãuis.Hoſ.
in ſum.de matrimonio contrac.contra inter.eccle.§. quid iu-
ris.verſic.ſi temporalis. dicat ſe putare quòd etiam conſenſus
prohibeatur,quia in his diebus non interponit eccleſia aucto
ritatem ſuam,primum verius credo.Et quæ ſunt illæ feriæ vi
4 de in iuribus alleg. † Item nota quòd per illa verba hoc nunc
os ex oſſibus meis &c.fuit matrimonium inſtitutũ quæ fue-
runt dicta ab Adam ore prophetico.Gen.2.27.q.2.lex diuinę.
& hoc tenent Tan.Hoſt.& Io.An.hic, & Guil.& Io.An.j.de.
voto.c.vno.lib.6. licet Ber.contra hic ſuper verbo inſtitutor

¶ De matrimonio contra interdictum eccleſiæ
contracto. Rubrica.

LIteræ. ¶ Si quæritur vtrum ex ſpõſalibus
vel matrimonijs quæ parentes pro
filijs contrahunt ipſi filij obligentur, & ex eis
oriatur iuſtitia publicę honeſtatis. Diſtingue vt
dixi.ſ.de deſpon.impub.c.1.

1 *Iudex poſt appellationem reuocat delationem.*
2 *Iudex poſt delationem appellationis an terminum ſtatuat.*
3 *Iudicis à quo terminus ſtatutus, non offendit iudicem appella-
tionis.*

EX literis. ¶ Ad euidentiam gl. nota quòd li-
cet,ſi quæritur vtrum iudex qui iã
detulit appellationi, poſſit integram delationẽ re-
uocare,& vtrum poſtquam detulit poſſit terminũ
appellanti præfigere ad appellationem proſequendam, Diſtin
1 gue. † Aut quæris de primo.ſ.vtrum poſſit delationem re inte
gra reuocare.et Io.dixit q; ſic:ſicut et aliam intellectoriam,ſed
Tan.contra.Idem tenet Io.And.j.de appel.c.cum appellatio-
nibus friuolis.lib.6.in nouella.ſuper verbo abdicauit pro qui-
bus illud c.&.j.de reg.iur.c.mutare.lib.6.cum concord.ibi al-
2 leg.& hoc teneas. † Aut quæris de ſecundo.ſ.vtrum poſtquam
detulit poſſit terminum aſsignare.& quidam dicunt quòd nõ
per dictum.c.cum appellationibus.& quia per delationẽ prin-
cipale & acceſſoria videntur transfuſa in iudicem appellatio-
nis.ſ.de appel.dilectis.§.præterea.Item non eſt appellans ſine
termino ſaltem iuris.ſ.de appe.cum ſit.Item imputet ſibi qui
potuit terminum ſtatuere & non fecit. C. de iure deli.l.ſanci-
mus.§.ſi verò.ſed Ber.& Hoſti.hic contra,per,c.ſæpe contin
git.ſ.de appel.quod bene facit. Nam ibi litera loquens de dila-
tione iudicis, ſubdit poſtea de termino:quorum opinio ſatis
videtur tenenda ſecundum Io.Andr.in d.c.cum appellationi-
bus.Nec ob illud c.quia loquitur de iuriſdictione quam habe-
bat in principali cauſa quod ſanat tex.ibi eandem quod de iu-
riſdictione cauſæ principalis.de qua in primo reſponſo opor-
tet intelligi quod patet etiam ex ſequentibus ibi,totius cauſæ
& ibi,nec eſt illi cauſa.Item ex hoc dicto nulla ſequitur abſur
ditas: ſed potius ex contrario quod tendit ad prorogationem
3 litium.iſtud ad finem: † nec in hoc iudex appellationis offendi
tur ſed potius coadiuuatur.Item illa decretalis vult quòd hoc
faciat delatio in iuriſdictione transferenda ſuper principali,
quod faceret iuſta appellatio:ſed licet per iuſtam appellationẽ
deferatur negocium principale ad iudicẽ appellationis cum iu-
riſdictione prioris iudicis quo ad id,poteſt tamen ſtatuere ter
minum.ſ.de appel.cum ſit.& c.reprehenſibilis. Item in appel
latione à diffinitiua cui neceſſe eſt deferri: & tamen terminũ
ſtatuere poteſt iudex per iura prædicta.Item cum pars appel-
lans hunc terminum ſtatuere poſſit.ſ.de appel. perſonas. &c.
oblate.& de renunci.veniens.patet quòd hunc terminum ſta
tuere.non pendet ex iuriſdictione:ſed ex ordinatione iudicis:
dato ergo quòd negetur iuriſdictio fateamur eum hoc poſ-
ſe:quid plura:tex.eſt.j.de appellatio.cordi.§.poſt hæc.lib.6.vbi
patet quòd talis terminus poſt delationem ſtatuitur ſecundũ
Ioannem Andr.in d.c.cum appellationibus.vbi etiam tractat,
vtrum ſit locus illi decretali quando ſunt duo iudices & vnus
ſolus detulit.

1 *Matrimonium contra eccleſiæ inualidum interdictum tenet.*
2 *Matrimonium celebrari non debet tempore feriarum.*

3 Matrimonium

3 *Matrimonium contra interdictum eccleſiæ factum, dirimitur.*
4 *Matrimonium contra eccleſiæ interdictum in cauſa falſa fundatum, an valeat.*

1 DE muliere. ¶Si quæritur vtrũ matrimonium contra interdictum eccleſiæ contractum valeat, Diſtingue. † Aut interdictum fit ſine cauſa, & tũc nullum eſt interdictũ. ar. j. de accu. cum dilecti. quia cauſa ſemper conſideranda eſt. ſ. de ſpon. ex literis. 2. in fi. vt eccle. bene. c. vnico. §. vlti. Nam & ſine cauſa volentem tranſigere prætor non audet: vt ff. de tranſac. cũ hi. §. in cauſa. & arg. 23. q. 8. occidit. vt hoc no. Hoſ. in ſum. eo. tit. §. vlti. in prin. & ſ. de ſpon. duorum. c. tua. gl. vlt. in prin. niſi forte fieret a Papa: vt ipſe notat in d. gl. vlti. & ipſe Hoſt. & Io. An. ſ. de deſpon. impub. ad diſſoluendum. in fi. qđ vltimum non credo per ea quæ dixi. ſ. de conſue. quanto. diſt. 2. ad fi. Aut cum cauſa. & tunc refert ſecũdum Vin. Tan. Goſ. Ber. Inn. & Hoſt. & Io. An in d. c. tua. de ſpon. duorum. & Ho. in ſum. eo. tit. §. vlti. Aut cauſa prohibitionis eſt temporalis:
2 † puta interdicitur ne contrahatur propter ferias: & tunc non eſt contrahendum matrimonium contractũ tamen tenet ſecundum eos. quod dic vt legitur & not. ſ. de ferijs capellanus. in gl. & ita quolibet. & dixi. ſ. tit. proxi. c. vlti. Aut perpetua, &
3 tunc aut vera, aut falſa. † Si vera incontinenti lite pendente ſeparantur. i. ſeparati morantur vt hic: & negocio examinato, ex toto, ex toto perpetuũ diuortiũ fertur: vt hic, & 35. q. 3. contradicimus. ſ. de conſan. & affi. non debet. in fi. de eo qui duxit in matrimo. cum haberet in fi. de ſponſa duorum. tua in fi. 10. diſt. vides. 33. q. 4. non oportet. 25. q. 3. imperiali. C. de leg. l. nõ dubium. Niſi conſuetudo quæ ſcandalum generet, & multitudo contrahentium, vel defectus probationis, vel indulgentia domini Papæ rita impetratra in impedimentis perpetuis canonica conſtitutione inductis diſpenſationem cõcedat. ſ. de cogna. ſpiritu. c. j. & c. ſuper eo. quod intellige vt ibi dixi. de con-
4 ſang. quod dilectio. & c. quia circa. † Aut cauſa propter quam prohibitio facta erat, eſt falſa, vel nõ probatur vera: & tunc nõ propter hoc ſolum quòd matrimonium contra interdictum eccleſiæ contractum eſt, dirimendũ eſt, ſed tamen pœnitentia debet iniungi de inobedientia, ſiue cauſa ſit perpetua ſiue nõ: & ne præceptum eccleſiæ eluſorium videatur ad tempus põt matrimonium ſeparari, & vtrique carnalis copula interdici, ſi vtriq; interdictum factum erat: aliàs illi ſoli cui interdictum factum erat, & ſciens contraxit videtur interdicendum ne exigat, & præcipiendum vt ſoluat, vt in toto iſto titulo, & ſ. de ſpon. c. veniens mariota. & c. cum in apoſtolica. quo tempore elapſo libere poſſunt commiſceri: & eſt tempus arbitrarium, quamuis decre. 1. in fi. ſ. eod. ponat vnum menſem. Verum ſi ſine interdicto & lite non pendente, quis contraxerit: & ſic in perſona illius cum qua contraxit publicè in facie eccleſiæ ius acquiſierit illo non debet lite pendente priuari. j. tit. proxi. cũ inter. quod dic vt legitur, & no. ſ. vt lite pendente. laudabilem. Si vero clam contraxiſſent, & opponatur impedimentũ perpetuum, etiam pendente lite poterunt ſeparari, & debebunt ſeparari, quia tunc ab initio contra interdictum eccleſiæ generale contrahitur: quod prohibet clandeſtina matrimonia contrahi. ſ. de clandeſti. deſpon. cum inhibitio. per totum. 33. q. 4. non oportet. & hic ſecundum Hoſti. in d. c. tua. & in ſum. huius tit. §. vlti. verſ. quod autem. de hoc per fratrem Io. in ſum. confeſ. hoc tit. & per Aſten. lib. 8. hoc tit.

¶Qui filij ſint legitimi. Rubrica.

LAtor. ¶Ad euidentiam primæ gl. Si quæritur de materia ſucceſſionis ab inteſtato, & qui ſuccedere debeant ab inteſtato, vide quod dixi. ſ. de ſucceſſione ab inteſtato. c. cum dilectus. &c.

Super eo. c. ¶Ad declarationem glo. ſed videtur ꝙ iſte. Si quæris vtrum præſumatur ꝓ matrimonio vel legitimatione. Diſtinguit. Innocentius hic in gl.
1 notabili. † dicens quòd contra matrimonium, ſ. quòd non ſic præſumitur: niſi contra probetur, vt 30. q. 5. aliter. Sed pro legitimitate præſumitur, ita quòd obijciens illegitimitatem eam probare debet, vt hic, & eſt ratio, quia & hoc & illud eſt in fauorem matrimonij, hoc vt filij ſint legitimi, illud vt clandeſtina matrimonia fiant manifeſta, ſm Inno. & idem Archi. in d.
2 c. aliter. gl. arg. contra &c. † Sed ſalua eorum reuerentia cũ ipſa legitimatio ex ipſo matrimonio oriatur, & procedat, ſicut filia à matre, nõ poteſt præſumi pro legitimatione ex matrimonio reſultante niſi & pro matrimonio præſumatur. Nam natura correlatiuorum eſt talis quòd ad poſitionem vnius ponitur & reliquum, & ad remotionem vnius remouetur reliquum, vt ff. de iureiurã. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. de reſcind. vendi. l. cum emptor. de adim. lega. l. alteri. ſ. de offi. dele. præterea. & de præb. quia ſæpe. lib. 6. Et ideo dic ſecundum Hoſt. hic quod quando clandeſtinè eſt matrimonium contractum, vel quando viuunt parentes, nec eſt diu quod ſimul coniuncti ſunt parentes, ibi præſumitur ſtuprũ, niſi probetur matrimoniũ. ſecus quando parentes mortui ſunt qui ſemper pro cõiugibus ſe habuerunt. Et ſacerdotes & teſtes mortui ſunt, vel qñ contractus eſt antiquus. quod dic, vt no. ſ. de clandeſti. deſpõ. cum inhibitio. §. quare. j. de ſucceſſione præbẽdæ, quia in cunctis. in princ. In tali ergo caſu, vel obijciens illegitimationem non auditur, vel ſi auditur neceſſe habet probare quod intendit, ſicut & quando in facie eccleſiæ contraxerunt, vt hic, & ſ. eo. c. 1. & 2. ſecundum Hoſt. hic, & ſatis concor. quod not. ſ. de ſpon. conſultationi. vbi vide quod dixi.

1 *Legitimatus per matrimonium an ad ordines ſit legitimatus.*
2 *Inualidum an reconualeſcat.*
3 *Legitimus an præferatur naturali prius nato & legitimato. nu. 6. & nu. 8. & 11.*
4 *Natus clerici in minoribus conſtituti per ſubſequens matrimonium legitimatur.*
5 *Legitimatio fit per matrimonium in extremis contractum.*
7 *Reſtitutio natalium non præiudicat iure quæſito.*
9 *Conſuetudo ſuccedendi an præiudicet clerico.*
10 *Clericatus non confertur infanti, nec illiterato.*

TAnta. ¶Ad euidentiam glo. 1. ſi quæris vtrũ filius naturalis legitimatus per matrimonium ſequẽs ſit legitimatus quo ad ordines.
1 † Diſtingue. Aut quo ad ordines receptos ante matrimonium, ſeu legitimationẽ per matrimonium, & dic quòd non. arg. 33. diſt. habuiſſe. Aut quo ad ordines receptos ſeu recipiẽdos poſt matrimonium, & dic quòd ſic, vt hic in primo reſponſo. Et ita intellige quod no. Ber. hic. ita no. Vin. ſ. de elec. innotuit. & Archid. 56. diſt. oſius. de hoc etiam no. 35. q. 8. quid eſt.

Super eo. c. ¶Ad euidentiam gl. arg. quòd licet res.
2 † Si quæris vtrum res deueniens ad caſum a quo incipere poteſt conualeſcat. vide quod dixi. ſ. de iure patro. conſultationib. Item ſi quæris vtrum quod ab initio non valet tractu tẽporis conualeſcat, vide quod dixi. ſ. de ſponſa duorum. c. accepiſti.

Super eo. c. ¶Ad pleniorem euidentiã gl. fi. Si quæris quot ſunt genera filiorum, & qui ſuccedere debeant parentibus, & qui non, vide per Hoſt. hic, & in ſum. eo. tit. §. 1. & 2. Et de hoc dixi plene. ſ. de ſucceſ. ab inteſ. c. cum dilectus. Et vide quod no. Io. An. j. de reſcrip. ſi pro te. in nouella. lib. 6. & de reg. iur. c. ſine culpa. eod. lib. vbi per illam decre. ex parte, & per decretalem quamuis. eo. ti. & per decre.
3 ſi apoſtolicæ. j. de præb. eo. lib. † terminat quæſtionem de legitimo quòd præfertur prius nato, & prius legitimato, vbi conſuetudo inter legitimos defert hæreditatem primogenito. ſicut. n. ſecundum matrimonium eſt collatio legitimitatis, ſic caſus in d. c. ſi pro te. ſi reſtitutio ſit caſus, in d. c. quãuis. ſi confirmatio ſit caſus, in d. c. ſi apoſtolicæ. ſecundum Io. And. in d. c. ſi pro te. Item tenet Hugo & Bart. Brix. in q. dominicali. aliquis habuit filium &c. in c. vero ſine culpa, diſputat pleniſsime quæſtionẽ, quæ ſequitur. An accolitus beneficiatus habẽs. b. filium ex. a. concubina. c. duxit in vxorem, ex qua ſuſcepit. d. filium promotum ad ſacros, demum vxore mortua in extremis agens cum dicta concubina contraxit matrimonium. primo quæritur an ille. b. ſit legitimus. ſecũdo dato quòd ſit, an ſibi debeatur hæreditas quam inter legitimos loci conſuetudo defert primogenito. prima quæſtio habet dubia tria.
4 † Primum an quem naturalem legitimari proſequens parentum coniugum locum habeat in genito ex clerico in minoribus beneficiato, & poſt multa pro, & contra argumenta ſoluit ꝙ ſic, per decre. iſtam, ex quo parentes tempore coitus coniuges eſſe poterant, & quomodo probatur ſimplicem fornicationem eſſe mortale peccatum, vide in cle. de hæreticis. ad noſtrum. verſi. 7. in 1. & 2. gl. Secundum dubium, an id locum habeat cum alter parentum interim aliud matrimoniũ contraxit. & poſt multa ſoluit quòd ſic. ita quòd ius iſtud legitimandi, quod habebant parentes antequam alter contraheret impeditum

peditum pro tempore contractus reuiuiſcit ſublato impedi-
mento. & ſic ſatis ſi in prin. & in fi. hoc licuiſſet. Facit. ff. de ſta
tu ho. l. & ſeruorum. §. ſufficit. inſti. de ingenuis. §. ſufficit. nec
noceat tempus mediú. C. de cura. furi. l. pen. & hoc tenẽt aper
te Gof. & Ho. in ſum. ſuis. de fil. presby. Gof. in verſ. quid ſi qs
5 natus. & Hoſt. in §. 2. in fi. † Tertium an talis legitimatio fiat ꝑ
matrimonium in extremis contractú, & poſt multa ſoluit, ꝙ
ſic ꝑ iſtud generale quod dr̃ edictum de matrimonio prohibi
torium certarũ perſonarum. ȷ̈. de ſpon. cum apud. In extremis
vero laborantem non inuenimus prohibitú, ergo dicamus il-
lum permiſſum, aliàs qui iuraſſet cú aliqua contrahere in ex-
tremis poſitus, haberet neceſſe deierare, ſed nullus de neceſſi-
tate peccat. 22. q. 4. Nabuchodonoſor. verſ. vaſis ire, aliàs eſt ca
6 pitulo. Secunda qõ habet tria dubia, principale eſt. † an natura
li primogenito ſed legitimato poſt natiuitatẽ legitimi compe
tat ſuccedere iure primogenituræ, ꝙ poſt multa hincinde ele
ganter argumenta ſoluit dicens, ꝙ hæc qõ olim fuit diſputata
per Guil. accur. & tenuit legitimatũ pręferẽdum per §. reliqui.
in auth. quib. mo. nat. effi. ſui. ibi ſemel eos efficiẽtes legitimos
damus habere ſucceſſiones illas quas habent hi qui ab initio
legitimi ſunt ẽt ibi in §. illud. aliàs ſi quis ergo. in fi. nihil à legi-
timis filijs differentes &c. & maxime, quia conſideratur tem-
pus mortis. inſti. de hære. quali. & diffe. §. ſui. & §. in extraneis.
ſic ſm̃ eum ex pacto olim inito hodie datur actio. C. de rerũ.
permu. l. ex placito. Et dicebat, ꝙ §. illud alle. ſi quis ergo. ad fi.
vbi dicit ex hoc non debet intelligi. ſ. t pe, vt ibi dicit gloſſella.
ſed ex hoc. ſ. matrimonio & oblatione curię, vel alio modo ad
legitimandũ matrimonio idoneo. idem modernis t pib. tenuit
alius ſolennis doctor hic diſputãs. Idem dr̃ alter ſummæ ſcien
tiæ, doctor in ſtudio Paduano inducens principaliter. l. filio. ff.
de lib. & poſth. ſed Bar. Brix. in q. dominicali. 55. quæ incipit,
aliquis habens filium: tenuit contrarium pro legitimo nato. ſ.
ex primo matrimonio, dicens ꝙ id tenebat Hug. & hãc tenet
ipſe Io. An. ſed tremulus ꝑꝑ illorum auctoritatem & reueren
tiam qui tenuerunt contrarium. & hanc partẽ eligit delibera-
to cõſilio, & rñſo trium doctorum legum ſolenniſſimorum
ſtudij Bonon. doctor ſuus ẽt in theologia hanc partem delibe-
ratus prælegit. Et ad hãc ſolutionem quã Ia. de Bel. cõmenda
bat in aut. qui. mo. nat. effi. ſui. coll. 7. inducit tres decretales ꝑ-
dictas: & hoc modo. Aut dices ꝙ per ſm̃ matrimonium fit in
illum naturalẽ collatio legitimitatis. Aut confirmatio, aut re-
ſtitutio, vel alterius prædictorum fictio. De primo ſit caſus in
decre. ſi pro te. certum eſt ꝙ naturalis habet ſtatũ conditiona
tum ad legitimitatem, ſ. ſi pñtes conſenſerunt in matrimo-
nium: & ille pro quo fuit ibi ſcriptum, habuit ẽt ſtatum con-
ditionatum, ſ. ſi conſenſerunt eps̃ & capitulum. & tñ ſi anteq̃
interueniat ille conſenſus alius canonicatũ in illa eccleſia con-
ſequitur: poſtea ſuperueniat ille cõſenſus, ille ſecundus in grã
qui cõditione præuenit eſt prior, & potior in aſſecutione præ
bendæ poſt vacantis, ſic iſte qui primus aſſecutus eſt legitimi-
tatẽ erit primo potior cuius poſtea legitimitas ſuperuenit. Si
dicas quòd eſt confirmatio ſit caſus in decr. ſi apoſtolicæ, vbi
ſi reſeruatio legati pręceſſerit & cõfirmatio Papalis ſecuta eſt,
tñ poſt reſeruationem & ante confirmationem alter ibi impe
trauit à Papa, iſte medius erit potior. confirmatio. n. præpo
nit illum ſolum ius acquirentib. poſt cõfirmationem. ſic & le-
gitimatio hæc præponit iſtum genitum 1m̃. Si dicas quòd re-
ſtitutio facit. ff. de natalib. reſti. l. 2. ibi natalibus antiquis reſti-
tuit &c. & in d. §. ſi quis ergo. ibi reſtituere prolem neceſſe vo-
7 luerit. tunc eſt caſus in decre. quamuis † vbi reſtitutio nõ prę-
iudicat iuri acquiſito alteri ante reſtitutionem cui conuenit. l.
2. ff. de procur. procedit aũt ſolutio ſi de ſpeciali interpretatio-
ne, vel obſeruantia, conſuetudine, quo ad caſum propoſitũ nõ
apparet. poſtea reſpondet ad contraria. Primo ad §. reliqui di-
cent, quòd mens literæ hoc ſolũ ſonat, quòd ſicut à principio
legitimis defertur, ſic & legitimatis, nec dicit litera quòd cen
ſeantur ab initio legitimi, ſed quòd habent ſucceſſiones quas
habent hi qui ſunt legitimi ab initio. Vide ſimile. ȷ̈. de æta. &
quali. à multis. in fin. ſubdiaconus eligitur in epm̃, ſicut diaco-
nus vel ſacerdos, nõ tñ per hoc fingitur diaconus vel ſacerdos
vel aliter illud vbi iuris repugnantia non impedit talem fictio
8 nẽ, ſecus vbi impedit vt in terminis noſtris. † Vel dic quòd lex
non ponit prærogatiuam in ſucceſſione ex ordine filiationis,
vnde vocatur ſicut ab initio legitimus, cũ hodie vterq; ſit na-
turalis & legitimus, nec iure cõi curamus quis prior: Sed cum
quęritur quis prior procedit: ſolutio, & caſus prædicti quib.
non quærimus de excludendo ſecundo: ſed de poſtponendo,
& per eundem m d . potest . . . ad . . ſi quis ergo. ibi nihil
à legitimis, vel dic quòd nihil differunt, vt ex nunc & in ſuc-
ceſſionib. nondũ pro alijs erant affectę, & ſi ſtemus gloſſellæ,
ibi ex hoc. ſ. t pe habeo propoſitum cui conuenit decre. iſta ibi
poſt contractũ matrimonium. Et qđ no. Hoſ. & Io. And. ȷ̈. de
elec. innotuit. quòd legitimatio ſuperueniens poſt parentum
coniugiũ non ratificat electionem prius factã de legitimato.
ad l. ex placito. dicit qđ facit pro, cum ibi conſideretur vt ex
nunc tp̃s quo concurrit vtrunq;, naturale. ſ. & ciuile. Ad l. filio
rñdet primo quòd inducitur pro: nam ibi exhæredato pro na-
turali emancipato, non impeditur per arrogationẽ, quare reci-
dit in poteſtatẽ, vt ſic vinculum ciuile non tollat impedimen-
tum medij t pis ſuper iure naturali fundatũ, ſic & hoc ius qđ
competit naturali primo legitimo quòd exhæredat illum na-
turalem tñ non tollatur ꝑꝑ ciuilitatem, vel legitimitatem ſu
peruenientem? Item lex illa loquitur de filio ſemper naturali,
& legitimo & à principio in pãte, qui poſtea iure legitimo pri
uatus fuit per emancipationem. Vnde per arrogationẽ potius
dr̃ recuperare ius legitimum amiſſum, quam de nouo quære-
re ad id ff. de pac. l. ſi vnus. §. quòd ſi non ſoluit ẽt alijs modis ad
9 id, & ad illud & ad alia contraria quos ibi vide. † Secundũ du-
bium eſt an conſuetudo talis præiudicet ſecundo genito qui
clericus eſt: ad qđ poſt multa argumenta, quòd præiudicet &
poſtea quòd non, & ſpecialiter, quia conſuetudo eſt iniqua &
irrationabilis, quia aufert alteri qđ ſibi debetur. ȷ̈. de conſue. c.
pen. & facit filios qui debẽt ęqualiter patri ſuccedere ſumme
inæquales, vt ſ. alteri totũ, alteri nihil debeatur, contra id 15.
q. 7. c. 1. Item priuat illum legitima quòd pater expreſſè nõ poſ
ſet. ȷ̈. de teſta. Ray. & c. Rayn. ergo dato quòd valeat inter lai-
cos & inter eos de facto ſeruetur, nõ tñ noceat clericis, & hãc
partem tenet Iac. de Ra. vt no. Cy. C. quæ ſit longa conſue. l. 2.
in fi. & Ho. in ſum. de conſue. §. fi. verſ. ſed pone. & qđ poſt eũ
ſcripſit. ȷ̈. de foro cõpe. poſtulaſti. Soluendo putat in terminis
qõnis conſuetudinem clerico pręiudicare per plures rationes
ſpecialiter ab originis principio. nam conſtat quòd a. & c. nati
10 ſunt laici & nudi. 47. diſt. ſicut. † Vnde nec clericatus confertẽ
infanti, vel illiterato. ȷ̈. de tempo. ordi. c. fi. lib. 6. ipſum ergo in
natiuitate ſua, & prius ſi fas eſt loqui, ſic litigauit conſuetudo,
quæ primogenito detulerat ius primogenituræ, quòd ſibi de
beantur bona ẽt patre inuito. arg. ff. de lib. & poſth. l. in ſuis. cũ
concor. ergo clericatus ſubſequens illud ius prius quæſitũ pri-
11 mo genito auferre nõ potuit. ff. de reg. iur. l. quòd noſtrũ. † Itẽ
aliàs conſuetudo non procederet ꝑꝑ remedium fraudis para
monachi. c. 2. ſecundum Hoſt. ibi. Item per iſtud, quod dicit,
quod aduerſarius prouidet aduerſario in expenſis. & per l. ff. de
inoffi. teſtamento. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. & C. de carbo-
niano edicto. l. fin. dicit Hoſtien. hic, & Io. And. poſt eum. idem
de vxore indigente, ſi contingat matrimonium accuſari. Sed
de hoc no. per eum plenius in ſumma eodem tit. in dicto. ſub
§. admittuntur. verſi. quid ergo ſi contingat matrimonium ac
cuſari. & præcedenti. & vide de hac materia quòd not. Guil. in
Spec. rubric. de inquiſitione. §. vlti. in prin. & in verſi. itẽ pone,
vbi notant quòd qñ Abbas procedit ad inquirendũ contra mo

nachũ, ſm regularia inſtituta non tenetur ei miniſtrare expen
ſas pro aduocatis & alijs, quia tunc proceditur ſummariè, &
de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quo caſu nullus ordo,
nec appellatio admittitur, nec fit capitulorum copia, nec eſt vo
candus, ad videndum iurare, per teſtes, & ſic nullas facit expẽ
ſas, nec admitteretur etiam ad hoc ſaciendum. ſ. de app. ad no-
ſtram. & j. eod. qualiter & qñ. 2. in fi. Secus qñ procedit ſm for
mam iuris ad inquiſitionem, ſeu correctionem. vt hic. & j. eo.
12 olim. §. vlti. †Item Abbas accuſatus, vel denunciatus debet ha
bere expenſas, vt ſe defendat, vſque ad finem cauſæ per l. alle.
ſi inſtituta. ſm Ala. Vinc. & Bern. hic, in glo. 1. in fin. & Io.
And. poſt eos.

Super eo. c. in fine.

¶Si quęris nunquid vno cõ
ceſſo, conceduntur, & om-
nia, quæ ſequuntur ex eo, vel ſine quibus conceſſum expediri
13 non poteſt. Diſtingue. †Aut concedens non eſſet ſpecialiter,
conceſſurus, illa quæ ſequuntur ex illo conceſſo, vel illa ſine
quibus illud conceſſum explicari non poteſt, & tunc illa non in
telliguntur conceſſa. Et ideo ſi epiſcopus ſuo ſubdito conceſ
ſerit quòd ſibi poſsit eligere idoneum confeſſorem, ille, quẽ
is elegerit in caſibus qui eidem epiſcopo reſeruantur, ſpeciali-
ter nullam habet penitus poteſtatem, licet ſorte abſque hoc di
cta conceſsio expediri non poſsit, vt quia excommunicatus
eſt, à qua excommunicatione abſolui non poſſet ab inferiore
epiſcopo. j. de pænis. & remiſ. c. ſi eps. & de reg. iur. c. in gene-
rali. lib. 6. Aut concedens eſſet ſpecialiter conceſſurus illa, quæ
ſequuntur ex illo conceſſo, vel illa ſine quibus illud conceſſum
explicari non poteſt, & tunc aut quæris de illis quæ ſequuntur
ad conceſſum, vel ex conceſſo. aut de illis, ſine quibus conceſ-
ſum explicari non poteſt. Primo caſu reſert. Aut quæritur de
illis quę ſequuntur ex neceſsitate, & illa conceſſa intelligũtur,
vt ſi concedo tibi ſundum, per hoc videor tibi concedere ſu-
perficiem, ſeu ędificium. ff. de actio. & obligatio. l. obligationũ,
ferè. §. placet. verſic. ſit & in tradendo. de leg. j. l. ſi ſundum ſub
conditione. §. qui ſundum. Aut quæris de illis quæ ſequuntur.
ad illud conceſſum, non ex neceſsitate, ſed ex ordine, & tunc,
aut eadem eſt ratio concedendi ſequentia, quæ eſt conceden-
di principale, & tunc conceſſa intelliguntur, ea quæ ſequentur.
v. g. lex concedit quòd hæres debet mihi permittere inſpectio
nem teſtamenti, ipſe exhibet mihi, certe ex conſequenti per-
mittere debet mihi legere, quia aliàs fruſtra concederetur in-
ſpectio. Nam ratio cõcedendi inſpectionem eſt, vt ſciatur vo-
luntas defuncti, & eadem eſt cauſa legendi, ideo ex conſequẽ
ti legere mihi permittitur. ff. quemad. teſta. ape. l. 2. §. inſpectio.
14 †ad idem facit quod no. gl. C. ad macedo. l. macedoniani. dicẽs,
quod pater ponens filium ſuum in ſcholis ei libros emere te-
netur. Aut non eſt eadem ratio concedendi ſequentia, quæ &
principale, & tunc, aut conceſsio principalis facta eſt ex actu
15 ſtrictè interpretando, aut large. †Si ſtrictè, vt in delegatiõe, ſeu
commiſsione cauſæ. ff. mandati. l. diligenter. tõc, cõceſſo vno,
non conceduntur omnia quæ ſequuntur, in quibus non eſt ea-
dem ratio, quod ſequeretur. argum. ff. de offi. proconſu. & leg.
l. ſolent. & in his quæ no. Inno. ſ. de offi. deleg. ſignificaſti. gl. vl
ti. verſi. item ſecus. & verſi. ſeq. item non credimus & Bern. &
Hoſt. in c. ex literis. & Spec. rubri. de offic. delegat. §. ſequitur.
ver. ſed nunquid poteſt bellum. Si conceſsio principalis facta
eſt ex actu large interpretando, tunc ſequela eius concedi vi-
detur. Et ideo ſi princeps concedat domum alicui, videtur ei
concedere omnia conſequentia illius domus, vt C. de bo. va-
can. l. ſi quando. lib. 10. per eandem viam. j. de cen. c. perpetuo.
de priuileg. c. licet. §. cum conceditur. li. 6. In ſecundo caſu. ſ. qñ
quæritur de illis, ſine quibus conceſſum explicari non põt, dic
quòd illa conceſſa intelliguntur. ff. de iur. om. iudi. l. 2. de pro-
cur. l. ad rem, & l. ad legatum. ſ. de offic. deleg. prætcrea. & cap.
prudentiam. §. vlti. & c. ex literis. patriarchæ. & c. ſuſpicionis.
j. de ſen. exc. c. qm. lib. 6. Ad idem facit, quod no. Ber. ſ. de offi.
deleg. c. ſignificaſti. & c. vlti. glo. pen. & Hoſt. in c. alle. ex lite-
ris. dicens. quod nedum delegatus Papæ ad certum articulum
datus, ſed etiam merus executor cenſuræ eccleſiaſticæ coer-
tionẽ recipit contra oẽs, ipſum, vel illos, quos mittit pro expe
ditione miniſterij, ſibi iniuncti impedientes, exercere miniſte
riũ ſibi iniunctũ, qđ no. Arc. 2. q. j. ſicut gl. quæro pone. & Aſt.
li. 7. ti. de exc. mat. q. vtrũ illis quib. Licet Ho. & Io. An. in d. ca.
vlti. & Gu. de mon. la. & Io. An. extra, de of. dele. c. vnico. in cl.
contra, niſi habeat clauſulam illam contradict. Dicit ẽt Aſtẽſ.
vbi ſ. q. vtrũ iudex. ꝙ de facto tenet, ꝙ iudex delegatus excõi-
care põt excõicantes loquẽdo, & comedẽdo, vel cõtrahendo,
cum excõicatis ab ipſo, per iura allegata, licet alij contra.

1 *Inebriatione, an quis beneficio priuetur.*
2 *Celebrans poſt potum excommunicatur.*
3 *Celebrare non debet qui poſt mediam noctem cibum, vel potum ſumpſit.*

SI conſtiterit. ¶ Siquæritur vtrum inebria
tio ſit iuſta cauſa ad priuan-
dum aliquem beneficio ſuo, Diſtingue. † Aut quæris,
3 vtrum intrare tabernam, & ſemel inebriare ſit iuſta
cauſa ad beneficij priuationem. & dic q non, vt patet in eo, q
legi. & no. ſ. de vi. & honeſta. cleri. c. à crapula ſm Hoſt. & Io.
And. hic. Aut quæris vtrum frequenter inebriare, abſque alio
exceſſu ſit iuſta cauſa priuationis. & dic q nõ, niſi prius ſit mo
nitus. ſed ſi monitus non deſiſtat, ſi eſt epiſcopus, presbyter,
vel dyaconus, deponatur. ſi vero ſubdyaconus, vel inferior,
vel etiam laicus, communione priuetur, vel verberetur. 25. di
ſtinct. eps, aut presbyter. & c. ante omnia. Et ita eſt hic caſus,
in quo peccatum mortale non inducit depoſitionem, niſi mo
nitus non deſiſtat, quod dic, vt no. Hoſt. in ſumma ti. de temp.
ordi. §. & cui. ſub. §. tertia & nona. verſi. pœna. & idem no. fr.
Io. in ſumma conſ. e. ti. de ſobrietate ordinandorum. q. 4. quæ
pœna &c. Aut vtrum inebriatio, aut ſolus potus in mane ha-
bita, vel habitus etiam ante auroram cum celebratione miſſæ
ſequẽtis ſine dormitione ſufficit ad hoc, vt quis beneficio pri
uari poſſit. & dic q ſic, vt hic. † Nam ſi quis poſt cibum, & po
2 tum etiam minimum diuina celebrauerit excommunicationi
ſubiacebit. 7. q. j. nihil. niſi digeſtus ſit ad mane, vſq; ad ſextam
vel à tertia, vſq; ad veſperam. Nam ſi hora prima ſacerdos ce-
lebraret debet ieiunare, vſq; ad ſextam. Si à tertia vſque ad ve-
ſperam, ne videatur cum cibo Euchariſtia commiſceri. de cõ
ſec. diſt. 2. tribus. Hoc tamen hodie non ſeruatur, immo ſuffi
cit q ieiunus celebret, & ſtatim dicta miſſa poteſt comedere,
de conſuetudine generali, ſm Hoſt. qui nec credit dormitio-
nem neceſſariam, immo quies ſufficit, & q cibus poſsit eſſe di
geſtus. Quid .n. ſi per totam noctem dormire non potuit,
tunc ſufficit cum quiete, illud ſpacium de quo loquitur. ſ. di-
ctum. c. tribus. ſm Hoſt. & Abb. & Ioan. And. quod intel ige,
verum de cibo, vel potu ſumpto ante mediam noctem. † Si ve
3 ro poteſt, tunc dic ſecundum beatum Thom. in vltima parte,
ſummæ. q. 80. artic. 8. arti. 5. q licet principium diei, ſecundum
diuerſos diuerſimode ſumatur, vt legi. & no. ſ. de offi. dele. ca.
conſuluit. §. fi. & de ferijs. c. 2. Eccleſia tamen diem à media no
cte incipit. Et ideo ſi poſt mediam noctem aliquis aliud ſum
pſit per modum cibi, vel potus, non poteſt eadem die hoc ſu
mere ſacramentum, poteſt vero, ſi ante mediam noctem.
Nec refert vtrum poſt cibum vel poſt potum dormierit, aut
digeſtus ſit quantum ad rationem præcepti, refert autem quã
tum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines ꝓ
pter inſomnietatem, vel indigeſtionem, ex quibus ſi mẽs mul
tum perturbetur homo redditur ineptus ad ſuſceptionem hu
iuſmodi ſacramenti ſecundum Thom. idem fra. Io. in ſumma
conſ. ti. de ſacramento Euchariſtiæ. q. 65. vtrum qui poſt me-
diam noctem & c. idem Aſten. lib. 4. eo. ti. de impedi. vſus Eu-
chariſtiæ. ad fi. Qui non credit ei quod dicit Hoſt. ſ. in ver. niſi
digeſtus ſit & c. intelligendo de cibo vel potu ſumpto poſt me
diam noctem. & hoc teneas.

1 *Abbatis benedictio, an obiectu criminis impediatur.*
2 *Abbatiſſa benedici debet.*
3 *Abbatis benedictionis effectus.*
4 *Confirmatus à Papa ab inferiore non benedicitur.*
5 *Epiſcopus à Papa creatus non poteſt ab alio conſecrari.*
6 *Teſtimonium qui ſponte tulit, ab accuſatione repellitur.*
7 *Teſtimonium qui coactè tulit poteſt accuſare.*

VEnimimus. ¶ Si quæris vtrum bene-
dictio abbatis, vel abba-
tiſſæ obiectu criminis oppoſiti debeat impedi-
1 ri. Diſtingue. † Aut obijciens non eſt legitimus.
& dic q non. vt hic. & ſupra eo. c. j. cum ibi: no.
Aut eſt legitimus, & tunc dic quòd & in bene-
dictione poteſt oppponi crimen in modum exceptionis, in-
fra eodem, ſuper his, ſecundum Innocen. Hoſtien. hic. & ẽt,
poſt benedictionem & pacificam poſſeſsionem, in modum
accuſationis, infra eodem accedens, ſm Hoſt. hic. & de hoc
plenius dicam ibi.

Super eo c. ¶ Si quæris vtrum Abbatiſſa ſicut Abbas
debeat benedici, & in quibus differãt, ſeu
quem effectum habeant benedictiones eorundem, Diſtingue
2 † Aut quæris de primo, ſcilicet vtrum debeat benedici, dic q
ſic, vt hic ſecundum Hoſtien. hic, quod verum in monaſterijs
in quibus abbatiſſæ, ſolitæ ſunt benedici, ſecus ſi non conſue-
uerint benedici, & ſic inſpicitur mos monaſterij, vt extra de
ſtatu mona. cap. accedentes. §. ſtatuimus: in clemen. à contra
rio, vbi hoc no. Ioan. And. & Goffr. de monte Laudun. ſuper
verbo benedici: ad hoc facit eodem titul. cap. ne in agro. §. rur
ſus. ver. monachi vero. & 12. q. 2. alienationes. Sed ſi aliquæ
fuerunt benedictæ, aliquæ non, tunc ſi de more ſeruato per
40. annos conſtare poſſet, puto illum ſequendum, licet prius,
vel poſt ſeruatum fuerit contrarium, argumen. ſ. de præbend.
cum de beneficio. libr. 6. Vbi vero affirmatiua, vel negatiua,
tanti temporis non apparet, puto hoc voluntarium. in tantũ,
quod Abbatiſſa non faciens ſe benedici intra annum à ſuæ cõ
firmationis tempore computandum, non propter hoc incur-
rit pœnam. §. alleg. ſtatuimus. quæ eſt quòd cadit ipſo iure à iu
re ſuo, niſi cauſa rationabilis excuſet illam, ſecundum Ioann.
3 And. & Gui. & Gen. ibi. † Aut quæritur de ſecundo, ſcilicet in
quibus differant, ſeu quem effectum habeant benedictiones
eorundem, & quòd in hoc quia Abbas benedictus poteſt mo
nachos ſuos benedicere, vt ſ. de ſupplen. negligen. præla. c. 1.
& minores ordines conferre, vt ſ. de ęta. & qualita. cum con-
tingat, quæ omnia ſunt mulieribus interdicta, quia virilia, ſeu
publica officia non exercent: vt patet in eo quod legitur, &
no. ſ. de maiori. & obedien. dilecta. de arbitr. dilecti. infra. de
pœnis noua quædam, ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. hic.
idem Ioan. And. & Gem. infra. §. allegato ſtatuimus ſuper ver-
bo benedici.

4 Super eo. c. ¶ † Hic innuitur quod confirmato à pa
pa, non poteſt impendi benedictio, ſiue
confirmatio ſine mandato, ſeu licentia Papæ, ar. ſ. de tempor.
ord. cum in diſtribuendis. vt lit. penden. eccleſia. 2. j. de elect.
5 ſi eo tempore in fi. lib. 6. † vbi Ioan. An. no. argumen. quòd ſi
Papa prouidit alicui de epiſcopatu, alius, quam Papa ſine ipſius
mandato illum non poterit conſecrare. argumen. etiam huius
cap. quod verum, niſi conſuetudo eccleſiæ aliter ſe haberet,
ſupra de electio. nihil. in fine. ſecundum Ioan. Andr. hic. qui
ita intelligit dictam gloſſam ſuam, in capitulo allegato. ſi eo
tempore.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo. fin. ſi quæris,
vtrum ſemel ferens teſtimonium, in
cauſa criminali contra aliquem ab accuſatione ipſius repella-
6 tur. Diſtingue. † Aut hoc fecit ſponte, ſine coactione, & tũc
ſic, quia præſumitur inimicus, vt hic. & ſ. eodem cum p. & 4.
7 q. 3. cap. placuit. §. item in criminali. † Aut hoc fecit coactus
per iudicem, & tunc non repellitur, quia tunc bonum obe-
dientiæ, ab omni ſuſpicione & calumnia eum excuſaret. 23.
q. 1. quid culpatur. ſ. de tempo. ordinan. ad aures, ſecundum
Hoſtien. & Ioan. An. hic. ſed de hoc dic plenius vt dixi. ſ. de
teſt. fraternitatis. diſt. 2.

1 *Citatus, an mortuo iudice coram eius ſucceſſore comparere teneatur.*
2 *Abolitionis definitio.*
3 *Abolitionis diuiſio, & effectus.*
4 *Abolitio in certis caſibus non conceditur.*
5 *Accuſator quando ab accuſatione deſiſtat. 7.*
6 *Accuſare nemo cogitur.*

1 LIcet. ¶ Si quæris vtrum citatus † coram aliquo
iudice ipſo iudice mortuo, vel mutato,
in termino citationis, coram ſucceſſore ipſius cõ-
parere teneatur. Hoſt. hic ſuper verbo acceſsiſſes,
indiſtinctè videtur dicere quod non, nam termi-
nus videtur circunſcriptus fuiſſe. ar. ff. de re iudic. lege in ſen-
tentijs, alias in ſumma. §. fin. iudi. ſol. l. cum apud Sempro-
nianum. C. de iudic. lege properandum. §. ſinautem, in me-
dio triennij. Vnde quamuis ſubrogatus ſuccedat in cauſa, vt
ibi. & ff. de iudi. l. mortuo iudice. non tamen in edicto, im
mo requiritur, quòd de nouo citetur. ff. de iud. l. & poſt edi
ctum. de regu. iur. l. Neratius, quare & iudex ſubrogatus non
minus anno debet habere, vt in dicto. §. ſinautem in medio
ſecundum Hoſtienſ. hic. Idem Archidiac. 3. quæſtione 9. ca-
ueant. gloſſ. adde, vt legitur & nota. &c. dicens etiam qđ
à ſucceſſore ſemel debet citari, licet deceſſor miſerit per-
emptorium, vt not. C. quomodo, & quando iudex. l. conſen-
taneum.

taneum. quorum dictum in alio citante, quàm in Papa ſaluari
poteſt. Sed citatus ad curiam qui ire, ſeu mittere tenetur Papa
mortuo ire vel mittere tenetur, vt no. Io. And. & Ge. extra de
elec.ne Romani §.vlti. ſuper verbo ex quacunq; cauſa. in cle.

Super eo.c.in fine. ¶ Si quæris. Quid eſt aboli
tio, quot ſunt ſpecies aboli-
tionis, quis effectus cuiuſlibet, & quando, & vſq; ad quot tem-
2 pus liceat ab accuſatione incepta deſiſtere. † Aut quæris de pri
mo.ſ.qd ſit abolitio, & dic q abolitio eſt accuſationis perem-
ptio, vt nota. Hoſt. in ſum. ti. de calum. §. qualiter ſine metu. &
Spe. tit. de notorijs criminib. §. ſciendum. aliàs eſt ſub rubrica.
3 de abolitione. † Aut quæris de ſecũdo. ſ. quot ſunt ſpecies abo
litionis, & quis ſit effectus cuiuſlibet, & dic quòd tres. alia eſt
.ſ. legitima, alia generalis ſiue publica, alia priuata, vt not. Ac-
cur. C. de aboli. in rub. & Io. 2. q. j. prohibẽtur. in gl. triplex &c.
& Spe. in d. §. ſciendum. Legitima abolitio eſt illa, quæ per legẽ
conceditur, videlicet quando nomen rei per mortem abole-
tur, vt C. ſi reus vel accu. mor. fue. per totum. Et hæc abolitio
quandoq; in totum extinguit crimen, vt regulariter, quando
reus accuſatus moritur. Quandoq; extinguit tantum inſtan-
tiam ſiue iudicium, vt quando moritur accuſator vbi datur
alij facultas accuſandi de vno intra. 30. dies vtiles, vt ff. de ac-
cu. libellorum. §. fin. C. ſi reus vel accu. mor. fu. l. 1. & 2. & l. de-
functis. Generalis ſeu publica abolitio eſt illa, quæ fit per prin
cipem, quando ob publicam lætitiam, forte propter victoriam
hoſtium, vel aliam rem proſperè geſtam, vel ob diem inſignẽ,
vel filij natiuitatem princeps mandat, vt omnes accuſationes
tollantur & perimantur. Et iſto caſu non extinguitur crimen
per talem abolitionem, ſed iudicij obſeruatio, ideo intra dies.
30. datur poteſtas denuo accuſandi, iuxta ea quæ leguntur, &
no. ff. ad turpil. l. abolitio. & l. ſeq. & l. aut priuatur. §. 30. C. de ge
nerali aboli. l. 1. & 2. & 3. Priuata abolitio eſt, quæ fit à principe
vel à præſide, ſeu alio qui habet cognitionem meri & mixti
imperij, & per quam vna tãtum accuſatio extinguitur, vt hæc
fit cauſa cognita, & præſentib. partibus, vt C. de generali abo.
l. abolitio. Poteſt tamen accuſator qui auctoritate præſidis de-
ſiſtit impetrare à principe vt poſsit eundem denuo accuſare:
& hæc vocatur abolitio abolitionis, & de hac tractatur. C. de
generali abo. l. 3. ſecundum Cy. ibi qui etiam ita diſtinguit in
effectu ibi: Vnde dicit Io. in d. c. prohibentur. gl. triplex. quòd
in publica abolitione poteſt auctor repetere, finitis ferijs reũ
intra. 30. dies, vt ff. ad turpil. l. ſi quis. & l. ſeq. ſed in alijs duab.
non admittitur ille qui deſtitit, vt ff. ad turpil. l. qui deſtitit: ſed
alius bene admittitur intra. 30. dies. vt d. l. libellorum. §. fi. & 2.
4 q. vlti. c. fi. quod dic vt no. Spe. in d. §. ſciendum. † Nota tamen
quòd ſunt certi caſus in quibus nullo modo, & nullo tempo-
re conceditur abolitio, in quibus tam accuſatori, quàm accu-
ſato incumbit probatio, puta in maieſtate violata, aut patria
oppugnata vel tradita, aut peculatu commiſſo, aut ſacramen-
tis deſertis, aut crimine falſi, vt C. de abo. l. fallaciter. & l. pen.
ad l. Cor. de fall. vbi. & no. Hoſt. in d. §. qualiter ſine metu. ver.
5 item ſunt caſus. † Aut quæris de ſecundo. ſ. quando ſeu vſq; ad
quot tempus liceat ab accuſatione incepta deſiſtere, & tunc
refert. Aut quæris de accuſatore incerto & occulto, aut de cer
to & notorio ſeu manifeſto. Si de primo, vt puta de illo qui in
noctis ſilentio libellum famoſum contra aliquem ponit in pu
blico, tunc poſſet dici quòd talis compellitur per ſententiam
excommunicationis, quæ fertur in ipſum licet ſit incertus ac
cuſare, maxime quãdo fama taliter accuſati, vel delati ex libel
lo talis accuſatoris eſt aliquantulum denigrata. ita poteſt intel
ligi. 5. q. 1. quidam. ſecundum Vin. & Io. And. hic. & quod no.
Arch. ibi & 5. q. vlt. epiphanium. in gl. & ita vbi dicit poſt Lau.
quòd perſona incerta propter certum factum excommunica
tur, vt in d. c. quidam. & ſ. de offi. ordi. c. 2. Si de ſecundo, tunc,
aut quæris vtrum accuſator poſsit deſiſtere ſine pœna ab ac-
6 cuſatione ante inſcriptionem, & dic quòd ſic. † quia ante in-
ſcriptionem nemo cogitur accuſare. 2. q. 3. ſi quis iratus. & c. ſi
quem pęnituerit. Nam & poſt libelli oblationem poteſt deſi-
ſtere ſine pœna. ff. ad turpil. l. quæſitum. ff. de in ius vo. l. liber-
tus. Hoc ſaluo quòd is qui infamauit tenetur actione iniuria-
rum, vt ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. ſi quis in libello.
7 5. q. 1. ſi quis famoſum ſecundum Ber. & Hoſt. † Aut poſt in-
ſcriptionem, & dic quòd non, vt C. de abo. l. 2. & 2. q. 3. Paulũ.
& dic quòd licet petere abolitiones dũmodo reus non ſit paſ-
ſus aliquam iniuriam carceris ſeu vinculorum. C. de abo. l. fal-
laciter. & ita intelligit Got. iſtam decre. in ſum. tit. de lib. obla.
ad fi. §. ſed & libellus accuſationis. vbi ponit præmiſſa à verſi.
ſi de ſecundo. citra, & Hoſt. hic, & in ſum. eo. §. qualiter pro-
cedatur. ſub. §. poteſt ergo dici &c. & Io. An. hic poſt eum. iuẽ
Arch. in d. c. epiphanium. in glo adde hoc eſt verũ &c. Sed hoc
quod dictum eſt. ſ. quòd ante inſcriptionem poteſt deſiſtere
ſine pœna, fallit forte in caſu vbi per libellum, vel dictum accu
ſatoris fama accuſati eſſet denigrata, vt videtur innuere Arc.
in d. c. epiphanium. glo. ſua fin. vbi dicit ſecundum Hug. quòd
ibi eſt caſus ſpecialis vbi quis cogitur ad accuſationem proſe-
quendam: & ſi non ſit lis conteſtata & hoc fauore accuſati, &
eius famæ, quæ ex libello vel dicto accuſatoris erat aliquantu-
lum denigrata odio accuſatoris, vt dictum non probat punia-
tur. ar. c. alleg. quidam ſecundum Hug. & hoc eſt quod tangit
gl. in d. c. epiphanium. gl. fi. in fi. ſecundum Arch. ibi. & hoc idẽ
approbat Ber. j. de col. detegen. c. 1. gl. arg. quòd non licet. ver.
ſi ex hoc &c. & Hoſt. poſt eum.

1 *Citatus an comparere teneatur.*
2 *Citatio an valeat die feriata.*
3 *Denuntiare an poſſit qui iurauit non accuſare.* 5.
4 *Iuramentum non liberat à præcepto euangelico.*
6 *Abſentia cauſas ad allegandum an excuſator admittatur.*

1 VEniens. ¶ Si quæris vtrum citatus coram iu-
dice venire teneatur & † comparere,
Diſtingue, vt dixi. ſ. de iudi. c. 1. diſt. 3. ad quam diſt.
addenda 1. diſt. ſecundum Hoſ. hic, quæ Aut euidẽs
eſt calumnioſam & nullam eſſe citationem, & tunc non tenea
tur venire nec contumax reputatur. ſ. de elec. c. bonæ. 2. ad fi.
vbi de hoc. q. 2. c. ſi. 3. q. 2. Si quæris epiſcopus. 4. q. 3. c. placuit.
§. item in criminali. verſic. item liberti. ff. de fer. l. 1. de arbi. ſi
cum dies. §. ſi arbiter. ſ. de reſcrip. nonnulli. de offi. deleg. pru-
dentiam. & c. ex literis. & c. cum in iure. de dila. præterea. Aut
euidens eſt citationem tenere, & tũc omnino venire tenetur:
vt ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l. vnica. & ſ. de dolo &
contu. per totum. Aut dubitatur, & tunc ſimiliter venire tene
tur, ſaltem exceptionẽ ſuam allegaturus, vel priuilegiũ ſuum
oſtenſurus. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. & ſic poteſt intelligi. ſ.
de app. ſi duobus. & c. cum parati. ſecũdum Hoſtienſem quod
intellige vt dixi in d. c. 1. de iudi.

2 Super eo.c ¶ † Si quæris vtrum citatio facta in die
feriata vel ad diem feriatam valeat, Di-
ſtingue, vt dixi. ſ. de ferijs. c. conqueſtus. diſt. 4.

Super eo.c. ¶ Si quæris vtrũ ille qui iurauit aliquẽ
non accuſare, ab eius denunciatione re
3 pellatur, † Diſtingue. aut vult denũtiare aliter, quàm nomine,
vel ad vtilitatem eccleſiæ: aut vult denuntiare nomine, & ad
vtilitatem eccleſiæ. In primo caſu refert. Aut quæris vtrũ de-
beat repelli à denuntiatione alia de cauſa ſufficienti quàm illa,
quia iurauit nõ accuſare, puta quia primo aliàs poſt calumnia-
tus fuit in accuſando, qui quidam calumnioſè accuſans, ſi ve-
lit poſtea denuntiare, repellitur, imo puniatur de calumnia. j.
tit. proxi. c. 2. & dic quòd ſic vt ibi: & ita fuit ſecundum Bern.
& Hoſt. hic. Aut quæris vtrum debeat repelli à denuntiatione
illa ſola de cauſa: quia iurauit nõ accuſare, & tunc dic quòd de-
4 nuntiare poſſet. † Cum iuramentum non valeat à præcepto
euangelico liberare. ſ. de iureiur. c. quemadmodum. in fin. 24.
q. 3. tam ſacerdotes. in fi. ſecundum Inno. hic, Idem no. Archi.
23. q. 4. ſi illic. in gl. adde, idem etiam no. idem videtur ſentire
Io. Vin. Goſ. Ber. & Hoſt. hic ſecundum Io. in d. c. ſi illic. in gl.
arg. quòd etiam & 13. diſt. c. nerui. in gl. iſte admonebit &c. no
tat indiſtinctè quòd denuntiare poteſt per c. alle. quemadmo-
5 dum. † Tu vero dic vt ſ. in ſecundo caſu principali. ſ. quando
vult denuntiare nomine, & ad vtilitatẽ eccleſiæ, dic quod po-
teſt, & ita poſſet intelligi dicta opinio Io. in c. alle. Et hoc ſatis
expreſsè dicit Hoſti. hic, dicens quòd ſi per denuntiationem
poſſet immunitas eccleſiæ ſeruari, poſſet non immerito accu
ſare. ſ. de iureiur. peruenit & facit quod dixi poſt Hoſt. & Io.
And. eo. tit. debitores. di. pe. ver. & notabiliter dico &c.

Super eo c. ¶ Inno. hic in gl. 1. notat quòd ad cauſas
abſentiæ citati ad iudicium allegandas,
& probandas, bene admittitur excuſator ſine mandato, & ſa-
tiſdatione, & ſic loquitur. ff. de procur. l. ſeruum quoq;. §. pu-
blicè. Sed Innoc. ipſe videtur tenere contrarium. ſ. de procur.
querelã ſuper verbo deſtinauerit. & expreſsius Card. & Guil.
j. de elec. cupientes. §. quod ſi per viginti. ſuper verbo ad præ-
6 dictam. lib. 6. dicentes quòd debet habere mandatũ. † Ad quo
rum concordiam poſſet ſic diſtingui. Aut quæris vtrum excu
ſator poſsit ſine mandato allegare, ſeu probare cauſas abſentię
de facto, aut de iure. Si de facto, tunc Aut quæris de cauſa cri-
minali, & in illa poſſet intelligi fore vera opinio Inno. hic, &
quod

quod no. Accur. ff. de reg. iur. l. nemo alienæ rei. Aut de ciuili,
& in illa poſſet intelligi fore vera opi. contraria alleg. Si quęris
vtrum poſsit allegare cauſas abſentiæ de iure, puta talis non
tenetur venire coram vobis, quia eſt excommunicatus, vel
quia reſcriptum non valet. Dic ſecundum Inno. hic quòd hoc
non per excuſatorem, ſed per ſeipſum, vel per procuratorem
proponere debet. š. de reſcriptis. ſuper literis. idem cum Inno.
in iſto vltimo membro no. Arch. 5. q. 3. c. 1. §. reos. glu. adde. in
quo caſu &c. & Ioan. And. hic.

Super eo. c. in fine

Si quęris vtrum propter infamiam ortam à maliuolis ſit purgatio indicendá. dic vt dicam. ĵ. de purga. can. nos inter. & c. cum dilectus.

1 *De crimine quæritur per modum iuſtitiæ, ſex modis.*
2 *Quæritur de crimine duobus modis.*
3 *De crimine per modum gratiæ quemadmodum quæratur.*
4 *Accuſator debet ſe inſcribere.*
Fallit nouem modis.
5 *Denunciator non ſe inſcribit.*
6 *Excipiens de crimine non ſe inſcribit.*
7 *Inſcriptione non eſt opus in inquiſitione.*
8 *Accuſator habetur tacite pro inſcripto ad pęnam talionis.*
9 *Criminoſus ab accuſando repellitur.*
10 *Criminoſus de crimine excipiens auditur.*
11 *Criminoſus an repellatur à denunciando. 13.*
12 *Perſonarum non eſt acceptatio apud deum.*
14 *Criminoſus an ab inquirendo repellatur.*
15 *Criminoſus ab agendo non repellitur.*
16 *Hæreticus agere non poteſt.*
17 *Perduellionis reus agere non poteſt.*
18 *Fugitiuus ab agendo repellitur.*

SVper his.

¶ Si quæritur quot modis quæritur de crimine, & in quibus oportet inſcribi, & vtrum ab agendo vel excipiendo de crimine quis pretextu criminis repellatur, Diſtingue. Aut quęris de primo. ſ. quot modis quæritur de crimine:
1 & tunc † Aut quæris quot modis agitur per modum iuſti-
tiæ, & dic quòd ſex modis quorũ tres habes hic in tex. ſ. mo-
dos denũciationis, exceptionis, & accuſationis. Quartus mo
dus eſt. ſ. per inquiſitionem. ĵ. eo. inquiſitionis. & c. qualiter &
quando. 2. ĵ. de ſymo. licet quintus modus eſt quando agitur
de notorijs, de quo tangitur in d. c. qualiter. 2. §. 1. & §. ad corri
gendos. & legitur, & no. š. eo. euidentia. Eſt & ſextus. ſ. quan-
do quæritur de crimine in modum accuſationis. š. de procu.
tuæ. de reſcrip. c. 2. de iureiur. c. querelam. ſecundum Ho. hic,
& Hoſt. & Io. And. in d. §. ad corrigendos. Aut quæritur quot
2 modis agitur per modum gratiæ, † quia ſecundum Hoſ. & Io.
And. poſt eum ibi, in curia Romana, duobus modis agitur de
crimine. ſ. per modum iuſtitię, & tunc agitur ſex modis, vt eſt
3 dictum. † Et per modum gratiæ, & tunc proceditur his mo-
dis. Primo, per modum prouiſionis. ĵ. c. ad petitionem. Secun
do, per modum compoſitionis & diuiſionis compoſita, vera,
diuiſa, falſa. Nam quandoq; diuerſi proceſſus diuerſis modis,
& diuerſis inſtantijs facti ſunt contra aliquem, & nullus ſuffi-
cit ad condemnationem, ex his tamen omnibus recolligunt
quicquã contra criminoſum, facit quæ ſimul collecta ad con-
demnationem eius ſufficiunt, & ſic puniũt criminoſum quaſi
ſit mixtura bonorum, ad hoc. 12. diſt. nouit. inſti. de rer. diui.
§. quòd ſi partim. & §. ſi duorum. & quia publicè intereſt &c. ĵ.
de ſen. excom. vt famæ. Sed cõtra hoc eſt, quia probatio vnius
modi agendi non facit fidem in alio modo, vel in alio articu-
lo. š. de teſti. c. veniens. 2. & quia res inter alios acta &c. š. de re
iudi. c. pen. & quia poteſt timeri ne per leue compendium &c.
vt ſequitur, & quia ſecundum formã iudicij formanda eſt ſen-
tentia, vt ſequitur. Tertio per modum procedentem ex qui-
buſdam latentibus: timor. n. precium, amor, odium, turbat ve-
ritatis indicium. ff. de re iud. cum etenim. li. 6. Quarto ſi quid
opponatur totum deletur ex plenitudine poteſtatis. š. de elec.
illa. de aut. & vſu. ad honorem. Aut quæris de ſecũdo. ſ. in qui-
4 bus oporteat inſcribi, & tunc. † Aut quæris vel agitur de cri-
mine per modum accuſationis, & tũc oportet inſcribi: vt hic,
& ĵ. de ſymo. licet heli. Sed fallit in caſibus. Primo, in crimine
abigeatus. C. de abigeis. l. vna. Secundo, in leuibus criminibus.
arg. ff. de accu. & inſcripſit. l. leuia. de offic. proconſul. & lega. l.
nec quicquã § de plano. Et quæ ſunt illa crimina, vide in Spe.
tit. de libel. concep. §. nunc dicendum. verſic. 42. Tertio, in cri-
mine apoſtaſię. C. de apoſta. l. apoſtatarum. Quarto, in crimine
cultus diſparis, ſicut quando accuſatur chriſtianus quãdo con
traxit cum Iudęa, vel conuerſo. C. de Iudęis. ne quis. Quinto,
in his quæ apparitoribus deferuntur. C. de accu. ea quidem. ſe
cũdum Ber. & Hoſt. hic, & Io. 2. q. 8. in ſum. vbi plene de hoc.
Sexto, quando maritus accuſat vxorem de adulterio ad pœnã
legalem infligendam, vt C. de adul. l. quamuis adulterij. quę ca
ſum aliqui non recipiunt per decreta. š. de procu. tuæ. Sed fal-
ua pace ipſorum illud. c. intelligendum eſt quando maritus ac
cuſat tanquam extraneus: ſecundũ Hoſt. hic, idem tenet Goſ.
in ſum. de adul. §. in primis. Idem tenet Io. & Archi. in d. ſum.
ſecundum Io. 4. q. 4. c. 2. §. item ſi maritus. & Ber. in d. c. tuæ. &
Ber. & Hoſt. ĵ. de adulterijs. c. 4. & Ho. in ſum. de diuor. §. quot
modis. ſub. §. ius autem. verſic. 3. & de adulterijs. §. qualiter. in
prin. & §. quæ ſit pœna. verſic. iure vero nouo. & Accur. in d. l.
quamuis. & in aut. vt liceat matri & auiæ §. quia vero plurimas.
& §. cauſas. & Spe. tit. de accuſatore. §. vnico. verſic. quòd non
rectè. & rubri. de adulte. §. vnico. verſi. ego dico. & Cy. C. qui
accu. nõ poſ. l. qui crimen. circa prin. & Aſten. lib. 8. tit. de accu.
matrimonij propter fornicationem. artic. 1. ver. ſciendum. &
arti. 2. verſi. & no. dicunt indiſtinctè, quòd debet ſe inſcribere:
& hoc forte verius per dicta iura. & in aut. vt nulli iudi. §. adul
terium. collect. 9. de hoc plene per Io. 32. q. 1. publico. & quod
ibi notat. repetũt Io. Vin. Phil. Goſ. Pet. de ſamp. & Abb. in d.
c. tuæ. Septimo quando mulier accuſat proſequendo iniuriam
ſuam, vel ſuorum. 15. q. 3. de crimine. ff. ad turpil. l. 1. §. accuſa-
tionem. & l. mulier. Octauo in accuſatione falſæ monetæ. C.
de falſa moneta. l. 1. Nono vbi quis accuſat de neceſſitate offi-
cij. ff. de his quibus vt indignis. l. tutorem. C. qui accuſare non
poſſunt. l. 2. ſecundum Hoſti. hic. cum quo concor. Accur. C.
qui accu. non poſ. l. qui crimen. & Io. 2. q. 3. c. x. Et idem quod
in tutore qui accuſat propter neceſſitatem officij, dicit Ioan.
Andr. hic de hærede qui accuſat vindicando necem defuncti
5 cui ſucceſsit. † Aut quæritur vel agitur de crimine per modũ
ſeu viam denuntiationis, & tunc, Aut eſt tale crimen qđ exe-
cutionem ordinis ſuſcepti, vel retentionem beneficij poſt per
actam pœnitentiam non impediret, & tunc nulli dubium, quod
non eſt neceſſaria inſcriptio, quia ſolum ad correctionem eſt
denuntiatio facienda, vt hic. Aut eſt tale crimen, quod execu-
tionem ordinis ſuſcepti, vel retentionem beneficij poſt per-
actam pœnitentiam impediret, & tunc dicunt Bern. & Inn. ĵ.
eo. inquiſitionis. quòd non eſt inſcriptio neceſſaria. Imo plus
dicit Inn. ibi, quòd nec ad extraordinariam pœnam tenetur ſe
obligare. Et quod dicit tex. ibi, quòd in eo caſu erit ſicut in ac
cuſationis iudicio procedendum, in hoc eſt ſimilitudo ſecun-
dum eum, quia vterq; tam accuſatus, quàm inquiſitus, in hoc
caſu perpetuo priuatur officio & beneficio. Sed in hoc eſt diſ
ſimilitudo, quia accuſatus deponitur. i. degradatur inquiſitus.
no. ĵ. eo. qualiter. 2. verſi. videlicet. & verſi. ſeq. ſecundũ Hoſt.
hic, & in d. c. inquiſitionis. contradicens, quòd denuntians de-
bet ſe obligare ad pœnam talionis. arg. š. de dolo & contu. veri
tatis. tum quia depoſitus officio & beneficio ſatis intelligitur
degradatus, tum quia calumnioſè denuncians regulariter eſt
puniendus. ĵ. tit. 1. c. x. Item arg. illius verbi in d. c. inquiſitio-
nis, ſicut in accuſationis &c. Itẽ alias daretur calumniandi ma-
teria & aperiretur via fraudibus, nam ſi ſic eſſet, fatuus repu-
taretur qui accuſaret, nam cum denunciando poſſet intentio-
nem ſuam conſequi, ſicut accuſando & nullam pœnam pati.
Sed talibus fraudibus via eſt obſeruanda, vt patet inſti. de vi
bono. rapt. §. ſed nedum talia. & in eo quod legitur, & no. š. de
diuor. quanto. §. pen. ſecundum Hoſt. cuius opinio eſt conſo-
na rationi, quam videtur etiam ſequi Io. An. ibi dicit quòd de
illa diuerſitate non curat, quia ſiue inſcribat ſiue non ſuſpendi
tur calumnioſus, vt ĵ. tit. proximo. c. 2. Aut quæris de crimine
aliàs quàm per viam accuſationis vel denunciationis, & tunc
6 non credo inſcriptio ſit neceſſaria. † vt patet in exceptione, vt
hic. quod intellige ſecundum diſtinctionem iſtius. §. cum aũt.
& vide quod no. Spe. tit. de inquiſitione. §. nonnunquam & in
7 actione, vt in §. allegato tuæ. † Et in inquiſitione vbi non eſt
opus inſcriptione, vt C. de teſtib. l. nullum. de accu. ea quidem.
ff. de ſuſpect. tut. l. 3. §. poteſt. & eſt ratio, quia iudex ex neceſ
ſitate officij ſui procedit, & ideo non præſumitur calumnia-
ri. arg. C. qui accu. non poſ. l. 2. de calum. l. 2. & š. verſ. 9. Et hoc
tenet Cy. in d. l. qui crimen. Et idem quando agitur de noto-
8 rijs, & eadem iura ſecundum eum ibi. † Et nota quòd licet ac-
cuſator non ſcripſerit ſe expreſsè, habetur tamen tacitè pro
inſcripto ad pœnam talionis, vt no. gl. de fide inſtru. l. 2. de ac-
cuſatio.

cuſatio.l.pen.gl.fi.in fi.& Goſ.in ſum.eo.tit.§.debet autem.&
Arch.2.cauſa in prin.& 2.qui.8.in ſum.& 4.q.4.c. Aut quæris
de tertio.ſ.vtrum ab accuſando,excipiendo,denuntiando,in-
quirendo, vel agendo de crimine quis prætextu criminis re-
9 pellatur,& tunc † Aut quæris vtrum repellatur ab accuſando,
& dic quòd ſic, ſiue excipiantur contra ipſum de maiori cri-
mine, ſiue de pari, ſiue de maiori, quia criminoſus crimino-
ſum non poteſt accuſare.ſ.eo.c.1.& c.nulli.2.q.7.ſi qui ſunt.&
c.quærendum. & 3.q.7.qui ſine.& c.poſtulatus.ſecundũ Ber.
& Hoſt.etiam ſi modo non ſit criminoſus,quia ſufficit ſi ſue
rit:quod intellige vt legitur & no.6.q.1.qui crimen.25.diſt.c.
vlti.& hoc verum ſecundum canones, ſecundum Hoſtien.in
ſum.eo.titu.§.quis poſsit accuſare. verſi.alij propter crimen.
Sed ſecũdum legem hoc verum eſt,ſi extraneum accuſare ve-
lit, ſed accuſatorem ſuum accuſare poteſt, ſi ciuitatem vel li-
bertatem non amiſit,puta,quia non eſt deportatus, nec in me
tallum damnatus, ſed relegatus, vt ff.de publi.iudi.l.is qui.qđ
mirabile videtur, quia condemnatus iudicio publico infamis
eſt.ff.de publi.iudi.l.infamẽ.Sed forte ei remitti debet ſi pro-
uocatus voluerit ſe vlciſci.arg.ff.de bonis liber.l.qui cũ maior
§.ſi libertus.& ſi obtineat non videtur calumniari:ſecus ſi ſuc
cumbat.ff.eo.l.ſi cui.§.1.ſecundum Azo. Hæc tamen ſecũdum
canon.non procedunt,nam iſte accuſatus nec poſtquã eſt con
demnatus poteſt accuſare accuſatorem ſuum, quia ſuſpectus
eſt.ergo repellendus.ſ.eo.c.cum q.talis.n.infamis eſt,ergo nõ
audietur, niſi ſuam vel ſuorũ iniuriam proſequatur.ff.eo. qui
iudicio.ſ.eo.de teſtib.c.fi.nec etiam pendente accuſatione,qa
timendum eſt ne ſocios habere vellet, & tamen nõ minus nõ
arderet.2.q.1.multi.in fi.3.q.11.c.1.ſ.de teſti.c.vlti.ff.de pub.
iudi.l.is qui. Sed hoc intelligas, quando me vult reaccuſare de
pari.vel de minori crimine, nec proſequitur ſuam iniuriã vel
ſuorum.ſecus ſi reaccuſaret etiam de pari, vel minori crimi-
ne, & proſequeretur ſuam vel ſuorum iniuriã, vt C.qui accu.
non poſ.l.neganda.3.q.5.l.neganda.4.q.6.omnib.Item ſecus ſi
reaccuſaret de maiori crimine etiam ſi non proſequeretur ſuã
vel ſuorum iniuriam,vt in d.l.neganda.ſecundum Hoſti.in d.
§.quis poſsit.ver.eadem ratione & hic.Item ſecus in exceptis
criminibus: quod dic vt ſ.eo.c.1.c.nulli.c repellantur. & c.cũ
10 p.Hoſt.& Abb.hic. † Aut quæris vtrum quis repellatur ab ex
cipiendo de crimine propter crimen,et dic quod non:vt legi
tur & notatur.ſ.de excep. cum inter priorem.dilecti.dilectæ.
ſignificauerunt.& c.fi.ſecundum Ber.& Hoſt.hic.idem notat
Inn.hic in gl.1.in fi.& gl.excipiendum.verſi.item dicimus.&
Arch.12.diſt.illud.gl.adde ad excipiendum &c. de quo vide p
Hoſt.in ſum.eo.tit.ſub rubr.de exceptio.per totum. Fallit in
inimicis,& conſpiratoribus: vt ſ.eo.meminimus.vbi Inn.&
Io.And.no.inimicum non ſolum ab accuſatione,ſed etiam ab
exceptione repelli,idem credunt de cõſpiratore.ſecus de alijs.
11 & idem innuit Hoſt.ibi.† Aut à denuntiatione, & tũc, Aut ab
euangelica, & dicit Cardi.quòd ad hanc faciendam omnes ad-
mittuntur,etiam infantes, & mulieres dummodo in crimine
non perſeuerent, quia non refert quis denuntiet, dummodo
anima ſaluetur.ſ.de iureiur.quemadmodum.de cogn.ſpiritu.
tua.vt no.j.de religioſis domibus.c.vnico.lib.6.cuius gl.ibi po
nitur.per Hoſt.ſ.de iud.nouit.ſuper verbo corripere.per Gui
lielmum in Spe.tit.de denun.§.2.& per Arc.22.q.5.hoc vide-
tur in gl.fi.Idem in iſta denuntiatione no.Tanc.& Io.2.q.1.ſi
peccauerit.idem videtur no.Ber.ſ.qui matrimonium accuſa-
re poſſunt.cum in tua.gl.Et ita etiam dicit in c.alleg.nouit. ꝙ
ad iſtam admittitur etiã minor,dummodo non teneatur cri-
mine,licet quantum ad infames contradicant Ber.& Hoſti.ſ.
eo.c.1.de teſtib.in omni.& j.eo.cum oporteat.gl.ſed nunquid.
& de hæreticis.cum ex iniuncto.in gl.ad correctionẽ. Sed pri
mam opinionem approbat Hoſt.in ſum.eo.tit.ſuper rubrica.
de denuntiatio.verſi.ego audeo &c. dicens quòd crimen ali-
cuius denuntiatur aliquando ad ſpiritualem pœnitentiã agen
dam, & correctionem ſolam, aliquando ad aliam pœnam im-
ponendam.Aut.n.peccatum eſt occultum,aut manifeſtum.i.
fama non dico notorium. Quando occultum eſt,non poteſt
denuntiari crimen niſi ad pęnitentiam peragendam, & in hoc
caſu quilibet admittitur chriſtianus, & ſic intellige auctorita-
12 tem domini,ſi peccauerit,† quia nõ refert quis ſit denuntiãs,
dummodo anima ſaluetur, & ſic quo ad deum, & ea quæ ſo-
lius dei ſunt,non decernimus inter perſonas.ſ.de pręben.vene
rabilis.de coniugio ſeruo.c.j.Et tamen poteſt eſſe quòd is qui
denuntiat ſuam propriam vtilitatem hic conſiderat, puta is
quem denunciat abſtulerat ſibi rem ſuam, & per hanc viã re-
cuperabit eam,quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur
13 ablatum.14.q.6.ſi res.j.de vſuris.cũ tu.& in d.c.nouit. † Sed ſi
vellet denuntiare ad hoc, vt temporalis pœna ſibi imponere-
tur,ſ.quòd amitteret beneficium ſuum vel ſimile,tunc refert
vtrum ſit bonæ famæ,nec inimicus,nec conſpirator,nec ab ec
cleſia præciſus, & tunc poteſt ipſam denuntiationem proſe-
qui,aliàs repelleretur,ſed iudex ex officio ſuo procedit.argu.
j.de collu.dete.c.crimina.24.q.3.c.ecce.ſecundum Hoſti.ibi
cuius gl.ibi approbat Arch.28.diſt.conſulendum. & hoc caſu
poſſet intelligi quod no. Ber.ſ.eo.c.1.j.eod.cum oporteat.de
hæreti.cum ex iniuncto. & ſ.de teſtib.in omni.dicens ꝙ infa
mes non admittuntur ad denuntiandum,& Io.in c.alle.ſi pec-
cauerit.& quod dictum eſt,quòd repelleretur,intellige niſi in
exceptis criminibus,vt no.Inn.j.eo.cũ oporteat.gl.2.in prin.
Intellige tamen quod iſta,denuntiatio euangelica habet locũ
in peccato non omnino occulto,ſed quod probari poteſt.om
nino.n.occulta ſunt diuino iudicio relinquenda.6.q.1.ſi om-
nia.ſecundum Card.in d.c.vnico.Et etiã in manifeſto ſeu no-
torio, vt not.Io.de Fa.in d.c.allegato ſi peccauerit.& Io.11.q.
3.præcipue.Abb.vero.j.eod.cum oporteat.dicit quòd crimi-
noſus admittitur ad denutiandum in peccato committendo,
quia quilibet debet impedire vicinum paratum ad peccandũ.
93.diſt.diaconi. vel etiam in commiſſo quod habet facti per
ſeuerantiam,vt in d.c.tua.ſ.de cog.ſpi.& ad hoc facit optime
j.de pur.ca.cum dilectis.vbi dicit ad peccandum &c. ſed non
ad denuntiandum criminis iam commiſsi, quod reiterationẽ
non recipit cuius opin.ſatis concordat cum præmiſsis cum
quo ſatis concordat Goſ.in ſum.eo.ti.§.vlt.de quo per Arch.
14 in d.c.ſi peccauerit.gl.adde dicit Ber.&c.† Aut quæris vtrum
quis,ſ.iudex repellatur ab inquirendo de criminibus, vel à ꝓ-
cedendo ſuper notorijs propter crimen, & tunc. Aut quæris
vtrum poſsit repelli propter excommunicationem intellige
maiorem,& dic quòd ſic,vt ſ.de elec.c.nihil eſt. & de officio
deleg.cum ſuper.ſecundum Compo.qui hoc no.ſ.de reſcrip.
ſciſcitatus.ſed excommunicatio non eſt crimen,ſed pœna cri
minis.vt legitur,& no.de ſen.excom.cum medicinalis.lib.6.
Aut vtrũ poſsit repelli propter aliud crimen,& tunc aut eſt or
dinarius,& dic quòd non quandiu in officio toleratur.Aut eſt
delegatus,& dic quòd ſic.ar.3.q.7.iudicet.25.diſt.c.vlt.& 26.
diſt.vna tantum.Quod dic vt plene legitur,& no.per Inno.&
Bo.& Compo.in d.c.ſciſcitatus.per Hoſt.in ſum.de offi.ordi.
§.quis poſsit.in fi.per Guil.in Spe.tit.de offi.ordin.§.fi.de ex-
ceptio.§.2.verſi.ſed quæro de his &c. & de inquiſitione.§.1.
verſi.item opponat quòd inquiſitor.& ita intelligit quod no.
15 Bern.j.eo.qualiter.2.glo.1.† Sequitur vtrum quis ab agendo
prætextu criminis repellatur, & dic quòd non, vt probatur.C.
de donat.inter virum & vxorem.l.ſi maritus.1.ſ.de reſti.ſpol.
item cum quis.arg.ff.de ſolutio.l.reo criminis.& hoc ſatis In
noc.no.hic in gl.ad excipiendum.verſi.& quod dictum eſt.di
cens quòd nemini ius ſuum proſequenti obſtat exceptio cri-
minis.4.q.6.omnibus.& idem no.Arch.23.diſt. illud.gl. adde
ad excipiendum.vbi etiam tractat,an opponẽs ſe petenti con-
firmationem dicatur accuſare, & agere, an vero excipere &
reus eſſe. Item an ſi dicatur excipere,admittitur ad id crimi-
noſus,conſpirator,vel excommunicatus. Tertio,an ſi totum
capitulum conſpirauit contra talem,& conſtituit procurato-
16 rem,admitti debeat procurator contra illum.† Sed fallit in cri
mine hæreſis,qa hæretico nihil licet poſsidere.23.q.5 ſi vos.
& q.7.c.1.& 2.vt no.Bern.ſ.de reſti.ſpol.ex parte.in glo.ſit.ff.
17 & Io.& Hoſt.ibi,& Arch.8.diſt.quo iure.† Fallit etiam vt vi-
detur in crimine perduellionis,vt C.ad l.Iul.maieſt.l.vlt.Item
fallit in eo qui fugit,cuius bona annotantur.ff.de requirẽ. reis.
l.fi.quia nec talibus ſolui poteſt,vt ibi,& not.glo.in d.l.reo. Et
nota: ſecundum Inn.hic, & Io. And.poſt eum.quòd princeps
admittendus eſt contra electum ſi velit dicere,quòd ſuſpectũ
eum habet, vel de proditione terræ, vel de conſiliariorũ ſuo-
rum.idem no.Germa.in extrauagan.Io.execrabilis.ſuper ver
bo diuerſorum regnorum,pro quibus facit.ff.de pęnis.l.ſi qs
aliquid.§.transfuge.de re milit.l.omne delictum.§. explorato
res.& l.proditores.& ſ.de iureiur.petitio.Et ſi velis videre qñ
aliquis eſt accuſatus de crimine,nunquid aliũ reaccuſare poſ-
ſit, vide per Cy.& alios. C.qui accuſare non poſ.l.2.Item di-
cit hic Inno.in glo.ſua fi.& Io.And.poſt eum,quòd procura-
tor contra electum non poteſt excipere de crimine, vel alio
defectu contingente perſonam electi,niſi ſpecialiter ſit datus
ad excipiendum de crimine.Idem tenet Cõpoſt.j. de ele.ſta-
tuimus.ſuper verbo procuratores.lib.6.& Speculator titu.de
procuratoribus.§.1.verſic.ſed nunquid media cautæ. & ibi in
verſibus ſequentibus tractat decem quæſtiones,circa hoc fa-
cientes

cientes ad dictam decreta. ſtatuimus. quorum opinio eſt ap-
probata. extea de procura. non poteſt in clemen. quod dic vt
ibi per Ioan. And. & alios.

1 *Inquiſitionis ordo debitus quis ſit.*
2 *Inquiſitus poteſt ordini inquiſitionis renuntiare. 5.*
3 *Inquiſitionis ordo an omitti poſſit.*
4 *Inquiſitus declarans ſe paratum inquiſitioni reſpondere, nō ob id renuntiare cenſetur inquiſitionis ordini.*
6 *Teſtis an debeat reuelare mulierem fornicariam quando de fornicatione inquiritur. 8.*
7 *Teſti non iurato non creditur.*

QValiter. j. ¶ Si quæris quis ſit ordo debitus
inquiſitionis, & vtrum per inqui-
1 rentem valeat prætermitti, Diſtingue. † Aut quæ-
ris de primo. ſ. quis ſit ordo debitus inquiſitionis,
& dic q̄ ille de quo legitur, & nota. j. eo. qualiter. § debet. qđ
dic vt ibi dicam. Aut quæris de ſecūdo. ſ. vtrum valeat præter-
mitti inquiſitio ad renuntiationem illius contra quem ſit in-
quiſitio, aut aliàs. Si ad renuntiationem illius contra quem ſit
2 inquiſitio, tunc refert ſecundum Hoſtienſem. † Aut quæris
vtrum is contra quem ſit inquiſitio poſsit huic ordini expreſ
ſè renuntiare, & dic quòd ſic. arg. C. de fideiuſſo. l. vlti. de noui
operis nuntiat. l. 1. §. & poſt operis. Nam & in fauorem ipſius
introductus eſt ordo iſte, ergo ei renuntiare poteſt. argu. ſ. de
reg. ſtatuimus. non tamen præſumendum eſt, quòd ei de facili
3 renuntiet. arg. ſ. de renun. c. ſuper hoc. † Aut vtrum poſsit re-
nuntiare tacitè nihil excipiendo de inquiſitione famæ facien
da, cum inquiſitor procedit ad inquiſitionem veritatis ſuper
crimine, & tunc, aut nullus promouet inquiſitionem, & tunc
non poteſt imo proceſſus tali ordine prætermiſſo non valet,
vt hic, & probatur expreſsè. j. eo. ad petitionem. & de purg. ca.
cum dilectis. ſecundum Hoſt. hic in prima gl. vltra vnam col.
verſi. quid ſi inquiſitor. & in glo. 2. & concor. quod ipſe not. j.
eo. cum oporteat. ſuper verbo ſubito. verſic. quid ſi inquiſitor
ſimul & c. qualiter. 2. ſuper verbo fuerit. & ſuper verbo legiti-
mæ. & quod no. Spe. tit. de inquiſitione. §. nūc tractemus. verſ.
quid ſi inquiſitor. Aut aliquis promouet inquiſitionem, tunc
poteſt litem ſuper crimine cōteſtari. Cum tunc in inquiſitio-
ne lis conteſtetur, ſicut in accuſatione, vel denuntiatione, vt in
d. c. cum dilectis. & de teſtibus. cum clamor. Et idem hoc caſu
in accuſatione, & denuntiatione, vt. ſ. denuntiatus inſcriptio-
ni ſuper libello accuſationis ſiue inſcriptione litem conteſtan
do, & denuntiatus monitioni ſuper libello denuntiationis ſi-
ne monitione litem conteſtando, & ſibi imputet qui non ex-
4 cepit. † Nec ſi dicat inquiſitus quòd paratus eſt ſuper dictis cri
minibus inquiſitionem ſubire, per hoc videtur huic ordini re
nuntiare, quia niſi expreſsè huic ordini renuntiauerit in pro-
prijs terminis permanet. arg. in auth. de non alienan. aut pmu.
rebus eccle. §. h. coll. 2. Et idem in accuſato, ſeu denuntiato di
cente ſe paratum ſubire accuſationem, ſeu denuntiationem,
vt ſuis defenſionibus per hoc renuntiet: non. n. per hoc quod
dicit ſe paratum ſubire iudicium accuſationis, vel denuntiatio
nis, vel inquiſitionis, intelligitur dixiſſe, vel intellexiſſe, quòd
in ſcripto, q̄ in accuſatione, vel monitio, quæ in denūtiatio-
ne, vel fama, quæ in inquiſitione ſunt præambula, & quaſi ſub
ſtantialia, ſeu naturaliter, inſunt eis, niſi expreſsè renuntiatum
fuerit, omittantur. arg. ſ. c. proxi. 1. reſpon. j. eod. qualiter. §. 1.
verſi. videlicet. & ſeq. & §. ad corrigendos. verſic. ne forte. ſe-
5 cundum Hoſti. † ſed in hoc quod dicit, quòd vbi nullo proſe-
quente inquiſitionem ſit inquiſitio, non poteſt ille contra quē
inquiritur tali ordini tacitè renuntiare corrigitur eius, & Spe
culatoris opinio. j. eo. c. 2. lib. 6. quod dic vt ibi per Guil. Ioan.
And. & alios. Et nota ſecundum Hoſt. hic in glo. 1. in fi. quòd ſi
Papa ſcribat præciſè in inquiſitione teſtes recipiendos, niſi
præciſè ſcribat prælatum apud ſe infamatum ſemper primo
erit inquirendum de facta. j. eod. cum oporteat. Si vero dicat
expreſsè, vt contra non infamatum recipiantur teſtes ſuper
veritate criminum, nulla facta inquiſitione ſuper fama, prima
facie præſumitur reſcriptum ſurreptitium. arg. ſ. de offi. dele.
ex parte. 2. Ideo antequam procedatur princeps eſt conſulen-
dus, & ſecunda iuſsio expectanda. in auth. de manda. princip.
§. deinde. col. 2. & vt nulli iudic. §. & hoc idem iubemus. colle.
9. ſecundum Hoſt. & concordat Inno. j. eo. cum oporteat. gl.
dic quòd vbi & c. Item ſi aliquis ſuperior dicat intendo inqui-
rere contra te ſuper tali crimine, de quo es apud me infama-
tus, ſubdito petenti danda eſt dies ad deliberādum. Cum licet
quilibet de facto ſuo certus ſit. ſ. de reſcrip. ab excommunica
to. de fama tamen poteſt dubitare, & expedit peritos cōſule-
re. C. de ingenuis manumiſsis. l. ſi autem. ſ. vt lite non conteſt.
c. 1. ſecundum Hoſtienſem.

Super eo. c. ¶ Si quæris quando inquiritur cōtra ali-
quem de fornicatione, vtrum teſtis de-
beat mulierem cum qua commiſſa fuit dicta fornicatio reue-
6 lare. Diſtingue. † aut hoc ſcit teſtis aliàs, quàm in foro peni-
tentiali: aut hoc ſcit in foro penitentiali. In primo caſu reſtat,
Aut is contra quem ſit inquiſitio non eſt infamatus ſuper cri-
mine ſibi impoſito, ſed eſt occultum, aut eſt infamatus. Si nō
eſt infamatus, tunc, Aut eſt inquiſitio generalis in qua non tra
duntur capitula, nec crimina ſpecificantur ſicut ſit in ſpeciali
in qua traduntur & ſpecificantur. j. eo. qualiter. §. debet. & tūc
non debet reuelare tale crimen occultum, nec etiam mulierē
cum qua dicitur eſſe commiſſum, quia nec ſuper tali eſt inqui
rendum, vt hic, & j. eo. c. proxi. 1. reſpon. Vnde ſi de illis crimi
nibus de quibus infamia non præceſsit, aliud dicant teſtes te-
7 ſtimoniū non valebit: † quia nec ſuper his iurauerunt, vt hic,
& ſ. de teſti. c. de teſtib. nec is contra quem deponūt ex dictis
criminibus punitur, vt j. eo. inquiſitionis. §. ad hoc reſponde-
mus. ſecundum Ber. Inno. & Hoſti. Aut eſt inquiſitio ſpecia-
lis, & tunc diſtingue, vt ſ. proxi. vtrum reus renuntiauit ex-
preſsè proceſſui ſuper fama, & tunc valebit eius depoſitio, ſi
non ſit aliud quod obſiſtat. Aut non renuntiauit, & tunc ſecus
8 quod dic vt legitur, & no. j. eo. c. 2. lib. 6. † Si eſt infamatus tūc,
Aut eſt infamatus non de muliere certa, ſed de fornicatione
in genere, & tunc non debet teſtis reuelare fornicationem oc
cultam. Aut eſt infamatus de muliere certa, & tunc tenetur ſi
ſciat eam reuelare etiam ſi iuraſſet eam non reuelare. Quia qui
iurauit, aut intellexit, quòd hoc non diceret vt iuratus teſtis,
& ſic temerariè iurauit, vt patet. ſ. de teſtib. conſtitutus. 1. j.
de crimine falſi. c. 1. aut intellexit, quòd hoc non reuelaret niſi
ex iuſta cauſa, vel de hoc nihil cogitauit, & ſic nō obſtante iu-
ramento, quòd conditionem habet tenetur hoc reuelare. ſ. de
iureiur. ad noſtram. 3. & c. quemadmodum. Et intelligas quod
licet de occultis criminibus teſtes deponere non debeant, vt
hic, ſecus tamen de circunſtantijs criminum manifeſtorum.
de quibus infamia præceſsit, vt ſi teſtis hoc audiuit ab eo in
camera, vel vidit eum agitātē, vel ſtrepitum audiuit, nam il-
las dicere debet, vt patet in eo quod legitur & notatur. ff. de
teſtibus. præterea. de præſumptionib. c. 3. & c. literis. Si teſtis
hoc ſcit in foro pœnitentiali: tunc non debet hoc in teſtimo-
nio reuelare, quia hoc ſcit vt deus, non vt homo, vt j. de excel.
prælato. c. dilectus filius. de pœ. & remiſ. c. omnis vtriuſq;. ſ. de
offi. ordi. ſi ſacerdos. ſecundum Inno. & Hoſt. quorum eſt illa
diſtin. à verſi. ſi eſt infamatus citra. cum quibus concor. Ioan
And. glo. penul. Bern. hic concordat Ioan. Goffre. Vincen. &
Ioan. And. hic.

1 *Contra epiſcopum diffamatum an inquiratur.*
2 *Epiſcopo diffamato an contra eccleſiam inquiratur.*

CVm dilectus. j. ¶ Si quæris quando epi-
ſcopus eſt īfamatus, nū-
quid poſsit fieri inquiſitio, nedum cōtra ipſum epi
ſcopum, ſed etiam contra totam eccleſiam, Diſtin-
1 gue. † Aut quæris nunquid poteſt fieri inquiſitio cōtra ipſum
epiſcopum infamatum, & dic quòd ſic, quando eſt talis in-
famia, quæ ſcandalum generat. ſ. eo. licet veniens. qualiter. &
hic & j. c. proxi. & c. cum dilectus. & c. qualiter. §. licet autem.
& in hoc concor. Inn. & Hoſt. hic. Fatetur etiam Hoſt. quod
contra epiſcopum poteſt procedere inquiſitio tam in capite,
quàm in membris, vt inquiratur qualiter ſe habeat in ciuitate,
& in caſtris, ſiue eccleſijs, qualiter erga canonicos ſuos, & alios
clericos & laicos ſuæ ciuitatis & dyoceſis. & ſic poteſt intel-
ligi, quod hic dixit, & ſ. c. proxi. quia contra ſolum epiſcopū
proceſsit inquiſitio, nā nec legimus hic expreſsè inquiſitio-
2 nem contra alios proceſsiſſe Hoſt. † Aut quæris nunquid poſ
ſit fieri inquiſitio contra ipſam totam eccleſiam, & tunc dicit
Inno. quòd ſic, vt patet. j. eod. in §. quia vero. ibi cum canoni-
cis & c. ſ. c. proxi. & de re iudi. cum 1. & 2. & eſt forſitan illa ra-
tio, quia regis ad exemplar totus componitur orbis, & quali-
ter eſt rector ciuitatis tales & habitantes in ea. Eccleſiaſti. 10.
Et quia caput malum malam præſumptionem facit de malis
membris. arg. 18. diſ. c. vlti. ſecundum Inno. hic, & j. de ſymo.
licet hely. gl. hic obtinet. & idem recitat Hoſt. in c. per tuas. 1.
2. ſuper verbo æquitatis. ſed Hoſt. hic in hoc contra argu. ſ. de
his quæ ſi. à maio. parte c. quæſiuit. Vnde nūquam debet pro-
cedere

cedere inquiſitio contra canonicos, niſi ſint ſpecialiter vel ge-
neraliter infamati, quare nec fit inquiſitio de occultis, vt legi-
tur, & not. ś. e. c. proxi. & hic, & ĵ. c. proxi §. fi. & c. qualiter. vn
de nec hic legitur expreſsè inquiſitionem contra canonicos
ꝓceſsiſſe. Vel ſi vis intelligere, quòd hic fieret inquiſitio cor-
tra canonicos, tūc oportet intelligi, quòd eſſent ſpecialiter vel
generaliter infamati, ſecundum Hoſt. cuius opi. vera eſt in ſe-
gregatim viuentibus. opi. vero Inn. in communiter viuentib.
ſecundum Ioan. And. & nota verſus magiſtrales. Fama repleta
malis, velocibus euolat alis. Fama boni lentæ volat, inuidia re-
trahente vel detinente.

1 *Infames à teſtimonio repelluntur.*
2 *Complices à teſtimonio repelluntur.*
3 *Habitantes cum inimicis à teſtimonio repelluntur.*
4 *Aſcendentes pro deſcendentibus non teſtificantur.*
5 *Collaterales in cauſa ciuili teſtificantur.*
6 *Collaterales teſtificantur in cauſa criminali ciuiliter intentata.*
7 *Collaterales an teſtificentur in cauſa criminali intentata crimi-
naliter.*
8 *Conſanguineo minor fides adhibetur quàm extraneo.*
9 *Inimicus capitalis à teſtimonio repellitur.*
10 *Inimicitia leuis non repellit à teſtimonio.*
11 *Inimicitia ex verbis oritur.*
12 *Inquiſitionem à Papa impetrantes an ab inquiſitione repellan-
tur, & ipſis repulſis an in cauſa procedatur.* 14.
13 *Perſona in literis expreſſa repulſa, alia non admittitur.*
15 *Reus conuictus condemnatur corporaliter, & etiam pecuniali-
ter ad partis damna.*
16 *Iudex ſecularis condemnat vſurarium tantum ad pœnam.*
17 *Iudex eccleſiaſticus condemnat vſurarium ad reſtitutionem, et
ad pœnam.*
18 *Inquiſitus volens probare bonam famam eſt audiendus.*
19 *Infamia inquiſiti & eius bona fama probatis, quomodo proce-
detur.*
20 *Fama & veritate criminis contra inquiſitum probatis quomo-
do procedetur.*

CVm oporteat. ¶ Ad declarationē gl. 2.
Si quæris vtrum cōſan-
guinei pro ſuis conſanguineis, vel contra eos in te-
ſtimonium admittantur, Diſtingue. Aut ſubeſt alia
1 cauſa legitima eos repellēdi, † puta quia ſunt periuri, infames,
vel inimici, & tunc repelluntur vt hic, quando dicit conſangui
2 neosq́; ſuos ac complices &c. † tales. n. complices ſunt ſuſpe-
cti, & ideo repellendi ſunt. ś. de teſtib. in literis. ſecundū Hoſ.
Idem Abb. hic dicens, quòd hic non repelluntur, quia cōſan-
guinei, ſed quia inimici erant, & cum inimicis habitantes. ś. e.
3 repellantur. † omnes. n. cum inimicis habitantes ſunt ſuſpecti,
ś. vt lite non conteſt. accedens. 2. Aut non ſubeſt alia cauſa le-
gitima eos repellendi, & tunc, aut teſtis eſt conſanguineus ꝓ-
ducentis tantum, vel illius contra quem producitur tantū, aut
eſt conſanguineus vtriuſq;, in gradu tamen inæquali & diffe-
renti, aut eſt conſanguineus vtriuſq; in gradu pari vel æquali.
4 In tribus primis caſibus refert. † Aut quæritur de aſcendenti-
bus, & deſcendentibus, & tales ſiue inuiti, ſiue volentes non
admittuntur, nec pro ſe, nec contra ſe: vt C. de teſti. l. etiam. &
l. parentes. ff. de teſtib. l. teſtis idoneus 4. q. 3. c. placuit. §. itē in
criminali. verſi. item parentes. & verſi. item teſtis idoneus. Et
intellige aſcendentes & deſcendentes, in infinitū. ff. de in ius
vo. l. quiq;. §. 1. Siue ſint liberi in poteſtate, ſiue non. ff. de verb.
ſig. l. liberorum. & l. appellatione parentis. vt hoc not. gl. in d. l.
parentes. & Spe. in tit. de teſte. §. 1. verſi. item quòd eſt parēs.
de hoc per Inn. ś. de offic. deleg. inſinuante. gl. 3. Sed hoc fallit
primo in teſtamento filij de peculio caſtren. teſtantis. in quo
pater poteſt eſſe teſtis: vt ff. de teſtamen. qui teſtamento. §. per
contrarium. Secundo, pater poteſt pro filio teſtificari in cauſa
religionis. 20. q. 3. ꝑſens clericus. Tertio caſu, quando quæri-
tur de ætate, cognitione, ſeu etiam genere filiorū, vt ff. de pro-
ba. l. etiam matris profeſsio. Quarto, in cauſis matrimonialib.
35. q. 6. c. 5. ś. de re iudi. c. tenor. de matrimo. contracto contra
interdic. c. 1. qui filij ſint legiti. c. tranſmiſſæ. & c. per tuas. qui
ma. accu. poſ. videtur. qđ dic vt ibi dixi. Hos caſus ponit Spec.
in verſi. alleg. item quòd eſt parens. & gl. ponit primum & ſe-
cundum in d. l. parentes. Aut quæris de collateralibus, & tunc:
5 aut quæris in cauſis ciuilibus, aut in criminalibus. † Si in ciui-
libus, tunc admittuntur & compelluntur ad teſtimonium &
fratres contra fratres, & pro ipſis quia nulla lege eſt hoc ꝓhi-
bitum, & edictum de teſtib. eſt prohibitorium. ff. de teſtib. l. j.
pro hoc. ś. de præſum. literas. hoc no. Io. & Arch. 3. q. 5. cōſan-
guinei. & Ber. & Hoſt. in c. allegato ſignificante. & Abb. hic, li-
cet gl. in d. l. lege Iul. dicat quòd nec in ciuilibus cogi debent,
quod non credo verum, quia materia probationum non eſt an
guſtanda ſed amplianda. C. de hæreti. l. quoniam. Niſi habeant
bona ſua omnia cōmunia pro indiuiſo, quia tunc cauſa vnius
intelligitur eſſe alterius, & ſic eſſet teſtis in cauſa ſua, quod eſſe
non debet. C. de teſtib. l. omnib. Vel niſi forte ſint in eiuſdem
poteſtate. arg. 4. q. 3. c. placuit. §. item in criminali. verſi. itē pa-
ter & filius, vt no. Spe. in d. §. 1. verſi. ſed nunquid frater. & idē
in hoc caſu vltimo Accur. in d. l. parentes. Si in criminalibus,
6 tunc, † Aut in criminalibus ciuiliter intentatis, & tūc poſſunt
eſſe teſtes, ſicut & in ciuilibus ſecundum Accur. in d. l. paren-
tes. & Abb. hic, pro hoc. ś. de procura. tuæ. de teſtib. c. teſtimo
7 nium. §. ſi vero. † Aut in criminalibus criminaliter intentatis:
& tunc. Aut quæris in criminibus non exceptis, & tunc, aut
quæris de conſanguineis infra quartum gradum. aut de con-
ſanguineis vltra quartum gradū. In primo caſu dic, quòd nec
compelluntur inuiti, & in d. l. lege Iulia. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. &
3. q. 5. conſanguinei. vbi hoc no. Hug. & Io. & Accur. in d. l. pa-
rentes. Nec etiā volentes admittuntur, ita intellige, quod no.
Ber. & Hoſt. & Abb. hic. & Spec. in d. ver. item quòd eſt parēs.
& ver. ſed nunquid frater. In ſecundo caſu dic quòd admittun
tur, vt innuunt Hug. & Io. in d. c. cōſanguinei. & Spe. in d. ver.
Aut quęris in criminib. exceptis, & tunc admittuntur, & com
pelluntur, vt in d. c. literas. & 23. q. 5. ſi audieris. & q. 8. c. legi. vt
no. Spe. tit. de teſte. §. de teſte. §. de teſtium compulſione. circa
princ. & de hoc eſt caſus in crimine hæreſis. ĵ. de hæreticis. c.
in fidei fauorem. lib. 6. In quarto caſu. ſ. quando eſt conſangui
neus vtriuſq; in pari, & æquali gradu. Tunc par affectionis cā
omnem ſuſpicionem fraudis excludit, vt ff. de ritu nup. l. non
8 ſolum. §. 1. vt not. Ioan. in d. cap. conſanguinei. † Nota tamen
quod minor fides adhibetur tali conſanguineo deponenti in
cauſa, & pro parte ſui conſanguinei, quàm alij, vt ff. de teſti. l. 3.
§. tu magis. ſecundum Spe. in ver. alle. ſed nunquid frater. & vi
de quod dixi. ś. de teſti. in literis.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem gl. patet hoc &c. Si
quæris hic quæ inimicitiæ repellant te-
9 ſtes, Diſtingue. † Aut ſunt conſpiratores, vel capitales inimi-
ci, & tales repelluntur à teſtimonio in omni cauſa, vt hic, & ĵ.
de ſymo. licet. & capi. per tuas. 1. ś. de re iudica. cum. 1. & 2. &
inſtitu. de excuſa. tute. §. item inimicitiæ. Et nedum conſide-
rantur inimicitiæ præſentes, ſed etiam quæ fuerunt nudiuſ-
tertius, ſcilicet, quæ fuerunt non eſt diu. 3. quæſtio. quinta.
capitu. accuſatores. 1. Aut non ſunt conſpiratores, nec capita-
10 les inimici. † Sed tamen aliquo modo inimici ſunt, & tales ad
mittentur ad teſtimonium, ſed minorem, aut nullam fidem
eis adhibebit iudex, quòd iudicis arbitrio relinquetur. in auth.
de teſt. §. ſi vero dicatur. col. 7. ff. de quæſtionib. l. 1. §. quæſtio-
nem. & l. quæſtionis. ſecundum Tan. Innoc. Hoſti. & Io. And.
hic. & Spe. tit. de teſte. §. 1. in prin. & tit. de accuſatore. ver. ſed
quæ inimicitiæ. In quo concor. Io. in d. c. accuſatores. dicens ꝙ
ſemper inimicus repellitur niſi ſint leues, vel modice inimici
tiæ. ar. ĵ. de ſymo. licet hely. & hoc relinquitur inquiſitioni iu
dicis qualiter inimicitiæ repellant, vt in §. alle. ſi vero dicatur.
in hoc concor. Gof. in c. alleg. per tuas. & vide quod dixi in c.
11 alle. cum 1 & 2. diſt. 2. † Et ſcias ꝙ inimicitiæ interdum oriun
tur ex verbis. Vnde Socrates: Principium amicitiarum bene
loqui, exordium inimicitiarum maledicere, & no. Io. An. ś. e.
repellantur. ex iſtis in dubio iudicarem leues ad inſtar iniuriæ
verbalis, quæ leuis eſt. inſti. de iniur. §. atrox. à contrario.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo. ex hoc videtur
& gl. fi. Inno. hic. Si quæris quando illi ad
quorum impetrationem inquiſitio à Papa contra aliquem eſt
commiſſa à proſecutione inquiſitionis repelluntur, vtrum ni-
12 hilominus in inquiſitione procedi debeat. Diſtingue. † Aut
illi repulſi à proſecutione inquiſitionis quam impetrauerant
à Papa propter inimicitias, vel aliam cauſam præbuerunt au-
ctoritatem inquiſitionis, & Papa non erat daturus aliàs inqui
ſitores niſi propter auctoritatem & ad inſtantiam eorum, &
hoc conſtat. Aut præbuerunt nudum miniſterium inquiſitio-
ni, & Papa erat aliàs daturus inquiſitores, & hoc conſtat, aut
eſt dubium. Primo caſu refert, aut Papa mandat inquiri de in-
famia, & tunc quemuis impetrantes repellantur, tamen inqui
ſitio procedet ex officio iudicis, vt hic fuit. Aut Papa nō man
dat in reſcripto inquiri de infamia, & tunc non proceditur in
inquiſitione,

inquiſitione, quia ſi hoc,ſ.quod denũtiatus ſunt inimici pro-
pter quod ſunt repulſi, fuiſſet ſignificatum Papæ literas non
conceſsiſſet,ergo per eas procedi non deberet.ſ.de reſcrip.ſu
per literis.ſimile,no.ſ.de iudi.quia Gui.& ita intellige opi.Io.
hic.Cum quo concor.Goſ.Phi.Egi.Ber.& Inno.hic.In ſecun
do principali caſu,dic idem.ſ.quod inquiſitio procedet ex of-
ficio iudicis.In tertio caſu.ſ.qñ eſt dubium,refer,Aut nomina
impetrantiũ in literis ſunt expreſſa:& tunc præſumuntur præ
buiſſe auctoritatem inquiſitioni , & quod Papa non erat aliàs
daturus inquiſitores.ſ.de procur.c.ſi.Aut nomina impetran-
sium non ſunt in literis expreſſa,vt ſi dicatur ad audientiã no-
ſtram peruenit vel relatione quorundam intelleximus,vel ſi-
mile,& tunc præſumuntur ſolum miniſterium præbuiſſe . Et
idem hoc caſu,ſi impetrantes excommunicati eſſent:quia nõ
eneruantur literæ, & ſi miniſterium præbuerunt impetrãtes.
ar.C.de præci.impe.of.l. vniuerſis.ff.de inoffi.teſta.l.poſthu-
mus.§.1.& l.ſi pars.§.fi. & l. Papinianus.§. meminiſſe.24.q.3.
ecce.ſecundum Innoc.& Hoſti.hic.Et in hoc quod dicunt de
excommunicatis impetrantibus,idem tenet Tan.hic,& Hoſ.
j.c.proxi.& Goſ.ſ.de offi.deleg.prudentiam.Sed Io.Vinc. &
Ber.hic contra,& verius ſecundum Guil.& Io. An.j.de reſcr.
lib.6.c.1.gl.fi.per Guil.in gl.quid ſi excommunicatus.per Ioſ.
And.& per illud.c.licet Car.ibi idem quod Tan. Inn.& Hoſti.
hic,& vide quod no.Spe.ti.de inquiſitione.§.1.ver.quid ſi im
petrator.Vnde Pet.de ſamp.& Abb.& Io. And.poſt eos reci-
13 tant hic Guil.naſo.ſic dixiſſe,† quòd vbi in literis aliqua perſo
na exprimitur illa repulſa, non admittitur alius per literam.ſ.
de reſcrip.ſuper literis.& de offi.deleg.p.& g.vbi nullus expri
mitur,ſecus vt hic.in fi.Sed obſtat in prin.c. vbi certi fuerunt
expreſsi, & tamen eis repulſis alij admittuntur, ſed hoc ex vi
ſecundi mandati.Sed huic ſolutioni obſtat.j.eo.olim.vbi vni-
cum fuit mandatum , & tamen ex officio iudicis alij admit-
tuntur imo adijciuntur ad iuuandam,& proſequendam inqui
ſitionem,& denuntiationem,ſecundum Abb.& Io.And.Sed
hoc dictum Guil.naſonis intelligo,ſecũdum præmiſſa.Et per
hoc.c.euidenter patet, quòd ſi infamia habuerit originem ab
inimicis:nec per alios probari poteſt,non proceditur in inqui
ſitione,vt hic. & j.c.proxi.niſi apud bonos & graues ſit nimiũ
14 diuulgata,vt hic in fin. † Si vero ab honeſtis orta fuerit,non à
maliuolis, & per idoneos probari poſsit,iudex ex officio ſuo
cõcedet in inqſitione,vt hic . Sed inimicos repellet à teſtimo
nio,& à proſecutione inquiſitionis , vt hic ſecundum Ho.de
hoc no.Bern.j.de pur.ca.cum dilectis.in gl.not.qđ & ibi dicã.

Super eo.c. Ad euidentiam gl.Inno.hic quæ incipit.
dic quod vbi &c.Cum qua concor. Vin.
Goſ.& Hoſt.hic vide quod no.Card.j.eo.c.1.ver.notandum.
& Guil.& Io.And.in c.2.gl.1.lib.6.Et nota ſecundum Innoc.
15 hic vnum quod eſt notatu dignũ , † quod probato crimine in
modum inquiſitionis imponetur pœna corporalis & hono-
ris,& damna læſis reſarcientur,vt hic.& in aut.vt iudi.ſine quo-
quo ſuſ.fiant.§.ſi quis autem præter. & §.neceſsitatem.col.2.
vt nulli iu.§.& hoc peruenit ad nos colla.9.in quo cõcor.Hoſ.
Et ſecundum hoc ſi expulſus violenter de fundo intentat cri-
minalem actionem per l.Iuliam de vi.contra violentũ expul-
ſorem , & probet ita quòd violentus eſt in cauſa condemna-
tionis, iudex ſine alio iudicio poterit eum etiam ad reſtitutio
nem rei ablatæ cõdemnare,quod videtur probari per iura quę
dicũt quòd iudex in his quæ ſunt ei notoria vt iudici , poteſt
condemnare.ff.fini.regun.l.ſi irruptione. C.de teſti.l.nullum.
ad l.Cor.de fal.l.vbi. Præterea pro hoc videtur lex expreſſa.ff.
de fur.l.interdum.§.qui furem.in contrarium videtur,quia iu
dex non poteſt ferre ſententiam,niſi libello conformem.Sed
libellus accuſationis,vel inquiſitionis hoc non cõtinet,& ideo
fatuus eſſet iudex &c.ff.communi diuidundo vt fundus.j.eo.
qualiter. §. pen. Præterea iudex non poteſt condemnare vltra
quam ſit petitũ,vt ff.de excep.rei iudi.l.ſi ex teſtamento.Præ
terea hoc ſequitur neceſſario, vt videtur, quia ſi iudex poſſet
ſic condemnare,fruſtra lex diceret,quod poſtquam actum eſt
criminali,agi poteſt ciuili . vt C. quando ciuilis actio præiudi-
cat cri.l.vna.Et iſtam partem tenet Io.C.ad l.Iul.de vi pub.l.ſi
quis ad ſe fundum & idem ſentit ibi gl.& Odo.& Pet.de Bel.
16 peti. Quid dicendum,ſuper hoc,ipſe Pet.ſic,diſting.ibi.† Aut
iudex eſt talis qui non poteſt corrigere niſi iure fori tantum,
ſicut ſunt iudices ſeculares , & tunc non poteſt condemnare
vſurarium,vel raptorem ad reſtitutionem per iura allegata ꝓ
17 iſta parte. † Aut iudex eſt talis ad quem ſpectat correctio iure
fori,& iure poli,vt Epiſcopi,& alij iudices eccleſiaſtici,& tũc,
quia non dimittitur peccatum niſi &c.vt j.de vſur.cum tu.&
de reg.iur.c.peccatum.lib.6.poteſt condemnare reum etiam
ad reſtitutionem vſurarum ſeu raptorum,ſic intellige opinio
nem Inn.& Hoſti.hic.ar.ff.de iur.om.iud.l.2.ſecundum Pet.
Et hoc tene menti ſecundum Cy.ibi.Quæ diſtinctio videtur
vera in cauſa inquiſitionis vbi officium iudicis latiſsime pa-
tet.ff.de iur.omn.iudi.l.1.vnde quandoq; ponit hominem ad
rationem.ſ.eo.ſi conſtiterit.Quandoq; inquirit ex officio nõ
probata per teſtes infamia , ſed ſola publica fama deſerente.j.
de pur.ca.inter ſolicitudines.1.reſpon.in fi.quod etiam innui-
tur.j.eo.qualiter.2.reſponſo,in cauſa vero accuſationis credo
ſecus per rationes prædictas.

Super eo.c. ¶ Si quæritur vtrum ille contra quẽ eſt
faciẽda inquiſitio ſuper aliquo crimine,
audiendus ſit,volens probare bonam famam ſuam.Et quid ſi
teſtes hinc & inde producti probent infamiam,& bonam fa-
mam,& quid ſi ſimul & ſemel, ſuper vtroq;.ſ.fama & veritate
18 criminis inquiratur.Diſtingue,† Aut quæritur de primo ſcili
cet , vtrum eſt audiendus volens probare bonam famam ſuã,
& dic quod ſic,ar.in eo quod legitur,& not.ſ.eo.licet.§.fin.de
ſpon.cum in tua.§.1.de teſti.cog.c. dilectorum.6.q.1.ex meri
to.& c.deteriores.ſecundum Hoſt. & Io.And.hic.& Ber.j.e.
qualiter 2.gl.circa medium ver.& ſi actor.& Hoſt.& Io.And.
ibi. Quod intellexit verum Io.prout ibi recitat Io. An.quan-
do aliquo promouente inquiſitionem iudex procedit , ſecus
ſi nullo promouente , quia non ſic præſumitur contra iudicẽ,
ſicut contra aduerſarium.Prius dictum indiſtinctè verius cre
do,tum quia potius in odore bonæ famæ, quam male delecta
mur.ſ.eo.licet.in fi.de præſump.cum in iuuentute.Tum quia
quilibet reus ad probandum ſuam innocentiam admitti debet
per ea quæ leguntur,& no.81.diſt.clerici.2.q.4.omnib.& q.7.
cũ paſtoris.Fallit in caſu vbi iam probata eſſet mala fama con-
tra ipſum,vt no.Guil.de mon.Lau.extra de offi.ord.c.j.ſuper
verbo iniungimus.ver.ſed nunquid.in cle.pro quo.ſ. de teſti.
19 fraternitatis.& eo.tit.c.teſtib.in cle.† Aut quæris de ſecundo
.ſ.quid ſi teſtes producti hinc & inde probent infamiam , &
bonam famam , tunc attendere debet iudex vtrum commu-
nis vox vicinorum exterior cõcordet cum fama,vel infamia,
& qualitate teſtium productorum.His.n.& alijs penſatis cir-
cunſtantijs,erit hoc arbitrio iudicis relinquendum,vt patet in
eo quod legitur,& no.ſ.de teſti.præterea.& c.in noſtra.ſecun
dum Hoſt.hic.idem Spe.tit.de inquiſi.§.nunc tractemus.ver.
quid ſi teſtes &c.Archid.2.q.4.omnib.ſuper verbo remaneat.
Sed ſi plures teſtes dicant eũ eſſe bonæ famæ, & pauciores ma
læ famæ,dicit Io.qđ pauciores præualent,quo ad hoc vt pro-
cedatur ad inquiſitionem ſeu purgationem , cum propter di-
cta paucorum non dicitur infamia,vt hic in fin.Sed Vin.dicit
& melius,dicta plurium præferenda,dummodo probet æquè
bonam ſicut illi malam.arg.ſ.eo.c.licet in fi.2.q.4. omnib.81.
diſt.clerici.& in auth.de monachis.§. cogitandum. coll.1. ſe-
cundum Spe.in d.ver.quid ſi teſtes,& Archi.in c.alleg.omni-
bus.& hoc ſequitur Hoſt.vt patet per hoc quod ſupra proxi.
dixi.Sed Io.And.putat eorum dictum Tan. & Vin.vbi teſtes
primi & ſecundi deponunt de fama viciniæ.& facit quod not.
ſ.de teſti.cum in tua.in vlti.glo. Sed ſi primi,licet pauci depo-
nant de vicinia:ſecũdi ſcilicet multi non de vicinia,verum putã
quod dicit Io.& credo quod ita intellexerunt Tan.& Vinc.in
20 c.alle.omnib.† Aut quęritur quid ſi ſimul & ſemel ſuper vtro
que.ſ.fama & veritate ab vno teſte primo tamen de fama,ſe-
cundo de veritate inquiratur,& tunc dicit Hoſt.quòd non ſer
uatur ordo,quia probatio famæ debet præcedere probationẽ
veritatis,& quia non ſunt tales proceſſus ſiue articuli permi-
ſcendi,vt patet in eo quod legitur,& no.ſ eo.qualiter.de reſcr.
cum dilecta.de iudic.exhibita Et idem modus ſeruandus eſt
vbi in modum exceptionis crimen opponitur ſ.eo.ſuper his.
in hac materia officium iudicis latiſsimè patet. Nam quãdo-
que ponit hominem ad rationem.ſ.eo.ſi conſtiterit.Quãdo-
que inquiret ex officio,non probata per teſtes infamia,ſed ſo-
la fama publica deferente. j. de pur. ca. inter ſolicitudines. &
innuitur j.eo.qualiter.de quo dic, vt ibi.& in c.alle.ſi conſtite
rit.Sed ſi vt appellationes euitet,iudex conſulimus quod pro-
bata infamia inquirat de veritate criminis,ſm Hoſ.cum quo
concor. Spe.tit.de inquiſitione.§.nunc tractemus.ver.quid ſi
teſtes.& verſ.ſeq. Dic tamen quod omiſsio talis ordinis nõ vi
tiat,nec impedit proceſſum,dummodo non appelletur,quod
dic vt legitur,& no.j.eo.c.2.lib.6.

1 *Cauſæ maiores quæ ſint.*
2 *Cauſis maioribus partes renunciat.*

Cum

Vm dilectus. ¶Si quæris quot ſunt ge-
nera maiorum cauſarum,
& in quibus ſpectant ad iuriſdictionem Papæ ſpe-
ctantium:& vtrum interdictioni Papæ in eis ꝑ par
1 ses ſeu aliquam partium renuntiari poſsit, Diſtingue. † Aut
quæris de primo.ſ.quot ſunt genera maiorum cauſarum ad iu
riſdictionem Papæ ſpectantium, & in quibus ſpectant.& dic
quod tria. Vnum cuius examinatio,& diſſinitio,tam ab initio
quam ex poſt facto ſedi tantum in omnibus apoſtolicæ reſer-
uatur,vt eſt diuiſio & vnio epiſcopatuum.ĩ.de exceſ. prælat.
ſicut epiſcoporum depoſitorum reſtitutio, & ſimilia, de hoc
genere eſt poſtulatio facta ad epiſcopatum, vt patet.ſ.de po-
ſtu.præla.c.bonæ.2.§.nec nocebat.& c. poſtulationem. Aliud
cuius examinatio ſpectat ad ordinarium,ſed diſſinitio ad apo
ſtolicam ſedem tantum, ſicut eſt depoſitio epiſcoporum.3.q.
6.accuſatus.& c.ſeq.dubiorum declaratio fidei.ĩ.de hæreticis.
ad abolendam.& priuilegiorum ſedis apoſtolicæ.ſ. de iudi.cũ
veniſſent.ſ.de confir.vti.vel inuti.c.j.& 2. Tertium genus mi
xtum eſt,ſicut electio epiſcoporum,& cõfirmatio, quia quan
doque ſpectat ad ordinarium inſolidum ſ.ſi non appelletur ſal
uis diſpenſationib.ſi circa illam occurrant,quæ ſedi tantũ apo
ſtolicæ reſeruantur,vt ſ.de elec.innotuit.de cor.viti.c.2.Qñ-
que vero deſertur ab apoſtocila ſede, inſolidum.ſ.ſi quoquo
modo etiam fruſtratoriè fuerit appellatum ad Papam. ſecun-
dum Hoſt. qui hoc tenet per quandam decre.quæ incipiebat.
dilecti filij,quam ipſe habebat in tit.de ap. Goſ.vero habebat
eam ſub tit.de elec.& Guil.ſub ti.de reſcri.de qua tractat Cõ-
poſ.ĩ.de elec.ſtatuimus.lib.6.quam hodie non habemus, cu-
ius opi.hodie reprobatur quo ad appellationem fruſtratoriã,
2 ſeu friuolam.ĩ.de elec.quanuis.lib.6.† Aut quæris de ſecundo
.ſ.vtrum iuriſdictioni Papæ in eis per partes renuntiari poſ-
ſit,& tunc dicit Hoſt.hic quòd non, cuius opinio approbatur
in d.c.quanuis.§.cæterum.libr.6. vbi habes quòd in hoc caſu
licet partes ab huiuſmodi appellationibus,nulla tamen inter-
ueniente prauitate recedere antequam præfatę ſedi fuerunt
præſentatę &c.

1 *Differentia inter accuſationem & denuntiationem.*
2 *Procurator non interuenit in cauſa criminali.*
3 *Teſtis an de ſuis criminibus interrogandus.*
4 *Teſtis an de ſuis criminibus reſpondere debeat.*
5 *Teſti de ſuis criminibus reſpondenti an credatur.*
6 *Teſtimonijs paucorum an quis infametur.*
7 *Pauci teſtes qui dicantur ad probandum quem diffamatum.*
8 *Teſtificantibus ſuper infamia an vox communis præferatur.*

INquiſitionis. ¶Si quæris quando in mo
dũ inquiſitionis vel denun
tiationis agitur de criminib.homicidij, ſymoniæ,
& alijs quæ poſt peractam pœnitentiam impediũt
executionem ordinis ſuſcepti, & retentionem beneficij, ſis
omnino ſicut in accuſationis iudicio procedendum, Diſtin-
1 gue.† Aut quantum ad hoc, vt denuntians teneatur ſe inſcri-
bere ad pœnam talionis,& dicunt Ber.& Innoc.quòd non,ſed
Hoſt.in hoc contra,vt dixi.ſ.eod.ſuper his. Aut quantum ad
diſſinitionem,& pœnam imponendam,& dic,quòd ſic,ſecun
dum Hoſti.hic. Fallit in pœna exauctoriſationis ſeu degrada-
sionis ſolennis,de qua habetur.11.q.3.epiſcopus.ĩ.de pœnis
degradatio.lib.6.Et eſt ratio,criminis immanitas aliàs innor-
mitas, & idem ſi conſtaret per denuntiationem. ſecundum
Goſ.& Abb.hic.& Archi.l.diſt.miror.in gl.ſi & in modũ &c.
2 † Aut quantum ad procuratoris conſtitutionem,& videtur ſe
cundum Hoſt.quòd in tali cauſa interuenire non poteſt,cum
eundem effectum habeat quem accuſatio,vt hic patet.In ac-
cuſatione autem criminali procurator interuenire nõ poteſt.
vt no.ſ.eod.veniens.Aut quantum ad proceſſum,& dic quod
non,imo diſsimilis eſt proceſſus ſecundum Hoſt.

Super eo c. ¶ Ad euidentiam gl.iudex.n.& glo.ſeq.
& glo.Innoc.quæ incipit,ex hoc loco.Si
quæris vtrum teſtis poſsit,& debeat de & ſuper ſuis crimini
bus interrogari,& vtrum interrogatus teneatur & debeat re-
ſpondere,& ſi reſpõderit vtrum debeat ſibi credi, Diſtingue.
3 † Aut agitur & quæritur ſpecialiter de aliquo crimine,cuius
particeps dicitur eſſe teſtis, & tunc licet de alijs non credatur
ei in omnibus, de ſe tamen interrogari poteſt, & reſpondere
debet, & ei creditur, vt ſ.de elec.per inquiſitionẽ.& de con-
ceſ.c.1.& 2.& C.de teſti.l.nullum.quòd dic vt no. Hoſti.& vt
ſcripſi.ſ.de teſti. cauſam quæ inter Archiepiſcopũ. & in hoc
concordant Vinc.& Spec.ti.de teſte.§.iam de interrogatorijs.
ad fi.ver.ſed nunquid quæretur &c.Aut agitur & quæritur de
alio crimine cuius nõ dicitur eſſe particeps ipſe teſtis,& tũc,
Aut quæritur de duobus primis.ſ.vtrum ipſe teſtis debeat de
& ſuper ſuis criminibus interrogari,& vtrum interrogatus te
neatur & debeat reſpondere. Aut quæris de tertio.l.vtrum ſi
4 reſponderit debeat ſibi credi. † Si de duobus primis,tunc di-
cit Ber.in c.alleg.cum cauſam,quòd ſatis poteſt dici quòd te-
neatur reſpondere ſaltem ad eade quibus traditur. 4.q.3.c.ſi
teſtis.§.item teſtium.ff.de teſti.l.3.& ar.opti. hic.ſ.an ſit decu
rio,plebeius,liber,an ſeruus,infamis, an bonæ famæ, amicus,
vel inimicus eius,pro quo,vel contra quem teſtificatur,locu-
ples,an egenus. Sed de alijs interrogatus non tenetur reſpon-
dere, & hoc idem tenet Abb.ibi.& hoc idem innuit Ber.hic.
Tu dic ſecundum Inno.& Hoſti.hic, cum quibus concordas
Vinc.& Roſ. quòd non eſt interrogandus, & ſi interrogetur
non cogitur reſpondere, nec crimen ſuum ſeu conditionem
ſuam in ſpecie,vel in genere prodere debet.de pœ.diſt.1.non
tibi dico.2.q.1.ſi peccauerit.idem Hoſt.in c.alle.cum cauſam,
quæ inter. Nec obſt.ſi obijciatur quòd ordo & teſtimonium
pari paſſu ambulant.2.q.7.ipſi apoſtoli.ſed in ordinibus debet
confiteri, ergo & in teſtimonio.l.diſt. ex pœnitentibus.quia
hæc ſimilitudo non attenditur in omnibus, ſicut nec in hoc
caſu.Nam in ordinatione propter periculum animæ iſtud ſpę
cialiter eſt ſtatutum, ſed nec tenetur urdinandus omnia cri-
mina ſua dicere,vt no.in d.c.ex pœnitentib.ſed illa tantũ,quę
ordinis executionem impediunt.ſecundum Inno. & Hoſtię.
idem Goſ.in ſum.de temp.ord.iuxta fi.§.reſtat.& Arch.in d.
5 c.ex pœnitentib. in gl.adde quicquid dicat &c. † Si quæris de
tertio.ſ.ſi reſponderit,ſit ei credendum, dic quòd ſic, quia ſi
non valeat teſtimonium tanquam iurati cum de hoc non iu-
rauerit.arg.ſ.de teſti.c.de teſtib. valet tamen tanquam de ac-
ceſſorio.arg.ſ.de offi.deleg.c.præterea.ad fi.& c.prudentiam.
§.pen.& vlti & quia vnicuiq; creditur contra ſe.ff.de interro.
act.de ætate.§.1.& quia de ſe magis ei credendum eſt quã alij,
cum de ſe melius nouerit veritatem.arg.ſ.qui ma.ac.poſ.c.vi
detur.ſecundum In.& Hoſti. quorum gloſſam approbat hic
Archi.2.q.7.quærendum.gl.pen.& ſatis concor.Spe.in d.ver.
ſed nunquid quæretur.& eo.tit.ſ.de teſte.§.1.in 6 col.ver.qd
ſi teſtis dicis &c.dicens quòd quando confitetur contra ſe nõ
eſt veriſimile, quòd ſuam tantam turpitudinem contra ſe aſ-
ſeueret,quia crudelis eſt qui famam ſuam negligit.12.q.1.no-
lo.Dicit tamen quòd in iſto vltimo caſu ipſe deſerret teſti in-
ueniret.arg.5.q.5.illi qui.30.q.5.iudicantem.ĩ. de fide inſtru.
c.cum Ioan. ſuper principali tamen non crederetur ei ſecun-
dum Ber.hic in gl.quia forte idem Io.Vin.& Io.And.

Super eo.c in fine. ¶Si quæris vtrum propter
dicta paucorum quis infa-
matus debeat reputari, & qui dicantur pauci, & vtrum dictis
teſtium deponentium ſuper infamia,ſit vox communis con-
traria præferenda. Diſtingue. Aut quæris de primo.ſ.vtrũ ꝓ-
pter dicta paucorum quis infamatus debeat reputari, & tunc.
aut quæris de dictis paucorum teſtium ad probandum infa-
miã productorum, aut de dictis aliorum quam teſtium. In pri
6 mo caſu refert. † Aut quæris de dictis paucorum teſtium ad
probandum infamiam productorum, & de ipſa debitè depo
nentium, vt quia iurati deponunt eum infamatum apud bo-
nos & graues,quos ſpecificãt, & dic quòd ꝑ dicta iurata pau-
corum teſtium idoneorum, puta duorum vel trium, proba-
tur infamia,quis infamatus reputari debet. Nam per duos ꝓ-
batur fama.ſ.de teſtib.tam literis. 1.reſpon.ſicut & ſolennitas
.ſ.ſubſcriptio ſeptem teſtium teſtamenti.C.de bo.poſ.ſecun-
dum tabu.l.2.arg.C.de fideiuſ.l.fi.in fi.ſecundum Inn.& Ho.
hic in glo.fi.idem Io.And.& hoc idem.ſ.quod fama probetur
per duos teſtes idoneos not.ſo.l.4.q.3.c.ſi teſtes.§.item ſæpe
etiam ſine. Aut quæris de dictis paucorum teſtium.de & ſup
ipſa infamia non debitè deponentium,vt quia non iuratorũ.ſ.
de teſti.c.de teſtib.& c.nuper.vel ſi iuratorum, tamen de in-
famia apud bonos,& graues, nihil dicentium.vel ſi dicunt nõ
tamen ſpecificant,& talia dicta non probant,vt hic in fi.quan
do dicit qui propter dicta paucorum &c.& ſ.in verſic.& verũ
ibi plures dixerint infamatum &c. Nõ.n.dicit iurati depoſue
runt,nec dicit apud bonos,& graues,vnde iſti iurati depone-
bãt infamiam apud ſe tantum fore,& non apud bonos, & gra
ues,& de propria credulitate, quæ non ſufficit ad pœnam in-
fligendam.86.diſt.ſi quid vero.ſecundum Hoſt.& Io.And.In
ſecundo caſu.ſ.quando quæritur de dictis aliorum quam te-
ſtium, & dic quòd propter dicta talium paucorum nõ debet
quis

7 quis reputari infamatus. ita poteſt intelligi iſte tex. † Aut quæ
ris de ſecundo principali. qui. dicantur pauci. & Bern. dicit hic
quod maior pars viciniæ requirit, vt apud ſamā eſt laboret: &
idem Vin. & Io. hic Hoſt. vero dicit quod non ſufficit maior
pars viciniæ: niſi etiam ſit apud bonos & graues. ſed Hug. &
Io. & Arch. 10. q. 3. vnio. gl. fi. dicit quod ſufficit quod à decem
vel pluribus infamatus ſit. & idem innuit hic Goſ. qui intelli-
git hic paucorum. i. duorum vel trium. ſecundum Arch. ibi. &
pro hoc facit text. ſ. ibi duo vel tres. Aut etiam plures &c. Nā
hæc dictio plures, ad modicum refertur. ff. de verb. ſign. l. hæc
adiectio. & pluralis locutio &c. ff. de teſtib. l. vbi numerus, &
j. de reg. iur. c. pluralis locutio. lib. 6. vnde finaliter crederē hoc
arbitrarium. Quid n. ſi Pariſijs aliquis ſit infamatus apud de-
cem vel duodecim, de vitio ſuo in quo forte ſunt mille, alij ho
mines commorantes apud quos nō eſt infamatus, non viden-
tur ſufficere. Item quid ſi aliquis ſit diffamatus apud decē vel
duodecim homines in villa, in qua non ſunt niſi. 18. homines,
videtur ſufficere. ſ. de offi. deleg. de cauſis. nam in hac materia
officium iudicis latiſſime patet. ff. de iuriſ. omn. iud. l. 1. & no.
8 Hoſt. ſ. eod. cum oporteat. † Sequitur de ſecundum principali
. ſ. vtrum dictis teſtium deponentium ſuper infamia, ſit vox
communis contraria præferenda, & tunc dic vt dicit Inno. hic
in gl. no. dicens quod licet teſtes aliqui dicant aliquem infama
tum, & communis vox non habeat eum infamatum, cōmu-
nis vox præfertur dictis plurium teſtium, vt hic in fi. Nec eſt
contra. ſ. de ſpon. cum in tua. quia bene poteſt probari infamia
per teſtes, & maxime vbi probationes non inducuntur in lo-
co vbi dicitur infamia contracta. Sed tutius eſt, & melius ſem
per proprijs auribus habere certitudinem de fama: & in loco
in quo dicitur infamatus, quam per teſtes, & in alijs locis. ſ. de
elec. c. poſtquam. & c. ſcriptum eſt. de præſum. quia veriſimi-
le. j. de pur. ca. cum dilectus. Et tunc quando ſic conſtat aliquē
eſſe bonæ famæ: licet duo vel etiam plures, dum tamen non
ſint multi, dicant eum eſſe malæ famæ, non tamen fiet inquiſi
tio, vt hic. ſed ſi hoc modo non conſtat de bona fama, alicuius
per duos teſtes, probetur eum diffamatum, non credit iudicē
teneri probationem recipere ſuper bona fama. Cum etiam ſi
probaret per multo plures non ſit eis profuturum, cum poſ-
ſit eſſe bonæ famæ, apud aliquos, & malæ apud alios, & ꝓpter
illos ſit indicenda purgatio. 2. q. 4. omnib. Tamen bene facit iu
dex ſi eos recipiet, & eis gerat morem, & etiam aliquo modo
poterit ex eis inſtrui. ff. de probationib. l. circa. ar. 2. q. 7. cū pa-
ſtoris. & q. 4. omnib. 12. q. 2. ſint manifeſtè. 18. q. 2. in decimis.
contra tamen credimus: Inn. cuius gl. ſequitur hic Hoſt. illo ar
ticulo prætermiſſo, quam dicit Inn. ſe non credere. & Arch. 2.
q. 4. omnib. ſuper verbo remaneat. ſed opi. Inn. poteſt intelligi
vera poſt publicatas atteſtationes teſtium ſuper infamia pro-
ductorum, ante vero poteſt eſſe vera opinio Hoſt. ar. ſ. de teſti.
fraternitatis. & c. ti. c. teſtibus. in cle.

1 *Prouiſo de beneficio ſi crimen obijciatur, an prouiſionis execu-*
tio differatur.
2 *Infamiæ obiecti criminis effectus.*
3 *Communis intellectus non eſt mutandus.*

ACcedens. ¶ Ad euidentiam huius decreta-
lis. Si quæris quando illi cui de be-
neficio prouiſum eſt, & qui petit ſe in poſſeſsionē
poni, & prouiſionem ſibi factam executioni man-
dari aliquod crimen oponitur, vtrum per hoc executio proui-
1 ſionis debeat retardari, vel quid iuris. Diſtingue. † Aut proui-
ſus proponitur ſuper illo crimine publicè infamatus, aut non.
Si non, mandatur prouiſio executioni, quo facto, ſi actor, vel
accuſator, vel denunciator appareat legitimus talis. ſ. qui cri-
men probare velit, & valeat, probato crimine priuatur bene-
ficio. ſ. de ap. conſtitutus. 2. §. fin. de conceſ. præb. poſt electio-
nem, non probato crimine reus abſoluitur, hoc. n. eſt genera-
le. quod dic vt legitur, & no. ſ. vt eccle. benefi. c. vnico. & ſ. eo.
titu. c. 1. 2. 3. & 4. & in præmiſsis iuribus conſtitutus poſt ele-
ctionem. Si vero accuſator non appareat prouiſus, vlterius nō
grauatur, vt hic in prin. & ſ. eo. c. 1. Si prouiſus eſt ſuper obie-
cto crimine publicè infamatus, & is qui crimē obijcit ipſum,
ſit probare paratus, tunc propter infamiam obiecti criminis
executio retardatur, arg. ſ. eo. omnipotens. 85. diſt. tantis. Da-
niel. 2. q. 1. presbyter ſi à plebe. C. de infami. l. vnica. de decur. l.
infamia. lib. 10. de pig. l. neque famoſis. lib. 52. j. de exceſ. præla.
inter dilectos. Vbi no. Inno. in gl. 1. & Hoſt. & Abb. poſt eum,
quod crimen opponitur non tantum electo confirmationem
petenti: vt ſ. de elect. c. dudum. 1. & 2. imo etiam opponitur ei
qui inſtitutus eſt antequam adipiſcatur poſſeſsionem, vt ind.
c. interdum. modo laboret infamia, vt hic. & j. de pur. ca. c. 2. ſ.
de teſti. licet ex quadam. & recipiuntur probationes excipien
tis ſuper obiecto crimine, quo probato, prouiſo ſilentium im
ponetur. Sed ſi non probetur erit infamato, purgatio indicen-
da, in qua ſi defecerit, erit eidem prouiſo ſilentium imponen-
dum. Verum ſi ſe purgauerit, eſt mandanda executioni proui
ſio, & contradictor ab huiuſmodi aliàs ab ipſius moleſtia cō-
peſcendus, & in expenſis legitimis condemnandus prout iſta
omnia hic ſequuntur. Fallit forte vbi excipiens ante confirma
tionem, vel collationem, vel prouiſionem habuit facultatem
2 excipiendi, vt dicam in d. c. inter dilectos. diſt. vlt. † Liquet igit̄
ex præmiſsis, ꝙ infamia obiecti criminis duos effectus habet.
Primus eſt, vt executio ſuſpendatur. Secundus eſt, vt ipſa ſu-
ſpenſa probatio obiecti criminis admittatur, vt patet in eo, ꝙ
legitur, & no. j. de ſym. accuſatum. Tertius, etiam poteſt no-
tari, vt. ſ. purgatio indicatur, vt hic ſequitur, nec ſufficit op-
poſitio infamiæ niſi & crimen obijciatur, nec obiectio crimi-
nis, niſi & infamia opponatur. Liquet etiam ex præmiſsis, ꝙ
ſi electus conſecratus ſit, adhuc tamen contra ipſum poteſt
obijci crimen cum infamia, ad hoc vt impediatur corporalē
poſſeſsionē, Epiſcopatus adipiſci, ꝙ dic vt no. ſ. de appel. con-
ſtitutus. 2. in fi. & c. vt debitus. in fi. & j. de exceſ. præla. inter di
lectos, & ſic hæc decretalis fuit hactenus intellecta commu-
3 niter. † Vnde iſte intellectus minime eſt mutandus. ff. de leg.
l. minime. Sed ſi contra publicè infamatum concurrant, accu-
ſator, & contradictor, accuſator qui incedit via ordinaria præ
ferendus eſt alteri qui incedit via extraordinaria, ar. ff. de mi.
l. in cauſæ. 2. & patet ex no. in ſum. de accuſa. rub. de inquiſitio-
ne. §. quis ſit effectus. ver. is ergo eſt ordo. ſecundum Hoſ. & [illegible]
Io. And. Et vide de hac materia quod no. Ber. ſ. de elec. quod
ſicut. & plenius Compoſ. ibi in ver. alij dicunt etiam ver. ſeq. &
per Hoſt. in ſum de excep. §. & quando. verſi. ſed hoc. & §. & à
quib. ver. quid ſi de crimine. & ſ. de excep. cū eccleſiaſticæ. ſup
verbo de qua: & vide quod dicam in d. c. inter dilectos. diſt. vl.

1 *Inquiſitio generalis triplex.*
2 *Inquiſitio ſpecialis duplex.*
3 *Contra prælatum ſecularem, quomodo inquiratur.*
4 *Contra ſecularem priuatum, quomodo inquiratur.*
5 *Contra regulares quomodo inquiratur.*
6 *Inquiſitio ex officio vrgente.*
7 *Inquiſitio ſuper fama ſit ſine ordine iudiciario.*
8 *In inquiſitione generali non eſt neceſſaria litis conteſtatio.*
9 *In inquiſitione ſpeciali litis conteſtatio requiritur.*
10 *Monitio non requiritur in inquiſitione ex officio.*
15 *Monitio præcedat denuntiationem.*
12 *Accuſatio qua pœna imponatur.*
53 *Inquiſitio qua pœna imponatur.*
14 *Denuntiatus qua pœna puniatur.*
15 *Teſtes debent in facto concordare.*
16 *Teſtes quomodo concordare debeant in cauſa ſcientiæ. 18.*
17 *Teſtes concordare debent in tempore.*
19 *Suſpectis ſoli epiſcopo an indicatur purgatio.*
20 *Peccator maximam cap. dimi. patitur.*

QValiter & quando ij. ¶ Si quæris in qua inqui
ſitione habeat ſeruari forma huius. c. Diſtingue.
1 † Ad cuius euidentiam nota quod quandoq; fit in-
quiſitio generaliſsima ex mero & puro officio iudicis, vt qu
quæritur in concilijs generalibus, ſeu prouincialibus genera-
liter de ſtatu prouinciarum, ſeu prouinciæ, quantum ad eccle
ſias, & perſonas, in melius reformandas. j. eo. ſicut olim. ſ. de
præben. graue. Quandoque generalis tam in capite quam in
membris alicuius eccleſiæ ciuitatis vel caſtri, vel alterius lo-
ci. Quandoque prælatus viſitat ex eodem mero officio. ſ. de
offic. ordi. c. 5. & c. irrefragabili. 10. q. 1. placuit. j. de hære. ex-
communicamus. 1. §. adijcimus. Et in his duobus caſibus non
habet locum forma huius. c. ſed generaliter & compendioſè,
contra omnes inquiritur. Fit etiam inquiſitio generalis aliquo
impetrante, vel ex officio fama deferente, quo caſu non habet
locum forma huius. c. ſed alia de qua. ſ. de re iudi. cum ſuſc. &
ſeq. quamuis illa poſsint intelligi de ſingulari inquiſitione ta
2 tum, vt ibi no. † Specialis ſiue ſingularis quādoq; fit ad denun
tiationem illius ad quem ſpectat, hoc ex officio denunciatus
quo

caſu non eſt neceſſaria trina monitio:ſed facta ſimpliciter tan
tum denuntiatione proceditur ad inquiſitionem. C. eod.l. ea
quidem.ſ.de offic.cuſto.c.1.in fi.j.de cenſi.c.Romana §.ſane.
& ſeq.lib.6.& de hac materia plenius,no.ſ.de iudi.nouit.j.rñ.
Fit & quandoq; nullo denuntiante, ſed fama deferẽte:& tũc,
Aut proceditur contra ſecularem,aut contra regularẽ.Si con-
3 tra ſecularem, tunc † aut contra ſecularem prælatum, & tunc
non ſufficit ſimplex fama, vel clamor,& frequens lis,niſi ſit q̃
ſcandalum generet,vel ſine periculo tolerari non poſsit,vt pa
tet.j.eo.§.1.Aut contra ſecularem priuatum, & tũc ſufficit fa
ma frequens & clamoſa,& ſi non generet ſcandalum, & ſic lo
quitur hic. & in vtroq; iſtorum duorum membrorum ſerua-
tur forma quæ traditur.j.eo.c.§.debet. Sed & requiritur pro-
batio famæ de qua no.ſ.eo.cum oporteat.§.fi. quod tamen to
tum eſt arbitrio boni iudicis relinquendum & committen-
dum,vt tamen ſcias,quod leuiores probationes contra priua-
tos ſufficiunt,quam contra prælatos,vt j.eo.§.licet.ä de offi.
ordi.paſtoralis. 1.reſp.& j.de ſent.excom.cum illorum.§.ſi ve
5 ro clauſtralis.† Si proceditur,tunc aut correctionem ſecundũ
regulam, & tunc ſecundum eandem de plano proceditur con
tra non ſeruata hac forma.ſ.de appel.reprehẽſibilis. & c.cum
ſpeciali.& de regu.c.fi.& de ſta.mo.c.in ſingulis. & c.ea quæ.
Aut ab adminiſtratione remoueatur,& tunc quando agitur de
Abbate vel priore conuentuali,vel curam habente, & autho-
ritate dyoceſani inſtituto,& ſi non ad vnguem quo ad quędã,
tamen ſeruãda eſt forma huius.c. vt ſ.vocetur,& ſe poſsit de-
fendere,vt patet.ſ.eo.ad petitionem.§.cũ igitur.& j.eo.olim.
§.ſi vero.& de ſymo.per tuas . Vt tamen ſcias,quod leuius &
ex leuioribus cauſis remoueri poteſt, quam ſecularia, vt j.eo.
c.in fi.vnde & conſuetudo locorum religioſorum ſpecialis in
hoc expectanda eſt,vt in d.c.per tuas.alleg.in fi.& ſ.de app.qa
nos . Quando vero agitur de priore ſimplici,vel alio officiali,
ſeu aliam obedientiam tenente,talia inſtituitur,& deſtituitur
per Abbatis arbitrium etiam ſine cauſa, vt patet in eo,quod le
gitur,& no.ſ.de ſta.mo.cum ad monaſterium.§.tales.& c.mo
6 nachi.† Quandoq; etiam fit inquiſitio officij debito vrgente,
& ſi nulla præcedat fama, nec aliquid opponatur , ſicut patet
exemplum qñ agitur de matrimonio contrahendo ſiue cor-
porali,vt ſ.de clandeſti.deſpon.c.3.ſiue ſpirituali, vt ſ.de elec.
cum nobis olim.§.vlt.& idem eſt vbicunq; iudex ex mero &
puro officio procedit.In his maxime in quib.imminet pericu
lum animarum,vt patet.ſ.de iureiur.ad noſtrã.2.de offi.ord.
c.1.ſecundum Hoſ.cuius eſt tota iſta diſtinctio,& de hoc per
eum in ſum.eo.tit. ſub.rubri.de criminib.ſine ordine punien
dis. §.fi.& in his concor.per omnia Io.And.hic &c.

Super eo.c. ¶ Ad declarationem gl.primæ ibi, ſi ve
ro infamatus.Si quæris vtrũ in cauſa in-
quiſitionis poſsit procedi lite nõ conteſtata & monitione nõ
præmiſſa. Diſtingue. Aut quæris primo, nunquid poſsit pro-
7 cedi lite non conteſt.& tunc.† Aut quæris de proceſſu facien
do de & ſuper fama,& in illo poteſt procedi ſine ordine iudi-
ciario,& ſine litis conteſtatione,arg.no.per Ber.Inn.& Hoſt.
ſ.de ſpon.cum in tua. Aut de proceſſu faciendo ſuper princi-
8 pali:† & tunc Aut inquiſitio eſt generalis, tam in capite quam
in membris : & tunc non eſt neceſſaria litis conteſtatio.ita in-
tellige.ſ.de re iudi.cum 1.& 2.ſecundum Pet.de ſamp.& Abb.
9 & Io.An.ibi.† Aut inquiſitio eſt ſpecialis contra certam per-
ſonam , & tunc,Aut proceditur vel inquiritur contra aliquem
ad inſtantiam partis,& parte inſtante, & tunc no valeret pro-
ceſſus lite non conteſt.factus.vt j.de pur.ca.c.pen. dictus ve-
ro.quæ §.ita intelligit Hoſti.ibi, & Ioan. And.hic ſed deberet
procedi cõtra eum aliàs ad annotationem bonorum, vel aliàs
prout legitur, & no.11.q.3.c.rurſus.& c.quicũq.& 3.q.9.de-
cernimus.& ſ.de do.& contu. veritatis.& de hoc vide , quod
dixi ibi in diſt.5. Aut proceditur vel inquiritur ꝯ eum ex offi
cio iudicis parte aliqua non inſtante,& tũc. Aut eſt abſens per
contumaciam, & tunc proceditur contra eum ſuper principa
li,lite non conteſtata: vt ſ.vt lit.non conteſta.c.quoniam fre-
quenter.§.ſunt & alij.& hic in §.debet. Aut eſt præſens, & tũc
ordo iudicarius eſt ſeruandus,aliàs proceſſus non valeret, vt j.
de pur.cap.cum dilectus.prout ita not.Guil.de mon.Lau.ex-
tra de offi.ordi.c.1.in clem.Aut quæris nunquid poſsit proce-
10 di monitione oon præmiſſa, & tunc. † Aut iudex inquirit nõ
ad denuntiationem alicuius proſequentis inquiſitionem , ſed
ex officio ſuo fama publica referente , & tunc nulli dubium ,
quod poteſt procedi nulla monitione præmiſſa, ſufficit enim
ſola fama vel clamor,vt j.de ſymo.licet hely.vbi ſic intelligũt
Ioan.Goſ.& Ber.& Archi.12.q.2.indigne.glo.penult.Aut iu-
dex inquirit ad denuntiationem alicuius proſequentis inqui
ſitionem,& tunc dicit Bern. hic in additione non eſſe neceſ-
11 ſariam admonitionem.† Tu dic quod imo denuntiaoa hoc cã
ſu probare habet trinam monitionem.j.de ſymo.licet hely.§.
contra quos.ſecundum Ioan. Vincen.Goſ.Phil.& Ber.qui ita
ſentiunt.j.titu.1.c.2. Et iſtorum opinio verior eſt ſecundum
Ioan.12.q.2.indigne.idem Roſr.& probatur in Specu.titu.de
inquiſitione. §.5.verſic. ſed nunquid poterit. vbi etiam dicit,
quod tunc inquiſitor non procedit per modum inquiſitionis,
ſed per modum denuntiationis , & pro hac ſententia , eſt ſu-
pra eod.cum dilectus.vbi Ioan. & Goſ.not.idem.& idem te-
net Archi.in d.c.indigne.in glo.adde. dic quòd cum ad denun
tiationem.ſupra eo.c.& eadem gloſ.ver.& cum proceditur ad
denuntiationem &c.

Super eo.c. & ead.glo.ver. & cum proceditur ad de-
nuntiationem &c.Si quæris vtrum quan
do agitur de crimine neceſſaria eſt præcedens monitio:diſtin-
guam.j.de ſymo.licet hely.diſt.1.

Super eo c. Ad declarationem glo.penult. Berna. Si
quæris quando proceditur, & probatur
crimen in modum accuſationis,vel inquiſitionis, vel denun-
12 tiationis,quæ pœna imponi debeat, diſtingue:† Aut agitur in
modum accuſationis, & tunc deponitur, quia hic eſt effectus
accuſationis,vt ſupra eod.in verſi.vt criminalis accuſatio &c.
ſecundum Ber. Hoſtien.vero dicit , quod ſi certa pœna inue-
niatur in iure ſiue corporalis, ſiue dignitatis amiſsio, ſiue fa-
mæ læſio , illa imponetur.C.qui accu.non poſſ.l.non ignorat.
& l.de crimine.& l.penult.non durior , nec mollior , alioquin
arbitraria erit pœna , vt ſupra de offic. delega. de cauſis.& de
tranſac.cap.vltimo Hoſtien. hoc recipit à Tanc.qui idem no.
in libello ſuo.rubri.de criminibus.§.& nota.idem not.Archi.
2.quæſt.1.ſi peccauerit.ad fin.glo.adde dicit Bernar.quod non
credit &c.Et quot ſunt ſpecies pœnarum,& quibus,& à qui-
bus,& quando ſunt inferendæ,dic vt no.ipſe Hoſtien.in ſum
ma de pœnis.§.quot ſunt.& §.quæ & quibus.& no.quod per
illum textum , ſupra eodem.vt criminalis accuſatio &c.Dicit
Hoſtien.in ſumma de offic. delega.§. quid ſit effectus. verſic.
quid de depoſito &c. quod in foro eccleſiaſtico depoſitio vl-
13 timum ſupplicium reputat . † Aut agitur in modum inquiſi-
tionis , & tunc dic vt not.Ber.ſupra in 1.glo.ver.crimine vero
ſic probato &c. Cum quo concord. Hoſtienſis. hic dicens.&
Ioan.Andr.poſt eum, quod ſi graue ſit crimen ab adminiſtra-
tione conuictus remouetur, niſi miſericorditer agatur.Sed &
ſi tantum ſit crimen , quod poſt ſententiã executionem im-
pediat,ac ſi accuſatus fuiſſet procedetur.ſupra eod.inquiſitio-
nis.in prin. Ad hoc etiam facit quod not.Pet.de ſamp.Abb.&
Ioan. And.ſ.de ſtatu mona.c.vlti.dicentes ,quod per modum
14 inquiſitionis quis priuatur beneficio ſuo.† Aut agitur in mo-
dum denuntiationis, & tunc dicit Hoſtien.hic,quod ſicut de-
nuntiatio diuerſimodè fieri poteſt, & natura diuerſa eſt,diuer
ſæ ſententiæ formabuntur. Si enim ſit euangelica,pœnitentia
iniungetur , ſi iudicialis,ad ſatisfactionem condemnabitur, ſi
canonica, pœna infligeretur vel peccatum fieri inhibitur , vel
aliter ſecundum,quod requirit denuntiationis modus ſenten
tiabitur,quod dic vt leg.& no.ſ.de iudi.nouit.5.reſpon.Et ſe-
cundum hanc diſtinctionem intelliguntur illa verba in tex.vt
iuxta formam iudicij &c.ſecundum Hoſti.& Ioan.And.poſt
eum.Cum quo ſatis concor.Tan.in d.§.nota.& Arch.in d.§.c.
ſi peccauerit.in gl.adde dicit Ber.quòd non credit &c.ver.pœ
nam huius &c. dicentes , quod pœna huius proceſſus eſt mi-
tis , quia debet ſibi imponi pœnitentia pro illo crimine , vt ſ.
eod.ſuper his.Et crederem eum propter hoc non eſſe depo-
nendum à dignitate, vel ordine, niſi delicti qualitas coget iu-
dicem aliter procedere , puta quia conuictus eſt de ſymonia ,
de qua non poteſt pęnitere retento eo quod ſymoniacè acqui
ſiuit , vel niſi ſcandalum vel diffamatio inde orietur.2.q.5.is
mala fama. & ſ.eo.inquiſitionis.& de hoc vide Spe.titu.de in-
quiſitione.§.nunc videndum.

Super eo. c. Ad declarationem gl.Inn.hic,quæ inci-
pit hic potes colligere &c. Si quæris v-
trum teſtes deponentes de & ſuper aliquo facto concordare
debeant in ipſo facto, ſeu in ipſa ſcientia facti, & etiam in cau
15 ſa ſciendi. Diſtingue.† Aut quæris vtrum debeant concordare
in ipſo facto ſeu ſcientia facti ſuper quo principaliter perdu
cunt,& nulli dubiũ quod ſic. Vnde ſi ſint producti ad proban
dum aliquem eſſe infamatum , oportet quod in hoc concor-
dent quod infamatus ſit : aliàs eorũ teſtimonia non valerent.
arg.ff.de peti.hæredi.l.ſi quia libertatem.§. quoties.& de ædil.

æ dic.l.1.§.cauſa.de proba. ſi arbiter. C.de iur.& fac.igno.l. cũ falſo.ſ.de elec.bonæ.ij.§. contra legati. & de probat.c. licet.§. quanquam.ſecundum Inn.Hoſt.& Spe.Quod verum nedum in facto non reiterabili, & quod non niſi ſemel committi poteſt, vt homicidium alicuius, ſed etiam in facto reiterabili: & quod ſæpius committi poteſt, vt adulterium.nam etiã ibi nocet temporis vel locorum diuerſitas. vt patet de Suſanna.3.q.7.c.nos ſi incompetentes.§.item Daniel.Vnde cũ dicitur crimen iterari, hoc dicitur propter expreſſam ſimilitudinem, nõ propter identitatem. Nam aliud eſt adulterium, quod hodie quis committit cum Berta, & aliud quod cras. argu.no.per Io. 6.q.1.immutare, & idem in diuerſis adulterijs commiſſis cũ eadem in diuerſis horis eiuſdem diei. Vnde oportet quod in quolibet duo ſint teſtes non diſcordantes in t pe nec in loco t vt no.Io.3.q.9.nihilominus.gl.fi.& Arch.ibi in gl.adde dicit
16 Lau. † Aut quæris vtrum debeant de neceſſitate concordare in cauſis ſcientiæ facti, & dic quod non: cum nec eas probare teneantur, vt ſi teſtes deponentes ſuper infamia interrogentur de cauſis ſcientiæ, & vnus dicat: quia hoc audiuit talibus, & alius dicat, quod audiuit ab alijs talib. Idem ſi quis vult pbare iuriſdictionẽ: & per aliquos probat ſe exercuiſſe iuriſdictionẽ in loco de quo agitur, licet in cauſis diſcrepent, & in loco, & in t pe, & in perſonis, vnde non nocet, verbi gratia, quæritur à teſte quõ ſcis quod talis iuriſdictionem exercuit. & respondet teſtis, quia vidi quòd ipſe ſuſpendit Io. die lune, alius vero teſtis dicit, quia vidi quod exoculauit Pet. die martis, & alius dicit, quia vidi quod cognouit de tali cauſa die mercurij, & ſic de alijs factis particularib. iuriſdictionis. Idem eſt etiam qñ decimæ petuntur, & vnus teſtis dixit, ſe vidiſſe quando actor collegit nomine decimæ triticum, alter dicit ordeum, alter fabas. Idem & eſt in præſcriptionib. & in omnib. ſimilib. & pro hoc benefacit.l.alle.ſi arbiter.& ff. de aqua plu.ar.l.in ſum.§.itẽ Labeo ait cum quæritur.ſic.n.inducendo, qui vult agere actione aquæ pluuiæ arcendæ, debet probare, quod opus eſt factum à tempore quo bene extat memoria, vnde ſi teſtes deponãt, q̃ extat memoria facti operis, & ſic concordant in hoc ad quod producuntur, valent eorum teſtimonia: licet ſint ſingulares in cauſis ſui teſtimonij, vt quia vnus dicit ſe vidiſſe talem, & ab eo audiuiſſe, quod vidit illud opus fieri: alius vero dicit ſe vi-
eo viuente habeat vſum eius, vt in contrarijs, quo finito pro-
prietas ad primam eccleſiam reuertetur, vt hic. Et hanc opin.
ponit hic Ber.in fi.& Goſ.in ſum.eo.tit.§.ſed quæritur cui.&
Ho.in ſum.eo.ti.§.vlt.ſub.§.quid de pecunia &c.& eam tenet
frater Io.in ſum.con.eo.ti.q.23.vtrũ reſtituẽda.tertij, vt Gul.
naſo dicunt, quòd qñ datur pecunia eccleſiæ regulari, ſiue ſe-
culari, conuentui, ſiue capitulo, ſcientibus, & cõſentientibus,
tunc oĩno pecunia reddenda eſt ei qui dedit, vt in ꝯrijs. Cũ.n.
ex hoc clerici, vel monachi puniendi ſunt, vt patet.ſ.eo.nõ ſa
2 tis.j.eo.qm ſymoniaca.† patet quòd ex eodẽ facto pœnam &
præmiũ conſequi non debent.ff.de neg.ge.l.quæ hæreditaria.
Cũ vero datur pecunia ſoli prælato, vel alij, conuentu penitus
ignorante, & ſic eccleſia nõ eſt in culpa, tunc põt pecuniã reti-
nere, cũ fuerit numerata, vt hic in fi.vt no.Ber.in ver.in dicas.
& idẽ recitat Ho.Et hãc opi.tenet gl.Guil.ſuper Ray.in ſum.
eo.ti.§.10.& Tho.& frater Aſten.eo.tit.arti.5.Excepto ꝙ in
primo mẽbro qñ totum collegiũ eſt in culpa, nõ eſt reſtituen
da pecunia ei qui dedit, ſed eſt ꝑ diſpenſationẽ ſuperioris pau
3 perib.erogãda.† Circa hoc põt probabiliter diſtingui, aut res,
vel pecunia fuit tantum promiſſa, aut fuit tradita, data, & rece
pta. In primo caſu refert, vtrũ fuit ſola ꝓmiſsio nuda, nõ con
uentionalis, abſq; eo quòd conſenſus interueniſſet, & talis ꝓ-
miſsio nõ noceret ar.ſ.de ſpon.c.fi.ſm Ho.hic. Vel fuit pro-
miſsio conuentionalis, & in talibus ſola pactio nocet.1.q.2.

quam pio. & c. ſi. ſecundum Ho. quo caſu pōt dici idē iuris, qđ in caſu ſequenti. In ſecundo quando fuit data, tradita, & recepta, refert. Aut quæritur de pecunia conſuetudinaria. i. prætextu praue conſuetudinis tradita, & recepta, & illa penes eccleſiam remanebit: & iſto modo poteſt ſolui & intelligi contrarium. j. eo. veniens. ſm Hoſt. & Io. An. poſt eum. Aut de pecunia conuentionali. i. ex conuentione tradita, & recepta, & tūc refert ſecundum Hoſ. hic. Aut donans errauit in iure, & tunc ſubuenitur ei, & reſtituitur. j. eo. veniens. & ita poteſt intelligi opi. primurum. in ſi. Aut ſcienter dedit, & tunc, aut vult intrare religionem, & tunc de benignitate traditur ei, vel monaſterio, ad quod tranſit nec eidem oneroſus exiſtat. ar. c. alie. de lapſis. & c. ſi quis in atrio & ita poteſt intelligi opi. Inn. & etiā opi. ſecundorum, idem etiam vř ſi adeo pauper eſt, q non habeat vnde viuat, vt patet in eo qđ legitur. & no. ſ. de cle. cōiu. qđ à te. Aut donans non errauit in iure, nec in facto, nec vult intrare religionem, & habet quod ſatis ſibi ſufficit, & tūc Aut pecunia data fuit vni ſoli perſonæ, ſeu alij vel alijs à capitulo, & in hoc caſu cum eccleſia culpa careat in cuius iniuriam data eſt, hanc pecuniam ipſa eccleſia habere debebit, vt hic. Aut capitulū in hoc delinquit, & tunc nec dans, nec recipiēs ipſam habebit, ſed confiſcabitur. arg. ff. de cond. ſine cauſa. l. auunculo. C. de inceſtis nup. l. qui contra. C. ſol. ma. l. ſi ignorans. & no.
4 ſ. de dona. inter vir. & vxo. & ſi neceſſe † nam & turpia lucra ſunt ab hæredib. extorquenda. ff. de colū. l. in heredē. Nec ob. q illi qui receperunt defuncti ſunt. argu. ff. de eo per quem factum eſt. l. 1. in ſi. quod met. cau. l. quod dicimus. in ſi. confiſca
5 bit aūt fiſco ſummi, & non inferioris principis in hoc caſu: † & ſic erit pecunia pauperib. eroganda. j. de vſuris. cum tu. cū ſuis concor. ſecundū Ho. & Io. An. hic. & ita loquitur vlt. opi. & ſic prædictè opi. diuerſè poſſunt probabiliter concordari. Et no. Ber. & Hoſt. hic ſuper verbo deponendi. & j. eo. ea quæ. in ſi. & Hoſt. & Io. An. j. eo. ſicut tuis. in ſi. q pęna ſymoniacorum eſt pęna depoſitionis, vt hic, & ſ. eo. cum ſuper. Nec ob. 2. q. 5. c. ſi. vbi per quinquennium ſuſpēditur, quia illud. c. corrigitur per iſtud ſm gl. ibi. vel dic q cōcordat, quia presbyterum per quinquennium ſuſpendere eſt ipſum perpetuo remouere, qa eccleſia non debet per quinquennium vacare. ar. ſ. de cle. non reſi. qualiter. ſm Hug. & Arch. & vide Aſten. in d. arti. 5.

1 *Seruire pro beneficio habendo pacto intercedente ſymonia eſt.*
2 *Seruire pro beneficio conſequente pacto non interueniente an ſit ſymonia. i.*
3 *Symonia mentalis pænitentialia tollitur.*
Præpoſitio pro, denotat cauſam excitatiuam.

CVm eſſent. ¶ Si quęris vtrum, & qñ munus ab obſequio inducat ſymoniā, & vtrum licitū ſit ſeruire pro beneficio cōſequendo. Diſtingue. † Aut interuenit promiſsio pactio,
1 vel conuentio, de beneficio pro ſeruitio conſequendo. & ſymonia, vt hic. & j. eo. tua. ſ. de pac. c. vlti. 1. q. 2. quam pio. ſm
2 Ber. & Ho. † Aut promiſsio, pactio, vel conuentio non interuenit, & tunc. Aut ſeruiens non ſeruit principaliter intentione beneficij conſequendi, nec Epiſcopus directè pro ſeruitio intendit ei in beneficio prouidere, & tunc nō eſt ſymonia. ar. 61. di. quid proderit. ſm Ber. hic in ver. ſi vero ſine aliqua &c. & Hoſt. poſt eum. Aut ſeruit principaliter intentione beneficium conſequēdi, & Epiſcopus directè pro tali ſeruitio intendit ei beneficio prouidere, & tunc eſt munus ab obſequio ſymoniam inducens. 1. q. 1. ordinationes. & c. ſunt nonnulli. ſm Ber. Sed Hoſt. & bene vt videtur, intelligit illa capitula, qñ pec
3 catum præceſsit, vt ibi. † alioquin ſola mentalis ſymonia per præſentiam tolleretur. j. eo. c. ſi. Vnde ſi Eps ita dicat, ego recipio te in meum clericū, aſsignans tibi annuatim decem marchas de mea camera pro expenſis, quouſq; tibi prouiderim in beneficio competenti, & interim mihi ſeruitium tpaliter, & ſpecialiter exhibebis, non eſt ſymoniacum, niſi ex tali pacto obligauerit ſe ad ſpirituale ſeruitium faciendum, ſm Hoſti. & Io. An. poſt eum. Idem no. Gul. de mon. Lau. & Gem. extra de re. ecc. non alie. c. 1. ſuper verbo adminiſtrationem. in cle. Qđ credo verum qñ ſeruiens eſt aliàs dignus, vt no. Io. in d. c. ſunt nonnulli. gl. 3. dicens, q etiam ſpecialiter pro ſpe beneficij ſeruire poteſt, qui eſt dignus ſeruitio digno, & ſine pacto. Idem Vin. & Bern. & Io. An. hic aliàs contra, in eo qđ no. Bar. Brix.
4 1. q. 1. ſi quis neq; † vbi dicit arg. illius. c. & j. eod. nemo omnem illum eſſe ſymoniacum, qui ductus amore alicui indigno beneficium confert, & concordat, qđ no. Abb. j. eo. nemo. dicēs, q ſi ſymoniaca eſt fauore aliquem reconciliare, vt ibi. multo fortius fauore carnali aliquem promouere, de quo no. ſ. vt eccle. benefi. vt nſm. & bene ad hoc facit, quod dixi. ſ. de præbē. graue. Et vide qđ no. Arc. 1. q. 1. in ſum. in gl. emptionis & venditionis. vbi dicit caueant illi, qui dant pecuniam ex pacto pro petitionib. beneficialib. promouendis, vel pro confirmatione ſpeciali ſuper beneficio nō canonicæ adepto, nam ſtatib. ſymunia intercedit, vt plane olim conſtabat. de reg. c. 2. qđ hodie eſt remotū, vbi hoc not. Lau. Tan. & licet illud. c. ſit remotum, eius tñ ratio durat. ar. in eo. quod le. & no. 7. diſt. c. 2. & ad hoc facit extrauagans Bonifacij octaui. quæ incipit excõicamus. ibi videas. Et de illa materia huius diſtinctionis vide per fratrem Io. in ſum. con. hoc ti. q. 12. qñ minus &c. & p Aſten. hoc tit. art. 3. ver. circa vero munus. & per Arch. 1. q. 1. ordinationes. gl. vii. vbi dicit qđ quidam dicunt, q licet dare præbendam principaliter pro deo, & ſecundario pro ſeruitio licito, tñ ſit finis ſub fine. Sed contra eſt, quia non poſſunt hic ordinari intentiones, quia ſi dicatur, q Eps det præbendam pp remunerationem ſeruitij, & remunerat ſeruitium pp deum primus intentio corrupta eſt ſiue illicita, & primus finis. ſ. dare ſpiri-
5 tuale pro tpali ſeruitio. † Propter hoc dicunt alij, q qñ dicitur iſte dat præbendam pro ſeruitio licito, iſta præpoſitio pro nō notat cauſam finalē, ſed excitatiuam, obſequium. n. tale nō debet eſſe cā finalis, ſed poteſt eſſe excitatiua. Sed ſi dicatur eadē ratione poſſem dare pecuniā Epo, vt pecunia non eſſet pretiū, ſed excitatio Epi ad dandam præbendam. Rñdeo, hmōi obſequium non debet eſſe excitatiuum ad dandā præbendam, ſed ad cognoſcendū merita præſtantis obſequium, quib. cognitis danda eſt præbenda pro ipſis, non pro ipſo ſeruitio, quia ſicut dicit quidā ſapiens curiæ prælatorū præbendaria ſunt clerico. Pecunia aūt ſi daret Epo ab alio, non pp hoc aliquod eius meritū. aut fidelitas probaretur, ſicut probatur per obſequiū honeſtū. ſm Archi. & idem innuit frater Io. in d. q. 12. adde etiā quod no. Arch. 1. q. 1. ſunt nonnulli. gl. no. ad intelligentiam.

1 *Iudici eccleſiaſtico pro iuſtitia exhibenda dare ſymoniacum.*
2 *Iudici laico pro iuſtitia facienda dare non eſt ſymoniacum.*
3 *Suſpenſus dans pro reſtitutione an ſit ſymonia.*

NEmo ¶ Si quæris vtrum, ſi pro iuſtitia ſeruanda, vel exhibenda, aliquid detur, vel recipiatur, ſymonia cōmittatur, Diſtin. aut datur ſuperiori, ſeu iudici eccleſiaſtico, aut datur laico ſeu ſecu
1 lari. † Si eccleſiaſtico, vt qñ datur aliquid epo vel alij pro reddendo iure ſuper ſpiritualib. tunc eſt ſymonia, vt no. Ray. in ſum. eo. ti. §. 16. Item per qōnem, vbi gl. Gul. addit idem etiā credo, ſi ſuper tpalib. ex quo perſona eſt eccleſiaſtica, & quæ debet
2 hmōi ius reddere ratione eccleſiaſticæ iuriſdictionis. † Si det ſeculari, vt quia laicus iudex, & recipit pecuniam pro ferenda ſnīa, vel facienda iuſtitia ſuper tpalibus, licet ſit graue peccatū, tñ non eſt ſymonia ſm eos. Et idem no. Io. in ſum. con. eo. ti. q. 38. quid ſi pro iuſtitia &c. & frater Aſten. lib. 6. eo. ti. art. 9. q. vtrū facere iuſtitiā. Ad qđ facit, qđ no. Hugo. 16. q. 7. decimas.
3 quas. & Ho. eo. ti. §. 20. quæritur ſi aliquis &c. † dicētes, q ſi iniuſtè interdictus, vel ſuſpenſus ab officio, & beneficio, vel iniuſtè excōicatus det aliquid pro reſtitutione officij, vel beneficij, vel cōionis, q non eſt ſymonia ex parte dantis, ſed ex parte recipientis tm̄, nam dans nullum ius acquirit, ſed dat vt acquiſitum retineat, qđ licet, vt 1. q. 5. quæſitū. Cum aūt quis iuſte eſt interdictus ſuſpenſus, vel excōicatus: ſi dat aliquid pro ſua reſtitutione, ſymonia eſt ex vtraq; parte ar. 1. q. 1. nullus. & hic. ſed frater Io. in ſum. con. eo. ti. c. 1. q. 46. tenet q ſymonia cōmittitur in vtroq; caſu. ſ. ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ſit excōicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, de quo per Ber. j. eod. c. dilectus. 2. gl. & Hoſt. poſt eum. & vide quod dicam. j. eo. ad aures.

1 *Spiritualia adeo licito venduntur.*
2 *Spiritualia à prælatis non vendenda.*
3 *Spiritualia an redimantur.*
4 *Spiritualia non reſignentur pecunia.*
5 *Beneficij collatio ſymoniaca non tenet.*
6 *Beneficij reſignatio ſymoniaca non tenet.*

QVerelam. ¶ Si quæris vtrū ſpiritualia poſſint emi, vel redimi, ſeu pacto vel pecunia reſignari, Diſtingue. Aut quæris de primo
1 ſ. vtrum poſſunt emi, & tunc † Aut quæris vtrum poſſunt emi impropriæ, ex miſericordia, meritis præcedentibus, quia

acquiri à vero domino, & dic quod ſic, vt patet de regno Dei,
quod reuera nõ poteſt emi propriæ, ſed ex materia meritis p̃-
cedentibus acquiritur. 14.q.2.animæ.de pœ.di.j.medicina. vt
no.Io.j.q.j.ordinationes.j.vbi Archi.in glo.adde.dicas clarius
& plenius &c.dici q̃ eleemoſinæ dantur Deo, dãtur & paupe
ribus, cum quo, quia dñs eſt non poteſt committi ſimonia, ſi-
cut committitur cum prælatis, quia nõ ſunt domini, ſed ſolũ
diſpenſatores ſacramentorum, & aliorum ſpiritualium. 1 1.q6.
1. c.ſicut.§.ex his omnibus. Præterea vita æterna, & remiſsio
pœnæ peccati cadit ſub merito, & proponitur nobis venalis,
& à Deo ex pacto, vt ematur à nobis moneta dei, quæ ſunt af-
fectus, & opera charitatis, ſed non ſic eſt de ſpiritualibus quæ
conferuntur per miniſtros eccleſiæ, nec tamen corporalis ele-
moſina eſt precium vitæ æternæ inquãtum eſt res corporalis,
ſed inquantum eſt fructus.i. inquantum procedit ex affectu
2 charitatis, ſecundum Archi.ibi.† Aut quæris vtrum poſsint à
non domino.i.à miniſtris eccleſiæ, qui non ſunt domini, vt ſ.
de dona.fraternitatem.cum cõcord.ibi allega.nec etiam à lai-
cis, & dic, q̃ non, vt hic, & in concor.hic alleg.in glo. 3. & hoc
niſi cum quidam. & ſub quadam vniuerſitate rei temporalis,
vt leg. & no.hic, in glo. 3. & ſ.de iurepa.ex literis. Vnde Thom.
in quadam quæſtione de quolibet. & frater Aſten.lib.6. hoc ti.
arti.9.q.quid ſi aliquis dicit quod ſi aliquis prætextu religiõis
à presbytero petat, quod poſsit procurare pecuniam in paro-
chia ſua, ita q̃ ipſe presbyter habeat certam partem ſimonia,
eſt reſpectu presbyteri, & ſacrilegium reſpectu dantiũ ei, quia
ibi eſt defraudatio eleemoſinarum contra intentionem dantiũ,
3 & tenentur vtrique ad reſtitutionem.† Aut quæris de ſecun-
do.ſ.vtrum poſsint redimi & tunc Aut quæris vtrum poſsint
redimi ab illo, qui ius habet ea tenendi, & percipiendi, & dic,
quod non, vt hic. Aut ab illo qui ius non habet, & tunc. Aut
quæris vtrum poſsint redimi per illum, qui ius habet, vel no-
mine illius, qui ius habet, ſicut quando nomine eccleſiæ redi-
muntur decimæ de manibus laicorum iniuſtæ eas detinentiũ,
& dic, q̃ ſic, dummodo hoc fiat de auctoritate ſuperioris
Quia auctoritas purgat vitium ex parte redimentis, vt nota.
Ber.j.eo.dilectus.glo.j. & Hoſt.poſt eum ibi. & Ioan.1.q.3.al-
tare. & Hoſt.in ſumma.eod.ti.§.qualiter committitur.verſi. li
cet igitur. & ſeq. & glo.ſuper.Ray.in ſumma.eod.ti.§.7.Item
nota & frater Io.in ſumma conſ.eo.ti.q.17. & melius.in q. 68.
vtrum laicus &c. & de decimis.q.34.quid ſi miles. &c. Et pro
hoc faciunt.ff.de his qui no.infa.l.furti.§.qui iuſſu.ſ. de tranſla
ctio.c.ſtatuimus.c.de cetero. & c.veniens.de præbend.niſi eſ-
ſent, & c.in lateranen.de rerum permu.c.j.de rebus eccle.non
alie.ad audientiam. & de his, quæ fi.à præla.cum apoſtolica. In-
tellige tamen, quod licet non ſit ſimonia ex parte redimentis,
tamen ſi laicus nõ vult decimam male detentam dimittere ni
ſi detur ſibi pecunia ſimoniam committit, adeo etiam quòd
ſuperioris auctoritatis eam purgare non poterit ex parte ſui,
ſm Hoſt.in d.ver.licet igitur. & frater Io.in quæſtionibus al-
leg. Item poteſt poni exemplum de illo, qui habens ius in re
ſpirituali, & vexatur, vexationem ſuam redimit, quod poteſt,
vt no.Ber.Hoſt.j.eod.dilectus.glo.1. Aut per illum & nomi-
ne illius qui ius non habet, & dic quòd nõ, puta ſi laicus eme-
ret decimam, vel beneficium eccleſiaſticum ab alio laico, vel
4 etiam clerico in eo ius non habente.argum.hic.† Aut quæris,
de tertio, vtrum poſsint pretio vel pecunia reſignari, tunc dic
quòd nõ, vt hic. vbi Vinc.Ala.Gof. Tan.Phi.exponunt verbũ
redimi.i.pro pecunia reſignari, vel tranſlatione, vel aliqua nõ
gratuita pactione. ſ.de pac.cum pridem.de tranſact. conſtitu
tus. & c.ſuper eo.arg.16.q.7.decimas quas populus. Sed Ioan.
de Fauen.exponit hic redimi.ſ.expreſsè, quia primo eccleſia,
gratis data fuerat, & ſic intelligas, quo ſic intellecto vitabis cõ
traria.j.q.3.ſi quis obiecerit. & c.ſaluator. & c.ex multis.ſecun
dum Ioan.de Fa.hic. & Archid.1.q.3.per principalem.glo.fin.
5 †Et nota quod ſicut collatio beneficij facta ſimoniacæ nõ te-
6 net.argum.1.q.1.ordinationes.†ita nec reſignatio beneficij ſa
cta ſimoniacæ.argum.1.q.1.ordinationes.vt no.Archid.ibi gl.
4. & infra de præbend.dudum.glo.1.lib.6. & Inn. & Hoſtienſ.
ſ.de rerum permu.capit.cum vniuerſorum. Et pro hoc facit
illud.c. & quod no.Ber.ſ.de rerum.ſuper hoc in glo. quę pro
expenſis. & vide quod dicant infra de priui.cum olim eſſemus
di.penult.in fin. Et vtrum liceat dare vel accipere pecuniam,
pro actibus ſpiritualibus, vt pro oratione, prædicatione, Dei
laude, proceſſione, vide per Aſten.eo.3.arti.9.ad fin.verſicu.3.
quæruntur.

1 *De modico quando curandum de iure communi.* 3.
2 *Simoniacus furti comparatur.*
4 *De modico quando curandum de iure ſpeciali.* 5.
5 *Diſpenſationis definitio.*

ET ſi quæſtiones. ¶ Hic habes q̃ de modico non eſt curandũ,
circa quod Diſtingue. Aut loquimur in diſpoſitioni-
bus iuris communis, aut in diſpoſitionibus iuris ſpe
1 cialis. †Si in diſpoſitionibus iuris communis, tunc, aut in his,
in quibus modicum conſiderare eſt fauorabile, vel ſaltem nõ
eſt odioſum, nec indecens, ſeu inhoneſtum, & in talibus de mo
dico eſt curandum, vt patet in cautione legatorum, & fideicõ
miſſis, & miſsione in poſſeſsione, etiam quæ fit pro minima
re.ff.vt in poſ.leg.l.quamuis. & in cautione damni infecti, quę
competit etiam pro minimo.ff.de dam.infec.l.ſi perpetuarius.
in fi. & in l.militari.quod ſupereſt diete.p̃ quo datur vna dies
ff.de ver.ſig.l.3. & in furto quod datur pro gallina, quinimo &
pro quo propter frequentiam delicti, vt leg. & no.inſti.de rer.
diui.§.gallinarum.ff.de acquir.rer.do.l.naturalem.§.gallinarũ.
Item in occupatis, vel ablatis iniuſtæ curatur de modico. 3.q.
2.c.2. & c.ſi epiſcopus.vbi dicit integerrimè omnia, & ea. cau
ſa.q.j.reintegranda.vbi dicit funditus.i. ex toto.j.de ele. quia
ſæpe.2.reſpon.vbi plenè reſtituit, quicquid, &c.cum notatis,
ibi per Guil.in glo.ergo ſacta.lib.6.per eandem viam faciunt,
C.finium regun.l.quinque pedum.vbi curatur de modico ſpa
cio terræ.ff.de edil.edict.l.ſi quis venditor.§.vlti.vbi habes q̃
ſi quis dixerit, vel promiſerit ſeruum eſſe peculiatum, ſufficit
etiam ſi minimum peculium habeat.ff.de bo.lib.l.ſi ex modi-
ca.vbi curatur de modico relicta. Ad idem.j.e.ex tuæ. & capi.
tua.vbi ſi pactum interueniat, etiam ſex ſolidi inducunt ſimo
niam, immo etiam quinque oboli.1.q.1.indices. & tremiſsis,
ideſt tertia pars ſolidi.vt in eadem cauſa, & q.c.placuit, vt nul
lus epiſcoporum.vt no.Hoſt.In ſumma eod.tit.§.qualiter ver.
2 ſed nunquid pro modico.† Vnde ſimoniacus comparatur fu-
ri.j.q.j.ordinationes. & in furto nõ diſtinguitur quantitas, 14.
q.6.c.ſi.ſecundum Hoſt.ibi. Nam & ſola pactio nõ cõſiderata,
quãtitate muneris eam inducit.j.q.2.quam pio.ſ.de pac.cap.ſi.
ad idem.j.de præb.ca.ſi motu proprio.lib.6. & ſ.de reſcriptis.
ſi proponẽte.vbi de hoc. Quantitas enim muneris diuerſita-
tem iuris nõ inducit 14.q.vlti.c.vlti. & j.q.j.iudicis. & c.placuit
j.q.3. ſi quis præbendas.ad idem.14.q.3.c.plerique. & cap. ſta.
aiãs eſt ſub c.plerique. & j.de vſuris.conſuluit.vbi habes, q̃
3 quicquid ſorti accedit vſura eſt.† Aut loquimur in his in qui-
bus modicum conſiderare eſt odioſum, ſeu indecens, vel in-
honeſtum, & in talibus de modico nõ curatur, exemplum, de
odioſo, patet.ff. de dolo.l.ſi oleum.§.vlti. & l.ſeq.nõ debet.vbi
actio de dolo quæ eſt famoſa & odioſa nõ datur pro modico
ideſt pro duobus aureis vel pro minori, ſed bene datur actio in
factum. Ad idem inſtit.de iniur.§.ſeruis. vbi pro modica in-
iuria illata ſeruo nõ competit domino actio iniuriarum, nec
pro parua iniuria, quis notatur infamia.ſ.de re iudic.cum te.q̃
intellige.vt ibi. Nec pro leui ingratitudine reuocatur donatio,
ſ.de dona.c.fi.nec pro modica defraudatione debet rumpi di-
ſpoſitio teſtatoris.ſ.de teſta.requiſiſti. Exemplum de inde-
centi, ſeu inhoneſto.ff.commo.l.in rebus.§.poſſunt. de dona.
inter virum & vxo.l.ſi id quod §.ſi qua.de impen.in rebus do-
talibus factis.l.omnino. & l.quod dicitur. Vbi habes, quod ille
percipit fructus, & emolumenta alicuius rei, vel habet vſum
eius, non poteſt repetere modicas expenſas factas per eum,
circa ipſam rem.nam hoc eſſet indecens ſibi & inhoneſtum,
& ſic quodammodo iniuſtum. Quia regulariter & iniuſtum,
& inhoneſtum conueniuntur, ſaltem reſpectu vnius, & eiuſdẽ
perſonæ, ſeu quando concurrunt in eadem perſona.ff.de con-
di.inſti.l.editiones. & l.filius. & l.quid.licet ſi in diuerſis perſo
nis cõcurrant, nec poſſunt ſimul ſaluari, iuſtum præferatur ho
neſto.vt ſ.de poſtu.præla.c.bonæ.2. in fi.ver.quamuis &c. Ad
idem facit.12 q.2.bonæ rei.ſ.de dona.apoſtolicæ.vbi dicitur,
quod modicum damnum de facili toleratur, vt 12.q.2. terru-
las.vbi dicitur quod modica poteſt Epiſcopus alienare. & de
conſe.diſt.2.reuera.vbi dicitur quòd pro modico, nec plus nec
minus. Ad idem.ff.de peti.hæredi.nec vilam.§.ſed ſi quid loca
ti & conducti.ſi quis conducti. & l.habitatores. & l. ſi in lege.
§.colonus.de ventre inſpi.l.j.in fi.de admini.tuto.l. ita autem,
& quod leg. & no.ſ.de dona.inter virum & vxo. per veſtras.
vbi dicitur pro modico nõ tenetur maritus cauere. & ſ.de cor
po.viti.c.Thomas.vbi dicitur quod modica deformitas non
4 impedit promouendum.† Si loquamur in diſpoſitionibus iu-
ris ſpecialis, & tunc. Aut modicum conſiderare intendit ad im
pediendum

pediendum diſpoſitionem iuris ſpecialis, & pro iure com-
muni, & tunc de modico eſt curandum, vt j. de præben. capi.
non poteſt. in prin. lib. 6. vbi habes, q̃ diſpenſatio ſuper plura-
litate beneficiorum conceſſa, impetranti prodeſſe non poteſt,
5 qui aliquo † quantuncunque beneficium ſubticuit in eadem,
quia diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio vt 1. q. 7. niſi ri
gor & per totum. Aut modicum conſiderare tendit pro iure
ſpeciali ad fouendum diſpoſitionem iuris ſpecialis contra ius
commune, & tunc de modico non eſt curandum, vt patet in
reſtitutione in integrum, quæ datur de iure ſpeciali, & contra
ius commune minoribus, & alijs perſonis priuilegiatis læſis,
quæ non datur nec competit pro modica læſione, vt ff. de in
6 integ. reſti. l. ſcio. & C. ſi aduer. vend. pig. l. 2. † Vel ſi velis te bre
uiter expedire, dic quòd aut modicum conſiderare eſt fauora
bile, vel ſaltem non eſt odioſum, nec indecens, nec inhoneſtú,
& tunc conſideratur, vt in iuribus pro primo membro indu-
ctis alias non, vt in iuribus ſecundis, non habita diſtinctione
inter diſpoſitiones iuris communis & iuris ſpecialis. Sed pri-
ma diſtinctio clarior & plenior eſt. & vide quod no. Guil. in d.
c. non poteſt. glo. 3. vbi alle. multa iura quæ faciunt pro primo
membro. nec obſt. hoc c. vbi de modico non curatur, quia hic
non interuenit aliquod peccatum, & ideo non eſſet aliqua ſi-
monia niſi mentalis quæ per præſentiam aboletur. j. eo. c. ſi. ſe-
cundum Hoſt. hic. & j. eo. ex tuæ. Et ad declarationem gl. quæ
incipit, aliud eſt munus, antiqui dabant verſus. In poſcente nõ
eſt, ſex in donante notanda. cauſa, fides, modus, locus, & penu-
ria, tempus, Aetas, debilitas, cum conditione petentis. Mens il
larum feſtina, adiu que voluntas, dulcior affatus, diſcretio dan-
tis, & ordo. Et de materia gratitudinis & ingratitudinis notat
plene Seneca. lib. de beneficijs. & Aſten. lib. 2. titu. de gratitu-
dine, & ingratitudine.

1 *Pecunia dans prælato, vt non det præbendam indigno, non eſt ſi-*
monia.
2 *Pecuniam dans prælato, vt non det præbendam digno, eſt ſi-*
monia.

EX tuæ. ¶ Si quæris vtrum dare pecuniam
epiſcopo, vel alteri prælato, vt non
det præbendam, ſeu aliud beneficium indigno, ſit
1 ſimoniacum. † Vinc. hic dicit q̃ non credit eſſe ſi
moniacum. Epiſcopus tamen turpiter recipit, &
dans repetere poteſt. arg. ff. de calum. ſi quis ab alio. ſm Vincẽ.
hic prout recitat Archidi. j. q. 2. quam pio. ſuper verbo omnis
pactio. & vide quod ipſe Arch. no. j. q. j. erga ſimoniacos. Sed
huic ſententiæ contradicere videbitur illud quod legi. & not.
j. q. j. c. dominus. §. qui autem. vbi no. Hug. q̃ qui pecuniam ac-
cipit non ordinet ordinandum, vel vt non conferat beneficiũ
ei qui dignus eſt accipere, & ſic vult iſtum carere illo benefi-
cio, vel ordine, vt alius quicunque habeat, ſimoniam commit
tit ſecundum Hug. & Archi. in §. alle. qui autem. Sed circa hoc
poteſt probabiliter ſic diſtingui. Aut ille, quẽ epiſcopus vult be
neficiare, vel ordinare eſt indignus, & tunc non eſt ſimonia-
cum, licet Epiſcopus turpiter recipiat. & ita intellige opi. Vin.
2 & Archi. hic. & Archi. in c. alleg. quam pio. † Aut eſt dignus, &
tunc eſt ſimonia, & ita intellige opin. Hug. & Archi. §. qui aũt.
Et eſt ratio diuerſitatis, quia in primo caſu cum non poſſit cõ
ferri indigno, ſed alij digno, epiſcopus per dationem pecuniæ
inducitur, ſeu aſtringitur ad id ad quod de neceſſitate teneba-
tur. ſ. ad conferendum alteri digno, & quod de iure impoſſibi
le erat aliter ſe habere, & dãs meretur graue peccatum epiſco
pi alias indigno collaturi impediendo. ſ. de præben. graue iun-
cto. c. tua nos. ſ. de cogn. ſpiritu. Item Epiſcopus euitat pecca-
tum in hoc quòd confert alij digno, licet peccet accipiendo pe
cuniam ad hoc, vt non conferat iſti, & ſic ex facto legitimo &
meritorio pœnam ſimoniæ non meretur. C. de adulte. l. Grac-
chus. Sed in vltimo caſu vterque delinquit, bonum in perſona
digni impediendo, & collationem alteri fieri procurando, quæ
iſti æquè fieri potuiſſet, vnde ille tertius cui confertur poſt-
ea beneficium illud videtur ipſum habere per pecuniam illam
ſine qua non ipſe, ſed iſte ipſum beneficium habuiſſet.

DE ſimoniacæ. ¶ Si quæris vtrum poſſit
cum ſimoniaco diſpenſari,
& per quem, diſtingue, vt dixi. ſ. de renunc. cap. poſt
tranſlationem. §. rurſus.

1 *Pecuniam dare ne electio impediatur, an ſit ſimonia.*
2 *Vexationem ſuam redimere licet.*
3 *Simoniacæ quæſtiones reſoluuntur.*
4 *Simoniam inducentia vitanda.*

MAtthæus. ¶ Si quæris vtrum ſit licitum pro
mittere, vel dare pecuniam volen
1 ti electionem impedire, ne ipſam impediat. † Diſtin.
Aut talis impediens habet electionem, & dic q̃d nõ,
immo eſt ſimoniacum, vt hic legi. & no. in glo. licet pauci. &c.
in prin. Aut non habet ius aliquod in electione, & quia eſt lai-
cus nullum ius habens in electione, ſed malitioſè impediens
eam, & tunc, aut impedit electionem fieri non ſimpliciter, ſed
certa perſona. aut impedit electionem fieri ſimpliciter. In pri
mo caſu refert. Aut nondum erat ei ius quæſitum, & tunc nõ
eſt licitum, ſed ſimoniacum. argum. huius cap. & ſ. e. c. de hoc,
concor. Inno. & Io. And. poſt eum hic dicentes, q̃ ſiue ſit iu-
ſta, vel iniuſta contradictio, ante confirmationem dare non li-
cet. Aut iam erat ei ius quæſitum, & tunc ſecus. argum. j. eo. di-
lectus, i. cum ibi notatis & j. q. 3. c. quæſitum. & ita credit dicẽ-
dum Ray. in ſumma eo. titu §. 10. quæritur ſi aliquis. & Archi.
in d. c. quæſitum. glo. pen. & illa duo membra proxime dicta,
ponit Abb. j. eo. dilectus. 1. Et idẽ quod in primo membro. ſ.
quod nec capitulum poſſit aliquid dare impedienti, ſicut nec
ille cuius electio impeditur. no. ipſe Archi. j. q. j. ſunt quidam.
Sed in ſecundo membro. ſ. iure quæſito, Archid. tenet con-
trarium. j. de elect. c. quamuis. ſuper verbo prauitas. & Ioan.
And. ſuper verbo prauitate. lib. 6. quorum opi. poteſt intelligi,
quando impediens impediet via iuris appellando, ſecus ſi via
facti, vt innuit ibi Archi. qui ponit quæſtionem ſuam in impe
diente per viam appellationis, ſi talis nullum ius habens in ele
2 ctione impedit ſimpliciter ne fiat aliqua electio, † tunc poteſt
capitulum ſuam redimere vexationem. arg. c. alleg. dilectus. vt
no. Guil. ſuper Rayn. in §. alleg. idem no. Archi. in cap. alle. quæ
ſitum. 1. q. 3. & 1. q. 1. ſunt quidam. ſuper verbo ordinarij. Et
idem per omnia cum Ray. & glo. Guil. no. fra. Ioan. in ſumma
conſ. eod. ti. q. 44. quid ſi aliquis. & c. & Aſten. eod. tit. artic. 3.
3 ver. excipiuntur, vbi minus eſt. † Et per iſtius c. intellectum ſe
cundum glo. Ber. hic licet in paucis. in princi. reſpondi ſemel,
cuidam ſcolari meo quærenti de tali quæſtione de facto Titio
primo impetrante, & Seio ſecundo impetrante expectantibus
ad eandem collationem, ſeu prouiſionem, & demum vacante
beneficio ſub gratia vtriuſque cadẽte, Seius promiſit ex pacto
vel dedit pecuniam procuratori Titij, nomine ipſius Titij ac-
ceptare volenti non acceptaret, ſed permitteret tempus men-
ſis dati ad acceptandum labi, qui procurator non acceptauit,
ſed intra menſem dictum Titium conſuluit, expoſito ei valo-
re beneficij, qui Titius ſic certificat' noluit acceptare, ſed man-
dauit dicto procuratori, q̃ non acceptaret, tandem Seius ip-
ſum beneficium acceptat, & ſibi facit de eo prouidere. Nunc
quærebat vtrum in hoc ſimonia ſit commiſſa, & reſpondi q̃d
ſic, quia dictus procurator acceptaſſet inconſulto Titio, niſi
dicta promiſſio, vel datio facta fuiſſet, vt ſupponunt termini
quæſtionis. Item ex quo promiſſio, vel datio pecuniæ tollens
impedimentum retentionis iuris iam quæſiti, licet communi-
biliter ſimoniam inducit, vt hic iuncto. c. quod ſicut. ſ. de ele.
cum glo. Inno. & Hoſt. ibi, ſuper verbo infirmando, multo for
tius promiſſio, vel datio tollens impedimentum acquiſitionis
iuris quærendi, per ipſam promiſſionem, vel dationem imme-
4 diatius acquirit beneficium. † Vnde conſulo quòd caueas, ab
omnibus, quæ ſimoniam, vel labem aliam mortiferam induce-
re poſſunt. Quia nil prodeſt homini, ſi totum mundum lucre
tur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur, vt hic & Mat. 16.
Lucæ. 9. Nam iſtius ſeculi breuis eſt fructus, futuri vero eter
num ſupplicium. 1. q. 1. cito turpem. in fi. & in Hiero. 4. c. §. ad
ætherum. Hæc decre. facit ad id quod no. Aſten. lib. 6. eo. tit.
artic. 9. q. quid ſi prior. vbi dicit, ſi prior det aliquid Epiſcopo,
ne ſuſtineat q̃ remoueatur à prioratu, quod credit Rodol. q̃
committit ſimoniam, maximè ſi neceſſitas vel vtilitas ſit, q̃
talis amoueatur.

1 *Pecuniam dare pro emenda delicti non eſt ſimonia.*
2 *Pecuniam recipiens pro abſolutione excommunicationis, eſt ſi-*
monia.
3 *Pecuniam dans pro abſolutione excom. obtinenda, an ſimoniam*
incurrat. 5.
4 *Peccatum committi non debet, vt maius malum eſſet.*
6 *Index, an expenſas in requiſitione rei factas, ab eo repetere*
poſſit.
7 *Culpa eſt, ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti.*

Ad

D aures. ¶Si quæris vtrum dare, vel recipe-
re pecuniam, ſeu aliud temporale,
pro abſulurione ab excommunicationis ſententia
obtinenda, ſit ſimoniacum, vel quid iuris, Diſtingue.
1 †Aut datur pecunia non pro abſolutione obtinenda, ſed pro
emenda delicti, vel contumaciæ, pro qua excommunicatio la-
ta fuit, & tunc non eſt ſimonia, ſecundum Hoſt. hic, dicentem
ꝙ ſi ſit conſuetudo vel ſtatutum quòd excommunicatus, qui
admonitus parere noluit, ſed excommunicari expectauit, pro
pter hanc contumaciam, antequam abſoluatur, etiam pro quo
libet menſe, quo excommunicatus exiſterit, certam debeat
pecuniæ quantitatem, puta tres, vel decem, vel quinq;, vel plu
res libras, ſicut eſt in Francia, & in multis alijs religionibus, ꝙ
hæc conſuetudo eſt rationabilis, & ſeruanda. Et ſic poteſt in-
telligi, quod legitur, de emendis exigendis. š. de offi. ordi. dile-
ctus. j. de ver. ſig. ex parte. & quod legitur de ſatisfactione an-
te abſolutionem facienda. š. de iudi. c. t. in fi. Nam eo caſu nõ
petitur emenda, vt abſolutionis beneficium præſtetur, ſed vt
1 de delicto, ſeu contumacia, antequam fiat abſolutio, ſicut iniu
ſtum, & ſtatutum, ſiue conſuetum eſt ſatisfiat, quod omnino
eſt faciendum, vt in prædictis iuribus, & patet in eo quod no.
in eis. & š. de of. ord. irrefragabili. §. & j. de ſen. excommunic.
per tuas. §. fi. Aliqui tamen dicunt ꝙ petens debet abſolui gra
tis, & demum ad ſatisfaciendum ſecundum conſuetudinem,
vel ſtatutum compelli. j. eo. ad apoſtolicam, ſecundum Hoſti.
& Io. And. poſt eum. Et idem. ſ. quòd talis conſuetudo eſt ra-
tionabilis & ſeruanda. tenet Hoſt. j. de deli. pu. c. 2. de rap. in ar
chiepiſcopatu. idem Gen. j. de electio. ſtatutum. ſuper verbo,
iuriſdictione, in clemen. & fra. Io. in ſumma. conf. eodem tit.
q. 37. vtrum pro abſolutione. &c. Et pro hoc bene facit. j. de
ſent. excommu. venerabilibus. §. deque. libr. 6. vbi idem tenet,
Guil. & Io. And. & de hoc habetur, j. de pœnis licet. 18. di. qm.
& 12. q. 2. cum deuotiſſimam. Aut datur pecunia pro abſolu-
tione obtinenda, & tunc, aut quæris vtrum committatur ſimo
2 nia ex parte dantis, aut ex parte recipientis. † Si ex parte reci-
pientis nulli dobium, quòd ſic, vt j. q. 3. non ſolum. & c. quæſi-
tum, ſecundum Inn. & Hoſt. hic. & Hoſt. j. eodem. dilectus. t.
5 †Aut ex parte dantis, & tunc dicunt quidam non committi,
ar. j. e. dilectus. quod intelligunt cum per ſuperiorem ius ſuũ
conſequi non poteſt, alias ſecus. š. de ferijs. cap. j. nam ſicut be-
neficium non licet redimere, ita nec pœnam ſpiritualem. š. e.
nemo. 84. diſt. c. t. Sed Ber. hic & j. eod. dilectus. dicit ſimoniã,
non committi cum iniuſte excommunicatus ſuſpenditur, vel
interdicitur, idem Hug. 6. q. 7. decimas quas. & Hoſtienſ. in
ſumma. eodem titu. §. 3. ver. ſed nunquid licet mihi. & gl. Gui.
ſuper Ray. in ſumma eo. §. 20. quæritur ſi aliquis. vt dixi. š. eo.
nemo. Sed verius videtur ſecundum Inno. & Hoſt. & Io. And.
hic, quòd nunquam licet aliquid dare pro beneficio ſpirituali,
obtinendo, nec pro ſpirituali pœna, vel præſentia redimenda.
4 j. q. j. nullus epiſcopus grauamen. š. eo. nemo. 83. diſt. c. j. † Nec
quis debet vnum pactum committere, vt maius malum ceſſet
22. q. 5. ita ne. š. quod met. cau. facris. Laico autem in quem cõ
ſtat mihi iuriſdictionem habere, ſi expoliat eum eccleſia, vel
faciat eum de facto vitari, tanquam excommunicatum, Vel
etiam clerico, qui de iure non contendit ſe feciſſe, ſed de potẽ
tia licet aliquid dare, quia nihil dat pro ſpirituali, ſed tantum ꝓ
5 v xatione ꝙ redimere licet ſecundum eos. † Idem Goſ. hic di
cens quòd in tali caſu recurrendum eſt ad ſuperiorem, vt fa-
ctum fuiſſe conſtat in c. iſto. & 8. q. 3. Artaldus. 2. q. 3. nunc ve
ro de iure patr. nullus. Idem Ala. & poſt eum Phi. & Vinc. hic,
dicentes etiam quòd prædictam ſententiam Ber. ſequi genera
liter non eſt tutum, vbi aduerſarius ius habet, vel vbi per ad-
uerſarium ius conſequi poſſum, maxime cum petitur in iudi-
cio, agatur ergo per ſuperiorem vt š. dictum eſt. idem Archid.
in c. hic alle. nullus epiſcopus. in glo. adde hanc ſententiam &c.
Credo ſecundum Ioan. And. hic opi. Ber. veram quando immi
net graue periculum, vel damnum ex dilatione, vt quia ſequẽ
ti die debet fieri electio per eum, vel de eo, vel agitur, vel præ-
ſcribitur contra eum, vel petitur actio vel his ſimile, aliàs ſit ve
ra opi. contraria. Et idem quod dictum eſt, de excommunica-
tione poteſt intelligi in interdicto & ſuſpenſione.

Super eo. c. ¶Si quæris vtrum ſuperior non ſacer-
dos poſſit ab excommunicationis ſnĩa
abſoluere, vel abſolutionem alteri committere faciendam, vi-
de per Hoſt. hic ſuper verbo abſolui. & j. de ſent. excommuni.
c. à nobis. 2, vbi de hoc dicam. Et nota quòd gl. Ber. hic in ver.
6 & idem credo &c. † eſt arg. quòd ſi iudex requirendo eum, qui
dicitur criminoſus faciat expenſas, quia poteſt eas ab eo repe
tere. pro quo bene facit. C, de decu. l. circenſium. lib. 10. Quod
forte verum de expenſis, quas faceret iudex ſuus competens,
per fraudem, ſeu contumaciam illius, qui dicitur criminoſus,
quia forte ſubterfugit, vel in immunitatem eccleſiæ ſe ponit,
cui inſidiando iudex facit ſumptus, Alias ſi non eſſet ſuus iu-
dex, puta quia laicus iudex inſequitur, notoriè clericum delin
quentem, vel eſt ſuus iudex, qui eum inſequitur, vel requirit
ignorantem, vel ſcientem, ſed in fraude vel contumacia vera,
non repertum, vt quia infirmum grauiter, vel ab alio iudice, de
facto detentum, ſecus videretur, cum in neutro caſu poſſit ta
li requiſito aliquid imputari, ergo &c. š. de his quæ fi. à ma. par
7 te. ca. c. quæſiuit. j. de reg. iur. c. ſine culpa. lib. 6. † & in primo ca-
ſu iudex eſt in culpa, qui immiſcet ſe rei ad ſe non pertinenti.
ff. de reg. iur. l. culpa. & j. de reg. iur. c. non eſt ſine culpa. li. 6. Vñ
reputatur factum à priuato. ff. de reg. iur. l. in factum à iudice.
j. de reg. iur. c. ea quæ fiunt. lib. 6. Item pro primo caſu facit. ff.
de iur. omn. iudi. l. vlti. š. de iudi. at ſi clerici. j. de conſtit. vt ani-
marum. in fin. & quod leg. & no. extra de re iudi. c. paſtoralis. §.
notorium. in clem. & per Gen. extra de exceſ. præla. c. vnico ſu
per verbo interdicitur. in clem.

1 *Epiſcopus non renunciat epiſcopatui ſine Papæ licentia.*
2 *Prælatus exemptus, non renunciat beneficio, ſine Papæ licen-
tia.*
3 *Prælatus ſecularis, an renunciet beneficio.*
4 *Prælatus regularis, an renunciet beneficio.*

D E regularibus. ¶Ad declarationem gl.
1 nunquid licet. † Si quæris
vtrum epiſcopus pro aliquo crimine poſſit renuncia
re epiſcopatui, ſine licentia Papæ, vide, quod dixi. š.
de renunc. niſi cum pridem. Si vero ſint inferiores Epiſsopis,
tunc, aut agitur de beneficio, vel loco ſimoniacè adepto, aut de
2 gradu ordinis. In primo caſu refert. † Aut ſunt exempti, & tũc
idem quod in epiſcopis, nam tales ſine licentia Papę renuncia-
re non poſſunt. š. de conſue. cum venerabilis. & de renun. c. ſi.
ſecundum Hoſtienſ. hic. In hoc tamen eſt differentia, quia e-
piſcopi renunciare non poſſunt in manibus legati etiam de la-
tere, ſed inferiores exempti, ſic. quod dic vt leg. & no. j. de ele-
3 ctio. ſi Abbatem. lib. 6. Aut non ſunt exempti, & tunc, aut sũt
ſeculares, aut ſunt regulares. † Si ſunt ſeculares, & tũc dicit Ber.
hic. & idem Tanc. & Vinc. ꝙ tunc recurrendum eſt ad proxi-
mum ſuperiorem, vt de ipſius licentia dimittant & cedant. š.
de renun. admonet. qui ſi ipſam deneget nihilominus cedant.
š. de reg. iur. cap. licet. §. j. Hoſtien. vero dicit & Ioann. Andr,
poſt eum, & credo quòd bene, quòd immo hoc caſu habea-
tur recurſus ad ſuperiorem ſuperioris, vt in d. c. licet. §. ſi vero,
& de iure pa. nullus. Et interim conſulunt Innoc. & Hoſtienſ.
quòd tales à bonis eccleſiæ, & officio omnino abſtineant, à
quibus ſuſpenſi ſunt ipſo iure, vt patet in eo quod leg. & not.
ſupra eo. tanta. & ſecundum hoc intellige quod notatur. ſupra
4 eodem. Matthæus. † Aut ſunt regulares, & tunc. Aut ſunt be-
neficiati, ſeu adminiſtrationem habentes, & tunc idem quod
dictum eſt de ſecularibus. ar. c. alleg. admonet, quod generali-
ter loquitur. Aut ſunt ſimplices regulares nullam adminiſtra
tionem habentes, ita quod agitur de fraternitate alicuius lo-
ci ſimoniacè adepta, & tunc tenendum eſt quod hic dicitur, ſũ
cta declaratione, & quod ſuppletur. infra eodem quoniam ſi-
moniaca. In ſecundo caſu, ſcilicet quando agitur de gradu ordi
nis, puta ſubdyaconatu, dyaconatu, & ſimilibus, tunc tene ꝙ
no. ſupra cap. de ſimoniace. & cap. ex tuæ. & cap. tantam, ſe
cundum Hoſtienſ. & Ioann. And. & quod dixi ſupra de renun
ciatio. poſt tranſlationem. De confratrijs vero ſecularib. qua-
les ſunt multæ Pariſijs vide per Archid. 42. diſtinctio. ſi quis,
deſpicit. & per fratrem Ioann. in ſumma confeſſ. eodem titu,
quæſtione 41. & 42. & dicam infra eodem quoniam. Et vtrum
Papa committat ſimoniam, ſicut vnus alius, not. Archidiacon.
duodecima diſtinctione non decet, prima, quæſtione ſexta ca
pitulo vltimo.

1 *Capitulum an diſpenſet cum promoto ſimoniacè. 2.*
2 *Prælati minores debent ardua ad epiſcopum deferre.*
4 *Facientes contra conſcientiam, ædificant ad gehennam.*
5 *Subrogatus in locum clerici habentis priorum locum, an eadem
præeminentia vtetur.*

E X inſinuatione. ¶Si quæris vtrum ca-
pitulum poſſit cum ꝓ
moto ſimoniacè diſpenſare, Diſtin. † Aut eſt ſimonia
cus, vt quia per ipſum, vel eo ſciente, & expreſsè, vel

taci. e

tacite conſentiente, vel ratificante, ſimonia eſt commiſſa, &
tunc nec capitulum, nec epiſcopus poterit cum eo diſpenſare
vt ſ.c.proxi.& j.c.proxi.in fine ſecundum Ber.& Hoſtiẽ. hic.
Aut eſt ſimoniacus, ſed ſolum ſimoniacè promotus, vt quia eo
penitus ignorãte, nec poſtea ratificante ſimonia cõmiſſa fuit,
prout fuit hic, vbi iſte non fuit ſimoniacus, ſecundum Lauren.
Vinc. Tanc. Ber.& Hoſt.hic dicentes etiam, quòd non eſt ſi-
moniacus, quo ignorante ordo, vel eccleſia empta fuit. vt ſ. c.
de ſimoniace. ſed ideo requiritur diſpenſatio, vt hic, quia cum
vitioſam habeat præbendam, nec ordinem, niſi per diſpenſatio
nem obtinere valeret, vt 1.q.5.præſentium. vbi idẽ no. Archi.
de quo etiam per eum. 1.q.3.ex multis.in fi.& tunc. Aut capi-
tulum eſt exemptum, vel priuilegiatum, quale forſan erant p̃-
poſitus & fratres, qui forſan exempti erant, vel non recipiebãt
confirmationem ab alio ſuperiore, & ideo ſine ipſo reſigna-
bant, ſ.de ap.quia nos. vbi de hoc. Vel habebant inſtituere, &
deſtituere ex priuilegio ſpeciali. j.de exceſ. præla. accedentib.
Alioquin ad epiſcopum recurrendum eſſet. ſ.de renun. admo
net. vel ad epiſcopum & canonicos, ſimul. Si ad canonicos ſpe
ctabat electio, & epiſcopum confirmatio, ſeu inſtitutio.ar.ff.de
act.& obl.l.ſicut. j.de regu.iur.c.j.& tunc poteſt dici quòd cũ
ſimoniacè promoto ad ſimplex beneficium tãtum, qualis erat
iſta præbenda, poteſt diſpenſare, vt hic ſecundum Hoſti. Et ita
poteſt intelligi. quod no. Ioan.16.q.j. eccleſia habet ſenatum,
vbi dicit quòd capitulum quandoque diſpenſat, vt hic.& ar. ſ.
de præben.cum non ignores. vbi etiam Archid.in glo.adde, ꝙ
dicit iſta decr.conc.cum Hoſt.hic. & ad hoc facit, quod not.
Hoſt. ſ. de præbend.ſignificatum.in glo.ergo à contrario, de
communi. Aut capitulum non eſt exemptum, nec priuilegia-
tum, vel ſi eſt, tamen beneficium, non eſt ſimplex ſuper quo
vult cum promoto ad ipſum ſimoniacè diſpenſare, & tunc nõ
poteſt.arg.per Inn.& Hoſt. j.de eo qui fur.or.ſuſc.c.cum h.di
centes quòd ibi non inueniunt expreſſum non credunt, quòd
Abbat, Archid. vel prælatus, alius ſub epiſcopo poſſet diſpenſa
3 re.†Minores enim prælati ardua ad epiſcopos debent deferre,
ar.ſ.de offi.archi.c.j.& c.ad hæc. §. item in epiſtola. & idẽ de
offic.archipreſ.c.fi.in fi. Et cum Inno.& Hoſt.ibi etiam tenẽt
Inn.& Hoſt.& Comp.ſ.de poſtu.præla.c.fi.glo.fi.in fi.& Spec.
tit.de leg.§.ſunt quoque.& c.in fin.& Guil.j.de elect.cap. cum
ex eo.ſuper verbo ſuperiores.lib.6.& in d.c.eccleſia habet ſe-
natum in glo.adde dicit Inno. Plus dicunt Innoc.& Hoſt.in c.
alleg. cum h.& Archi.in c.alle.eccleſia.ꝙ non vident, qualiter
c.iſtud ex inſinuatione, & c.illud cum non ignores.ſ. de præb.
5 faciunt pro illis, qui dicunt quòd capitulum diſpenſat.† Et in
hoc concor. Bern.hic dicens, quòd hic capitulum non diſpen-
ſat, ſed ipſum eligit de nouo per diſpenſationem Epiſcopi qui
de conſilio capituli, cum talibus diſpenſat. j.qõ.5.præſentium.
& ſ.de elect.cap.penul.obſeruata diſtinctione circa prælatiões
& alia. Et intellige, quòd hæc diſpenſatio præceſſit, capitulum
enim iſtud, ſeu fratres iſti cum eo diſpenſare non poſſunt. Nã
epiſcopi eſt diſpenſare in hoc caſu. & ita intelligenda eſt hæc,
decre.ſecundum Tanc.& Goſ.hic & Archi.in d.c.præſentium
glo.fi. Ala.tamen & ſequaces dicunt, quòd vbi nec dans, nec re
cipiens eccleſiam, vel præbendam, vel ordinem ſimoniam cõ
mittit, quod poteſt minor prælatus diſpẽſare, quod credit fuiſ
ſe in hoc.c.prout recitat Archi. in d.glo.fin.& Ioan.And.hic.
quam opin.non credo veram, niſi minor prælatus eſſet exem
ptus, vel priuilegiatus, vt eſt dictum. Et poteſt dici ſecundum
Hoſtien.quòd epiſcopus diſpenſare non poteſt ſine conſenſu
capituli in magnis beneficijs. vt in alle.c.præſentium. ſecus. in
minimis, vt in c.ſi alicuius. ſ.de elec.ita no. Hoſt.in ſumma de
his.quæ fi.à præla.§.1.ver.item diſpenſare.& Archi.in c. alleg.
præſentium.glo.adde ad hoc facit. Et dic ſecundum Hug. j.q.
5.quicunque.quod dum filius neſcius eſt pecuniam eſſe à pa-
tre datam, pro illa eccleſia, quam habet, non peccat, & ſi ſtatim
vt recognoſcit dimittit, excuſatur à peccato, & ex miſericor-
dia toleratur. At vbi ſtatim non dimittit peccat, & irreparabi-
liter, tanquam ſimoniacus directè deponitur.ar. 1.q.1.conſtat,
9.q.2.c.1.& a ſecundum Hug.in d.c.quicunque. Et idem Ar-
chi.ibi.in glo.a. vbi etiam quærit, quid ſi filij ſimoniacè pro-
moti, data pecunia per parentes ipſis ignorantibus, nolunt cre
dere parentibus eis poſtea reuelantibus, & aſſerentibus ſimo-
niam commiſſam, dicunt quidam, quòd ſi non habent exinde
læſam conſcientiam ſecuri ſunt omnino.argum.ff.de his, qui
4 ſunt ſui vel alie.iur.l.filium. alioquin ſi faciunt contra conſciẽ
tiam ædificant ad gehennam. ſ.de præſcrip.quoniam omne.
Sed vere, niſi in hac parte acquieſcant verbis parentum, de qui
bus non ſit verisimile, quod falſum dicerent, ar. ſ.de præſump.
afferte.& c.literas. vnde eis omnino credendum videtur. ſ.quo
ma.accu.poſſ.c.videtur. ſatis poteſt dici quod tales ſunt in hac
conſcientia duri nimis, prout in caſu conſimili, no. Hoſt. j. de
pœni.& re.c.officij. Et ad hoc facit, quod legi.& no. j.eod.per
tuas.2.Bar.Brix.in quæſtione dominicali, quæ incipit, quidam
clerici. quæ maiorem dicit quam videatur hic caſus in q.illa.
5 †Quidam clerici, qui maiorem locum in eccleſia habebant,
fuerunt depoſiti, & alij loco ipſorum ſubrogati, illi ſubrogati
volunt habere priorem locum, ſicut illi habebant. ſ.quod non
poſſint habere ſoluendo, credit quod ſi ratione ordinationis,
illi depoſiti habebant priorem locum in eccleſia, illi qui primo
ordinati in eccleſia remanſerunt, habebunt priorem locum, &
non ſubſtituti. Sed ratione dignitatis poſiti habuiſſent priorẽ
locum, tunc & ſubſtituti haberent priorem locum, quia digni
tas non moritur, propter mutationem perſonæ, ſecundum eũ.
Pro quo facit, quia priuilegium ordinationis eſt perſonale, qđ
non tranſit ad ſucceſſorem. 7.q.1.petiſti. ff.de conſtitu.princ.
l.1.in fin.ſupra de præſumptio.mandata.infra de regulis iuris.
priuilegium. lib. 6. pro ſecundo facit, infra de reſcrip.ſi gratio
ſe.libro 6.

1 *Conuentio de dando, quid ſpirituale pro electione, non eſt ſimo-
niaca.*
2 *Conuentio tendens ad habilitandum in temporalibus, pro ele-
ctione habenda, non eſt ſimoniaca.*
3 *Conuentio de dando aliquid temporale, pro electione, an ſit ſi-
moniaca.*
4 *Re integra licet pœnitere.*
6 *Taciturnitas pro conſenſu habetur.*

NObis fuit. ¶Si quæris vtrum pactio, con
uentio, vel conditio in electio-
ne ſpirituali interueniens, ſimoniam inducat. Di-
ſtin. Aut quæris de electione alicuius ad fidem, &
dic vt dicam. j.e.dilectus.2. Aut de alia electione:
1 & tunc.† Aut pactio, conuentio, vel conditio, interponitur de
aliquo ſpirituali dando, faciendo, vel recipiendo, & talis ſimo
niam non inducit. vt ſ.de præben.ſignificatum. & de electio.
ſignificaſti. quod dic vt ibi dixi. Aut interponitur de aliquo te
2 porali, & tunc.† Aut pactio, conuentio, vel conditio, non ten-
dit ad dandum, vel recipiendum, aliquod temporale, ſed ad ha
bilitandum, & reddendum idoneum eligendum, puta ſi regu-
lares concordant alicui laico, quod completo biennio, vel tri-
nio recipiant eum. Si tamen interim didicerit artem ſutoriam
vel aliam machanicam, vel alicui clerico, ſi interim ſtuduerit,
in ſcholis Theologiæ, vel alterius facultatis, vel ſi etiam reci-
piant eum in præſenti, ſub prædicta conditione, non tamẽ vo
lunt eum recipere ad habitum, niſi elapſo termino, & condi-
tione completa, Et tunc dicit glo.ſuper Ray.in ſumma eo.ti.
§.23.quid de quadam.& §.ſimiliter, quòd talis pactio, conuen
tio, vel cõditio non eſt illicita, nec ſimoniaca, quia perinde eſt,
ac ſi dicatur recipimus te induẽdum tali tempore, vel tali die,
dum tamen interim reddas te idoneum ad hoc, vt recipiaris,
addiſcendo tale artificium, vel talem ſcientiam. Vnde illud, ſi
quod ſonat in modum conditionis, non eſt vera conditio, ſed
potius admonitio, ad id quòd quis iure & ex ſtatuto tenetur,
ſ.quod fit vel fiat idoneus. Idem no. frater Io.in ſumma confe.
eodem.titu.q.58.quid de regularibus.idem Altenſ.lib.6.c.tit.
artic.9.q.quid ſi epiſcopus alicui. dicit ſecundum Ricar. quòd
ſi Epiſcopus alicui qui eſt in aliquo turpi pacto promittat, ꝙ
beneficiabitur eius filium, ſi de cetero non commiſerit id pe-
ctum, tale pactum non eſt illicitum, vnde clericus non tene-
tur reſignare beneficium taliter acquiſitum. Idem ſi epiſcopus
diceret alicui, promitto tibi, quòd prouidebo tibi de beneficio
competenti ſi bonus fueris, & honeſtus, talis enim conditio,
eſt ad Dei reuerentiam, & honorem.† Aut pactio, conuentio,
vel conditio tendit ad dandum, vel recipiendum aliquod tem-
porale, & tunc, aut huiuſmodi pactio, vel conuentio, vel con-
ditio remittitur per vtranque, aut non. Si remittitur, tunc, aut
remittitur re integra, vt quia poſtquam expreſſa fuit conditio
de temporalibus habendis, ex parte Abbatis, & conuentus re-
cipientium aliquem in ſuum monachum, & fratrem, vel ex
parte recipientis de aliquo temporali recipiendo, antequam
recipiatur, vel concedatur ei ingreſſus, pœnitent vtrinque de
conditione appoſita, & eam reuocant, & hoc licet, ita quod ta
lis conditio, vel conuentio non nocet. dum tamen intentio nõ
ſit corrupta. Aut remittitur re non integra, vt quia eſt iam re-
ceptus, vel promiſſa iam receptio in illo monaſterio ante re-
uocationem

uocationem huiuſmodi conditionis,& tunc ſecus. Nam eo ip
ſo indignum ſe fecit illo monaſterio, ille,qui huiuſmodi, pro
miſſionem taliter habuiſſet.vt glo.no.ſuper Ray. in ſumma,
eo.tit.q.82. pone,quòd aliquis &c.& frater Ioan.in ſum.con-
feſ.eo.titu.q.57.qu. ſi ſi interponatur.& Aſten.vbi ſ.q.quid de
4 Epo. Pro quibus facit, †quia regulariter licitum eſt re integra
penitere,ſed re nõ integra nõ,ſiue loquamur in delictis. vt ff.
de in ius vo.l. quis.ad l.Cor.de fal.l.qui forſan.cũ ibi no.&per
ea q̃ ſcripſi.ſ.de eo qui mit.in poſſ.c.1.& q̃ le.& no.ſ.de re.ec
cleſi. non ali.ſi quis presbyterorum.1.reſp.ſiue in contractib.
vt ff.de condi.ob cau.l.3.in princ.ſol.ma.l.ſi pœnituerit.de ma.
vin.l.ſi pater.Aut huiuſmodi pactio,conuentio, vel conditio,
5 non remittitur,& tunc,†Aut interuenit pactio, vel conuentio
& talis eſt illicita,& ſimoniam inducit.1.q.2.quam pio. ſ. de
poſt.c.vltim.&hic,quod verum etiam ſi erant eum aliàs electu
ri,vel recepturi,vt no. Ber.hic in glo.2.ver.ſed verius eſt,&c.
& idem tenent Vinc.Tan.& Hoſt.& Ioan.And.Gofr. tamen
contra,quando erant aliàs eum collecturi, vel recepturi. & vi
detur expreſſum.1.q.6.c.vlti.ad quod etiam bene facit. ſ. de
eta.& quali.tuam.Cuius opi.Hoſt.ſ.eo.tanta.dicit veram, qñ
pecunia non eſt data,vel promiſſa electori, vel ordinatori, ſed
alteri.Primum teneas,ſecundum Io.quis non videt,quomodo
probari poſsit iſta intentio eligentis, nam ſibi non credetur,
aliàs facile eſſet,cuique qui per pecuniam elegit dicere ſe aliàs
fuiſſe electurum,quod intellige.vt no.Inn.ſ.eod.tanta. vbi ẽt,
de hoc ſcripſi.& Archid.j.q.6.cap.fin.glo.fin.Vnde etiam ſi ali
quis non vult ſeruire regularibus,niſi promittant ei ꝙ recipiãt
ipſum ſaltem,poſt biennium,vel alium certum terminum, &
illi promittunt ei, ſimonia eſt,ſecundum glo.ſuper Rayn.in d.
§.23.quid de quadam.& frater Ioan.in d.q.58.quid de regulari
bus. licet Phi.& Ala.dicant contrarium in caſu,vbi eſſent eum
aliàs electuri,vel recepturi,& male.Et vide quod not. Gl.ſup
Ray.in ſumma eo.titu.§.23.quid de quadam.& fra.Io. in ſum.
ma confeſ.eo.tit.q.62.quid ſi interponitur &c.& Aſten.lib.6.
eod.tit.arti.9.q.quid ſi de conſuetudine. vbi dicunt,quòd ſi de
conſuetudine aliquarum eccleſiarum ſit,quòd canonici maio
res adinuicem dicunt,canonizemus nepotulos noſtros, pla-
ceat tibi de meo, & placebit mihi de tuo,alius dicit,nunquam
me viuente fiet aliquis canonicus in eccleſia iſta, niſi ille pro
quo rogaui prius fiat canonicus,vel ſaltem cum alijs, quòd ſi
monia committitur in vtroque caſu, per cap.alleg. quam pio.
Aut interuenit conditio, & tunc, Aut quæris vtrum eſt ſimo
nia ex parte conditionem apponentis, & dic quod ſic, ſecun-
cus in maiorib. beneficijs, in quib. nemo debet ſe ingerere, vt
š. de prob. cum iam dudum. ꝙ dic. vt no. š. de æta. & qual. c. cũ
ſm̃ Ho. & dic vt ibi plenius.

Super eo. c. ¶ Si quæris vtrum ille, qui per pecuniam
corrumpit teſtem, vel iudicem, ſimoniã
committat, Diſtinguit hic Ho. Aut tangitur de temporalibus,
6 & tunc non fit ſimonia. † Aut agitur de ſpũalibus. vt š. de teſti.
ſicut nobis, & tunc fit ſimonia, vel quaſi. argum. hic, & š. eo. c.
j. & expreſſius. š. e. nemo. & c. cum eſſent, & hoc propter con
nexitatem. ar. š. de iurepa. c. de iure. ff. de rei ven. l. quæ religio-
7 ſis. ſecundum Hoſt. † Sed hoc non videtur verum, quoad ma-
trimonium pro quo contrahendo aliquid dari, vel promitti po
teſt, vt dixi. š. de condi. appo. c. de illis. & š. e. cum eccleſiæ. ſed
Aſten. li. 6. hoc ti. ar. 9. q. verũ teſtificari dicit ſecundum Ricar.
quòd ſimoniacum eſt teſtificari pro pecunia in cauſa ſpũali, a-
liàs non, licet ſit contra ibi, graue peccatum. Vel ſecundum A-
lexand. Angelicum in cauſis eccleſiaſticis, ſimonia committi-
tur ſi teſtimonium vendatur, in alijs grauiter peccatur. Et
quid iuris de iudicibus, aduocatis, & conſiliarijs notatur ibi.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem gl. j. ſine aliqua &c.
Si quæris vtrum, & quando ingrediens,
monaſterium tẽpore ſuæ receptionis, ante vel poſt aliud abſq;
8 vitio ſimoniæ ipſi monaſterio dare poſſit, Diſtingue. † Aut hoc
facit pacto, vel conditione, vel modo interueniente, & tunc,
non poteſt. vt hic. & j. q. j. eos. & š. vt eccl. benefi. c. vnico. Aut
nullo iſtarum interueniente, & tunc poteſt ſm̃ Ber. ar. hic. &
š. de probatio. in præſentia. de ſucceſ. ab inteſt. cum dilecti. &
in fi. idem Ioan. Vinc. & Tanc. & Goff. & Phi. Hoſt. & Io. An.
hic. & Archidiacon. in cap. alleg. eos in gloſſ. vltim. vbi de hoc
Quod verum, ſecundum Hoſtiẽ. ſcilicet quòd non commit-
titur ſimonia niſi mentalis. j. eod. c. fi. ſed quia mentalis quæ in
talibus de facili interuenire poteſt vitanda eſt honeſtius, & tu

tius eſt nihil dare tpe receptionis.ar.iurium hic alleg.p Ber.j.
q.j.emendari.& q.2.quam pio,j.eo.audiuimus.ſ.de vi.& hon.
cle.cum ab omni.ſecundum Hoſt.Et ita poteſt intelligi opin.
Lau.qui dicebat ꝙ tempore receptionis nihil dari poteſt. Et
10 prædicta intellige ceſſante omni cõſtitutione.† Si vero in fun
datione eccleſiæ præbendalis epiſcopus fecit conſtitutionem,
quòd quiſquis dederit eccleſiæ tantum in redditibus in perpe
tuum, vel certam ſummam pecuniæ pro emendis redditibus,
recipiatur in canonicum, & quod dederit habeat pro præben-
da, talis conſtitutio poteſt tolerari, ſi fiat ꝙ duret ad tempus,
non in perpetuum, nec fiat in fraudem, ſimoniæ, & ea ſit intẽ-
tio conſtituentis, quòd non pro rebus dandis, ſed principaliter
propter diuinum cultum augmentandum, & propter deuo-
tionem dantis recipiatur ad ſpiritualia, dum tamen ſit dignus
ille qui recipitur aliàs non, vt no.glo.Guil.ſuper Ray.eod.ti.§.
22.pone, quod aliquis &c.& idem frater Io.in ſumma conf.e.
ti.q.54.quid, de conſtitutione. Vbi idem credunt poſſe dici in
monaſterijs de nouo fundatis, vel fundandis indigentibus, ſi
fieret conſtitutio authoritate epiſcopi, quod quicunque daret
tantum reciperetur ad illam religionem, & interuenirent aliæ
circunſtantiæ quæ dictæ ſunt.

1 *Superiori credendum eſt.*
2 *Priuato non credendum in præiudicium alterius.*
3 *Conſcientia animæ dux.*

PEr tuas. ij. ¶ Ad euidentiam primæ glo. Si quæris vtrũ quis debeat cre
1 dere relationi alterius, Diſtingue. †, Aut talis refe-
rẽs eſt ſuperior ſuus, qui forte aliquem excommu
nicatum, vel ſimoniacum denuntiaret ſolenniter,
& vitandum mandaret, & tunc prima facie credẽdum eſſet ei,
& parendum. 11.q.3.cure.ſ.de treuga.& pa.c.5.de proba. poſt
ceſsionem, ſecundum Hoſt.& Ioan.An.hic.Quod tamen in-
tellige vt dixi in d.c.poſt ceſsionem. Aut nõ eſt ſuperior ſuus,
2 ſed vicinus, vel collateralis, priuatus tamen, & tunc. † Aut quæ
ris vtrum de facili credere debeat in infamiam, vel præiudiciũ
alterius, & dic, quòd non.32.di.habuiſſe.86.di. ſi quis vero. ff.
de ac.emp.& ven.l.Iul.§.quod aũt diximus. Aut aliàs & dic ꝙ
ſic.nã eo caſu hoc dicimur ſcire quod ab alijs audiuimus. 12.q.
5. hoc videtur ſm. Ho.quæ notat hic quinq; notabilia digna
notatu. Primo, quòd ex varijs dictis in præiudiciũ alterius nõ
eſt conſcientia informanda. Secundo, quòd ſi informata ſit, ta
liter eſt ad prælati conſiliũ deponenda. Tertio, quòd ſi deponi
non põt modis omnibus eſt ſequenda, ſuper quo vide qđ no.
ſ.de ſent.excommu.inquiſitionis.& ſ.de temp.ord.ad aures.
Quarto, quòd virtus animi de ſcrupuloſa conſcientia põt bo-
nã facere, & in melius reformare, & debilitas animi & ſimpli-
citas, & econuerſo. Quinto, quòd in differentib. põt vnuſquiſ-
que prout ſibi placuerit ſuam conſcientiam informare, & hæc
3 omnia ex iſto.c.colligi poſſunt.ſm H.& Io.An.poſt eum.† Et
Hie. dicit quòd conſcientia eſt dux aĩæ. & ſm Dam.4.li.c.14
eſt lex intellectus noſtri.i.animę humanæ. & iõ conſcientia ẽt
erronea ligat voluntatem ab eo diſcordantem quandiu durat.
Et ſi velis ſcire vtrum conſcientia erronea liget ad errorẽ de-
ponendum, vel ad faciendum quòd dictat, vtrum peccatũ ex-
cuſet, & vtrum plus liget, quam præceptum diuinum, vel pre-
ceptum prælati dictans, contrarium vide per Aſten.li.2.tit.de
bonitate & malitia interioris actus.ar.5.6.& 7.

Super eo.c. ¶ Ad euidentiam gl.ſecundæ. Si quæris, vtrum ſimoniacus ab executione ordinũ
ſit ſuſpenſus, & quorum, vide ꝙ dixi.ſ.e.accuſatum.

1 *Monaſterij conſuetudo quod tantum detur pro eius ingreſſu reprobatur.*
2 *Datum pro ingreſſu religionis pacto procedente, eſt ſimoniacum.*
3 *Datum pro ingreſſu religionis ſine pacto non eſt ſimoniacum.*
4 *Cautela quæ licite detur pro ingreſſu religionis.*
5 *Suffraganeorum officiales in officio excedentes, puniuntur immediate ab archiepiſcopo, ſicut & epiſcopi.*
6 *Suffraganeorum officiales extra officium delinquentes puniantur, vt priuatus.*

IN tantum. ¶ Si quæris vtrum conſuetudo monaſterij per quam taxatũ eſt,
quantum quælibet puella ingrediens dare debet, ſeu
ipſa taxatio per conſuetudinem introducta reprobe-
tur. Et vtrum dando quod conſuetum eſt ſimonia committa
1 tur, Diſtingue. † Aut quæris primo vtrum talis conſuetudo,
vel taxatio per conſuetudinem introducta reprobetur, & dic
quòd ſic, vt hic in fi.& ſ.eo ſicut pro certo. Aut vtrum dando,
2 quod conſuetum eſt ſimonia committatur, & tũc, † Aut datur
ex conuentione vel compulſione, & tunc eſt ſimoniacũ, quia
ſi pactum interponatur de tali conſuetudine obſeruanda ſimo
niacum eſt.ſ.eo.veniens. pro hoc.j.q.2.in ſumma.§.j.& c.quã
pio.& c.nullus Abbas.& per totum. Idem eſt ſi gratis recipia-
tur & poſtea appellatur receptus vel recepta ad talem conſue-
3 tudinem obſeruandam. j.eo.audiuimus.& cap.Iacobus. † Aut
omni conuentione, omni compulſione ceſſante, gratis datur,
id quod eſt conſuetum. & tunc nõ committitur ſimonia quo
ad militantem eccleſiam, quamuis hoc ſit ſimoniacum, quo
4 ad Deum.ar.j.de vſur.conſuluit. 14.q.3.plerięq;. & eſt expreſ
ſum.j.eo.c.fi.† Sed nunquid poſſet circa hoc aliquod remediũ,
adhiberi? & dic ꝙ ſic, vt moniales puellam gratis ſpiritualiter
recipiant, & ſi ita pauperes ſunt, quòd non poſſunt eidem in
neceſſarijs prouidere, agant contra patrem ſuum ad alimenta,
ad quæ tenetur, vt no.ſ.de conuer.infide.c.vlt. Vel ſi mortuus
eſt agant ad partem hæreditatis ſuæ.vt in aut.de ſanc.epiſco. §.
nullam.penul.col.col.9.ita no.Hoſt.in ſumma e.tit.§.qua pœ-
na, ver.quid de monaſterijs.idem frater Io. in ſumma conf. e.
ti.q.51.quid de monaſterijs. & q.ſeq.& Aſten.eod.tit.arti.3.q.
quid de monaſterijs. & in hoc ſatis conc.quod no. Hoſt.ſ. eo.
non ſatis.

Super eo.c. §.cum vero. ¶ Si quæris vtrum officiales ſuffraganeorum delinquentes poſsit,
6 archiepiſcopus punire, & corrigere, Diſtingue. † Aut in eo qđ
excedunt tanquam officiales, & dic quòd ſic j.de offic.vic.Ro
mana.li.6.Et eſt ratio, quia in exercendo iuriſdictionem epõ-
palem habent idem conſiſtorium cum epis.j.de app.Romana
j.reſpon.li.6.ideo in hoc ſubſunt immediate archiepiſcopis, &
archiepiſcopi poſſunt animaduertere in eoſdem ſicut in epi-
ſcopos, v.g.ſi non ſeruant priuilegia. j.de priui. quanto. vel ſi
ſñiam proferant per gratiam, vel per ſordes.j.de re iudic.cũ æ-
terni.lib.6.vel ſi excommunicant ſine ſcriptis. j.de ſent.excõ.
cum medicinalis.lib.6.& in alijs caſibus not.j.de ſen.exc. Ro-
6 mana.§.pen.in fi.& de pœnis Romana.lib.6. † Aut in his quæ
aliàs cõmittunt extra officium, vt quia officialis epiſcopi poſ-
ſident, vel facit aliquid tanquam priuatus, & quantum ad illa,
non plus poteſt metropolitanus in officialem, quam in alium,
ſubditum ſuffraganei ſui.puta in caſibus no. per Ber. & Hoſt.
ſ.de offi.ord.paſtoralis.& per Cardi.j.de ſuppl.neg.præla. Ro
mana.li.6.& de fo.comp.Romana.§.j.& §.fi.li.6, ita diſtinguũt
Hoſt.& Io.An.hic.& Card.& Io.And.in c. allega. Romana.de
offici. vica.

1 *Præſentator debet aſſignare titulum ordinato.*
2 *Ordinatus titulum non habenti Epiſcopus ei prouideat,*

PEr tuas. iij. ¶ Si quæris vtrum ſi ordinatus ad præſentationem, alicuius ad
titulum minus idoneum egeat Epiſcopus, ordi-
nans poſsit ipſum præſentantem cogere ad titulum
1 aſsignandum, Diſtingue. † Aut præſentator habet de patrimo-
nio, vel aliàs de ſuo & tunc epiſcopus qui ordinauit coget ip-
ſum ad titulum aſsignandum. Aut non habet, & tunc non co
3 get, quia inanis eſt actio.&c.ſ.de reſti.ſpulia.olim nobis. † Sed
epiſcopus ipſe qui ordinauit prouidere tenetur, vt patet in eo
quod leg.& no.ſ.de præb.c.2.& 4.& c.cum ſecundunt apoſto
lum.ſecundum Hoſt.

1 *Ingreſſus monaſterij, ſub pacto, quod aliquid deferatur reprobatur.*
2 *Intrans monaſterium, bonis abundans, nihil deferre debet.*
3 *Monaſterium ingrediens deferre poteſt victui neceſſaria.*

QVoniam in ſimoniaca. ¶ Si quæ-
ris vtrum receptio, alicuius in monaſterium,
ſub pacto, conditione, vel modo, vel prouiſ-
ſione, ſeu intimatione, quod ſecum deferat,
1 vnde viuat, ſit licita & permiſſa, Diſtingue. † Aut receptio,
fit ſub pacto, conditione, vel modo, & dic quod non, vt
prima quæſtione ſecunda, quam pio. ſupra, de pactis.

c.vlti. quod intellige, vt dixi. ſ. eo. nobis fuit. Et ita intelligunt
Tanc. & Goffr. illud c. prout no. Archid. j. q. j. in ſumma ſuper
verbo dignitsimo. & hoc no. Inn. ſ. eo. tua nos. glo. 2. vbi dicit,
ꝙ per illud c. apparet quod non licet ſub illa forma recipere ali
quē, recipimus, te in fratrem ſi detuleris, vnde viuas, quia bo-
na eccleſiæ non ſufficiunt, niſi nobis. ar. iſtius. c. j. reſpon. quia
vt hic dicit in hoc crimine non excuſat paupertas. Et per hoc
non credo verum quod no. Ber. ſ. eo. non ſatis. glo. j. vbi dicit,
poſt Vinc. quòd poteſt fieri receptio ſub conditione tali, ſi vis
intrare, porta tecum vnde viuere poſsis. Aut fit receptio, ſub
promiſſione, ſeu intimatione, ſine pacto, conditione, vel modo
4 & tunc. † Aut eccleſia, vel monaſterium abundat etiam pro tali
recepto, ſeu recipiendo, & tunc idem, & in iſto caſu. ſ. cum ec-
cleſia, vel monaſterium abundat. intellexit Rayn. illud cap. tua
nos. ſ. eo. vt recitat Archid. j. q. 2. in ſumma. in fin. glo. adde di
5 cit Inno. & c. † Aut eſt adeo tenue, & paupertate depreſſum, ꝙ
redditus non ſufficerent perſonis præſentibus, & tunc poſ-
ſunt dicere, non ſufficiunt nobis temporalia, libenter recipe-
remus te ad ſpiritualia, ſed ad temporalia non poſſumus, niſi
haberemus plures poſſeſsiones, & tunc ille offerat ſe, & ſua,
vt in d. c. tua. ſecundum Ray. & Archi. in glo. alleg. & in hoc ſa
tis concor. Io. ibi licet Bar. Brix. ibi aliter. Vel hic ſecundum Io.
Vinc. & Ber. hic, & Tanc. & Vincen. & Hoſt. in d. c. tua. & Io.
in d. c. non ſatis. frater non habemus, quid demus tibi pro vi-
ctu, niſi apportes tu tecum vnde viuas, dummodo hoc non di
catur in fraudem, & ſine aliquo pacto. ar. 1. q. 2. ſi quis propter.
& in hoc concor. Goſ. in ſumma eod. titu. §. item quæritur ali
quis &c. Vel hic, ſecundum Hoſt. hic. & ſ. eod. non ſatis. frater
gratis recipimus te, tu caute facies ſi portes tecum quid come
das, & vide iſtius. c. materiam per Ray. in ſumma ſua. eod. tit.
§. 14. quid fiet &c. & per fratrem Io. in ſumma conſ. eo. titu. q.
27. quid de monaſterijs &c. & q. 48. & 49. & per Aſten. eo. tit.
art. 3. q. quid ſi monaſterium. vbi dicunt quòd conſulēdum eſt
ingredientibus quòd in hoc fundarent intentionem ſuam, vt
principaliter darent propter Deum, ꝙ ne domui eſſent onero
ſi. 16. q. 1. de lapſis. & idem nota. Archidi. in d. glo. adde di-
cit Innocen.

1 *Pro collatione ſpiritualium, poteſt aliquod temporale recipi.*
2 *Pro ſpiritualium collatione, an poſſit aliquod temporale exigi.* 5. 8.
3 *Pro ſepultura ſi aliquid detur, ſimoniacum eſt.*
4 *Pro cruce magna portanda, quod aliquid detur, eſt ſimoniacum.*
6 *Venetijs pro mortuis ſoluitur decima mobilium.*
7 *In Britannia tertia mobilium mortuorum pauperibus erogatur.*
9 *Laici ſunt eccleſiaſticis infeſti.*

IAcobus. ¶ Si quæris vtrum occaſione colla-
tionis ſpiritualium poſsit exigi, vel
1 recipi aliquod temporale. Diſtingue. † Aut quæris,
vtrum poſsit gratis recipi, quod gratis & pura inten-
tione offertur, & dic quòd ſic. vt 1. q. 2. quam pio. prout leg. &
no. ſ. eo. dilectus. j. in fi. & hoc no. Hoſt. in ſumma eod. titul. §.
qualiter. ver. ſolutio ex pacto. & ſ. eod. cum in eccleſiæ. ſuper
verbo requiratur. & expreſsius in c. ad apoſtolicam. ſup verbo
2 infringere. in fi. † Aut vtrum poſsit exigi, ſeu peti, & tūc. Aut
illud temporale exigitur pro ipſo ſpirituali, ita quòd ipſum ſpi
rituale ſit cauſa immediata petendi, ſeu exigendi illud tempo
rale, & hoc non licet, nec fieri poteſt, nec ante, nec poſt ſpiri-
tuale miniſtratum. ſ. eo. querelam. & c. ea quæ. & ca. in tantum
hoc innuit Hoſt. ſ. eo. ad apoſtolicam. Et ita poteſt intelligi, ꝙ
no. Hoſt. in ſumma eodem tit. §. qualiter. ver. quid de his, qui
habent &c. & verſi. ſeq. & frater Io. in ſumma confeſſ. eodem
tit. q. 32. quid ſi alicubi, &c. & q. ſeq. † vbi dicunt, quod ſi ſint di
uerſa cimiteria vnius eccleſiæ. vel monaſterij, vnum, in quo
non intrat, ſeu ponitur aliquis niſi ſit canonicus, vel frater, a-
liud commune & eſt taxatum pro quanto extraneus in cimi-
terio communi, & pro quanto in cimiterio fratrum poterit
4 ſepeliri, ſimoniacum eſt. ſ. eo. audiuimus. & c. ſicut, quia ꝓ ter
ra nihil recipi debet, vt ſ. de ſepul. abolendo. † Itē ſi maior crux
non portetur, niſi pro certo precio, nam hoc ſine dubio ſimo
niacum eſt, & ſpecies mali, & auaritiæ ſignum: ergo reproban
dum, vt in cap. audiuimus. Aut illud temporale petitur, ſeu
exigitur non pro ipſo ſpirituali, ita quòd illud ſpirituale nō ſit
cauſa immediata petendi illud temporale, ſed ipſa conſuetudo,
ex pluribus voluntarijs ſolutionibus introducta ſit cauſa im-
mediata, & tunc. † Aut ſacramētum eccleſiaſticum loco pigno
ris retinetur, ita quòd ſacerdos dicit non exhibebo tibi hoc
ſacramentum niſi ſatisfacias, vel ſatiſdes, & ad hoc nulla con-
ſuetudo prodeſt, & ſic intellige iura quæ dicunt, quòd conſue
tudo non prodeſt in talibus. ſ. eo. ſuam. & c. ea quæ. & c. cum
in eccleſiæ. & c. non ſatis. §. fi. & omnia ſimilia ſecundum Ho-
ſtien. hic. & in c. ad apoſtolicam. ſuper verbo laudabilem con-
ſuetudinem, & ſuper verbo vt libere. & Io. And. poſt eum. &
Aſten. li. 6. eo. ti. art. 9. quid ſi de conſuetudine. Aut ſacramen
tum non retinetur loco pignoris, ita ꝙ quando petitur ſacra-
menti collatio, nec pecunia exigitur, nec ſatiſdatio, ſed gratis,
& ſine dilatione exhibetur, & poſtea non pro ſacramento, ſed
quia talis eſt conſuetudo is qui nititur eam infringere per cen
ſuram eccleſiaſticam compellitur, & tunc, Aut eccleſia alle-
gat conſuetudinem contra laicum, ita quod illud temporale,
petitur per eccleſiam à laico ex vi conſuetudinis laudabilis,
quæ forte talis eſt, offeratur groſſa candela, panis. & vinum in
obſequijs mortuorum, vel quòd ſacerdos habeat lectū, vel ve-
ſtes mortui, vel à nubentibus caput bouis, vel aliud certū quid
quodcunque ſit, & tales conſuetudines ſunt ſeruandæ, vt pa-
tet ſ. eo. ad apoſtolicam. vbi hoc tenent Ber. & Hoſt. & Ioan.
And. idem Hoſtien. hic ſuper verbo conſuetudinem. vbi dicit
& Io. And. poſt eum, ꝙ clerici à laicis poſſunt exigere ea quæ
laudabilis conſuetudo hactenus introduxit, & ſi repletionem
ventris, vel aliam priuatam vtilitatem reſpicere videantur. Ad
idem in authen. de ſanct. epiſ. §. pro conſuetudinibus. col. 9. 11.
diſt. in his argu. 16. q. j. ſtatuimus. 12. q. j. duo. de conſe. diſt. 1.
homo Chriſtianus. & in hoc concor. in ſcriptis ſuis Tan. Goſ.
Ioan. & Ber. & quaſi omnes doct. ſecundum Hoſt. in c. ad apo
ſtolicam. In hoc etiam concor. frater Ioan. in ſumma confeſſ.
eod. ti. q. 34. quid ſi clerici &c. & Aſten. eo. ti. arti. 3. ver. ſi obij-
ciatur. licet Inno. ibi dicat ꝙ hoc tantum pertinet ad officium
epiſcopi, vt ſi quis velit imitare conſuetudines laudabiles. ſ. ſo
licitando, vel ſtatuendo, ꝙ nemo aliquid dare pro ſepultura vel
conſiliaribus compellatur nullus tamen cogetur eas ſeruare, vt
ſ. eo. non ſatis. in fi. cum ſuis concor. Et facit pro Innoc. ibi, ꝙ
ibi dicitur de hæretica prauitate, quia & tales ſtatutores, ſicut
hæretici ſunt excommunicati. j. de ſenten. excommu. nouerit
Dicit Inno. etiam ibi quòd nunquam poteſt dici quenquam,
cogendum vt pro ſpirituali aliquid det, vt puta ſi conſuetudo
erat quòd veniens ad pœnitentiam daret vnum denarium, vel
ſimile, non eſt cogendus ipſum dare. Quia aut dices quòd vo-
luntariè ipſum dat, & ſic nunquam eſt cogendus. aut coactus,
& ſic eodem modo non eſt cogendus, quia eſſet ſimoniacum.
ſ. eo. ſuam. & c. cum in eccleſia. & contra ius naturale, quare ꝑ
ſcribi non potuit, & per conſequens nec conſuetudo erit. ſ. de
conſue. c. fi. 8. diſt. quæ contra. ſecundum Inno. Sed ſecundum
Hoſt. ſalua reuerentia tanti patris contrarium poteſt elici in eo
quod leg. & no. ſ. de cenſib. ex parte. & ipſemet Innoc. contra-
rium videtur innuere in ſeq. q. quid ſi conſuetudo ſit quòd nō
tempore collationis ſacramentorum, ſed tempore mortis ali-
6 quid certum detur, † ſicut Venetijs in morte ſoluitur decima
7 mobilium, † in Britannia vero vnde ſum oriundus, tertia in o-
pus eccleſiæ vel pauperum diſpenſanda, vnde cogendi ſunt ta
lem conſuetudinem obſeruare. 11. diſt. in his. 12. di. illud. & c.
ridiculum. & c. cōſuetudo. Quid ſi tempore collationis ſacra
mentorum conſueuit aliquid dari, non cogitur quis talem con
ſuetudinem obſeruare, quia ſpecies mali eſt ſ. eo. audiuimus.
& quia nec ante, nec poſt aliquid dandum eſt. j. q. 1. ca. 3. ſecun
dum Inn. & melius. ſ. eod. ſicut pro certo. ſed quicquid dicat,
dic vt ſ. dictum eſt ſecundum Ho. cum quo concor. quaſi oēs.
8 doct. ſecundum eum. † Aut eccleſia allegat conſuetudinem cō
tra clericum, vt quia clerici à clericis exigunt, aliquod tempo
rale, & tunc, aut exigunt ex ſtatuto, vel conſuetudine ſpeciali,
aliquod tpale, puta cappam, vel aliud quod ſpectat ad diuinum
cultum, ſiue fabricam eccleſiæ, & hoc dicit Hoſt. hoc dicimus
omnino ſeruandum. ar. ſ. de teſt. officij. & c. fin. & ſ. de his quę
fi. à ma. parte ca. c. fi. & etiam in hoc caſu poſſet ante receptio
nem cautio exigi. ar. ſ. de elect. ſignificaſti. ſ. de præb. ſignifica
tum. j. q. 3. quæſitū. 18. di. de eulogijs. 18. q. 2. hoc tm̄. & c. ſerui
tiū. & in eo ꝙ le. & no. ſ. de cē. q̄to. quaſi Deus cum canonico,
permutare videatur ſpūale cū ſpūali. ar. ſ. de rerū ꝑmu. c. ad qō
nes. ſm H. hic & in ſum. e. ti. §. qualiter. ver. quid ergo ſi de con
ſuetudine. idē Io. An. hic & fra. Io. in ſumma conſ. eo. tit. q. 31.
quid ſi conſuetudo &c. Aut exigunt aliquod temporale, ad re
pletionē ventris ſpectās, vel aliā ꝓpriā vtilitatē petētiū, & tūc.
Aut ille clericus à quo petit tpale hēt illd́ quaſi de mero lucro,
ita ꝙ ī eo inſolidū retinēdo certat d́ mero lucro, vt ſi in aliqua ꝓ
uincia

uincia, vel dyoceſi ſit conſuetudo, ꝙ aſsiſtentes epiſcopo cō
ſecranti, vel dedicanti, vel ordinanti partem oblationum ha-
beat, & talis conſuetud o eſt ſeruanda. 10.q.3.nec numerus. 18
q.2.eleutherius. & c.ſeruitium. Et idem in mortuarijs, ſiue ſe-
pulturis, & in omnibus quæ inter clericos, de iure, vel de con-
ſuetudine diuiduntur. ſ.de ſepul.certificari.de teſta. requiſiſti.
& c.fi.& j.de ver.ſigni.cum inter vos.& c. antepen. ſecundum
Innoc. ſ.eo.ad apoſtolicam.ver.item ſi conſuetudo.& Hoſtié.
& Io.An.hic. Aut ille clericus à quo alij clerici petunt illud té
5 porale conuertendum in ſuas proprias vtilitates non habet il-
lud de lucro, ſed habet illud ſoluere de ſuo proprio, & tunc nō
poſſunt clerici contra clericos talem conſuetudinem allegare,
ſiue allegantes ſint æquales, vt hic, & ſ.eo. veniens, ſiue ſupe-
riores. ſ.e.ſicut.& c.in tantum. §. fi.& c.cum in eccleſiæ.j.q.4.
ſi quis præbendas. ſecundum Hoſt. Sed quæ eſt ratio diuerſita
tis inter clericos & laicos. reſpondeo ſecundum Hoſt.& Ioan.
An.poſt eum triplex, poteſt reddi ratio. Prima ratio eſt, quia
habita comparatione de clericis ad laicos, & de clericis ad cle
ricos, quod iudicatur priuatæ vtilitatis inter clericos, & cleri-
cos, & vbi clerici hoc petunt à clericis iudicandum eſt publi
cè inter clericos & laicos. i. vbi clerici hoc petunt à laicis. ar. ff.
de iuſti.& iur. l.j.& j.diſt.ius publicum. quæ fortior eſt priua-
ta, vt patet in eo quod le.& no.de reg.capit.licet.§. illa ſemper,
9 ſ.de præbend.c.3.de foro compe.ſi diligenti. † Secunda, quia
laici nobis oppidò ſunt īfeſti. 2.q.7.laici. & mille modos habēt
defraudandi nos & ſubtrahendi eccleſiæ iura ſua. ſ.de decimis
tua nobis.& c.in aliquibus. Vnde non eſt mirum ſi ius inueniat
vnum modum, per quem aliqua recompenſatio habeatur, ſi-
cut enim & ſaluti animarum ipſorum, & eccleſiarum neceſsi-
tatibus, ſeu vtilitatibus prouidetur quod & faciendum eſt ſ.
de decret.cum non ſit in homine. Tertia, quia clerici magis
ſunt ſubditi & obedientes adinuicem, quam laici clericis. In-
de eſt ꝙ ſi conſuetudo in talibus rationabilis iudicaretur, da-
retur prælatis, & ſuperioribus materia opprimendi clericos,
ſubditos, & calumnias ingerendi. vt innuitur. ſ.e.ſicut pro cer
to.& c.veniens.& c.audiuimus.& c.j.j.q.3. ſi quis præbendas.
quod non eſt faciendum, vt patet in eo quod le.& no. ſ. de di-
uor.quanto.§.penul.

1 *Ordinatus ſine titulo, an petet, vt epiſcopus cui promiſit non in-
quietare ſibi prouideat. 3.*
2 *Pactum in recipiendo ordines oppoſitum, ab vtraque parte eſt
ſimoniacum.*

SI quis ordinauerit. ¶Si quæris vtrū, ſimoniacus ab exe
cutione ordinum eſt ſuſpenſus, & quorum: vide ꝙ di
xi. ſ.eo.accuſatum.di.j.

Super eo.c. ¶Ad declarationem glo.& ita ſimoniaci Si quæris vtrum ſi clericus ordinatus ſi-
ne titulo ad ſacros, promiſit epiſcopo, ꝙ cum ſuper hoc non
inquietaret, tali renuntiatione non obſtante agere poterit con
3 tra eum, vt ſibi prouideat. † Videtur ꝙ non ex quo renūtiauit.
7.q.j.quam periculoſum. ſ.de elect.cum inter. R. ſeniorem.
Contra, quia iſtud videtur ius publicum quod remitti nō pōt.
ſ.de foro compe.ſi diligenti.de ſen.excommun. contingit. t.
Et beneficio quod nondum habebat, renuntiare non potuit, ſi
cut nec hæreditati nondum delatę. ff.de acquir.hære.l.qui ſu-
perſtitis. Et alimenta pacto alimentandi non tollunt. ff.de trā-
ſa.cum hi. Et hoc verum dicit Bar. Brix. ſi huiuſmodi pactū,
2 vel renunciatio poſt ordinationem interuenit. †Sed ſi in ordi
natione, vterque ſimoniacus eſſet, & deponendus vt hic. ita
no.in q.venereab. quæ incipit, eſto quòd epiſcopus ordinet. &
idem Io.An. j.de præb.ſi epiſcopus. glo.vlti.lib.6. Et nota ſe-
cundum Ber. ꝙ in iſto.c.nihil remittitur, quia nihil adhuc de
betur, ſed renuntiatur iuri quod in futurum poſſet acquiri, ſi
præſentetur debito modo. Sic non obſt. ſ.de teſt.veniens.j. &
ff.de calum.l.quinetiam. vbi dicitur ꝙ idem eſt remittere qđ
5 dare, ſecundum eum. † Idem Inno.dicens quòd hic non com-
mittitur directè ſimonia in ordine, ſed in beneficio, vel in cō
ſecutione ordinis. quia nihil debitum remittitur. Item ordi-
nator ordinare, ordinatꝰ ordinari voluit nullo dato, ideo ſpālis
pœna datur in hoc caſu, aliàs dans ordinem ſimoniacæ directæ
ꝑpetuo debet eſſe ſuſpēſus, & recipiens nō ſolū ab ordine ſi-
moniacè ſuſcepto, ſed ēt ab alijs, hic aūt nō eſt niſi ab ordine ſi
moniacè ſuſcepto, vt hic.& ſ.e.ꝑ tuas. H.vero dicit, ꝙ hæc de
cretalis intelligitur in iudicio animæ. q.d. eo ipſo, quòd taliter
ſuſcepit ordinem ſciat ſeipſu iure ſuſpenſum, donec &c. quia
eccleſia non iudicat de occultis. Et ſic loquitur hoc c.de ſimo-
niaco occulto aliàs ſi eſſet manifeſtus ſemper eſſet ſuſpenſus.
ar. 32. diſt.c.præter hoc.& §.verum.& ſi etiam hac ſuſpenſio-
ne durante, ante diſpenſationem obtentam per accuſationem
vel inquiſitionem conuinceretur, & deponeretur ſm id quod
le.& no. ſ.e.de hoc. & de accuſatione inquiſitionis, quantum
cunque aliàs pœnitentiam egiſſet. 33.q.2.admonere.& not. ſ.
de bigamis. quia circa ſm Hoſt. hic qui dicit etiam ꝙ reſpon-
ſio prædicta Ber.& Inno.non valet, quia remiſsio eius etiam,
ꝙ debetur in futurum dare, æquiparatur. ff.de calumn.l.2.& 3.
ſ.eod.per tuas. Et vide quod no.Bar.Brix.in ſua q.venereali. q̄
incipit. quidam epiſcupus conſueuit. vbi quærit, vtrum dare
pecuniam epiſcopo qui conſueuit ſimoniacè ordinare, vt de
cætero legitime ordinet, ſit ſimoniacè ordinare, vt de cętero le
gitime ordinet, ſit ſimonia.& dicit ꝙ Tanc.dicit ꝙ ſic ex par-
te accipientes, & non ex parte dantis.

1 *Lex de monachis diſponens in materia fauorabili Abbatem com
prehendit.*
2 *Lex de monachis diſponens in materia odioſa, non comprehendit
Abbatem.*
3 *Simonia duplex.*
4 *Simonia mentalis definitio.*
5 *Simonia conuentionalis definitio.*
6 *Simonia non committitur ſolo propoſito.*
7 *Vſura reſtituenda.*
8 *Beneficium ſimoniacè ademptum dimittendum.*
9 *Differentia inter ſimoniam & vſuram.*
10 *Papa non diſpenſat de vſura.*
11 *Papa diſpenſat ſuper ſimonia.*

MAndato. ¶Ad declarationem glo.ſecundæ. Si quæris vtrum lex, cōſtitutio, ſeu
diſpoſitio facta, ſeu loquens de monachis, extēdatur,
ad Abbatē, diſtingue. Aut apparet de intentione ſcri
bentis, ſeu ſtatuentis, & illa in omnibus eſt attendenda. ſ. de of
fi.deleg. ſuper eo. Vnde hic fuit intentio vt tam monachi, quā
Abbates corrigerentur, & ſaluarentur, & ideo fit extenſio,
quia per hoc prouidetur animabus, & nulli præiudicatur, ſecū
1 dum Hoſt. Aut non apparet, † & tunc aut in materia fauorabi-
li & nulli præiudicabili, & tunc extenditur ad Abbatem, vt
2 hic & j.de priuileg.ex ore. † Aut in odioſis, vel pœnalibus, &
tunc ſecus. vt ſ.de reſcri.ſedes.& c.Rodulphus. hoc poteſt eli
ci ex eo quod no.Hoſt. hic ſuper verbo ad Abbates.& Io. An.
poſt eum & Archid. j.ne cler.vel mo. vt periculoſi glo.hoc di
cit. libro 6.

Super eo.c. ¶Ad declarationem gl.fi. Si quæris quot ſunt ſpecies ſimoniæ, & qualiter deſcri-
buntur, & quæ ipſarū nocet, & præiudicat, & punitur, & in quo
3 & qualiter differat ſimonia ab vſura, Diſtingue. † Aut quæris,
de primo. ſ.quot ſunt ſpecies ſimonię. & dic ꝙ duæ, ſ.mentalis
& conuentionalis, mentalis, vt hic & ſupra eodem tua nos. in
fin. conuentionalis. vt ſ.eo.per totum. & clarius patebit, per
infra ſequentia. Aut quęris de ſecundo. ſ.qualiter deſcribuntur
4 & dic quòd mentalis ſic deſcribi poteſt. † Simonia mentalis eſt
ſtudioſa voluntas, ſiue cupiditas emendi, vel vendendi ſpiri-
tualia, & adde cum opere ſubſecuto, ſi deſcriptio ſalua additio
ne, tam pro mentali, quam pro cōuentionali generaliter & in-
diſtinctè conſueuit dari, ſm Io.j.cā, in ſumma vbi de hoc. & ſe
cundum omnes alios: Ego tamen ſecundum Hoſt. ſ.e.tua nos
glo.ſua vlt. traho ipſam ad mentalē, & addo cū opere ſubſecu
to, aliàs ſola & nuda voluntas inferior non induceret ſimoniā
j.q.j.qui ſtudet. & c.reperiuntur. & c.eos.& c. ſi quis neque. &
q.3.non ſolū. ar. ſ.de biga.nuper.in fi.& c.fi.in fi. Conuentiona
5 lis pōt ſic probabiliter deſcribi. † Simonia conuentionalis eſt
ſpiritualium, vel annexorum ſpiritualibus præcedente pacto,
promiſsionis, conditionis, modi, ſeruitij, pretium, vel cu-
iuſlibet temporalis receptio, vel donatio. hæc deſcriptio com
probatur. j.q.2. quam pio. & q. j. ſi quis neque. ſupra eod.tua. j.
reſpon. de rerum permu.quæſitum. de pac.c.fi. de ęta.& quali.
tuam. vt eccle.benefi.c.vnico. §.pen.& fin. ſecundum Hoſt.in
c. tua nos & Archi. j.q.j.c.2.gl. adde ad huius intelligentiā &c.
& Ioann.Andre. ſ.eodem. nemo. Aut quæris de tertio, quæ
ſimonia nocet, præiudicat, & punitur, & in quo, & qualiter
differt ab vſura, & tunc, Aut quæris, de ſimonia, ſiue vſura
mentali, aut de conuentionali. Si de mentali, † tunc,

aut ſtat in finibus primi motus, vt quia aliquis propoſuit, vel
cogitauit emere beneficium per pecuniam, vel dare pecuniam
ad vſuram, ſed ſuum propoſitum, vel cogitatum deliberare nõ
firmauit, & talis non nocet, nec punitur, nec quo ad Deum,
nec quo ad eccleſiam, quia primi motus non ſunt in poteſtate
noſtra. 6. diſt. teſtamentum § ſed penſandum. in prin. ff. de pe-
nis. l. cogitationis. de pœ. diſt. j. cogitationis. cum ibi not. quod
intellige, ſecundum ea quæ ſcripſi. ſ. de eo, qui mit. in poſ. cau-
ſa rei ſer. c. j. diſt. j. circa medium. ver. Sequitur ſecundum mem
brum ibi, in ſecũdo caſu &c. Aut non ſtat in finibus primi mo
tus, ſed tranſit ad conſenſum deliberatum, & tunc. Aut non
proceſsit ad actum exteriorem promiſsionis, conditionis, mo
di, ſeruitij, precij, vel cuiuſlibet temporalis, & tũc nocet, præ-
iudicat, & punitur quo ad Deum, ſed per pœnitentiam abole
tur, vt in §. alleg. ſed penſandum. ver. ſed cum delectari. de pœ.
diſt. j. omnis iniquitas. Vnde in iſtis duobus modis prædictis,
non eſt ſimonia, vel vſura formata, ſed peccatum ſaltem in vl-
timo modo, vt patet in eo quod le. & no. ſ. eo. conſulere. gl. vl-
ti. per Ber. & Hoſt. Aut proceſsit ad actum exteriorem, & tũc
aut ſimonia, vel vſura eſt mentalis tantum, aut cõuentionalis.
Si mentalis tantum, puta interuentu alicuius temporalis, dati
vel remiſsi, quia remittere, dare eſt. 8. q. 3. talia. ff. de calumn. l.
quin etiam. ſ. de teſti. veniens. j. & ſ. eo. querelam. per tuas. 3.
& c. penul. abſque aliqua promiſsione, conditione, modo, con
uentione, vel pacto, & talis ſimonia vel vſura poteſt dici realis
tunc aut loquimur de vſura, & tunc aut de ea conſtat, ſeu con-
ſtare poteſt eccleſiæ in foro contentioſo, & tunc dic quòd illa
habet effectum vſuræ conuentionalis & expreſsè, & quo ad
Deum, & quo ad eccleſiam, ita quod talis vſurarius compelli-
tur ad reſtitutionem, & niſi reſtituat cum poſsit non liberatur
à peccato, nec poteſt Papa ſuper hoc diſpenſare, quia non tolli
tur peccatum niſi reſtituatur ablatum, 14. q. 6. ſi res. j. de vſur.
cum tu. j. de reg. iur. c. peccatum. lib. 6. Cum vſura ſit crimen,
damnatum, nedum iure canonico, ſed etiam diuino in nouo,
& veteri teſtamento. vt le. & no. j. de vſur. c. ſuper eo. Aut de
ea non conſtet eccleſiæ in foro contentioſo, ſed in penitentia
li tantum, & tunc ſecundum Hoſt. hic non cogitur vſuram re
ſtituere. j. de vſu. in ciuitate. quia eccleſia non iudicat de occul
tis. ſ. eo. ſicut tuis. & c. tua nos. in pœnitentiali vero inducitur
8 vſuram reſtituere, vt 14. q. 3. cap. j. j. de vſur. c. conſuluit. † Aut
loquimur de ſimonia, & tunc aut de ſimonia, quia prohibita,
ſiue de his quæ ſunt ſimoniaca, quia prohibita, vt vendere, vel
emere beneficia eccleſiaſtica, vel cum quis renunciat eccleſiæ,
illa conditione, vel pacto, vt detur nepoti ſuo, vel alteri, & tunc
ſiue de ea conſtet eccleſiæ in foro contentioſo, ſiue non, cogi-
tur beneficium ſimoniacè ademptum reſignare, nec pecuniã
ſimoniacè ademptam reſignare, nec pecuniam ſimoniacè ac
ceptam reddere, ſed ſufficit tali ſimoniaco per ſolam pœnitẽ
tiam ſuo ſatisfacere creatori, vt hic. vt no. Ber. ſ. de offi. deleg.
ex parte. j. glo. 2. & ſic differunt in vtroque foro. ſ. contentio-
ſo & pœnitentiali, licet Hoſt. dicat hic quod differunt in pœnitẽ
9 tiali tantum. † Et eſt ratio diuerſitatis, ſecundum Hoſt. quia v-
ſura vtraque lege indiſtinctè damnatur, & ſemper prohibita
eſt, quia damnata, nec dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ab-
latum, nec aliquam diſpenſationem recipit etiam ex diſpenſa-
tione Papæ. vt patet in eo quod le. & no. in alleg. c. ſuper eo. &
cum tu. Sed in acquiſitione beneficij eccleſiaſtici, quod ſimo-
niacum eſt, quia prohibitum Papa poteſt diſpenſare. & decla
rare, ſicut placet conſtitutionem ſuam, & ex ea dependentia,
j. de ſent. excommunicati. inter alia. Et de hoc per Archi. 14. q. 3.
c. 1. glo. & ſic nota quod ſola ſpes. &c. vbi dicit quod non eſt ſimile de
ſimonia mentali, & de vſura mentali, quia in ſimonia mentali
& qui dat turpiter dat. & qui recipit turpiter recipit, & idẽ ei,
qui dat, non eſt facienda reſtitutio, ſed in vſura mentali acci-
piens turpiter operatur, ſed non dans, & ideo ei facienda eſt re
ſtitutio. Vel ſecundum Io. An. ratio eſt quare in vſura ãnis obli
gat ad reſtitutionem & non in ſimonia. quia plus eſt contra
bonum charitatis ſperare lucrum in mutuo de eo quod tuum
eſt, quam ſperare beneficium, propter id quod donaui, vel ſpe
rare donum, propter beneficium quod contuli. Rationis ex-
preſsio, qui in mutuo obligatus es etiam ciuiliter ad tantun-
dem reſtituendum, quæ ratio ceſſat in donato. Item bonũ cha
ritatis, quæ poſt Deum incipit à dilectiõe ſuiipſius plus aſtrin
git me ad mutuum, quam ad donum, quia minus lædor ex pri
mo quam ex ſecundo, æquum eſt ergo quod minus liceat ſperare
vbi plus aſtringor & minus lædor. Item in vſura durius inter-
pretamur, vbi læditur vnus tantum. ſ. decipiens, hic duo. ſ. dãs
& recipiens. Item hic ſpes põt eſſe ex parte vtriuſque, ibi, ex
parte alterius tantum, facit. j. de vſuris. c. fi. ſecundum Io. And.
Aut loquimur de prohibita, quia ſimonia eſt damnata, ſiue de
his quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca ſunt damnata, quod eſt idẽ
ſicut eſt vendere ſacramenta, & breuiter ea quæ in veteri, vel
in nouo teſtamento erant ſimoniaca, & tunc idem omnino vi
detur, quod in vſura ſecundum Hoſt. hic. Ad quod conc. quod
no. Inno. & Hoſt. ſ. eo. tua nos. in fi. vbi dicunt quòd in his quę
ſunt prohibita, quia ſimoniaca, vt vendere ſacramenta, & gene
2 raliter in his quæ in veteri, vel nouo teſtamento ſimoniaca iu
dicantur, ſufficit ſola voluntas, i. ſimonia mentalis habet effe-
ctum conuentionalis. In his autem quæ ſola conſtitutione ec
cleſiæ ſunt ſimoniaca. vt eſt vendere præbendam, vel emere,
ſola intentio non inducit ſimoniam niſi mentalem, quæ per ſo
lam pœnitentiam aboletur. j. e. c. fi. ar. ſ. de offi. deleg. ex parte,
j. vbi idem no. Ber. in glo. 2. & Archi. prima cauſa. in ſumma, in
glo. adde. ſ. cum effectu. & eadem cauſa. q. j. c. 2. in glo. adde, ad
huiuſmodi intelligentiam. idem Ray. in ſumma eo. ti. §. item
committitur & P. in ſcript. & frater Io. in ſumma conf. eo. tit.
1 q. 5. Si vſura, vel ſimonia eſt conuentionalis, tunc nocet, præiu
dicat, & punitur, refert tamen quantum ad reſtitutionem, &
poteſtatem diſpenſandi, † quia in vſura etiam Papa diſpenſare
10 non poteſt, cum vſurario quominus teneatur, reſtituere ſi poſ
ſit, quia non tollitur peccatum &c. vt in iuri. allega. In ſimonia
vero refert inter illa quæ ſunt ſimoniaca, quia prohibita, & in
illis idem quod in vſura & in illa, quæ ſunt prohibita. quia † ſi-
11 moniaca & in illis Papa poteſt diſpenſare, vt ſ. cap. proxi. in fi.
vbi de hoc per Ber. in glo. fi. & ſ. eo. de ſimoniacè. & etiam per
Io. j. q. j. ordinationes. & dixi. ſ. de renun. poſt tranſlationem. §.
rurſus. & in iſta diſtinctione inter ſimoniaca, quia prohibita,
& inter prohibita, quia ſimoniaca, concor. Ber. in d. capitul. ex
parte. j. de offic. deleg. & de pactis. cum pridem glo. 3. & Ar-
chid. j. q. j. c. ſunt nonnulli. & Aſten. lib. 6. hoc tit. arti. j. vbi ple-
ne de hoc.

1 *Simonia non committitur Romæ erga beneficia.*
2 *Simoniacum eſt vendere ſacramenta, etiam Romæ.*
3 *Papa ſimoniam committit.*
4 *Curia malorum meretrix.*
5 *Prælatus poteſt vires ſuas committere mediante ſalario, & quod omnia lucra ei reddantur.*
6 *Iuriſdictio epiſcopalis non poteſt committi ei, qui lucris perciperet.*
7 *Officium ſpirituale non debet vendi.*
8 *Officium temporale annexum, ſpirituali vendere, ſimoniacum eſt.*
9 *Officium temporale, an vendere liceat.*
10 *Pro campanarum pulſatione ſalarium licite recipitur.*
11 *Aquam benedictam portandi officium locari poteſt.*

¶ Ne prælati vices ſuas, vel eccleſias ſub annuo cenſu concedant. Rubrica.

PRæterea. ¶ Si quæris vtrum in curia Ro
mana committatur ſimonia, di
ſtingue. Aut quæris de his quæ ſunt ſimoniaca, quia
prohibita, hoc eſt ex conſtitutione canonica, vt
vendere, vel emere eccleſiaſtica beneficia. Aut de
his quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, vt vendere, vel emere
ſacramenta. In primo caſu non committitur, dummodo fiat,
principe authorizante, & ſciente, vt patet in eo quod le. & no.
ſ. tit. j. c. fi. de conceſ. præb. propoſuit de decimis à nobis. de cõ
ſan. & affi. non debet. Nam talis ſimonia non ligat promulga-
torem. ff. de legi. l. princeps. licet autem ſimonia in hoc caſu,
non committatur, ad minus tamen infamia non tollitur. C. de
generali aboli. l. 3. ſed & ſpecies mali & turpe lucrum eſt, quod
eſt ſecundum apoſtolum euitandum. ſ. tit. j. audiuimus. de vi. & hon.
cle. cum ab omni. à qua ſaltem propter exemplum deberet cu
ria præceteris abſtinere, vt patet in eo quod le. & not. ſ. de re
iudi. in cauſis. & de voto magnæ. §. j. ſecundum Hoſt. hic idem Io. An.
ſ. tit. proxi. c. j. ſed ſi non fiat autore principe & ſciente, tunc cõ
mittitur in curia ſicut & alibi. Nec obſt. ſi dicatur quod lex Iulia,
de ambitu ceſſat in vrbe, vt ff. ad leg. iul. de ambitu. l. vnica. &
& no. Io. 82. diſt. presbyter. & j. q. 6. ſicut is. & reſponde, vt
dixi ſ. titu. proxim. tua nos. † In ſecundo caſu principali. ſ. quã
quæritur de his quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca committi-
tur ſimonia in curia, ſicut & alibi, nec poſſet Papa ſuper hoc
diſpenſare, vt no. Hoſtien. ſ. titul. proxim. cap. vlt. Laur. ve
ro &

to & Archi.79.di.ſi quis pecunia, dicunt indiſtinctè quòd ſi-
monia in curia locum non habet,ſicut nec ambitus, vt in præ
dicta l.vnica,& idem Goſ.ſ.tit.proxi.c.j.Tho.vero in ſumm.
arti. 10 1.arti. vlt.dicebat quòd Papa poteſt incurrere vitium
ſimoniæ,ſicut quilibet alius homo:peccatum enim tanto , in
aliqua perſona eſt grauius,quanto maiorem obtinet locum,ad
hoc.40.diſt. homo Chriſtianus & ca.ſi Papa. Quamuis enim
res eccleſiæ ſint eius,vt principalis diſpenſatoris, non tamen
3 ſunt eius,vt domini poſſeſſoris.12.q.2.c.non liceat Papæ. † &
ideo ſi reciperet pro aliqua re ſpirituali pecuniam de redditi-
bus alicuius eccleſiæ,non careret vitio ſimoniæ. Et ſimiliter,
poſſet ſimoniam committere recipiendo pecuniam ab aliquo
laico de bonis eccleſiæ,hæc Thom.Et recitat Archi.13. diſti.
non decet.& idem no.fra.Io.in ſumma conſ.eo.ti.q.67.quæ-
ritur etiam &c.& frater Alten.tit.de ſimonia.arti.2.& artic.4.
q.ſed nunquid Papa.Sed præcedens diſtinctio bene poteſt ſu-
ſtineri de iure . Et nota ꝙ cum curia producit ſententiam poni
4 tur pro meretrice.vnde verſus.†Curia ius curat, meretrix eſt
dicta curia, ad reprehenſionem curiarum dicit alter.Curia cu
rarum genitrix , nutrix que malorum, ignotis notos inhone-
ſtis equat honeſtos.quos verſus ponit Ioan.And.j.de ſta.mon.
periculoſo.lib.6.in,nouella.

Super eo.c. ¶Si quæris vtrum prælatus poſsit iuriſ-
dictionem ſuam,aut officia,ſeu iura ſua
pro aliquo temporali alijs committere, vendere, vel locare,
5 Diſtingue.†Aut quæritur vtrum poſsit ea ſeu vices ſuas in eis
committere alijs, hoc acto,quod totum lucrũ ſibi redderetur
certo ſalario eis aſsignato,& dic ꝙ ſic. Vnde iuriſdictio ſic cõ
mitti poteſt,ego pro ſalario tuo cẽtum libras dabo,& tu exer
ceas iuriſdictionem in hos ſacerdotes,& tu dabis mihi totum
lucrum.12.q.2.charitatem.& c.quicunque.ſm Ber. hic in glo.
2.& Inno.& Hoſt.& Io.And. hic,& j.cap.proxi.& arc.j.q.3.
in ſum.in glo.ſua vlt.& Goſ.in ſumma.eod.tit.§.poteſt autem,
& Hoſt.in ſumma eo.tit.circa prin.ver.item eſt ſecunda rõ.&
idem tenet fra.Io.in ſumma conſ.eo.ti.q.j.& pro hac.ſ.de of.
ord.inter cætera.Aut vtrum ea,ſeu vices ſuas in eis poſsit com
mittere certo pretio alij hoc acto, quod totum lucrum , vel
pars erit emptoris,ſeu illius,cui cõmittitur,& tunc.Aut quæ
6 ris de iuriſdictione,aut de alijs officijs,ſeu iuribus.†Si de iuriſ
dictione tunc,aut de iuriſdictione eccleſiaſtica, qualis eſt epi-
ſcopalis iuriſdictio in ſua dyocœſi,& hoc non eſt licitum,im
mo recipiens tali modo officio ſuo priuatur.i. à clero perpe-
tuo remoueatur,ſm Hoſt.& Epiſcopus conferendi hoc offi
cium poteſtatem amittat,vt hic.quod intellige,quandiu vixe
rit.in auth.de capitulis cor.c.item ſi clericus.alias eſt vnicum.
c.& eſt.§.fi.col.10.item etiam ipſe Epiſcopus diſtrictione ec-
cleſiaſtica precellatur.i.pœna depoſitionis cum nota infamiæ
hæc.n.eſt diſtrictio canonica ſimoniaci.j.q.1.c.fi.ſm Hoſt. &
Io.An.j.c.proxi.in fi.Nec ob.ſ.de cle.cũ vinto.de ſupp.negli.
præla.c.2.de præben.graue.quia hic magis delinquit quã ibi,iõ
magis puniendus ſm Hoſt.Aut quæris de iuriſdictione tem-
porali,& tunc dic,vt ſequitur.†Si quæris de alijs officijs,ſeu iu
7 ribus,tunc.Aut de ſpiritualibus,& tunc non eſt licitum immo
ſimoniacum.ſ.tit.proxi.ad noſtram.& per totum.Aut de tem
poralibus,vt balliuia,goſtaldia,& ſimilibus.& tunc refert, ſm
8 Inno.Hoſt.& Io.An.†Aut ſunt annexa ſpiritualibus, & talia,
nullo modo licet emere,quia ſimoniacum eſſet,vt no.ſ.ti.1.cõ
9 ſulere. Aut nõ ſunt † annexa,& tunc ſalua iuriſdictione tempo
rali,& ex ea prouenientibus licet omnia vendere,& in perpe-
tuum & ad tempus,immo & ſi ipſa iuriſdictio ſeu prouentus
ex ea vendantur, licet turpe lucrum ,& contra legem ſit , tamẽ
non committitur ſimonia,cum non vendantur ſpiritualia,nec
annexa ſpiritualibus,vt 1.q.3.ſaluator.& no.ſ.tit.j.c. tua nos.
ſm Inno.& Hoſt.idem Ray.& Rod.& Alten.ti.de ſimonia.ar
ti.9.ver.ad hoc no.Item obuentiones temporales, non exercẽ
tibus iuriſdictionem vendi poſſunt.j.eod.querelam.ſm Inno.
immo etiam exercenti dummodo iuriſdictio non vendatur,
ſed committatur iuriſdictio ſimpliciter, & ex altera parte
vendantur fructus,ita ꝙ non miſceantur contractus.ſ. de rer.
permu.ad quæſtiones.Non tamen fructus ex iuriſdictione ꝓ-
uenientes,nam qui illos emeret, iuriſdictionem ineptam nõ re
linqueret.arg.1.q.1.ſi quis obiecerit.quod & prohibetur om-
nino,ne contingat ſubditos grauari.j.c.proxi. etiam vbi iuriſ
dictio eſt mere temporalis,vt patet in auth.vt iudic.ſine quo-
quo ſuf.per totum.& duabus conſtitutionibus ſequentib. co.
2.de man.prin §.j.§.deinde.& §.illud.col.3. Multo minus igi-
tur prælatio vel aliud ius ſpirituale vendi debent vt hic. & j.c.
10 pe.& in eo quod leg.& no.ſ.ti.j.nõ ſatis.ſm Ho.& Io.An.†Et
nota ꝙ ſiue clericus,ſiue laicus bene põt recipere pro pulſatio
ne campanarum ſalarium,cum pulſare campanas non ſit pro-
prium officium ordinis,ſm Hug.& Arch.j.q.3 in ſumma gl.
ſua fina.vbi Arch.ponit totam glo.Inn.hic.& vide quod no.de
hac materia.16.q.q.2.c.j.& per Hoſt.in ſumma eo.ti. verſi. in
ſum.& ſequentibus.& per Alten.lib.6.tit.de ſimo.ar.6.q.quid
11 de presbytero.& q.ſeq.†vbi etiam dicit.ſm Rod..de presby-
tero qui vendit officium portandi aquam benedictam per ſuã
parochiam,ꝙ ſi ſit conſuetudo ꝙ tale officium poſſet retine
re,& per ſe,& aliquem de ſua familia & prouentus eius reci-
pere,non eſt ſimoniacum ſi committat illud ad firmam, ſicut
eccleſiæ dantur ad firmam,aliàs eſſet ſimonia large ſumendo ſi
moniam,& ad minus turpe lucrum.

1 *Inſtitui nemo poteſt , in eccleſia Archipresbyteri,ſine eius con
ſenſu.*

Voniam. ¶Si quæris vtrũ ſacerdos põt exi-
gere,vel recipere pecuniam,vel a-
liud temporale pro celebrando diuina, Diſtingue, vt
dixi.ſ.de pr.ſen.ſignificatum.di.2.& de hoc p Ho.
in ſumma eo.tit. §.qualiter.ver.& ſunt hæc.& per fra.Io.in ſũ
ma conſ.hoc ti q.39.vtrum ſacerdos.& q.42. quid ,ſi nullum.
1 †Item ſcias ꝙ ſine conſenſu archipresbyteri, vel presbyteri ,
non poteſt Epiſcopus aliquem inſtituere in eccleſia ſua,ꝙ dic
vt plene no.Hug.24.di.quando.& Archi.10.q.j.regenda.gl.2.
& vide Io.ea.cauſa & q.c.decretum.

1 *Hæres tenetur ſtare locationi ſui prædeceſſoris.*
2 *Principis ſucceſſor debet ſtare eius locationi.*
3 *Succeſſor in pignore debet ſtare locationi ſui authoris.*
4 *Succeſſor ſingularis,an teneatur ſtare locationi ſui prædeceſſo-
ris.* 9.
5 *Beneficiatus vſufructuario comparatur.*
7 *Canonicus non locat præbendam vltra tempus vitæ ſuæ.*
8 *Cruce ſignatorum,locatio manet tuta poſt eorum mortem.*
10 *Monachus poteſt conducere beneficia ad menſam monaſterij ſpe
ctantia.*
11 *Monachus non contrahit cum Abbate.*

Verelam. ¶Ad pleniorem euidentiã hu
ius capituli & gloſſ.ſed pone ,
quod interim. Si quæris vtrũ ſucceſſor teneat ſta-
re locationi factæ per prædeceſſorem. Diſtingue.
1 †Aut eſt ſucceſſor vniuerſalis,vt hæres, & tunc te
netur ſtare, quia fictione iuris eſt eadem perſona cum præde-
ceſſore.in auth.de iureiũr.à moriente præſtito.§.j.colla.5.Aut
2 eſt ſucceſſor ſingularis,& tunc. †Aut quæris de fiſco ſeu prin
cipe locatore, & dic quòd ſucceſſor eius tenetur ſtare locatio
nibus eius,& recipiet penſiones futuri temporis, vt ff. de iure
fiſ.l.vlt.Et eſt ratio ibi in tex.ſ.ne fiſcus colono teneretur,qđ
ei frui non licuiſſet & quia potentioribus pares eſſe non poſ-
ſumus.ff.de alien.mu.iudi.cauſa fac.l.quia potentioribus. Aut
3 quæris de alio locatore, & tunc.† Aut quæritur , de ſingulari
ſucceſſore habente ius pignoris tantum, & talis tenetur ſtare,
locationi debitoris,quia in obligatione pignoris maxime præ-
torij,non venit maius ius,ſeu plus iuris,quam habet debitor,
vt ff.de bo.auth.iud.poſ.l.in venditione.§.1. †Aut quæris de a- 2
lio ſucceſſore,& tunc, Aut ſingularis ſucceſſor habet cauſam,
ſeu ius in re locata,de voluntate,vel ordinatione prædeceſſo-
ris,& tunc ſucceſſor non tenetur ſtare locationi factæ per præ
deceſſorem, Siue ſit ſucceſſor ex titulo oneroſo.vt patet in em
ptore qui habet cãm de voluntate & ordinatione venditoris,
qui nõ tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem ipſius
venditoris,niſi contrariũ actũ ſit,vt C.de loca.& cõduc.l.em-
ptione.ff.de loca.& conduc.l.ſi merces.§.qui fundũ. & de act.
emp.& vend.l.Iuli.§.pen. Siue ex tit.lucratiuo.vt patet in lega
tario.ff.de vſufr.l.arbores.§.j.loca.& condu.l.qui fundũ.de leg.
1.l.nihil proponitur. §.fi.ſed fallit in dote prælegata.vt ff. de do
te præleg. l.2.§.vlt.ꝙ eſt ibi ſpeciale,vel dic,quod non fallit, vt
ibi no.glo. Aut non habet ius ſeu cauſam de voluntate,& or-
dinatione ſua,ſed præter eam de voluntate tamen , ſeu ordina
tione legis,& tunc refert. Aut prædeceſſor in locando repræ
ſentabat perſonam ipſius ſucceſſoris, & erat dominus,vel qua
ſi rei locatæ habens firmam & ſolidam ipſius rei adminiſtra-
tionẽ, & tunc ſucceſſor locationi facere ꝑ eũ ſtare tenetur,vt pa
tet in tutore locãte rẽ pupilli.ff.de admi.tu.l.ſi tutel. qa in hoc

repræſentat perſonam ipſius pupilli, & eſt quaſi dominus dum
bene adminiſtrat. ff. de tut. l. interdum. §. qui tutelam. & in ma-
rito locante rem dotalem. ff. ſolu. matri. l. ſi filio. §. ſi vir in quin
3 quennium. qui eſt dominus ipſius. vt C. de rei vendi. l. doce an
cillam. & eam habet pro oneribus matrimonij. C. de iur. dot.
l. pro oneribus. quòd quidam in multis calamitatibus opprimi
tur. C. de impo. lucra. deſcr. l. ſi. lib. 10. & in ea repræſentat per-
ſonam vxoris ſpecialiter quantum ad vtilitatem ſuam. vt ff. de
iure do. l. proculus. ſo. ma. l. ſi alienam. Aut prædeceſſor, in locá
do non repræſentabat perſonam ipſius ſucceſſoris, nec erat do
minus, vel quaſi rei locatæ, nec hẽat ſirmam, vel ſolidam ipſius
5 rei adminiſtrationem, vt vſufructuarius, † & clericus beneficia
tus, qui vſufructuario comparatur. quod dic, vt no. Hoſt. ſ. de
pecu. cle. ſi quis ſane. & ibi dixi. no. etiam Cardi. j. de rebus ec-
cle. no ali. hoc conſultiſsimo. ſuper verbo immobilia. lib. 6. &
eſt procurator non dominus. ſ. de dona. fraternitatem. & túc.
† Aut quæris de vſufructuario & conſtat ꝙ locationi illius ꝓ-
prietarius ſtare non tenetur. vt ff. de loc. & conduct. l. ſi quis do
6 mum. §. hic ſubiungi. Aut de beneficiato, & tunc, aut quæris de
miniſtro, ſeu prælato ecceleſię locante. Aut de canonico præbé
dario. In primo caſu refert, aut nomine eccleſiæ & ſolenniter
& vtiliter ſacta eſt illa locatio, & tunc ſucceſſor tenebitur ſta-
re huic contractui locationis, ſecundum Inno. Ber. Hoſtiéſ. &
Ioan. An. ar. ſ. de ſolu. c. j. de depo. c. j. 10. q. 2. hoc ius porrectũ.
§. & is creditor. 12. q. 2. hæc huius placiti. & c. ſine exceptione
& c. quicunque ſuffragio. & c. alienationes. vbi hoc tenet Io. in
glo. vlti. & Archi. in glo. adde ſic, & locari, quia nec precarium ſi
nitur obitu concedentis. ſ. de precario. cap. vlti. Si tamen loca-
tor cenſum, vel precium locationis, recipit pro pluribus annis
& præmoriatur, dico hæredem eius, ſi quem habet teneri ſuo
ſucceſſori pro rata temporis. Si non habet túc tenetur condu
ctor, qui debuit proſpicere hoc euenire poſſe. argu. §. alle. hic,
ſubiungi ſecundum Goſ. Inno. Hoſt. & Archi. in d. glo. ſic, &
locari. Aut non nomine eccleſiæ, nec ſolenniter, nec vtiliter ſa
cta eſt locatio, & tunc non tenetur ſucceſſor ei ſtare. ſ. de præ
ca. c. 2. & de his quæ ſi. à præla. cum vos. ſecundum Ber. Inn. &
Hoſt. Aut eſt facta nomine eccleſiæ, ſed non ſolenniter, nec
vtiliter, & tunc idem per eadem iura. Aut nomine eccleſiæ, &
cum non ſolennitate, ſed inutiliter, & tunc tenet contractus,
ſed locus eſt reſtitutioni. ſ. de re. eccl. non ali. ad noſtram. ſm
Inno. Hoſt. & Io. And. Aut non nomine eccleſiæ, ſed perſonæ
initus eſt contractus. & tunc non tenetur eccleſia, nec ſucceſ-
ſor, ſicut nec hæres vſufructuarij, niſi quantum ad eum perue
nit, & imputetur ei ſi qui ſibi alias non prouidit. vt in §. alleg.
hic ſubiungi. vbicunque tamen de facto reuocari non poteſt,
niſi reddatur pecunia minus enim malum eſt ipſam dare, quá
rem amittere. ſic intellige. ſ. de rebus eccle. non ali. ad audien-
7 tiam. & ſ. tit. j. querelam, ſecundum Hoſtien. † In ſecundo ca-
ſu. ſ. quando quæritur de canonico præbendario, dic quòd ta-
lis præbendam ſuam, vltra tempus vitæ ſuæ locare non poteſt
vt patet in eo ꝙ leg. & not. in c. alleg. ſi quis ſane. ſ. de pecu. cle.
quamuis. dum viuit nomine ipſius præbendæ agat, & excipiat
ſicut legitimus adminiſtrator. ſ. de prob. ex literis. ſecundum
id quod no. ſ. de reſcrip. edoceri. ſecundum Innoc. & Hoſti. &
Io. And. hic. & Hoſt. in ſumma eod. titu. verſi. quid ſi quis præ-
latus. & ver. ſeq. & fratrem Io. in ſumma conf. eod. tit. q. 2. &
Aſten. lib. 6. titu. de ſimonia. arti. 7. q. quid ſi quis prælatus. Et
hoc verum niſi contractus ex ſpeciali conceſsione principis
edoceri. Imo ſi bene inſpicias,illæ opiniones faciunt pro,non
contra.nam ſi procurator conſtituens in communibus durat
ſm eos,ſequitur ꝙ non habet locum deuolutio ad capitulũ,
12 & pro hoc facit quod ſequitur.j.† Si quo ad alienandum tunc
dicunt Hugo.& Lauren.12. queſtio.2. precariè quòd pôt fieri
alienatio per capitulum eccleſiæ cathedralis vacantis inſtante
neceſsitate.& præſertim de rebus eccleſiæ ad ſolum capitulũ
pertinentibus,vel communibus ipſi & Epiſcopo & de tãtum
epiſcopalibus non ita facile.Sed quòd non pôt alienari,ſic pôt
probari ſm Vincentium hic, quia nec pupillus poteſt aliquid
alienare ſine auctoritate tutoris.C.de aucto.præſta.l.1.& 2.er
go nec eccleſia dum caret paſtore alienare poteſt ſine auctori
tate & decreto Epiſcopi.Sed contra videtur: quia ſi minor nõ
habet curatorem,& alienat aliquid,petere poteſt reſtitutionẽ.
C.de in integ.reſtitutio.l.ſi curatorem.ergo tenet.Dicendum
eſt quòd capitulum alienare non poteſt, ſed contrarium intel-
ligitur de his in quibus non deſideratur decretũ, ſic notat Vin
centius hic,& Archidyaconus in dicto ca. precariè. in gl. ad-
de hoc colligitur.Et quod non poſsint alienari tenet expreſſe
Ioannes ibi,& Tancredus & Goffredus.ſ. ne ſede vacante.c.j.
dicentes quòd ſicut non tenet iudicium vacante eccleſia. vt ſ.
ne ſede vacante.c.vltimo,ſic non tenet contractus:in iudicio.
n.quaſi contrahimus.ff.de peculio leg.l.3.§.idem ſcribit. Idem
.ſ.quòd nullus ſit contractus.not.Ber.in d.c.1. gl. vacante.n.&
Hug.12.q.2.ſi qua de rebus.& Archi.ibi,in gl.pe.& expreſsius
10.q.2.c.vltim.gl.vltim.vbi dicit quòd vbicunque deſideratur
auctoritas prælati vacante eccleſia illa fieri nõ poſſunt, & hoc
ſiue vacet eccleſia vere,vt in d.c.1.ne ſede vacan.ſiue interpre
tatione,vt quia eius prælatus eſt hæreticus.ſ. de præſcrip.c.1.
vel ſi ſit excommunicatus,ſupra de exceſſ. præla.quia diuerſi-
tatem,quia cum ibi non currat præſcriptio prælato ſuſpenſo,
vel excommunicato in his quæ ſpectant ad perſonam eius;
multo minus current in his quæ ſpectãt ad eccleſiam, cũ plus
ſit fauendum eccleſiæ quàm perſonæ.vt dicitur in d.c.1.infrà
13 ne ſede vacan.†Si vero quo ad alia,puta ad conſeruationem,gu
bernationem,& adminiſtrationem ſaltem extra iudicium re-
rum & iurium epiſcopatus,vel archieſcopatus, & tunc dic qđ
deuoluitur ad capitulum in ſpiritualibus & temporalibus. vt
in d.c.ſi Epiſcopus.Sequitur de poteſtate inferiorum prælato-
rum, puta præpoſitorum,archidyaconorum, & ſimilium,&
14 tunc. †Aut regularium,vt Abbatum, & tunc dicit Guliel.de
mon.Lau.extra,de ſta.regula.ne in agro.§. Abbate.in clemen-
ti. quòd mortuo Abbate tranſit tota iuriſdictio ſpiritualis &
temporalis ad conuentum ſuũ,vt in d.c.cum dilectus in prin.
ſ.de conſue.& infrà,de regu.ſi ad ſolum.libr.6. & ſic ſeruatur
de facto.Exceptis tamen ſpecialibus caſibus qui vacant,mona
ſterio ſunt prohibiti exerceri,ſicut alienare, litigare, beneficia
quæ ad ſolum prælatum ſpectant conferre, & ſimilia ſupra ne
ſede vacan.per totum.& ſic approbat quod ſupra dixi,qđ non
habet locum deuolutio in cauſis communibus. Idem videtur
approbare Hoſtiẽ.in d.c.1.ne ſede vacan.dicens quòd mortuo
prælato ius adminiſtrandi cadit in capitulum in his quæ ad ca-
pitulum tantum ſpectant ſine prælato vel ſimul cum prælato.
Sed prælatus non habet vocem in capitulo niſi vt canonicus.
ſ.de conceſ.præbend.poſtulaſtis. in alijs autem quæ ad ſolum
prælatum pertinent, vel ad prælatum vt prælatum,ſimul cum
capitulo nullam,ſede vacante habet capitulum regulariter po
teſtatem,niſi in quantum in iure expreſſe reperitur cautum:
vt ſupra ne ſede vacã.c.a.nec in prælati præiudicium debet ali
quid capitulum innouare. Vnde ſi capitulum affectet talia ex-
pediri,procurent ipſi eccleſiæ dè prælato quam citius poterit
prouidere.idem videtur appprobare Spec.tit.de actore. in fi.
verſ.ſequitur videre in principio.Item excipe ea quæ ſunt or-
dinis.vnde conuentus non poſſet conferre tonſuram, ſicut &
Abbas poteſt iuxta capitulum cum contingant de æta.& quali.
15 & idem quo ad hoc in prælatis ſecularibus. †Aut de poteſtate
ſecularium prælatorum,& tunc,Aut quo ad alienationem fa
ciendam,& tunc non fit deuolutio, quod dic vt legiti. not.j.
de reb.eccle.non alie.c.dudum.li.6.Aut quo ad iudicia & in il
lis ſm Hoſt.non proceditur vacante ſede.ſ.ne ſe.va.c.fi. niſi
inſtãte neceſsitate deputetur actor auctoritate ſuperioris ad
repoſcendum alienata.12.q.2.nobis.& c.vulterane.inſtitut.de
aucto.tut.fi.Aut quo ad alia,& tunc,aut quæris de prælatis col
legiatæ eccleſiæ maioribus,per quorum mortem cenſetur ec
cleſia viduata,vt dixi.ſ.de elec.quia propter. & tunc dic idem
quod in prælatis regularibus per ea,quæ no.Inno.ſ.ne ſede va
can.c.1.in gl.ſed non dicimus.verſi. ſi autem eccleſia collegia
ta &c.& quòd cathedralibus, vel regularibus vel collegiatis ec
cleſijs vacantibus capitula conuentus & collegia ſint admini-
ſtratores legitimi probatur.j.de elect.quia ſæpe.in princi.cum
ibi notatis per Cardi.in gl.1.& per,Guilie.in gl. videtur ex hac.
Aut inferiorum prælatorum eccleſiæ cathedralis, vel collegia
tæ. Vt archidyaconorum,præpoſitorum, & aliorum in eccle-
ſia Carnote.& in eccleſia beati Martini Turon. & tunc venio
ad gl.Inno.hic.Aut quæris ad quem deuoluitur poteſtas faciẽ-
di ſeu exercẽdi ea quæ ille prælatus dum viuebat per ſe ſolum
faciebat ſeu exercebat ſicut iuriſdictionem, & ſimilia. Aut ea
quę faciebat ſeu exercebat cum alio vel alijs. Si ea quæ per ſe
ſolum,tunc Aut ea recipiebat & habebat ab alio,aut à ſeipſo.Si
ab alio, vt erat archidyaconus qui recipit iuriſdictionẽ ab epi
ſcopo,& vicem Epiſcopi gerit.vt ſ.de offi.archidyacon.ca.1.
tunc,Aut ab vno ſolo puta ab Epiſcopo ſolo, & tunc Epiſco-
pus eius iuriſdictionẽ exercebit,vt hic,& ſ.de maio.& obed.
his quæ.in fi.& de inſti.cũ veniſſent.1.reſpon.Quod verum ſi
neceſſe vel vtile ſit hoc de quo agitur expediri. ar.12.q.2. hæc
cuius placiti.& c.ſi qua de rebus. alioqn reſeruabitur ſucceſſo
ri.ff.de iudi.l.mortuo.C.de iudicib.l.properandũ.§.ſin aũt.ma
ximè ſi in proxima ſucceſſor ſit futurus. arg.ff.de va.mu.l. pe-
nul.§.fi.& ſi capitulo conceſsit Epiſcopus eligere Archidya-
conũ:quia per hoc videtur Epiſcopus capitulo cõceſsiſſe ꝙ ei
dem Archidyacono iura archidiaconalia conferat,eo mortuo
ad capitulum deuoluetur poteſtas prędicta.ſ. de conceſ. prę-
ben. poſtulaſtis.Aut aliqua habet ab vno, puta ab epiſcopo,ab
alio puta capitulo,& tunc cuiq; in his quę ab eo tenet deuolue
16 tur poteſtas prędicta.ſ.†Sicut eſt videre in clerico habẽre bo-
na hereditaria vbi dicitur ſuccedere hęres legitimus & bona
eccleſię vbi debet ſuccedere eccleſia.ſ.de teſta.relatum.2.§.fi.
12.q.3.& 4.per totum.Si aliqua habebat ſeu faciebat p ſe quæ
non ab alio ſunt collata,ſed ſuo iure faciebat, vt ſi Archidyaco
nus fundaſſet eccleſiam de bonis Archidyaconatus,nõ capitu
li,tunc hęc poteſtas non deuoluetur ad capitulũ.ſ. ne ſede va

ſſi.de teſta.relatum.2.§.nomine. vbi de hoc:ſed ad ſucceſſo-
rem tantum.& adde quod no.ſ.de offic.deleg. qm Abbas.& j.
17 de exceſ.prælа.c.2.†Si quæris ad quem deuoluatur poteſtas fa
ciendi vel exercendi ea quæ faciebat vel exercebat cum alio
vel alijs:tūc dic q non ad ſubditos vel ſuperiores:ſed ad ſocios
eiuſdem collegij deuoluitur poteſtas.65.diſt.c.vlti.argu.C. qñ
non pet.par.& l.5 ſm Inno.& Hoſt.hic. Et idem dicendum
in prælato abſente,ſiue ex iuſta cauſa, ſiue ex iniuſta abſit ſm
eos.idem in hoc Archidya.24.diſt.presbyteri.in glo.alleg.idē
Guiliel.de mon.Lau.extra,de offi.vic.c.vnico. in fine magnæ
gl.in clem. Et ad hanc gl.Ιnn.remittit de illa materia Archidya
conus.j.de maio.& obe.c.vnico.gl.1.de inſtitutio.c.1.gl.3.Et
intellige ſedem vacare quo ad materiam ſubiectam, etiā quan
do prouiſum eſt per ſedem apoſtolicam, ſed prouiſus admini
ſtrare non poteſt:quia nondum habet literas per conſtitutio-
nem,Bonifacij octaui iniunctæ.& facit ſ.de tranſla. epiſc.c.2.

Super eo.c. glo.argum.q clericus. ¶ Si quæris vtrum
clericus depoſitum retineat priuilegium
clericale,vide quod dicam.j.de ſenten.excom.ca.contingit.1.
18 diſt.2.† Et ſcias q Epiſcopus vel eius ſuperior abſoluit eū qui
incidit in hæreſim iam damnatam:vt 23.q.4.ipſa pietas. & ſic
not.Lauren.& Ioan.24.q.1.c.5.in fin.& Guiliel.infra. eo.vt of
ficium.ſuper verbo impendatis.lib.6.

Super eo.c. gl.in tribus &c. ¶ Si quæris quot modis
puniri debeat hæreticus, & vtrum quili-
bet degradatus ꝗ cito degradatur,tradēdus eſt curiæ ſeculari,
Diſtingue. Aut quæris de primo.ſ.quot modis puniri debeat
19 hæreticus:& tunc. † Aut ſm legem diuinam vel humanam,&
dic q punitur:vt plene no.per Hoſtienſem in ſum.eo. titu.§.
qua pœna.vſque ad verſi.canones autem.& hic,dicens & Ioā.
And.poſt eum,q debita pœna eſt ignis crematio, quod proba
tur ex verbis domini dicentis Ioan.15. Si quis in me nō man-
ſerit mittetur foras ſicut palmes,& areſcet, & colligent eum,
& in ignem mittent,& ardet. Lex etiam humana in hac pœna
concordat,dicit.n.tales vltimō ſupplicio puniendos. C.eo.ti
tu.l.arrlani.quod vltimū ſuppliciū.alia lex interpretatur mor-
tem.ff.de pœnis.l.vltimum ſupplicium. & alia lex dicit quod
viui crematio eſt vltimum ſupplicium.ff.de pœnis.l.capitaliū.
Hanc etiam pœnam ſic interpretata eſt generalis conſuetu-
do,ſecundum quam igni traduntur:ad hoc etiam.ſ.eo.firmiſ-
ſime.1.reſpon.& ſic huic pœnæ conueniunt lex diuina,& hu-
20 mana,& conſuetudinaria,& canonica ſm eos. † Aut ſm cano
nes:& tunc dic q puniuntur quatuor modis.ſ. excōicatione,
depoſitione,rerum omniū ablatione, & militari proſecutio-
ne,& curiæ ſeculari traditione.Excommunicatione,qua om-
nis hæreticus ſiue magnus, ſiue paruus, ſiue manifeſtus, ſiue
occultus excommunicatus eſt ipſo iure maiori excommuni-
catione,vt hic,non obſtante diſtinctione legali quæ inter ma-
iores & minores hæreticos videtur velle diſtinguere. C.eod.l.
quoniam. Item depoſitione,quia ſiue ſit clericus, ſiue laicus,
Papa vel Imperator,vel quilibet inferior deponi debet ab om
ni dignitate:vt 40.diſt.ſi Papa.24.q.1.qui contra pacem.& hic
§.1.& 2. Clerici prius ab ordinibus degradati ſecularis relin-
quantur arbitrio poteſtatis animaduerſione debita puniendi.
& ſic eccleſia tradit clericum depoſitum curiæ ſeculari.ſ.relin
quēdo ipſum:vt hic.Sic intellige.ſ.de iudi.cum non ab homi-
ne.j.de crimine falſi.falſariorū. de ver.ſig.nouimus. Non aūt
manualiter,vel corporaliter tradere debet eccleſia depoſitū cu
riæ ſeculari, ſicut quidā malè intelligētes dicere voluerūt, ec-
cleſia.n.pro damnandis corporaliter ſupplicat.23.q.5.reos.C.
de epi.au.l.addictos,quō ergo traderet puniendos quos ſuppli
cādo debet à pœna eximere: Vnde dic q præſente ſeculari po
teſtate eſt eius degradatio celebranda,& cum fuerit celebrata
dicetur ei vt in ſuum forum recipiat degradatum:& ſic intelli
gitur tradere:pro eo tñ debet eccleſia efficaciter intercedere
vt citra mortis articulum eius ſñia moderetur, vt j.de verbo.
ſig.c.nouimus,quod dic vt.j.de pœnis.degradatio.lib.6.Mili-
tari perſecutione,quia ſi aliter fieri nō pōt manu armata,& mi
litari ſunt ab eis oīa bona quæ iniuſtè occupata detinent auſe-
renda:quia ſicut probat Iſido.& alij ſancti,& præcipuè Augu.
nullo iure poſſunt hæretici poſsidere.iure naturali non, quia
ſm illud oīa ſunt cōia.vt.1.diſt.ius naturale nec iure diuino.
Vnde ipſe dñs.Auferetur à vobis regnū & dabitur genti faciē-
ti fructus eius.Eccleſiaſt.10.& Matt.21.23.Item labores im-
piorum iuſti edent.Sap.11.c.22.q.7.c.1.2.& 3.& ſ.nec cle.vel
mo.relatum.ſm Gof.qui præmiſſa ponit in ſum.eo.tit.§. puni
tur.cuius gl.ibi approbat Archi.in c.alle.qui contra. 24.q.1.&
q.3.hæreticus.& concor.Hoſt.in ſum.eo.ti.§.qua pœna.ver.

canones autem.& Ray.in ſum.eo.ti.§.2. & frater Io.ſ. in ſum
confeſ.eo.ti.q.4.qualiter hæreticus &c.† Aut quæris de ſecun
do.ſ.vtrum quilibet degradatus quam cito degradatur traden
dus eſt curiæ ſeculari,& tunc dic regulariter q non, vt ſ. de iu
di.cū non ab homine.cū ibi no in gl. vlt.& hic per Bernar.&
in gl.ſ.proxi.cum qua cōcor.Hug.Tancr.& Goff. hic, & Vin.
& Bern.j.de ſen.excom.contingit.1.Fallit ſm Io.Ber.Tancr.
& Hoſt.in tribus caſib. Primò, in crimine hæreſis,vt hic,& j.
eo.excōicamus.1.& 2.quod verum niſi incontinenti poſt de-
prehenſionem redire noluerit ad agendum pœnitentiam per
petuā in carcere detrudēdus, vt hic.& in d.c.excōicamus.2.§.
damnati ſm Hoſt.in d.§.qua pœna.ver.& nota.Secundò,in cri
mine falſi literarum apoſtolicarum.j.de crimine falſ.ad falſa-
riorum.Tertiò, propter calumniam & contumeliam q intulit
Epiſcopo ſuo.11.q.1.ſi quis ſacerdotum.idē notat Hoſt.in d.
§.qua pœna.verſ.& no.& frater Io.in ſum.confeſ.eo.tit.q.8.&
10.& ſm hoc in d.c.ſi qs ſacerdotum eſt caſus ſpecialis in quo
quis poſt depoſitionem licet fuerit corrigibilis,traditur curiæ
ſeculari.& hoc idē tenet Io.ibi & Gof.& Innoc.j.eo.excōica-
mus. Sed contrariū.ſ. q nō debet tradi curiæ ſeculari niſi poſt
depoſitionem fuerit corrigibilis,ſicut fit regulariter in alijs ca
ſibus,tenent Hug.& Lau.in c.alle.ſi quis ſacerdotū.& Archie.
ibi in gl.fi.& eo ca.& q.ſtatuimus.gl.5.& Bar.brix.2.q.7.ſi qui
ſunt.& Ber.& Hoſt.ſ.de iudi.at ſi clerici.gl.fin. & c.cū non ab
hoīe.& Hoſt.j.de verbo.ſig. nouimus dicit q ille intellectus
eſt benignior:ſed primus verior.Satis probabiliter poſſet dici
primā op.verā vbi non eſſet pęnitens,nec contritus, nec vel-
let pœnitere,nec recipere pęnitentiam ſalutarem de ſuo reatu.
licet corrigibilis,hoc eſt q nollet nec intenderet reiterare de-
lictum.Secundū verò vbi de ſuo reatu appareret dolens, pœni
tens,& contritus,& eſſet paratus recipere pœnitentiā ſalutarē,
ita quod hoc caſu verbum corrigibilis referatur ad pœniten-
tiam,& non ad reiterationem delicti,vbi.n.eſſet pœnitens, &
contritus durū eſſet pro qualibet contumelia maximè verba-
li.Epiſcopo illata clericū ſic punire,cū pœna debeat ꝓportio-
nari delicto.Nā menſura peccati erit plagarum modus Deute.
26.c.& j.de pœnis.c.fœlicis.§.præmiſsis.lib.6. & maximè.qa.
nec iniuria vel offenſa commiſſa p hereticum erga Deum,cuius
eſt vicarius particularis.Epiſcopus.33.q.5.mulier. ita grauiter
puniretur contra humiliter pœnitentem,vt hic in ver.niſi cō-
tinuo.& 1.c.proxi.& c.excōicamus.2.verſ.ſi qui autē. & eod.
22 ti.accuſatus.§.porro.lib.6.†Sed dubitatur circa pœnā talionis
an accuſans aliū de hæreſi,& deficiens per pœnitentiam euita
re poſsit pœnam talionis,ſicut & ipſe de hæreſi accuſatus & cō
uictus pōt.& dicit Ia.de are.C.de accu.l.fi.q nō, dicens ſic ob
tentum.nam ſpeciale eſt in crimine hæreſis q licet pœnitere,
vt hic,& in §.damnati.ſupradicto.ſed accuſans non tenetur de
hæreſi, ſed de calumnia in quo crimine ſtatutum non eſt per
pœnitentiam mutari pœnam,& facit quod not.C. de quæſtio
nibus.l.penu.idem Ioan.Andr.in dicto.§.damnati.

Super eo.c. §.ſtatuimus. ¶ Si quæris vtrū ſufficiat
illi qui iurare tenetur iurare ſimpliciter,
23 & qualiter,†Diſtingue.aut iura dicunt ſimpliciter iurari,vt ſ.
de iureiuran.per totum.in antiquis.& in ſexto.de teſtib.præ-
ſentium.& cap.penul.& de except.paſtoralis. qui matr. accuſ.
poſ.cum in tua infrà.de ſenten.excom.ea tenore.& tunc ſuf-
ficit ſimpliciter iurari Aut dicunt corporaliter iurari ſeu cor-
porale iuramentum præſtari,vt hic,& j.de ſenten.excommu.
venerabilibus.de elect.vbi maius periculum.§.ſuper his.& ca.
vt circa & c.procurator.li.6.& tunc oportet aliquem librum,
ſeu aliquam ſcripturam tangere:& ſufficit quamlibet tangere:
vt in iuribus alleg.Aut dicunt ſuper ſancta Dei euangelia iura
ri:vt j.de purg.ca.quotiens. & tunc oportet ſuper ſancta Dei
euangelia iurari,& ſufficit licet nō tangantur. Aut iura addūt,
dicunt,& exprimunt euangeliorum tactum:vt ſupra de ſuſ-
pi.& malefi.laudabilem.1.q.7.quotiens infrà de elect. vt circa
lib.6.extra,de iureiur.c.vnico.§.porro.in clemen.& de hære-
ti.c.vnico §.porro.in eiſdem clemen.& tunc nō ſufficeret iu-
rare ſuper ipſa euangelia niſi tangerentur:vt ibi, & hoc in ef-
fectu not.Io.Andr.in d.c.vnico,ſuper verbo tacta.

24 Super eo.c. §.finali. ¶ Hic habes q exēpti ſubſunt
Epiſcopis in crimine hæreſis.& eſt ſimi
le.ſ.de officio ordi.irrefragabili.§.cæterum:de cle.ęgro.c.vno
lib.6.de ſtat.regu.c.vno.eo.li.de ſupplen.negli. prælа. quia re-
gulares.in clemen.de ſtatu.mon.accedentes poſt prin.& de re
ligio.dom.qa cōtingit.in cle.Et hoc caſu ſm Bern.hic nō co-
gnoſcunt Epiſcopum iure ordinario,ſed auctoritate ſibi de-
delegata,vt hic patet ſecundum Hoſt.dicentem,quòd cū hæc
delegat o

delegatio ſit generalis & vniuerſalis,cẽſenda eſt hodie ordina-
ria iuriſdictio.arg.ff.de iudi.l. cum prætor. & ſecundum eum
hoc verbo delegauit vſus eſt Papa ad placandos exemptos. Vn
de certum eſt Epiſcopum hoc facere iure ſuo, nec eſt vis fa-
cienda in verbis.C. comm. de leg.l.2.in fi.j.de elec.cõmiſſa.§.
porro.lib.6.ſm eum. Sed Io.And.dicit hic, ꝙ quicquid dicat
Hoſti. in appellatione interponenda poſſet eſſe diuerſitas pro
veritate. Igitur circa hæc habenda videnda ſunt tria.ſ.vtrũ di-
catur iuriſdictio delegata in caſu iſto & iurium,quę ſ.allegaui:
ſecundo an in hac iuriſdictione ſuccedat capitulũ vacante ſe-
de,tertio an in talibus caſibus,quilibet tali auctoritate proce-
ditur neceſſario ſit appellandum ad Papam. In primo videtur
quòd non in §.cæterum.alleg.ibi Io. And.& Ber.& gl.pe.tenẽt
illam iuriſdictionem ordinariam vel quaſi: quia ſi legata eſſet
expiraret morte. Sed Vin.expreſsè & Inn.alternatiuè tenent
ibi illam delegatam,& eſt in ea ſpeciale,quòd nõ expiret mor
te.ſed quo ad caſum huius decre.qđ dico ideo,quia non pro-
cedent in caſu illius.§.cæterũ.quo adiuuatur taliter opi.Hoſt.
certum eſt ꝙ dyocęſani habebant ordinariã, ratione huius cri
minis in eos de dyocęſib.ſuis.de offi.ordi.c.j.Si igitur quo ad
certos,fuit eis ſublata per priuilegium exemptionis.facit.16.
q.j.frater.cũ ſi.& poſtea reſtituta,vt hic,ergo intelligitur ordi
naria ſicut prima.facit de reſcriptis.c.quamuis.lib.6.& qđ no.
ſ.de conſti.cum acceſsiſſent. in fi.& c.literas.de reſcrip.in cle.
Sit ergo ſatis Epiſcopo, ꝙ ordinariæ iuriſdictionis iuuat pri-
mordio.facit.ff.de leg.2.quòd cũ filius.§.hæres.opi.Bern.quę
innititur literæ eſt verior,nec eſt ſpeciale quòd expiret mortẽ
cũ iſti non ſint delegati Papæ, ſed ſedis quæ nõ moritur de re-
25 ſcrip.ſi gratioſè.lib.6.† Itẽ iſta iuriſdictio non delegatur per-
ſonis ſed dignitati,quæ non moritur.de offi.deleg.q̃m Abbas.
Et ratio inducta in contrariũ procedit in reſtitutione, ſed hic
fit delegatio non reſtitutio. Circa ſm Io.Mo.in decre.vnica,
de maio.& obed.lib.6.dicit, quòd in omni alio in quo epiſco-
pus habet generalem iuriſdictionem delegatam ſuccedit in il
lam,c.alle.eo.lib.de præb.c.1.in fi. Sed parũ facit illud.c.aliud
eſt.n.dare Epiſcopo delegatã ſuper exemptos.vt hic.aliud iu-
bere Epiſcopum aliquid non facere. etiam ad petitionẽ exem
ptorum,vt ibi:tũc.n.nil delegatur,ſed officio eius inſtruitur,
facit de offi.ordi.licet.Quare videtur contra tenendum, vt ſi-
cut nulla alia iuriſdictio delegata Epiſcopo tranſiret in capitu
lum ſede vacante ſed ad ſucceſſorem:vt in prædicta decre.pri.
de offi.deleg.ſic nec eſt illa:tamen ordinaria quã habet in ſub
ditos bene tranſit etiam in hoc crimine:vt ſ.in prin.c. Ex ver
bis autem Inno.hic in gl.mortuo non bene decidi pôt quid in
26 hoc ſenſerit.† Ex hoc ſecundo ſequitur reſponſio ad tertiũ,ꝙ
ſi in caſibus huius.c.vel aliorum de quibus dictum eſt.ſ.locus
eſt appellationi,ad Papam appellabitur non ad proximum. fa-
cit de cle.ęgro.c.vnico.§.ſin autẽ.lib.6.vbi ſi in eo quod fit au-
ctoritate apoſtolica occurrat dubium, vel difficultas ad Papã
recurri oportet non ad proximũ.Et ad hoc facit qđ de deuo-
lutione notat Io. An.in clemen.de ſup.negli.præla.c. vnico.gl.
auctoritate in fi.iſtud etiam demonſtrari poteſt per aliã quæ-
ſtionem. Pone ꝙ archiepiſcopus impedit Epiſcopum in his
caſibus quibus procedit auctoritate delegata, nonne poterit
Epicopus eum coercere: certe poterit.ſicut quo ad illam ſpe-
ciem maior illo.de offi.dele.ſane.2. quod ſi ſuperior illo reſpe
ctu eſt minor. Epiſcopus non poterit ad eum vt ad maiorem
appellationem appellari: Mouet & alia ratio, ſi dicas ad proxi-
mum appellari poſſe,erit dare amplius ꝙ ſit expreſſum exemẽ
ptionis priuilegio derogari.ſi.n. de Epiſcopo ad Archiepiſco-
pum:de ipſo ad patriarchã ipſorum cauſæ poſsint deduci,ha-
bebit tres iudices exemptus,cõtra quem Papa dederat vnum
ſolum. Item habebit iuriſdictionem contra exemptos is cui
conceſſa non eſt,cum tamen aliæ ſuas ſpecies non excedant:
vt patet in prædictis iuribus de ſtatu mona.c.vnico, in fine.li.
6.in clemen.accedentes.eo.tit.verſ.ad quæ omnia.& in c. quia
contingit.de religio.dom.verſ. nullo. cum igitur à iuriſdictio-
ne Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ exemptus eſſet:tu
qui reducis illum in poteſtatem Archiepiſcopi, & Patriarchæ,
oſtendas quo iure.Et per hoc ſit reſponſum ad decre. Roma
na.§.debet.de appella.lib.6.vbi appellatur ad Archiepiſc. etiam
in his caſibus quæ de iure communi non ſpectant ad ipſum:
nam ibi ceſſant rationes prædictæ nec cognoſcit, vt delega-
tus,ſed vt ordinarius.hæc Ioan.Andre.hic &c.

1 *Hæretici, vel læſæ maieſtatis rei, aut eorum filij occulti non pu-
niuntur.*
2 *Læſæ maieſtatis reorum bona confiſcantur.*
3 *Hæreticorum pœnitentium bona non confiſcantur, ſed eis & eo-
rum liberis dimittuntur.*
4 *Hæreticorum obſtinatorum, & læſę maieſtatis reorum bona con
fiſcantur.6.*
5 *Filius pro delicto paterno punitur.*
7 *Hæreticorum relapſorum an bona confiſcantur.*
8 *Hæreticorum laicorum domo confiſcata occupantur per eorum
principes & dominos.*
9 *Læſæ maieſtatis reorum laicorum bona per quem occupentur.*
10 *Hæreticorum, & læſæ maieſtatis reorum clericorum bona confi-
ſcat per quem occupentur.*
11 *Hæreticorum, & læſæ maieſtatis reorum filij non priuantur bo-
nis ſuis temporalibus.*
12 *Hæreticorum filij priuantur beneficijs.*
13 *Læſæ maieſtatis eccleſiaſtica reorum filij priuantur beneficijs.*
14 *Læſæ maieſtatis temporalis reorum filij, non priuantur benefi-
cijs ſuis.*
15 *Hæreticorum, & læſæ maieſtatis reorum filij an priuentur digni
tatibus & officijs.*
16 *Clericus non committit crimen læſæ maieſtatis temporalis.*

VErgentis. Si quæris vtrum hæretici,
vel rei criminis læſæ maieſta
tis,vel eorum filij bonis, dignitatibus, honori-
bus,beneficijs,vel officijs priuentur, & per quẽ
bona huiuſmodi vt confiſcata occupentur, di-
ſtingue.† Aut ſunt occulti quorum crimen pro-
bari non poteſt:& tunc non priuantur, ſecundum illud Matt.
13.& habetur. 50.q.3.nolite.1. ſinite vtraque creſcere.ſ. triti-
cum,& zizaniam.ſ.bonos & malos vſque ad meſſem.i.vſq; ad
finem ſeculi: ne ſortè volentes eradicare zizaniam eradicetis,
ſimul & triticum:latentia.n.peccata vindictam nõ habent.32.
q.5.chriſtiana. Aut ſunt manifeſti & conuicti: & tunc, Aut
quæris de primo de ipſis hæreticis vel reis læſæ maieſtatis: &
& tunc. Aut quæris vtrum bonis ſuis priuentur ſeu vtrũ bo
2 na eorum confiſcentur:& tunc† Aut quæris de reis læſę maie-
ſtatis:& dic ꝙ bona talium confiſcantur:vt C.ad l.Iuliã maieſ.
l.quiſquis.ff.de dona.l.donationes.j.de pœnis.c. fœlicis. cum
ibi not.li.6.Aut de hæreticis qui poſtea pœnitent de hæreſi &
reincorporantur vnitati eccleſiæ:iuxta ea quæ leguntur,& no-
tantur hic in verſ.nec ad eos.& ſ.c.proximo.verſi. niſi conti-
nuo.& j.eo.excommunicamus. 2.verſi.ſi qui autem. & eo.tit.
c.accuſatus.§.porro.& c.ſtatutum.2.§.hoc ſane.lib.5. Et bona
taliũ non confiſcantur:ſed ad hæredes trãſmittuntur. in auth.
vt cum de appel.cog.§.generalem.verſi.ſi verò,& verſ.ſeq.col.
9.& hoc videtur fieri de ſola miſericordia: vt hic,quod verũ
ſaltem in caſu quando ſponte ſunt confeſsi ante diffinitiuam,
quod dic vt no.Card.& Guil.in d.§.porro.Sed Ra.in ſum.e.ti.
§.3.& Goff.in ſum.eo.ti.§.ſed quid ſi conuertanẽ. & frater Io.
in ſum.cõfeſ.eo.ti.q.6.dicũt indiſtinctè, ꝙ bona eis ablata nõ
ſunt eis reſtituẽda,niſi de gratia p.c.iſtud & idẽ Abb.j.eo. c.fi.
quo ad debitores ipſorũ,vt non reſcindat in priſtinã obligatio
4 nẽ ipſorũ.Idẽ Hoſt.ibi in vaſallis à fidelitate abſolutis:† Aut il
lis qui non pœnitent nec reincorporentur eccleſiæ vnitati. &
dic ꝙ bona talium confiſcantur:vt j.eod. excõicemus.1. & 2.
reſp. ẽt ipſo iure: vt j.eo.cũ ſm legem.Et intelligo ea cõfiſca
ta à tpe cõmiſsi criminis:vt patet in crimine hæreſis. C.eo.l.
4.& in crimine læſæ maieſtatis.ff.de donat.l.donationes.& C.
ad l.Iul.maieſt.l.quiſquis. Sed ſecus eſt in alijs criminib⁹:vt.ff.
de dona.l.poſt contractũ.qđ dic plene p Cardi.Guli:& Io.an.
in.d.c.cũ ſm.Et dic cõfiſcationẽ hanc habere locũ ſiue illi ca-
tholicos filios habeãt ſiue nõ,vt ſatis patet in crimine hæreſis
hic: & j.eo.cum ſm vbi diſtinguuntur. patet ẽt in crimine læ
ſæ maieſtatis.in d.l.qſquis.& 6.q.q.1.c.quæro.§.verũ,& c.ſi qs
cũ militibus.& hoc tenẽt Ber.& Hoſt.hic, in gl.pe.& Lau.&
Io.23.q.7.in ſum.& Archid.ibi in gl.fi.& Inno. & Hoſt.j.eod.
excõicamus. 1.& idem putat Io.An.in d.c. cum ſm, & frater
Aſten l.2.ti.de fidelitate.& cũ hoc concor.Ray.Sed Tãcre.&
Goff.& Io.And.in d.c.cũ ſm,& frater Aſten.l.2.ti.de fidelita
te.& cũ hoc cõcor.Ray.Sed Tancr.& Goff.& Io.An.hic pu-
tãt hanc decre.loquentẽ in hæreticis prævalere legibus: in ter
ris illis dũtaxat quæ ſubſunt tẽporali iuriſdictioni domini Pa
pæ:& ꝙ in alijs terris prævalẽt leges.C.de hæret.l. manichæos
& l.cognouimus.& in aut. idẽ de Neſtorianis. & 1.q.4.Iudæi.
vbi dr̃ ꝙ bona hæreticorũ deuoluũtur ad filios orthodoxos,
ſi tales hñt,alioqn ad agnatos vel cognatos.nã illę leges maiori
ęqtate nitunẽ q̃ hẽt dec.quæ loquiẽ de ſeueritate:vt hic patet.

Aequitas autẽ præferẽda eſt iuri ſcripto ı vt C.de iudi.placuit.
nam eum ſit pœna mollienda eſt non vero exaſperanda.de pę.
diſt.1.pœnæ.ſecundum Tan.& Goſ.hic, & Goſ.in ſum.eod.
tit.§.ſed nunquid paterna bona &c.Nam ſi eccleſia videat per
certa indicia fidem, & deuotionem filiorum hæreticorũ quo-
modo puniet eos, cum pœna ſuos tenere debeat auctores. ſ.
de his quæ fi.à maio.parte capit.c.quæſiuit.cum filius non de-
beat puniri pro patre. C. ne filius pro patre, in rubro & in ni-
gro.Sed forte Inn.in hac decretali ſumpſit iſtam ſeueritatem,
ex lege Manicheos.C.eod.& in pœnam filiorum conſiderauit
5 pœnam parentum.ff.quod metus cau.l. iſti quidem † frequen
ter.n.eccleſia punit temporaliter filium pro delicto paterno.
15.q.8.c.cum multæ.1.q.4.Item pro peccato ciuium, vt 1.q.
1.cito turpem.ſ.de filijs presbyt. per totũ.j.de pœnis.in qui-
buſdam. Et hoc quod vltimo dicitur,videtur verius ſecundũ
Hoſt.prout notat in ſum.eo.tit.§.qua pœna.in prin.vbi etiam
dicit,quòd prima ſententia ſaluari poteſt,vt intelligatur quan
do hæreticus mortuus eſt ante accuſationem,& denuntiatio
nem,ſed vltima ſententia,locum habet poſt accuſationem,&
publicationem. Vel ſecundum cum etiam poſt ſententiam po
teſt intelligi intelligatur, loqui de miſericordia non de rigore,
& hoc dicit hic in verſi.nec ad eos.& arg.j.eo.excommunica
mus.1.§.ſane.quæ quidem decre.in princ.verſi.ita quòd mul-
tum facit pro ſententia Ioannis,& ſequacium.tamen indiſtin
ctè & generaliter loquatur, & ita etiam ibi ſentiunt Innoc.&
6 Hoſt.† Sed ſi velles ſaluare ſententiam æquitatis Tan.& Goſ.
poſſes dicere, quòd illa generalitas reſtringatur cum modifica
tione iſtius decretalis .ſ.in terris pertinentibus ad iuriſdictio-
nem temporalẽ Romanæ eccleſiæ.& ſic non obſtat.Sed quic-
quid dicatur ſi bene pònderetur litera huius decretalis. verſi.
ne huius &c. inuenietur quòd loquitur tam de terris Roma-
næ eccleſiæ,quàm aliorum.& hoc denotat cum dicit huius ſe
ueritatis,cum de omnibus alijs terris, hic in princ.præmitta-
tur.& ſic remanebit hæc litera generalis,& decretalis.j.eo.ex-
communicamus. & ita dictum Io. & Ber.& ſequacium firmũ
erit,ſecundum Archi.23.q.7.in ſum.glo.fi. Et pro hoc videtur
caſus.C.eo.in auth.gaſſaros.ibi,ita quòd filij eorum ad ſucceſ-
ſionem peruenire non poſsint, cum longe grauius ſit æternã,
quàm temporalem offendere maieſtatem,quæ cõſtitutio fuit
per Romanam eccleſiam , non ſolum approbata ſed etiã pro-
curata.& ſic ea vti poſſumus.ſ.de conſti.c.eccleſia ſanctæ Ma
riæ.vt no. Hoſt.j.eo.excommunicamus.1.§.qui autem. ſuper
verbo damnentur.Ad hoc concor.Hieronymus contra Vigi-
lantium.t.c.meam iniuriam patienter tuli.impietatem cõtra
deum ferre non potui. hoc credo verum de rebus vel bonis
quæ non poterant venire ſeu non erant ventura ad filios niſi
per ſucceſsionem patris etiam ex perſona ipſius. In illis vero
qui erant & ſunt ventura ad filios aliàs, quàm ex ſucceſsione
ſeu perſona patris:vt puta quia ſunt conceſſa patri,& ſuis filijs
vel ea emit, vel aliàs acquiſiuit pater nomine ſuo & filiorum
ſuorum & ſibi & filijs ſuis,quo caſu videtur emere vel acqui-
rere ſecundum ordinem.ſ.primo ſibi.ſecundo filijs,vt tamen
filij non concurrant cum eo.arg.ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta.l.
Iulia.de leg.2.l.peto.§.fratre.& arg.eorum quæ no.gl.ff.de lib.
& poſth.l.Gallus.in prin. & Cy.& alij.C.de ope.libe.l.liberti.
credo quòd talia non confiſcantur, ſed quòd debent ad filios
peruenire.arg.ff.de verb.obli.l.ſtipulatio iſta habere licere.§. ſi
quis ita.& quod no.ff.de condi.inde.ſi non ſortem.§.libertus.
Et eſt ratio,quia tunc tranſit ad eos non vt ad hæredes,ſed vt
ad filios,& pro hoc facit optimè.ff.de ſenato.l.emancipatum.
§.fi.& l.filiam.de in ius vo.l.adoptiuum.§.vlti.de bo.poſ.con-
tra tabu.l.3.§.ſi emancipatus. de iure pa.l. diui fratres.in fin.&
de interdic.& rele.l.3.& de decu.l.2.§.nullum. Per quæ iura gl.
in l.alleg.emancipatum.& l.adoptiuum. & in l.diui fratres.di-
ſtinguit in illa. q. vtrum filius amittat feudum propter feloniã
patris,inter feudum paternum, & auiternum. Tu dic ſecun-
dum Iaco.de Ra.& Per.& Cy.C.de libe.& eorum lib.l.ſi ma-
numiſſus. Aut eſt tale feudum, quod non poteſt venire in fi-
lios niſi per ſucceſsionem patris, & tunc amittit, vt in aut.de
iureiur.à mo.præſti.§.1.collec.1.Aut eſt aliàs venturum ad fi-
lium, vt quia conceſſum eſt patri, & filius, & tunc non amittit
7 nec excluditur per iura allega. † Aut quæris de hæreticis rela-
pſis,ſeu filijs relapſorum,qui tamen pœnitentes,& cõuerſi ſa-
cramenta eccleſię perceperunt,& vtrum teneãtur pœna illius
c.ſtatutum.2.j. eo.lib.6.& vide ꝙ no. Ioan.And.ibi in nouel-
la,vbi arguit, quod non per c. ſuper eo.in fi.eo.tit.lib.6.ex quo
.n.conceditur talibus euchariſtia,iam ſunt de corpore eccleſię.
1.q.1.extra catholicam.& contra.Item benigna interpretatio
eſt facienda pro filijs qui puniuntur crimine alieno. C.de nat.
lib.l.legem.in contrarium facit c.alle.ſtatutum.ver.non autem
qui.vcr.requirit duo.ſ.quod ſint emendati , & reincorporati :
ſed relapſis non reincorporantur. ſed ſine audientia per ſecu-
larem curiam puniuntur.ſ.c.prox.§.illos quoq;.Item propter
idem id quod de pœnitentia & eius proſecutione ſequitur in
illo ver.non practicatur in illis. Item decre.ſuper eo.prouidet
ſaluti animæ non corporis. quarum talis non poteſt dici pro-
priè reincorporatus,quare non putat, quod eius corpus exutũ
vel cineres debeant in cimiterio ſepeliri,cum illa decret.ſuper
eo ſepulturam non permittat , quæ eſt quies corporis. 12.q.2.
aurum.ſecundum eum. Et quod dictum eſt de confiſcatione
bonorum hæreticorum,intellige ſiue laicorum, ſiue clerico-
rum,vt j.eo.excommunicamus.§.ſi vero clerici. ſecus de bo-
nis eccleſiæ,vel per clericum eccleſiæ acquiſitis. Vnde ſi mo-
nachus præeſſet eccleſiæ eorum, quæ acquiſiuit intuitu perſo
næ confiſcatio fieri non poſſet , cum impediente profeſsione
ſibi non poſsit acquirere , & ſic acquiſita poſt poſſeſsionem
adeptam ſint eccleſiæ. 18.q.1.c.vnico , & de priuile.cum olim
2.quod dic vt legitur,& no.extra eo.c.volentes.in cle.vbi hoc
not.Io.And.ſuper verbo eccleſiarum.Aut quæris de ſecundo
principali.ſ.per quem bona hmôi, vt confiſcata occupentur,
8 & tunc.Aut ſunt laici aut clerici. † Si laici,tunc aut in crimine
hæreſis,& tũc dic ꝙ per principes,& alios dños eccleſiaſticos,
vel tpales à quibus,& ſub quib.dicta bona tenentur,& exiſtũt
per quemlibet in iuriſdictione ſua,vt hic,& j.eod.cum ſcdm le-
ges.lib.6.arg.opt.ad hoc.C.de bonis vacan.l.3.Et vide qđ no.
prolixè Io.An.in d.c.cum ſcdm.ſuper verbo temporales.in no-
uella,vbi quærit ſi Bonon.origine & patrimonio cõſtituit Flo
rẽtiæ domicilium,& ibi damnatur de hæreſi,an ad dñium vel
ad cõe Bono.an ad Florentinum ſpectet apprehenſio bonorũ
quæ ſunt Bononiæ, qui finaliter innuit , ꝙ ad Bonon.& bene.
9 † Aut in crimine læſæ maieſtatis,& tunc occupantur per fiſcũ
principem ſuperiorem,in quem crimen hmôi eſt cõmiſſum,
ſiue illa bona teneantur ab eo immediate , quia tunc nulli du-
bium,vt in l.alleg.donationes,& l.quiſquis. & ff.ad l.Iul.maie.
l.vlti.ſiue mediate,vt quia ab alio immediato dño,puta comi-
te vel barone illi principi ſubdito tenẽtur in feudum,vel aliàs
vt in lib.feu.de prohibi.feu.alie.per Fredericum.c.imperialẽ.§.
illud.coll.10.vt per hoc habeat ſuæ iniurię vltionem.arg.10 lib.
feu.quæ ſit prima cau.benefi.amit.c.vnico.§.deniq;.colle.10.
per hoc tñ ipſi domino immediato in iure ſuo nõ præiudica-
tur, quia alieni criminis infortunio ius ſuum perdere non de-
bet.C.de don.inter vi.& vxo.l.vxor.de epiſ.& cle.l.ſi qs preſ-
byter.De bonis dam.l.j.& l.ſi filius.nã & liberti bonis publica
tis ius patroni non intelligitur publicatũ eſſe ff.de bon.libe.l.ſi
in libertinũ.ff.de bo.dam.l.fi.§.j. Pro hoc,quia pęnæ debẽt te
nere ſuos auctores.C.de inoff.teſta.l.ſi quis 10 ſuo.de pœnis.l.
ſancimus.ff.de publi.& ve.com.l.cotẽ.§.dñs.56.diſt.ſatis per-
uerſum.ſ.de conſti.cognoſcentes.ſ.de his,quæ fiunt à maiori
parte c.quæſiuit.De quo vide plene in Spe.tit. de feu.§.qm ſu
per homagijs.ver.40.quęritur vbi dicit, quia non expedit do
mino feudi habere principem , & dñm ſuum in vaſallum,nec
etiam debet quis effici inuitus ſocius cui nõ vult, vt ff.pro ſo
cio.l.actione.§.ſocietas.Nec decet principem hmôi tributaria
bona , & quæ alteri ſeruitium debent tenere . Imo ſcdm legem
Karoli,princeps non pôt fieri vaſallus alterius,quia per conſe
quẽs oportet eũ ſeruitij debiti onus ſubire,vt ff.de iure fiſci.l.
fiſcus cũ in priuati.nec ſeruire poſſet per ſubſtitutum,vt C.de
decurio.l.pen. Feudũ vendi debet,& princeps partẽ de pretio
pro extimatione vtilis dñij capiat, & dominus aliam partẽ pro
extimatione directi per legẽ qui ſolidum.ff.de leg. 2.§.j.ad idẽ
ff.de rei vẽd.l.item ſi verberatũ.§.j. & §.fi.ff.locati.l.ſi fundus.
de euic.l.Lucius. Vel ſaltẽ princeps det vel vẽdat vtile dñium
tali qui velit & poſsit dño directum habẽti ſeruire iuxta con
ditionem ipſius feudi,vt in lib.feu.de.l.Cor.c.2.§.ex ead.l.De
hoc tñ quod dicit,ꝙ non poteſt vaſallus deſeruire per ſubſti-
tutum,diſtinguit Spec.tit.de aduoca.§.j.ver.ſed pone Abbas.
& dominus Iacob.de Bel.plenius in lib.feu.ſi de feu.contro-
uer.fue.c.ſi quis deceſſerit.vbi dicit, ꝙ gl.dicit indiſtinctè,ꝙ
pôt ſeruire per ſubſtitutum.in lib.feu. de beneficio fra.c. vni-
co.arg.C.de epiſ.& cler.l.quiſquis.& l.ad ſimilitudinem.cum
concordat . Tunc dic aut vaſallus eſt minor , aut maior . Pri-
mo caſu pôt ſeruire per ſubſtitutũ, ſed ſi non ſeruit non per-
dit feudum,niſi ſpecialiter ſit loci cõſuetudo, vt in d.c.ſi quis
deceſſerit.& de prohibita feudi alieg.per Fredericũ.c.imperia
lẽ.§.preterea ſi quis. Secundo caſu aut ſeruitiũ tale,eſt qđ pôt
per alium adimpleri,& tunc . Aut eſt inhabilis ſecundũ natu-
ram

ſam feudi ab initio & ex poſt facto, ſicut eſt fœmina, clericus
regularis, mutus, imperfectus, & ſimiles: & tunc non ſeruit p
ſubſtitutum, quia à principio excluditur à ſucceſsione, vt in
lib. feudo. de his qui feuda dare poſ. §. hoc notandum. ſi de feu.
contro. fuerit. c. qui clericus. & an mutus vel aliàs imperfect.
c. 1. Aut eſt inhabilis ex poſt facto, & tunc poterit per ſubſti-
tutum ſeruire domino acceptabilem, vt per æque bonum, vt
in lib. feu. de prohi. feudi alienatio. per Fridericum. c. imperia-
lem. §. firmiter. vbi etiam de hoc. Aut ſeruitium eſt tale, quod
non poteſt per alium adimpleri, & tunc non poteſt ſeruire p
ſubſtitutum. arg. C. de cadu. toll. l. vnica. §. ne autem. ſm Iaco-
bum de Bel. ibi, & vide quod no. per Hoſt. j. de pœnis. in qui-
buſdam. ſuper verbo vſq; ad quartam generationem. & ibi di
10 cam in prima diſtinctione. † Si ſunt clerici, tunc, aut quæris de
feudis vel alijs rebus immobilibus, quę ſubſunt fiſco eccleſia-
ſtico vel ſeculari, & tunc dic idem quod dictum eſt de rebus
laicorum. Aut de rebus mobilibus, & tunc. Aut ſunt benefi-
ciati, & tunc diuiduntur inter eccleſias in quibus ſunt benefi-
ciati, vt j. eo. excõicamus. 1. in princ. verſic. ſi vero clerici. Aut
non: & tunc credo q debent applicari fiſco eccleſiaſtico. i. epi
ſcopo. cum regulariter bona mobilia clericorũ ſequantur per-
ſonam: vt legitur, & notatur. s. de vita & hone. cler. c. vlt. Item
pro hoc in libro feudo. de pace tenenda. & eius viola. §. ſi quis
clericus. collec. 10. Aut quæris de filijs eorum, & tunc aut quę
ris de bonis eorum temporalibus, aut de beneficijs eccleſiaſti
cis, aut de dignitatibus, honoribus, ſeu officijs eccleſiaſticis
11 vel mundanis, aut de ſucceſsionibus. † Si de bonis eorum tem
poralibus non eccleſiaſticis, dic q illa propter crimen patris
non confiſcantur per iura ſtatim alleg. & ſpecialiter per l. ſi fi-
lius. C. de bonis damna. Nam magis debetur hæreditas patris
filio, q̃ econtra, vt ff. de inoffic. teſta. l. nam & ſi parentibus. de
bonis liberto. l. pen. de bonis damnato. l. fi. vnde liberi. l. ſcripto
hæredi. C. de legiti. hæredi. l. de emancipatis. Et tamen propter
crimen filij non confiſcantur bona patris, vt in d. l. ſi filius. quę
ſunt debita magis ipſi filio, imo reputátur quaſi ſua, vt ff. de li.
& poſth. l. in ſuis. ergo multo minus propter crimen patris bo
na filij confiſcabuntur, ſed fallit. j. de ſciſma. c. vnico. §. contra
natos. lib. 6. vbi ponuntur multa ſpecialia. Si de beneficijs ec-
12 cleſiaſticis, tunc. † Aut quæ de filijs hæreticorum, & illi pri-
uantur ipſo iure beneficijs ſuis eccleſiaſticis iam obtentis, &
inhabiles redduntur ad habenda vſq; ad ſecundam generatio-
nem, per lineam maſculinam, vt j. eo. quicunq;. §. hæretici. &
c. ſtatutum. 2. eo. tit. lib. 6. hoc eſt filij & nepotes, vt ibi, & eod.
13 tit. c. vt commiſsi. §. priuandi. † Aut de filijs illorum qui com-
miſerunt crimen læſæ maieſtatis, & tunc aut maieſtatis eccle-
ſiaſticæ, puta in Papam vel Cardinalẽ, & tunc ſunt priuati ipſo
facto à beneficijs habitis, & inhabiles ad habenda vſque ad ſe-
cundam generationem, ſicut & filij hæreticorum, vt j. de pœ-
nis. c. felicis. §. quod ſi quis. lib. 6. De illis vero qui committũt
in Epiſcopum, habes extra de pœnis. c. ſi quis ſuadente. in cle.
14 † Aut maieſtatis temporalis, & tales beneficijs ſuis non pri-
uantur, nam cũ ſunt clerici, exempti ſunt à iuriſdictione prin-
cipis ſecularis. 96. diſt. duo ſunt. & 1. q. 4. c. homini. §. contra-
rium. hoc no. Io. 56. diſt. ſatis peruerſum. & Io. And. hic. Et ea
dem ratione admittuntur ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda
ſi tempore commiſsi criminis per patrem eſſent clerici, ſecus
ſi laici, ſed poſtea fierent clerici, quia tunc eſſent infames per
legem ciuilem, vt in l. alleg. quiſquis. & 6. q. 1. c. quæro. §. verũ,
l. ſi quis cum militibus. Et infames non admittuntur ad bene
ficia eccleſiaſtica. imò etiam promoti deijciuntur. 6. q. 1. infa-
15 mes. † Si quæris de dignitatibus, honoribus, ſeu officijs eccle-
ſiaſticis, ſeu mundanis, ſeu etiam ſucceſsionibus, tunc idem
quod in beneficijs eccleſiaſticis, poteſt dici per eadem iura.
16 † Et nota, quòd clericus machinando, ſeu delinquendo in prin
cipem temporalem non incidit in l. Iuliam ma. cum tale cri-
men non committatur niſi in ſuperiores, & iſte non ſit ſupe-
rior clerici, vt extra, de re iudicata. paſtoralis. §. rurſus. in cle-
mentina, vbi hoc notat Gulielmus de monte Lau. Et vtrum
hæretici habeant poteſtatem iudicandi, vide per Arch. 2. q. 2.
cap. vlti. ſuper verbo prudentes. & dixi. s. de electionibus nihil
eſt. diſtinctio. 2.

1 *Audientia nulli denegatur in foro pœnitentiali.*
2 *Hæretico occulto non denegatur defenſio.*
3 *Hæretico defendenti hæreticam opinionem audientia denega-
tur.*
4 *Hæretico non conuicto, vel confeſſo defenſio eſt permittenda.*
5 *Hæretico conuicto, vel confeſſo denegatur defenſio.*
6 *Hæretico ſuper alijs criminibus concedatur defenſio.*
7 *Epiſcopus inhabilitat clericum ad beneficia.*
8 *Præfectus vrbis interdicit aduocationis officium.*

SI aduerſus. ¶ Ad declarationem gl. cũ ſint
excommunicati &c. Si quæris
vtrum hæreticis debeat dari audientia, ſeu copia ſe
1 defendendi, Diſtingue, quia † aut quæris in foro pœ
nitentiali & interiori, & in tali nulli pœnitenti audientia dene
gatur. s. de treu. c. quemadmodum. j. eo. ſuper eodem. in ſi.
lib. 6. Ita intellige illud, eccleſia non claudit gremium redeun-
ti: vt ibi, & C. de ſumma trinita. epiſtola inter claras. Et illud
delinquentes qui corriguntur ſuſcepit deus. in auth. vt non lu
xurientur contra naturá. in prin. collec. 6. Et illud. Nolo mor-
tem peccatoris ſed vt magis conuertatur & viuat. Ezech. 18.
& 33. c. 3. q. 4. hi qui. 23. q. 8. his à quibus. 33. q. 2. admonere. l. &
illud Chriſoſto. Etiam ſi ad ſummum peruenerit quis malorũ
deus libenter ſuſcipit reuertentem. Aut in foro iudiciali & ex-
2 teriori, & tunc. † Aut ſunt hæretici penitus occulti qui cõuin
ci non poſſunt, & talibus non eſt audientia, ſeu legitima defen
ſio deneganda cũ non iudicet eccleſia de occultis. s. de ſymo-
nijs. ſicut tuis. & c. ſeq. 32. q. 5. Chriſtiana. Aut non ſunt peni-
3 tus occulti, & tunc. † Aut quæris vtrum admittantur ad de-
fendendum hæreſim. i. ad ſuſtinendum aliquam ſpeciem hæ-
reſis non eſſe hæreſis. & dic quòd non. argumentum. 23. q. 5.
non vos. & hoc innuit Hoſt. hic in glo. cum ſint, verſiculo ſed
ad defendendũ hæreſim nullatenus audiantur. &c. & in ſum.
eo. tit. §. qualiter deprehendantur. in fi. Aut ad defendendum
4 ſeipſos: & tunc. † Aut antequam ſint legitimè confeſſi vel con
uicti de hæreſi, & tunc audientia ſeu legitima defenſio nõ eſt
eis deneganda, nedum in alijs criminibus ſeu factis, ſed nec et
in crimine hæreſis in proceſſu inquiſitionis. Vnde ſi contra ia
ra grauentur poterunt appellare. 2. q. 6. c. 2. & 3. c. non ita. quia
nulli neganda eſt legitima defenſio. s. de except. cum inter. arg.
eorum quæ leg. & not. s. de præſum. literas. j. de purg. ca. inter
ſolicitudinem. j. eod. c. filij. & c. accuſatus. lib. 6. & no. Guiliel.
& Io. And. eo. tit. c. vt inquiſitionis. ſuper verbo interdictum.
5 lib. 6. † Aut poſtquam ſunt confeſſi vel conuicti, & tunc. Aut
quæris vtrum admittantur ad ſe defendendum ſuper crimine
hæreſis, vel ſuper bonis. & dic quòd nõ, vt 8. diſt. quo iure. 23.
q. 7. c. 1. cum non reſtet niſi condemnatio & executio facien-
da. ar. C. de confeſ. l. vnica. 2. q. 1. nos in quenquam. niſi velit re-
dire ad eccleſiæ vnitatem. iuxta ea quæ leg. & no. j. eod. c. pen.
§. ſi qui. & c. ſtatutum. 2. lib. 6. & dixi. s. c. proxi. & multo mi-
nus admittuntur poſt diffinitiuam ſententiam latam contra
eos, vt in d. c. vt inquiſitionis. verſic. non obſtantibus. ſecundũ
6 Guil. & Io. And. ibi. † Aut ſuper alijs criminibus ſuper quibus
poſſunt accuſari, & tunc ſecundum Hoſt. hic quo ad defenſio-
nem iuſtitia nõ denegabitur, quia nec in hoc attenditur fauor
hæretici, ſed æquitas iudicantis, vt legitur, & not. s. de excep.
cum inter priorẽ. & hoc ſatis patet hic. Nam ex eo quòd hic
ſolis aduocatis & ſcriniarijs, non tamen iudicibus de quibus
nulla fit hic mentio prohibetur, ſatis patet quòd de ipſis iudi-
cibus contrarium ſentit quãtum ad iuſtitiam faciendam, arg.
in eo, quod legitur, & no. s. de præſum. nonne. Nec ob. ſi dicas,
q talis hæreticus eſt, & ſic ſtatim eſt puniendus: nam & poſt
deprehenſionem ſi ſponte redierit admittitur, & in monaſte-
rium eſt detrudendus. Ibidem igitur ſe defendere poſſet ſup
alio crimine accuſatus. C. de his qui ad eccleſiã confu. l. fi. ma-
xime ſi præuentus fuiſſet in alterius criminis accuſatione. s.
de foro compe. præpoſuiſti. Tamen excepto iudice, qui nec
iudex eſt, niſi ſit in conſtitia. j. de verb. ſign. forus. §. in omni.
nulli alij perſonæ licet talibus conſilium vel auxilium vel com
munionem aliquam niſi ad ſalutem animæ, etiam in cauſis,
vel factis impartiri, vt patet hic in fin. ſecundum Hoſti. Item
Ioan. Andr. non putat prohibitionem huius. c. locum habere
niſi in his qui ſunt hæretici, non in his qui fuerunt. ad hoc. j. c.
7 ſtatutum. 2. reſpon. lib. 6. † Et nota quod per iſtud. c. in fi. & j.
eo. excommunicamus. §. credentes. & 2. q. 3. c. Euphemium.
§. notandum. in fi. no. Guiliel. in Spec. titu. 2. §. ſuperell. verſic.
ſed nunquid poteſt. Legatus & epiſcopus pœnam inhabilita-
tis perpetuo ad beneficia obtinenda poſſunt infligere ex cau-
ſa clerico, & etiam laico, quo ad publica officia, quia poteſt il-
lum infamare per ſententiam, quæ ſententia facit ius, & per-
petuo effectum habet, donec ille reſtitutionis beneficium
mereatur: vt in iuribus allega. † Nam & præfectus vrbis ad
tempus, & in perpetuum poteſt alicui officium aduoca-
tionis, & negotiationem & forum interdicere. ff. de offic.

præſec.vrb.l.j.§.pen.& idem videtur tenere Io.And.extra, de
vita & ho.cle.quoniam.ſuper verbo inhabilis.in clem.

1 *In fidei diſputatione duo conſideranda.*
2 *De fide an publicè diſputare liceat.* 10.
3 *Reprehenſionis ſpecies.*
4 *Prædicare laicis non licet.*
5 *Mulier prædicare non debet.*
6 *Papa vbiq; prædicat, & committit.*
7 *Epiſcopi in ſuis diœceſibus prædicant & committunt.*
8 *Prælati inferiores ab epiſcopo, prædicant ſuis ſubditis, & committunt.*
9 *Clericus non prælatus, non prædicat.*

CVm ex iniuncto. ¶ Si quæris vtrum cũ
infidelibus ſit publicè
1 diſputãdum, † diſtingue, ſm beatum Tho.in q.10.
art.7.quia in diſputatione fidei, duo ſunt conſideran
da, vnum quidem ex parte diſputantis, aliud ex parte audien-
2 tium. † Ex parte quidem diſputantis eſt conſideranda inten-
tio, ſi.n.diſputat tanquam de fide dubitans, ſed argumentis ex
periri volens, tũc dicet proculdubio tanquam dubius in fide,
& infidelis. Si autem diſputet, quis de fide ad confutandum er
rores, vel etiam ad exercitium, laudabile eſt. Ex parte vero au-
dientium conſiderandum eſt vtrum illi qui diſputationem au
diunt ſint inſtructi & firmi in fide, & tunc nullum eſt pericu-
lum coram talibus diſputare de fide. Aut ſunt ſimplices, & cir
ca tales diſtinguendum eſt, quia aut ſunt ſollicitati ſiue pulſati
ab infidelibus, puta iudæis, vel hæreticis, ſiue paganis nitenti
bus in eis corrumpere fidem, & tũc neceſſe eſt publicè diſpu
tare de fide, dummodo inueniantur aliqui ad hoc ſufficientes
& idonei, qui errores confutare poſsint, per hoc.n.ſimplices
in fide firmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facul-
tas, vnde Grego. Vnde ſicut incauta locutio in errorem pro-
trahit, ita ſilentium indiſcretum eos qui petunt inſtrui in er-
rore, relinquit. Aut ſimplices in nullo ſunt ſolicitati ſup hoc,
& tunc periculoſum eſt diſputare publicè de fide coram ſim-
plicibus quorum fides etiam ex hoc eſt infirmior, quod nihil
diuerſum audierunt ab eo, quod credunt, & ideo non expedit
eis, vt verba infidelium audiant diſputantium contra fidẽ. hæc
Tho. idem no. frater Io. in ſum.confeſ.eo.ti.de pœn.& re.ru-
bricella de impedimentis pœnitentiæ.q.206.vtrum cum infi
delibus &c.& Aſten.lib.2.tit.de fidelitate.arti.3. † Et de qua-
3 druplici reprehenſione.ſ.impetioſa, ſociali, temeraria, humili,
& deuota.not.Io.21.diſt.nolite.& Hoſt.de decem ſpecieb.re-
prehenſionum tractat in prin ſummæ ſuæ.

Super eo.c. ¶ Si velis ſcire, an aliquis, & quis poſsit
prædicare, aut diſputare de fide, Diſtin-
gue. Aut loqueris de mere laicis, aut de clericis. † Si de laicis
4 dic ꝙ nullatenus poſſunt, nec publicè nec priuatè, & ſi fece-
rint ſunt excommunicandi.de prędicatione.patet hic, & j.eo.
ſicut in vno.& de diſputatione patet.j.eo.quicunq;.§.inhibe-
mus li.6.niſi hoc.ſ.prædicare, faciant aliqui prudentes viri ro
6 gantibus clericis. † Sed mulier nullo modo, cum ſit virile offi
cium.23.diſt.mulier.niſi ſit abbatiſſa, vel prioriſſa, quæ ſecre-
to in clauſtro, vel capitulo, vel choro, poteſt docere ſuas mo-
nachas, & etiam conuerſas, & eis prædicare, non autem in ec-
cleſia aſcendendo pulpitum, & faciendo ſermonem, ad popu-
lum.ſecundum Archid.ibi. Si de clericis refert, aut quæris de
prælatis eccleſiæ, aut alijs clericis. Si de prælatis eccleſiæ, tunc.
6 † Aut quæris de Papa, & tunc planum eſt, quòd ille prædicare
poteſt vbique.19.diſt.in memoriam, & cuilibet committere.
ſ.de offi.deleg.quoniam apoſtolica.ſed eius commiſſarij ſub-
delegare non poſſunt, vt ibi. Aut de inferioribus, & tunc. Aut
quæris vtrum poſsins prædicare, aut vtrũ poſsint diſputare.
7 Si prædicare, tunc, aut quæris de Epiſcopis, & tunc. † Aut quę
ris vtrum poſsint ipſi Epiſcopi prædicare vbique in propria
perſona, & dic quòd ſic, niſi per alios Epiſcopos in proprijs
dyocœſibus expreſsè prohibeantur, quia per vniuerſum orbẽ
quantum ad hoc priuilegium habent. Matth.vlti.vbi dicitur.
Euntes in mundum vniuerſum prædicare euangeliũ &c.25.
diſt.in nouo.& hic. Aut vtrum poſsint alijs auctoritatem da-
re, & dic quòd non, niſi in proprijs dyocœſibus.16.q.7.nul-
8 lus omnino. † Aut quæris de inferiorib.prælatis, & tunc. Aut
quæris an poſsint ipſi prædicare. & dic quòd ſic, ſubditis ſibi
commiſsis, etiam ſi non fuerint niſi dyaconi tantum, vs 16.q.
1.adijcimus. Aut alijs committere, & tunc, aus approbatis &
notis, puta magiſtris in theologia, vel aliàs per epiſcopum ap
probato, & tunc poteſt ſacerdos curatus, vel alius prælatus ha
bens curam quo ad ſuas oues caſualiter, & in tranſitu hanc li-
centiam dare.arg.ſ.de offic.ordi.cum ab eccleſiarum. Et ideo
ſacerdotes quotidie committunt iſtis prædicatoribus, & mi-
noribus, & ſimilib.qui habent poteſtatem, & priuilegium ge
nerale prædicandi, aliàs autem nõ liceret in publico.j.eo. ex-
communicamus.1.§.quia vero.vbi hoc no.Inno.in gl.no.er-
go & Hoſt.poſt eum.ibi & Inn.ſ.de cler.peregri.ſua.idem in
c.alleg.adijcimus glo.1. & Archi.ibi in gl.adde.ſed contra ex-
tra &c.& Guil.de mon.L.au.& Gemin.extra de priuilegijs.c.
1.ſuper verbo licentia ſpeciali.in clem.& de ſepul.ſuper cathe
dram.§.in eccleſijs.ſuper verbo mandaret.per Guilielmum,
9 & ſuper verbo obtenta.per Geminianũ. † Aut quæris de alijs
clericis non prælatis, nec habentibus curas, & tales prædicare
non poſſunt, niſi mittantur ab his qui hoc facere poſſunt, vt
eſt dictum ad Roma.10.c. & 23.q.4.diſplicet. & hic in verſi.
nam ſecundum.& j.c.prox.§.quia vero. Nec ob.92.diſt.in ſan
cta.vbi dicitur, quòd dyaconus prędicat, quia hoc intelligitur
ex delegatione, vel prædicatione, appellat ibi lectionem euan
gelicam legere ſecundum Io.ibi. Item non obſtat.19.diſt.ſm
5 *Filius per denegationem alimentorum non fit ſuis iuris.*
6 *Patri infideli & extraneo fideli egentibus cui magis ſubuenien dum.8.10.*
7 *Charitatis gradus.*
9 *Parentes omnibus præferendi.*

SI à patre. ¶ Super prima gloſ. Si quæris
vtrū qui tacet conſentire videa-
tur, Diſtingue vt dixi, ſupra de præſum.nonne.
& ad declarationem ſm̄ gloſſ.Si quæris vtrum ra
tihabitatio retrotrahatur, & mandato compare-
tur,Diſtingue vt dicam.j.de ſen.excō.mulieres.
Super eo.c. ¶ Ad euidentiam glo.de iſtis. Si quæris
vtrum & quando filij liberi.vel ſerui in-
fantes,vel languidi expoſiti,ſeu quibus alimēta denegātur per
parentes,patronos, vel dominos propter hoc ſui iuris vel in-
genui,vel liberi efficiantur.& quid iuris, Diſtingue. Aut quæ-
ris primo de infantibus.ſ. ſeptennibus vel minoribus ſepten-
nio,vt.C de iure delib.l.ſi infanti.ſ.de deſpon. impube.cap.lite
1 ras.&.capit.acceſsit.& tunc† Aut infans exponitur ſciente pa-
tre,domino, vel patrono, vel eo ignorante,ſed poſtea ratum
habente,& tunc filius ſui iuris,libertus,ingenuus,& ſeruus,co
lonus,ſeu aſcriptitius liber efficitur,vt, C.e.l.2.&.ſi.Et multo
magis ſi ipſemet ipſum expoſuit,quo caſu videtur quod pater
tanquam homicida capitalem ſententiam pati debet.ar.expreſ
ſum.ff.de lib.agn.l.necare 86.di.paſce.87.di.ſi expoſitus.Et ad
hoc deſignandum collocatur iſte tractatus inter præcedētem
titulum & ſequentem ſecundum Hoſt.hic & in ſum.eo.titu.§.
quid iuris. Vnde dicuntur filij ſanguinolenti.C.eo.tit.in rub.
& de patribus qui filios diſ.l.2.Fallit vbi eum exponit neceſsi-
tate compulſum,vt quia nō poteſt ipſum alias adiuuare.C.eo.
l.j. Et hoc innuitur hic in prin. quando dicit relegato pietatis
2 officio.† Aut infans exponitur ab extraneo patre patrono vel
domino ignorante,nec ratum habente vel inuito, & tunc di-
cunt Hug.& Hoſt.hic & Hoſtien. in.d.§.quid iuris. quòd poſt
conteſtationem plublicè factam in eccleſia,auditur intra decē
dies,quibus elapſis,ſi quis eum repetere vellet, tāquam homi
cida tenetur, & diſtringitur eccleſiaſtica ſeueritate,& ſic intel
ligunt.cap.ſi expoſitus.87.diſ.& fiet conteſtatio in epiſtola cō
tinente vt quicunq; habet ius in tali puero exeat,& probet,&
recuperet, & in loco publico ponetur.ar.5.q.ſ.quidam.in fine.
&.ff.de inſtitutio.l. ſed & ſi pupillus.§.de quo palam.& ſeq. Et
poſt talem conteſtationem habitam elapſis decem diebus ne-
mo auditur, niſi iuſta cauſa abſentię vel ignorantię excuſetur
ſecundum tenorem decr. ſ.qui matri. accuſa.poſ.c. vlti. Nam
& ſi iuſto impedimento detinetur reſtituēdus videtur ex clau
ſula generali.ff. ex quib.cau.ma.l.1. & currunt bi decem dies à
tēpore ſcientiæ, & ſunt continui poſtea.ar.ſ.de conces.præb.
qui diuerſitatem.de ſup.neg.præla.licet.& hoc innuit.cap.alle.
ſi expoſitus. ibi calumniator exiterit. Sed ſi nulla conteſtatio
facta fuit,vel etiam fuit facta ſed pater vel dominus ignorauit
in nullo præiudicatur ei,multo minus ſi eo non inuito expona
tur & ideo repetit infantem, ſed reſtituit expenſas cum diſtin
3 ctione tamen.† Quia aut expenſæ huiuſmodi factæ ſunt per ſu
rem,& tales non reſtituuntur,vt.C.eo.titu.l.1.aut per aliū, &
tunc Aut expenſę factæ ſunt circa eruditionem,& illę diſtin-
cte repetuntur,vt in dicta.l.prima.Aut circa alimenta.& tunc
ſi expendens voluit ramum de ſuo expendere,non repetuntur
niſi in caſu vbi expoſitus nollet ducere filiam alimentantis in
vxorem,vt.C. de nuptia.l. patrem. ſi autem hoc facit animo
humanitatis & pietatis.ſ.ne periret repetuntur.argum.ff.de re
ligio.& ſump.fune.l. & ſi quis.§.interdum ſecundum. Hoſtie.
hic & in dicto.§.quid iuris.ſed Ioan.in.d.cap.ſi expoſitus glo.
penul.dicit quòd huiuſmodi expenſę non repetuntur niſi in
duobus caſibus.ſ.cum proteſtatur, vt.ff.de negot.geſ.l.neſen-
4 nius.& in caſu.l.alleg.patrem.† Aut quæris de languidis cuiuſ-
cunq; ętatis expoſitis,& tunc. Aut pater,patronus, vel domi-
nus eum expoſuit non neceſsitate compulſus, vt quia poterat
de ſuo eum iuuare in totum. vel ſi non poterat eum in totū ad
iuuare ſaltem poterat eum in xenodochio mittere & non fe-
cit,& tunc cuinſcūque ętatis ſit efficitur ſui iuris & ingenius
.C.de lati.lib..toll.l. vnica.§.ſed ſcimus.& hic & in.§.quod &
de prædictis.aut eum expoſuit neceſsitate compulſus,vt quia
xenodochion non inuenit nec ipſum alias iuuare poteſt, & tūc
poterit eum repetere quandocunq;, vt.C.eo.l.1.& hoc innui-
tur hic quando dicit alimenta impie denegari. Aut quæris q̄n
alimenta eis denegantur,& tunc,aut quæris de liberto vel ſer-
uo,tunc: Aut eſt languidus,& tunc eripitur in libertatē. vt hic
in ver.vel ſi alicui eorum.ſ.libertorum vel ſeruorum languido
rum.& in aut.de nup.§.ſi vero ab initio putabat. ver. & multo
potius.coll.4.Aut non non eſt languidus ſed ſanus, & tunc do
minus vel patronus qui ei alimenta denegat pro derelicto vi-
detur eum habere, & ideo occupanti,conceditur.ff.pro dereli-
cto.l.fi.& in dicto.§.ſi vero ab initio ver.& multo potius.coll.
4.de iure patro.l. diuus.§.fi. & de bonis liber.l.ſi patronus non
aluerit. ſecundum Azo in ſumma huius tit. Vin.Inno.& Ho-
ſtien.hic.Sed Goſ.quem ſequitur Egidius hic & in ſumma hu
ius ti.contradicit dicens,quod hæc decre.æquiparat hos tres ca
ſus.ſ.cum infans exponitur, & cum languidus cuinſcunq; ęta
tis,& cum alicui ex his alimenta negantur. Priorem opinionē
quam credo veriorem intellige niſi dominum nota paupertas
excuſet.ar.ff.de libe.agno.l.ſi quis ali.§.alimenta.&.l.pe. Dum-
modo dominus faciat quod poteſt,vt ſi ipſum ponat in aliquo
5 xenodochio vt in.§. allegato. ſed ſcimus.† Si de filio tunc licet
per expoſitionem ſoluatur patria poteſtas,vt.ſ.not.non tamen
ſi denegentur ei alimenta, & eſt ratio quare, ſecus eſt in filijs
quā in libertis vel ſeruis,quia iura ſanguinis quæ ſunt inter pa-
trem & filium cum naturalia ſint, ciuilis ratio perimere nō po
teſt.ff.de cap.dimi.l.tutelas.inſti.de leg.agn.tu.§.fi.& quia alijs
remedijs locus eſt ad cognoſcendum patrem.quod dic vt ple-
ne no.ſ.de conuer.infide.cap.2.§.fin. ſecundum Hoſt. qui quo
ad filiū corrigit quod notauit in ſum.eo.§.qd iuris. Et de iſta
materia notat Aſten. poſt Hoſtien.libro.8. titu. de filijs.art.3.
quæſtio.quid iuris.

Super eo c. ¶ In glo.idem iuris. Si quæris nunquid
ſi religioſus alicuius monaſterij aliquid
acquirat monaſterio ſuo,vel cui.Diſtingue vt dixi.ſ.de regula
ribus.cap.vlt.diſt.1.&.j.de priui.cap.cum olim.2.
6 Super eo.c. ¶ Iſtud.cap.†facit ad illam quæſtionem
pater tuus carnalis infidelis,& extraneus
fidelis æquatiter egēt,nec ſufficit vterque cui ſubuenies.Hug.
dicit patrem eſſe præferendum, quia ſcriptum eſt.Honora pa-
trem tuum & matrem tuam, vt ſis longęuus ſuper terrā.Exo.
20.cap.Vnde in patre carnali eſt ſpecialis ratio reuerentiæ.ſ.ra
tio generationis. Eccleſia.7. Honora patem tuum & gemitus
matris tuæ ne obliuiſcaris.memento quoniā niſi per illos non
fuiſſes & retribue illis quomodo & illi tibi. & ar.30.diſ.capi.1.
vbi Ioan.dicit quod patrem qualiſcūq; ſit debemus præpone-
re extraneo ēt ſancto,in his, quæ ſpectant ad opus miſericor-
dię in prouidendo ei in neceſſarijs,niſi alter magis egeat, quia
tunc potius tenemur extraneo ſubuenire, vt 85.diſtinct. pa-
ſce.Sed contra hoc dicit Ambroſi.in canticis ſuper verbū.Or
7 dinauit in me dominus charitatem. ait enim.† Multorum cha
ritas eſt inordinata,quidam .n.id quod eſt primum,ponūt ter-
tium,vel quartum,primo enim diligendus eſt Deus, ſecundo
parentes,deinde filij, poſtea domeſtici,qui ſi boni ſunt malis
filijs proponendi ſunt. Sed hæc auctoritas intelligenda eſt de
affectu dilectionis, non de nutrimenti exhibitione Magi

debemus diligere extraneos bonos quam propinquos malos:
licet proprioquis magis teneamur ſubuenire in neceſſarijs. Vn
de Dioniſi.4.c. de diuinis nominibus dicit, ꝙ bonũ oĩbus eſt
amabile. & philoſophus.8. ethicorũ dicit, ꝙ amicitia perfecta
8 eſt quæ eſt ꝑ ꝑ virtutẽ.† Sunt talẽ qui dicũt in hoc caſu extra-
neum præponendum: quia ſcriptum eſt De ſudet elemoſina
in manu tua donec inuenias iuſtum cui des. Eccl. 12.&.86.diſ.
non ſatis. vbi etiam de hoc per Io.&.52.di.quieſcamus. Hoſt.
vero in ſumma de tempo.ord.§. hæc cui.ſub.§.ſeptima regula.
ver.quid ſi pater alias iuratur. vnde procedit hæc dubitatio iu
ris poſitiui, cum exhibitio nutrimenti ſit de iure naturali pri-
mæuo communi omnibus animalibus, ſecundum quòd non
eſt quærendum quis fidelis ſit, quis infidelis: quia nec hæc ani-
malia diſcernere ſcirent, ergo quo iure patrem cognoſco eo-
dem ſubueniendum iudico, & in præmiſſo caſu ipſum omni-
bus præfero. Nam & ſi animalia ſenſu & ratione careant.ff.ſi
quadru.paupe.feciſ.di.l.1.§.1.videmus tamen ipſa ipſius iuris
peritia cenſeri.inſti.de iure naturali.§.1.ff.de inſt.& iure.l.1.§.
pen.1.di.ius naturale.C.de bonis quæ li.l.cũ nõ ſolũ.§. 1. Vbi
autem inde eſt quòd ſecũdum ius canonicum quòd iuri natu-
rali innititur magis quam rigori, filij illegitimi nutriũtur.ſ.de
eo qui duxit in matri.cum haberet in fin. Nec obſtat authori-
tas prædicta, deſudet elemoſina &c. quia non eſt intelligẽda in
caſu præmiſſo.ſ.patre egente, ſed generaliter inter alios quãdo
quæritur cui iuſtius ſubueniẽdum eſt. Nam & ſi omnibus mi-
ſericordia debeatur, iuſto amplius, vt in.c.non ſatis.circa prin.
Præterea ſi pater malus ſit, magis videtur ei ſubueniendũ: quia
ſi moriatur periculum animæ imminet. ſi viuat ſperandum eſt
de dei miſericordia, qui non vult mortem peccatoris, &
qui non venit vocare iuſtos ſed peccatores. ſecundum Ho-
ſtienſis. qui ita notat in.d. verſicu.quid ſi pater. Et eandem
opinionem tenet Goffred.in ſumma de tempora. ordin.§.ſed
pone quod pater tuus.ver.ſi pater. & hæc fuit opi.Ray.titu.de
hoſpitalitate ordi.§.2. Et in his concordat beatus Tho.in ſum
9 ma.q.31.artic.3.dicens quod nullius benefactoris beneficium
tantum eſt ſicut parentum: † ideo parentes in recompenſandis
beneficijs ſunt omnibus alijs præferendi, niſi neceſsitas ex alia
parte præponderet, vel aliqua alia conditio puta communis vti
litas eccleſiæ, vel reipublicæ. Vnde etiam in extrema neceſsita
te magis eſſent filij deſerendi quam parentes, vt dicit beatus
Tho.ibidem arti.4. In hoc etiam concor.Pe. ſuper tertio ſen-
tentiarum.di.29.& frater Io.in ſum.confeſ.tit.de hoſpitalitate
ordi.q.7.pone qđ pater tuus &c.de hoc ẽt notat Spec.rubrica,
10 qui filij ſint le.verſi.quid ſi pater.† Si quæris ergo vtrum magis
tenearis patri infideli quam extraneo fideli, Diſtingue breui-
ter. Aut effectu dilectionis & dic quod ſic, & ita intellige autho
ritatem prædictam Ambroſij. quod domeſtici boni ſunt ma-
lis filijs præponẽdi.&.30 di.ca.1. Aut neceſſariorũ exhibitio-
ne, & tunc Aut extraneus fidelis magis indiget, & tunc magis
teneris illi, vt in.cap.paſce.aut ęqualiter, & tunc magis patri, vt
in.cap.non ſatis, & in hoc ſatis concor. Aſten lib.2.tit.de chari
tate, articu.4.de hoc tangit Io.An.ſ.de iudeis.cum ſit.

¶ De homicidio voluntario vel cauſali. Rubri.

1 *Homicida corrigibilis perpetuo deponitur.*
2 *Homicida incorrigibilis ſeculari poteſtati traditur.*

SI quis per induſtriam. ¶ Ad euidentiam
huius.cap.& gl.Ber.& Inn.hic, Si quæris vtrum
homicida voluntarius gaudere debet immuni-
tate eccleſiæ, vide quod dixi.ſ.de immunita. ec-
cle.capi.eccleſiæ.diſtin.1.circa medium.

Super eo.c. ¶ Quantum facit ad intellectum huius
cap.ſi quæris qualiter homicida volunta
1 rius euelli debeat ab altari. Diſtingue.† Aut eſt corrigibilis, &
tunc euellitur ab altari.ſ.ab officio & beneficio altaris ipſum
perpetuo deponendo, vt hic. &.50.di. ſi quis viduã.&.j.eo.ſi-
cut dignum.§.clericos. quod dic vt notat.Bern.ibi, in gl.nota.
quod homicida.† Aut eſt incorrigibilis, & tunc nedum eſt de-
ponendus, vt eſt dictum, ſed etiam tradendus poteſtati ſecula
ri vt moriatur, vt patet in eo quod le.& no.ſ.de iud. cum non
ab homine.ſecundum Hoſt. qui dicit hanc traditionem debe
re fieri, vt le.& no.j.de ver. ſig. nouimus. & melius.j.de pœ-
nis degradatio. li.6. Inn.vero dicit hic quod hoc.cap.poteſt in
telligi de altari veteris teſtamenti quod non erat eius authori-
tatis cuius ſunt noſtra altaria, ſed prior intellect⁹ magis placet.
ſecundum Hoſt. Abbas vero dicit quod Petr.de ſamp.intelli-
gebat plane.c.ſicut verba ſonant, vt.ſ.per inſidias alij occidens
immunitate non gaudeat, dicens quod hoc non eſt mutatum,
ergo ſtare non prohibetur.C.de teſtamẽo. ſancimus. ſed cer-
tum eſt quod tempore huius legis Exodi.non emanauerunt
iura poſitiua quæ dederunt immunitatem eccleſiæ, & ſic de il-
la non videtur intelligi poſſe, quod hic dicitur ſecundũ Ioan-
nem Andream.

1 *Faciei hominis character imponi poteſt.*
2 *Dominicus dies non eſt abſtinentia impune.*
3 *Occidere licet in neceſsitate ineuitabili.5.16.*
4 *Occidere melius eſt, quam occidi.*
6 *Aggreſſorem impune occidere licet.18.*
7 *Homicida mori tradendus iure diuino.*
8 *Homicida ad mortem condemnandus de iure ciuili.*
9 *Homicida mori præcipitur iure canonum.*
10 *Iniuſtè condemnans reum, mortaliter peccat.*
11 *Homicida vt iuſtæ morti tradatur, tria requiruntur.*
12 *Iudex eccleſiaſticus non condemnat ad mortem.*
13 *Homicida irregularitatem incurrit.*
14 *Clericis nullo modo occidere licet.*
15 *Laici in bello iuſto impune occiduntur.*
17 *Furem nocturnum occidere licet.*
19 *Occidere an liceat pro alio defendendo.21.*
20 *Petrus abſcindendo Marci auriculam non peccauit.*
22 *Occidere an liceat pro conſeruatione bonorum ſuorum.*
23 *Occidere non licet pro rebus proximi ſeruandis.*
34 *Decalogi præcepti non occides, interpretatio.*

INterfeciſti. ¶ Ad euidentiam gloſſ.2.
Si quæris vtrum facies ho-
minis poſsit vel debeat maculari, Diſtĩgue.† Aut
1 ſine cauſa & dic qđ non, vt.C.de pœnis.l.ſi quis
in metallum. Aut ex cauſa & authoritate iudicia
li, & dic quod ſic.puta ſi in pœnã malefici character aliquis im-
primatur j.de cri.fal.capitu.3.in fine.

Super eo.c. ¶ Ad euidentiam pleniorem gloſſ. hóc
prohibetur. Si quæris, quando & cui ſit li
citum armis vti. Diſtingue vt dixi.ſ.de vita & honeſt.cle.ca.
clerici arma.

Super eo.c.§ in tertia. ¶ Si quæris qui ſunt
dies abſtinentię, & qui
non, Diſtingue, Aut quæris de alijs diebus à die dominico. &
2 illi ſunt vel eſſe poſſunt dies abſtinẽtiæ: vt hic.† Aut de die do-
minico, & ille non eſt dies abſtinẽtię.de conſecr.diſt.4.ne quis
ſtudioſè contrarium aſſerat ſuſpectus eſt de fide.26. quæſtio.
vlt.ſacerdotes. & ſi pro pœnitentia à ſacerdote accepta ſine ali
qua neceſsitate hoc fecerit pro quadã religione ſicut maniche
us anathema ſit.30.diſtinctio.c.finali.ſecundum Hoſtienſem.

Super eo.c.§.ſi autem. ¶ Si quæris vtrum
& quãdo liceat alicui
ſecundum legem alium impune occidere, vel etiam mutilare.
3 † Aut quæris de occidente vel mutilante in neceſsitate ineuita
bili tali.ſ.quod quia mortem iniuſtè ſibi inferendam, alias inſe
rendam, alias inferentem aliter vitare non valet ſuum occidit
vel mutilat inuaſorem, vt quia ſic inangulatus erat vel ſic ar-
ctatus quòd fugere non poterat, nec per clamorem vel alias ſe
iuuare. & tali licet etiã clerico impune & ſine peccato aliquo
4 occidere vel etiam mutilare tam lege diuina dicente.† Melius
eſt occidere quam occidi. Quod probatur ſic.quilibet magis
tenetur ad id qđ ordo charitatis magis exigit. & requirit, ſed
ordo charitatis exigit quod magis debeã diligere vitam meã
temporalem quam vitam temporalem alterius, ſecundũ ſan-
ctos & philoſophos dicentes, quòd diligibilia ad alterum men
5 ſurantur ex diligibilibus ad ſe.† Item vniuſquiſq; magis tene-
tur ſibi ipſi quam proximo ſuppoſito recto ordine rationis,
ſed defendens ſe contra iniuſtè inuadentem etiam ſi occidat
dum tamen principaliter occiſionem eius non intendat, ſed
ſuam ſaluationem propriam & cum debito moderamine, eſto
quod ſequatur mors inuaſoris, nihil facit cõtra rectum ordinẽ
rationis, nec contra iuſtitiam, nec contra charitatem proximi
cum ſecundum ordinem charitatis plus teneatur diligere ſe-
ipſum. quare &c.tam naturali quam ciuili.ar.ff.de iuſti.& iure.
l.vt vim.& eſt expreſſum.ff.ad l.aqui.l. ſcientiam.§.qui cum
aliter. Vnde de iure naturali eſt iuſta defenſio ſuiipſius & ex
parte naturæ inferioris in qua conuenit cum brutis. Nã & om
nia animalia hoc faciunt.ff.ſi quadru.paupe.feciſ.di.l.1.§.cum
arietes.

arietes,& ex parte naturæ ſuperioris quæ eſt ratio, vt dictum
eſt,quam canonica, vt hic, &,j.eo.ſignificaſti.2. & etiam ſine
pœna irregularitatis.50.di.qa te,& eſt caſus extra e,ſi furioſus.
in cle,& ita intelligo illud.capit.in.§.ſeq. ſi preſbyter. Et licet
Ber.in glo.ſi.credat quòd preſbyter diaconus vel ſubdiaconus
faciens id de quo loquitur hic ſit irregularis. Hoſtien. tamen
intelligit quòd in nullo imputatur ei ex quo aliud facere non
potuit,vt patet.j.eo.ſignificaſti.2.§.fin.Nam tale homicidium
ſimile eſt caſuali, quòd non impedit etiam promouendú.j.eo.
lator.& hoc tenebat dominus clemens Papa.4.ſecundum Ho
ſtien. Nec ob.j.eo.ſuſcepimus.quia hic defendebat perſonam
& res,ibi res tantum,quod patet,quia hic dicit te tuaq;,non.n.
dicit te vel tua.ſecundum Hoſt.ibi, idem Guil.de mon.la.in.d.
cap.ſi furioſus.glo.1.extra eo.in cle.& Io.23.q.3.in ſumma. ſu
per verbo fugiens.& Archi.ibi. Et intellige quod in tali neceſ
ſitate licet alium interficere, in tátum quod ſi aliquis vult me
interficere,poſſum eum præuenire, nec teneor eum expecta-
re quòd me primo percutiat,ar,C.ad.l.corne.de ſicca.l.2.† vbi
6 dicitur quod qui aggreſſorem vel quemcunq; alium in dubio
vitę diſcrimine poſitus occiderit nullam ob id factum calum-
niam metuere debet.&.l.4.vbi dicitur. quod ſi latrocinantem
peremiſti dubium nó eſt eum qui inferédæ cedis voluntatem
præceſſerit iure ceſſum videri,vt notant Laur. Tã.Philoſophi.
Goſ.Ber.Inn.Hoſt.& Io.An.j.cap.proxi.& Arch.50.di.de his
gl.fi.vbi etiam dicit.quòd ſufficit terror armorum.ff.de vi &
vi ar.l.1.§.idem labeo.& .l.3.§.qui armati. idem Gu.de monte
lau. & Gen.10.di.capit,ſi furioſus.gl.fin.de quo dicam.j.eo.ſi-
gnificaſti.ſecunda diſtinctio.2.gloſ.fin.Et idē ſi inuaſus poſſet
fugere ſed in fugiendo poſſet ſibi veriſimiliter mortis pericu
lum imminere ſecundum Gen.ibi.Et ita poſſet intelligi quod
dicitur de latrone inſidiante itineribus quem licet cuilibet oc
cidere authoritate propria.C. quando licet vnicuiq;.ſine iudi-
ce ſe vindi.l.1.&.2.23.q.3.fortitudo.& .cap.ſe.&.q.5. cum hó.
& 7.q.4.ſicut vbi hoc notat gl.& in his ſatis concor. Ray.in ſu.
e.ti.§.3.licet.Hu. 50.diſ.c.ex pęnitentibus.§.ſi autem notaue-
rit.quod mortaliter peccat tam clericus quam laicus qui ob de
fenſionem ſui vel rerum ſuarum aliquem propria auhoritate
interficit cum potius deberet mortem incurrere quam infer-
re homicidiú.ar.32.q.5.ita ne. cuius opinio eſt nimis dura ſe-
cundum gl.ſuper Ray.in.§.5.Aut quæris de occidente vel mu
tilante non tali neceſſitate ineuitabili ſeu euitabili,& tunc Aut
iuſtitiam debite exercēdo ſeu executionem iuſtitiæ debitæ fa
ciendo vt iudice vel miniſtro aut alias in primo caſu.Aut quæ-
ris vtrum hoc licet laicis vel clericis.ſi laicis. † Aut ſecundum
7 legem diuinam & dic quòd ſic,dicente domino Moyſi. Male-
ficos non patiaris viuere ſuper terram. Exod.22. cap. &.23.q.
4.cap.ſi illis.§.ſed obijcitur. Deute.12. Ego occidam & ego vi
uere faciam.† Aut ſecum legem ciuilem. & dic quod ſic, vt in
8 auth.de man.prin.§ qꝫ ſic.vt in auth.de man.prin.§.quod ſi de
linquētes.ver.homicidia. col.4.ff. &.C.ad.l.iul.maieſ.ad.l.cor-
nel.de ſicca.ad.l.pompo.de parric.ff.de pœnis capitalium.§. fa-
moſos.& per totum decimum librum.ff.noui,per totum pri-
9 brum codicis.Aut ſecundum legem canonicam,& tunc.† Aut
ſecundum legem canonicam crimina puniētem, vel puniri do
centem,& dic ſimiliter quòd ſic.23.ca.quæſitum.&.cap.illud.
&.q.5.de occidendis.capi.miles.capi.cum homo.c.qui malos.
c.homicidas. cap. ſunt quædam.c.rex debet.c.ſi homicidium.
c.cú homo. &.§.ſed obijcitur.& per totum.j.ne cle.vel mo.c.
Epiſcopus.& de homici.c.prælatis.libr.6.Adeo quod etiã prin
ceps qui legem condidit cuius authoritate homines ſunt tra-
diti morti non per hoc fit irregularis, cum per hoc incertam
perſonam non animaduertit,nec in conſtitutionem ſuam ho-
mines incidere voluerit cum eam promulgauerit, ſed tantum
propter bonum & licitum hoc fecerit ſcilicet. vt homines à
maleficijs deterreret.vt not.Ioan.in dicto.c.vlti.in gloſ.ſed nú
quid.&.23.q.vlti.peſſimã.glo.penul.& vlti.& pro hoc ea. cau
ſa &.q.de occidentis.ver.abſit hoc idē Archid.ea.cauſa.quæſt.
5.c.officia. Cum quibus concordat Hoſtien.j.de ſagittatis.ca.
vnico. vbi dicit quod Papa non poteſt canonicam irregularita
tem incurrere. ar.in eo quod legi. & not.s. de conceſ.preben.
propoſui. qui alijs ſuper hoc medetur, vt patet in eo qđ not.
j.eo.ſicut dignú.§.fin.&.c.poſtulaſti.Sed nec magiſter qui do-
cet vel reſpondet in genere qualiter homicidæ, vel fures ſunt
puniendi,ex hoc irregularitatem incurrit,quia multa licent in
genere quæ in ſpecie non licerent,pro hoc.ff.de pactis.l.ſi vnus
10 §.illud.s.de offi. ordi.ſi ſacerdos.cum ibi not. † Et notabiliter
dixi.s. iuſtitiam debite exercendo, ſecus ſi indebite & iniu-
ſte,vel in facto vel precepto iniuſto iudicis,vel eius qui facien

di vel præcipiendi authoritatem non habet, vel in conſilio in-
iuſto aſſeſſoris,vel in defenſione iniuſta,quia quodlibet iſtorú
eſſet illicitú & mortale,vt hic, &.50.diſt.ſi quis viduã.vbi hoc
notat Archidi.in glol.1. & Goff.in ſum. eodem titu.§. vnum
11 aút.Et Ray.in ſumma ſua. † In hoc concordat frater Aſten.de
quinto præcepto in princip. dicens.quod ad hoc vt occiſio ſit
iuſta tria requiruntur,iuſtus ordo,iuſta cauſa,iuſtus animus,&
ſi deſit aliquod trium prædictorú occiſio eſt iniuſta, deeſt aút
iuſta cauſa cú aliquis ſine merito occiditur. Deeſt ordo iuſtus
cum occidens non eſt legis miniſter,& idem ſi eſt, ſed occidit
iuris ordine nó ſeruato.Deeſt iuſtus animus cum iudex occi-
dit libidine vindictæ, non amore iuſticiæ.quod dic vt le.& no.
11.q.3.c. inter verba.§. ſi ergo.23.q.4.ca.vlt.& eadem cauſa.q.
5.miles. Aut ſecundum legem canonicam irregularitatis pœ-
nam vel maculam inducentem.& dic quod non,immo hoc fa
ciens irregularis eſt. irregularitas enim contrahitur ſine culpa
etiam ex merito, vt in iudice iuſtè occidente.50.diſt.cap.1.&
12 notat Ioan.An.in ca.alle.ſi furioſus.gl.penul.†Si quæris vtrum
hoc licet clericis clericaliter viuentibus iuriſdictionem tempo
ralem habentibus, tunc dic quod non nec ſecundum legem di
uinam dicente domino Petro.Math.26.& Ioan.18.Conuerte
gladium tuum in vaginam tuam &c. & tranſumptiuè legitur,
23.q.8.in ſumma.Nec ſecundum legem canonicam.s. ne cleri.
vel mo.ſententiam ſanguinis.eo.titul,cap,epiſcopus.lib.6.licet
ſecus ſm legem naturalé vel ciuilé per iura.s.alle. Poteſt tamē
iudex eccleſiaſticus præcipere iudici ſeculari quod puniat ma
leficos ſecundum leges & iura,vt notant Hug.Lau.Ioã.& Ar-
chidi.15.q.6.auctoritatem. & etiam dicere ſicut dicit domi-
nus Moyſi Exod.22.Maleficos non patieris viuere ſuper ter-
ram & hoc aſſertiue notat Lau. 50.diſ.ſi quis viduã.prout reci
tat.Archid.in dicto.c.auctoritatem. glo.fin.In ſecundo caſu.ſ.
13 vbi quis occidit alias quam iuſtitiam exequendo, tunc † Aut
quæris vtrum poſſit facere ſine pœna irregularitatis, & dic qꝫ
non,immo incurrit irregularitatem etiam ſi hoc faciat pro re-
bus ſuis,vel perſonis aliorum ſaluandis.vt not. Inno.& Hoſti.
j.cap.proxi.& Hoſtien.& Io.An.j.eo.ſuſcepimus.&.c.Petrus.
& Spec.de leg.§.iuxta.circa. 10.colum.ver.illud.in fi.ibi.ſecus
ſi faciat &c. & Ioan.And.in dicto cap.ſi furioſus.& Inno.j.de
ſente.ex com. cap.ſi vero.prima glo. quid ſi nó ob ſui.ver.quid
ſi quis &c.vel etiam ſi hoc faciat in bello licito.15.q.1. ca.vlti.
vt notat Archidia.51..diſt.ſi quis poſt acceptum.gl.penul. Aut
14 ſine alia pœna ſeu peccato,& tunc†Aut quæris de clericis, &
tunc illi nó poſſunt manu propria interficere ſine peccato, cú
ſint inhabiles ad pugnandú ꝑ prædictam auctoritatem. Con-
uerte gladium tuum &c.quia miniſtris veteris teſtamenti au-
ctoritas occidēdi erat commiſſa, miniſtris vero noui teſtamē
ti non etiam pro ſubſidio terræ ſanctæ.s. de voto ex multa.§.
de clericis.licet poſſint bello tali intereſſe,& ſubditos hortari
ad pugnandum.& hoc voluit Gratianus.23.q.vlti.c.quicunq;
§.his ita.&.c.vt pridem.vt notat Hoſtien. in dict.c.ex multa.
& Archid.36.diſtin.capitu.vltim.Et dic quod non poſſunt oc
cidere vel mutilare etiam pro rebus ſuis ſaluandis, vt notant.
Lau.Vin.Ber.& Hoſtien.j.eo.ſuſcepimus.glo.i.& Ioan.fauen.
23.quæſtio.1.in ſumma.& Archidia.3.q.8.in ſumma.glo.adde
ſub & ſua & ſe & ſe.& glo.23.q.3.in ſum.ſuper verbo fugiens
& Mel.& Lau.& Archid.ibi,& Guil.de monte lau.in dicto.c.
ſi furioſus. Sed nec pro perſonis aliorum ſaluandis ſecundum
Lau.& Archidia in ſumma.alleg. & ſecundum Hoſtienſ.infra
de clementi.percuſ.capitul.præſentium.glo.1.&de hoc notat
gloſſa.23. quæſtione. 8.in ſumma. ver. alii dicunt quod om-
nia &c.ibi non pro alijs &c. Quod intelligo de clericis be-
neficiatis & Dei officio dedicatis qui ſunt electi ad miniſte-
riú altaris in quo repræſentatur paſsio Chriſti qui cum percu
teretur non percutiebat vt dicitur prima Petri.2.Miniſtri au-
tem debent ſuum dominum imitari.Eccleſi.10.ſecundum iu
dicē populi ſic,& miniſtet eius. Nec obſtat Act. 5.cap.23.q.8.
Occidit.vbi dicitur quod Petrus geminum fecit homicidium
quia hoc non fecit propria auctoritate,ſed diuina reuelatione
15 de aliis forte ſecus vt ſequitur.Aut de laicis,& tunc. † Aut in
iuſto bello & dic quod poſſunt impune & ſine peccato vt.
ff.de religio.& ſump. ſuo.l.minime.C. vnde vi.l.1.23.q.2.do-
minus &.q.4.fortitudo.& notãt Ber.& Hoſt.j.eo.ſuſcepimus.
glo.1,Et eſt rõ,quia qui peccat nó peccat legis auctoritate. 24.
q.4.qui peccat.talis.n.qui percutiunt vel occidunt,vel occide-
re volunt in bello iuſto non reprobo quo ad culpam niſi ſit ibi
corrupta intentio, vel talis perſona cum armis cui non li-
ceat arma deferre,vt clericus vel religioſus,vt notat Hoſtien.
in ſumma, eo titul.§. qua pœna.ver.quid ergo ſi quis.& gloſſ.
ſuper

ſuper Raymald. eodem titulo.§.7.quid ſi plures. & frater
Ioann.in ſumma eodem titulo. quæſtio. 35. quid ſi plures. Et
quid ſit iuſtum bellum, dic per Innocen. & Hoſtienſ.ſupra, de
reſti.ſpolia.capitu.olim cauſam.& de iureiurand. ſicut per Ho
ſtien.in ſumm.de treuga & pace.§.quid ſit iuſtum bellum, &
infrà de homicidio.pro humani.libro.6.Aut aliàs,quàm in iu-
ſto bello, & tunc dicunt, quidam quod non poſſunt aliquem
occidere,vel mutilare etiam pro perſonis aliorum,vel pro re-
bus ſuis temporalibus ſaluandis,& tuendis, ſine peccato. Alij
dicunt quod non poſſunt pro rebus ſuis proprijs temporali-
bus ſaluandis,per ea quæ notat Innocentius in dicto capitul. ſi
verò.1.gloſſa.quid ſi non ob ſui.verſicul.quid ſi pro rebus &c.
ſed bene poſſunt pro perſonis aliorum, etiam extraneorum
tuendis:quia etiam ſocij iniuria propulſanda eſt. 23. quæſtio.
4.fortitudo.& capitu.non inferenda. vbi de hoc per Ioann.in
gloſſ.1. & per Archidyaco. & per ea, quæ leg.& nota.infra.de
ſenten.excommu.quam.& eod.titul.dilecto. libr.6.& quæ
notat Innocen.in dicta gloſ.in princip. Alij econtra, ſcilicet,
quod elijs, extraneis tuendis non poſſunt, prout recitat
Innocen.in dicta gloſſ.fin.ver.alij dicunt. ſed bene pro rebus
proprijs,per ea quæ notat Bernar.infra.eod.ſuſcepimus.gloſ.
16 1.ver.laicus verò &c. Ego vero Henricus credo ſaluo iudicio
melioris,quod aliquis poteſt ſine peccato mutilare, vel occide-
re inuadentem alium iniuſtè,& occidere volentem,in caſu vbi
vitam ipſius inuaſi aliter ſaluare non poteſt:dummodo ad ſal-
uationem inuaſi principaliter, & non ad mortem inuadentis,
intendat per præmiſſa.Item poteſt hoc confirmari ſic. primo
lege diuina, qua quis tenetur proximum ſuum diligere ſicut
ſeipſum Deutero.6.Lucæ.10.capitu.& Matthæi.19.& 22.Ad
Roma.13.18.quæſtio.4.capitu.penultim.& de pœniten.diſti.
2.capitu. Charitas.2. circa medium. Sed pro ſeipſo ſaluando
vbi aliàs,mortem euitare non poteſt, poteſt mutilare vel occi
dere ſuum inuaſorem, vt dictum eſt in principi. ergo & pro
proximo ſaluando. Item in Pſalmo.81. dicitur. Eripite paupe
rem,& egenum de manu peccatoris liberate. Et Salomon Ec
cleſiaſt.4. Eripe eum, qui ducitur ad mortem. & recitetur in
dict.capitu.non inferéda.23.quæſtio.3.hoc idem dicitur Pro-
uerbiorum.24.Erue eos,qui ducuntur ad mortem,& qui tra-
huntur ad interitum liberare ne ceſſes. & ſic quod dominus
imperat neceſſe eſt fieri:& niſi fiat pœnam habet.14.quæſtio.
1.quod præcipitur.ergo ſi fiat,legitimè ſit,nec pœnam mere-
tur.C.ad legem Iul.de adulte. leg.gracchus. maxime cum ali-
quo præcepto vel conceſſo:& omnia ſine, quibus infra de re-
gulis iur.capitu.cum quid.libr.6. & quæ veriſimiliter poſſunt
ſequi ad illud infrà de homicidio. is qui mandat.libro ſexto.
Item remoto amore proximi remouetur amor Dei.1. Ioann.
3.ſi quis dixerit, quia diligo Deum,& fratrem ſuum odit men
dax eſt. Et ſic inimicum Dei & hominis, vt ſaluet amicum
Dei,& hominis occidere poteſt.Item eccleſiaſt.4.dicitur.Vſ-
que ad mortem certe pro iuſtitia & Deus expugnabit inimi-
cos tuos pro te.ſed pro inueſo eſt iuſtitia:ergo & c.Item Exo-
di. 2. capitu. dicitur. quod ſanctus Moyſes etiam antequam
conſtitutus eſſet iudex ſuper populum Aegyptium iniurian-
tem Iſraelitæ, & eum percutientem iniuſte percuſſit ponens,
17 eum ſub ſabulo. Item Exodi. 22. & infra capitu. proxim.in
princip. dicitur, quod ſi fur nocturnus perfodiens inuentus
fuerit,occidi poteſt. Et eſt ratio.dicit Hoſtien.infra.capitulo.
proxim.quia præſumi poteſt quod ad occidendum venerit.Et
ſic intelligam generaliter,quod nedum per illum cuius domũ
perfodit,ſed etiam per quemlibet alium occidi poteſt:ex quo
lex non diſtinguit.ff.de publico.de precio. infra de priuilegia.
quia circa.Item lege ciuili & canonica dicente,quod is qui cũ
telo ambulauit necandi hominis cauſa. ſicut, & is qui homi-
nem occidit pœna homicidij tenetur.ff.ad legem Corneli. de
ſicar.l.diuus.C.ad legem Corne.de ſicar.leg.is qui cum telo.&
de pœniten.diſtinct.1.ſi quis cum telo.Modo iura dicũt quod
vbi non poteſt,quis habere copiam iudicis,regulariter poteſt
facere ea quæ faceret ſeu deberet facere iudex.ff.de his quæ in
fraudem credi.leg.ait prætor.§.ſi debitorem.ad legem Iuli. de
adulte.leg.capite quinto.& poteſt ſe authoritate propria vin-
dicare.C.quñ liceat vnicuiq; ſine iudic. ſe vin.l.1.& 2. Item qui
poteſt occidere per ſe,põt occidere per alium,vt in d.l.gracchus
18 infra de regul.iur.capitu.poteſt quis.lib.6.Et ſed inuaſus poteſt
ſuum mutilare vel occidere inuaſorem:vt ſupra in primo mẽ-
bro:ergo & per alium de mandato ſuo vel ipſius nomine ip-
ſo hoc poſtea ratum habente. Item talis ſi occidat talem inua-
ſorem clericum:non eſt excommunicatus, imo meretur per.
capitu.alleg.fortitudo non inferenda:vt not.Inno.infra de ſen.
ten.excommu.ſi verò.1.glo.quid ſi non obtui.& Ioann.And.
poſt eum. ſi ergo meretur in hoc non peccat, ſed licitum eſt,
19 quod facit.23.quæſt.4.qui peccat.C.de adult.gracchus. Item
ille qui ſtat pro tali inuaſo ſtat in iuſto bello.C.ad l. Iulia. de vi
public.leg.quoniam multa facinora.pro hoc quod not. Iac. de
ra.in d.§.ſi debitorem.dicens, quod ſi amicus meus deiectus,
eſt violenter de fundo,& qui poteſt de iure incõtinenti ſuum
expellere inuaſorem non tamen eſt ad hoc potens, poſſum eũ
expellere incontinenti nedum de mandato ſuo : ſed etiam ſine
mandato:quia quod geſtum eſt pro rato eſt habendum,ita in-
telligit.ff.de vi & vi armata.l.cum fundum de neg.geſt.l. Pom
ponius ſcribit.Et ſecundum illam rationem ſcilicet vltimam,
videtur,quòd ſi inuaſus nollet ſe defendere,ſed vt martyr for
tè mori,quòd poſſet alius mutilare vel occidere inuaſorem:
ſed contrarium verius videtur per præmiſſa : & quia interest
hominis hominem beneficio effic.ff.de ſeruis expor.l.ſeruus
ea lege.in fine. & quia in facto ſeu cauſa ſanguinis, alter alte-
rum etiam inuitum defendere poteſt.ff. de appell. leg. non
tantum.& hoc ſatis patet in paſſione domini noſtri Ieſu Chri
ſti.cuius omnis actio noſtra eſt inſtructio.2.quæſtio.1. Deus
omnipotens,quem volentem mori pro nobis Petrus, cum ar
mis defendit, Malcum ſeruum principis ſacerdotum muti-
lando amputando ſcilicet auriculam eius dextram Ioan.18.ca
pitu.& Matth.26.Marci.14.Lucæ.22.24.quæſtio. 1. ſi Petrus.
20 23.quæſtio.3.pro membris in quo non reperio quod peccaue
rit,cum hoc fecerit quaſi ad nutum domini prædicentis,Lucæ
22.Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram : &
qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Et ibi
quando diſcipuli interrogauerunt eum. domine ſi percutimus
in gladio,& ipſe tacuit,per quod videtur tacite conſentire in-
fra de reg.iur.qui tacet.lib.6.Pro quo facit quod notat Spe.tit.
delegato.§.iuxta propoſitionis.in 2.colum.verſi.nunquid er-
go be.Petrus &c.licet dominus ei vt miniſtro eccleſiæ præce
perit,quod de cætero gladium materialẽ cõuerteret in vaginam
& ſpirituali gladio tantũ vteretur.23.q.8.in ſumma.quæ ratio
vna cũ præmiſſis fortiter cogit ad dicẽdũ idem eſſe hoc caſu
21 in clericis non bñficiatis,quod in laicis. Nec obſt.ſi dicas, ma
gis teneor de debito charitatis diligere vitã gratiæ in ꝓximo,
quã vitam corporalem in me ſm ſanctos lib. de gradu charita
tis,& plus teneor euitare damnationẽ perpetuã animæ ipſius
ꝙ mortẽ meã corporalẽ ſm eoꝝ. Sed veriſimiliter debeo cre-
dere,ꝙ ſi interficiã inuaſorem iniuſtè, ꝙ damnabit perpetuo
cũ moriat in actu peccati:ergo &c.qa concedo maiorẽ. Ad mi
norẽ dico ꝙ nec ſum certus ꝙ ipſe dãnabit, cum alterationes
præcedentes mortẽ & exitũ animæ à corpore neceſſario fiãt in
tpe,in quo tempore quantũcunq; breui poteſt pœnitere,& ꝑ
conſequens ſaluari : nec eſſem certus ꝙ ſi interficeret me,ego
eſſem ſaluatus:poſſem.n.habere alia peccata licet ea nõ teneã.
in pſal. Delicta quis intelligit, & Apoſtolus, 1. Ad Corinth.4.
Nihil mihi cõſcius ſum:ſed in hoc non iuſtificatus ſum.& Ec
cleſ.9.c.Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit. & ea-
dem obiectio & ſolutio poteſt fieri ad mẽbrum aliud de occi-
22 dente ad defenſionem alterius iniuſti inueſi. Itẽ credo ꝙ pro
rebus proprijs ſaluandis, quas aliàs,non poteſt ſaluare,poteſt
quis mutilare vel occidere inuaſorem.ar.j.c.proxi.vbi dicitur
quod occiſio furis nocturni non reputatur homicidiũ, quod
verum ſm Hoſt.ibi,quo ad peccatũ vel quo ad pœnam legis,
vbi capi vel deprehendi non poteſt per ea quæ notat Bern.j.e.
ſuſcepimus.gl ibi.laicus verò &c.& Lau. & Vin. & Hoſt.ibi
Item quis res ſuas quibus ſuſtentari & alimentari debet, quis
ſibi aufert,vitã ſibi auferre vĩ.ar.ff.de libe.agno.l.necare vide-
tur.j.e.ſicut dignũ,diſtin. 5.Quod poſſet intelligi verum cum
tali modificatione quam ponit frater Io.in ſumma confeſ.l.hoc.
titu.quæſtione. 12. circa medium, ſcilicet quod ſi aliquis pro
rebus temporalibus conſeruandis præter intentionem vulne-
rat,vel occidit non eſt peccatum:quia caſus fortuiti præueniri
non poſſunt.Sed hoc ex propoſito facere non licet : quia vita
proximi præferenda eſt rebus fortunæ,niſi ex talium ablatio-
ne quis poneretur in extrema neceſſitate. Item talis fouet iu-
ſtum bellũ:vt.ſ.de reſti.ſpolia.olim cauſam cũ ibi no.ergo &c.
23 Sed pro rebus proximi ſaluandis nõ credo ꝙ liceret per, dict.ſ.
l.quoniam multa:ibi enim quando dicit & alteruttri parti cau-
ſam malorum præbuit &c. per quod innuitur, quod illi qui
erant pro parte poſſidentis & inuaſi,occidẽdo peccauerũt, ſal
uo hoc quod dicitur.j.c.proximo de fure & latrone.Aliàs au-
tem,quam in præmiſsis caſibus hominẽ occidere nõ licet au-
thoritate legis,ſi tamen occidatur de facto,vtrũ debeat impu
tari,dicam.j.eo.ſicut dignum.diſt.5.Item nota,ꝙ illud præce-

24 ptum decalogi. † Non occides, de quo Exod. 20. intelligitur de
homine non de prælatis, vel animalibus, nullus enim peccat
ex eo quod vtitur aliqua re à quo ad hoc ad quod eſt adeo ordi
nata. Ex ordinatione autem Dei plantæ ordinantur ad vſum
animalium, & animalia ad vſum hominum, quod non poteſt
fieri ſine mortificatione eorum. Dicitur enim. Geneſ. 1. Ecce
dedi vobis omnem herbam, & vniuerſa ligna vt ſint vobis in
eſcam. Et Geneſ. 9. Omne quod mouetur, & viuit erit vobis
in cibum. Nec obſtat, quod occidenti bouem, vel ouem,
alterius ſtatuitur pœna. Exod. 22. quia talis peccat, non quia
bouem occidit, ſed quia homini in re ſua damnum facit: vnde
non continetur ſub peccato homicidij, ſed furti, vel rapinæ,
vel damni iniuria dati.

1 *Furem, & latronem an occidere liceat de iure diuino.*
2 *Furem & latronem an occidere liceat de iure veteri.*
3 *Furem nocturnum an occidere liceat de iure veteri.*
4 *Fur in quo differat à latrone.*

SI perfodiens ¶ Si quæris vtrum, & quan
do fur, vel latro poteſt licitè
1 occidi. Diſtingue. † Aut quæris de lege diuina: & tunc
habet locum quod dicitur Exod. 22. & hic vbi di-
ſtinguitur inter furem nocturnum, & latronem diurnum vt
primus poſſit occidi, ſecundus non. Aut de lege ſeculari vel
2 ciuili, & tunc. † Aut de rigore legis duodecim tabularum, &
tunc habet locum quod dicitur hic. ver. & in antiquis &c. & ff.
ad l. Aquil. l. itaq. §. 1. ſcilicet, quòd fur nocturnus poteſt occi-
di cum clamore indiſtinctè ſiue defendat ſiue non: quia præ
ſumitur, quòd ad occidendum venerit ſecundum Hoſtié. ſed
3 latro diurnus tunc demum ſi telo ſe defendat. † Aut quæris de
æquitate ſcripta ſecundum reſponſa prudẽtum, quæ lege duo
decim tabularum interpretantur & corriguntur, & tunc po-
teſt fur nocturnus occidi, ſi non poſſit capi ſine læſione ſiue
periculo, aliàs non poteſt ſicut nec latro diurnus. ff. ad l. Cor-
nel. de ſicar. l. furem & ita de rigore loquitur lex duodecim, ta-
bularum, vt in l. allegat. itaque, reſponſa autem prudentum de
æquitate, vt in d. l. furem. Et ita de æquitate quæ præualet. C.
de iud. l. placuit. nulla eſt inter furẽ diurnum, & nocturnũ diffe
rentia ſecundum Ioan. de fauen. & glo. & Archidiac. 23. quæ-
ſtio. 5. cum homo ab homine. & in hoc ſatis concordat. Bern.
infrà, eodem. ſuſcepimus. ſuper verbo detinere. & Iaco. Petru.
de ſampſona & Cyn. C. ad legem Corne. de ſicar. l. ſi vt allegas.
vbi dicunt, quod diſtinctio nocturni & diurni reſpicit magis
frequentiam, quam iuris miniſterium. frequentius enim con-
tingit, quod de die quis cognoſcitur, quam de nocte: ſed vbi
cognitus eſt de nocte eadem eſt ratio. Item, vbi incognitus eſt
de die eadem eſt ratio: nam totum hoc ſtatuitur vt occurra-
tur periculo rerum, & ſi occurri poteſt per cognitionem non
eſt habenda diſtinctio temporis cum vbi eſt eadem ratio, ibi
idẽ ius. Vnde ſi diurnum video recedere, ita q̃ non poſſet cõ-
ſuli contra eum, licitum eſt mihi eum interficere, pro quo fa-
cit, quod not. ff. de ver. oblig. l. ſi ſeruum. §. 1. ſecundum eos vce
4 ſus. † Tempore nocturno fur auferi, latro diurno. Quando-
que tamen vnum pro alio ponitur, vt patet infrà. eod. ſuſcepi-
mus. Hæc lex Exodi facit, pro ſtatutis, quæ duplicant pœnas,
maleficiorum de nocte commiſſorum, quod ſi fiant de ſero at
tribuantur nocti. facit hæc litera, quæ poſt ſolis occaſum vo-
cat furem nocturnum. ad hoc de treug. & pace. c. 1. in princip.
Item tenebroſitas attribuitur nocti, & lux diei, patet vtrunq;.
off. dele. conſuluit. ad finem. C. de cuſto. reorũ. l. 1. in ad. partem
contrariam inducuntur omnia iura, quæ volunt in pœnalibus
fieri benignam interpretationem infra, de regu. iur. in pœnis.
lib. 6. & cap. cum ſunt. & in capit. in obſcuris. ſolutio. Guidoni
de ſuza in ſuis quæſtionibus ſtatutorum placet ſecunda pars,
aliquibus placet prima. Ioann. Andr. hic putat primo, conſide-
randum ſi in loco ſignum campanæ, vel aliud deſignans hanc
diuiſionem: alias putat venire in arbitratu, an tenebroſitas fa-
ciat, attribui nocti, an potius claritas diei, in dubio partem mi
tiorem elegit, per iura alleg.

1 *Partum formatum occidens homicida eſt.*
2 *Partus, informis conceptionem impediens, qua pœna punia-
tur. 4.*
3 *Abortum veneno procurans capite plectendus.*
5 *Partus qui dubitatur an formatus ſit, conceptionem impediens
quomodo puniatur.*

SI aliquis. ¶ Si quæris vtrum partum interfi-
ciens, vel conceptionem ipſius im-
pediens reputari debeat homicida. Diſtingue, aut
puerperium iam formatum erat, & anima infuſa
1 aut eſt dubium. † In primo caſu, verus reputatur homicida, vt
de nec talis de cætero promoueri poteſt tanquam irregularis.
2. quæſtio. 5. conſuluiſti. 32. quæſtio. 2. quod verò non forma-
tum à contrario & capitu. ſequenti, Moyſes, vbi notatur de
2 creatione animæ infrà. eodem, ſicut ex literarum. † In ſecundo
caſu, ſcilicet vbi non erat formatum, nec anima infuſa in cor
pore. 56. diſtinct. naſci, non eſt irregularis, nec reputatur homici
da verus, quantum ad irregularitatem: vt in in d. capitul. quod
verò. ſed interpretatiuus, ſcilicet vt pro homicida habeatur,
quantum ad pœnitentia. 25. diſtinct. capitu. vnum. §. criminis
ſicut aliàs. ff. de liber. agnoſcen. l. necare. 86. diſtinct. paſce. 55.
diſtinct. ſi quis abſciderit. & ſupra. titu. proxim. capitu. vnico.
Ideo dicit lex, quod ſi puerperium informatum erat, tenetur
percutiens. leg. Aquilia, tanquam de rupto, non tanquam de oc
ciſo. ff. ad. l. Aquil. l. quintus mutius. Sicut etiam dicitur de vi-
ua immatura collecta, vt eod. titu. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi olim.
Ideò in hoc caſu mulier, quæ ſibi vim intulit, vt aborturet, nõ
afficitur vltimò ſupplicio, ſed in exilium mittatur. ff. ad leg.
Cornel. de ſicar. leg. ſi mulier. Si autem formatum eſſet, vltimo
ſupplicio afficeretur. ff. de pœnis. leg. ſi quis aliquid. §. qui ab-
ortionis, ſecundum Bernard. & Hoſtien. hic. & infra, eo. ſicut.
& Hoſtienſ. in ſumma eodem. titu. §. 1. in fin. & in eadem di-
ſtinctione concordant Goffred. & Ioann. Andr. hic. & Reym.
in ſumma eodem. titu. §. 6. quid ſi aliquis. & frater Ioannes in
3 ſumm. confeſ. hoc titu. quæſtin. 29. quid ſi aliquis. † Et idem
dicunt de illo qui dat mulieri & de muliere, quæ accipit vene-
num, vt faciat abortum: Et de illo vel illa, qui vel quæ dat vel
accipit venenũ, vel ſimile ne fiat generatio vel conceptio: idẽ
Albertus ſuper. 4. ſenten. diſtinct. 31. & Thom. idem Goffr. in
ſumma. eod titu. §. quæritur de his. & Innoc. infra. eod. ex litera
4 rum. † Sic tam ſecundum legem, quam canones, vbi puerperiũ
non eſt formatum non imponitur tanta pœna, ſicut pro ho-
micidio ſecundum Hoſtien. infra. eo. ſicut irregularitas cum
non cõtrahitur niſi actu homo interficiatur iam animatus, vt
in capitu. allega. quod verò. & infra eo. ſicut ex literarum. ſe-
cundum Bernar. hic. idem Vincen. Lauré. & Alanus hic. Licet
contrarium huius videatur notare Ioann. 51. diſtinctio. ſi quis
poſt acceptum. gloſſ. 2. 23. quæſtio. vltim. capitu. vltim. gloſſ.
1. & de pœniten. diſtinct. 1. periculoſæ. gloſſ. & irregulares. vbi
notat quòd ſi quis interfuit bello, vel ſumpſit arma vt occidat,
& per eum non ſtat quo minus occidat, licet non occiderit nõ
admittitur ad clerum, tanq̃ voluntarius homicida, cuius opi-
nio reprobatur. infrà. eod. ſicut ex literarum vt notat Archid.
15. quæſtio. 1. capitul. vltim. glo. argumen. optim. ad quæſtio
nem &c. & 17. quæſtio. 1. capitu. qui bona. §. ſi ergo in magna
glo. 8. colum. verſi. in pœnis autem ſpiritualibus. ibi ſimiliter
pœna irregularitatis &c. & in dicto capitulo, periculoſæ.
Et per hoc dicas, quod ſi volens hominem interficere inue-
niat eum mortuum, & nihilominus caput ſibi amputet, non
eſt irregularis, quod dic plene per Archid. in dicto capit. vlti.
glo. argum. optim. vbi hoc tenet. idem tenet Gen. extra eod. ca
pitu. vnico. ſuper verſic. occidat. in clemen. & per eadem ira
nuiat Archidiaco. 17. quæſtio. 4. omnis. glo. adde tamen ſecun
5 dum Lauren. quòd ratihabitio non inducit irregularitatem. &
Hoſtien. in ſumma eod. titu. §. qua pœna. verſicu. quid ergo de
quo tangam infra. cap. proxi. † In tertio caſu, ſcilicet quãdo du
bitatur vtrum abortiuus fuit mortuus ex illa percuſſione, vel
vtrum fuit animatus necne, tunc dicit gloſ. ſuper Raynald. in
dicto. §. 6. quod ſi probabiliter dubitat, vel credit in hoc dubio
à miniſterio, vel à promotione ſe debet abſtinere, ne periculoſè
committat quamdiu fuerit in hoc dubio. Si autem leuem vel
temerariam habet opinionem, deponat eam ſi poteſt, & ſic po
terit miniſtrare & promoueri aliàs, non. idem frater. Ioann. in
ſumma confeſſ. hoc titu. quæſtio. 30. quid ſi dubitatur, cũ qui-
bus concordat Ioan. And. in dicto. c. ſicut ex literarum. per c.
ad audientiam. & ca. ſignificaſti. 2. infrà eodem.

1 *Occidens iuſtum tria peccata committit.*
2 *Occidere Chriſtianum eſt maius peccatum, quam paganum, 4.*
3 *Occidere paganum eſt maius damnum, quam Chriſtianum.*
5 *Matri occidenti infantem paganum, maior iniungitur pœniten-
tia, quam ſi Chriſtianum opprimeret.*
6 *Conſenſus quadruplex.*
7. *Agentes & conſentientes an pari pœna puniantur. 9. 11.*

8 Peccantibus

8 Preſtantibus qui conſentiunt rei cenſentur.
10 Malefactorem comitans eadem pœna plectitur.
12 Raptores tenentur rapta reſtituere.
13 Raptores plures, an teneãtur quilibet inſolidum, vel pro parte.
14 Rapinæ cooperatores ad quid teneantur. 17. 19.
15 Mandatores, & receptores raptorum, ad quid teneantur.
16 Rapinæ cooperatio quot modis fiat.
18 Rapinæ cooperator ſtrenuior in plus tenetur.
20 Rapinæ participantes ad quid teneantur. 22. 24. 27. 29.
21 Negotium alterius gerens expenſas recipit.
23 Raptoris vxor, quomodo ſe gerat erga viri rapinam.
25 Emptor malefidei rei raptæ debet rem reſtituere, ſine recuperatione precij, nec expenſarum.
26 Emptor bonæ fidei rei raptæ rem reſtituit, ſed precium et expenſas repetit.
28 Præda in iuſto bello, eſt capientis.
30 Emptor prædæ bellicæ an illum reſtituere teneatur. 32.
31 Ignorantia affectata punitur.
33 Ex raptoribus pluribus vno ſoluente alij liberantur quo ad dãnum, & intereſſe.
34 Ex pluribus raptoribus vno ſoluente alij non liberantur à quadrupli pœna, imo omnes inſolidum tenentur.
35 Ex pluribus raptoribus vno liberato à ſpoliato, an alij liberati cenſeantur.
36 Ex pluribus raptoribus vno reſtituente ablata, an alij liberati ſint.
37 Spoliatus recuperans ablata an cedat actiones ſatiſfacienti contra alios raptores.
38 Homicidiorum ſpecies. 39.
40 Detractor eſt homicida.
41 Homicida qua pœna puniatur. 42. 44.
45 Homicidium quot modis committatur. 43.
46 Homicidam quis diſpenſet. 47.
48 Irregularis eſt de iure poſitiuo.
49 Præſentia in duellis capitalibus, an irregularem faciat.

SIcut dignum. §. illi autem. ¶ Hic eſt argum. quòd maius peccatú
eſt occidere iuſtum ſeu ſanctum, quã iniuſtum ſeu
1 paganum, † quia occidens iuſtum & ſanctum, com-
mittit tria peccata, ſcilicet homicidij, & ſacrilegij. argu. huius
literę, quando dicit ſanctum, & irreuerentiæ. argu. hic quando
dicit reuerendum. Quod quidem peccatum irreuerentiæ gra
ue eſt: vt ff. de re milit. l. milites. §. irreuerens pro hoc 23. quæ-
ſtio. 5. ſi non licet. melius. 50. diſtinct. c. de his clericis. s. ibi, ſal
tem paganum occident. vbi diminutio coniunctionis hoc in
nuit, prout ibi notat Hugo. Et hoc expreſſe tenet beatus Th.
articul. 6. argum. 2. quadruplici ratione: Primò, quia agit con-
tra eum & nocet ei quam plus debet diligere, & ita magis agit
contra charitatem. Secundo, quia iniuriam infert ei, qui eſt ma
gis dignus: & ita magis contra iuſtitiam agit. Tertiò, quia pri-
uat communitatem maiori bono. Quartò, quia Deum con-
temnit: ſecundum illud Lucæ. 10. Qui vos ſpernit me ſpernit.
21. diſt. in nouo. & 8. quæſtio. 1. qui vos ſpernit idem tenet Io.
in ſumma confeſ. eod. 11. q. 18. vtrum grauius &c. & hanc opi-
nionem Thom. ponit Archidia. 24. q. ca. ſi habes. glo. adde idẽ
Ioan. de ſauen. Sed in contrarium facit illud. cap. ſi habes. ad fi-
nem. vbi habes quòd maius damnum eſt, ſi vna anima per pec
catum infœlicitatis pereat, quam ſi innumerabilium martyrũ
corpora interficiantur. vbi de hoc per Ioan. in gl. 5. circa quod
2 diſtingue. † Aut quæris quod eſt maius peccatum, & dic quod
occidere ſanctum vel Chriſtianum, quem magis teneor dili-
3 gere, quam peccatorem vel paganum: vt eſt dictum. † Aut quæ
ris quod eſt maius damnum, & dic quod ocidere peccatorem,
vel paganum, quam ſanctum vel chriſtianum: de morte enim
pagani vel peccatoris maius damnum cõtingit, cum moriatur
nedum in corpore, ſed etiam in anima: & maius damnum eſt
in morte vnius animæ quam mille corporum, vt in d. ca. ſi ha-
bes. & 22. quæſtio. 5. ille. Et ideo ad cautelam maior pœniten-
tia imponitur pro pagano, quam pro chriſtiano, quandoque
ſcilicet cum puer occiditur de cuius baptiſmo, & conuerſione
4 magis ſperatur quam de conuerſione adulti. † Si ergo vterque
eſt adultus qui occiditur magis peccatur in chriſtiano, quam
in pagano: & maior pœnitentia eſt iniungenda pro chriſtiano
quam pro pagano, vt in prædicto. cap. de his. Si vterq; eſt puer
ſimiliter plus peccatur in occiſione chriſtiani, ſed propter ma-
ius damnum maior imponitur pœnitentia pro pagano, quam
pro chriſtiano. primi Regum. 2. ca. & in pſal. 173. & recitatur.
49. diſtinct. cap. 2. §. hinc & enim. vbi dicitur pedes ſanctorum
5 ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris cõticeſcẽt. † Si infantem
tunc dic quod maior pœnitentia iniungenda eſt matri quę op
primit filium paganum, quam ſi opprimat chriſtianum. Sed
nonne eadem ratio eſt de pagano adulto, nõ, quia in ipſa mor
te potuit conteri, & quia magis ſperatur de conuerſione pa-
ruuli quam adulti: quia iam tanto tempore noluit conuerti, ſe
cundum Hugo. & Archidi. qui ita notant à ver. circa quod ci-
tra. de conſe. diſtin. 4. rebaptiſare. vbi etiam de hoc per Ioann.

Super eo. c. §. illi etiam. ¶ Hic habes, quòd agentes & conſentientes pari pœna puniun-
tur. de quo per Bern. & Hoſtien. ſupra de offi. deleg. capitu. 1.
6 circa quod diſtingue. vt ibi per eos addendo aliqua † quia qua-
druplex eſt conſenſus ſcilicet negligentiæ, conſilij, cooperatio
7 nis, & authoritatis. † Aut ergo quæris de primo ſcilicet conſen-
ſu negligentiæ, & eo caſu minus peccat conſentiens, quam fa
ciens, niſi fortè negligentia nimis craſſa fuerit: vt in prælato vt
5. quæſt. 1. quicquid inuiſibi. & 83. diſtin. conſentire. & c. nihil
& in iudice infrà de ſenten. excomm. quantæ. ſecundum. Bern.
& Hoſt. ibi: ibidẽm Archi. 83. diſtinc. error. ſuper verbo foue
re. Aut de ſecundo ſcilicet de conſenſu conſilij, & eo caſu mi-
nus punitur conſcientiens, quam faciens, plus tamen quam ne
gligens. 86. diſtinct. tanta. ſecundum Bernald. & Hoſtienſ. ibi.
quod cap. facit cõtra, niſi dicas quod propter ſenectutem, vel
alias cum faciente fuerit diſpenſatum ſecundum Ioann. Andr.
ibi. Et hoc verum: vbi faciens aliàs erat facturus, aliàs par pœ-
na eſt, ſic intellige. ff. de furt. l. qui ſeruo. & hic infra de pœnis
fœlicis. in princ. lib. 6. & in clem. eodem. tit. ſi quis ſuadente. in
princ. Et idem in mandato. ff. mãdati. l. 2. infrà de ſent. excom.
mulieres. ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. & ita intellige qđ
8 ait apoſtolus ad Roma. 1. † Digni ſunt morte non ſolum qui
peccata faciunt, ſed etiã qui facientibus conſentiunt. In tertio
caſu ſcilicet cooperationis. dicunt Berna. & Hoſtien. ibi. quòd
æqualiter peccant facientes & conſentientes vt ibi. ad idem. ff.
ad l. Cornel. de ſicar. l. 3. §. item qui actor. ad l. Pompe. de parri-
ci. l. vtrum. ad l. Iul. pecu. l. ſacrilegij. §. is autem. & C. ad Iul. ma.
l. quiſquis. Sed contra hoc membrum facit expreſſe. C. de nili
agge. non rumpen. l. vnica. vbi ille qui præſtat opem delicto nõ
punitur eadem pœna cum illo qui facit: ſed minori. & ff. de fur
tis. l. is qui opem. in hoc articulo refert Albertus de Gandino
in li. 6. ſub rubrica. de homicidijs. quod in quæſtione facti Bo
noniæ not. Dy. & quidam alij doctores conſulendo diſtinxe-
9 runt. † Aut ille qui opem tulit præſtando miniſterium ſuum
dedit cauſam mortis, & tunc tenetur ipſe vt homicida, & ea-
dem pœna: vt. ff. ad l. Cornel. de ſica. l. nihil intereſt. Aut præ-
ſtando opem non dedit cauſam mortis, & tunc punitur mi-
nori pœna: vt in le. allega. is qui opem. & ſecundum iſtam di-
ſtinctionem intelligunt prædicta iura. ſed contra iſtud vltimũ
membrum facit dicta lex ſacrilegij. §. is autem. ſecundum vnã
10 literam. & lex allega. is cuius ope. in princip. † Item qui comita
tur malefactorem eadem pœna punitur: vt. C. de raptu virgi. l.
vnica. §. pœnas. & tamen iſte non præſtat cauſam: niſi dicamus
quod ille qui eſt cum malefactore, vt violentibus, cum impe-
dire obſtaret, dicatur cauſam delicto præſtare per ea, quæ lege
& not. ff. vi bono rapto. l. 2. §. ex hac: & hoc quãdo malefactor
non erat alias delictum perpetraturus, alias minus punietur:
vt hic: & ita potes intelligere dictam legem. C. de nili agge.
11 non rumpendis. † In quarto caſu, id eſt authoritatis ſeu defen
ſionis magis peccat conſentiens defendendo, & authoritatem
præſtando, quam faciens, & magis puniendus eſt. 24. quæſtio.
tertio, qui aliorum. & 11. quæſtio. 3. quæ conſentit. ſecundum
Berna. ibi. Quod verum ſecũdum Hoſtien. ibi in grauioribus,
puta hæreſi, & ſimilibus: ſi in ciuilibus ſiue minoribus crimi-
nibus habet locum par pœna, vt ibi in textu, qui eſſet aliàs
contra, cum illi ſint principales fautores, & tamen pari pœna
puniuntur. ad hoc. ff. de recepta. l. 1. & 2. C. de his qui latro. oc-
cul. l. 1. & ff. de incen. rui. nau. l. ꝙ naufragium. §. non tantum.
Et no. ꝙ Goſ. qui poſuit hanc materiam. ff. de ſimo. non ſatis.
omiſſo eo, quod hic dicitur de conſilio ponebant pro quarto
caſu conſenſum ratihabitionis. ſ. eius, quod ſuo nomine geſtũ
eſt, allegans ſupra, de reſtitu. ſpoliat. cum ad ſedem in fine. facit
infra, de ſenten. excomu. cum quis. in fin. libro. 6. ſecundum
Ioan. Andr. in c. 1. de offi. deleg.

Super eo. c. §. eos inſuper. ¶ Ad euidentiã gloſſa. Innoc. hic in glo ſolummodo. Si quæris
vtrum & quantum reſtituere teneãtur raptores, & occupãtes

qui ſequuntur raptores ad prædam faciendam:vel qui inducūt
ipſos tyrannos ad rapiendum,& hoc conſilio, adulatione,vel
detractione,vel ſimili cauſa:& generaliter qui ſunt ad reſtitu-
tionem obligati. Diſtingue. Aut quæris de ipſis raptoribus,aut
de illis qui non rapuerunt ſed occupauerunt,ſeu rapinæ conſi
lium vel auxilium dederunt. Aut de illis qui neutrum fecerūt;
ſed de rebus raptis vel occupatis aliquid poſt ea receperunt
32 † Si de raptoribus,dic quod illi tenentur ad omnia rapta, &
occupata per eos,& etiam per alios,etiam ſi de rapina nihil ha
berent.ff.de inſtitu.vi bon.rapto.per totum.ff. de vi & vi arg.
l.1.in principi.de §.illud.& §.quod autem ait, & per totum.C.
vnde vi.le.ſi quando.& per totum.3.quæſtio.1.ca. Deus.§.pa
tet.& per totum.& ſupra,quod metus cauſa.capitu. vltim,vbi
de hoc.& hoc notat Inno.hic in verſicul.ſed ſi conſiliarius:ibi
nec etiam illum qui rapinam fecit etiam ſi de rapina nihil ha-
33 beret.†Quod intellige ſiue ſit vnus ſolus principalis raptor,ſi-
ue ſint plures raptores quaſi pares, quorum nullus inducit aliū
ad rapiendum,nec erat aliquis dominus alterius, ſed quilibet
per ſe:quia ſi tales vadunt in ſimul, quaſi ſit vnus exercitus,
quilibet tenetur inſolidum. Et eſt ratio:quia in tali caſu qui-
libet iuuat alios & facit eos fortiores, & omnes ſunt coopera-
tores.argumen.ff.ad legem Aquil.l.item mela.§, ſed ſi plures.
& l.ita vulneratus.in fin.quod metus cauſa.l.ſi cum.§. final.de
furtis.l.vulgaris.§.penulti.arborum furtim cęſa.le. ſi plures. &
C.de condictio.furti.l.1.& ſupra eodem.§.1.Alias ſi non iue-
rūt ſimul, ſed quilibet per ſe ſeparatim faciebat damnum,qui-
libet tenetur pro eo quod fecit, ita diſtinguit.Raynald.titu.de
raptoribus,rubricella de bellis.§.21.ſed quid ſi principalis. Et
concordat Hoſtienſ.in ſumma de pęniten. & remiſ.§. quibus,
& qualiter,verſicul.quid ſi neuter,& frater Ioann.in dicta ru-
bricella,de bellis.quæſtio.66.vbi dicit quod illud quod dictum
eſt,quod vbi vadunt inſimul quilibet tenetur inſolidum quan
do vnus ſine alio non auderet, vel non poſſet damnum facere
alijs, quilibet tenetur pro parte damni, quod intulit;& idem
34 gloſſ.ſuper Raynaldus.in d.§.21,†Si quæris de illis,qui non ra-
puerunt:ſed occupauerunt tunc. Aut nō fuerunt culpabiles in
aliquo in occupationibus quas alij fecerunt, licet fortè ſimul
concurrerant in occupationibus faciēdis, & tūc ſolummodo
occupata à ſe reſtituere tenentur ſecundum Innocentium hic
in principio. Et potes ponere exemplum de illis qui poſt vio-
lentiam vel rapinam illatam in loco venerunt ad locum depo-
pulatum hominibus,vel quia ſunt interfecti,vel quia fugierūt
& bona ibi exiſtentia occuparūt, vel de illis gartionibus ſeu
mulieribus, q vel quæ inermes ſimul cū raptorib' venerūt,&
tempore violentiæ aliqua occupauerunt. Aut fuerunt culpabi
les in occupationibus,quas alij fecerunt:vt quia ſequentes vel
aſſociantes raptores præſtiterunt auxilium,conſilium, adula-
tionem,vel aliam ſimilem cauſam:& tunc, Aut ſequentes ſiue
aſſociantes raptores ſciunt,vel credunt eos propter eorum ſe-
quelam ſiue corporale auxilium, conſilium, vel adulationem,
vel aliam ſimilem cauſam ad ſe adhibitam rapinam feciſſe,
quam aliàs non eſſent facturi:& tunc tenetur quilibet talis in-
ſolidum,id eſt de toto damno.argument. 83. diſtinctio error.
& capitul.facientis.2.quæſtio, 1.notum. 17.quæſtio, 4. omnes
infra de ſenten.excomm.quantæ. Aut ſciunt vel probabiliter
credunt quod propter ſuam ſequelam auxilium, conſilium,
adulationem,vel detractionem non plus fecerunt ipſi rapto-
res,quam alias eſſent facturi,& tales tenentur de his,quæ inde
habuerunt, vel expenderunt,& etiam de omni damno,quod
ipſi vel aliqui de familia ſua fecerunt directè vel occaſionali-
ter.argumen.ad hæc duo membra immediatè præcedentia,ſu
pra de ætate.& qualit.tuam de re iudic.cum id eſt,& §.infra de
ſenten.excommu.inter alia.11.quæſtio.3.quoniam multos.&
hic ſecundum Raynald.in d. rubricella de bellis. §. 20. qui ſe-
quuntur.vbi ponit hæc duo membra. idem Hoſtienſ. in ſum-
ma.titu.de pęni.& remiſ.§.quibus & qualiter. ver. ſed nunqd
hi,vbi de hoc plene per eum & beatus Thom. in ſumma. 62.
articulo.7.& frater Ioann.in dicta rubricella.de bellis. quæſti.
64.quæro ergo &c.Aut ſciunt, vel credunt, quod raptores vel
tyranni ſine ſequela conſilio,auxilio,adulatione, vel detractio
ne ſeu cauſa ſimili,damnum feciſſent,ſed non tantum:& tunc
tenentur ad id quod probabiliter ſciunt vel credunt eos plus,
feciſſe vel rapuiſſe.ſecundum Hoſtienſ. ibi: & hic,& fratrem
35 Ioan.in d.quæſtio.quæro ergo. † Et idem quod dictum eſt de
culpabilibus, qui tenentur inſolidum,multo fortius intelligas
de his qui defendunt ipſos in errore ſuo,& recipiunt eos in ca
ſtris ſuis. Item & de illis quorum nomine fit rapina ſi ipſi pri-
mo mandauerint,vel nomine ſuo factum, ratum habuerint,
11.quæſtio,3.qui conſentit. & duobus capitu. ſequentibus ſu
pra,de reſtitu.ſpolia.cum ad ſedem.in fin.ſecundum Raynald.
& gloſ.ſuper Raynald.& Thom.& fratrem Ioanne. vbi ſupra.
Item omnis ille,qui dat cauſam totius damni id eſt, ſine quo
non fieret illud damnum,tenetur inſolidum, alias non,vt præ
16 miſſum eſt, † Et quia multis modis quis cooperatur rapi-
næ vel furto, & directè, & indirectè ponit de hoc verſus.
frater Ioanne.in d.quæſtio.quæro,& frater Aſten.lib.1.tit.33.
de furtis.articu.5.Iuſsio,cōſilium,conſenſus, palpo, recurſus,
17 Participans,mutus, non obſtans,non manifeſtans. † Iuſsio hic
principaliter ad reſtitutionem totius tenetur, quando proba-
biliter credit ex ſua iuſsione ſecutam rei ablationem, vel no-
mine ſuo factam ratum habuerit.ſecundum Raynald.& gloſ.
& Thom.& fratrem Ioann. Conſilium, intellige quando ex
hoc ſequitur ablatio vel damnum probabiliter ſecutum credi
tur:tunc tenetur inſolidum:alias non tenetur. ſecundum Ala-
num.Tho.& gl.ſuper Raynald.idem Inno.in princ.verſic.ſi au
tem in his &c.Conſenſus,& intellige de conſenſu cooperatio
nis,talis ſi tantum cooperatur quod ſine eo damnum illud nō
poſſet fieri,tenetur inſolidum: ſin autem ſine eo fieret,reſti-
tuat quantum nocuit ſiue per ſe ſiue per familiam ſuam vel p
ſnos:aut quantum de rebus illis habuit vel expendit. hoc di-
cunt Raynald.& Thom.& Innocen.& Hoſtiē. Collige etiam
ex hoc, quod ſi plures damnum faciunt, & tamen vnus ſine
18 alio vel plures ſine iſto feciſſent,quod tenetur ſoluere pro ra-
ta,id eſt pro portione ſua, hoc eſt quantum contingit eum de
damno vniuerſo ſi non poteſt diſtingui damnum, quod ipſe
intulit ab eo quod alij intulerunt.† In hoc tamen æſtimatio ha
benda eſt,vt qui maiorem timorem incuſsit in plus teneatur:
& in hoc concordant Raynald.& glo.ſuper Raynald. d.titu.§.
21.& Inno.hic in ver.ſed quid ſi multi. & verſicu. alij tamen
in hoc caſu.& Hoſtie.poſt eum.& frater Ioann. in d.quæſtio.
quæro ergo. Sin autē vadit cum raptoribus vel furibus, & nō
cooperatur eis ad aliquod damnum faciendum, nō videtur te
neri in aliquo ſi nihil recepit de illis rebus ablatis. Caueat ta-
men conſcientiæ ſuæ in hoc:quia ſi paratus erat defendere, ſi
forſan illi ſpoliandi res ſuas ab illis prædonibus defendere vo-
luiſſent,& propter ſuam præſentiam & ſociorum eius non au
debant reſiſtere ſpoliantibus, vel domos ſuas incendentibus,
nō poteſt liber eſſe à reſtitutione. Imo etiam, ſi aliqui non ani
mo lædendi vel etiam defendendi lædentes vadunt cum alijs,
ſed animo pacificandi tantum non excuſantur,niſi ſignificent
hoc aduerſarijs:quia alias ſi aduerſarij probabiliter dimittunt
timore eorum, quod ſuas res non defendant, culpabiles ſunt
ac ſi iuuarent.ſecundum Innocen.in verſicu. ſi autem iuit. &
19 ſe. Hoſtien.& fratrem Ioann. in dicta quæſtio. quæro ergo. †
Palpo, id eſt adulator laudans, ſcilicet raptorem, quaſi ſtren-
nuum,hic ſi ex hoc ſecutum eſt damnum tenetur inſolidum:
alias non ſecundum Alanum & Thom.& gloſ. ſuper Raynal.
vbi ſupra idem per oppoſitum intelligas de detractore, vel vi
tuperatore. Recurſus vel receptans,id eſt quando quis eſt rece
ptor latronum vel prædonum, & tuetur eos ne cogantur re-
ſtituere, vel dolo malo celat rem raptam vel furtam, ita quod
ex hoc impeditur reſtitutio, talis tenetur inſolidum ſecundū
Thom.& gloſ.ſuper Raynald.& fratrem Ioan.Participans.ſci
licet in crimine latrocinij,furti,vel rapinæ,ſociando ſe talibus
ad ſpoliandum,hic non tenetur niſi qnātum ad eum peruenit
vel quantum nocet caſualiter vel occaſionaliter,ſi ſine tali aſſo
ciatione fuiſſet rapina facta,vel furtum,alias ſi non fuiſſet te-
netur inſolidum: vt eſt dictum: vel participans in re accepta:
hic illud ſolum tenetur reſtituere, & hoc ſi ſcienter emit vel
recepit,ſecus ſi ignoranter,vt ſtatim ſequitur. Mutus,id eſt qui
videt furtum fieri,& doloſè tacet, cum ſine periculo ſuo ſolo,
verbo poſſet impedire,& non facit,ſimiliter non tenetur reſti
tuere niſi ex officio ad hoc teneatur vt reclamet. Non obſtās,
id eſt qui facto poſſet reſiſtere ſine ſuo periculo, & non facit,
non tenetur,niſi ex officio ſuo teneatur obſtare & non faciat.
& ex diſſimulatione ſua latrones inualeſcant,ſicut ſunt princi
pes qui ex officio tenentur iuſtitiam conſeruare.hęc Th.gl.&
20 frater Io.& frater Aſten.vbi.ſ. † Si quæris de illis qui nec ra-
puerunt nec occupauerunt per ſe, vel aliàs nec iuuerūt nec in
aliquo conſenſerunt,ſed de bonis raptis,vel occupatis aliquid
poſtea acceperunt,ſeu ad eos peruenerunt: tūc Aut ea recepe
runt ignoranter & conſumpſerunt anteq̄ intelligerēt rei veri-
tatem,& tunc non tenentur reſtituere.C.de rei ven.l. certū.ff.
de vſuris.l.qui ſn.§.fin.& duabus.l.ſequē.ſecundum Hoſtienſ.
in d.§.quibus.verſi.quid de his.& fratrem Ioan. in d. quæſtio.
quæro ergo. Aut receperunt ſcienter,vel etiam ignorāter,ſed
antequam

antequam conſumpſiſſent intellexerunt veritatem : tunc, aut
ea receperunt dono, ſeu alio titulo lucratiuo: aut emptione ſe
alio titulo oneroſo. Si dono vel alio titulo lucratiuo. tunc Aut
tales non agunt cauſam ſpoliatorum mouendo, & inducendo
pro poſſe ipſum raptorem ad reſtitutionem faciendam, & tūc
tenentur præciſe ad reſtitutionem ſecundum Raynaldum. in
dic. §. 21. & Hoſtienſ. in dicto verſicul. quid de his. & fratrem
Ioan. in dicta rubricella. de bellis quæſtio. 67. argumen. ff. ſi cer
tum peta. l. ſi & me & Titium. de condi. indebi. l. nam natura.
Aut agunt cauſam ſpoliatorum mouendo, & inducendo pro
poſſe ipſum raptorem ad reſtitutionem faciendam, vt puta
vxor & cæteri familiares, qui inde comedunt, bibunt, & in-
duunt, vel alios vſus neceſſarios expendunt, & qui ipſum mo-
21 uent, vt eſt dictum: & tunc non tenētur. † Nam qui negocium
alterius gerit, vtiliter licitè recipit expenſas: & hoc ſiue ſecu-
ta fuerit vtilitas ſiue non. argumen. 11. quæſti. 3. quoniam mul
tos infrà de ſenten. excommu. inter alia. & c. cum voluntate ſu
pra de accuſationibus. ex parte. ff. de nego. geſtis. l. Pomponius
22 2. & l. ſed an vltro. † Vnde & fratres prædicatorum, qui vadunt
ad raptores, vt eos inducant ad pœnitentiam, & reſtitutionē
faciendam, ſiue hoc faciant in generali prædicatione, ſiue in
ſpeciali excuſantur, ſi comedant apud illos : & hoc verum ſi
ſpes probabilis ſit de correctione illius, & ſi propter eorum
expenſas non ſubtrahatur ei facultas reſtituēdi vel in toto, vel
in magna parte, argum. 2. quæſtio. 6. anteriorum. §. illud, hæc
Raynald. & frater Ioann. Et hoc verum ſecundum gloſſ. ſu-
per Raynald. & frater Ioann. de his quæ comedunt eo tempo
re quo circa talium correctionem laborant, non autem credūt
quod vxor & familia poſsint viuere totum annum de rebus ra
ptis, pro vna monitione vel duabus: ſed quādiu inſtant conti
nuè horis oportunis pro reſtitutione facienda tamdiu licet
vti rapina: ſed ſi nulla ſit ſpes correctionis, tunc ſecundum
Raynaldum & Hoſtie. vbi ſupra, & fratrem Ioannem. 3. quæ-
ſtio. 68. quod ergo &c. vxor & familia, ſi ſit aliqua, de iuſto vi
uant de illis. ſi non quærant victum ab amicis vel conſangui-
neis vel alijs perſonis honeſtis, vel quærāt victum proprijs ma
nibus ſeu hoſtiatim. & nullo modo comedant de rapina. Si ve-
rò vxor nihil inuenit, nec ab amicis nec aliūde, vel maritus ita
crudelis eſt, quod non permittit eam comedere niſi de rebus
23 raptis † tunc ſecundum eos habet triplex remedium. Primò,
quod viuat de dote vel ſponſalicio. Secundum, quod denun-
ciet talibus, qui maritum compeſcant vel etiam Epiſcopo.
2. quæſtione. 1. ſi peccauerit. 22. quæſtione. 5. hoc videtur. Ter
tium eſt, quod vbi aliud facere non poteſt ex quo ita arctata
eſt, poterit inde comedere, nec tenetur: quia tempore neceſſi
tatis tantæ etiam à furto excuſaretur in totum, licet ſi pericu
lum mortis non immineat aliquod peccatum committeretur,
& ideo pœnitentia adiungeretur. ſic intellige infrà de furtis. ſi
quis propter. neceſſitas enim legem non habet. de conſecra. di
ſtinctio. prima ſicut. 2. quæſtione. 5. diſcipulos. Semper tamen
tutius eſt quod talis rem reſtituat, ſi poteſt: & ad cautelam bo-
num eſt pœnitentiam agere. argumen. ſupra de homicidio. c.
2. 5. diſtinctio. ad eius verò, proponat etiam in animo, quòd
quam cito poterit illud reddet. gloſſ. tamen ſuper Raynaldum
dicit, quod quamuis vxor de rapta in ſpecie, de boue, vel oue
rapta, vel fœtu eius etiam nato vel concepto apud raptorem
niſi caſu vltimæ neceſſitatis comedere nullo modo debeat, ta
men de re empta, & de re rapta poterit comedere, etiam ſine
caſu vltimæ neceſſitatis, tamen cum propoſito reſtituendi.
Sed frater Vorilon in ſumma ſua dicit, quod non tenetur re-
ſtituere niſi ipſe raptor ſit non ſoluendo. pro quo facit. ff. de
furtis. l. qui vas. §. vltimo. vbi dicitur quod res empta de pecu-
nia furtiua non eſt furtiva, cum vendens voluntariè rem tra-
dendo dominium ipſius tranſtulerit. inſtitutio. de rerum diui.
§. per traditionem. Item licet gloſſ. ſuper Raynald. dicat quod
non licet vxori vti rebus permixtis cum rapina taliter, quod
non poſſunt diſcerni ab eà. Frater vorilon tamē contra dicēs,
quod non ſolum vxor licitè poteſt vti huiuſmodi rebus per
mixtis, ſed etiam quicunque alij quibus vir de ſuo daret, niſi
per hoc fieret non ſoluendo, pro hoc facit. ff. de ſolutionibus.
l. ſi alieni. primum tamen tutius eſt animæ. argumentum. ff.
de rei vendica. l. ſi frumentum. in principi. & inſtitu. de rerum
24 diui. §. quod ſi frumentum. † Sequitur de illis qui ea receperunt
titulo emptionis, vel alio oneroſo, & tunc refert ſecundum
Raynaldum. in §. 22. & Hoſtien. in dicto. §. quibus. verſi. quid
de præda. & frater Ioanne. in dicta rubricella. quæſtio. 69.
de his &c. Aut ſciebant rapinam eſſe, aut probabiliter crede
bant, aut ſciebant vel credebant de iuſto eſſe, vel de hoc nihil
cogitabant, ſcilicet vtrum eſſet rapina vel non, & quod dico
de rapina idem intellige de furto in primis duobus caſibus, re
25 fert. † Aut emit quis màla fide, id eſt vt ſibi acquireret, & tunc
tenetur indiſtinctè ad reſtitutionem, nec liberatur alienando
rem in alterum, vel etiam ſi rei pareat morte, vel alio caſu ſi-
mili, vel ſi ſibi violenter auferatur, vel furtiuè ſubtrahatur, vel
quomodcunque amittatur, quo minus teneatur reſtituere pre
cium, ſed quod plus valuit à tempore quo emit, vel plus ven-
didit quā emerit, & quicquid ex re habuit vel habere potuit,
nullas expenſas deducendo, nec precium quod dedit repeten-
do, quia talis cōtrectando alienam rem furtum committit, &
ſemper in mora eſt. ff. de condict. furti. leg. ſi pro fure. §. condi
tio. & l. in re furtiua. §. 1. commodati. l. ſi vt certo. §. ſed inter-
dum. C. de rei vendicatio. leg. certum. Et quod dictum eſt de
primo emptore intellige de ſecundo, & milleſimo, ſi per ma
nus tranſiret res talis cum mala fide, vt dictum eſt de primo
emptore. ff. de minoribus. leg. ſed vbi. de petitio. hæredita. leg.
ſed & ſi, lege com. § ſiue autem. Et quod dictum eſt quod fur
vel raptor non deducit expenſas ſuas nec operas, intelligit fra
ter Ioann. ibi in foro iudiciali, in foro autem pœnitentiali nō,
credo hunc rigorem eſſe ſeruandum, iniquum enim eſſet ali-
quem locupletari cum damno alterius poſtquam ei plene ſa-
26 tisfactum eſſet de damno illato. † Aut quis emit bona fide, id
eſt voluntate reſtituendi quaſi gerens vtiliter negocium illius
cui fuerat res ablata, quam ipſe videbat perire, vel in talem ca-
ſum deuenire, quod nunquam poſſet poſtea recuperari, vel ſi
poſſet non ſine magna difficultate, & dicunt tunc Raynaldus
in dicto. §. quibus. verſicul. quid ſi quis. & frater Ioann. 3. quę-
ſtio. 73. quod de emptore &c. quod poteſt à ſpoliato petere il
lud quòd dedit pro ipſa re bona fide, & etiam quicquid expen-
dit poſtea ad cōſeruationem, illius rei, etiam ſi res illa ſine cul-
pa ſua poſtea pereat, vel amittatur. niſi fortè cum illa re lucra-
tus eſſet aliquid vnde poſſet facere dictas expenſas. Et breui-
ter quicquid ſibi adeſt ex illa re vt penſio, merces, fructus, vel
ſimile, illa tenetur reſtituere. & quicquid ſibi abeſt vt precium
& moderatę expenſę poteſt repetere vel cum eo quod ex ip-
ſa re ſibi aduenit vſque ad concurrentem quantitatem com-
penſare, & eſt ratio huius, quia vtiliter geſsit negocium illius
ſpoliati, vt in ſimili caſu ſupra dictum eſt. Nota etiam ibidem
quod licet in iudicio animæ credatur tali emptori de conſcien
tia ſua, in iudicio tā contentioſo non crederetur ei niſi publi
cè hoc proteſtaretur. argumen. ff. de nego. geſtis. l. neſennius.
C. de furtis. leg. ſecunda ſupra vt eccleſi. bene. capitu. vnico. ſi
autem iſte bonę fidei emptor poſtquam emerat ad reſtituen-
dum vt dictum eſt, fecit inquiri diligenter & non potuit in-
ueniri cuius eſſet res illa, Dicit Raynald. ibidem hoc conſulo,
quod quicquid res illa valet vltra id quod iſti emptori debetur,
cum authoritate eccleſiæ erogetur in pias cauſas pro anima
illius cuius res fuit: & cōſulo quod hoc publicè fiat vt euitetur
omnis ſuſpicio, & ſic erit liberatus, quia etiam in hoc geſsit vti
liter negotium illius. ad hoc decima ſecunda quęſtione ſecun
da. quicunque. circa finem. idem Hoſtien. Et quod dicit Ray-
naldus conſulo, quod erogetur &c. credo quod non ſolum ſit
conſilium ſed neceſſitas, & in hoc concordant Hoſtien. & fra
ter Ioannes, qui dicunt quod fieri debet, hoc tamen ſi pauper
eſſet vt dicunt, ſibi relinqui poſſet à prælato ſicut alij pauperis.
27 † In tertio caſu, quando emptores ſciunt venditorem ex iu-
ſto bello habuiſſe prædam, certum eſt, quod licitè poſſunt
28 emere, nec tenentur ad reſtitutionem † cum eo caſu præda ſit
capienti, vt probatur primo diſtinctio. ius gentium. 23. quæ-
ſtio. 7. ſi de rebus. ſecundum Raynaldus Hoſtienſ. & fratrem
29 Ioannem. † In quarto caſu, ſcilicet quando neſciebant eſſe de
iuſto bello, ſed credebant, non tamen ita erat, refert. Aut pro
babiliter, nam & omnes vicini, vel maior pars, vel ad minus,
ſapientes ita credebant, & tunc emptor non tenetur reſtituere
durāte bona fide, ſed ſi poſtea ſciat rē eſſe de rapina debet reſti
tuere, & ſi per ſententiā iudicis reſtituat poterit à venditore
etiā inuito precium repetere duodecim. quæſtione 2. vultera
ne. Si verò ſine iudicio, tunc nihilominus in foro pœniten-
tiali tenebitur ſibi venditor ad intereſſe, ſed in iudicio conten
tioſo non poteſt cogi ad hoc. ad hoc. ff. de euictione. ſi rem
ſupra emptione, & venditione. capitulo, ſi venditori. ſecun-
dum eos. Aut improbabiliter, vt quia temere credebant vel
ignorabant ignorantia craſſa & ſupina, vel propter fatuam ſim
plicitatem, nihil ſuper hoc cogitabant, & tunc tenentur ad re
ſtitutionem a. r. j. de clerico excōicato, depoſito, vel interdicto
miniſtrāte. apoſtolicæ. & dicit craſſa & ſupina ignorātia, quan
do communiter alij vicini omnes vel maior pars etiā paucio-

res, ſed ſapientiores dicebant, & credebant, quod res eſſet de
præda & bello iniuſto.ff.de verborum ſignifica.latæ culpæ, vel
quando eccleſia publicè hoc prohibebat: & tales publicè ex-
communicabat.12.q.2.quæ ab humanis ſupra de ordi. ab Epi
ſcopo.capitu.1 in fi.& c.2.ſecundum eoſdem Raynal. & Ho
30 ſtien.& fratrem Ioannem. † Et ad hoc vt ſcias plenius hanc
diuerſitatem diſcernere, diſtingue cum Auguſtino in raptore
à quo iſti emunt: quia aut ille qui bellum mouebat erat domi-
nus: & tunc dic vt dicam infra de cleric.pugnan.in duello, aut
erat ſubditus qui mouet bellum pro domino ſibi mandante: &
tunc, Aut ſcit iuſtum bellum, & tunc non tenetur reſtituere.
Aut ſcit iniuſtum, & tunc tenetur reſtituere. quia plus debuit
timere Deum quam hominem. Aut probabiliter dubitat, &
tunc non tenetur ſed excuſatur propter bonum obedientiæ: li
cet dominus peccet contra Deum malè præcipiendo.23.quę-
ſtione.1.quid culpatur, ſecundum eos. Quod verum ſecundũ
Hoſt in ver.quod ſi probabiliter ſi inquiſiuit quantũ potuit, &
31 peritiores conſuluit, & ſemper dubius remanſit, † alias affecta
tor ignorantiæ ſicut non expers ſcientiæ puniretur, ſupra de
clandeſtin.deſpon.cum inhibitio.§.ſi quis verò. Nec excuſa-
tur propter metum amittendi feudum, vel incurrendi dam-
num aliud temporale. 32.quæſtio.5.ita ne, licet metus in par-
te culpam attenuet quo ad pœnitentiã iniungendam ſupra, ꝙ
met.cau.facis. Et cum ad bellum requiratur authoritas iuris
& iudicis, poteſt dici, quòd ſi iudex errauerit ad pugnantis,
conſcientiam recurratur, quo caſu poteſt habere locum diſtin
ctio dicta in foro pœnitentiali: ſecus in contentioſo vbi error
aperte detegeretur ſuo tempore ſecundum Hoſtien. idem fra
ter.Ioan.in d.q.73. & in his concordat frater Aſten.libr. 1.tit.
de ſeptimo præcepto.articul.6.& ſeq.vbi tractat de iſta mate-
32 ria & de materia diſtinctionis ſequentis. † Sed contra præmiſ-
ſa videtur, quod non liceat debitum repetere. Matthæi.5. Et
qui voluerunt tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam
tollere, dimitte ei & pallium.ad idem Lucæ.6.Qui aufert quę
tua ſunt ne repetas: & qui aufert tibi veſtamentum & tunicam
noli prohibere. Reſpondeo hoc non licet ſub iudice infideli.
1. Corinth. 6. Audet aliquis veſtrum habens negocium ad-
uerſus alium iudicari apud iniquos. gloſſa.1.infideles qui ſunt
qui fidelibus quocunque modo poſſunt: ſub fideli autem iudi-
ce poteſt quis repetere. vel illud maximè pertinebat ad eccle-
ſiam primitiuam: vel illud propter vitandum ſcandalum, quod
dic vt not Aſten.libr.1.titul.de præceptis euangelicis. articul.
5.vbi etiam dicit quod quamuis liceat repetere ſua in iudicio:
non tamen expedit omnibus: primo propter honeſtatem. Pro
uerb.20.Honor eſt homini qui ſe ſeparat à contentione. ſecun
do propter pacis conſeruationem. Chryſoſtomus: Omne iu-
dicium irritatio cordis eſt: tertio propter multorum peccato-
rum vitationem. 1. Corinth. 6. Et transſumptiuè legitur.14.
quæſtio.1.in ſumma iam omnino delictum eſt in vobis quod
iudicium habetis inter vos. Chryſoſtomus. Difficile eſt rem
dimittere: ſed difficilius eſt de iudicio ſine peccato exire. quar
to propter aduocatorum malignitatem. pſalm. Tota die iniu-
ſtitiam cogitauit lingua tua.

Super eo.c.& eo. §. ¶ Si quæris vtrum de plu-
ribus raptoribus, vel alijs qui
tenentur inſolidum, vno ſatisfaciente vel liberato de toto dã-
no rapinę alij liberantur: & vtrum is qui ſuum recuperat de-
beat cedere actiones ſuas ſatisfacienti contra alios. Diſtingue.
Aut quæris de primo, ſcilicet vtrum vno ſatisfaciente vel libe
rato, alij liberentur: & tũc, Aut quæris vtrum liberentur quan
tum ad ſpoliatum ſeu damnum paſſum, & reſpectu ipſius
tantum: aut vtrum liberentur etiam quantum ad ſatis-
factionem, ſeu liberatum, & reſpectu ipſius. In primo
caſu refert, aut quæritur de liberato per ſatisfactionem
per eum ſpoliato ſeu damnum paſſo, legitimè factam: aut
per abſolutionem ſeu remiſſionem per ſpoliatum liberaliter ſi
33 bi factam. in primo caſu refert. † Aut quæris vtrum alij liberen
tur quo ad damnum vel intereſſe: & tũc ſi vnus ſatisfecerit in-
ſolidum ſiue ſit principalis ſiue alius, cæteri omnes liberentur.
argumen.ff.de eo per quem factum eſt.l. prima. §. ſi plures.ff.
de regulis iuris.l.bona fides infra de regulis iuris.c.bona fides
libro ſexto. ſecundum Raynaldus.titu.de raptoribus.rubricel
la, de bellis.§.21.idem Beatus Thomas in ſumma quæſtio.62.
articulo.7.& frater Ioannes in ſumma confeſſ.titul.de rapto-
ribus.rubricella, de bellis quæſtio. 65. ſed quid ſi &c. & Ho-
ſtien. in ſumma titul. de pœni. & remiſ.§.quibus & qualiter.
verſic.ſed quid ſi vnus &c. Et vt dicit gloſſ.ſuper Raynald.in-
tereſſe hic comprehendit & expenſas & incommoda quæ in-
currit quis occaſione damni ſibi illati. pro hoc facit quod legi.
& nota.C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profe.l. vnica.
34 † Aut quæris quo ad pœnam quadrupli, & tunc licet vnus ſatiſ
fecerit de vno quadruplo, nihilominus adhuc poteſt inſolidum
quilibet conueniri, cum ſit pœna.ff.de iuriſdictione omnium
iudicum.l.ſi quis id quod.§.vltim.& l.ſequenti, ad legem Aqui
liam.l.item mela.§.ſed ſi plures.12. quæſtio.2. cum deuotiſſi-
mam. ſecundum eos. Vnde conſulo quod de hac pœna quili-
bet humiliter miſericordiam & remiſſionem petat: maximè
cum illa detur pro iniuria: vt in capitul.illo, cum deuotiſſimã.
ſecundum Hoſtienſ. & fratrem Ioannem. Licet gloſſ. ſupra
Raynaldus & Thomas articulo.3.dicant, quod conſilium eſt
bonum, non tamen neceſſarium, quia huiuſmodi pœnæ non
debentur, niſi tunc demum cum fuerint adiudicatæ. Et ad
præmiſſa facit quod notat Hoſtienſ. ſupra, quod metus cauſa.
capitulo, ſecundo vbi dat doctrinam, quod vno ſoluente alij
obligati liberentur, quando perit actor quod ſibi abeſt, & eis
adeſt, vel quando pœna pro priuato commodo eſt inducta: ſe
cus ſi petitur, quod eis non adeſt, vel cum pœna pro publico,
commodo eſt inducta, vel eſt pura pœna, de quo vide ibi per
35 eum, & per Ioannem Andream in dicto capitul. bona fides. †
Si quæris de liberato per abſolutionem, remiſſionẽ, ſeu quit-
tationem per ſpoliatum liberaliter ſibi factam. tunc refert ſe-
cundum Innocentium hic in verſicu.imo plus videtur. & ſe
quenti. Aut ſpoliatus dimittit ſeu remittit raptori liberaliter,
& tunc credit conſiliatorem liberatum, quia liberatus eſt ille
qui primo & principaliter tenebatur, & qui res habuerat, aut
remittit conſiliario, ſeu conſiliarius abſolutus eſt per ipſum
ſpoliatum, & tunc non credit liberatos alios ad quos res perue
nerunt, niſi expreſſe intellexerit eos liberare, neque etiam il-
lum qui rapinam fecerit etiam, ſi de rapina nihil habuerit, qa
naturaliter & etiam de iure diuino conueniens eſt, quod ſubla
to principali tollatur acceſſorium, ſed non econuerſo ſupra de
conſtitutio. tranſlato.C. de vſuris.l. eos infra de regulis iuris.
capitu.acceſſorium.libro.ſexto. Et quod dicit Innocentius de
conſiliario, idem intelligo de adulatore, detractore, ſeu quoli-
bet alio à principali raptore ad quem res non peruenit, cum ſit
eadem ratio.argumen.ff.ad legem Aquiliam.l.illud. de fonte.l.
vna.extra de officio vicarij.capitul. vnico.in clementinis. & in
hoc concordat frater Ioannes in dicta rubricella. quæſtione.
36 65.ſed quid ſi principalis &c. † Si quæris vtrum vno liberato
alij liberentur etiam quãtum ad ſatisfacientem ſeu liberatum,
tũc refert inter illos qui ſunt principales in facto, vel ad quos
peruenit aliquid de rapina, & alios conſiliarios ad quos nihil ꝑ
uenit de rapina. Nam primi tenentur reſtituere ſaltem id, quod
ad eos peruenit illi ſatisfacienti ſeu liberato, ſecundi verò ad
quos nihil peruenit non. & hoc videtur notare Innocentius
hic in verſicul.imo plus dicimus &c. dicens quod etiam ſi libe
raliter liberetur principalis raptor, non propter hoc liberatur,
conſiliarius quin debeat reſtituere, ſi quid ad eum peruenit
de rapina, niſi alius pro eo ſatisfeciſſet. nam hoc caſu in conſi-
lio animæ dicendum eſt conſiliario, quod ſatisfaciat illi princi
pali, qui pro eo ſatisfecit non offenſo cui iam ſatisfactum eſt,
ſecus autem fieret in iudicio. Et in hoc ſatis concordat Tho-
mas in ſumma, articulo ſeptimo dicens, quod principaliter te
netur reſtituere, qui eſt principalis in facto principaliter qui-
dem præcipiens, ſecũdario autem exequens & conſequenter
alij per ordinẽ. Et ſi principalis ſoluit alij ſunt liberati, ſcilicet
qui fuerunt ab eo ad damnũ faciẽdum inducti, ſi alius reſtituit
illi qui ſunt principales in facto, & ad quos res peruenit tenen
tur illi reſtituere. cum Innocentio & Thoma concordat fra-
37 ter Ioannes in dicta quæſtione ſexageſima quinta. ¶ † Sequi-
tur de ſecundo principali, ſcilicet vtrum is qui ſuum recupe-
rat, debeat cedere actiones ſuas ſatisfacienti contra alios qui
damnum dederunt, & tunc dicit Ray.ꝙ ſi c in iudicio aĩæ, ꝗ-
uis in iudicio contentioſo nõ teneaṫ, niſi fortè, is qui ſatisfacit
inſolidum principalis eſſet, vt ſic nõ ab vno inſolidũ, ſed à plu
ribus ꝓ partibus exigaṫ. In foro aũt cõtentioſo non videt qua
fronte is qui ꝑ propriam punitur contumaciam, poſſit pe-
tere ceſſionem.ff.de adminiſtra.tuto.l.ſi plures.2.de tutela. &
rõni.diſtra.l.1.§.nunc tractemus. hæc Raynal. Sed quod dicit
de ceſſione facienda in iudicio animæ, non vr̃ fructuoſum
multũ, cum nec ex tali ceſſione agi poſſit, niſi velis intelligere
qđ de volũtate cõfitẽtis publiceṫ, ſed nec ex hoc in foro cõtẽ-
tioſo agi poterit obſtãtibus legibus proximè alleg. Dicas ergo
ſecundum Hoſt.in dicto.§. quibus & qualiter. ver.ſed nũquid
is. quod ſiue ceſſio facta ſit, ſiue non, alij qui nihil ſoluerunt
ad reuelãdum illum qui inſolidum ſatisfecit, pro ſuis partibus
ſunt

ſim efficaci: et inducendi:nam ſoluẽs vtiliter geſsit negociũ,
eorum: ergo tenentur habere ratum quod fecit, & eis ſatiſfa
cere.argu.ff.de nego.geſt.l.cum pecuniam. & l.ſoluendo. & l.
Pomponius.in fin.& l.ſeq.

Super eo.c. in glo.

¶ Nota quod voluntas. Si quæris vtrum & in quibus
voluntas reputatur pro facto, Diſtingue vt dixi ſupra,de eo
qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.c.1.

Super.eo.c.in glo non dimittitur.

¶Si quæris vtrum dimittatur peccatum antequam reſtitua-
tur ablatum. Diſtingue vt dicam infrà de vſuris.c.cum tu.

Super eo.c.in glo.vel alias inanis.

¶Si quæris vtrum ille qui tenetur ad pecuniam ſeu aliquod
pecuniarium, & non poteſt ſoluere debeat luere in corpore.
Diſtingue vt dixi ſupra de dolo & contumacia.cap.finem liti-
bus diſtinctione.2.

Super eo.c.§ eos.

¶Gloſſa nota. quòd homici-
dium.Si quæris ad euidentiam
huius materię,quot ſunt ſpecies homicidij: & qua pœna pu-
niatur, & quis cum homicida valeat diſpenſare. Diſtingue.
38 † Aut quæris de primo. ſcilicet quot ſunt ſpecies, & dic quod
duæ principales,nam aliud eſt ſpirituale:aliud corporale. Spiri-
tuale eſt quo quis ſpiritualiter, & quadam iuris fictione occi-
ditur: quod fit quinque modis.ſcilicet odiendo,detrahendo,
malè conſulendo,nocendo, victum ſubtrahendo. De primo
habes.1.Ioannis.3.capitulo & 6.quæſtione.1. capitul. ſumma
39 iniquitas.omnis q detrahit fratri ſuo homicida eſt: & omnis
homicida non habet partem in regno Chriſti. Item de pri-
mis quatuor habes de pœniten. Diſtinctio.1.homicidiorum.
omnis iniquitas noli putare.& capitul.homicidiũ.& de quin-
to habes. 86. diſtinctio.paſce. Et iſtos quinque modos ponit
Raynaldus in ſumma. eod. titulo.§.2. & 3.& quodlibet iſto-
rum eſt mortale,vt in iuribus alleg.& notat Archidiacon. qui
40 in præmiſsis concordat.23.quæſtione 5.cum homo.glo. †Sed
Goffred.& Hoſtien.in ſummis ſuis.§.2.ponunt.octo modos:
quia ſubdiuidunt nocumentum in iniquitatẽ, oppreſsionem,
& iniuſtitiam, quod in idem recidit. Corporale homicidium
eſt, quo homo corporaliter occiditur: & hoc committitur
dupliciter .ſ. lingua, vel facto. Lingua tribus modis ſcilicet
pręcepto,cõſilio,defenſione,vt 50.Diſtinctio ſi quis viduam.
de pœniten. Diſtinctio.1. periculoſæ. ſecundum Raynald. &
Goffred. Et poteſt poni exemplum de defenſione, vt cum
aduocatus, defendit reum in cauſa criminali vbi accuſa-
tor ſi non probauerit tenetur ad talionem.ff.de accuſa.libello-
rum.2.quęſtio.8.capitul.quiſquis.capitu.qui crimen. & capit.
libellorum.C.de accuſa.l.penulti.& vltimo. & ſupra de accuſa.
ſuper his.Item ſi quis vadat ad occidendum, & tu eum ſcien-
ter aſſocias,nõ tamen ad hoc eum inducis, ſed ex animo tetra
his,cum tamen noli acquieſcere tibi timens,tamen de eo ni-
hilominus eum aſſocias cum voluntate defendendi eum: ſi qs
inſequeretur eum, & ſi per te aſſociatus committit homici-
dium,homicida es argument. ſupra.eod.§.illi qui.nec poteris
promoueri. Sic intellige quod defenſione committitur homi
cidium infrà.titul.2.capitu. Henricus. ſecundum Hoſtien. &
Aſten.libr.6.titul.de modeſtia ordin.articulo.8.quæſtio. quid
ſi quis vadat.Facto fit homicidium quatuor modis ſecundum
Raynaldum & Goffre.ſcilicet iuſtitia,neceſsitate,caſu,& vo-
luntate.Iuſtitia,vt cum iudex vel miniſter reum iuſtè cõdem
natum occidit.33.quæſtione. 5.ſunt quædam. capitul. rex de-
bet.& capitu.cum homo. & per totum. de alijs modis ſtatim
41 ſequitur.†Aut quæris de ſecundo.ſcilicet qua pœna puniatur,
& tunc refert ſm Ray.hoc tit.§.4. & ſm Goff.in §. pœna.&
Hoſt.in §.qua pœna.& fratrem Ioannẽ in ſumma confeſ. hoc
titulo.q.21.quæ ſit pœna. Aut quæris quæ eſt pœna homici-
dij ſpiritualis,& dic quod pœnitentia. pro hoc 2. quæſtio.3.§.
hinc colligitur. Aut quæris quæ eſt pœna homicidij corporali
ter: & tunc, Aut quæris de Papa,& dic quod ille non poteſt ir-
regularitatem canonicam incurrere,argumen. eorum quæ le-
guntur & notantur ſupra.de conceſ.præben.propoſuit, vt no
tat Hoſtien.infra,de ſagittar c.vnico. Aut de alijs: & tunc re-
fert.Vnde ponit Hoſt.hic verſus. Lingua,cõſilio,pcepto,per-
42 dis & actu,velle neceſſe caſu duo bis diſtingue ſuprema. † Ad
quorum euidentiam eſt notandum, quod homicidium duo-
bus modis committitur: lingua, ſcilicet & conſilio, vt poteſt
videri in aſſeſſore & quouis exhortatore, præcepto vt in iu-
dice & in vtroque iſtorum caſuum homicida fit irregularis:
vt hic.& ſupra.eodem.§.qui verò.& in capitul.allega. ſi quis vi
duam.& infrà de pœnis,quod in dubijs.& hoc eſt, quod dicit
primus verſus. Lingua,conſilio,præcepto, hoc eſt, ſi tu com-
mittas lingua, id eſt conſilio, vel præcepto perdis executio-
nem ordinis iam ſuſcepti,nec potes ad ſuperiores promoueri
ſupra de temporal.ordin.capitul.final. quod intelligo etiam ſi
occaſione mali conſilij vel præcepti ipſemet cui conſulitur
vel præcipitur occidatur: vt dicam infrà eodem de cætero.
Actu verò committitur tribus modis. ſcilicet voluntate ne-
ceſsitate: vel caſu. & hoc eſt quod dicit finis primi verſus, &
principium ſecundi verſus ibi. Et actu, velle, neceſſe, caſu,id
eſt actu cõmittitur,voluntate,vel neceſsitate,vel caſu,& ſub-
audi in vtroque perdis. ſed cum diſtinctione: quia in neceſſa-
rio & caſuali diſtinguitur: & hoc eſt, quod dicit finis ſecundi
verſus,duo bis, diſtingue ſuprema:duo ſuprema ſunt neceſsi-
tas,& caſus, qui diſtinguũtur:ſed ſupremum,ſcilicet caſus bis
diſtinguitur: vt infrà patebit.hi omnes modi tanguntur infrà
de clericis pugnan.in duello.capitul. ſecundo ſecundum Ho-
43 ſtien. † Si actu voluntario quis committit homicidium, in-
diſtinctè irregularis fit, & non ſolum non debet promoueri,
ſed in perpetuum debet deponi,ſiue facto committat homici
dium ſiue præcepto,ſiue conſilio: vt hic: & in capitul.allega. ſi
quis viduam.& lingua ſine adhortatione ſupra eodem. §. qui
verò,infrà de pœnis,quod in dubijs.de peniten. Diſtinctio.1.
periculoſę.etiam ſi paganũ interficiat vel ſarracenum.50.Di-
ſtin.clericũ.& c.de his clericis.ſm Berna.& Hoſt.hic & Hoſt.
in ſumma eod.tit.§ qua pœna.& Goſ.in ſumma.eo.ti.§.pœna.
Et eſt ratio triplex. Prima quia Deus noluit quod Dauid,quia
ſanguinem effuderat ædificaret domum:ſed Salomon eius fi-
lius, vt habetur.3.Regum.7. Secunda,quia ordines referũtur
ad eucbariſtiæ ſacramentum, quod eſt ſacramentum pacis fa-
ctę nobis per effuſionem ſanguinis Chriſti: homicidium ve-
rò maximè contrariatur paci: & homicida magis conforma-
tur occidentibus Chriſtum quam ipſi Chriſto occiſo,cui de-
bent omnes miniſtri prædicti ſacramenti conformari. Tertia,
propter deteſtationem & horrorem effuſionis ſanguinis,pro-
pter quod etiam dominus Noe & filijs eius prohibuit,ne ede
rent carnes cum ſanguine. Geneſ. 9. Et dic quod intelligitur
aliquis conſilium,vel mandatum, vel factum dediſſe in morte
alicuius,q ſuaſit illud vel rogauit vel mãdauit, vel alias conſu-
luit oſtendendo vtilitatem quæ ex homicidio ſequeretur: vt
hic: & notant Innocentius & Hoſtien.infra eodem. ad audien
tiam.& Specul.titul.de legato.§. iuxta. verſicul. ſed quæritur,
quando occaſione.vbi de iſta materia plene per eos. idem Ar-
chidiaco. infra. de pœnis. capitul.fœlicis. ſuper verbo conſi-
44 lium.libro ſexto. † Item etiam ratihabitione committitur ho
micidium, ſcilicet quando quis habet ratum homicidium no-
mine ſuo commiſſum.argumen.ſupra de ſimo.ſicut tuis.ff.de
vi & vi armata.l.1.§.quotiens.1.q.4. quia prælatus. vt no-
tant Ioannes & Archi.50.Diſtinctio ſi quis viduam. & Goff.
infra de exceſ.prælatorum.ex literis.& Archi. 17.quæſtio.4.
capitul.omnes in gloſſ.adde tamen ſecundũ Lauren. &c.quod
45 dic vt ibi. † Si neceſsitate:tunc. Aut neceſsitas illa fuit euitabi-
lis; & tunc eſt irregularis,ita quod ad ſuperiores ordines non
poteſt promoueri,nec in ſuſceptis toleratur niſi diſpenſatiuè.
50.Diſtinctio.de his clericis ſecundum Bernar. & Hoſti. hic.
Aut fuit omnino ineuitabilis, & tunc eſt triplex opinio. Pri-
ma Hugo.quod talis eſt irregularis,& in nullo caſu promoue-
tur.in qua concordare videtur Guilel.naſo,& Tancr. & etiam
Innocentius infra.c.proximo.& capit. ad audientiam.in fin.&
cap.ſignificaſti.2.in fine. Secunda Ioann.50.Diſtinctio de his.
prima.& 2.& Goffred.in ſumma.eod.tit.& j.eo.lator.& Ber-
nard.hic qui aſſumpſit iſtam gloſſ.ſuam totam à Ioan.in c.alle.
de his.& j.eo.dilecti.& c.exhibita.qui dicunt,quo ad ſuſcipiẽ
dos talis eſt irregularis,ſed diſpenſabilis,ſed in ſuſceptis licitè
miniſtrat quæ videbatur placere:Gratiano.15.quæſtio.1.in fi-
ne. Tertia Bartholomei Brixien.in c.alleg.de his.1.& in quæ-
ſtione dominicali quæ incipit,aliquis repellẽdo violentiã.ſ. q
in nullo imputat,nec quo ad peccatum,nec quo ad irregulari-
tatẽ,ita q ſine aliqua diſpenſatione põt in ordine ſuſcepto mi
niſtrare,vt in c.alle.qa te.50.Diſt.vbi de hoc p Arch. in gl.pe.
& ad ſuperiores promoueri. Et hãc opinionem tenet Hoſt. in
d.§.qua pœna.ver.ſi verò quis facto.ibi verius credo &c.ſ.eo.
c.2.& hæc quæ eſt hodie approbata.extra eod.c. vnico.in cle-
menti.quod dic vt ibi per Ioannem Andreæ.ſuper verbo,nul
lam.Si caſu quis committat homicidium, tunc, Aut dabat ope
ram rei licitę,aut illicitę.ſi licitę:tunc, Aut adhibuit diligentiã
quam debuit & potuit,& tale in nullo imputat ſei ac ſi non fe-

ciſſet,nec quo ad peccatum,nec quo ad irregularitatẽ ſm oẽs.
23.quæſtio.5.c de occidendis.j.eo.ex literis.2.& c.ſignificaſti
& c.Ioannes.& c.fin.j.de iureiu.§.fina. cum concordantijs ibi
alleg.ſm Bernar.& Hoſtiẽ.hic,& j.eo.lator. cum quibus ſatis
concordat Innocentius ibi:& Hoſt.in dicto.§. qua pœna.ad fi
nem verſi.ſed verius &c.idem Hugo Lauren.Archi.50. Diſt.
clerico.& Arch.17 q.1.cui bona.§.ſi ergo.in magna gl.niſi ex
graue ſcandalum aliud dicatur: vel propter grauem infamiam
purgatio indicatur.j.eodem.ex litteris.1.Aut non adhibuit di
ligentiam quam potuit & debuit,& tunc imputatur ei quo ad
peccatum,& quo ad ordines ſuſcipiendos ad quos non promo
uetur,& quo ad ſuſceptos in quibus miniſtrare non poteſt. ff.
ad legem Aquiliam,qui occidit.§.penul.50.diſtinct.ſæpe.j.eo
dem c.proximo.& c.ad audientiã ſecundum Bern. & Hoſtiẽ.
hic & ſ.de teſti.c.ſicut nobis & Hugo.& Laurent.& Archidi.
in d.c.clerico.Si dabat operam rei illicitæ,tunc ſiue adhibuit di
ligẽtiam,ſiue nõ,ſemper imputatur ei, & quo ad peccatum &
quo ad ſuſcipiendos , & quo ad ſuſceptos, vt 50.diſtinction.
clerico.& capitul.ſi quis vulnerate.& j.eod. continebatur. &
c.dilectus.ſecundum Bern.& Hoſt.hic.& in dicto capi. ſicut
nobis.& Ray.in ſumma eod.titu.§.3. & Goffr. in ſumma eo.
tit.§.caſu.& §.vbi autem.& Hoſt.in ſumma eo.tit.§. qua pœ-
na.ver.ſi vero facto. &c. idem frater Io.in ſumma confeſſ.eo.
tito.quæſt.19.quid iuris &c.& frater Aſten.lib.6.titu. de mo-
deſtia ordinandi.artic.6.idem Hugo,Laurentius,& Archidia.
in dicto ca.clerico.& Archid. in dicto c.qui bona.§.ſi ergo. in
46 magna gloſſ. 17 q. 4. † Aut quæris de tertio principali,ſcilicet
quis cum homicida valeat diſpenſare,& tunc, Aut quæris de
diſpenſatione,id eſt abſolutione à peccato in foro pœniten-
tiali,& illam poteſt facere Epiſcopus,& non inferior,vt notat
Gulielm.de monte lau. extra de ſepul.ſuper cathedram.ſuper
verbo,iure conceſſam.in clem.& de hoc dicam j. de pœnis. c.
Deus qui.Aut de diſpenſatione ab vel Epiſcopo ſuper irregu-
laritate,& tunc,Aut cum homicida voluntario,& tunc quam-
uis Papa non de facili diſpenſet cum tali, vnde ad difficulta-
tem hác referendum eſt quod legitur. 50. Diſtinctio. miror.
tamen diſpenſare poſſet ſi vellet, cum & lex diuina hanc ſibi
non prohibeat diſpenſationem:vt patet in eo quod notat. ſ. de
conceſ.præben.propoſuit.imo potius concedat ſicut patet in
Phinees nepote, Aaron,cui poſt commiſſum abeo ex zelo Dei
duplex homicidium,dicit dominus Numeri.25.Ecce do ei pa
cem fœderis mei , & erit tam ipſi quam ſemini illius pactum
ſacerdotij ſempiternum,quamuis illud etiam & ſpirituale fue-
rit & ſpeciale,ſicut & quædam alia 23.quæſtio.8.capi.occidit.
vnde poſſet idem Papa facere,ſed non inferior.argu.ſ.de trãſ-
la.Epiſco.ca.2.ſecundum Hoſtienſ.hic & Iohannem Andreæ
47 poſt eũ.ad idem exemplum.† Pauli,ſecundum eum,nec mirũ
ſi cum tali poſſit diſpenſare cum irregularitas & eius pœna ſit
de iure poſitiuo & canunico,vt notat Innocẽtius.ſ. de renun.
niſi cum pridem.§.perſonæ quoque irregularitas.gloſſa,irregu
laritas perſonæ &c.infrà eod.ad audientiam.in fin.de cleri.ex-
commu.mi.ſi celebrat gloſſ.eandem ſuper hoc verſicul.in ſu-
ſpenſis.& Hoſtien.poſt eum ibi.& infrà.eod.poſtulaſti.& Spe
cul.titu.de legato.§.iuxta propoſitionis in princip. & verſicul.
Papa autem.& §.nunc breuiter.verſicu.5. & Archidiacon 56.
Diſtinctio.Apoſtolica.in magna glo.& 16.quæſtio.7. omnes
ſuper verbo,tenetur,& infrà,de ſenten.excomm. is qui ſuper
verbo,de iur.libro ſexto.& Guilie. de monte Lau.& Gem.ex
tra.eodem.ca.vnico. in clementi. ſuper quo Papa poteſt libere
diſpenſare:quod dic vt leg.& notatur ſupra de conceſ.præben.
propoſuit . Et quod cum tali homicida poſſit Papa diſpenſare
notat Hoſtienſis infrà de cleric.pugnand.in duello.capitu.vni.
48 & Archidiacon. in càpitu. allegat. occidit. † Aut cum homi-
cida ex neceſſitate euitabili, quia ſi ineuitabilis non eget di-
ſpenſatione:vt eſt dictum, & tunc Papa poteſt ſolum diſpen-
ſare. 50.Diſtinctio.de his clericis.Aut cũ homicida caſuali qui
dabat operam rei illicitę vel etiam licitę:ſed non adhibuit dili-
gentiam,quam potuit & debuit.& dicunt Bernardus . & Ho-
ſtien.quod cum tali ſolus Papa habet diſpenſare,vt 50.diſtinct.
clericos.& infra.eod. tua nos,quod verum quoad ordines ſa-
cros vt ad eos promoueatur vel in eis valeat miniſtrare:infra.
de clerici.pugnan.in duello.cap.2. vel quo ad beneficium cum
cura,vt ibi notat Hoſtien, ſed quo ad beneficium ſimplex vel
quo ad minores ordines poterit Epiſcopus diſpenſare, vt ibi
notat Hoſtien.idem notat Hoſtien.infra.eod.capitul.contine
batur.& capitul.ad audientiam . & etiam Ioannes Andreæ ibi
poſt eum.& quo ad beneficium vide quod notat Innocentius
ſupra,de conceſ.præben.cum noſtris . & Compoſ. de electio.
quod ſicut.vide etiam quod notat Hoſtienſ. in ſumma eodem
titul.§.vltimo.& frater Ioannes in ſumma confeſſion. hoc ti-
tul.quæſtio.62.circa finem,quæro &c.& de iſta materia notat
frater Aſten.lib.6.titu.de modeſtia ordinandi.per totum.

Super eo.§. Per iſtum.§.& § illi,etiam ſupra. eod. vi-
detur quod ſola præſentia in duellis capi-
talibus,vel ſimilibus faciat quem irregularem ſi mors inde ſe-
49 quatur:circa quod diſtingue . † Aut clericus venit ad aſſocian-
dum,& honorem faciendum alteri de pugnatoribus,& mor-
tem aduerſarij ſitit quãtum poteſt, & gerit in animo quòd for
ſan ſi auderet nedum animo , imo etiam facto faueret eidem,
& tunc videtur quod ſit irregularis per iſtos.§.Aut non,ſed ſo
lam & nudam ſui præſentiam ibi facit , & talis præſentia non
facit quem irregularem,licet alias peccet qui intereſt vt legit.
& not.ſupra ne cleri.vel monach.cap.ſententiam. Item notat
Guiliel.de monte Lau.extra ſtatu regularium.cap. ne in agro.
§.porro. ſuper verbo. intereſſe in clemen. & in hoc ſatis con-
cordat Gem.ibi dicens quod ꝑ ſententiã corporalem in duel-
lis vel alijs actibus illicitis non inducitur irregularitas, vt not.
in d.capit.ſententiam.& idem in hoc Specul.titul.de legatis.§.
iuxta ꝓpoſitionis.verſic.item litigioſus. ibi, licet clericus non
debeat &c. & frater Aſten.libr.6.titu.de modeſtia ordinandi.
quæſtio.ſed nunquid ſit quia irregularis,& pro hoc facit quod
not. Hoſt.infra.eo.dilectus.j.ſuper verbo,voluntate &c.

PResbyterum. Ad euidentiam gloſſæ vl-
timæ.hic Innocentius bic
¶ Si quæris vtrum omnia macula vel quæ tollitur
in baptiſmo.Diſtingue vt dixi ſupra de diuor. gau-
dentius.diſtinctio vltima.

1 *Inuaſus debet fugere potiuſquam homicidium committere.*
2 *Inuaſus ſi fugere non poteſt ſine periculo , quid agere debeat.*
4. 6.
3 *Fuga eſt vituperoſa.*
5 *Clerico licet ſua armis defendere.*

SVſcepimus. Super gloſſa.quia tutius . &c.
¶ Si quæris vtrum inuaſus
perſonaliter , ſeu timẽs inuadi teneatur fugere cum
poſſit vt à pœna homicidij ſit immunis, alias quod
homicidium ſequens ei debeat imputari.Diſtingue, addendo
1 ad ea quæ dixi ſupra eod.titu.cap.2.diſt.ſi. † Aut quæris in ca-
ſu huius decretalis, vel alio ſimili arbitrario conſiderato,
puta ſi inuadendus claudendo hoſtia domus , vel ſe infra
illam vel turrim fortè in claudendo poteſt inuaſionem &
periculum vitare : & dic quod ſic,ad inſtar Domini qui fugit
in Aegyptum cum ab Herode ad interficiendum quæreretur.
2 Matt.2.c.& 23.quæſtio.3.c.1.ita poteſt intelligi iſta glo.† Aut
in caſu in quo fugienti in fugiendo poteſt periculum immi-
nere, quod frequenter poteſt euenire , quia fugiendo cadere
poſſet,& ſic per inſequentẽ interfici,vel ob curſum illius velo
ciorem retro interfici , & tunc ſecus . vnde abſit dicere quod
tanto periculoſe exponere teneatur. ff.ſi quia caut.l.2.§.penul.
& ſupra . vt lite non conteſta.l. accedens.2.Nam alias qualitas
temporis & loci non patiuntur plenius deliberandi conſilium
3 ff.de exercito.l.1. depoſiti.l.1.§. merito † Potiſsime autem
præmiſſa verò poſſunt dici vbi ſecundum perſonæ qualita-
tem fuga eſſet alicui vituperoſa. argumen. ff. ex quibus cauſis
maior.l.in ea.& de manu.vindic.l.iuxta. nam & alias conſerua
tio honoris præfertur vtilitati rerum.ff. ſi quis omiſ. cau. te-
ſtamen.l.Iulianus.& conſtabit de veriſimili cauſa timoris non
potenti mortem vitare per iuramentum ſuum , tamen de ſua
conſcientia & periculo agatur ſine alterius præiudicio,puta de
promotione ad ordines infra.eod.ſignificaſti.1. j.de ſent. ex-
commu.ſi verò.2.alias ſecus vt ſi contendat de beneficio cum
4 alio. † Vnde dicas hoc arbitrarie conſiderandum Gem. qui
ita notat, extra eodem capitulo, vnico. gloſſa . in clementina.
& idem ibi Guilielmus de monte Laud. in hac vltima quæ-
ſtione.Et pro intellectu huius capi.vide quod notat Archidia.
23.q.8.in ſumma.gloſ.adde hoc cap.&c. dicens quod Lauren.
& Vincen.notant hic,ꝙ quãuis hoſtis fortior ſit,& ſine armis
impetat & ſpoliat ,non eſt dicendum ob res ſuas tranſitorias
clericum armis ſe tueri debere & interficere ſpoliatorem : &
in hoc cõcordant Hoſt. & Iohannes An. hic & j.eo.Petrus.&
Spec.titu.de lega.§.iuxta.circa.10.colum.ver.illud etiam in fi.
ibi ſecus ſi faciat &c. Nec obſtat.ſ.e.c.2.§. ſi autẽ,quia ibi non
5 dicit,te vel tua,imo dicit,te tanquam.† Sed contra quod etiam
clerico

clerico ſua tantum liceat armis defendere.ĵ.de ſenten.ex.com.
dilecto lib.6 ſolutio,illud verum inuocando brachium ſecula-
re, vt ibi.&.ĵ.eo.poſtulaſti. non tamen in propria perſona ſe-
cundum Hoſtien.& Iohannem And. Vel dic ſecundum quoſ
dam quod iſti inferiores de quibus loquitur iſta decretalis, iter
perfectionis arripuerant,& vim ſibi illatam repellere non lice
bat,quare repellendo in culpa fuerunt:ſecundum Ab. & Vin-
cen.hic & Hoſt.hic Goſ.ſequi videtur,dicens quod iſtud locũ
habet in monachis qui viam perfectionis aſſumpſerãt.& ideo
poſt tunicam etiam pallium dimittere debuerunt: vt hic dicit.
& eſt ſimile.1 t.quæſti.1. aliud.6 t.4.quæſtio.1 quod debetur.
23.quæſtio.4.c.1.& ideo puniuntur ſecũdum Goffredum hic
4 & Iohannem, Vincentium & Goffred.ĵ.e.tua. † Vel poteſt di
ci qđ iſti monachi exceſſerũt fines licite pęni.diſenſionis diſt.
1.ſegnando ſures,& de tinendo cũ res ſuas ſaluas haberent, &
aliud poſſent liberare à furibus, ſm Lauren. & Goffr.& Ber-
nar. Tu dic cum Hoſtien.hic,quod ipſa captio & ligatio dum-
modo poſſet fieri licita & potuit ſine homicidio & graui effu-
ſione ſanguinis ſatis licita fuit. argu. 14.q.6.li res. š.eod.c.2.de
raptoribus in archiepiſcopatu. & eſt expreſſum.ĵ.eo. tua nos,
§.ad vltimum.ſecundum Hoſtien.Idem Ioannes Andreæ poſt
eum. Vnde quod dicit iſta decre. vo uerunt vſque &c. di-
cunt Innocentius & Hoſtien.& licite.Idem Archidia in dicta
ſumma.gloſ.allega.vbi poſte . apponit gloſ.Innocen.ĵ.eodem.
capi.2.a verſic.illu,ſi autem aliquis ſuaderet. vſq; ad verſic.ſa-
cto &c.& eandem gloſ. ponit frater Ioan. in ſummma confeſ,
eo.titu.quæſtio.8.&.9.

1 *Occaſionem damni dans in re illicita damnum dediſſe videtur.*
2 *Occaſionem damni dans in re licita diligentiam adhibendo, dam*
num non dediſſe videtur.
3 *Occaſionem damni in re licita proxime diligentiam non adhiben-*
do, damnum dediſſe videtur.
4 *Occaſionem damni dans in re licita remote diligentiam non ad-*
hib endo damnum non dediſſe videtur.
5 *Aegrotum vertens vt citius moriatur, irregularis fit.*
6 *Conſulens aggreſſionem vſque mors ſequitur fit irregularis.*

DE cætero. ¶Si quæris vtrum qui occaſionẽ
damni dat, damnum dediſſe vide
1 tur, Diſtin.† Aut quis dat operam rei illicitæ, & tũc
ſic, vt hic.&.š.de teſti.ſicut nobis.vbi hoc tenet Ber
nar.in gl.quod arg.quod qui occaſionem.& Hoſt.poſt eum. ꝑ
hoc.ff. ad.l. Aquil.l. item Mel.§. t. ad.l.Corne. de ſicar.l. nihil.
ĵ.de iniuran.cap.vlti.§.fi.&. 50. Diſtin.q̃tum.dicit quod verum
de occaſione propinqua & ordinata ad illud damnum ſecus
videtur in remota & nõ ordinata.ad illud.ff.de ſurtis.l.verum.
2.&.l.qui iniurię.ad quod notat Ber.ĵ.c.Petrus.glo.fi. Ad idem
facit quod notat Hoſtien. ibi: in gloſ.ſuo fi.dicens per illud.ca.
quod ſi quis rixam incipiat, & in ipſa percutiatur vel vulnere-
tur, vel alias male tractetur propter quod amici ipſius & con-
ſanguinei ſui indignati aliquem etiam præter cõſcientiã ſuam
occidant, vel debilitent, irregularis erit, quia culpa ſua pręcedit
caſum, vt patet in eo quod legitur.e.ex no.ĵ.eo.ſignificaſti.š.e.
præsbyterum . ad idem.ff.ſi quadru. pauper. ſeciſſe. dica.l. t.§.
cum arietes.C.de adulter.l.quoniam Alexandum.ad.l.Iul.de vi
publi.l.quoniam multa facinora. Caueat ergo clericus qđ non
ſit litigioſus.45. Diſtinctio.cap.1.&.c.eccleſiæ.&.c.ſequen. &
per totum.alias autem ſi occaſio eſſet remota vel etiam propin
qua & iuſta ac præter conſcientiam ſuam iuſte occideretur,
non eſſet irregularis. 23.quæſtio.5. cum homo.&.c.de occiden
dis. ſecundum Hoſtien.& Iohannem Andreæ. poſt eum.& vi
de quod notat Ioannes. 23. quæſtio. vlti.ca.ſi quatuor homi-
nes.gloſ.2.Aut dat operam rei licitę, & tunc † Aut adhibet di-
2 ligentiam quam poteſt & debet , & tunc non videtur dediſſe
damnum nec tenetur de his quæ inde ſequuntur.23. quæſtio.
5.de occidendis.ſecundum Bernar.& Hoſtien.in.d.c.ſicut no
bis.ad idem.ff.ad.l.aquil.l.ſi putator.in fin.inſti.ad.l.Aquiliam,
§.item ſi putator. 2.reſponſo. Aut non adhibet diligentiam
3 quam poteſt,& tunc † Aut dat occaſionem damni proximam
& talis damnum dediſſe videtur, vt.ff.ad.l.aquilam.l. qui occi
dit.§.in hac.&.l.ſi putator.in principio,& in dicto.§ item ſi pu
4 tator.1.reſponſio. † Aut dat remotam & talis non videtur de-
diſſe damnum, vt.ff.locati & condu.l. qui domum habebat,
&.ĵ.eo.exhibita.ſecundum Bernard.& Hoſti.hic.nec enim fa
ber qui fecit cultellũ ex eo ſolo quod fecit eum, eſt in culpa ſi
cum ipſo homicidium committatur ſecundum Hoſti. Nec
obſtant.š.eo.presbyterum.&.ff.ad.l.Corne . de ſiccar.l.ſi quis.
necandi . quæ loquitur in cauſa remota ſecundum Berna.quia
ibi non eſt omnino cauſa remota, imo propinqua & inhęrens
& idem iuris eſt &c.argu.ff.de rei vendi.l quæ religioſis.ſecun
dum Hoſtien.Et per iura.š.in primo membro allega.ſatis con
firmatur illud quod dicit.Spe.ti.de lega.§.iuxta.propoſitionis,
5 verſi.qd ſi aliquis infirmũ &c.& verſi.quid ſi cũ velles &c.†ꝓ
ſi quis infirmum vertit vel tranſuertit in aliud latus vt citius
moriatur irregularis eſt , & etiam qui conſu it ſi ex hoc mors
fuerit citius ſubſecuta. Si autẽ citius nõ moriatur, ex hac cau-
ſa non eſt irregularis, licet alias pęnitere debeat ex peccato. Itẽ
ſi cum velles hominem liberare à morte iniuſta . retraho te à
propoſito liberandi, irregularis ſum. 50.diſt,ſi quis viduam. &
de pęni.diſtinct. 1.periculoſe.ſecundum Specu.ibi , confirma-
& concordat. Aſten.tit.de modeſtia ordinandi . Et confirma-
tur per hoc quod notat Ioannes Andre.ĵ.eodem, is qui man-
dat.lib.6.in nouella, vbi quærit an mandans aliquem verberari
expreſſe inhibens ne occidatur vel mutiletur irregularis effici
tur, ſi mandatarius non occidat vel mutilet, ſed occidatur, quæ
quæſtio in conſulente alias in occidente tractatur per Innocẽ
tium.ĵ.c.proximo.verſi.ſed ſi conſulet.& per Hoſti.ibi,& per
Specu.de lega.§.iuxta.verſicu. quid ſi aliquis conſulat . dicens
quod quicqui ibi dicant rationes quæ ſunt in dicto.c. is qui in
fi.ibi, cum mandando in culpa fuerit, & hoc euenire poſſe de-
buerit cogitare, concludunt contra mandantem quòd ſit irre-
gularis,& ita credit. Et fortius de illo de quo loquitur qui plus
peccabat ſcilicet homicidium conſulendo quod iſte non facie
6 bat, imo fieri prohibebat. † Imo & per illud .c.is qui videtur ir
regularis conſulens aggreſſionem ſi ex illa ſequatur mors, vel
mutilatio ſecundum eum.pro quo facit optime.C.ad.l.Iuliam
vi publi.vel priua.l. quoniam multa facinora. cum ibi nota.de
materia huius capi.vide quod notat Archidiaconus in dicto
capit.ſępe. 50.diſtin.&. 1.quęſtio. 1. hi quoſcunq; glo.fina.vbi
remittit ad ea quæ leguntur & not.per Bernardum & Hoſtie.
hic,& in dicto capit.ſicut nobis.

1 *Clericus in cauſa criminali aduocatus an ſit irregularis.*
2 *Conſilia quatuor pro clerico aduocato vt in cauſa criminali ad*
irregularitatem vitandam. }. 5.
4 *Proximum debemus magis defendere, quam bona propria.*

AD euidentiam. ¶Si quæris quando ali-
quis accuſatur capitali-
ter, & clericus eum defendit, ita quod accuſator pœ
na talionis punitur, vtrum talis clericus ſit irregula-
1 ris, diſtingue, † Aut ex facto, vel verbo clerici aduocati non eſt
mors inſecuta, ſed quia accuſator nihil penitus probauit , &
conuincitur falſos teſtes produxiſſe , vel alias ipſius calumnia
& malitia detegitur, & tunc non eſt irregularis ex quo nihil po
teſt ei imputari. argum.š. de re iudicata, cum 1.& 2.§. penulti.
Aut conſtat quod reus erat culpabilis , ſed aduocatus per ſuas
falſas probationes ſeu allegationes ipſum abſolui obtinuit, vel
alias directe & ſine proteſtatione vel cõtra proteſtationem ve
niẽdo calumniam accuſatoris arguit propter quod fuit deca-
pitatus, & hic eſt omnino irregularis, & ita poteſt intelligi opi
nio, Hug. quem ſecutus eſt Ioan.& quaſi omnes moderni, qui
ſcripſit, quod in cauſa ſanguinis non debet eſſe clericus aduo-
catus etiam pro reo, & ſic intellexit. 50.diſtinct. aliquantos. In
dubio vero videtur talis adducatus ſuæ cõſciẽtiæ relinquen-
2 dus: ĵ.eodem, petitio.ſecundum Hoſtien.† qui etiam ne huiuſ
modi clericus fiat irregularis quatuor conſilia dat hic. Primum
& principalius quòd ſingat, & quòd comminetur ſe velle reũ
defendere, vt accuſator ab accuſatione retrahatur. Secundum,
quod laboret per amicos, & parentes accuſatoris, & per viros
religioſos offerendo etiam purgationem & oſtendendo rei
innocentiam, & timorem pœnæ talionis modis omnibus qui
bus poterit quod accuſator citra vinculum inſcriptionis deſi
ſtat, quod poteſt facere, vt.š.de accuſatio.licet.§.fi. Si hæc non
proſint dat tertium conſilium, vt.ſ.quando primo veniet co-
ram iudice proteſtetur quod non intendit aliquid dicere , vel
proponere , vel facere, per quod accuſator periculum mortis,
vel detruncationẽ membrorũ incurrat, ſed innocentiam tan-
tum rei oſtẽndere. Vnde & ſi libellus offeratũ ſine inſcriptione
petat quod inſcribatur, licet forſan poſſet excipiendo propo-
nere quod tali libello non eſſet reſpondendum. Sed & ſi iudex
ex officio hic ſuppleat, vel aliter corrigatur , vel offeratur libel-
lus aptus, poteſt dicere aduocatus, ego de pœna talionis vel de
inſcriptione non intromitto me, alia autem narrata in libello
dico non eſſe vera, & condemnationem fieri non debere, ſu-

praadictam

prædictam proteſtationẽ ſæpe repetat,& caueat ne contra ip-
ſam aliquid dicat, vel faciat ne videatur ei renũciare . arg.in eo
quod legitur & notatur.ꝭ.de conſti.cum.m.Quantum quod ſi
contingat reum abſolui,quòd per ſe & per amicos,& per clien
tulum laboret quod pœna ſanguinis remittatur, vel in exilium
vel carcerem per perpetuum mittatur, ſecundum Hoſtienſem
3 qui multum diffuſe tractat iſtam materiam hic.†Sed glo.in ca.
allegato , aliquantos.51.diſtinct.& Archidyaco.ibi videntur te
nere opinionem Hugonis.ſ.quod talis indiſtinctè ſit irregula-
ris.hoc idem tenet Specula.titu.de legato.§.iuxta propoſitio-
nis.in.2.col.verſ.ſi.n.criminalis eſt.q.& in tit.de aduocato §.1.
verſi.in cauſa autẽ criminali dicit quod tutius eſt abſtinere: &
hoc.ſ.quod tutius eſt abſtinere credo verũ. Verũm ſupradicta di
4 ſtinctio Hoſt.poteſt probabiliter ſuſtineri de iure,†tũ quia iu
re naturali,diuino,& humano, magis tenetur quis ad conſerua
tionem proximi ſui,quàm ad conſeruationem rerum ſuarum,
vt patet de iure naturali.1.diſtincto.in prin.50.diſtin.põderet.
ꝭ.de conſtitu.cum omnes.Patet de iure diuino quo quis tene-
tur diligere proximum ſuum ſicut ſeipſum.Lucæ.10.capitu.&
Math.19.& de pœnitentia diſtinctio.2.capitu.charitas.2.circa
medium. Patet etiam de iure humano , in eo quod legitur &
notatur. ff. de appellationibus , non tantum. de liberali cauſa.
l.1.&.2.ꝭ.e. ſuſcepimus.ɉ.de ſententia excõmunicationis.quã
re.eo.ti.cap.dilecto.lib.6.Et quia perſonę ſunt rebus præferẽ
dæ,vt.C.de ſacroſanctis eccleſijs.l.ſancimus.in fin.in authent.
vt cum de appellatio.cogno.§. quia vero.12.quæſtio.1.præci-
pimus.Et tamen res ſuas poteſt aliquis conſeruare,& tueri co
ram iudice ſeculari cũ proteſtatione,vt.ɉ.de homicidiis poſtula
ſti.& eodem titu.capi.prælatis.lib.6. ergo multo magis proxi-
5 mum†tum etiam quia Hoſtie.hic , & Ioannes Andre.poſt eũ
tradit duas regulas.Prima eſt quod in dubio nec magiſter, nec
iudex debet aliquem iudicare irregularem . de pœnitentia. di
ſtinctio.1.§.pœnæ.ff.de pœnis.l. interpretationem . melius.ɉ.
de ſententia excommunicationis . is qui in eccleſia.t. reſpon.
lib.6.cum ibi notatis . Secunda eſt quòd in dubio vnuſquiſque
debet ſe irregularẽ reputare,vt patet in eo quod legitur & not.
ꝭ.de ſimoni. Matthęus,vel ad minus vbi nõ infamatus eſt ſuæ
conſcientiæ relinquendus,vt patet in eo quod nota.ɉ.capit. 2.
&.capitu.petitio.

1 *Homicidium ſolo actu committitur.*
2 *Homicidium ſola voluntate non committitur.*
3 *Homicidium an voluntate cum alterius actu committatur.*

Dilectus. ¶Ad euidentiam gloſſ. qui tamen
ſolus &c. quæ fuit gloſ. Vincentij.
alias Innocen.†Si quæris vtrum ſolo actu , vel ſo
1 la volũtate irregularitas inducaꝰ, Diſtingue. Aut
quæris vtrum ſolo actu inducatur.& dic vt notat
Bern.hic poſt Vincen. quorum gloſ.approbat Archid.50. di-
ſtinct.hi qui arbo.glo.1.&.17.q.1.qui bona.§.ſi ergo.in magna
glo.circa fin.& Hoſtien.hic, qui concordat cum Ber.hoc addi
to quod illud quod dicitur in fi.huius gloſ.ſ. quod promouen-
dus ſolo actu redditur irregularis,verum eſt ſecundum ipſum
Hoſtien.niſi neceſsitas accuſet.ꝭ.eo.c.2.vel caſus fortuitus.ɉ.
eo.ſignificaſti.1.&.c.Ioannes , & cap.ſi. Quod intellige de ne-
ceſsitate ineuitabili.extra eo.capit.vnico,in clemen. quod dic
vt dixi plenius.ꝭ.eo.cap.2.& capit.ſicut dignum. Aut quæris
2 vtrum ſola voluntate inducatur,& tunc† Aut ſola voluntate
ſine actu homicidij vel mutilationis volẽtis vel alterius,& dic
quòd non,quia lex promotionis in facto conſiſtit,vt.15.q.1.c.
3 fin.† Aut ſola voluntate volentis cum actu homicidij vel mu
tilationis alterius quàm volentis,& tunc dic Hoſtie.hic,quod hic
eſt expreſſum argumen.quod voluntate ſola,& ſi alius occidat
committitur homicidium,vt no.ꝭ.c.proxi.&.c.ſicut dignum.
Quod tamen intellige vt dixi ibi in diſtinctione vltima. Et de
hoc notat gloſſ.23.quæſtio. vltim.capit. vltim.gloſſ.1.in fi.di-
cens quòd ad hoc vt quis cenſeatur homicida ſufficit quod
ſumpſerit arma , licet non occiderit ipſe ſed alius.argum.ɉ.de
cleri.percuſ.cap.continentia.& Innocen.ɉ.eo. ſignificaſti.gloſ.
antepenul.& Hoſtien.poſt eum.

1 *Scandalo ceſſante,ceſſat & effectus.*
2 *Scandalum ſi remoueatur per purgationem, ipſa eſt indicenda.*
3 *Scandalum ſi non remoueatur per purgationem ipſa non eſt in-
dicenda.*

Ex literis j. ¶Bernar. hic in gl. fi.dicit quod
vbi eſt graue ſcandalũ non in-
ducitur purgatio,nec per ipſam remouetur,vt hic
1 patet idem notat Bernar.ɉ.eo. Petrus gloſ. idem
†Hoſtien.hic addens quòd ſi propter antiquita-
tem temporis,vel quia pacificatũ eſt,vel alio modo ceſſaret ſcan
dalũ,ceſſare poſſet & effectus,vt.ꝭ.de voto.c.magne.ad fin.ff.
de adimen.legatis.l.3.§.fi.Hoſtienſis,idem Ioannes Andr. Di-
2 ſtingue ergo.†Aut per purgationẽ indictam, & præſtitam po-
teſt veriſimiliter ſcandalum remoueri,& tunc indicitur purga
tio propter ſcandalum.ita intellige dictum Hoſtienſis.& quod
notat Bernardus. hic in fine. in verſic. non eſt contra &c.quia
purgatio ad vtrunq; refertur,ſubaudi & ad infamiam & ad ſcã
3 dalum. † aut non,& tunc habet locum quod dictum eſt.ꝭ.in
principio, quia nihil eſt cum ſcandalo faciendum , vt.ꝭ.de re-
nunciatio . niſi cum pridem.§. pro graui quoq; ſcandalo.ɉ.de
noui ope.nunci.cum ex iniuncto.in hoc concordat Io.Andr.

1 *Clerico accuſato non diffamato creditur ſine purgatione quo ad
eius innocentiam.*
2 *Clerico reo diffamato aſſerenti aliquid , non creditur ad ſui de-
fenſionem.*

Significaſti. ¶Super gloſſ.ſed qualiter. verſ.
& ſuper hoc &c. Si quæras vtrũ
ſoli iuramento iſtius clerici aſſerentis ſe ignoraſſe
vitiũ equi,ſtari debeat ſine compurgatoribus,diſtin
1 gue.† Aut non laborat infamia contra ipſum , & dic quòd ſic,
vt.ꝭ.eo. ex literis.1.in fine. &.ɉ.eo. ſignificaſti.verſic. cum de
2 cætero.†Aut laborat infamia contra eum,& tunc non creditur
ei niſi cum purgatoribus.ɉ.de purga.cano.ex taurum.ſecundũ
Hoſti. qui ita notat. 1.q.3. quia præſulatus.glo.2.& expreſsius
Io.de ſe.& Archi.ibi,in glo.adde ſcilicet proprium &c.

1 *Homicidium non committitur ſimplici taciturnitate.*
2 *Taciturnitas ſtudioſa conſiſtit in culpa.*

Petrus. ¶Dicit hic Bernar. in gloſ.penulti.in fi.
quod ſi monacho de quo loquitur hic audi
ente & non contradicente, ſed tacente , cognati &
amici ipſius dicebant,quod vindictam volebant ſu-
mere de Abbate,præſumeretur conſentire,& imputaretur ei: 1
cum quo videtur concordare Innocentius in gloſſ.ſua vlti.di-
cens quod non eſt in culpa ſi aliquem pręſcire,non facit tra-
1 ctatum de morte eius habitum,†quod verum quia non crede
bat nec credere debebat quod eo prohibẽte intuitu ipſius ho
micidium facerent:ſecus autem ſi crederet . Alij autem ſicut
Innoce. dicunt quod nunquam eſſet irregularis etiam ſi ſciret
tractatum de morte eius habitum,& non reuelaret, quia nun-
quam poteſt dici committi homicidium niſi facto, mandato
conſilio,vel defenſione.50.diſtinct.ſi quis viduam. Probabili-
ter dici poſſet quod ſi ex bono zelo ſiue dolo tacuit timens for
te,quòd ſi diceretur Abbati,faceret parentes ſuos occidi vel
male tractari,& ſi deterius inde contingeret non eſſet ei impu
2 tandum,& ita poſſet intelligi opinio illorum aliorum : † Sed ſi
ſtudioſe taceret eſſet in culpa,cum eum potuiſſet liberare,ar-
gu.ꝭ.eo.ſicut dignum.§.illi etiam . Et pro iſta diſtinctione fa-
ciunt not.per Inno.Hoſtien.ɉ.de ſenten.excom.quante.&.ɉ.
cap.proxi.& in hoc concordat Io.Andr.hic.

1 *Delicto certo , ſed perſona incerta , nullo reperto in loco delicti,
nemo tenetur.*
2 *In delicti loco repertus,ſolus tenetur & punitur.*
3 *Pluribus repertis in loco delicti,qui teneantur,& qua pœna pu-
niantur ſi ignoretur quis deliquerit.5.7.9.*
4 *Maleficia puniri non publica ſuadet.*
6 *Melius eſt impunitum nocentem relinquere quam innocentem
condemnare.*
8 *Culpabilis eſt qui non liberat à morte quem poteſt.*
10 *Iuſte facit,qui ob ſui tutelam facit.*
11 *Cum qualibus armis quis impeditur , cum talibus ſe defendere
debet.*
12 *Violentum interficiens,ſine culpa eſt.*
13 *Inſultati factum quando dicatur ad vitam,per defenſionem fa-
ctam.*
14 *Vim vi repellere non licet ad vindictam.*
15 *Vim vi repellere licet ad iniuriam repellendam.*
16 *Moderamen inculpatę tutelę quomodo intelligatur.*

17 Iudici iuſtè agenti obediendum.
18 Iudici violentiam inferenti an liceat reſiſtere.20.23.
19 Papæ non licet prædia eccleſiæ alienare.
23 Seruienti de cuius mandato non conſtat, reſiſtere licet.

Significaſti ij. ¶ Ad euidentiam iſtius.c.&
gloſſ.Ber.quæ incipit, eãdem.
diſtinctionem &c.Si quæris,quando certum eſt de
lictum,ſed incerta perſona delinquentis , cui, & in
1 quantum delictum huiuſmodi debeat imputari, † diſtingue,
Aut nullus deprehenditur fuiſſe præſens in loco tempore deli
cti perpetrati,nec in actu delinquendi:& tunc certum eſt ne-
minem puniri.ita intellige.ff.de pœnis.l.abſentem. vnde hoc
caſu ius non deficit: ſed probatio iuris ff.de teſtamen.tute.l.
duo ſunt titij.Aut quidam deprehenduntur fuiſſe in loco tem
2 pore delicti perpetrati : & tunc† Aut vnus ſolus,& ille tenetur
& punitur,niſi poſsit ſuam innocentiam oſtẽdere, & probare.
argu.ſ.de præſumptioni.capitu.literis.&.23.q.vlti.capit ſi qua
tuor homines.1. reſponſo. & hoc tenet Hoſtienſis in ſumma
eod.titu.§. qua pœna.ſub.§.quid ergo.verſic. & hoc intelligas:
3 †Aut plures deprehenduntur fuiſſe in loco tẽpore delicti per-
petrati, & tunc delinquendi , ſed non æqualiter , & ignoratur
quis magis deliquerit,puta omnes percuſſerunt,ſed vnus tan-
tum occidit & ignoratur quis occidit,aut quidam deliquerunt
ſeu deprehenduntur fuiſſe in actu delinquendi,& quidam non
fuiſſe,aut nullus deprehẽditur fuiſſe,ſed eſt dubium quis fuit,
in primo caſu omnes tenentur & puniuntur,vt in d.c. ſi qua-
tuor.1.&.2. reſpõſio.& hic in §.quod ſi diſcerni.&.ff.ad.l.aqui
liam.l.itẽ mela.§.ſed ſi plures.&.l.ita vulneratus.in fin.& de his
qui deie. vel effu.l.1.§.vlti.& l. ſequen.ad legem Corneliam de
ſicarijs.l.ſi in rixa. Et in hoc concordat Innocentius hic in gloſ.
1.in fi.& Hoſtienſis poſt eum hic,& in ſumma.eo.ti.§.qua pę
na.verſi.ſed nunquid omnes. & Ioannes & Archydiaconus in
dicto capit.ſi quatuor. Et ratio huius eſt,quia omnes depre-
4 henduntur in culpa.†Item ratio publica quæ ſuadet maleficia
puniri,vt in dicta.l. ita vulneratus.&.ff.de fideiuſſo.l.ſi à reo.§.
id quod vulgo.&.ĩ.de ſententia excommunicationis. vt famæ
tuæ.& eſt contra eos, vt quia priuatam defenſionem prætẽ-
dunt, ideo præferenda eſt publica.ff.pro ſocio.l.actio.§.labeo.
in authẽti.de non alienan.& permutan. rebus eccleſiæ. §. quia
vero.collatione.2.&.ſ.de poſtulatione prælato.bonę.1.Et hoc
verum quando omnes deliquerunt,ſed non æqualiter & igno-
5 ratur quis magis deliquit.†Si vero conſtaret qualiter quis de-
linquit,tunc habet locum gloſſ.Innocentij hic,ſuper verbo mo
dica, dicens quod ſi ſecunda percuſsio non eſſet talis,ex qua
mortuus eſſet,ſi ambę ſimul ſufficiant ad mortem,tunc ambo
.ſ.primus & ſecũdus ſunt irregulares, vt in dicto.c.ſi quatuor.
Et quod hic dicitur in principio verſi.equidem.intelligendum
eſt quando conſtat quod prima percuſsio non eſt mortalis, &
ſecunda eſt mortalis.Item quãdo fecit non animo occidendi,
nec præſtandi auxilium morti,ſecus ſi præſtitiſſet , quia tunc
quantumcunq; leuiter percuteret eum, tenetur, quia auxilium
morti præbet,vt hic ſecundum Innocentium.ſed quod dicit,
de voluntate intelligas quãdo ipſum potuit liberare, vt.ĩ.ſequi
tur ſecundum Hoſtienſem.Nota tamen quod ſi aliquis vulne-
rauit alium,non tamen letaliter & propter imperitiam medici
mortuus eſt, vel propter culpã vulnerati, videtur nihilominus
irregularis,ex quo fuit cauſa vulneris, & ſic p cõſequens cauſa
mortis.argu.c.proxi. in fi.&.c.decetero.ĩ.eod.c.proxi.in prin.
& c.exhibita.hoc tenet Gulielmus de monte lau.extra eodem
capit. vnico.gloſſ.vltima in clementi.ad quod bene facit quod
notat Innocentius in dicto capit.exhibita. gloſ.1.& Hoſtien-
ſis poſt eum. In ſecũdo caſu illi omnes & ſoli qui deprehen-
duntur fuiſſe in actu delinquendi punientur, & non alij , vt in
dicto capitu.ſi quatuor.in fine.& hic in principio verſic.equi-
dem &c.In tertio caſu refert, Aut quæris vtrum omnes puniẽ
tur quoad legem promotionis,& dicũt quidam quòd ſic,quia
hoc tutius animæ.argumen.capitu.allega.ſi quatuor.2.reſpon-
ſo. & hoc tenet Goffredus hic & Bartholomeus Brixienſis in
quæſtione dominicali quæ incipit, quinq; erãt in domo.& de
hoc in Speculatore,de legato.§.iuxta.11.colũ.verſiculo quid ſi
quis in rixa. & in quarta parte hoc titu. verſiculo pone qua-
tuor &c.vbi dicit quoſdam dicentes, quod ſi omnes habebãt
animum offendendi,quilibet tenetur, quia vnus videtur hoc
feciſſe de mandato & volũtate aliorum.C. de accuſationibus.
l.non ideo minus,alias omnes in dubio abſoluentur.ff.de actio
nibus & obligationibus.le.arrianus.ſ. de probationibus,ex li-
teris. Sed gloſſa.11.quæſtione.3. nolite reddere glo.fina. vide-
tur innuere quod ratione dubitationis omnes debent promo-
ueri, quia ratione dubitationis ſuperflua tolerantur & vitioſa.
13.q.2.non æſtimemus. ſ. de ſepulturis ſacris.ſimile. 14. quæ-
6 ſtio.5.deniq;.† & ſanctius eſt impunitum nocentem relinque
re quam innocentem condemnare &c.vt in.l.allega.abſentem.
Et Archidyaco.ibi in glo.ſua fi. dicit quod iſtis iuribus proxi
me allega. hodie ſtandum eſt per extrauagantem Gregorij no
ni, de tẽpo.ordi.nullus eorum, vbi dicitur,quod nullus talium
eſt repellendus ſi ad ordines præſentetur quamuis indetermi-
natè monendus eſt, & obteſtandus ſit qui culpabilis fuerit, ne
in periculum animæ ordinari præſumat.Cum quibus concor-
dat Hoſtienſis in ſum.eo.ti.§.qua pœna.ſub.§.ſed nunquid om
nes . dicens quod ſatis poteſt dici quòd ſit ſuæ conſcientiæ re-
linquendus,quia nec hic in.§. 9 ſi diſcerni.dicit quod cogatur
abſtinere,ſed quod debet hic facere quaſi conſulendo. Itẽ hic.
&.c.petitio.ĩ. eodem conſtat quòd percuſſerat ſecundum Ho
ſtienſem ibi, Guliel.naſo etiam dixit neminem in dubio ab or
dinibus repellendum per iſtud capitulum.Sed ſalua reuerentia
ipſorum dicta extrauagans eſt hodie reuocata,ſicut & alię ex-
trauagantes à tempore antiquę compilationis vſq; ad compila
tionem ſexti libri à quibuſcunq; romanis Pontificibus alijs à
Bonifacio octauo compilatore ipſius ſexti promulgatę, pro-
7 ut in prooemio dicti ſexti libri in fine,probatur expreſſè.†Cre
do tamen quod ſi talis eſſet clericus ſecularis,habens titulum
ſufficientem,nec aliud canonicum obſtaret, quod non poſſet
ea de cauſa repelli,ſed eſſet ſuæ conſcientiæ relinquendus.argu
mentum.ſ. de temporali ordina. ex tenore cum ibi nota. per
Bernardum in glo.fi.& Hoſtien. &.c.quæſitum.& per Hoſtiẽ-
ſem hic,&.ĩ.eodem exhibita.&.c.petitio. Alias eadem ratio-
ne ſequeretur inconueniens , ſcilicet quòd aliquo in ciuitate,
villa , vel caſtro, occiſo ſi neſciatur à quo occiſus fuerit,quòd
omnes de illa ciuitate,villa,vel caſtro poſſent a promotione re
pelli.Sed ſi eſſet religioſus,vel etiam ſecularis,titulum non ha
bens repelli poſſet, vt eodem titulo,ad aures.ſed nõ illa de cau
ſa quia irregularis . In hoc ſatis concordat Ioannes Andre. hic
dicens,quod hic conſtabat presbyterum percuſsiſſet . ſed du
bitabatur an letaliter. Sed in caſu ſeu quæſtione præſenti neſci
tur quis percuſsit nedũ quis occiderit . & per hoc credit quod
vbi apparet de culpa omniũ,licet vnus ſolus occiderit,ex quo
quis fuerit non conſtat , omnes repellentur. ſi vero nec de ali
qua culpa conſtet,omnes dimittuntur. & facit quod ipſe Ioan
nes Andre.notat de electionibus.cupientes.§.cæterum.glo.ſi
hoc ignoretur.lib.6. de hoc etiam notat Aſtenſis libro.6.titu.
de modeſtia ordinandi.articulo.8.quæſti. quod ſi quis in rixa,
Aut vtrum puniantur alia pœna pecuniaria vel etiam corpora
li, & dic quod non.ita intelligit Archidiaconus in dicto capit.
ſi quatuor.dictam.l.abſentem.pro hoc.ſ.de tranſactionis.cap.
vlt.cum concordantijs ibi allega. Aut vtrum omnes puniãtur
quo ad peccatum ſeu forum animæ,& dic quòd nõ,ſed ſolum
culpabiles delicti iuxta ea quæ leguntur & notan.ſ.de homici
dio.ſicut dignum.per totum. ſpecialiter per Bernardum in gl.
penulti. Vnde quantum ad peccatum dicuntur omnes homici
dę qui percuſſerunt & qui voluntate occidendi venerũt , licet
nõ percuſſerint. Item etiam illi qui nec occiderunt nec volun
tatem occidendi habuerunt , ſed venerunt vt præſtarent auxi
lium occiſoribus , ſed minor pœnitentia imponi debet ſecun
8 dis, quàm primis,& tertijs,quàm primis,vel ſecũdis.† Illi etiã
non ſunt immunes a culpa nec debent eſſe immunes à pœna,
qui cum poſſent,homines non liberauerunt à morte , vt in di
ctis.c.ſi quatuor.capit. ſicut dignum.&.23.quæſtione.3.nõ in
inferenda.&.ca.fina.ita notat Raynaldus in ſumma eo. titu.§.
6.quid ſi plures . & gloſſa ibi, & frater Ioannes in ſumma con-
feſsionum. eodem titu.quæſtio 31.quid ſi plures. & Hoſtiẽſis
in dicto.§.qua pœna. verſic. quia ergo ſi quis.& hoc intelligas
de bello iniuſto,ſecus de iuſto, vt dixi. ſ. eodem cap. ſecunda
9 diſtinctione vltima. † Et iuxta hoc notat.ſecundum Innocẽ
tium hic in glo.1. quod ſi quis voluntatem occidẽdi habuit &
percuſsit,licet nõ letaliter,ſed ex aliorum ictibus ſit mortuus,
quod irregularis eſt.argumen.1.q.4.quia præſulatus. quod ſe-
cundum Hoſtienſem intelligi debet quãdo ipſum potuit libe
rare,& non liberauit,vt ibi argu.in eo quod legitur & notatur.
ſ.eodem Petrus.& capit.ſicut dignum.§. illi etiam. Dicit po
ſtea.Innoc.quod ſi non percuſsit ſed latronem detinuit,vel cõ
tra eum clamauit, vel alias huiuſmodi fecit,ſi hoc facit mortẽ
eius,irregularis eſt.ſi vero non vt occideretur ſed vt caperetur
tantum,non eſt irregularis . Tu dic ſecundum Hoſtienſem &
Ioannem Andre.eum indiſtinctè irregularem,ſiue vt capere-
tur tantum,ſiue vt tantum res ſuas recuperaret clamauit,cum

lex promotionis in facto conſiſtat,& quia vitare debuit quod
frequenter accidere conſueuit. Et hoc idem ipſemet Innocen
tius notat hic, quaſi ſibi contrarius in hac parte dicens,quòd
ſiue clamet,ſiue capiat latrones, ſiue quocunq; alio modo di-
cto,vel facto,vel neglectu,homicidium cōmittatur, irregula-
ris eſt, niſi hoc faceret ob timorem periculi corporis ſui.vt ſi
timeret quòd aliquis vellet eum interficere, nā tūc poſſet cla-
mare,& inuocare auxilium, & ſi ſuccurentes occiderent eum
non eſſet irregularis. Et eſt ratio, quia non intendit alterius
mortem,ſed ſuam liberationem ſecundum Innocētiū & Ho-
ſtienſem:idem frater Ioannes in ſumma cōfeſsionum eodem
10 titulo,quæſtione.48.quid ſi clamat &c.† Imo,quia quod quiſ-
que ob tutelam corporis ſui facit,iure feciſſe videtur.ff.de iu-
ſtitia & iure.l.4.ſ. eodem.capit.2.ſecundum Hoſtien.Io. An-
dream.Secus ſi agatur contra furem ad reſtitutionem furti, &
iudex conuictum ſuſpendat, quia non eſt irregularis cum illi
nil poſsit imputari ſi iudex exceſsit ſm Hoſtienſem & Ioan-
nem Andream. Quod intellige vt hodie legitur & notatur.j.
eodem prælatis.libro.6.vbi eſt caſus, & cum Innocētio in gloſ
ſa ſua.t. hic concordat Speculator titu.de legatis.§.iuxta pro-
poſitionis.circa decimam columnam,verſicu.illud etiam no-
ta quod ſi quis &c.

11 Super eo c.§.finali. ¶ Hic eſt argumentum,
†quòd cum qualibus armis
impetitur,cum talibus ſe defendere debet,ſicut notant docto
res. Sed plerunq; non poſſunt omnia ponderari, nam tempus
vel locus,non patitur plenius deliberandi conſilium.argumen
ti.ff.de exerc.actio.l.t.t.reſponſo. de damno infecto.l.t.vnde
hoc arbitrabitur bonus iudex.argumen.ad.l.aquiliam.l.ſed &
ſi;quemcunq;. de vi & vi armata.l.3.§.armis deiectum.ſecun-
dum Hoſtiēſem hic,& in ſumma de reſtitutione ſpoliatorum
§.t.verſiculo. quid ſi pugnus, & Ioannes Andreas poſt eum
hic.Sed tu dic cum Alano & Tancr. quòd moderamen ſerua-
tur ſi illud fiat,quo omiſſo violentia repelli non poſſet,vt.j.de
12 ſentētia excōmunicationis vt fame. in fi.† Si ergo violentum
interficias cum periculum ab eo vitare non poſsis, ſine omni
culpa interficis.ff. ad legem aquiliam.l.4.ad legem corneliā de
ſicarijs.l.furem.C.ad.l.corneliam de ſicarijs.l.a.&.3.ſ.eodem,
ſi perfodiens,& hoc ipſi Alanus & Tancredus notant.ſ.de ap
pellationibus,ſignificauerunt.quæ hodie eſt remota.idem Ala
nus,Ioannes & Bernardus & Hoſtienſis.Ioānes Andreas hic,
& Hoſtienſis in ſumma de reſtitutione ſpoliatorum.§.t. ad
finem.verſic.quamuis.ſupradictis & c.&.j.de ſententia excō-
municationis,cum delicto.ſuper verbo vim vi repellere.libro.
6.idem Ioannes de fauen.23. quæſtione.1. in ſumma,vbi Ber-
nardus aſſumpſit iſtam glo. ſuam. idem Archidyaconus ibi in
13 gloſ.ſecundum quod notant cōmuniter ſapientes &c.† Si vero
in ipſo facto aliquid fiat ex propoſito,quo omiſſo perſona ſal-
ua, erat illicitè fit & cenſetur vindicta ſecundum Hoſtienſem
& Ioannem Andream. Et ſecundum diſtinctionem quā facit
Bern.hic inter vim quæ infertur perſonę,& vim quæ infertur
rebus cum quo concordant Alla.Ioannes & Hoſtien. hic vide
tur quòd repulſio violentiæ rerum pręponatur repulſioni vio
lentiæ perſonarum contra id quod leg. & not.12. quæſtio.2.
præcipimus.C.de ſacroſan.eccle.l.ſancimus. Sed alia ratio re-
formar peccatum,quia per violentiam rerum amittitur natura
lis poſſeſsio, cū ciuilis in animo retinetur,quam licet defende
re etiam collectis amicis,vt in.ll.hic in gloſſ.allega.Hoc autem
locum habet in violentia perſonæ, quia nemo ſeipſum poſ-
ſidere poteſt.nec eſt dominus membrorum ſuorum, vt.ff.ad.
l.aquil.l.liber homo. ſecundum Hoſt.Eſt & alia ratio:quia cū
iam illata eſt iniuria perſonæ non poteſt auferri.C. de appella.
l.ſi quis prouocationem,& ſic quicquid à modo fieret,intellige
retur fieri ad vindictam,ſed quando rebus tunc poteſt auferri,
& ideo ſi ſtatim antequam ad alia diuertatur fiat, non videtur
iniuria, ſed tuitio ſui iuris. & videtur ſtatim iniuria ꝓpulſari,
etiam ſi vadat quæſitum amicos, & collectis amicis quam cito
potuit violentum deiecit, vt legi.& not.ff.de vi & vi armata.
l.3.§.cum igitur.& hoc notant Petrus & Cynus.C.vnde vi.l.t.
& in hoc ſatis concordant Bern.& Hoſtie.& Ioannes Andreas.
hic.& Hoſtien.in dicto.cap. delicto.per ca.iſtud.&.ff.de acqui
renda poſſeſ.l.quod meo,§.vltim.& l.clam poſsidere.§.qui ad
nundinas.ad tertul.l.t.§.confeſtim.j. de ſenten. excommu. ſi
vero.1.§.ſi vero.& cap.perpendimus. & cap.vt fame.Si ergo
quæritur vtrum & quando vim vi repellere licet. Diſtingue,
Aut quęris de vi illata vel inferenda per priuatum.Aut de illa-
ta vel inferenda per iudicem vel officialem.Si per priuatū tū c.
14 †Aut quæris, vtrū liceat repellere cum moderamine inculpa-
tę tutelę ſeu ad ſumendam vindictam, & dic quòd non. vt hi
in.§.ſi vero. vnde dominus.Mea eſt vltio & ego retribuā.Pro-
uer.22.Deutro.32.ad hebręos. 10.23. quæſtio prima.ca.qđ ve
ro.&.quæſtio.3.cap. quod militare.§.t.et.§.2.23.quæſtio.4.in
ter quęrelis. C.de epiſco.& clericis.ſi quis in hoc genus.&.ſ.
15 eo.ſuſcepimus.† Aut cum moderamine inculpatę tutelę, non
ad ſumendam vindictam ſed ad iniuriam repellēdam, & dic
quod ſic,vt hic &.ſ.de reſti.ſpolia.olim cauſam.in fin.j.de ſen
tent.excommunica. vt fame.in fin.C.vnde vi.l.t.vbi de hoc.
hic in gloſ.moderamē.&.ff.de iuſtitia & iure.l.vt vim. Quod
verum etiam ſi ſit religioſus qui iuuatur,vt notat. Aſten.lib.6.
titu.de regularibus. articulo.6.quæſtio.6. vtrum religioſus.
16 †Et ſi quęris quando dicatur moderamen inculpatę tutelę,&
quando,nō refert.Aut ex parte perſonarum. vt ſi ponas homi
nem aggreſſum robuſtum, & interfeciſſe debilem aggreſſorē
vel econtra,vel ſi ponas claudum aggreſſum, vel nobilem qui
non debet fugere,nec poteſt fugere, & dic quod in talibus in
ſpicienda eſt conditio perſonarum,ratione potentiæ corpora
lis,non ratione potentię accidentalis, vt quia ſit alias nobilis
& magnus.Nam tunc nō, propterea præſumendum eſſet con
tra eū:vt.C.quod metus cauſa.ad inuidiam. ſic intellige quod
notat glo.C.vnde vi.l.t.de humili & abiecta perſona,ſcilicet ra
tione potentiæ naturalis,aliàs male diceret. ſecūdum Cynum
ibi. Dicit etiam gloſ.ibi quod non eſt neceſſe quod quis ſe per
cuti expectet antequam percutiat, ſed ſufficit terror armorū,
vel iactatio percuſsionis, vt.ff.ad.l.aquiliam.l.ſed & ſi quemcū
que. de vi & vi arma.l.3.§.qui armati.&.C.ad.le.cornel.de ſi-
carijs.l.2.&.l.is qui.& in hoc concordat Hoſtienſis in dicto ca.
delicto.per iura allegata & quia quod vituperari poteſt pręcaue
ri debet, alioquin imputatur.ſ.eodem capitul.t.&.2.de ſeruis
non ordinan.capitul.1.ff.locati & conducti.l.ſi quis domum.
§ hic ſubiungi.C.quando licet vnicuiq; ſine iudice ſe vindi.l.
t.In hoc etiam concordāt Goffredus & Ioannnes Andreas.ſ.
de reſtitutione ſpoliatorum.cap.olim.1.in fine.& Laurentius
Goffredus Tancredus, Philippus,Bernardus, Innocentius
Hoſtienſis & Ioannes Andreas.ſupra.eodem.ſi perfodiens. &
Archydiaconus.50.diſtinctione.de hic glo.fin. Quod verum
intelligunt Petrus de bella pertica. & Cynus ibi,cum modera
tione ſeu diſtinctione perſonarum, quidam enim ſunt ita au-
daces quod non minantur niſi percutiant,& tunc eſt vera glo.
quidam vero ſunt ita timidi quod vix aut tarde percuterent,
& tunc non licet ante percutere. argumentum.C.ſi quis im-
pera.maledixerit.l.t.ſecundum eos.& in hoc concordat Gen.
extra eodem.c.vnic.vltima,in clemē. Aut ex parte armorum
ſeu inſtrumentorum defenſionis ſeu repulſionis, & tunc dic,
vt.ſ.ſcilicet quando illud tātum fit,quo omiſſo violentia repel
li non poſſet,vt in dicto capitu.vt famę.in fi.Aut ex parte tem
poris,& tunc ſubdiſtingue vtrum vis fiat perſonę an rebus,vt
notant Alanus Ioannes Bern.& Hoſtienſis hic,cum quibus cō
cordant Petrus de bel.perti. & Cynus in dicta.l.t.C. vnde vi.
& Raynerius in ſumma tit.de rapto. rubricella de bellis.§.18.
nā de iure.& frater Ioan.in ſumma confeſsio.ti.de raptoribus.
rubricella.de bellis.52.q. qui & qñ & qualiter de bellis &c. &
quatuor quæſtionibus ſequentibus.vbi de hoc plene.Sequitur
de vi illata vel inferenda per iudicem vel officialem, & tunc.
17 Aut iudex vel officialis infert violētiam iuſtè aut iniuſtè. † Si
iuſtè,tunc obtemperandum eſt ei,nec licet vim eius repellere,
vt.ff.de iniurijs.l.iniuriarū.§.t.de regulis iuris.l. nō poteſt do
18 lo carere.l.qui iuſſu.quod dic vt ibi.† Si iniuſtè, tūc Aut infert
violentiam tāquam priuatus:vt quia vult aliquē verberare in-
iuſtè, & tunc poteſt quis ſibi reſiſtere vt cuilibet alteri priua
to, & violentiam eius repellere.C.de iure fiſci.l. prohibitum.
&.l. defenſionis facultas. lib.10. & de metatis.l.deuotum.lib.
12.Aut infert violētiam vt iudex vel officiarius, & tunc Aut
in caſu non ſpectante ad officium ſuum, vt ſi iudex ſecularis
vellet corporaliter punire clericum notoriè,& tūc poteſt quia
vim repellere & ei reſiſtere. ff. de regulis iuris. capitu. ea quæ
fiunt.lib.6. Ad quod facit quod notat Innocētius.ſ. de officio
delegati. ſi quando. ſuper verbo tranſactionem. in fi. dicens
quòd iudicibus male procedentibus.ſ. ad ea quæ non ſunt cō
miſſa ei reſiſtere poſſumus, & cōtra eos cōpetit interdictum
vnde vi.argumen.in dicta.l.prohibitum. Aut in caſu ſpectan
te ad officium ſuum,& tunc. Aut infert violentiam notoriè il
licitam & damnatam, ſeu in caſu notoriè illicito & damna-
to,puta contra ius diuinum vel ciuile vel canonicum, & tunc
idem contra ius diuinum,vt.11.quæſtione.3.cap.non ſemper.
capit.ſi dominus. & c. Iulianus imperator.21.diſtinctio.infe
19 rior.ſ.de maioritate & obedientia.cum inferior.† Contra ius

canonicum,vt.12.quæſtio.2.non liceat Papæ.15.quæſtione.6.
iuratos.&.ſ.de tempora,ordinā.dilectus. Contra ius ciuile,vt.
C.vt omnes tam ciuiles quam mili.iudices.l.vnica.§.officium
de appellationi.l. quoniam iudices. de decur.l.omnes iudices.
in fi.lib.10.de excuſatio.mune.l. placet.in fi. eodem lib.in au-
then.quomodo oportet Epiſco. & cęre.cleri.§.1.collatio.1.ad
quod facit quod not. in dicta.l.non poteſt dolo carere.ſ.de tē
20 porali.ordinan.ad aures. † Aut infert violentiam de qua eſt du
bium vtrum ſit illicita vel damnata, & tunc,aut quæris de iudi
cibus ſeu officialibus maioribus iuriſdictionem habentibus,
aut de officialibus minoribus iuriſdictionem non habētibus.
Si de maioribus, tunc , aut violentia ſeu damnum,quod iudex
ſeu officialis vult inferre,poteſt reparari,ſeu recuperari,ſeu re
pelli per viam iuris,& tunc non eſt ei reſiſtendum , ſed ab eo,
& contra eum appellandum ſeruata diſtinctione inter leges,ſe
cundum quas non poteſt regulariter ante diffinitiuam appella
ri. vt.ff.de appellationibus recipiendis.l.2. & canones ſecundū
quos poteſt,vt.ſ.de appellationibus . ſuper eo.2.qđ dic vt ibi,
aut non poteſt reparari recuperari,ſeu repelli per viam iuris,vt
quia iudex vult te ſuſpendere , vel tibi abſcindere auriculam,
appellas. & tunc ſemper proſequitur te,nec vult te audire , &
tunc ſi non potes habere copiam iudicis maioris manu tua te
defendere potes. Ad qđ facit.l.quæ dicit,quòd in caſu vbi non
eſt alias appellandū, ſi damnum illatū,per ſnīam reparari nō ap
pellari pōt, vt in dicta.l.2.ff.de appellationibus recipiendis,ar-
gumen.ff.de his quæ in fraudem creditorum.l.ait prætor.§.ſi.
debitorem.quia inde non debent naſci iniuriæ vnde iura naſcū
tur.C.vnde vi.l.meminerint.Pro hoc etiam facit.l.allega.quo-
niam iudices.C.de appellationibus . & C. vt nemini liceat ſine
auctoritate iudicis ſe vindi.l.1. & quod notat Innocentius in
dicto capitulo ſi quando.gl.vltima.ſ.de officio delegati.Dicēs,
quòd ſi iudex poſt appellationem legitimæ ad ſuperiorem in-
poſitam,à ſententia condemnatoria nitatur de facto ſententiā
ſuam executioni mandare, poteſt condemnatus qui appella-
uit ei reſiſtere violenter,cum ex tunc non ſit eius iudex.argu-
31 men.de appellatio.bonæ.&.c. dilectus.† Si quæris de officiali-
bus minoribus iuriſdictionem non habentibus vt ſeruienti-
bus & ſimilibus,tunc,Aut non conſtat de mandato ſuperioris,
ſeu alias de poteſtate ſua,& tūc poteſt eis reſiſtere ſicut & pri-
uato,vt in dictis.l.prohibitum. &.l.defenſionis.& in authenti.
de exhibendis reis.§.quid.colla.5.Aut conſtat,& tunc non po
teſt ei reſiſti in caſu vbi nec ſuperiori ſuo poſſet,ſed bene poſ-
ſet in caſu vbi & ſuperiori poſſet per iura allega . & argumen.
93.diſt.c.ſi.94.d.cap.1.ſ.de officio delega. ſane.quia.& de hoc
notat in dicta.l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure. Et ad diſtinctionē
præmiſſam,vtrum iudex inferat violentiam iuſtè vel iniuſtè,
concordat beatus Thomas in ſumma.q.69.articulo.4.vbi quę
rit vtrum liceat alicui condemnato ad mortem defendere ſe
per violentiam,vel per fugam,ſi adſit facultas,& reſpondet ꝙ
32 aliquis cōdemnatur dupliciter ad mortem.† Vno modo iuſtè,
& ſic non licet damnato ſe defendere , licitum eſt enim iudici
eum reſiſtentem impugnare . vnde relinquitur quod ex parte
eius bellum ſit iniuſtum . Vnde indubitanter peccat:propter
quod apoſtolus dicit ad Romanos.13. Qui reſiſtit poteſtati,
Dei ordinationi reſiſtit,& ipſe ſibi damnationem acquirit.11.
33 quæſtio.3.qui reſiſtit.† Alio modo cōdemnatur aliquis iniuſtè,
& tale iudicium ſimile eſt violentiæ latronum , & ideo ſi-
cut licet reſiſtere latronibus malis , ita licet reſiſtere princi-
pibus malis in tali caſu niſi forte propter ſcādalum vitandum,
cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur ſugere, tamen li-
citum eſt,licet enim reſiſtere nō debeat inferenti mortem,ta
men non tenetur facere id vnde mors ſequatur, quod eſt ma-
nere in loco, vnde ducatur ad mortem , ſicut etiam ſi aliquis
damnatus ſit quod ſame moriatur,non peccat ſi cibum occul
tè ſibi miniſtratum ſumat,quia non ſumere eſſet ſeipſum occi
dere.Secundum Thomam. & idem notat cum eo frater Ioan
nes in ſumma confeſsionum tit.de raptoribus.rubricella.de ac
cuſatione.q.196.vtrum alicui &c.

1 *Religioſus adhibens medicinam ægroto inde mortuo,ſit irregu-
gularis.*
2 *Clericus imperitus dans medicinam ægroto inde mortuo ſit irre
gularis.*
3 *Clericus peritus adhibens medicinam ægroto, deinde mortuo &
diligentiam erga eum exhibendo,non ſit irregularis.*
4 *Medicus qualem curam debet erga ægrotum adhibere.6.*
5 *Securius eſt ægrotum relinquere in manibus Dei quam eum ex-
ponere dubio medicinę.*
7 *Clericis an medicina interdicta.*
8 *Clericis an chirurgia interdicta.*
9 *Medicus conueniens cum ægroto ſanato,& recidiuo an teneatur
iterum curare.*

TVa nos. ¶ Si quæris verū,& quando medicus
ſeu cirurgicus artē ſuā circa infirmū
exercēs, poſtea mortuū, vel mutilatum ex hoc irre
gularitatem incurrat , & qualem curam ſeu diligen
tiam debeat circa infirmum adhibere ad hoc vt pœnā irregula
ritatis debeat euitare,diſtingue , aut quæris de primo.ſ.vtrum
1 & quando ex hoc irregularitatem incurrat,& tunc,† Aut eſt ta
lis qui non poteſt aſſumere ſeu exercere artem medicinæ , vel
chirurgię vt religioſus, qui in hoc vſurpat alienū officiū,licet
in arte peritus ſit, & omnem diligentiam adhibeat ita ꝙ quan
tum ad mortem in nullo culpabilis reperiatur, & talis morte
ſecuta,quia in culpa fuit ante factum irregularis eſt,vt elicitur.
ſ.de ętate,& qualitate.ad aures.& hoc in.§.nos igitur.& diſpē
ſatione indiget,vt hic in.§.nos igitur. ſecundum Hoſtienſem
hic. Licet Innocētius dicat quòd nullo modo erat irregularis,
ſed ideo diſpēſatione eget , quia officium ſibi interdictum pu
blicè vſurpauit,quod ſatis idem ſapit ſecundum Hoſtienſem
& Ioannem Andream. Aut eſt talis qui pōt aſſumere ſeu exer
cere artem medicinę vel chirurgię,& quæ ſpectat ad officium
ſuum . puta, quia clericus eſt medicus, quod officium non eſt
2 clerico interdictum,& tunc † Aut non eſt peritus in exercitio
chirurgiæ ſeu medicinæ, & tūc ſi ex medicina ſua mors ſequa
tur irregularis eſt nec diſpenſatur cum eo,vt in capit. ad aures.
& idem innuitur à contrario ſenſu hic.§.nos igitur.ibi , & peri
tus erat &c.ſecundum Hoſtienſem . Dic tamen quod Papa ſi
vellet,poſſet cum eo diſpēſare, nam & cum homicida volun-
tario poſſet, licet vix faciat,vt nota Hoſtienſis.ſ.eodem ſicut
dignum.§.eos.& dixi ibi ſuper gloſ.nota quòd homicidium.
Et eſt ratio,quia irregularitas & eius pœna eſt de iure poſitiuo
& canonico,vt notat Innocentius.ſ. de renunciatio. niſi cū pri
dem.glo.irregularitas perſonæ.&c.ſ.eodem ad audaciam.in fi.
j.de clerico excōmuni. miniſ.ſi celebrat gloſſ.quod ſuper hac.
verſi.in ſuſpenſis autem,& Hoſtienſis poſt eum ibi, &.j. eodē
poſtulaſti. & Archidyaconus.56. diſtinctione apoſtolicam,in
magna glo.16.quæſtio.7.omnes . ſuper verbo tenetur.&.j. de
ſententia excōmunicationis qui in eccleſia.ſuper verbo,in iu-
re.lib.6.& Speculator titu. de legato.§.iuxta propoſitionis. in
princip.& in verſic. Papa autem & Guilielmus de monte lau.
& Gen.extra,eodem tit.capit.vnico.in clementi.ſuper quo po
teſt libere diſpenſare,quod dic vt legitur & notatur.ſ.de con-
3 ceſsio.præben.propoſuit.† Aut eſt peritus in exercitio chirur
gię vel medicinæ,& tunc,aut exhibuit omnem diligentiā quā
debuit exhibere tam ante factum,quam in ipſo facto,ſequen
do traditionem artis , quam ex poſt facto diligentem & con
gruā cuſtodiam adhibendo,& tunc licet mors ſequatur,nō eſt
irregularis ſecundum Hoſtienſem & Ioannem Andream; ar-
gumen. hic . Aut ante factum vel in facto vel ex poſt facto re-
peritur de morte culpabilis,& tunc eſt irregularis,quod dic vt
4 legitur & notatur hic,& in dicto capit.ad aures. † Aut quæris
de ſecundo principali qualem curam ſeu diligentiā debet me-
dicus circa infirmum adhibere,& tunc, aut quo ad miniſtran
dum medicinam vel cirurgiam congruentem , & tunc dic vt
Innocentius hic in glo.4.& Hoſtiēſis poſt eum.Vnde illas me
dicinas vel chirurgias conferat vel facit quas ſciat ſecūdum ar
tem proficere debere,conſideratis circunſtantijs vniuerſis,ita
quod omnia diligenter inſpiciat. Quia ſi ſciat medicinam no
cituram & eam conferat peccat,& eodem modo ſi dubitet eā
nocituram vel nō profuturam. & eodem modo ſi vehemen-
ter credit eā profuturam,ſed aliquid dubitationis habet vel ha
bere debet ne noceat , quia in dubijs tutior via eſt eligenda.ſ.
5 eodem,ad audientiam.&.j.eodem,petitio.† ſed & ſecurius eſt
relinquere hominem in manibus creatoris ſui quàm ipſum
exponere quocunq; modo dubitabili medicinę.Et ſi ſcienter
omittat dare medicinam debitam peccat ſicut peccaret inde-
bitam propinādo,& eſt ſatis expreſſum hic , & in c.alle. ad au
res. ſecundum Innocentium & Hoſtienſem & Io. Andream
qui plenè,notant,hic eſt iſta materia . Cum quibus concordat
Raynerius in ſumma, eodem tit.§.8.quid ſi phyſicis.& Goſ-
fredus in ſumma,eodem titu.§.qua pœna. verſi.ideo licet me
dico.& frater Ioannes in ſumma confeſsionum, eodem titu.
quæſtione.35.quæſtione, quid de phyſicis &c. & quinq; quę-
6 ſtionibus ſequentibus.Aut quo ad viſitationem & modum re
giminis,

giminis, & tunc ad hoc vt medicus vel chirurgicus dicatur ex
poſt facto congruam diligentiam adhibere, ſufficit quod infir
mum viſitet perſonaliter, & dictam ſuam, ac regimen dictet
ei, nec tenetur ad cuſtodiam continuam perſonalem. argumen
tum in eo quod legitur & notatur. ſ. de frigidis & maleficiatis.
capitu. fina. §. fina. de conſecratione. diſtinctione. 5. nunquam.
quod eſt valde nota. dignum. Et multum declarat illud quod
legitur & notatur. ſ. de ætate & qualitate ad aures. ſm Hoſti.
& Ioannem And. & vide quod notat Speculator, tit. de lega. §.
iuxta propoſitiones. 2. col. verſicu. ſi autem aliquis ſagittam, di
cẽs: qđ extrahẽs ſagittã vel gladium vel telum infixũ in guttu
re vel pectore alicuius, propter quod vulneratus citius mori-
tur irregularis eſt. argumen. hic, & ff. de regulis iuris. l. culpa.
melius. ff. ad. l. aquiliam. l. ita vulneratus. & in verſi. quid ſi quis.
Dicens quod veniẽs infirmum vt citius moriatur eſt irregula
ris. & idem notat frater Ioannes in ſumma confeſsionum eo-
dem titulo. quæſtione. 6. vbi etiam de hoc, & in hoc cõcordat.
Gulielmus de monte la. extra eodem, capi. vnico. gloſſa vltima
7 in fine in clementina. † Quod autem dictum eſt. ſ. ſecundum
Hoſtienſem, quod officium medicinę non eſt clerico interdi-
ctum. Intellige de clericis in minoribus, ordinibus conſtitutis
non beneficiatis, nõ intendentibus promoueri, ſed clericis in
ſacris ordinibus conſtitutis, vel etiam in minoribus, dũ tamen
ſufficienter beneficiati ſint, nõ licet de phyſica operari, niſi gra
tis pro miſerabilibus perſonis vel conſanguineis ſuis. nec etiã
tunc ſi poſſet ibi eſſe periculũ, quod longe ſtrictius eſt in clau-
8 ſtralibus obſeruandum. † Officium autem chirurgiæ quod adu
ſtionem vel inciſionem inducit, eſt ſine omni exceptione tali-
bus interdictum. ſ. ne clerici vel monachi. capitulo. 1. & capi-
tulo ſententiam ſanguinis. & hoc eſt etiam conſilium Goffre
di & Hoſtienſis in ſumma, eodem titu. §. qua pœna. ſub. §. illud
autem. in fi. quod promoti, & maxime promouendi ab opere
practicali, & potiſsimè chirurgico, quod aduſtionẽ vel inciſio
nem requirit abſtineãt, cum in nullo vacillare debeat conſcien
tia promouendi. 33. diſtinct. laici. vt hoc notat frater Ioannes
in ſumma confeſsionum, dicta quæſtio. 35. quæſt. de phyſi-
9 cis &c. † Et vtrum medicus qui cum infirmo de certa merce-
de cõuenit, qui tandem ab egritudine liberatus in eandem in-
firmitatem incidit, pro eodem ſalario teneatur curare infirmũ,
notat Bartholomeus Brixiẽſis in quæſtione ſua dominic. quæ
incipit, quidam medicus. vbi ſoluendo poteſt dici quod ſi cul-
pa infirmi incidit, aliàs recidiuauit non obligatur medicus, alio
quin ſic. ff. de regulis iuris. l. quod quiſque culpa ſua. Petrus di-
ſtinguit vtrum incontinenti redierit infirmitas, & tunc tenea
tur. de pen. diſtinct. 1. diuortium. vel ex interuallo, & tunc non.

1 *Clericus denuncians & concludens ad pœnam ſanguinis inde ſe quuti, fit irregularis.*
2 *Clericus denuncians pro intereſſe ciuili in cauſa criminali non irregularis 6.*
3 *Clericus denuncians ſi proteſtetur non intendere ad ſanguinem non fit irregularis.*
4 *Clericus ſine proteſtatione, non poteſt in cauſa criminali agere.*
5 *Clericus quomodo debeat concludere in denunciatione per eum facta.*
7 *Caſus qui euenire poteſt ſpectatur in ſe habentibus ad eſſe tantum.*
8 *In ſe habentibus ad eſſe, et non eſſe, an caſus qui euenire poteſt ſpectetur. 10.*
9 *Diuinare quod eueniet, nemo tenetur.*

POſtulaſti ¶ Si quæris vtrum clerico deferen
ti querimoniam de raptore, vel fu
re, vel alio criminoſo corã iudice ſeculari, qui iudex
poſtea veritate comperta ipſum mutilat, ſeu occidit
huiuſmodi mutilatio, vel occiſio debeat imputari quo ad pœ-
1 nam irregularitatis. Diſtingue. † Aut clericus huiuſmodi que
relam deferens concludit, ſeu tendit ad pœnam mutilationis
vel mortis, & tunc credo quod eſt irregularis. argu. ſ. eo de ce-
tero. cum ibi nota. & capitu. ad audientiam. etiam ſi tunc ante
vel poſt proteſtaretur expreſſè: quod per hoc ad pœnam ſan-
guinis non intendit, cum per factum contrarium ſuæ proteſta
tioni tacite renũciare videatur. argum. eorum quæ legun. & no
tan. ff. nau. caupo. ſtabu. l. vlti. §. item ſi prædixerit. ſ. de cõſtitu.
2 cum M. & de condit. ap. c. vltimo. † Aut non concludit nec ten-
dit ad pœnam ſanguinis, mutilationis, vel mortis, ſed forte ad
ſatisfactionem damni, vel reſtitutionem rei ſuæ, vel etiam ad
emendam pecuniariam ſibi competentem ratione iniurię vel
delicti ſibi vel in perſona pro quo competit ſibi actio, illati, vt
qui diceret familiarem ſuum in cõtemptum ſui interfectum,
vel emendas quas homines pro ſuis exceſsibus ſoluere com-
pelluntur, ad ipſum de conſuetudine vel alias pertinere iuxta.
c. dilectus. ſ. de offic. ordi. & tunc. Aut prælatus vel clericus ac
cuſauit vel detulit aliquem de crimine, cuius cõdemnatio non
eſt mors nec membri mutilatio, & iudex imperitia vel ſeueri-
tate condemnauit ad mortem, & tunc ſibi non imputatur ſeu
impingitur. argumentum optimum. ff. de oper. libe. l. qui cum
maior. §. 1. & de euict. l. ſi per imprudentiam. ſecundum Car-
dinalem. ĵ. eod. prælatis. gloſſa. 1. verſi. item ſi prælatus. libr. 6.
& pro hoc videtur caſus hic. Aut accuſauit vel detulit eum
de crimine cuius condemnatio ſeu pœna eſt mors vel mem-
3 bri mutilatio, & tunc. † Aut proteſtatur expreſſe quod ad vin-
dictam ſeu pœnam ſanguinis non intendit iuxta. capitul. præla
tis. ĵ. eod. lib. 6. et tunc non debet ſibi imputari, ſi iudex ad pœ
nã ſanguinis procedat, vt ibi. Et quod clericus poſsit proſequi
iniuriam ſuam ciuiliter non criminaliter coram iudice ſecula
ri, notat Archidy. 11. quæſtio. 1. clericum. a. ſuper verbo propo
nere. Licet enim iniuriam paſſus rancorem dimittere tenea-
tur, non tamen emendam. 90. diſtinctione. ſi quis contriſtatus.
& de hoc. 23. quæſtio. 4. ſi is qui. & per Guilielum & Ioannem
Andream in dicto capitulo prælatis. Aut non proteſtatur in ali
quo, vel ſi proteſtetur non tamen expreſſe, quod ad vindictam
ſeu pœnam ſanguinis agere non intendit, & tunc dicit Inno-
centius hic, quod clericus nec criminaliter nec ciuiliter agere
poteſt, ſi vel de iure vel de cõſuetudine in tali modo agendi iu
dex conſueuit pœnam ſanguinis irrogare. Et decretalis iſta
loquitur quando iudex conſueuit legitimè procedere, ſed ex
poſtfacto requiſita poteſtate vt decimas ſolui faciat ꝓpter cõ-
tumaciam ſuã iudex ex officio ſuo procedat ad pœnas corpo-
rales. quod clerico petenti nullatenus eſt imputandũ. Sed Ho-
ſtienſis notat hic quod veritate conſiderata talis clericus tali-
ter agens poteſt dici homicida ſaltẽ facta exhortatione, & quia
dat cauſam propinquam homicidio. argumentum. ſ. eodem ſi
gnificaſti. 2. §. 1. & capit. de cetero. & capit. ſicut dignum. §. qui
vero. & §. vltimo. ſed per denominationẽ iuris canonici à quo
hoc impedimentum & irregularitas procedit, non cenſetur ta
lis irregularis, ſicut nec homicida caſualis, vt. ĵ. eodem Ioan-
nes. & capit. fina. ſecundum Hoſtienſem. Si placet, dicas auda-
cter cũ Goffredo, quod ſi clericus actor crederet in nullo mo-
do poſſe perueniri ad effectum ſuæ petitionis niſi cum ſangui
nis effuſione, non eſt inuocãdum brachiũ ſeculare per quod,
ſecundum conſcientiã petentis perueniretur ad ſanguinis effu
ſionem. 23. quęſtione vltima. conuenior. Tunc enim dicẽdum
eſſet potius rem petitam dimittendam: vt. ſ. eodem titulo ſu-
ſcepimus. Quod ergo hic dicitur vix abſque &c. non exponas
vix, id eſt nullo modo. ſed id eſt difficulter. quamuis. n. actor
bene credat cum difficultate poſſe puniri ad effectum ſuæ pe
titionis, credit hoc tamen, & id. o ſi ciuiliter agat iudex, tamẽ
modo ciuilis actionis accedens gladio vtitur exceſſus non im
putatur actori, ſed iudici, vt hic dicitur ſecũdum Goffredum
& Ioannem Andream hic. idem Archidyaconus qui hoc no
tat à verſicul. ſi placet citra. 23. quæſtione. 3. Maximianus glo.
fina. Et vide quod ipſe notat. 23. quæſtione. 5. de occidendis. &
capit. ſi vos. glo. penultima. vbi dicit poſt Vincentium qui hoc
idẽ notat in dicto capit. dilectus. ſ. de officio ordinarijs, quod
licet Abbas ad quem pertinent in totum vel pro parte emẽdę
iuxta formã illius c. probet homicidium, vel aliud delictum,
ad finẽ emendę non videtur accuſare, quia agit pro emẽda vel
pœna ſtatuta, & licet publicũ ſit crimen, tamen agitur quaſi ci-
uiliter, vt ĵ delict. puer. c. referente. & ſ. de ordine cognitio. cũ
dilectus. agit enim Abbas ad pœnam ciuiliter imponendam,
vt. ĵ. de purgatio. vulga. capit. dilecti. Et nõ obeſt ordini Abba
tis vel dignitati proſequi ius ſuum, licet pœna grauior inde ſe
quatur, vt hic & dicta. l. qui maior. §. 1. ad idem. ĵ. eo. prælatis. li.
6 6. † Nec obſtat ad præmiſſa. ſ. eodem tua nos. §. ad vltimum.
quia ibi illi ſcholares, ideo non ſunt irregulares, quia ipſi non
agebant ad punitionem latronis, ſed ad emãdationem vulneris
& iniuriæ illatæ clerico, quod poterat cum proteſtatione, vt
in dicto capitulo prælatis. & iſte eſt vetus intellectus illius ca
pituli, tua nos. §. ad vltimum. ſ. eodem ſecũdum Ioannem An
dream ibi, & concordat Cardinalis in dicto capit. prælatis. glo.
1. in fi. Et de materia huius capit. notat Rayne. in ſumma eo-
dem titu. §. 10. idem quod ſi clericus. & frater Ioannes in ſum
ma confeſsionum. eo. tit. quæſtio. 46. quid ſi clericus. & quæ-

ſtione

ſtione ſequenti.& Hoſtienſis in ſumma eodem tit.§.qua pœ-
na.verſicul. verum circa hanc. & Bartholomeus Brixien. in
quæſtione dominicali.96.quæ incipit,aliquis clericus conuse-
bat ſurem.

Super eo.c. ¶Hic habes, quod non tenetur quis in-
ſpicere illud quod euenire poteſt, & pa-
tet.ſ.diſtinctinctione proxima.ſed argumen.contra.ff.de iuriſ
dictione omnium iudicum.l. ſi idem cum eodem.§.finali. de
negotijs geſtis l.diuortio.ex quibus cauſis maiores.l.ſed ſi per
prætorem.§.ſi feriæ. loca. & conducti.l.ſi quis domum.§.1.C.
ſoluto matrimonio.l.s.in principio ad trebellianum.l.lucius.§.
penul.ad legem ſalcidiam.l. in quãtitatem.§.magna dubitatio,
de dam.infectn.l. qui bona fide.§. cum inter. & de aqua pluuia
arcenda.l.in diem.§.ſi.de re iudicata.l.ſi quis ab alio.C.commu
nia de lega.l.vlti.§.ſin autem. & in authen. ibi ſignata res quæ
ſubiacet. inſtit. de rerum diuiſione.§. illud.ſ.de ſeruis non or-
dinan.c.1.cum ibi notat.Circa quod diſtingue, aut illud quod
euenire poteſt ſe habet ad eſſe tantum,aut ſe habet ad eſſe, &
7 non eſſe.†In primo caſu refert,aut ſe habet ad eſſe tantum ex
neceſsitate naturæ, aut ex neceſsitate legis, aut ex voluntate
cõtrahentiũ.Si ex neceſsitate naturæ,vt hominem mori:vt.ff.
de conditionib.& demonſtra.l.1.in authen.de nuptijs.§.dein-
ceps. colla.4.tunc ſpectatur caſus qui euenire poteſt: vt.ff.de
vſufructu.l.ſi vſuſfructus. & dicta.l.ſi quis domum.§.i.cum ſi
milibus. Si neceſsitate legis, tunc idem vt in dicto.§.ſi feriæ
Si ex voluntate contrahentium,tunc idem, vt.C. communia
8 de legatis.l.vlti.§. ſed quia noſtra maieſtas.† Secundo caſu quã
do ſe habet ad eſſe & non eſſe, & tunc refert. aut ratione præ-
ſentis ſtatus ſperatur aliquid probabiliter in futurum,& tunc
ſpectatur quod euenire poteſt. Verbi gratia, quàndo ſtatus,vel
conditio rei tendit ad hoc,vt dicta.l.qui bona fide.§.cum inter
de dãno infecto. & dicta.l.lucius.§.penultimo.ff. ad trebel.&
dicta.l.2.ff.ſoluto matrimonio.& ibi not.in gloſ.vbi dicitur,quod
res erant in loco periculoſo &c.& dicta.l. ſi idem cum eodem.
§.ſi.&.C.de pactis.l.1. & cõmunia de legatis.l.vlti.§.ſin autem.
& authen.ibi poſita.res quæ ſubiacent. Aut ratione præſentis
ſtatus nihil ſperatur probabiliter in futurum, & tunc non im-
9 putatur ei qui non diuinauit quod euenire poteſt, vt in.l.cum
quædam puella.§. quotiens.ff.de iuriſdictio. omnium iudicũ.
& dicta.l.ſed ſi per prætorem.§.ſi feriæ.in eo quod loquitur de
ferijs repẽtinis ſecũdum Dynum qui ita in effectu diſtinguit.
& notat Cynus in dicta.l.vlti.§.ſin autem ſub conditione.C.cõ
10 munia de legatis. † In hoc tamen vltimo membro videtur ſibi
ſubdiſtinguendum & bene.Aut poteſt imputari ei contra quẽ
agitur dolus vel culpa,& tunc ſpectatur caſus aduentitius, vt.
ff.de furtis.l.eum qui.§.Papinianus.|& in dicta.l.diuortio.ff.de
negocijs geſtis.ad.l.aquiliam.l.s.in principio.&.C.de euictio.
l.ſi fundum ſciens. cum ibi not. & pro hoc facit optimè quod
legitur & notatur.ſ.eodem continebatur.&.j.eodem, ia qui
mandat.lib.6.Aut non poteſt ſibi imputari dolus vel culpa, &
tunc nõ ſpectatur,vt hic & in his quæ nota.ſ.diſtinctione pro
xima.& per Bernardum & Hoſtienſem.j.cap. proxi. pro hoc.
ff.mandati.l.ſi fideiuſſor.§.ſi cum debitor.ſ.vt eccle. benefi.ca
pitu. vt noſtrum. & facit pro vtroq; membro.ff.ad.l.aquiliam.
l.ſi putator. Poſſes tamen ſi velles illud vltimum membrum,
ſubdiſtinguere, aut quæris vtrum inſpicitur quod euenire po-
teſt quo ad condemnationem faciendam, aut quo ad cautionẽ
interponendam, aut quo ad rem de qua agitur non impedien-
dam. In primo caſu non inſpicitur.verbi gratia. Prom ſiti mi
hi aliquid ſi nauis venerit ex Aſia,hic non inſpicitur quod eue
nire poteſt, vt ſtatim agi poſsit & ſententia ferri,vt.ff.de iudi-
ci.quemadmodum.Secundo caſu inſpicitur regulariter, quod
dic vt legitur & notatur.ff.de iudicijs.l.in omnibus.&.C.vt in
poſſeſsio.lega.l.1. In tertio caſu refert,aut illud poteſt probabi
liter euenire. Aut improbabiliter ſeu raro & cum difficultate.
In primo caſu debet inſpici,vt in prædicto.§.magna dubitatio
& dicta.l. ſi quis ab alio cum concordantij.ſ. in principio alle-
gatis. In ſecundo caſu non debet inſpici, vt.ff.de in litem iuran
do.l.1.de peculio l. eo tempore.j.de verborũ obligationibus.l.
inter ſtipulantem.§.ſacram.cum ſimilibus. Sed membra iſta à
verſiculo. poſſes tamen.ſatis ſub præcedentibus continentur.

1 *Cauſam præſtans damni irregularitatem incurrit.*
2 *Cauſam non præſtanti damni nihil eſt imputandum.*

EXhibita nobis.i. clerici. ¶Si quæ
ris vtrũ
iſte puer lapidem proijciẽs ſit irregularis, & iſta de
cretalis de diſpenſatione loquatur, diſtingue ſecun-
1 -dum Innocentiũ.†Aut huic ruinę vel offenſioni alterius pue-
ri lapidis iactu cãm nõ præſtitit, quia forſan puer qui fugie-
bat ceſpitauit,nec propter timorem proiecti lapidis cecidit,&
tunc lapidem proijciens non eſt irregularis,& ſecundum Ber
2 nardum hæc decretalis loquitur de iure communi. † Aut huic
ruinę vel offenſioni lapidis iactus cauſam præſtitit, quia dum
eius percuſsionem caueret vt ipſam euaderet,fugiſſet,& pro-
pter hoc in alium lapidem corruiſſet, & tunc lapidem proij-
ciens irregularis eſſet, & ſecundum hoc de diſpenſatione lo-
quitur ſecundum Innocentium. Vincentium & Abbatem. &
idem videtur tenere Ioannes Andręas.argumen.ſ. eodem. de
cętero.& capitu.presbyterum. Satis tamen poteſt dici quod
ex declaratione iuris canonici talis ſit ſuæ conſcientiæ relin-
quendus,nec excuſatur propter medicamenti imperitiam &
patris incuriam,nec non & ætatem tenerem, ſecundum Ho-
ſtienſem qui putat indiſtinctè iſtam decretalem loqui de iuſti
tia communi.idem tenet Bernar.in gloſſ.fin.pro quo facit.ſ.in
procœmio in fi.

1 *Pugnans in bello iuſto morte per eum non ſequuta, irregularis
non eſt.*
2 *Pugnans in bello iniuſto an fiat irregularis.*
3 *Occidere & mortis cauſam præbere, paria ſunt.*

PEtitio tua nobis exhibita. ¶ Si
quæris
vtrum pugnans in bello ex hoc irregularitatem in-
currat.diſtingue,aut pugnat i bello iuſto aut iniuſto.
1 †Si iniuſto, tunc, aut ex percuſsione ipſius nõ fuit aliquis mor
tuus, & tunc non eſt irregularis.ſ.de reſtitutione ſpoliatorum.
ex tenore.& capitulo olim cauſam.ſ.ne clerici vel monachi ſen
tentiam.ſecundum Innocentium Hoſtienſem & Ioãnem An-
dream hic.idem Archidyaconus.36. diſtinctione.c.fina.gl.ſua
fi.vbi vide.& quod notat Gofred.in ſumma de torneamen.§.
fi.& Innocentius in dicto capit. olim cauſam.gloſſ.quomodo.
verſi.ſed & ſi quidem.&.ſ.ne cleri.vel monachi ſententiam. &
Archidyaconus.23. quæſtione vlti. Vnde etiam dicit Hoſtien
ſis hic,quod ſi quis in bello iuſto pugnauerit in propria perſo-
na, quamuis aliquos percuſſerit dummodo de morte alicu-
ius conſcientiæ remorſum non habeat, non cenſetur irregula
ris,vt hic expreſſe probatur. Ad quod faciat quod notat Inno
centius.j.de pœnis,quod in dubijs.dicens,quod licet prælatus
ratione temporalis iuriſdictionis poſsit bellum indicere,& an
tequam ſint in percuſsionibus hortari,vt viriliter pugnent.23.
quæſtione vltima igitur.& capitulo hortatu. & capitulo vt pri
dem.& bellis intereſſe & hortari ad capiendum, ſi tamen dũ
ſunt in percuſsione incitauerint aliquem ad percutiendum
alium forte eſt irregularis ſecundum Innocentium. imo ſine
forte,ſecundum Hoſtienſem ſi ſequatur mors vel mẽbri trun
catio. Dicit tamen talem non deponendum,& quandoq; cum
eo diſpenſatur ſecundum ea quæ nota.ſ.de homicidio.ſicut di
gnum.§.finali. Aut ex percuſsione ipſius aliquis mortuus eſt,
& tunc eſt irregularis.argumen.in eo quod legitur & notatur
extra eodem capit.vnico.in clementi.Et quod proximè dixi.
ſecundum Hoſtienſem. ſi in bello iniuſto,tunc dicunt Inno-
centius Hoſtienſis & Ioannes Andreas hic, quod quomodo-
cunq; auxilium vel conſilium dedit in mortem alterius, vel ſi
culpabilis vel negligens fuit, & ex hoc ſecuta eſt mors irregu
laris ex.50.diſtinctione quantũ dicit.& capitulo ſæpe.& capit.
ſi duo.Et ex hoc videtur quod ſi euntes ad bellum iniuſtum
fauorem præſtent ſuis,puta quia ſecurius lędũt inimicos, ſiue
terrorem incutiunt aduerſarijs,quod ſcilicet fugiant, vel non
audeant ſe defendere, vel quod inimici ſui tremefacti eos de-
ſerunt,ſi ex his ſecuta eſt mors irregulares ſunt. Si autem ad
iniuſtum bellum quis iret cauſa pacificandi, vel aliàs ea iuſta
cauſa non creditur huic imputandum ſi ex eius præſentia ali
quod robur accreſcat ſuis,vel timor aduerſarijs,dummodo do
lus omnino abſit,& etiam lata negligentia,& hoc bene proba
tur à contrario ſenſu in dicto capit.quãtum dicit.&.ſ.eodem.
presbyterum. ſecundum. Innocentium Hoſtienſem & Ioan-
nem Andream.idem Gulielmus in Specu.tit.de legato.§.iuxta
propoſitionis.in fine verſicu.ſed nunquid clerici.vbi plene de
iſta materia.Et idem quod dictum eſt.ſ.de morte.intellige de
mutilatione ſecundum,Raynerium,Goffredum & Hoſtien-
ſem,qui hoc innuit tit.de torneamen.in fi.dicentes. quòd ſi
quis interſit bello licito,nec occidit, nec mutilat, nec cauſam
3 mortis præſtat,ſi aliàs ſit idone⁹ poterit promoueri. †Nihil.n.
intereſt quis occidat vel cauſam mortis præbeat.ff.ad.l. corne
liam

liam, de ſicarijs.l.nihil.nec talis indiget diſpenſatione. vt no-
tat gloſ.Guilie.ſuper Rayne.ibi.Si vero in bello illicito & ho-
mines ſunt occiſi, ibi etiam ſi non per illos ei imputatur pro-
pter culpam præcedentem. & ita non poterit promoueri.15.
q.1.capitu.vltimo. diſtinctio.1.ſi quis cum telo.& argumen.à
contrario.j.de cleri. percuſ.capit. præſentium.ſ.eodem conti
nebatur.melius.51.diſtinctione.ſi quis poſt acceptũ.& capit.
præcedenti.Item videtur tenere Ray.ibi quod cũ talibus Epi-
ſcopus poſsit diſpenſare, dummodo nec mors nec mẽbri mu
tilatio fuerit ſubſecuta.argu.j.de clericis pugnan.in duel.ca.1.
&.5.& addit glo.Guil.non fuerit ſubſecuta, per illos ſcilicet,
licet fuerit ſubſecuta per alios. & idem not. frater Ioannes in
ſumma confeſsio.tit.de torneamen.q.5.quid de his &c.

¶ De clericis pugnantibus in duello. Rubrica.

1 *Duelli diffinitio.*
2 *Duelli etymologia.*
3 *Duellum eſt illicitum de omni iure.5.7.9.11.*
4 *Dauid & Golias duello pugnauerunt.*
6 *Duellum eſt inuentum diabolo fabricante.*
8 *Rerum iactura eſt potius ſuſtinenda, quam malo conſentire.*
10 *Res ſuas licet armis defendere.*
12 *Clerici in duello pugnantis pœna, eſt irregularitas & depoſitio.*
13 *Cum pugnante in duello quis diſpenſat.*
14 *Homicidium decem modis committitur.*

HEnricus presbyter nobis.
¶ Si quæris quid ſit duellũ,& vnde dicatur, vtrũ
ſit licitum, vel illicitum,& quæ ſit pœna clerici in
duello pugnantis, & quis cum eo valeat diſpenſa
re, diſtingue, aut quæris de primo, ſcilicet quod ſit
1 duellum,& vnde dicatur.† & dic ſecundum Raineriũ Goffr.&
Hoſtiẽ.in ſummis ſuis.eo.titu.§.1.quòd duellum & ſingularis
pugna inter aliquos ad probationem veritatis inuenta, ita vide
licet vt qui vicerit, probaſſe intelligatur.& ſi non vicerit, de-
2 feciſſe in probatione putetur.† Et dicitur duellum quaſi duo-
rum bellum: dicitur etiam monomachia quaſi vnica & ſingu
laris pugna inter duos, à monos quod eſt verum, & machia
quod eſt pugna quaſi duorum vna pugna, vt probatur hic, &.
ſ.c.proximo.j.de purg.vulg. ſignificantibus.2.q.5.monoma-
chiam, dicitur etiam ſecundum Ray. in pleriſq; partibus iudi-
cium, eo quod ibi Dei iudicium ſpectatur,& cõcordat frater.
3 Ioannes in ſumma confeſ. hoc tit.q.1.† Aut quæris de ſecun-
do, ſ.vtrũ ſit licitũ vel illicitũ & dic ꝙ illicitũ ẽt inter laicos ſe
cundum Ray.Goffre.& Hoſtien.& Ioannem Andream, in tã
tum quòd nunquam eſt offerendum nec recipiendum, immo
etiam ſm legem Romanã reprobatur, vt.C.de actio.& oblig.
4 l.negantes.& de gladiatoribus,l.vnica. † quamuis enim Dauid
& Golias ſimul pugnauerint, nõ tamen pro lege teneri debet
vt in dicto.c.monomachiam.Et eſt ratio, quia in talibus Deus
tentari videtur.2.q.5. mennam.j. de purga.vulga.per totum.
quod eſt contra illud præceptum. Non temptabis dominum
Deum tuum. Deuter.6.c.& Matthęi 4.c.cõtra quod nullo mo
5 do faciendum eſt.22.q.2.quæritur.† Secũdo quia mortes ho
minum & pericula animarum inde proueniunt.ſ.ti.proxi.c.1.
vnde & homicidę vel exiſtunt vt hic. Tertio quia non eſt ve
riſimilis probatio, immo veriſimile eſt quod fortior debiliorẽ
conculcet.ſ.tit.proxi.c.1. Quarto quia vix aut nunquam repe
ritur in eo æqualitas quæ in iudicijs approbatur.ſ. de mutu.
peti.c.2.de excep.cum inter. Quinto quia inuentum eſt dia-
bolo fabricante, vt in dicto.c.mennam.&.c.conſuluiſti.2.q.5.
Sexto quia falſa probatio eſt, vnde nec ſententia hac occaſione
lata tranſit in rem iudicatam.j.de purga.vulga.ca.2. Septimo
quia nulla fortitudo ſine iuſtitia laudanda eſt, in aut.vt omnes
7 obed.iudi.prouincię.1.reſponſo. colum.5. † Nec obſtat quod
crimen læſę maieſtatis crimen perduellionis appellatur.ff.ad.l.
iul.maieſta.l.vltima.quia illud nõ fit ideo quod in illo crimine,
& non in alijs ſit admittẽdum duellum prout quidam male in
tellexerunt, ſed quia perduelles dicuntur hoſtes, vult ergo di-
cere crimen perduellionis, id eſt crimen hoſtile.ff.de verbo.
ſignifi.l. quos nos hoſtes.ſecundum Hoſtien.hic,& in ſumma
eo.tit.§.an ſit.& in his cõcordat Goff.in ſumma ſua.& B. Th.
in ſum.q.95.art.8.& frater Io.in ſum.confeſ.eo.ti.q.2.an duel-
lum.Nec excuſat hoc caſu conſuetudo loci ſeu generalis à pec
cato mortali ſicut quidam dicere voluerunt inducentes illud
pro ſe, quandu mos erat, crimen non erat.32.q.4.obijciuntur
quia illud conceſſum fuit diuina reuelatione per quam ſicut Ia
cob à mandato, iſraelitę à furto, Sampſon ab homicidio, ſic &
Patriarchę qui plures legũtur habuiſſe vxores ab adulterio ex
cuſantur.ſ.de diuortijs.gaudemus.§.quia vero. Nec admittas
diſtinctiones illorum qui dicunt referre vtrum quis offerat,
vel oblatum ſponte ſuſcipiat,& tunc mortaliter peccat, vel in-
uitus iudice præcipiente cum aliter euadere non poſsit, vel res
ſuas ſaluare, & tunc excuſatur argumentum.ſ.de homicidio
interfeciſti.&.ff.de iuſtitia & iure.l.vt vim.Nam & ſi præceptũ
iudicis à tanto excuſat, non tamen à toto.argumẽtum.ſ.quod
8 metus cauſa.ſacris.& de temporibus ordinan.dilectus.† & po-
tius debemus iacturam rerum ſuſtinere quam huic malo con
ſentire.ſ.de homicidio.ſuſcepimꝰ,& omnia mala pati.32.quæ
ſtione.5.ita ne.ſecundum Hoſtiẽſem. Vnde dicas cum Alano
ſine exceptione quod nulla conſuetudo vel verius corruptela
põt hoc caſu aliquẽ excuſare, quia diuturnitas temporis &c.ſ.
9 de ſimonia.non ſatis.&.c.cum in eccleſiæ.† peccant ergo mor
taliter omnes, ſed differenter. Grauiter enim peccat qui ſuſci-
pit etiam propter quantumcunq; metum, attenuatur tamẽ pec
catum eius multum propter periculum perſonę vel rerum, vt
in capitulo allegato, ſacris ita ne. ille autem qui ſponte ſuſcipit
& ille qui offert. Item iudex qui defert vel præſtat auctoritatẽ,
Item aſſeſſores & qui dant conſilium ad hoc, auxilium vel fa-
uorem. Item ſacerdotes qui dant benedictionẽ ſicut alicubi
conſuetudo eſt, ibi omnes peccant longe grauius. Item ſi con
tingeret aliquem ibi mori omnibus imputaretur homicidiũ,
& omnes fierẽt irregulares.17 quæſtione.4.omnes.ſecundum
Hoſtienſem.Bernardum, Tancredum & fratrem Ioannem in
ſumma confeſsio.eo.tit.quæſtio.3.vtrũ in duello etiã &c.G'o.
tamen Guilie. ſuper Ray. hoc tit.dicit quod diſtinctio prędi-
cta in verſi.nec admittas.videtur rationabilis maximè vbi in-
nocens accuſatur de crimine ad mortem. qui ſi duellum obla-
tum recuſauerit ſtatim ſuſpendetur, & durum enim videtur
dicere quod talis teneatur potius ſuſtinere ſe ſuſpendi, quam
ſe defendere in duello. Et forte diſtinguendum eſt inter ſuſci-
pientem in cauſa ciuili de rebus, vt dicatur quod in primo ca-
ſu licitum ſit ſuſcipere duellum, non offerre. In ſecundo caſu
nec offerre nec ſuſcipere licitum eſt, cum in temporalibus de
beat potius quis damnum pati quam ſic duellum ſuſtinere.
10 †Sed cum res ſuas licet armis defendere eaſq; defendendo ra-
ptorem occidere ſi aliter defendere non poſsit, quare non
poteſt eas defendere in duello, non quod ipſe offerat ſed
quod ei à iudice, offeratur, vel poſt inferatur, propter
hoc credit, quod hæc opinio cum ratione non careat, &
ſit benignior potius, quod ſit tenenda ne videatur omnes
damnare, qui ſe defendunt in duellis vel res ſuas. hæc
11 Guilie. † Sed contra eum facit quod duellum eſt prohibitum
& damnatum, vt.ſ.modo, ſicut in actu damnato & contra au
ctoritatem legis non licet aliquem inuadere ſeu inuadendo oc
cidere, ita nec in actu damnato & contra auctoritatem legis li
cet ſe defendere & ſeu defendendo ſe aliquem occidere, vt di
xi plenius.ſ.eo.ſignificaſti.2.diſtinctione.2.Item illa defenſio
quam quis facit in tradendo bellum campeſtre pro ſe defen
dendo, non eſt ex neceſsitate ineuitabili, quare non videtur ꝙ
excuſet à toto.argumen.eorum quæ leguntur & not.extra de
homicidio.ca.vnico, in clemen.Item iudex qui infert tali vio
lentiam niſi ſe defendat in duello peccat grauiter, & ideo ei ſi
poſsit, reſiſteret debet per ea quæ dixi in.c.ſignifica.& non in
duello alium occidere vt mortem euitet,& ſi non poſsit ei de
facto reſiſtere melius eſt omnia mala pati, quam malo conſen
12 tire, vt in.c.allegato.ita ne.† Aut quæris de tertio, ſcilicet quæ
ſit pœna clerici in duello pugnãtis.& dic quod irregularitas,&
depoſitio.argum.51.diſtinctione.ſi quis poſt. Et tales pugiles,
homicidę reputantur ſeu iudicantur, licet non in propria per
ſona, ſed per alios pugnent, vt hic, & not.per Hoſtien.in ſum
ma.eo.tit.§.vltimo. Quod intelligo verum ſi mors, vel mutila
tio, vel membrorum diminutio inde fuerit ſecuta.nam irregu
laritas contrahitur nedum propter homicidium ſed etiã pro
pter diminutionem membrorum ſeu mutilationem.ſ. ne cle
rici vel mona.c. clericis.1.reſponſo.51.diſtinctione. aliquãtos
& capit.ſi quis poſt acceptum.&.c. qui in aliquo.55.diſtinctio
ne.qui aſcendit. ſecundum Innocentium & Hoſtienſem hic,
& Ioannem Andream poſt eos.idem Archidyaco. in capit.al
legato.ſi euangelica.ſuper verbo remoueri. idem Ioannes An
dreas.j.de pœnis.in quibuſdam.§. ſacri.dicens quod hæc duo,
ſcilicet homicidium & mutilatio æquiparentur, vt ibi,&.ſ.c.
proxi.&.j.de homici.ca.vlti.lib.6. Item ex debilitate membri
contrahitur irregularitas, vt notat Archidyaconus.j.de homi.
capit.

capitulo vltimo, libro ſexto. Et hæc vera intellige in alijs,
quam in Papa:quia ille non poteſt irregularitatem canonicam
13 incurrere vt notat Hoſtien.j.ti.proxi.capit.vnico.† Aut quæ
ris de quarto,ſcilicet quis cũ eo valeat diſpenſare:& tũc. Aut
quæris de homicida, & cũ tali Papa non conſueuit diſpẽſare,
poſſet tamen ſi vellet quod dic vt.ſ. de homi. ſicut dignum.
ſecundum Hoſtienſem.ſ.capit.proximo.circa hoc tamẽ ſub
diſtingue. Aut quæris vtrũ poterit per Epiſcopum diſpenſari,
& dic ꝙ ſic in ſimplici beneficio, & in minoribus ordinibus
ſeu circa executionem minorũ ordinũ. nõ ſacrorũ. Aut vtrũ
poterit diſpenſari per Papam, & dic ꝙ ſic etiam in beneficio
cum cura argumentum in eo quod legi.& nota ſ.de filijs pre-
ſbyte.literas.& de præben.cap.fin.ſecundum Hoſtienſem &
Ioanem Andream hic.& etiã in alijs beneficijs duplicibus.ſeu
maioribus,& in ſacris ordinibus.argu.ſ.de electio. innotuit.
Aut quæris de mutilante,& tunc idem infrà, de filijs presby-
te.capitu.1.& 2. libr. 6. Sed Archidyacon. tenet indiſtinctè.
50.diſtinct.miror.quòd Epiſcopus bene poteſt cum talibus di
ſpenſare in beneficio:ſed non in ordine.argumen.huius.capit.
& 50.diſtinctione.presbyteros,&.capitu.ſtudeat.ſed primum
credo verius,& tutius per ea quæ not.in gloſſa.in dicto capit.
miror.in princ.Aut quæris de mutilato,& tunc refert: quia &
cum clerico mutilato diſpenſari poteſt, etiã quoad ordinem
ſi non nimis ſit grauis mutilatio vel deformis:vt ſupra de cor
por.vitic.capitu.1.In enormi vero,vel deformi & ſi quantum
ad minores ordines diſpenſentur:non tamen, quantum ad ſa-
cros. ſed vbi in culpa non eſt in minoribus toleratur, nec ab
ecclesiaſtico beneficio remouetur etiam ſine diſpenſatione
aliqua, nota ſuprà de cleric.ægro.capit.1.& 2.& capitu.penult.
Nam & vbi culpa eſt hoc idem fieri poteſt: ſed tamen ex di-
ſpenſatione.vt patet ſuprà de corpo.vltim. ſignificauit ſecun
dum Hoſtien.ſupra.capitu.proximo.Et ad id quod dicit tex-
tus hic in fin.poterit &c.addit Hoſtien.& debebit. dum tamẽ
corrigibilis ſit. 50.diſtinctione.ſtudeat. de incorrigibili verò
dic vt not.ſupra.de iudic.cum non ab homine. ſecundum Ho
ſtien.hic,ſed Goffred.& Archidyacon. tenent in capitu. alle-
gato.ſtudeat,quòd non tenetur diſpenſare.argumẽ. huius ver
bi poterit.quorum opinio videtur ſecurior licet Hugo.ibi in-
nuat idem cum Hoſtien.hic,& videtur,quòd clericus benefi-
cium huiuſmodi habebit vt ſtipendium,non vt beneficium:
& ſic quaſi laicus habeat.32.diſtinctione. ſi qui verò. Verius,
puto,quòd habeat vt clericus, & ſic beneficium intitulatum,
per hanc literam ſecundum Goffred.hic,& in ſumma eo. titu.
in fin.& argumen.50. diſtinctione. ſtudeat.& argument.illius
capitu.in fin.ibi,eccleſiæ ſuæ.id eſt ab eccleſia,quam habet.&
14 de hoc per Hoſtienſem in ſumma eod.titu.§.vltim.† Et nota
ſecundum Hoſtienſem hic,quòd quatuor modis committi-
tur homicidium,ſcilicet facto, præcepto, conſilio, vel defen-
ſione.Sunt & alij ſex modi vnde iunge hic vel voluntate, ſiue
conſenſu,vel ſtudio,exhortatione,inſtigatione,opere:vt nota.
in capitu.allegato,ſicut dignum.& etiam diſsimulatione, quæ
dicitur turbata voluntas:vt not.ſupra de ſimonijs. Matthæus.
de homicidio.Petrus.hi enim omnes irregulares ſunt niſi de-
claratio eccleſiæ vel diſpenſatio ipſos excuſabiles reddat ſe-
cundum Hoſtienſem.

1 *Hæc verba ſub anathemate prohibemus,an ſint latæ ſentẽtię.3.*
2 *Mitius agitur cum.l.quam cum homine.*
4 *Hæc verba ſub anathematis interminatione,ſint lati canonis.*
5 *Hæc uerba ſub diuini contemplatione iudicij,ſint latæ ſententiæ.*
6 *Hæc uerba anathema ſit,non ſunt lati canonis.*

¶ De ſagittarijs. Rubrica.

ARtem illam mortife. ¶ Ad eui dentiam
tiam gloſſæ.2.Si quæris,vtrum per iſta verba ſub
anathemate prohibemus.vel ſub interminatio-
ne anathematis,vel ſub pœna anathematis pro-
hibemus,ſint latæ ſententiæ,adeo, quòd contrarium facientes
1 eo ipſo pœnam incurrant. † Bernardu.hic ponit duas opinio-
nes.Quarum prima eſt,quòd quando per hæc verba vel ſimi-
lia fit prohibitio à lege,cominatio eſt trigeſimo, diſtinctione.
per totum.Quando verò à iudice, tunc eſt canon latæ ſenten-
tiæ.63.diſtinctione ſalonitane ſuprà,de appellat. præterea. ſe-
2 cundo.de eo, qui furtiuè ordina.recepe.Celſus.c.1.teſt ratio:
quia mitius agitur cum lege &c.ff.de arbit.l.Celſum.ſecũdum
Bernard.& hanc opinionem tenet Hugo. & Laurentius in d.
capitu.ſalonitane.Quando igitur ſecundum hoc erit canon la
tæ ſententiæ, reſpondeo tunc cum ex eodem canone id colli
gitur:vt 17.q.4.ſi quis ſuadẽte.vel vbi eccleſia interpretatur.
vt 24.q.1. capi.1.2.& 3.ergo cum Papa vel quilibet prælatus,
vel alius prohibet ſub interminatione anathematis, diſtingue:
aut tanquam homo intendit prohibere.aut tanquam conſtitu
tionem faciendo ſecundum Laurentium, qui etiam hoc idem
3 not.10.q.1.ſanctorum.& hic.† Secunda opinio eſt, quam ap-
probat Bernard.hic & j.de teſtamen.capit.cum eſſes. gloſſ.fi
nal.quæ etiam placet Tancred.quod ſi iudex dicat,præcipio ti
bi ſub pœna excommunicationis,ſiue præcipio tibi ſub inter-
minatione excommunicationis ſiue anathematis,ſiue ſub ex-
communicatione hoc facias,non eſt contrarium faciens excõ
municatus,ſed excommunicandus:vt dicto capitulo ſalonita
ne.ſ.de loca.capitulo.1.j.de eo qui furtiuè ordines receper.ca
pitu.1.Et omnia conſimilia intelliguntur, quando ſub condi-
tione excommunicatio fuit lata,ſi excommunico, quemcun
que furtiuè ad ordines accedentem,& tunc contrarium faciẽs
eſt excommunicatus ſecundum Bernardum,& quod iſta ver
ba non habent vim ſententiæ:ſed tantum cominationis.argu-
men. C. cominationes epiſtolas per totum. notant Ioannes,
Tãcredus,& Philippus.ſ.de iure patronatus.relatum. & infrà
de eo qui furti.ordin.recepit.capit.1.& Alanus,& Bernardus ſ.
de immunitate eccleſiæ.capitu.cum eccleſia.gloſ.penultim.&
Hoſtienſis,& Ioannes Andreas poſt eos.ibi & Ioannes & Ar-
chidyacon.in dicto capitu.ſalonitane.Idem tenet gloſſ. Gui-
lel.ſuper Rayne.hoc tit. & frater Ioannes in ſumma confeſsio
num hoc titu.& frater Aſtenſis.libr.7. titul.de forma excom-
municandi articulo.5. ad finem quæſtio. ſed nunquid faciens.
& idem tenet Geminianus in extrauagan.Ioannes.22.quorun
dam.in fin.ſuper verbo excommunicationis pęna.& in extra-
uaganti ſancta Romana gloſſ.per hæc verba &c.& in extraua-
ganti,quia non nunquam.Quæ opinio vera eſt ſecundũ Aſten
ſem, & Hoſtienſem niſi per hæc verba præferens intendat,
quod vim habeat lati canonis, quod per circunſtantes coram,
quibus intentionem ſuam expreſsit probari poteſt:& ſic po-
teſt intelligi dictum capituli ſalonitane.Iudici tamẽ ſuper hoc
credendum eſt,cum de ſua conſcientia quæritur.ſ.de homic.
ſignifi.1.& eius eſt interpretatio.j.de ſententia excommuni-
catio.inter alia.maximè in ſententia excommunicationis.arg.
11.q.3.curæ.ſ.de treuga & pa.c.1.j.de ſenten.excommuni.ca.
penu.eo.tit.c.cum medicinalis.li.6. Vnde Hoſt. putat quod ei
credendum eſt,ſed antequam declarauerit putat excuſatum il
lum qui ſententiam non ſeruauit cum probabiliter credere
potuit quod cõminatio tãtum eſſet per iura ad hoc probandũ
ſuperius allega.& alia ſimilia. Debet ergo eſſe probabilis igno
rantia excuſata.j.de clerico excommu.mini.c.apoſtolicę.&
ad hoc facit ꝙ notat ipſe Hoſt.ſ.ne cleri.vel mon.c.clericis.ſu
per verbo ſubiaceat Goff.vero dicit ꝙ ſi mandatur ſub pœna,
tũc ipſo facto incurrit,vt in dictis.c.ſalonitane.ſ. de apell.c.1.
præterea.2.ſ.de loca.ca.1.25.q.quæcunque† Si vero ſub inter
minatione,nõ.vt in dicto.c.relatum.de iure patro.& ſ. de im
munitate eccle.c.non minus. & c.cum eccleſiæ.ſic not.ipſe.ſ.
de matrimonio.contract.c.2.de magiſtris. quanto. Vel dic &
melius ſm ipſum Gof.quod ſi intentio eſt ipſius excommu-
nicantis ſtatim ligare contra facientes,ſtatim ligantur.ar ff. de
acquiren.poſſ.l qui abſenti .etiã ſi dixerit ſub interminatione,
vt in d.c.1.j.de eo q furtiuè ordin.recep.& vř caſus in d.c.ſalo
nitane.Sed vbi ius prohibet ſub pœna ſecus,vt.30. diſtinc.per
totum vt dicit Hugo.& ita notat ipſe Goff.ſ.de ſimon. ſicut
tuis.aliàs ſicut nobis.quæ opinio concordat cum dicto Hoſt.
Et vide quod notat Archidia.in dicto.c.ſalonitane.gloſſ.adde
in hac altercatione.vbi tenet finaliter, quod ſi feratur ſentẽtia
ſicut ibi.§.ſub interpoſitione &c.tunc eſt canon latæ ſententię
vt ibi,quia pœna interpoſita videtur,vt patet.10.queſ.3.illud.
idem ſi dicatur ſub pęna.vt le.& not.in dicto.c.1.ſ. de loca.ad
idem.j.de regula.non ſolum.libr.6. Sed ſi dicatur ſub intermi
natione,vt in dicto.c.relatum.& in d.c.ſicut.&.c.cum eccleſia.
j.de ſta.reg.c.periculoſo.§.& quoniam.lib. 6.ad idem.j.de ſe-
pul.c.1.lib.6.Vel ſi dicatur ſub anathematis diſtrictione, vt in
dicto.c.non minus. vel etiam dicatur ſub anathemate vt hic,
tunc non credit quod ſi canon latę ſentẽtiæ niſi iungatur,quod
ſi quis contra fecerit ſciat ſe excommunicatum,vt in d.c.non
minus.vbi Hoſt.hunc vltimum approbat intellectum ſm ip-
ſum Archidia. Et idem quod dictum eſt de pœna,poteſt dici
quando dicitur ſub excommunicationis vinculo, argumen.ſ.
de ſepul.capi.1.in fin.Sed quo ad verbum interminationis di-

ſtinguit Guilel. de monte Landu. extra de exceſ. prælato. c. vni
co. ſuper verbo interminationem. in clemen. quia. Aut primo
erat lata ſententia excommunicationis, & poſtea interuenit ta
lis cumminatio, & tunc infert ſententiam excommunicatio-
nis, ita quod erit duplici ſententia ligatus. j. de ſenten. excom-
munica. à nobis. 1. Idem ſecundum Hoſtien. quando poſt hu-
iuſmodi interminationem ſequitur, quod ſi contra fecerit
ſciat ſe excommunicatum, vt notat Hoſtien. in dicto. cap. nun
minus. Aut non, & tunc. Aut interminatio prolata eſt canone,
& tunc nunquam excommunicationem infert. 30. diſtinctio-
ne, per totum. & in capitu. allegato cum eccleſia. & ita intellige
quod not. Ala. & Bernard. ibi in gloſſ. penultim. & Hoſtienſ. &
Ioannes Andreæ, poſt eos. Aut ab homine, & tunc reſpicitur
iudex, nam ſi ferat ſic, prohibemus ſub pœna excommunica-
tionis ne tale quid fiat, ſi poſsit probari per circũſtantes, quod
fecerit animo promulgandi ſententiam, tenet, vt ſi aliquis ſic
ferat, & dicat ſe habere animum ferendi, tenet: quia eius eſt in
terpretari, vt in dicto. c. inter alia. & etiam antequam fuerit,
interpretatus tenet ſententia: & ipſe eſt excommunicatus, vt.
ſ. de homicidio. ſignificaſti. 1. ſecundum ipſum Guilel. qui re-
mittit ad Hoſtien. hic. cuius opinionem iungas cum ſecunda
opinione Bernard. & cum prædicta opinione Archidiacon. &
5 habebis veritatem. † Item quandoque dicitur vel ſcribitur ſub
diuini contemplatione iudicij. 7. q. 2. cap. ſuper foro. quando-
que ſub oſtentatione diuini iudicij. ſ. de appella. cum ſpeciali.
Item dicit Aſten. vbi. ſ verſi. notandum quoque, quod vbicũ
6 quæ ponitur in iure hæc clauſula tanat hema ſit, non eſt canon
latæ ſententiæ, ſed ferendæ, & exponitur ſic, id eſt fiat: vt. 34. di
ſtinctione, quaſi per totum. ſ. de vita & honeſta. cleric. ſi quis.
Sic intelligit Guil. durandi. ſ. de magiſtris. c. 3. & idem vbi po-
nitur verbum de futuru: vt tale quid faciens excommunicet.
ſ. de vita & hone. cle. c. clerici. & in multis alijs capitulis. ratio
eſt: quia pœnæ ſunt molliendæ. de pœni. diſtin. 1. §. pœnæ.

1 *Corruptor virginis ſi ducere eam non poteſt, dotet.*
2 *Corruptor virginis ſi nec ducere, nec dotare poſsit, caſtigatus*
& excommunicatus in monaſterio recluditur.
3 *Corrupta ſi non vult nubere corruptori, ipſe non tenetur eam*
dotare.
4 *Corruptor virginis ſi non vult ducere corruptam eam dotet.*
5 *Dos à corruptore data. ſol. mat. ad mulierem ſpectabit.*
6 *Mulier à clerico recepta, de rebus, ipſius per carnali opere non*
reſtituit.
7 *Mulier à clerico recepta de rebus eccleſiæ pro carnali opere, det*
loci pauperibus.
8 *Mulier à regulari recepta pro opere carnali de rebus monaſte-*
rij, ei reſtituat.
9 *Mulier à filiofa. recipiens pro carnali opere de rebus patris ei re*
ſtituat.
10 *Vir à coniugata pro carnali opere recepta marito reſtituat.*

¶ De adulterijs & ſtupro. Rubri.

PEruenit ad nos quod fe. ¶ Si quæ-
ris virum & quando corrumpens virginem te-
neatur ipſam in vxorem ducere, vel dotare, di-
ſtingue. † Aut huiuſmodi corruptor virginis eſt
talis, quod non poteſt ipſam ducere in vxorem, vt quia vxora
tus alia vxore, vel religioſus vel in ſacris, & tũc ipſam dotare
debebit. argum. ſ. capi. proximo. Nam cum, quis obligatus, ad
duo, copulatiuè ſeu alteratiuè, ſi alterum facere non poſsit, al
terum quod poteſt facere tenebitur. ff. de contrahen. emptio.
vendi. l. ſi in emptione. §. ſi emptio. 22. q. 2. faciat homo, mo-
do ſi eſſet talis, qui poſſet eam ducere in vxorem teneretur
vel eam ducere vel dotare. vt. ſ. c. proximo. ergo poſtquam nõ
2 poteſt ipſam ducere ſed ſolum dotare ad hoc tenetur. † Si ve-
rò non poſsit eam dotare, tunc caſtigatus & excommunicatus
in monaſterio recludetur: vt hic: & ſtatim. j. dicetur. Aut po-
teſt ipſam ducere in vxorem, & tunc. Aut placet vtrique tam
corruptori, quam corruptæ inter ſeinuicem matrimonium
contrahere, & tunc contrahere poſſunt ſecundum Bernard. &
3 Hoſtien. hic. Aut non placet alicui eorum. † vel placet ſoli cor
ruptori & non corruptæ, & tunc corruptor non tenebitur ad
ipſam dotandam, cum ad alterum ſolum modo teneatur in ele
4 ctione ipſios, vt hic. † Aut non placet corruptori ſed ſoli cor-
ruptæ, & tunc corruptor ſecundum Hoſtien. hic, tenetur eam
dotare: vt ſupra. capit. proximo. & nihilominus caſtigatus pro
ot iudici videbit excommunicatus, qui in monaſterio in quo
agat pœnitentiam non perpetuam, ſed ad tempus recludatur.
Vel dic quod quando poteſt, & vult eam ducere vel dotare, lo
cum habet pœna Exodi de qua ſupra. ſupra capit. proximo. &
hæc ceſſat aliàs habet locum hæc pœna, quæ loco illius ſubro-
gatur: ſimile infrà de maledict. capitu. a. ſecundum Hoſtien. &
Ioannem Andreã. Et nota, quod corruptor virginis nedum
debet condemnari ad dotandam corruptam iuxta modum
dotis, quam virginea accipere conſueuerunt: ſed etiam vltra,
inquantum ratione illius corruptionis eius conditio deterior
facta eſt. Vnde ſi quis prius, eam duceret pro cẽtum libris, &
nunc non vult ſine ducentis: dabit ducenta. nam huius occaſio
nem damni dedit infra de iniurijs. capitu. ſi. ſecundum Abba-
5 tem, & Ioannem Andr. ſupra. capitu. proximo. † Et nota, quod
ſoluto matrimonio illa dos ſpectabit ad mulierem ſecundum
Ioannem Andre. ibi. Et ex iſta decretali notant Petr. de ſamp.
& Abbas & Ioannes Andr. hic quantum debeat puniri cleri-
cus in ſacris conſtitutus, qui deflorat aliquam mulierem. cum
enim cum ipſa contrahere nequeat, videtur, quod publicè de-
beat fuſtigari. argumen. bonum ſupra de calum. c. 1.

Super eod. c. ¶ Si quæris, vtrum mulier teneatur
reſtituere pecuniam, quam rece pit pro
carnali opere, & cui, diſtingue. vt Rodoff. & Alten. poſt eum.
6 libro. 1. titu. de furtis interpretatiuo. articulo. 4. † dicẽtes quod
ſi receperit à clerico ſeculari, de rebus proprijs nõ tenetur re-
ſtituere, etiam ſi ſit monialis, ſed acquiritur monaſterio eius,
illud, quod accepit, honeſtius tamen eſt, quod monaſterium,
7 illud non retineat, ſed erogetur in pios vſus. † Si autem rece-
pit à clerico ſeculari de rebus eccleſiæ, debet fieri reſtitutio,
pauperibus illius loci ſi indigent, & eccleſia ſatis abundat,
aliàs, melius eſt, quod ad vtilitatem eccleſiæ pauperis conuer-
tatur. argumen. 17. quæſtio. 4. ſi quis in atrio. ſuprà de offic. or-
dinar. cum vos. niſi Epiſcopus velit diſpenſare, cum muliere
quæ recepit, quod retineat illud ſi eſt ſecularis: aut cum mona
8 ſterio ſi eſt, regularis. † Si autẽ receperit à perſona regulari de
rebus monaſterij, quod præſumendum eſt niſi de contrario
conſtet. Aut recepit ab habente adminiſtrationem, & tunc de
bet fieri reſtitutio monaſterio, vel prioratui, vel adminiſtratio
ni de cuius bonis datum eſt, & poteſt fieri reſtitutio eidẽ per
ſonæ, quæ dedit ſi adhuc remanet in adminiſtratione illa, maxi
mè ſi creditur correctus: aliàs tutius eſt, quod ei non reddatur
ſed fiat quod dictum eſt ſuprà. Si cum tali non correcto facta
ſit reſtitutio liberata eſt, quæ accepit. Si autem amotus ſit ab
adminiſtratione illa. Aut ſi eſt ſimplex clauſtralis, qui dedit, fie
ri, debet reſtitui monaſterio vel prioratui vel adminiſtratio
ni, nec liberabitur ſi ſoluerit illi qui dedit, niſi tunc demum cũ
conuerſum fuerit in vtilitatem monaſterij, vel prioratus vel
adminiſtrationis: nec detineri poterit à monaſterio illius mu
lieris regularis illud, quod accepit à regulari alterius loci niſi
de conſenſu Abbatis, & conuentus ſi donum fuerit magnum,
Aut Abbatis ſolius ſi donum fuerit paruum vel mediocrè,
9 † Quod autem dictum eſt de rebus taliter datis à regularibus
perſonis, intellige etiam de rebus datis à perſonis ſecularibus
etiam laicis, qui non ſunt ſui iuris: vt cum ſeruus vel filiusfami
lias dãt taliter etiam de rebus peculiaribus, niſi rerum illarum
habeant ita liberam adminiſtrationem, quod ſi paterſamilias
de eiſdem diſponere poſsint. Item quod dictum eſt de mo-
niali reſpectu viri regularis, tenendum eſt econuerſo, quando
10 vir regularis recepit aliquid à muliere regulari. † Vir autem ſe
cularis, quod à muliere coniugata recepit pro carnali opere,
debet reſtituere viro ſi illa de rebus dotalibus vel communi-
bus dedit. Sin autem dedit de rebus dotalibus, aut ſi mulier ſo
luta dedit aliquid amaſio de rebus proprijs licet ſit honeſtum
quod expendat illud in pias cauſas, non tamen tenetur niſi ve
lit, poterit etiam ei reſtituere, quæ dedit: quòd videtur melius
ſi pœniteat, vel egeat, & vtrunque perſona regularis reſti-
tuere poteſt auctoritate propria, quod recepit, pro carnali ope
re, dic vt ibi.

1 *Vir, quo ad rancorem reconciliet vxorem quoties pecca-*
uerit.
2 *Vir quo ad ſatisfactionem non tenetur reconciliare vxorem quo*
ties peccat.

3 Vir

3 *Vir non tenetur ſuum remittere vxori quoties ipſa peccat.*
4 *Vir & vxor ſimul accuſantur ad thori ſeparationem.*
5 *Vxor an thorum dimittat & ſodomiam.*
6 *Vir an vxorem dimittat ob pollutionem extraordinariam.*

SI vir ſciens vxorem ſuam.

¶ Si quæris vtrum, & quando ex præcepto teneatur vir vxo
rem ſuam dimittere, diſtingue vt dixi ſupra de iure
iurand. quemadmodum. diſtinct. vltim.

Super eod. c.

¶ Ad euidentiam glo. vltimæ. Si quæ
ris, vtrum vir teneatur vxorem, quo-
1 tienſcunque peccauerit reconciliare, diſtingue. † Aut quãtum
ad rancorem vel odium, |& dic quod ſic. vt in contrarijs hic
allegatis. de pœni. diſtinctione. 3. ad hoc inſtant. ſ. de iureiura.
2 quemadmodum. in fin. † Aut quãtum ad ſatisfactionem: & dic
quod non: vt 14. q. 6. ſi res. Aut quantum ad exceptionis ſeu al
3 terius iuris quæſiti remiſsionẽ† & dic ſimiliter quod non: vt
hic. nemo enim cogitur ſuum dare ſiue remittere niſi velit.
12. q. 2. precariè. nemini. n. facit iniuriã, qui vtitur iure ſuo. ſ.
de electionibus. cum eccleſia vulterana. ſecundum Hoſtiẽ. qui
ita diſtinguit hic. Poteſt tamen ei pœnitenti parcere ſi vult, &
quotienſcũque vult, ſecundum euangelicam veritatem Matth.
18. c. & ſ. de iureiuran. c. quemadmodum. §. fi. ſed non cogitur:
ſed ex quo ei pepercit aliquotiẽs eccleſia pro ipſa non interce
dat: ideo etiam hic dicit non ſæpe vt inde terreatur, & ne eccle
ſia peccandi licentiam ei dare videatur ſecundum Bern. & Ho
ſtien. Idem Hoſtien. in ſumma eod. titu. §. qualiter. ver. repellit
etiam. dicens quod poſt pœnitentiam eam reconciliare poteſt
non ſolum ſemel, ſed in infinitũ: ſic exponenda eſt illa auctori
tas in dicto. c. quẽadmodum. in fi. & quod hic dicitur, dicitur
ad terrorem: & quia ad interceſsionem eccleſiæ non reconci-
liabit eam ſæpe. Et vide quod notat Ioan. 2. q. 5. ſtatuit dicens.
4 † quod qñ agitur ad thori ſeparationem, vel ad pœnitentiam,
poſſunt ſimul adulter & adultera accuſari. ſecus ſi agatur crimi
naliter. C. de adulter. l. reos. ſunt & alia plura ſpecialia in cauſa
adulterij, quę ponit Rodo. & Io. And. poſt eum. j. eo. intellige-
5 mus. † Et vtrum propter vitium ſodomiticum vxor thorum
viri dimittere poſsit, Inno. ſ. eo. c. 1. credit quod non, nec pro-
pter aliud crimen, niſi vellet vxorem ad illud trahere. 28. q. 1.
idolatria. & ſic intelligitur. 32. q. 7. omnes cauſationes. Sed. Io.
contrarium ibi in glo. videtur ergo. & Hugo. & Laur. & Arch.
ibi in glo. adde hanc ſententiam pro quibus. ea. q. adulterij. & c.
flagitia. & c. vſus. & c. non ſolum. ver. omnis. nam nomine for
nicationis dominus comprehendit omnem illicitum, coi-
6 tum: vt ibi. & hoc vltimũ credo verius. † Et hoc tenet Aſten.
lib. 8. titu. de bono matrimonij. articu. 3. q. vtrum vxor dicens
quod etiam quod Hug. notauit. 33. q. 4. meretrices. ꝙ propter
quamlibet pollutionem extraordinariam poteſt vir vxorem
dimittere, & econuerſo ſi alter agat cum altero membro inna
turali, vel poſteriori, arg. c. alleg. cauſationes adulterij.

SIgnificaſti nobis quendam.

¶ Si quæris vtrum, & quando confeſsio in iure fa-
cta in & ſuper criminibus, præiudicet confitenti, di
ſtingue vt dixi ſupra de diuor. ex literis. Item, vtrum, cõfeſsio
vnius criminoſi alteri pręiudicet, vide quod dixi ſupra de cõ-
feſ. ca. 1. & de re iudicata. c. quamuis.

1 *Replicatio datur contra exceptionem doli, matrimonij fauore.*

INtelleximus, quod cum ſ.

¶ Si quæris, vtrum contra exceptionem doli detur
replicatio doli, vide hic per Innocentium & Hoſtiẽ.
poſt eum, & Ioannem Andream. ſ. de conceſ. præben. cum ſu-
1 per. in fi. † vbi dicit quod hic & in decretali ſignificaſti. ſ. de di-
uor. datur replicatio contra exceptionem in fauorem matri-
monij. vel ibi & hic datur replicatio circa diuerſa delicta, ſed
circa idem delictum non daretur replicatio contra exceptio-
nem doli. ff. de exception. doli. leg. apud Celſum. §. Marcellus.
Henric. Bobic.

1 *Vxori notoriè adulteræ non tenetur vir lite pendente debitum
reddere*
2 *Patronus eſt turpitudinis qui celat crimen vxoris.*
3 *Vxori occultæ adulteræ lite pendente, an maritus debitum red-
dere teneatur.*
4 *Vir reddendo debitum vxori adulteræ an peccat.*
5 *Vir reddens debitum vxori adulteræ proceſſu pendente an ſi-
bi præiudicet.*
6 *Inceſtus cum moniali committitur;*
7 *Adulterium cum ſponſa committitur.*
8 *Delictorum non fit compenſatio in foro pœnitential.*
9 *Delictorum occultorum non fit compenſatio in foro iudiciali.*
10 *Delictum notorium, quod dicatur.*
11 *Status mutatione impediente non fit compenſatio.*
12 *Delictorum notoriorum, in pęnis publicis non fit compenſatio.*
13 *Delictorum notoriorum in pœnis pecuniarijs an fiat compenſatio.*
14 *Vir ſe occultè adulterans an vxorem poſsit adulterij accuſare.*
15 *Adultera poſt pęnitentiam an repellat virum ab accuſatione.*

TVa fraternitas requiſi.

¶ Si quęris vtrum vxo-
ri accuſatæ de adulterio per maritum, & ab eo lite
pendente carnale exigenti maritus debitum redde-
re teneatur, Et vtrum peccet debitum ab vxore adultera exi-
gens, vel ei reddens: & vtrum ſibi præiudicet, & in quo; diſtin
gue. Aut quæris de primo, ſcilicet vtrum lite pendente mari-
tus debitum reddere teneatur: & tunc refert ſecundum Ray-
nald. in ſumma titu. de matrimonio. §. 11. pone &c. & ſecun-
dum fratrem Ioan. in ſumma confeſ. titul. de matrimonio. q.
48. pone quod vir & Aſten. libr. 8. tit. de accuſatione propter
1 fornicationem in fin. & Goffred. & Bernar. hic. † Aut eſt no-
torium & publicum illam eſſe adulteram: & tunc nec reddere
nec exigere debet debitum, niſi ipſa vxor velit abſtinere à pec
cato adulterij, & pœnitentiam agere. 32. q. 1. c. 2. & 4. & 6. capi.
ſequentibus. vbi dicitur quod adultera donec pœniteat non eſt
tenenda in conſortio coniugij. Et ſicut iniquus eſt, qui caſtam
2 dimittit, ita iniquus & fatuus eſt qui retinet meretricem. † &
quod patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris. ad
idem ſupra de diuor. ſignificaſti. & ſuprà. capit. proximo. in fin.
3 & capit. ſi vir. † Aut occultum eſt eam eſſe adulteram: |& tunc
dicunt Raynald. & frater Ioann. & Aſten |vbi ſuprà, & idem
innuit Bernar. hic quod tenetur debitum reddere petẽti: quia
eam non debet ſpoliare ante ſententiam ſupra vt lite penden-
te. laudabilem. de diuor. porro. 8. q. 4. nonne. ſed Hoſtien. hic
contra, ne paretur ſibi præiudicium: vt infra ſequitur. & hoc
videtur verius per ea quæ not. ipſe Hoſtien. in ſumm. eo. titu.
§. quæ ſit pœna. in fin. vbi dicit quod ſi maritus certus de adul
terio vxoris non poſsit ipſam vxorem conuincere, & ideo ab
eccleſia quæ de occultis nõ iudicat: quia debitum denegat ex-
communicatus ſuſtineat excommunicationem: ſi ipſam in-
corrigibilem ſentiat, & quo ad Deum talis ſententia nõ ligat.
ad hoc. 23. q. 1. capit. 1. & capi. ſi quis vxorem. & capitu. ſequen
ti. ſ. eod. ſi vir ſciens. & in hoc concordat beatus Thomas, &
Petrus, vt dixi in dicto. c. ſignificaſti. diſtinctione. 2. vbi vide.
Nec obſtat quod dicitur, quod non debet eam ſpoliare ante
ſententiam, quia vetum eſt ab alijs, quam à copula carnali, &
quando crimen non eſt notorium, vt notat Bernard. hic in
verſi. ſed hoc intelligo. & Ioannes & Laurentius Hugo. & Ar-
4 chidiacon. 34. diſtinctione. ſi cuius. † Aut quæris de ſecundo
ſcilicet, vtrum vir exigendo debitum ab vxore adultera, vel
reddendo peccat, & tunc notauit Hugo. in dicto. capit. ſi quis
vxorem. quod ſi alter coniugũ exigat debitum à reliquo in ad
ulterio permanente, ſiue in occulto ſiue manifeſto & ſcienter,
& peccat mortaliter exigendo, quia, facit contra conſtitutionẽ
eccleſiæ, peccat etiam reddendo ſi celebratum eſt diuortium
iudicio eccleſiæ, aut ſi publicè moratur in adulterio, ſed ſi neu
trum iſtorum ſi peccat reddendo, quia tenetur ad hoc. Si autẽ
propter incontinentiam & fragilitatem carnis exigat debitũ,
peccat mortaliter, quia facit contra inſtitutionem eccleſiæ, mi
nus tamen peccat cum adulterium eſt occultum. Alij dicunt
quod impotentia continendi a copula carnali excuſat exigen-
tem in hoc caſu, quorum ſententia benignior eſt, licet fortè
non verior ſecundum Hugonem. idem not. glo. Guil. ſuper
Raynald. in dicto. §. 11. pone &c. & frater Ioannes in dicta. q.
48. pone quod vir. Quod intellige, quãdo vxor eſt impęnitẽs,
& incorrigibilis ſeu ſaltem impęnitens. ſecus ſi eſſet corrigibi
lis, & pœnitens; quia tunc poſt pœnitentiam peractam, vel
partem ipſius, poſſet debitum exigere ab ea. arg. ſ. de eo qui co
gnouit conſangui. vxoris ſuæ. veniens. & j. de furtis. c. vltimo.
5 & nota gl. in dicto. c. ſi quis vxorem. glo. vel ſaltem. † Aut quæ-
ris de tertio. ſ. vtrum ſibi præiudicet, & in quo præiudicet, &
tunc. Aut quantum ad pœnã irregularitatis, & vt promoueri

ſiue content in ſo.25.diſtinct.primum.33.q.2. admonere.6.
q.1.qui crimen.ſ.de teſti.teſtimonium.ſecundum Rayna.qui
ita ſentit à verſ. itē pone citra in ſumma, de diuortijs propter
fornicationem.§.4 pone quod vir.Idem per omnia Archidia.
32.q.6.c.1.glo.1.idem Goff. & Hoſt.rubr.de diuortijs.§.quot
modis.ver.quid ſi vir.Idem beatus Thomas & Albert. idem
frater Ioan.in ſumma confeſ.rubr.de diuortijs propter fornicationem.q.5.pone quod vir.& q.ſeq.nunquid vxor.& Berna
& Hoſt.ſ.de diuor.gaudemus.§. qui autem . vbi dixi de hoc.
Et vide q̃ notat Dynus & Ioan.And.in nouella.j. de reg.iur.
in pari.lib.6.Et quis grauius peccat vir vel vxor adulterando,
vide per Aſten.dicto titu.arti.3.quis grauius.

1 *Teritorij diffinitio.*
2 *Teritorium habet, qui vniuerſitatem agrorum tenet.*
3 *Iudices ſeculares meri & miſti imperij, territorium habent.*
4 *Epiſcopi habent territorium in ſua diocœſi.*
5 *Prælati inferiores ſingulares an habeant territorium.*
6 *Collegia an territorium habeant.*
7 *Remiſsio non habet locum in ciuilibus.*
8 *Remiſsio an locum habeat in delictis ciuiliter intentatis.*
9 *Remiſsio non fit in leuibus delictis.*
10 *Remiſsio an fiat in gradibus delictis.*
11 *Remiſsio an fiat cum cauſa cognitione.*

¶ De rapto.incen.& viola.eccle. Rubr.

DE illis autem qui loco. ¶ Ad euidentiam textus, & gloſſæ, videndum eſt de tribus,
ſcilicet quid ſit territorium, & vnde dicatur, qs
dicatur habere territorium : quæ duo ſunt præambula ad tertium quod ſequitur, ſcilicet, vtrum, & quando remiſsio fieri debeat ſeu locum habeat in delictis. Aut ergo quæ
1 ritur de primo.†& dic quod territorium eſt vniuerſitas agrorum inter fines cuiuſq; ciuitatis: quod ab eo dictum eſt quod
aiunt, quod magiſtratus eius loci inter eos fines terendi ſiue
mouendi ius habent, vt probatur.ff.de verb. ſigni. l. pupillus.
2 §.territorium.†Aut quæris de ſecundo, ſcilicet quis dicatur habere territorium.& dic quod ille qui habet vniuerſitatē agrorum prout.ſ.in diſtinctione continetur: quia cuicunque competit diffinitio & diffinitum.argu.ff.de offi. eius cui mandata
eſt iuriſdic.l.1.§.qui mandatam.& l.& ſi prætor. 21. diſtinctione.cleros.31.diſtinctio.c.aliter.j.de verbo.ſignific. forus.§.in
omni.circa quod refert, Aut quæris de iudicibus ſecularibus:
3 aut de eccleſiaſticis.†Si de ſecularibus, tunc dic quod regulariter illi qui habent merum & miſtum imperium, de quo ff.de
iuriſdict.omnium iudi.l.imperium.habent territoriū vt ſunt
præfectus vrbis, prætor, proconſul, præſes prouinciæ, & quaſi
omnes alij, iudices, de quibus tractatur in primo libro.ff.veteris.& C.Si de eccleſiaſticis: tunc refert ſecundum Innocentiū
4 & Hoſtien.ſ.de foro competenti, cum contingat. †Aut quæris de Epiſcopis & ſuperioribus, & conſtat quod tales habent
forum ſeu territorium per totam, & ſuper totam dyocœſim
ſuam.arg.ſ.de offi.ordin.c.1.& ſ.de foro competenti ſanè.ſecundum Innocentium & Hoſt. in dicto.c.cum cōtingat.Et in
hoc concordat Guil.de monte Lau.in extrauaganti Ioan. 22.
execrabilis.in fin.ſuper verbo de iure.dicens quod de iure cōmuni ſolus Epiſcopus habet territorium in dyocœſi ſua. 16.
q.7.omnes baſilicæ.j.de offi.ordina.cum Epiſcopus.li.6. Aut
quæris de prælatis inferioribus: & tūc, Aut quæris de prælatis
5 ſingularibus, aut de collegijs.†Si de prælatis ſingularibus, tunc
ſunt opiniones contrariæ. nam Innocen. dicit in dicto.c.cum
contingat. Primo, quod Archidiaco.non poteſt excommunicare delinquentem in ſuo Archidiaconatu, niſi aliàs ſit de ſubditis eius: & hanc opinionem tenet Specu. rubrica de competen.iudicis aditione.§.1.verſi.6.ratione criminis. Poſtea dicit
Innocentius, vel potes dicere, & melius Archidiaconum, &
multos alios prælatos, qui habent prælationem ſuper certas
parochias, vel certa loca habere territoriū, & ibi poſſe exercere iuriſdictionem ſuam, in certis tamen capitulis, vt not.ſ. de
offic. Archidia.ad hæc.& ſ.de offi.ordin.cum ab eccleſiarum.
Sed Hoſtien.ibi in hoc contra indiſtinctè dicens ſic, mihi videtur quod de iure communi Archidiacon. vel alius prælatus,
excepto Epiſcopo nō poteſt dici habere territoriū, nec illud
poſſet conſuetudo operari vt in eadem ciuitate vel dyocœſi
eſſent duo capita, ſicut monſtrum. de hoc.ſ.de officio. ordin.
quanto.& c.quoniam. Sunt tamē aliqui Abbates habentes certam terram limitatā iuriſdictioni ſuæ ſubiectam alio Epiſcopo carentem, ſicut Caſinēſes & quidam alij, quod fulciri poſſunt ex ſpeciali priuilegio apoſtolico: & de talibus dici poteſt
quod territorium habēt ſiue forum: vt in dicto.§.territorium
Et de hoc.ſ.de præſcrip.cum ex officij.& c.veniens. Illi autē
de conſuetudine iuriſdictionem habentes, eam exercebunt in
his locis quibus eam exercere conſueuerunt Hoſtien. & Ioannes Andr.poſt eum ibi, cuius opinionem quātum ad id quod
dicit de iure communi approbant Specul.& Guilel. de monte
lauduno.vbi.ſ.Ego verò Henricus credo ſic diſtinguendum.
Aut loquimur de iure communi.& tunc vera eſt opinio Hoſtien.Specul.Guilel.de monte Lau.& ſequaciū.Aut de priuilegio papali: & tunc ſecundum formam priuilegij, ſeu quantum
concedit priuilegium poſſunt habere.j.de priuilegi. porro.&
per totum.& hoc approbant Hoſtien.& Ioannes Andr.ſ.cap.
proximo.Aut de conſuetudine præſcripta: & tūc poſſunt prælati inferiores habere certa loca pro territorio, iuxta.ca. ſuper
eod.j.de præbendis.lib.6.ſecundum Guilel. de monte Lau. in
6 dicta extrauaganti execrabilis.ſuper verbo, de iure. †Sequitur
de collegijs: & tunc. Aut quæris de iure communi, & tunc dicit Innocentius in dicto.cap.cum contingat. quod capitula &
alij de quibus ibi loquitur, licet ſuper aliquos habeant iuriſdictionem, tamen nullum territorium habent: & ſic intellige.
89.diſtinctione.indicatum.idem Hoſtien. & ibi & Archidiaconus in dicto.c.indicatum. Imo quod plus eſt capitulum de
iure communi iuriſdictionem non habet, vt notat Hoſtien.
ſ.de reſcriptis.ex parte decani.& j.de verborum ſignificat.ex
parte in Chriſto. ſuper verbo pro contumacia. circa fin. Aut
quæris de priuilegio, vel de conſuetudine. tunc credo idem
quod in prælatis ſingularibus.ſ.dictum eſt: & ſecundum hoc
idem eſt per omnia in capitulis, ſeu collegijs, & in prælatis ſingularibus. Nec obſtat ratio Hoſtienſ.quod non poſſet conſuetudo operari, vt in eadem ciuitate, vel dyocœſi eſſent duo capita ſicut monſtrum: quia verum eſt æqualia, æqualis poteſtatis, ſed bene vt vnum ſit ſub alio, ſeu inferius vel minus alio,
vt dicto.ca.quoniam. & c. itaque. Ita etiam videmus in Papa,
Archiepiſcopo, & Epiſcopo qui in eadem dyocœſi ſunt capita, ſed maius & minus.ſ.de offic.ordina.duo ſimul.& ca. paſtoralis.j.de offic.ordina.Romana.de appella.Romana.libro.6.9.
q.3.cuncta per mundum.& c.per principalem. Aut quæris de
tertio, ſcilicet vtrum, & quando remiſsio fieri debeat, ſeu locū
7 habeat in delictis.†& intellige de remiſsione reali qua quis inuitus trahitur ad iudicium, quæ non habet regulariter locum
in ciuilibus.j.de foro competenti Romana. §. contrahentes
lib.6.Exceptis caſibus certis ſpecialibus.C.vbi de crimine, agi
oportet.l.2.C.vbi quis decuri.vel cohor.condict.conuen.l.vltima.in authen.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.neceſsitatē.
colla.2.In quibus eſt ſpeciale ratione publicæ vtilitatis, vt patet in eis.& de hoc notat Cardina.in dicto.§. contrahentes.in
8 magna gloſſa, in principio, & tunc, †Aut quæris, vtrum habeat
locum remiſsio in delictis vbi ciuiliter agitur, & tunc credit
Petrus de bella parti.C.vbi de crimine agi oportet.authentic.
qua in prouincia.& Cynus ibi poſt eum quod non, per.§.in authent.vt nulli iudicum.§.ſi verò quis comprehenſorum. Vbi
primo enumerauit delicta enormia, & poſtea dicit, ſi verò qs
cōprehenſorū.ad hoc vt det intelligere, q̃ ſi pœnæ impoſitio
nō ſit alijs in exēplū nō eſt facienda remiſsio, qđ eſt mēti tenēdū ſm eos ibi. Pro qbus facit, qa regulariter talis cā reputatur
ciuilis: & ſapit naturā ciuilis: vt.ſ.de procura.tuæ.in fi.& de teſt.
teſtimoniū.§.ſi verò.licet ſit argumentum contrariū.j.de clericis cōiuga.c.vno ibi, criminaliter aut ciuiliter.li.6.Aut in deli
9 ctis vbi criminaliter agit: & tūc† Aut quæris de leuibus criminibus: & de talibus iudex ſub quo deliquēs domiciliū habet,
cognoſcere pōt: nec habet ipſum remittere ad iudicē ſub quo
deliquit ſm Bern.& Hoſtien. hic.pro hoc.ff.de accuſa.l. leuia.
10 †Aut de grauibus criminibus: & in talibus oīno fit remiſsio ad
locū delicti.ff.de re mili.l.deſertorē.in principio. de accuſa.l.ſi
cui.§.vltimo.& in dicto.§.ſi verò qs cōprehēſorū.3.q.6.c.1.&
6.q.3.c.placuit. Licet Accur.in dict.l.ſi cui.§.fi. dicat q̃ remiſſio illa fiat ex vrbanitate, vel locum habet ſm eum cū reus litigat, quod etiā vr̄ placere Innocentio hic. Sed primā opinionē
tenent Iacobus de Ra.Petrus de bella perti.& Cynus in dicta
authen.qua in prouincia.& Ioannes Andreas extra de re iudicata.paſtoralis.§.denique.ver.quod ſi punitio. gl. ſed nunquid
de iure.& expreſsius Guil.de monte Lau.extra de rapto.c.1.ad
fi.gl. notat, quod in realibus. ver.in delictis maioribus. in cle.
quam credo veriorem. Itē dicunt quidam, quod iudex delicti

ad hoc poteſt cogere, iudicem ſub quo degit per verbum iube
mus, poſitum in dicto. §. ſi verò quis. quod eſt verbum neceſ-
ſitatis. ff. quod iuſſu. l. 1. & 2. 14. q. 1. quod præcipitur. Et ſic nõ
obſtat quod dicitur, quod par in parem non habet imperium,
ſupra de elect. innotuit. cum in hoc iudex delicti ſit maior: &
hoc placuit Iacobo de Rauen. & Petro de bella parti. & Cyno
in dicta authen. qua in prouincia. pro his facit, quod notat Hu
go. 65. diſtinctione. capit. fin. Sed contra eos facit quod ibi no
tat Ioannes, quod credo verius, ſcilicet quod licet malè faciat
iudex requiſitus non remittendo, is tamen qui requirit ſi aliàs
non eſt illius: iudex illum cogere vel punire non poterit. ſed
aget coram ſuperiorẽ illius. Ad q; facit dictum. capitu. Roma
na. §. contrahentes. ibi ad denunciationem. non dicit ad man
datum vel præceptum. Ad hoc etiam facit de offic. ordin. pa-
ſtoralis, in principio, & quod not. ſupra de offic. delegati. pru-
dentiam. §. adijcimus. in vltima glo. Non obſtat illud verbum
iubemus. in dicto. §. ſi verò. quia licet imperator ibi iubeat: nõ
tamen dat per hoc iudici requirenti poteſtatem iubendi, aliàs
puniendi: igitur non conceſſum non attentet. 25. quæſtione
ſecunda, amputata. & hoc tenet Ioannes Andreas in dicto. ca.
31 paſtoralis. glo. ſed nunquid de iure. †Dicunt etiã prædicti do
mini legum, quod iudex requiſitus remittet delinquentem ſi-
ne aliqua cognitione: tum quia præſumptio eſt iudice requi-
rente. ſ. de renuncia. in præſentia. tum quia requiſitus eſt me-
ru executor. ſ. de offi. delega. paſtoralis. §. præterea. C. de exe-
cut. rei iudica. l. ſi vt propoms. & pro eis facit dicta. l. ſi cui. §. fi.
ff. de accuſa. vbi dicunt quod videtur caſus. Sed quidam dicunt
contra, quod præcedet aliqualis cognitio, aliàs ſine cauſa infa-
maretur qui ſic ſtatim ligatus remitteretur, ad hoc. ff. de cuſto
di. reo. l. diuus. 2. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. & de exhiben. reis
l. fi. ad idem C. de arb. l. ne in arbitris. Et in hanc ſententiam vi-
detur declinare Ioannes Andreas in dicta glo. ſed nunquid de
iure, in fi. quod æquius videtur, quare & c. C. de iudi. placuit.

Super eodem c. in finali glo

¶ Si quæris vtrum Epiſcopus poſsit excommunicare Archiepiſcopum in dyo-
cæſi delinquentem, diſtingue vt dixi ſupra, de maior. & obe-
den. cum inferior. diſtinctione. 2. vbi etiam de hoc per Inno-
centium & Hoſtien. in ſumma. de ſenten. excommuni. §. quis
valeat excõmunicari. ver. quid ergo ſi metropolitanus. & ver.
ſequẽti. & per Archidiac. j. de cõſt. vt aĩarũ periculis. per Ioan-
nem Andre. infra de ſententia excommuni. ſtatuimus. libr. 6.

Super eodem. c.

¶ Hoſtienſ. exponit hic iſtud nomen parrochia, in textu, id
eſt, de dyocœſi ſimul. gloſſ. ſupra de hære. excommunicamus.
1. §. Adijcimus. & de magiſtris. capitu. a. Vnde ſi quæris vtrum
tota ciuitas, vel dyocœſis poſsit dici parochia, diſtingue, vt di
xi ſupra de dona. Apoſtolicæ.

1 *Ex damno dato tria mala oriuntur.*
2 *Rancorem homo in corde tenere non debet. 5.*
3 *Odium petenti remittendum.*
4 *Actionem ex damno prouenientem offenſus remittere non tenetur.*
6 *Raptori occulto non denegatur ſepultura.*
7 *Raptor publicus ſepultura caret.*

SVper eo.

¶ Si quæris vtrum inimicis vel iniuriantibus, veniam petentibus te-
neamur remittere, diſtingue ſecundum Petrum in
1 ſcriptis ſuper tertio ſententiarum, diſtinctione. 30.
†Quia ex iniuria, vel damno dato alicui oriri ſolent in eo cui
fit tria, ſcilicet rancor in affectu, ſignum rancoris in effectu ſci
licet odium, & actio contra iniuriantem. †Primum tenetur ho
mo ſtatim remittere, id eſt nunquam in corde ſuo tenere: Mat
thæi 18. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis ſi non remiſeri
tis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. pro hoc. 23. q.
3 4. ſi is qui. vbi de hoc. † Secundum, tenetur remittere veniam
veraciter petenti, id eſt parato emendare ſecundum facultates
ſuas. ſicut & dominus remittit parato ſatisfacere: de hoc põt
intelligi illud quod dicitur Lucæ. 17. Si conuerſus fuerit ad te
4 dicens, pœnitet me, dimitte illi. †Tertium, non tenetur dimit
tere. 45. diſtin. & qui emendat. 90. diſtinc. ſi quis iratus. 23. q. 5.
de occidendis. idem notat frater Ioan. in ſumma confeſ. eo. tit.
de pœniten. & remiſ. ſub rubrica de impedimento pœnitentiæ
q. 215. vtrum inimicis &c. Sed nec pœnam publicam pro pec-
cato debitam remittere tenetur: imo nec debet iudex remit-
tere, vt hic in ver. ita tñ. & per totum, niſi ex cauſa, vt le. & no.
de his qui notãtur infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. & ſ. de offi
5 cio deleg. de cauſis. † Et nota quod rancorem, & odium reti-
nens contra proximum peccat mortaliter. Peccatũ enim mor
tale eſt q; contrariatur charitati, per quam eſt vita ſpiritualis,
charitate autem diligitur Deus & proximus. Lucæ. 9. Matth.
19. & 22. de pœni. diſtinct. 2. charitas. 2. Dilectio autem Dei eſt,
vt eius mandatis obediatur. dicitur enim prima Ioann. 2. capi.
qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit men-
dax eſt, & in eo veritas non eſt. Qui autem ſeruat verba eius
verè, in hoc charitas Dei perfecta eſt: & ideo inobedientem
eſſe præceptis diuinis eſt peccatum mortale, quaſi dilectioni
Dei contrarium. Et de iniuria facta eccleſiaſticæ perſonæ cui
ſit ſatisfactio facienda & coram quo iudice ſit extimanda. vide
quod dicam. j. de ſenten. excommuni. parrochianos. diſtinc. 2.

Super eodem cap. ver. ita tamen.

¶ Si quæris vtrum raptor eccleſiaſtica careat ſepultura, diſtin
6 gue. † Aut eſt raptor occultus, & qui totiens admonitus, non
fuit, nec ita obſtinatus inuenitur ſicut ille de quo hic dicitur:
& tunc non, vt. ſ. de ſepult. parrochiano. & j. eod. in literis. Aut
eſt publicus, & obſtinatus, & tunc caret eccleſiaſtica ſepultura
vt hic & ſ. c. 1. & 2. reſpõſo. Et ſic eſt. hic eſt vnus caſus in quo
denegatur eccleſiaſtica ſepultura, alij no. ſ. de ſepulturis. ex par
te. a. ſecundum Hoſtien. & de hoc vide Bernar. hic in gloſ. quæ
incipit, hoc quantum. Et vide per Archidia. 17. q. 5. qui bona.
§. ſi. ergo. ſuper verbo glo. pro opere. vbi idem notat.

1 *Piratæ deprædantes peregrinos excommunicandi.*
2 *Piratæ piratas deprædando, fit compenſatio.*
3 *Piratæ nauigantes deprædantes excommunicandi.*
4 *Naufragos ſpoliantes an ſint excommunicati;*
5 *Naufragos ſpoliantes bonorum publicatione multandi.*

EXcõmunicationi ſubdantur.

¶ Si quæris vtrum piratæ, qui chriſtianos alios de-
prędant, vel illi qui naufragos ſpoliant ſint excom-
municati vel excommunicandi, diſtingue, Aut quæris de pira
1 tis, & tunc. † Aut tales deprædant mercatores, ſeu peregrinos
non nauigantes, ſed aliàs itinerantes, & tunc non ſunt excom-
municati ipſo iure, ſed excommunicandi. 24. q. 3. ſi quis romi-
petas. & c. paternarum. & legitur & not. ſ. de treuga & pace. c.
2. ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andre. Aut deprædant nauigan
2 tes, & tunc. † Aut nauigantes piratas, ſicut & ipſi ſunt, & tales
non ſunt excommunicati, ſed paria delicta mutua compenſatio
ne tolerantur. ſ. titu. proximo. c. penulti. & fin. quod de notant
verba honeſtis cauſis, hic in textu poſita ſecundum Hoſtien.
3 & Ioannem andreã. † Aut nauigantes honeſtos ſeu ex hone-
ſtis cauſis, & tales non ſunt excommunicati ipſo iure, quod
4 dic vt ſtatim dicam. † Aut quæris de illis qui naufragos ſpo-
liant: & tunc, Aut nondum ſunt moniti vt ablata reſtituant in-
fra tempus à iudice ſtatuendum: & tunc non ſunt excommu
nicati argumento huius literæ, ibi niſi ablata reſtituant &c. er-
go à contrario ſenſu ſi ablata reſtituerint non ſunt excommu
nicati, argumento ſupra, de his quæ fiunt a præl. cum apoſtoli
ca. Et Abbas dicit qđ poteſt dici ſicut dicebat Petrus de ſamp.
vt ſubiaceant excommunicationi poſt trinam monitionem,
vel vnam pro omnibus. j. de ſenten. excommunicat. ſacro. 24.
q. 3. de illicita. vt ſicut poſt trinam monitionem poſſent excõ
municari: ita & hoc caſu ſint poſt admonitionem excommu
nicati: ſimile. ſ. de immunita. eccle. non minus. Aut ſunt moni
ti vt ablata reſtituant infra tempus à iudice ſtatuendum. argu-
mento in eo quod legitur & no. ſ. de offi. deleg. de cauſis. ff. de
iure delibe. l. 1. §. ait prætor. & tunc, Aut quæris vtrum excom
municati ſint ipſo iure infra illud tempus, & dic quod non, cũ
reperiantur contumaces: ſimile. ſ. de immunita. eccle. aduerſus
verſic. penulti. ſecundum Hoſtien. Aut poſt, & tunc ſi infra il
lud tempus reddiderint, non ſunt excommunicati, cum non
fuerint contumaces, propter quam ſolam contumaciam fer-
tur ſententia excommunicationis. 11. q. 3. nemo Epiſcoporũ.
ſed obedientes. Si verò non reddiderint, tunc ſunt excommu
nicati ipſo iure, ita quod eſt canon latæ ſententiæ non ferendæ
argumento. j. de crimin. falſ. dura. ſecundum Tancretum Inno
centium Goff. Bernard. & Hoſtien. hic. Idem Ioannes 2. diſtin
ctione, hodie. de quo etiam per Archidia. ibi. idem Ioãnes An
dre. hic concordat. ſ. de præben. extirpandi. de immunitate ec
cleſi. ca. non minus. ne clerici vel monac. infra. c. clericis. in fi. 1.
de rebus eccleſi. non alienan. c. 2. §. laici. & §. fin. libr. 6. & in cle-
mẽ. de vita & honeſta. cler. dyocęſanus. & de ſtatu mon. atten-
dentes.

dentes.in fi.in clemen.Sed Innocentius dicit hic quod eſt ca-
non ferendæ ſententiæ non latæ:prior autem opinio videtur
mihi verior: & idem quantu ſ. ad hoc de piratis.ſ.quod ſint ex-
communicati ipſo iure, ſi moniti infra tempus ſtatuendum à
iudice ablata non reſtituant.vt.ſ.eod.t.reſponſo. Et intellige
quod dictum eſt de piratis, & nauigijs,ſeu naufragijs, maritti-
mis,& eſt ratio ſpecialitatis in eis,quia ibi nimis frequentatur
hoc crimen,ideo exemplo craſſantibus multis opus fuit.ff. de
5 pœnis.aut facta.ſecundum Hoſtien. † & tales ſpoliantes nau-
fragos debent bonorum publicatione multari.vt.C.de furtis.
authen.nauigia.Finaliter credo,quod prima pars huius.c.ſit ca
non ferendæ ſententiæ, ſaluo quod piratæ excommunicantur
ſolenniter ab ore ſummi pontificis ter in anno. Secunda verò
pars ſit canon latæ ſententiæ,ita tamen quod præcedat moni-
tio,vt dixit gl.Bern.& vt plenius ſtatim dixi:& hoc probat vis
verborum in textu poſito,ſi.ratio diuerſitatis patet ſatis. Et
ſic prima pars poteſt intelligi de quolibet nauigio.

1 *Iudex delegatus non poteſt pœnam mutare.*
2 *Iudex ordinarius,qui non diſpenſat ſuper crimine non mutat pœnam à iure ſtatutam.*
3 *Iudex habens,diſpenſandi poteſtatem cauſa cognita,pœnam iuris immutat.*
4 *Iudex ſine cauſæ cognitione non poteſt pœnam iuris immutare.*
5 *Iudex ex arbitrio punit,quando pœna non eſt à iure determinata.*
6 *Cauſæ pœnas minuendi quatuor.*
7 *Nobilis mitius punitur,quam ignobilis.*
8 *Cauſæ pœnas augendi duæ.*

IN archiepiſcopatu tuo. ¶Si quæris vtrum
iudex poſsit pœnam mutare diminuere, vel auge-
re,diſtingue.Aut quæris de pœna ſtatuta & determi
nata à iure.Aut de pœna nō determinata à iure ſed arbitraria.
In primo caſu refert, Aut eſt iudex delegatus, aut eſt ordina-
1 rius.†Si delegatus,tunc non poteſt talis enim non poteſt diſpē-
ſare, ſed iure communi procedere, cum fines mandati exacta
diligentia ſint ſeruandi.ſ. de reſcriptis, cum dilecta. quod dic
2 vt legitur & not.ſ.de offi.delega.de cauſis.†Si ordinarius, tūc
Aut eſt talis iudex qui non poteſt ſuper illo crimine diſpenſa-
re, & talis non poteſt pœnam, pro illo crimine inſligendam
commutare,minuere,vel augere,vt.j.de pœnis.licet. vt notāt
ibi Bernard.Innocentius & Hoſtien.& ita intellige Deutero-
nomij. 19. Et homicida morietur, nec miſereberis eius. Aut
eſt talis qui poteſt ſuper illo crimine diſpenſare, & tunc
3 † Aut huiuſmodi commutationem, vel diminutionem, ſeu
augmentationem facit cauſa cognita,& in ipſa ſententiæ pro-
latione:& tunc poteſt,vt hic.& ff.de his qui notantur infa. le.
quid ergo.§.pœna grauior.& C.de his qui notantur infa.l.& ſi
4 ſeuerior.†Aut eam facit non cauſa cognita,vel poſt ſententiā
& tunc non poteſt.ff.ad turpil.l.1.de iniurijs.l.diuus. ad muni-
cipales.l.ordine.Et in hac cauſæ conſideratione habetur conſi
deratio locorum,& temporis perſonarum, & cauſæ,ac etiam
multitudinis,& ætatis,& ſcandali.Nam ex omnibus iſtis rigor
iuris mitigatur,vt colligitur manifeſtè. j. de ſenten. excom-
muni.ſuper eo.& ca.vltimo.vbi de hoc.86.diſtinctione.capit.
tanta.2.q.3.euphœmium.§.notandum.ſ.de tranſact.capito. vl
timo.50.diſtinctione, vt conſtitueretur.ff.de pœnis.leg.ſi quis
aliquid.§.inſtrumenta.& l.abſentem.§.ſi.& l.reſpiciendum.§.
delinquunt.2 q.1.in primis.cum multis ſimilibus. Item cauſa
cognita,& ex prædictis cauſis,& iuribus poterit pœnam aug
mentare, & etiam quando multis craſſantibus, exemplo ſeu
vindicta opus eſt.ff.de pœnis.l.aut facta.§.penultimo. de quo
not.plene in dicto.§.notādum,& in dicto.§. pœna grauior. &
in dicta.l.& ſi ſeuerior.& per Innocentium.ſ.de conſtitu.c.1.
Vbi etiam not.quod arbiter leges tranſgredi poteſt per.l.ff.de
arbitris.l.qualem.ſ.de renunciat.in præſentia.& hoc ibi appro-
5 bant Hoſtien.& Compoſt.†In ſecundo caſu,quando pœna nō
eſt determinata à iure, & tunc imponitur arbitrio iudicantis.
ff.de effracto.l.1.§.expilatores.& de pœnis.le.hodie.ſ.de offi-
cio delegati. de cauſis. de tranſactio. capitu.vltimò. cum ſuis
concordantijs.Præmiſſa omnia notat Archidiaconus. 17.q.4.
qui bona.§.ſi ergo.in magna gloſſ.circa.6.colum. verſicul.ſi au
tem quis cogitat,& agit,& perficit &c.verſiculo, & hæc vera
ſunt &c.Nec obſtat prædictis illud Iacobi. 2. Iudiciū ſine mi-
ſericordia fiet illi,qui non fecerint miſericordiam : quia hæc
non habent locum in his quæ iudicis arbitrio relinquuntur: in
illis autem intelligitur illud Eccleſiaſt.7.& 23.q.4.capitu. non
poteſt.§.præcepta. Noli eſſe nimis iuſtus. quia eſt nimis iuſtus
qui perit in iuſtitia ſua:vbi erga pœnitentes miſericordes eſſe
monemur:nō aūt habet locū in his quæ per legē diuinā, vel hu
manā determinantur.Et ad hoc quod dictum eſt quod iudex
poteſt minuere,vel augere pœnam ex cauſa,ſatis concordant.
Petrus,de bella parti.& Cynus in dic.l. & ſi ſeuerior. dicentes
quod cauſæ propter quas poteſt pœnā minuere ſunt quatuor.
6 Primò,†poteſt minuere propter cōditionem perſonæ delin-
quentis,quod contingit,quandoque propter iuuentutem,vt.ff.
de minori.l.auxilium.§.in delictis,quandoque propter digni-
7 tatem.†quia mitius puniendus eſt nobilis,quam ignobilis.ar-
gumento.ff.de pœnis.l.aut facta.§.perſona.& l.reſpiciendum.
§. furta. Secundò, propter ignorantiam.ff.ad leg.Cornel.de
ſicarijs.l.in lege. Tertiò, propter factionem inconſultam,vt
quia propter dolorem repentinum quis delinquit:vt.ff.de pœ
nis.l.abſentem.§.vltimo.Quartò,propter rei publicæ vtilita-
tem,vt in decurionibus.C.de decurio.l.quinque.libro. 10.ff.de
re mili.l.non omnes.§.vltim.Illæ ſunt cauſæ quatuor diminu
8 tionis.†cauſæ verò augmentationis duæ ſunt, vna eſt delicti
atrocitas.ff.de pœnis.l.quædam.& in presbytero falſi dico ſe-
cundum communem intellectum.C.de epiſcopis & cleri.leg.
presbyteri.Altera eſt frequentia committendi delicta,vt in di
cta.l.aut facta.§.vltimo.Et propterea iuriſconſultus omnes pœ
nas conſiderans,& etiam caſus imponendi, dicit hodie arbi-
trarias eſſe,vt in l.hodie de pœnis. ſecundum Petrum, & Cy-
num.ſed Hoſtien.hic dicit quod licet iudici ex cauſa vnam pœ
nam in alteram commutare, quando ſcādalum non imminet,
& vbi procedit ex officio,vt in dic.§.pœna grauior.& in dicta.
l.& ſi ſeuerior.Secus,quando cauſa nō ſubeſſet, vel vbi ab alio
accuſatur: quia tunc nec mollior nec durior inſligi debet: vt
C.ne ſanctum baptiſma.l.3.in fine.& de vi publi.l.ſeruos, qui
in fin. ſecundum Hoſtienſ.cum quo concordat,quod ipſe no
tat in ſumma rubrica de accuſat. §. quis ſit effectus. & frater
Ioannes in ſumma confeſſio.titulo de rapto.rubricella de iudi
cibus, & aſſeſſo.q.146.vtrū iudex poſsit pœnam &c.& Gem.
extra de teſtamentis.capitu.vnico. gl.penulti.in clementinis.
Sed hoc vltimum dictum vbi quis ab alio accuſatur, intelligo;
vbi hoc faceret ſine cauſa ſeu cauſæ cognitione,alias ſecus, vt
ſ.dixi poſt Archidiaco.licet Thomas in ſumma.q.67. articul.
3.& frater.Io.in d.rubri.q.145.vtrū iudex aliud dicere videatur.

Super eo.c. ¶ Ad euidentiam glo.ſe. fin. Si quæris
vtrum iudex poſsit alij, ſeu alijs cōmit-
tere vices ſuas,diſtingue vt dixi ſupra,de offic.delega.c. final.

CVm cauſa quæ inter eo. Ad euidētiam
huius.capit.& gloſſæ Guile.creditur &c.Si quæritur
vtrum confeſsioni coniugum cōfitentium pro ma
trimonio, vel contra matrimonium abſque alio adminiculo
ſtare debeat,& dicta confeſsio faciat plenam fidem, diſtingue
vt dixi ſupra,de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ.
ſuper eodem.

1 *Laicus non habet eccleſiæ claues.*
2 *Laicus in caſu neceſsitatis confeſsiones audit.*
3 *Laicus abſoluere non poteſt.*

De furtis. Rubrica.

FVres & latrones in. ¶ Si quæris
vtrum & quan
do laicus poſsit audire confeſsiones, ſeu abſol-
1 uere à peccatis,diſtingue.†Aut aliàs,quam in ca
ſu neceſsitatis,& dic q non poteſt, quia non ha-
bet claues eccleſiæ vt ſtatim ſequitur.pro hoc.ſ.
de pœniten.& remiſ.capitu.omnis.& de ſenten.excommu.c.
2 canonica.in fin.† Aut in caſu neceſsitatis,& tunc. Aut quæris
vtrum poſsit audire confeſsiones, ad hoc quod de contritio-
ne,& fide catholica confitentis,& pœnitentis euidens ſignum
appareat,& ſic poſt mortem per eccleſiam abſoluatur, & dic
quod ſic. Et ita intellige quod hic dicitur in textu de dyaco-
no.& in gl.Bernar.de laico. pro hoc de conſec.diſt.4. ſanctum
eſt baptiſma.de pœniten.diſtinct.1. quem pœnitet. circa.fin.&
diſtinctione.6 c.1.circa princip.j.de ſent.excommuni.c.a no-
3 bis.2.& c.paſtoralis.§.præterea.verſi.ad quod dicimus. †Aut
ad hoc vt abſoluat à peccatis,& dic quod non, quia nullus po
teſt abſoluere à peccatis,niſi is qui claues habet, ſcilicet ſacer-

dos canonicæ ordinatus. Sed nec ſacerdos alienus ſine licentia,
vt in dict. c. omnis. j. de pœniten. & remiſſio. ſecundum Hoſti.
hic. cum quo concordat Inno. & Hoſtien. ſupra de conſuetudi
ne. c. quanto. & Bern. ſupra de offi. ordi. paſtoralis. in gl. quo ca
ſu. in fi. in additione. & Hoſt. ibi: & Gen. extra de ſepult. ſuper
cathedram. ſuper verbo confeſsiones. in clemen.

1 *In caſu magnæ neceſsitatis, ad victum neceſſaria ſunt communia. 4.*
2 *Neceſsitas non facit communes res ad victum non neceſſarias.*
3 *Neceſsitas modica nihil commune facit:*
5 *Fur vltra rei reſtitutionem debet pœnitere*

SI quis propter neceſsit. ¶ Si quæris, vtrum
in caſu, neceſsitatis omnia ſint communia, diſtin-
gue. Aut quæris in caſu magnæ, ſeu extremæ neceſ-
1 ſitatis: aut in caſu modicæ: ſi magnæ: tunc † Aut quæris de his,
quæ ſunt in fructu, & quæ ſunt neceſſaria ad viuendum, & dic
quòd ſic. 42. diſtinct. cap. 1. 12. q. 1. capi. 1. 23. q. 7. quòd autem.
47. diſtinctione, ſicut hi. 86. diſtinctione. paſce. & capitu. non
ſatis de conſecra. diſtinctione. 5. diſcipulos. inſtitu. de rerum.
diuiſ. §. 1. & 2. Vnde cum omnia ad vſum, & ſeruitutem homi
nis facta ſint. Gen. 9. capitu. ff. de vſuris, in pecudum. Ideo qui
neceſsitatem famis patitur, potius videtur vti iure ſuo, quam
furari. ff. pro ſocio. l. merito. & qui tales res non communicat
ſupremam neceſsitatem patienti, mortaliter peccat: vt in di-
cto capitu. paſce. & in concordantijs ſupra allega. Aut quæris
de his, quæ non ſunt in fructu, vt mulier. inſtitu. de rerum di-
uiſio. in pecudum. & quæ debet eſſe vna vnius. 23. quæſtio. 5.
hæc imago, & talia non ſunt communia. Et hæc eſt ratio qua-
re mulier propter neceſsitatem famis excuſatur à furto, & nõ
à fornicatione. ff. de ritu nuptiarum. leg. palam. §. non eſt. Sed
ſi præciſe inuita cognoſceretur, non ſolum excuſatur: imo &
corona ſi virgo fuerit duplicatur. 32. quæſtio. 1. capitu. 1. 2. &
3. & ſequenti. ſecundum Hoſtienſ. & Ioannem Andreæ. Et
in hoc concordat Goffred. & de hoc per eum in ſumma eod.
titu. §. 5. verſic. ſi quæritur. vbi dicit quod imo ratio eſt: Quia
in primo caſu ius naturale ſubuenit, & excuſat ratio naturalis:
in ſecundo ius diuinum contradicit, & accuſat turpitudinem,
& horrorem prouenientem ex peccato: vt 30. quæſtio. 5. ita ne.
& in dicta. l. palàm. & in authen. de reſti. & ea quæ parit. §. vnũ
ſi quædam. coll. 4. Item in primo caſu ſalus corporalis adime-
retur, niſi liceret rem alienam occupare. In ſecundo vero, ſi for
nicari concederetur, corporalis vita debilitaretur, & ſpiritalis
adimeretur, cum ſine mortali committi non poſſet. 22. quæſtio
3 ne. 4. capitu. innocens. §. illicitum. ver. ex modo iurandi. &c. †
Si quæris in caſu modicæ neceſsitatis: tunc dic, quod nõ ſunt
communia, ita fuit hic, ex quo pœnitentia imponitur ſecun-
dum Bernar. hic in principio. Et ad hoc quod diſtinctum eſt
de magna neceſsitate, & de non magna concordat Tho. arti. 7.
4 & Lauren. † dicentes quod in magna neceſsitate poteſt, quis
ſubtrahere occultè non tantum pro ſe, ſed pro alio exiſtente
in extrema neceſsitate, etiam ſi domino diſpliceat, idem Ray
nald. in ſumma hoc titulo. §. 10. item quod ſi ad hoc. & frater
Ioannes in ſumma confeſſ. titulo iſto. q. 9. quid ſi aliquis. & vi
de de iſta materia per Io. 48. diſt. c. 1. gl. 1. Et caſus in quibus furtũ
nõ cõmittit, & qualiter quis, probes ſe credere dominũ permiſſu-
rum, vide per Archi. 14. q. 5. pœnale. ſuper verbo præceptũ. &
de hoc per Gen. extra de homicidio. c. vnic. gl. ſi. in clementi-
5 nis. † Item nota ſecundum Hoſt. & Io. Andream hic, quod fur poſt &
vltra reſtitutionẽ tenetur de mortali peccato pœnitere, & de-
bet cõfiteri. §. e. c. fi. de iniurijs. c. ſi quis domũ. s. de homicidio,
ſicut dignum. §. eos. quod dic vt notat Hoſt. in ſumma de pœ
niten. & remiſ. §. fi. j. tit. 4. cum tu vide etiam quod notat. Ioan-
nes Andreas de vſur. c. vno. gl. antepenul. in clementinis. Idem
Aſten. lib. 1. hoc ti. 5. q. quid ſi aliquis. vbi quærit quid ſi quis rẽ
furtiuã emit ignoranter, & in bona fide, & in foro publico &
publicè, nunquid pòt ſaltẽ preciũ, quod dedit, à domino repe-
tere cũ deprehẽdit rẽ furtiuã eſſe, vel rem retinere donec ei ſit
preciũ perſolutũ: & reſpõdeo quod nõ. C. e. in ciuilem. nec ſe defen
dere pòt occaſione alicuius ſtatuti ſuper hoc editi, cũ ſit contra
deũ, poterit tamen à venditore petere preciũ. 12. q. 2. vulterane,

1 *Furem indicare ad partis inſtantiam, nemo tenetur.*
2 *Furem in indicare ad iudicis inſtantiam an quis cogendus. 4. 6.*
3 *Mercedem an accipere liceat ad furem indicandum. 5.*

7 *Fur condicit datum vt non indicetur.*

QVi cum fure partitur oc. ¶ Si
quæris,
vtrum aliquis teneatur indicare furem, vide quod
notat Accurſius. C. de furtis. leg. in ciuilem. vbi
Cynus. & C. de his qui ad eccleſias confugi. leg. ſi ſeruus. circa
1 quod diſtingue. † Aut quæris, nunquid aliquis teneatur vel
compellatur indicare furem ad inſtantiam partis, ſeu ex offi-
cio quod reſidet in perſona partis, & dic quod non, cum licitè
accipiatur precium pro indicãdo, vt ff. de condictione ob tur
pem cauſam. leg. item ſi ob ſtuprum. §. vltimo. de præſcriptis
2 verbis. l. ſolent. † Aut ad inſtantiam iudicis, ſeu ex officio, quod
reſidet in perſona iudicis, qui habet purgare prouinciam
ſuam malis hominibus: vt ff. de offici. præſid. l. 3. & l. congruit.
& dic quod ſic. Et ita intelligit gloſſa, quæ videtur ſibiipſi con
traria in dicta. l. item ſi ob ſtuprum. §. finali. ff. de condictione
3 ob turpem cauſam † Sed Bernard. hic dicit quod ſecus ſecũdum
leges, ſecundum quas non peccat ſi aliquid accipiat vt indicet,
vt in legibus proximè allegatis. Secus ſecundum canones vt
hic patet: vnde dicit quod vterque eſt reus: cum quo concor-
dant Laurẽtius, Vincentius, Tancredus, hic. & Bartholomeus
Brixienſis. 1. quæſtio. 1. capitu. quòd quidam. §. ex his verbis
4 Auguſtini in glo. ergo videtur † Hoſtien. hic dicit quod etiam
ſecundum leges licet merces poſsit recipi pro indicando vt di
ctum eſt: nihilominus tamen iudex ex officio ſuo, & ex
bono regimine compellit indicare furem. argumento. ff.
de officio præſidis. l. tertia. & l. congruit. ff. de ſeruis fugitiuis.
leg. 1. 2. & 3. & in hoc concordat cum Cyno. Vel dic quod
& ſi is qui ſcit teneatur indicare furem, & ad hoc compellen-
dus ſit ſecundum vtrunque ius, dummodo ſecundum cano-
nes periculum mortis non immineat, alioquin melius eſſet ta-
cere. 22. quæſtione. 2. ne quis arbitretur. tamen ſecundũ vtrun
que ius ad hoc vt indicet ſine executione aliqua gratis, poterit
recipi ſponte oblatum, argumento ſupra de ſimo. c. dilectus. 2.
in fi. ff. de varijs & extraordinarijs cognitio. l. 1. §. eſt quædam
res ſanctiſsima. ſecundum Hoſtienſem. Sed in ſumma eod. tit.
ſub rubrica de condictione furtiua, verſi. Illud ſciendum. dicit
5 † quod poteſt dici quod in foro iudiciali ſiue canonico ſiue ci-
uili: refert vtrum quia nolit indicare propter lucrum, quod in-
de ſentit: vel quia participauit, vel quia à fure pecuniã recepit
ne iudicaret: & tunc tenetur ſicut fur, vt hic: talia enim turpi-
ter recepit etiam ſecundum leges, vt. ff. de conditione ob tur-
pẽ cauſam. l. ſi à ſeruo meo. Aut non vult indicare propter ami
citiam, & humanitatem quam cum eo habet: & tunc nõ eſt co
gendus ſed eſt in poteſtate ſua an velit vẽdere amicitiam pro
denario. Sicut quidam faciunt aduocati amicos quoſcunq; ha-
beant pro pecunia impugnantes, & tales non turpiter accipiũt
vt in dicta. l. item ſi ob ſtuprum. §. vltimo. turpiter autem acci
perent ſi indicare tenerentur. ff. de cõdictione ob turpem cau
ſam. l. vltima. & ſupra, de ſimonia. nemo. inhoneſte tamen pe-
tunt vel exigunt. vt in dicto. §. eſt quidam. In primo ergo ca-
ſu dolosè non vult indicare, & ideo cogendus eſt, & quod da-
tum eſt per actionem, de dolo repetitur. In ſecundo licitum, &
ideo nõ repetitur, hoc eſt quod diſtinguit. l. allegata, ſolent. Sed
in iudicio animæ procul dubio reus eſt, vt hic, & argumento.
C. de famoſis libellis. l. vnica. Illud autem nõ reprobo quod iu
dex ex officio eum cogat, vt. ſ. in princi. & quamuis non co-
gatur indicare, cogetur tamen contra indicandũ teſtificari. ſe-
cundum Hoſtien. ibi cum quo concordat Aſten. libro. 1. hoc
titulo, articulo 4. quæſtione, ſed quid de eo. Sed Goffre. in hoc
vltimo contradicens quod ad indicandum non eſt per iudicẽ
compellendus, vnde male faciebant illi rectores de quibus ha
betur infra, de exceſsibus prælatorum dilectus. vbi hoc no-
tat Goffre. prout recitat, Ioannes Andreas ibi, & Archidiaco-
nus. 1. quæſtione. 1. c. quod quidam. §. ex his verbis. glo. adde fu
6 baudi. & ſi accipiatur &c. † Ego vero Henricus credo ſic dicẽ-
dum, Aut quæris vtrũ quis teneatur indicare furtum, et credo
quod ſic, dũmodo ſine periculo hoc facere poſsit, vt hic, vbi
loquitur de furto nõ de fure. Aut vtrũ teneatur indicare furẽ,
& tũc, Aut quæris vtrũ teneatur indicare furẽ quẽ ſcit furẽ vt
Deus, puta in cõfeſsione ſacramentali, & tũc nec tenetur indi-
care nec pòt indicare. ſ. de offic. ordinarij. ſi ſacerdos. j. de pœ-
nitẽ. & remi. oīs. §. caueat. & eſt expreſſum in dicto. c. dilectus.
vbi Bernar. in glo. 1. dicit, quod in eo caſu ſacerdos maior erat
ipſis rectoribus. argumento. 93. diſtinctione. c. vltimo. & 95.
diſtinctio. c. 1. Imo etiam ſecundum Hoſti. & Ioannem An-
dream, ibi maior Papa. argumẽto. ſ. de offi. delegati. ſane quia.
Nam & ſi papæ generalis vicarius ſit, ille tamen eſt ſpecialis in
hoc per

hoc per quod etiam videtur quod nec eum in hoc excõmuni
care poſsit, vt.ſ.de offi.de leg.ſtuduiſti. Et ſpeciale derogat ge
nerali, vt ibi, & ſ.de reſcriptis.c.fina. de licentia tamen confitẽ
tis poſſet reuelare.ſ.de ſimo.nemo.& de adulterijs ſignificaſti
ſecundum eos. Aut vtrum teneatur indicare furem quem ſcit
furem non vt Deus, ſed alias, & tunc, Aut ſcit ſub ſigillo ſecre
ti, & tunc idem, quod dic vt legitur & notatur per Innocentiũ
in dicto.§.caueat. Aut alias, & tunc, Aut vtrum debet indicare
illi qui poſsit prodeſſe & non obeſſe, & dic quod ſic.22.quæ-
ſtione.5.hoc videtur.& notat Vincentius hic, & Archidiaco-
nus in dicto.§.ex his verbis in dicta gloſ. Aut alteri, & tunc,
Aut quæritur vtrum poſsit indicare, & dic quod ſic.ſ.de ho-
micidio.c.& tua. Aut vtrum teneatur indicare, & dic vt.ſ.in
princip.ſecundum Cynum & Hoſtienſem. Hoc ſaluo quod ſi
eſſet clericus clericaliter viuens non teneretur indicare furem
laicum iudici ſeculari, vbi mortis, vel mutilationis periculum
immineret.argumento eorum quæ leguntur & notantur.ſ.ne
7 clerici vel monachi.c.ſententiam ſanguinis. † Et nota ſecun-
dum Vincentium hic, & recitat Archidiaconus in dicto.§.ex
his.quod fur precium quod dedit alicui vt ipſum non reuela-
ret, ſed poſtea ipſum reuelauit, condicere poterit.ff.de condi-
ctione ob turpem cauſam.l.1.& 2. ſed contrarium patet eo.
titul.4.§.1.& fina. ſecundum Hoſtienſ. & Ioan. Andr. hic,
quod verius credo.

1 *Vſurarij manifeſti qui dicuntur.*
2 *Vſurarij manifeſti qua pœna puniantur.*
3 *Vſurariorum oblationes cui reſtituenda.*
4 *Cauſam fœnerandi dare, quid ſit.*
5 *Occaſionem fœnerandi dare quid ſit.*
6 *Accipere ſub vſura an ſit peccatum 8.*
7 *Ad peccatum quem inducere non liceat.*
9 *Occaſionem peccati dans, peccatum committit.*

¶ De vſuris. Rubr.

QVia in omnibus. Si quæris qui dican
tur manifeſti vſura
rij, id eſt notorij, & qua pœna puniantur, diſtin-
1 gue. † Aut quæris de primo, ſcilicet qui dicantur
vſurarij notorij, & dic ſecundum Hoſti.in ſumma
eo.tit.§.qua pœna.in prin.ver.ſed modo.& Cardi.j.eo.tit.c.1.
ſuper verbo manifeſtos. lib.6.quod dicuntur manifeſti.i. no-
torij vel euidentia facti.ſ. quia vſurarius menſam tenet para-
tam ad pecuniam mutuandam cuilibet ſub vſuris, ſicut mere
trix in proſtibulo cuilibet paratam ſe demõſtrat.ſ.de coha.cle.
& mulie.tua.&.c.fi.& in hoc caſu ipſo iure pœnã patitur iſtius
canonis. Vel dicas manifeſtos.i.notorios iuris, puta quia ſunt
p Epiſcopũ in eccleſia publicati, ſecus ſi adhuc in eccleſia tol-
lerantur.ſ.de cohibita.cler.& mulie.c.veſtra. Et ad hanc publica
tionem faciendam ſufficit quod vocati confiteantur, alias ne-
gantes per teſtes conuincantur.vt.ſ.de cohabi.cler.tua. Suffi-
ciunt etiam certa arg.cum fama.vt.j.eo cum tu.& ita manife-
ſti dicuntur ſine euidentia facti, vel ſi ſunt conuicti vel confeſ-
2 ſi, & publicati, & in hoc ſatis concor. Hoſti.& Io.And. † Aut
quæris de ſecundo.ſ.qua pœna puniantur vſurarij manifeſti, &
tunc, aut ſunt notorij euidentia facti, vel iuris, vt eſt dictum, &
tunc dic quod puniuntur triplici pœna, Prima, quia non admit
tuntur ad communionem altaris.i.ad recipiendũ corpus Chri
ſti. Secunda, quia nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſe-
rint, recipiunt ſepultura, & intellige ſi in hoc peccato deceſſe-
rint ſine pœnitentiã, vel ſignis ipſius ſecundũ Hoſtien. de quo
dic vt legi.& not.j.eo.quanquam.libr.6. Tertia, quia nec obla-
tiones eorum quiſquã clericorum recipiet vt hic. Sed vtrum
iſtis tribus pœnis puniãtur ipſo iure. Innoc. dicit hic quod ſic,
ſed Bern.& Hoſtien. contra.j.eo. cum tu. & Ioan. An. hic.ſed
opi. Innoc. tenet Ray. in ſum.tit.de deci.rub.de obla.§.6.quæri
tur vtrum.& frater Io.in ſum confeſ. tit.de deci. rub. de obla.
q.55.quæro etiam vbi enumerant illos quorum oblationem
non recipit eccleſia. Idem videtur tenere Hoſtien. in ſum.tit.
de ſent.excom.§.quis poſsit.verſi.ſed & ſi quis.vbi dicitur qđ
ſi quis ab vſurario publico oblationem recipit, vel ipſum ad-
miſerit ad eccleſiaſticam ſepulturam, & quod acceperit reddat
& donec ad arbitrium Epiſcopi ſui ſatisfecerit ab officij ſui re
manent executione ſuſpenſus, vt hic in fi. Caueat ergo ne inte
rim celebret, alias irregularis fieret ſecundum Hoſti.ibi.& idẽ
recitat Archid.17.q.4.c.miror.glo.fi.vbi dicit conſequenter,
Non tamen intelligas quod iſta decr. quia in omnibus. ſit ca-
non latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt patet in eo quod leg.& no.
j.eo.cum tu.& c.cum in diœceſi.in fi.& hæc ſententia eſt beni
gnior. Et tunc dicemus quod ſi principalis.ſ.vſurarius non in-
currit pœnas illius decre.ipſo iure, multo minus clericus arg.
ff.de reg.iur.cum principale.ſ.de conſti. tranſlato. ſecundum
Hoſti.hic in gl.ſua fi.& Archid.ibi, quæ opinio mihi magis pla
3 cet, quæ etiam hic Io.An.placere videtur. ¶ † Item oblationes
factæ per vſurarios manifeſtos ſubiacentes reſtitutioni. iuxta
§.fi.huius ti. debent reſtitui Epiſcopo ſecundum Ala.Goſ. In-
noc.& Hoſtie.hic. Vnde Hoſti.dicit vſurarium ſibi in hoc ſu-
ſpectum eſſe, & dicit ſe expertum quod potius in animæ ſuæ
detrimentum facit eleemoſinam, quam in animæ ſuæ ſalu-
tem reſtituat vſuram. ſed Bernar.hic in glo.fina.dicit quod de-
bet reſtitui vſurario qui dedit. Abb. vero credit tutius ſi reſti-
tutio fieret ei qui dedit vſuram, quia vſurarius forſan non red-
deret. Puto ſecundum Ioan.An.hic opi.Bernar. veram, quan-
do vſurarius inchoauit vel paratus eſt vſuras reddere, alias ſit
vera prima opi. vt per diœceſani prouidentiam, vel reſtituat ſol
uenti, vel hæredi, vel pauperibus ad hoc ſupra, de iudæis. cum
ſit.20.q.3.conſtituit.

Super eo.c. Si quæris vtrum prætextu vel in compen
ſationem boni malum, vel maioris boni
minus bonũ ſit faciendum, diſtingue, vt dixi.ſ.ne cleri. vel mo
na.non magnopere.& vide diſtinctionem infra proximam.

Super eo.c. Ad declarationem gloſſ. Innocen.hic. Si
quæris vtrum, & quãdo peccatum ſit re
cipere mutuam pecuniam ſub vſura. Lauren.diſtinguebat duo
bus membris ſolum, quia aut quis dat cauſam fœnerandi vſura
4 rio, aut occaſionem. ¶ † Cauſam dicitur dare, quia cum merca
tor non cõſueuit tradere pecuniam ad vſuras alicui, aliquis in-
duxit eum vt traderet ſibi, & ipſe de ſuo ſatisfaceret ei inter-
eſſe & hoc caſu peccat, quia eum facit delinquere qui aliter nõ
peccaret. argu. bonum.ſ.de humi. ſicut dignum.§. qui vero.
5 † Occaſionem autem dicitur dare, quando ante mercator ſole
bat pecuniam tradere ad vſuram. & ibi dicit Lauren. indiſtin-
ctè eſſe peccatum. argu.22.q.1.mouet.23.q.5.de occidendis.&
6 c.cum homo. † Sed hoc vltimum membrũ ſubdiſtinguit Pet.
de ſamp.dicens, quod ſi dat occaſionem ex cauſa neceſsitatis, puta
quia deficiebant ſibi expenſæ non peccat, quia cum in neceſsi
tate omnia ſint communia.47.diſt. ſicut hi. hic iuſtè dat quo
ad ſe, quia vexationem ſuam redimit.ſ. de ſimo.dilectus.2. Se
cus ſi ſine neceſsitate, puta cauſa voluptatis, vel det meretrici-
bus. vel ioculatoribus, vel vt ludat ad aleas vel ſimilibus 86.di.
donare.j.de exceſ.præla.inter dilectos, prout præmiſſa oĩa nõ.
Ab.ſ.de iureiura.debitores. Idem cum Laur. dicebat Ber. pro-
ut no. Archi.14.q.4.ſi quis vſuram. glo.1. Sed Hug.22.q.1.mo
uet. & beatus Tho. in ſumma, articul.4.& frater Ioan.in ſum.
confeſ.hoc tit.q.44.quæro vtrum &c. idem ſentiunt cum Pet.
7 de ſamp. † Dicentes, quod inducere hominem ad peccandum
nullo modo licet. vti tamẽ peccato alterius ad bonum licitum
eſt, quia & deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum. ex
quolibet enim malo elicit aliquod bonũ vt dicit Augu.5.Ethi.
argu.ad hoc.23.q.5.non ſolum. Vnde & Publicano quærenti
vtrum liceret vti iuramento eius qui per falſos Deos iurat, in
quo manifeſte peccat eis reuerentiam diuinam exhibẽdo. Re
ſpondit quod qui vtitur fide illius qui per falſos Deos iurat, nõ
ad malum ſed ad bonum, non pacto illius ſe ſociat quo per dæ-
monia iurauit. ſed pacto bono eius quo fidem ſeruauit. Si ta-
men induceret eum ad iurandum per falſos Deos peccaret, vt
8 in dict.c.mouet. † Ita etiam in propoſito dicendũ eſt, in nullo
modo licet inducere aliquem ad mutuandum pecuniam ſub
vſuris. Licet tamen ab eo qui paratus eſt hoc facere & vſuras
exercet mutuũ accipere ſub vſuris, propter aliquod bonum
quod eſt, ſubuentio ſuæ neceſsitatis vel alterius. Sicut etiã licet
ei qui incidit in latrones manifeſtare bona quæ habet, quamuis latro-
nes diripiendo peccant ad hoc quod nõ occidantur, exemplo
decem virorũ qui dixerunt ad Iſmael, noli occidere nos quia
habemus theſaurum in agro. vt dicitur Ieremiæ.41. ¶ Alij di-
cunt quod nõ ſolum in neceſsitate, ſed etiam vtilitate quam
quis conſequitur agendo negocia ſua, hoc licet. Ceſſantibus
autem iſtis, dicunt eum qui pecuniam recipit ad vſuram pec-
care mortaliter, & in his concor. Archi.in d.c.mouet. glo.arg
eius quod hic & c.& Inno.& Hoſt. quod pauci ſunt qui aduer
tant hoc eſſe peccatum recipienti ad vſuram, ſed danti tãtum.
Et ideo pauci eorum qui ad vſuram mutuum recipiunt hoc
peccatum confitentur. Certum eſt tamen quod non ſolum il-
le qui dat, ſed ille qui recipit participat in peccato, vt hic pro-
batur expreſſe. Ad hoc enim notandum dicit, hic inuoluatur.

ſcilicet

ſcilicet;vnà cum vſurario qui pecuniam dat.argu.ſupra de ho-
mici.ſicut dignum.§.illi e iã.de ſimo. non ſatis. & c.quoniam
ſimoniaca. Etenim ſi non eſſet qui nõ reciperet non eſſet qui
daret,tenetur ergo recipiens mutuum ad vſuram, ſicut & dãs
9 arg.ff.de recepta.l.1.&.2.† Nam qui occaſionẽ peccati dat pec
catum committit.j.de iniur.c.fina.in fin.& cum is qui recipit
non intendit participare in crimine,ſed tantum neceſsitati ſuæ
prouidere,vnde videtur quod non peccet.arg.15.q.6.c.1.ad fi.
ſed non propter hoc excuſatur à toto, & ſi excuſetur à tanto,
quod dic vt leg.& no. š.quod met.cau.factis. ſecundum Hoſt.

1 *Vſurarius reddat vſuras à quo accepit.*
2 *Vſuræ expenſis cuius ad dantem mittendæ.*
3 *Vſuræ pauperibus diſtribuantur epiſcopi promiſsione.*
4 *Teſtatoris voluntas ſequenda in vſuris pauperibus diſtribuendis.*
5 *Pauperes loci damni dati extraneis præferendi.*
6 *Pauperibus eroganda, an in eccleſiæ reparationem conuerti poſſint.8.*
7 *Epiſcopo de tribus cura imminet.*
9 *Peccatum an remittatur ante reſtitutionem per poteſtatem habentem faciendam.11.13.*
10 *Reſtituere quid ſit.*
12 *Qualitas ſolutionis non conſideratur ſed tantum ipſa ſolutio.*
14 *Reſtituere rem qui non poteſt, æſtimationem ſoluat.*
15 *Peccatum remittitur non valens ablatum reſtituere.*
16 *Damnificans an reſarcire damnum teneatur.*
17 *Vſuræ in ſolidum ſunt reſtituendæ.*
18 *Lucrum ex vſura proueniens an ſit reſtituendum.*
19 *Vſurarius reſtituat,& pœniteat.*
20 *Peccati diffinitio.*
21 *Peccati diuiſio.*
22 *Res empta de pecunia vſuraria an vendicari poſsit.*
23 *Dos an conſtitui poſsit de pecunia vſuraria.*
24 *Creditori an ſatiſfieri poſsit de pecunia vſuraria.*

CVm tu Ad declarationem gloſſ.quę incipit, ar. quod conſtitutio.Si quæris vtrum lex, decretalis, vel conſtitutio nouiter edita trahatur ad facta præterita vel dependentia, diſtingue, vt dixi. š.de conſti.cognoſcentes.

Super eo.c. Ad declarationem glo.quæ incipit, Sed pone quod iſte &c. Si quæris vtrum vſu-
rarius teneatur mittere vſuras illi,ſeu illi' hęredi,à quo recipit
1 & cuius expenſis.diſtingue.† Aut quæris de primo.ſ.vtrum te
neatur eas ei mittere, & dic quod ſic ſecundum Ber.& Hoſt.
hic.Aut quæris de ſecundo.ſ.cuius expenſis,& tunc licet.Ber.
dicat quod expenſis illius abſentis per.l.opere enim.ff.de oper.
2 liber.tamen refert,ſecundum Hoſt.¶ † Aut vſurarius cum ma
lę fidei poſſeſſor ſit,transfert ſe alio.quam vbi vſuras exercuit,
& tunc proprijs ſumptibus tenetur mittere. Aut is à quo ex-
torſit alio ſe tranſtulit, & tunc expenſis ipſius abſentis mitte-
tur nuncius prout dicit lex.ff. de rei vendi.l.ſi res.&.l.ſi vero.
&.l.ſeq. & de leg.1.l.ſi cum res.§.1. & de edendo.l.prętor ait,
§.fi.&.l.ſequ. ſecundum Hoſti.cuius diſtinctionem approbat
Io.An.j.de regu iur.c.peccatum.glo.2.lib.6.& hic quod eſt ve
rius quam quod no.Io.3.quæſtio.1 .c.epiſcopi.§.ſed notãdum
vbi dicit,quod debet vbi ſpoliationem commiſit. Et adde
quod dixi.š.de iudeis.cum ſit.& quid iuris ſit de alio debitore
dixi.š.de pignori.ſignificante.diſt.vlti.

Super eod ca. ver. Super his non
ſuperſtitibus. ¶ Si quæris vtrum vſuræ vel alia quæ ſunt ero-
ganda pauperibus,debeãt per manus Epiſcopi vel alterius ero
3 gari,diſtingue. † Aut teſtator non ordinauit iſta per executo-
res ſuos diſtribui,& tunc per prouiſionem Epiſcopi diœceſani
debent pauperibus erogari.iſte enim caſus ei reſeratur,vt.š.de
iudeis.cum ſit nimis.vbi de hoc. & in concordan. ibi ſignatis.
&.š.de teſ.tua.&.š.eo. quia in omnibus.C.de Epiſco.& cleri.
l.nulli licere.&.l.ſi quis ad declinandam. communia de ſucceſ-
ſio.in aut.omnes peregrini. quæ ſumitur ex.l. Federici ti. hac
edictali. ad idem in aut.de eccleſiaſti.ti.§.ſi quis autem.col.9.
Et hoc ideo,ne pecuniam imburſent, vel malè erogent ſimplices
ſacerdotes. Nec prodeſt ſi dicat aliquis ſacerdos inueni
tur quod melius ſibi cauebat quam multi Epiſcopi,ſufficit.n,
ſi aliquis inueniatur qui minus caueret.ar.op.l.inſti.de autho.
tu.§.1.ibi neq; tamen ſecundum Hoſti.& in c.alle.cum ſit. &
4 Ioan.An.hic poſt eũ.† Aut teſtator voluit per executores ſuos
ita diſtribui & tunc per eos diſtribuetur, vt.12.q.2.de laicis.in
fi.š.de teſta.tua.&.j.eo.tit.c.2.lib.6.vbi hoc no.archi. in gloſ.
pen. & vide ibi plenè per eum.&.14.q.5.non ſanè. ſuper ver-
bo.reddenda.& in hoc concor.Ber.j.de ver. ſigni.cum tibi.gl.
5 1.& adde quod dixi.d.c.cum ſit.¶ † Et not. quod hæc ero-
gatio potius debet fieri pauperibus illius loci in quo eſt dam-
num,vel cuius habitator erat is cui facienda eſſet reſtitutio,
quam extraneis.ar.C.de ſerui.l.2.& fi.&.l.prę ſes.quia veriſimi
lius eſt quod inter illos inueniatur is cui damnum datũ eſt, vel
6 hæres eius,quam inter alios extraneos ſecũdum Hoſt.† Et An
Epiſcopus poſsit concedere quod talia conuertantur in repa-
rationem eccleſiæ parochialis,dic quod non,quia quod paupe
ribus debetur vt hic, & in.d.c.non ſane. ſi altari ſoluatur onus
non remittitur ſed augetur.š.de iureiur.cum 1c.de deci.tua.2.
& qui tenet pauperibus eroganda rapit aliena.47.di.ſicut a.be
ne facit.1.quæſt.1. non eſt putanda ibi, quæ offert ſacrificium
&c.& nemini eſt conſulendum cum alterius iniuria.j.de reg.
iur.locupletari.libr.6.nec pietatis prætextu impietas facienda
eſt.30.q.1.noſce.Item ſoli principi licet in alterius præiudiciũ
conferre.9.q.3.nunc vero.j.de exceſ.prælato.ad hoc.Item om
nium illorum conſenſus requiritur,quorum iuri detrahitur.j.
de reg.iur.quod omnes.lib.6. Itẽ à iure diffinitum eſt de quo
debet eccleſia reparari & per quos.vt legi.& no.š.de eccle.ædifi.
c.1.&.c.de his.ergo de eleemoſina pauperibus debita fieri non
7 debet.† In contrarium Epiſcopo æqualis cura imminet de tri
bus.ſ.de pauperibus alendis,de eccleſijs ędificandis & reparan
dis,& de alendis miniſtris eccleſiarum.8a. dilẽ.c.1.12.q.2. au-
rum.& quæſtio.1.Epiſcopus eccleſiaſticarum 10.q.2.hanc con
ſuetudinem. Item cum bona eccleſiarum ſint pauperibus ob-
noxia ſicut illicitè acquiſita, vt in prædicto.c.aurum. &.16.q.
1.c.vlti.tamen pro ædificatione vel reparatione eccleſiarum,
poteſt Epiſcopus dare quinquageſimam vel centeſimam.12.
q.2.bone.de dona.apoſtolicæ. ſic de ijs illicitè acquiſitis idem
8 poterit,ad idem.16.q.1.c.plures.&.c.ſtatuimus. ¶ † Item ex-
pedit pauperibus eccleſias reparari in quibus oblationes reci-
piuntur ad pauperum eleemoſinam.12.quæſtio.1. habebat do-
minus.In eis conueniunt fideles & ibi inuitantur,alias inuitan
tur ad pauperum ſubuentionem, & alia pia operà, & ſic illas
reparari pauperibus expedit, & maximè ne deſit populo ali-
mentum ſpiritnale verbi Dei.8.quæſtio. 1. audacter. de offic.
ordi.inter cętera.Dico quod ſi eccleſia reparatione vel augmẽ
to indiget neceſſario,vt quia populus non poteſt conuenire in
ea ad diuina, nec facultates eccleſiæ ad ipſius reparationem ſuf
ficiunt, Epiſcopus ratione prima ſine pauperum graui damno
ad talem vſum illa illicita poterit deputare. Alias non poterit,
ſcilicet quando facultates eccleſiæ ſufficiunt,vel reparatio nõ
eſt neceſſaria, vel nimis fames pro tunc imminet pauperibus
86.diſtinc.paſce. & his caſibus procedunt in contrarium alle.
ſed Ioan.An.in.d.c. religioſus. ſuper verbo libere.dicens hanc
quæſtionem fuiſſe diſputatam Bononiæ per duos ſcientificos
doctores qui ita tenuerunt.

Super eo.c.ver.Cum iuxta. Si quæris vtrum tol-
litur peccatum antequam reſtituatur ablatum diſtingue. Aut
peccator puta fur,raptor.vel vſurarius facultatem rei reſtituen
9 dę habet,aut non.† Si habet,tunc aut ille cui eſt reſtitutio faciẽ
da remittit ei ablatum abſq; eo quod rem reſtituat, & tunc di
cunt quidam quod tollitur ei peccatum, quia ſoluere,& conſe
qui remiſsionem eius quod erat ſoluẽdum paria ſunt.ff. de re
iudica.l.3.§.ſolutiſſe.&.l.intra dies.§. & quia ſatisfactum accipi-
mus per eum modũ quem creditor acceptauerit, vt.ff de pig.
act.l.ſi rem.§ ſatisfactum.& quibus mo.pig.vel hypo.ſol.l.itẽ
liberatur in princi. & hoc tenet Io. An.j.de regu.iur.c.pecca-
tum.lib.6.Alij dicunt quod non tollitur,quia in dubio inhærẽ
10 dum eſt verbis cum de peccato agitur.† reſtituere autem,eſt in
priſtino ſtatu reponere, vt.ff.de vſuris.l. videamus.§.infamia.
& ne quid in loco public.fiat l.2 §.reſtituas inquit de verbo.ſi
gnifi.l.cum prætor.&.l.plus eſt.& eſt communis opinio theo
11 logorum.† In hoc articulo dicit Dy.in.d.c.peccatum.quod nõ
abſurdè dici poteſt,quod ſi res erat reſtitutioni parata, & tunc
fiat remiſsio quod habeatur perinde ac ſi res eſſet reſtituta, &
poſtea per eũ cui reſtitutio faciẽda erat, donatio fiat reſtituen
ti.arg.ff.de rei ven.l.ſi res de don.inter vir.& vx.l.3.ſi debitorẽ
§.fi.& de iure do.l.vir ab eo.& ſi cer.pet.l.ſingularia.in fi.& de
ſolu.l.pecuniam.alias nõ poteſt proprie intelligi reſtitutio. Cũ
quantum

quantum ad propriam ſignificationem verborum aliud ſit re
ſtituere, aliud remittere, vt dictum eſt ſecundum Dy. Opinio
Io. An. poteſt eſſe vera indiſtincte per iura alle. niſi in caſibus
vbi remiſſio non liberat. ĩ. de reſcrip. c. ſtatutum. §. ſi quid au-
tem. & de cenſi. exigit. lib 6. quia tunc ſecus ſecundum eum.
& idem videtur tenere Archi. ĩ. eo. quamquam. ſuper verbo ſa
tiſfactum. lib. 6. licet. Card. ibi dicat quod hoc poteſt habere
locum ſi non poteſt ſoluere. ar. huius. c. & illius. c. ibi prout pa-
tiuntur facultates &c. Si poteſt ſoluere & non ſoluit, poteſt ha
bere locum quod dicũt theologi. ſ. quòd non liberatur niſi to-
tum ſoluat, & hoc tenet Hoſt. in peccato vſure, quamuis vſu-
rarius ipſam non reddat nec offerat. ĩ. de ſen. excom. cum de-
ſideres. § final. ſuper verbo ſatiſfactum. remittens ad id quod
notuit in ſum. eo. tit. §. quæ pœna. ver. quid ſi fœnerator. vbi di
cit, quod ſi fœnerator partẽ pecuniæ tenebris reſtituat ei à quo
habuerat, vel hæredi ſuo. & de voluntate eiuſdem patrem reti
neat, dicunt theologi quod nõ eſt liberatus niſi totum offerat.
Dicas dicit ipſe, quod ſi ex pacto ſit non eſt liberatus. argu. ĩ.
de ſimo. veniens. ſi autem partem & liberaliter & ſine pacto
ſoluat & offerat, & de alia parte miſericordiam petat, & debi-
tor remittat liberatus eſt vſurarius, nec tenetur vlterius ad re
ſtitutionem, ſicut nec tenetur ſi gratis recepiſſet gratis obla-
tum. Hinc tamen bonus iudex ex certis coniecturis motum
ſui animi informabit, nam ſi debitor eſt pauper, & vſurarius
eſt diues & potens, non præſumo quod debitor ipſum vſura-
rium ex corde liberet, ſed hoc faciat quia vltra recuperare non
poteſt & vt illud tantillum quod offertur non amittat. Si vero
debitor ſit diues & potens qui conſueuit mimis vel ioculatori
bus tãtum vel plus de ſuo dare præſumi poteſt quod ex corde
hoc faciat. ¶ Item ſi aliqua honeſta perſona puta ſacerdos vel
Epiſcopus tractet, & dicat debitori tũ faciam tibi reddi, ſi ex
corde aliud remittas nõ debitorem cuius animæ ſalutẽ quæro.
22 † Ex debitor dicat ſe ex toto corde liberare debitorẽ: quare nõ
dicã ipſum liberatum, nec. n. curo qualitercunq; ſatisfactũ ſit,
dũmodo ſatisfactũ. & §. itẽ liberatur. cũ cõcor. &. §. item libera
tur cum concor. ibi alleg. ¶ Quid enim ſi aliquis alij ex aliqua
cauſa iniurietur, hoc admitteret quilibet theologus quod con
cordia poſſit tractari, & pars eius, qđ debeatur ex peccato re-
mitti, alias titulus de tranſactio. inutilis eſſet, & quare non idẽ
in vſura certa qui nimis emungit elicit ſanguinem. ĩ. de renũ.
23 niſi cum pridem. §. propter malitiam. in fin. † Dicendum igitur
eſt, & tenendum quod precibus poſſit vel iuſſu iudicis ſine
pactione remiſſio fieri, & ſic dicam talem vſurarium abſolutũ
ff. de his qui not. infa. l. furti. §. pactus. hæc Hoſti. ibi idem in ef
fectu. no. Goffre in ſumma eod. titu. §. quod ſi vſurarius. & be-
ne vt videtur. & de hoc per Aſten. lib. 3. hoc tit. arti. 6. q. quid ſi
fœnerator. Aut ille cui eſt reſtitutio facienda non remittit abla
tum. & tunc vera eſt regula, non tollitur peccatum niſi reſtitua
tur ablatum. 14. q 6. ſi res. & hic & in. d. c. peccatum & ita potes
24 intelligere. ff. de vſuris. l. ſequitur. §. quod autem. † Si nõ habet
facultatem rei reſtituendæ, tunc aut poteſt ſoluere ſeu reſtitue
re æſtimationem, & tunc non remittitur peccatum niſi reſti-
tuatur æſtimatio, etiam ſi res illa perierit ſine culpa ſua, quia ab
initio fuit in mora. 14. quæſtio. 1. decimæ. ĩ. de commod. c. vni
25 co. C. de furt. l. ſubtractu. ¶ † Aut non poteſt reſtituere rem ſol
uere æſtimationem, ſeu quia euidẽter eſt inops, & tunc dimit
titur peccatum, dummodo habeat bonam voluntatem reſti-
tuẽdi ſi poſſet. argumẽ. ff. de muneri. & honori. l. cura. §. inopes.
quia nemo poteſt ad impoſſibile obligari. ff. de regul. iur. l. im-
poſſibilium. & c. nemo poteſt, ĩ. de regu. iur. lib. 6. remanet ta-
mẽ obligatio & ſi poſtea ad pinguiorem fortunam peruenerit,
tenebitur. 14. quæſt. 4. ſi quis. ĩ. de ſolu. odoardus. & ff. de ceſ-
ſi. bon. l. is qui. & ſi eo caſu remittatur valet remiſſio iuxta præ
dictam opinionem Cardi. in dicto. c. quãquam. ſuper verbo ſa-
tiſfactionẽ. Et quid iuris quando fur, raptor, vel vſurarius non
eſt ſoluendo, vide per fratrem Ioan. in ſumma confeſ. tit. de ra
26 pto. quæſtio. 86 quid fiet &c. † Sed quid dices ſi quis nihil ab-
ſtulit, ſed iniuſtè dãnum dedit ex quo ad ipſum nihil peruenit,
dicit Ioan. And. in. d. c. peccatum. gloſ. vlti. idem quod in ablato
ſcilicet, quod tenetur damnum paſſo alias non remittitur pec-
catum arg. ff. de his qui deiece. vel effu. l. vlti. 12. quæſtio. 2. ſi
quis. ĩ. de iniur. c. 1. cuius dictum poteſt eſſe verum ſi detur dã
num per dolum vel latam culpam: ſecus ſi per negligentiam,
quia tũc in foro pœnitentiali ſufficeret pœnitentiam impone
re pro negligentia, nec teneretur ad emendationem damni. ar
gumen. 16. quæſtio. 2. inebriauerunt. Sed in foro iudiciali tene-
retur ad emendationem. argumen. ff. ad. l. aquil. l. item mela. §.
ſi ſa hac. & l. ſi ſeruus ſeruum ab illo. §. item ſi arbuſtum. vſq; ad
§. ſi tamen apes. & l. qui occidit. §. pe. prout not. Innocen. ĩ. de
homici. ſicut dignum. in magna glo. ad fi. verſic. ſi autem culpa
vel negligentia &c. & Hoſtie. ibi poſt eũ. & ad hoc facit quod
no. G. de mon. laud. extra de ſequeſtra. poſ. c. vnico. ſuper ver-
bo ipſo facto. in clementi. vbi dicit, quod qui in electionibus,
vel matrimonijs. vel in alijs quibuſlibet negocijs voluntariè
& malitioſe impedimenta apponunt non poſſunt abſolui niſi
intereſſe reſtituant ſi poſſint, & impedimenta remoueri faciãt
argu. ĩ. de rap. cap. 2. & credo confeſſores maxime diſcretos er
rare, ſi aliàs ipſos abſoluant. arg. huius cap. & . ĩ. de peniten. &
remiſ. quod quidam. Item argum huius cap. cum ſuis concor.
not. ipſe. G. de mon. lau. extra de priuile. cap. 1. ſuper verbo præ
latis detrahant. in cle. quod non remittitur detractori pecca-
tum niſi per omnia loca per quæ detraxit & per alia ad quæ cõ
uolauit, & omnibus alijs modis quibus poterit reſtituat famã
ablatam. Et ideo quilibet debet ſibi cauere detrahẽdo alteri ſeu
alium diffamando, quod eſt grauiſſimum crimẽ. vt. 6. quæſtio.
1. deteriores, & cap. ſumma iniquitas. quia hoc crimen de faci
li incurritur, & dictum vnius in talibus ſæpe ſequitur multitu
do. vnde verſus. Fama repleta malis velocibus euolat alis. ſa-
17 ma bona lente volat inuidia retinente. † ¶ Et nota quod vſura
rius tenetur reſtituere vſuras in ſolidum nec habetur ratio an
egeat, licet alias dicat lex quod qui bonis cedit non conuenitur
poſtea niſi inquantum facere poteſt. ff. de ceſ. bo. l. is qui. & no
ta. Ber. hic in gloſſ. & licet in fi. cum quo concor. Ala. vincen. &
Hoſtien. hic & Go. in ſumma eod. tit. §. in iudicio. & Hoſtiẽ,
in ſumma de pe. & remi. §. vltim. verſi. quid ſi nulla poteſt. Sed
Goff. contra hic argum. l. hic alleg. is qui. & male ſecundum
Archidiacon. ĩ. eo quanquam. ſuper verbo patiuntur. lib. 6 & ẽ
cum primis tenet Ioan. And. hic & ibi in nouella dicens, quod
imo. Goff. idem tenet hic. de hoc nota. Aſten. lib. 3. eo titu arti
culo. 6. quæſtio. quid ſi is qui. dicens ſimiliter ſe credere quod
quoad ſalutem ei ſufficiat, quod ſi ad pinguiorem fortunam
venerit reſtituere firmiter in corde proponat. & vide quod ip
ſe Archidiacho. nota de hoc. 14. q 6. ſi res. No. tamen quod li-
cet teneatur vſurarius reſtituere vſuras non tamen id quod ex
vſuris lucratus eſt. vt no. Archydiaco. in d. c. quanquam. ſuper
verbo, de vſuris. & plenius. 14. quæſtio. 4. ſi quis vſuram. ſecun
dum glo. 2. idem Tancr. & Bar. Brixien. in quæſtio. venetenſi.
quæ incipit, aliquis accepit, & hoc probatur ſuprà de iureiurã.
ad noſtram. 1. & 2. C. de conditio. inde. l. 1. & expreſſius in d.
c. quanquam. vbi non mandatur nec dicitur aliud reſtituẽdum
niſi vſuram. Vnde eſt ibi euidens argu. quod vſurarius non te-
netur ad reſtitutionem intereſſe, & imputet ſibi qui pecuniam
ad vſuram recepi. C. de iureiuran. debitores. ſecundum Archi-
diaco. idem ſcilicet quod non tenetur reſtituere lucrum, not.
frater Io. in ſumma confeſ. eo. titul. quæſtio. 65. quæro etiã &c.
Vbi etiam idem credit de lucro habito de re furtiua, vel rapta
per negociationem, aut per comparationem redditus, vel præ
dij factam de re huiuſmodi furtiua, aut rapta, & in hoc cõcor.
Raynald. & glo. Gui. ſuper Maynald. eo. tit. §. 17. idem quæro,
& beatus Tho. in ſumma, quæſtio. 78. articulo. 3. Et aſſignant
rationem: quia quod de huiuſmodi pecunia acquiſitum eſt, nõ
eſt fructus rei huiuſmodi, ſed humanę induſtriæ. Itẽ ſi poſſeſ-
ſio empta eſt cũ tali pecunia, hęc eſt res ementis, & non eius à
quo eſt accepta vſura, licet talis poſſeſſio obligata ſit ei à quo
vſuræ acceptæ ſunt, ſicut & alia bona vſurarij. Sed contra hoc
facit quod not. glo. 1. q. 1. non eſt putãda. vbi dicit quod de fru
ctibus rei emptę de pecunia vſuraria non eſt facienda elemoſi
na: quæ opin. eſt nimis dura, quam tamen tenent quidam dicẽ
tes ꝙ vſurarius tenetur reſtituere non ſolum vſuras, ſed etiam
quicquid ex eis eſt lucratus. Et eſt ratio ſecundum eos quia
quæ ex radice corrupta procedunt corrupta ſunt. 14. q. 5. neq;
16 q. 3. ſi ſacerdos. in fi. & . 1. quæſtio. 1. principatus. ſed Hoſtiẽ.
in ſumma. de peniten. & remiſ. §. quibus & qualiter. 9. colum.
verſi. ſed pone quod vſurarius dicit mediã viam tenendũ, qđ
tenetur ad reſtituendas expenſas & intereſſe debitoris, in quo
lucrum & damnum ſuum computandum eſt. vt. ff. de eo quod
cer. loco. l. 3. §. penultim. & fi. & . l. ſeq. nec enim videt quare in-
terpretatio ſit pro vſurario facienda, ſed nec videt quare debi
tor vltra intereſſe ſuum poſſit petere totũ lucrum, hoc enim
eſt ſuum repetere cum vſuris, quia quicquid ſorti accedit, vſu
ra eſt. 14. q. 3. plerique. cuius opin. eſt conſona ration: & opinio
ni Thom. articulo. 3. vbi tenet quod ſi res conſumptibilis &
non fructificans recipiatur pro vſura, vt pecunia, triticum, vel
vinum, & ſimilia, ſufficit reſtituere recepta, quia de tali re ac
quiſitum ex induſtria eſt, non ex fructu rei, tenetur tamen ad
recompenſationem damni quod alter habet in bonis per de-
tentionem

ſentionem illius rei. Si vero res non eſt vſu conſumptibilis ſed
fructum ferens vt ager, domus & ſimilia, nõ ſolum rem illam,
ſed etiã fructus perceptos ex re illa cuius ipſe ſed ille dominus
erat reſtituere ei tenetur. quam opi. ponit Ioan. An. j. eo quã-
quam ſuper verbo de vſuris. in nouella. lib. 6. quam teneas & in
eam videtur declinare Archidi. in. d. c. ſi quis vſuram. dicens fi
naliter, quod tutius eſt quod vſurarius concordet cum eo cui
reſtituit ſuper intereſſe: & Aſten. eo. titu. arti. 6. q. vtrum vſura
19 rius. & Ricar. & Godoffre. † ¶ Itẽ not. quod vſurarius nedum
debet reſtituere vſuras ſed etiam poſt reſtitutionem pœnitere
de peccato: & idem in quolibet obligato ex delicto, puta fur-
to, rapina, & ſimilibus argumen. ſ. de homici. ſicut dignum. §.
eos. de fur. c. vlt. de rap. c. 2. j. de iniurijs. ſi quis damnum. cum
ſimilibus, vt hoc not. Ioã. An. extra eo. titu. c. vnico. ſuper ver-
bo non eſſe peccatum. gl. antepe. in clemen. Idem not. Io. An.
in ſure. ſ. ti. proxi. ſi quis per. & vide quod no. Hoſti. in ſum. de
pœni. & remiſ. §. quibus & qualiter. in penul. col. ver. ſed nũquid
20 ſufficit. & ſeq. vbi idem notat. † Et quid ſit peccatum dic, ſecun
dum Aug. 22. li. contra Fauſtum, peccatum eſt dictum vel fa-
ctum vel cõcubitum contra legem Dei, de qua diffinitione vi-
de plenius per Aſten. li. 2. de vicijs & peccatis in communi. Et
de diuiſione peccati vide ibi, vbi no. etiam quod vnum pecca-
tum dicitur eſſe cauſa alterius peccati inquantum diſponit &
inclinat ad ipſum, quia vt dicit Augu. peccatum quod per pœni
tentiam non diluitur mox ſuo pondere ad aliud trahit, huiuſ-
modi autem ſunt cupiditas quæ eſt radix omnium malorum,
primæ ad Thimo. vlt. 47. diſtin. bonorum. Superbia quæ eſt ini
21 tium omnis peccati, vt dicitur eccleſiaſti. 10. † Capitalia vitia
quæ ſunt ſeptem, ſcilicet inanis gloria, inuidia, ira, accidia, aua
ritia, gula, luxuria, itẽ ignorantia, infirmitas, & malitia. quod dic
vt plene not. Aſten. lib. ſecundo titu. de cauſa peccati per totum.

22 **Super eo. c.** §. poſſeſſiones. Diſtinctionem Ber. In-
nocen. & Hoſtien. hic. ſ. † vtrum res em
pta de pecunia vſuraria ex cauſa lucratiua quæ peruenit ad ſin
gularem poſſeſſorem, vt tunc poſſit vendicari ab eo & vendi
iuxta tenorem iſtius. c. vel ex cauſa onéroſa vt tunc ſecus, ſatis
approbat Rayna. in ſumma eo. titu. §. 12. pone quod vſurarius
& expreſſius glo. Guil. ibi. & Ala. Tan. & Bar. Brix. in quæſtio.
venereali. quæ incipit, aliquis emit prædium. & Aſten. lib. 3.
hoc titu. articu. 6. quæſtio. quid ſi poſſeſſio. & Goff. in ſumma
eo. tit. §. quod ſi poſſeſſio empta. Et addit ibi Goff. quod ſi res
talis ex cauſa lucratiua perueniat ad eum qui ſoluit vſuras, libe
rabitur ille ad quẽ prius peruenerat ex ſimili cauſa, eadem res
vt contra eum agi non poſſit, vt. ff. de actio. & obl. l. omnes de-
bitores. Et idem dicit Hoſtien. in ſumma eod. titu. §. quæ pœ-
na. ver. quid ſi poſſeſſio empta. & verſi. ſeq. vbi addit quod vſu
rarius tamen vel heres eius minimè liberatur vt. ff. de verbo.
oblig. l. inter ſtipulantẽ. §. ſi rẽ quã ex cauſa. & l. ſeq. Idẽ Aſten.
vbi. ſ. & de hoc not. frater Ioan. in ſumma conſti. eod. tit. quæ
23 ſtio. 55. pone quod vſurarius &c. † Et vide quod ibi not. in. q.
ſeq. de eo qui filiam vſurarij vel raptoris duxit in vxorem, num
quid poteſt accipere dotem de rebus illis, cum quicquid ha
bet non ſufficiat ad reſtitutionem faciendam, vbi dicit vna cũ
gloſſ. Guil. ſuper Rayn. quod licet dos non perueniat ex cauſa
lucratiua, ſed accipiatur ad ſupportandum onera matrimonij.
C. de iure dot. l. pro oneribus, tamen ſi maritus ſciens veritatẽ
aut craſſa ductus ignorantia contraxit cũ huiuſmodi filia, non
debet recipere dotem de rebus huiuſmodi de æquitate cano-
nica, licet de ſubtilitate iuris ciuilis aliter forte poſſet dici. Si
autem probabili ignorantia ductus eſt, quia non credebat ſo-
cerum vſurarium, vel alias eſſe ſoluendo, poteſt dotem inſoli-
24 dum recipere, licet poſtmodum ſciat veritatem. † In creditore
autem qui recipit quod ſibi debetur à raptore vel vſurario, nõ
diſtinguo niſi quod bona fide crediderit ei pecuniam vt ex il-
la commodum ſuum faceret, & lucrando forte ex ea ſe libera
ret. Nec eſt ſimile de marito quãtum ad dotem vt dictum eſt,
quia ſocer dando dotem genero efficitur pauperior, niſi qua-
tenus releuatur ab onere alendæ filiæ, ſed debitor non fit pau-
perior recipiendo mutuum à creditore, vel emptor aut ven-
ditor recipiendo precium rei vẽditæ, vel rem. Creditor autem
qui mala fide crediderit pecuniam, puta ludenti in alea vel dat
meretrici, aut hiſtrioni, vel alias dilapidanti bona ſua, non de-
bet huiuſmodi debitum recipere de rebus prędictis. Cęteri au
tem omnes quibus debetur ex contractu, vel quaſi, aut ex ma
leficio, vel quaſi, poſſunt recipere de rebus huiuſmodi quod ſi
bi debetur, dum tamen rem furtiuam vel raptam in ſpecie nõ
recipiant, & idem de re vſuraria maximè ſecundum illos qui
dicunt quod in vſura non transfertur dominium vt dixi ſecũ
dum illos etiam qui dicunt contrarium, Credo quod ipſa res
vſuraria in ſpecie nõ debet recipi inſolutum, quia debitor qui
eam dedit pro vſura poteſt eam condicere. i. euincere à credi-
tore ſi extat, nec poſſet creditor pro ea aliam rem ei ſoluere ip
ſo inuito hæc Guili. & Frater Ioan. ibi. Idem Aſten. lib. 3. eod.
titu. arti. 7. quæſ. quid de genere. Item vide quod no. Io. And. j.
eo. tit. c. 1. ſuper verbo ad hæc in nouella. lib. 6. dicens ſecũdum
Fran. quod qui ſub alicuius contractus colore vſuram faciunt,
puta vendendo mercẽ pro certo precio ei qui quærit pecuniã,
& non mercem quã ſtatim ab ipſo recipiant, pro minori com
prehenduntur illa conſtitutione. argu. huius. c. & j. nauiganti.
ſ. de emp. & ven. ad noſtram. 1. & ibi ſcripſit de hac fraude ſu-
per verbo mutuum, & facit cle. grandi. eod. titu. §. cęterum. de
iſta materia not. plenè Aſten. lib. 3. hoc titu. & titu. de ſocie-
tate, articulo quinto.

1 *Vſuræ diffinitio.*
2 *Vſura differt à pena.*
3 *Vſura differt à ſimonia.*
4 *Vſura deriuatio.*
5 *Vſura ſpecies.*
6 *Vſura in quibus contractibus locum habeat.*
7 *Vſurę certis caſibus promiſſa.*
8 *Vſurarium an faciat ſola intentio.* 10.
9 *Deus reſpicit ad cor, & non ad manum.*
11 *Annonam veterem mutuans vt nouam recipiat vſuram committit.*

IN ciuitate. Si quęris quid ſit vſura, vnde di
catur, quot ſunt eius ſpecies, in
quibus rebus ſeu contractibus locũ habeat, & vtrũ
ſola ſpes ſeu intẽtio lucri faciat aliquem vſurarium,
diſtingue, aut. n. quæris de primo. ſ. quid ſit vſura. & tunc dicit
1 Ray. in ſumma eo. tit. circa prin. † quòd vſura eſt ex mutuo lu-
crum pacto debitum vel actum. Non enim putat vſuram cõ-
mitti ſi gratis accipiatur. argumen. 14. quæſtione. 3. vſura. 18.
diſtin. de eulogijs. Cuius dictum intellige fore verum, quando
donatio eſt liberalis, nec datur à debitore, nec recipitur à cre-
ditore intuitu mutui, & ita quod ex parte eſt corrupta inten-
tio, & hoc conſtare poteſt præcipue quando ſoluto mutuo ali-
quid datur. Sed Goff. in ſum. eo. titu. in prin. dicit & melius, quod
vſura eſt quicquid ſorti accedit intentione præcedente vel pa-
cto. Et in hoc concor. Hoſti. in ſum. eo. titu. §. 1. dicens quod vſu-
ra eſt quodcunq; ſolutioni rei mutuatę accedit, ipſius rei vſus
gratia pactione interpoſita, vel hac intentione habita in con-
tractu vel exactione habita ex poſtfacto. Quodcunq; ideo di
citur, quia quicquid vltra ſortem exigitur vſura eſt. 14. quæſti.
3. ca. vſura. & ca. pleriſq;. ſic. ſ. de ſimo. in tantum. & c. eaq; rei
mutuatæ, ideo dicitur, quia in contractibus mutui tantum lo-
cum habet ſecundum Ray. & Goſ. & quaſi omnes quod intel
lige vtrum regulariter, vt dicam. j. Ipſius rei vſus gratia ideo di
citur, quia ſi non gratia vſus. i. cõſumptionis, ſed loco pœnæ ap
poneretur ſine fraude aliud eſſet. vt patet. 12. q. 2. fraternitas. ſ.
2 de arbi. dilecti. j. de pœnis conſtitutus. & c. ſuam. † Eſt autem
differentia inter vſuram & pœnam, quia vſura præſtatur ratio
ne ſpacij temporis vt hic. & per totum iſtum titulum. & ff. &.
C. eo. tit. per totum. Sed pœna præſtatur quia non fit quod cõ
uenitur, vel quia non ſoluitur quod debetur, vt in. c. dilecti. &
de hac pœna no. Hoſt. in ſum. eo. tit. §. ab aliquo caſu. ver. 11. &
plenius de pę. & remiſ. §. quibus & qualiter. ſub. §. quid de vſu-
ris. & dicam. eo. cõqueſtus. Pactione interpoſita, additur ideo,
quia ſi nullo pacto ab initio interueniẽte, nec exactionem, nec
ex poſtfacto habita, debitor aliquid gratis offerret, recipi poſ-
ſet. dummodo creditor mala intentione ab initio caruiſſet. ar.
1. quæſtio. 2. ſicut Epiſcopum. Porro ſi hac intentione principa
liter ductus vt aliquid mihi dares, tibi mutuaſſem pecuniam,
alias non mutuaturus, licet in foro iudiciali non poſſim cen-
ſeri vſurarius vt hic, tamen in foro pęnitẽtiali ſecus eſt, indu
cendus ſum vt pecuniam ſic receptam reſtituam, quia per do-
minum dictum eſt mutuũ dantes nihil inde ſperantes. Lucæ.
6. & j. eo. conſuluit. hoc etiam patet ex authoritatibus ſancto
rum Auguſtini & Ambroſij Hieron. 14. q. 3. ſi fęneraueris. &
duobus. c. ſe. ſecundum Goff. & Hoſt. hic. & in ſum. eo. tit. §.
an aliquo caſu. ver. 3. de reg. iur. c. peccatum. in nouella. §. eſt er
go ſciendum. lib. 6. vbi pleniſſimè per eum de iſta materia, &
in. §. ibi. ſeq. patet etiam Deuter. 23. fratri tuo abſq; vſura illud
quo indiget commodabis, quod inteligunt verũ eſſe cum cau-
ſa mu-

ta mutandi ponitur principaliter in ſpe vel ſpectatione lucri,
alias ſi nun propter hoc principaliter moueatur, mutuatur ad
mutuandum ſed ob charitatem & dilectionẽ. Secundario au-
tem ſperat de aliqua retributione, ſeu remuneratione in nullo
ſeu modico pecat.ar.61.di.quid proderit.59.d.ſi officia.77.di.
in ſingulis. 1.quæſtio.2.quam pio.ſ. de teſta.cum in officijs.ff.
de peti. hære.l. ſed ſi le.contra.§. conſuluit.ſecundum Goſ. &
in hoc concor.ber.ala. & Inn.j.eo.conſuluit.& beatus Tho.in
ſum.q.77.& frater Io. in ſum.conſeſ.eo.titu.q.1.vel ſi dicatur
ſimpliciter & indiſtinctè ſola ſpe vſurę committi, dicit Goſ.
quod ad purgationem delicti non eſt opus reſtitutione eius
quod accidit ſorti, ſed ſufficit penitentia ſola, ſicut purgatur ſi
monia animo tantum commiſſa.ſ. de ſimo cap.vlti.quod non
3 placet Hoſtien.† Et huic intellectuali.c.conſuluit.j.eod.mani
feſtè cõtradixit.vnde quo ad hoc ſecus eſt in ſimonia, & ſecus
in vſura, & quę ſit ratio no.Hoſ.in ſumma.titu.de ſimo.§.quid
ſit ſimonia.& dixi.ſ.de ſimo.c.vlti.& de hoc etiam per archi-
dia.54.quæſtio.3.c.1.& ſic not.quod ſola ſpes &c. Vbi dicit qđ
non eſt ſimile de ſimonia mentali & de vſura mentali, quia in
ſimonia mentali & qui dat turpiter dat, & qui recipit turpiter
recipit, & ideo ei qui dat non eſt facienda reſtitutio: ſed in vſu
ra mentali recipiens turpiter operatur ſed non dans, & ideo ei
4 facienda eſt reſtitutio.† Aut quæris de ſecundo.ſ. vnde dicatur
vſura, & dic qđ dicitur ab vſu rei quia datur ob vſum rei.i. pe-
cunię.vel ab vſu æris.i.pecuniæ quod in idẽ recidit ſecundum
Ray.& Goſ. & Hoſt.in ſummis ſuis.eo.titu.& fratrem Io.eo.
5 tit. quæſtio.52.¶ † Aut quæris de tertio.ſ.quot ſunt eius ſpe-
cies vſuræ, & tunc dicunt Raynal.Goff.& Hoſtien.in ſum.eo.
tit.§.quot ſunt eius ſpecies, quod duæ, vna ſpiritualis & æqua,
de qua dicitur in euangelio Matthei.25. Oportuit ergo te pe-
cuniam meam committere nummularis.& Aug.miſer homo
cur ſęneraris homini, ſęnerare Deo, & centuplum accipies &
vitam æternam poſsidebis. Alia corporalis & iniqua. Primum
ſęnus, ſcilicet ſpirituale & æquum aſpicere & exercere debe-
mus, vt quod hic miſericorditer tribuim', à domino qui mul
tipliciter & in perpetuum menſura tribuit recipere valeamus,
vt.46.diſtin.ſicut non ſuo. Iſtam diſtinctionem videtur repro
bare frater Ioan.in ſumma conſeſ.eodem titulo, quæſtione.de
cimo quarto.quot ſunt ſpecies, & forte bene, qa figuratiuè &
parabolicè tantum lucrum operum bonorum dicitur vſura, ſi
cut fatuũ eẽt dicere quod duæ eſſent ſpecies vitis, ſcilicet ſpiri
tualis & corporalis, quia Chriſtus dicit ego ſum vitis vera. Vſu
ra corporalis & iniqua ſubdiuiditur, quia alia eſt ſortis, alia vſu
rarum hæc vltima appellatur improbum ſœnus, & id exercẽs
ſit infamis ipſo iure etiam ſecundum leges.3.quæſtio.7.c.infa
mes.§.aliquando ipſo genere. Sed ſecundum iura canonica in
vtraq; peccatum mortale committitur & infamia irrogatur.6.
q.1.infames ſecundum. Goſ.Ray. & Hoſtien.& fratrem Ioã.
6 vbi.ſ.† Aut quæris de quarto, ſcilicet in quibus rebus ſeu con-
tractibus locum habeat, & dic quod propriè & regulariter in
contractu mutui, vt.j.eo. conſuluit.ibi date mutuum &c. Eſt
autem mutuum quod de meo fit tuum. Et habet locum in ijs
quæ numero, pódere, vel menſura conſiſtunt, vt in maſſa auri
vel argenti, pecunia, oleo, & frumento, vt.ff.ſi cer. peta.l.2.in-
ſti.quib.mod.re contrahitur oblig.circa princi. ſecundũ Ray.
Goff.& Hoſtien.in ſummis ſuis eo.titu.& frater Ioan.in ſum.
conſeſ.eo.titu.quæſtio.12.quæro etiam. Et nomẽ menſuræ re
ſtringitur ſecundum Rodolfre.ad modicos, lagenas, & alia va
ſa quibus ſolent menſurari grana & liquida, ſecus de pannis re-
bus quę menſurantur ad brachia vel vlnas.vnde dicebat Goſ.
& Ioan. An. poſt eum dicens hic quod forma vſurarij contra-
ctus propriè eſt in mutuo. In contractu ergo venditionis non
committitur vſura quo ad formam, ſed ex mẽte, ſcilicet vt fin
gatur precium hoc caſu ab emptore traditum venditori, & ei
poſtea mutuatum cum lucro.quođ dic vt G.de mon.lau.extra
e.ti.c.vnico.§.ſane.ſup verbo pertinaciter.in cle. Propriè & re
7 gulariter dixi † qa in cauſibus authoritate legis vſurę præſtãt li
cet nullũ mutuũ ſit cõtractũ, puta ex mora.ff.de vſuris.l. mo-
ra.vel ratione intereſſe. quod dic vt no.Hoſtiẽ.in ſum. & titu.
§.ex quibus cauſis.& hodie etiam de iure canonico poſſent pe
ti ex mora, non vt vſuræ, ſed vt intereſſe.ff. pro ſocio.l.ſocius
qui vt.no. Ioan.14.q.5.c.quoniã multi. & frater Ioan.in ſum.
conſeſ.eo.titu.quæſtio.43.quid de legibus &c. & Ber.& Hoſt.
8 j.eo. conqueſtus. vbi dicam.† Aut quæris de quinto.ſ.vtrum
ſola ſpes ſeu intentio lucri faciat aliquem vſurarium&, tunc
refert. Ad cuius euidentiam not.ſecundum philoſophũ.4.et-
hico.& ſecundum beatum Tho.in ſum.q.78.articulo.2.& fra
ter Ioan.in ſum. conſeſ.eo.tit.quæſtio.2. quod omne illud pro
pecunia habetur cuius precium poteſt pecunia menſurari,
& hoc probatur.ff.de conſtitut.pecunia.l.2.in fine. Aut ergo
mutuans habet ſpem ſeu intẽtionem lucri commoditatis, ſeu
intentionis, ſeu remunerationis talis quæ ſeu cuius precium
poteſt pecunia mẽſurari, aut talis, quæ ſeu cuius precium non
poteſt pecunia menſurari. In primo caſu refert, aut nullum lu-
crũ ſecutũ eſt ipſam ſpem ſeu intentionẽ, & tũc eſt voluntariè
vſurarius propter malã intentionẽ, vt no. Innoce.ſ.eodem.ſu-
9 per eo† Deus enim reſpicit ad cor non ad manum.22.q.5.cap.
qui periurare.24.q.1.edi.15.quæſtione.1.c.fina. & quæſtio.6.
cap.3.in fin.14.quæſtio.5.ſi quid.ad idem quod leg. & no.j.de
ſen.excom.cum voluntate.32.quæſtio.5.quod autem.& de pę
ni, diſtin.5.nunquam.intellige quod eſt vſurarius voluntariè
quo ad hoc vt pęnitere & confiteri teneatur, non tamen reſti-
10 tuere, cum nihil receperit vltra ſortem.† Aut aliquod lucrum
ſecutum eſt ipſam ſpem ſeu intentionem, & tunc aut ſub tali
ſpe principaliter mutuat, aliàs nõ mutuaturus, & tũc quicquid
etiã poſtea gratis ſibi oblatum vltra ſortem recipit vſura eſt,
& tenet reſtituere, vt.in.c.conſuluit.vbi hoc tenent Vin. Tan.
Ala.& Ber. Innocen.vero dicit hoc tutius, imo eſt veriſsimum
ſecundum Hoſti.& Ioan.An.ibi quod etiam placet. Raynal.in
ſum. huius titu.ver. ſed nunquid voluntas. & Goſ. in ſumma
eo.tit.§.in ſum.no. & Aſtẽ.lib.3.eo.tit.articu.6. quæſtio.quid
de eo qui ſola ſpe. Vnde non poteſt quis mutuare hoc pacto,
vel hac intentione principali vt ſibi remutuetur cum indige-
bit, ſecundum quod no.Goſ.in ſumma eo.ti.§.quid ſi tibi mu
tuaui &c.j.e. conſuluit.& Ioan.14.q.3.c.1.in fin.gl.& gl.Guil.
ſuper ſum.Rayn.eo.titu.§.4.ſed nunquid.circa fin.ſuper ver-
bo retributione.& Hoſtien.in ſum.eo.titu.§. qua pœna.verſic.
quid ſi tibi. & beatus Tho. in ſumma artic.2.argu.4. & frater
Ioan.in ſum.conſeſ.eo.titu.q.22.vtrum ſcholares &c.& Ioan.
An.extra eo.c.vnico.ſuper verbo onera.in cle. Aut mutuat nõ
ſub tali ſpe, ſed alias erat mutuaturus, & tũc aut poſt cõtractũ
mutui factũ mutuãs mutat propoſitũ, & ſpectat remunerat io-
nem, ſeu lucrum, quam ſeu quod eſt poſtea conſecutus, & tũc
eſt vſura.argumen.1.q.1. eos in fi.ff.de calunt.l.1.§.qui autem.
& de peculio.l.ſumma.§.pe. ſecundum Hug. Io.& Arch.in.d.
c.1.gl.3.14.q.3. Aut poſtea nõ mutat propoſitũ ſed recipit gra
tis, aliquid vltra ſortem, non quaſi ex aliqua obligatione taci-
ta vel expreſſa, ſed quaſi gratuitum donum & tũc non peccat,
quia antequam pecuniam mutuaſſet, licite poterat aliquod do
num recipere nec peioris conditionis efficitur per hoc quod
mutuauit.argu.j.de regul.iur.c.factum legitimè.lib.6.cum ibi
not.23.quæſtio.5.de occidẽdis.in fi.& argumen.no.8.in verſi.
quod intelligunt verum &c.in ſecundo caſu nõ eſt vſura. Nam
recompenſationem, ſeu remunerationem eorum quæ pro pe
cunia non menſurantur, licet pro mutuo etiam exigere, vt pu
ta beniuolẽtiam & amorem eius cui mutuauit vel aliquid hu
11 iuſmodi ſecundum Tho.& fra.Ioan.† Ex pręmiſsis poſſet di-
ci, qđ qui annonam veterem mutuant, vt recipiant nouã, vſurã
committunt, quia meliorem rem recuperare volunt, & hoc te
net Raynal. titu. de nego.ſecularibus.§.2. quod verum ſecun
dum Goff. in ſumma eod. titu.§.ſi quis mutuat, & Hoſtien.in
ſum.eo.titu.§.an aliquo caſu.verſi.quid ſi quis mutuat, ſi ideo
hoc faciat vt meliorem recipiant vt hic &.j.eod.conſuluit. Si
autem hoc faciunt ne ſua ſibi pareant, vel forte vt accipiẽti gra
tiam faciant non committunt vſuram ſecundũ Arch.14.quæ-
ſtio 4.nullus.gloſ.fina. dicit quod iſtos nòn audet condemna-
re ſi ad hoc mutuant vt proximo ſubueniant, dummodo non
auferant eis libertatem liberandi ſe interim ſoluendo veterem
vel ſi probabiliter dubitatur vtrum plus vel minus valitura ſit
tempore ſolutionis, alias eſt verum quod dicit Raynal.ſecun-
dum Rodo. & Archi.cum quibus cõcordat glo.G.ſuper Ray.
& frater Io.in ſumma.conſeſ.eo.titu.q.42.quid de his & quod
dicam.j.eo.ca.fin.diſt.5.in fine.

1 *Vſura damnatur de iure diuino & canonico.*
2 *Vltra ſortem aliquid licitè recipitur certis caſibus.4.6.8.*
3 *Iudæi male intelligunt materiam vſurarium.*
4 *Mercator mutuans pecuniam cum quo ſolet negociare, an licitè*
recipiet intereſſe.
7 *Pœna duplex iudicialis, & conuentionalis.*

COnqueſtus. Si quæris vtrum, & in quibus
caſibus licitum eſt aliquid reci
1 pere vltra ſortem, diſtingue.† Aut quæris de vera, &
pura, & propria vſura prout eſt diuina lege damnata,
& de iſta, nihil recipi poteſt. Exod.22. Deutero.23.ſ.eod. quia
in omnibus

in omnibus.&.c.ſuper eo.&.j.eo.conſuluit.nec hoc caſu excuſat aliqua lex humana ſeu conſtitutio ciuilis, quia contra legẽ Dei,& diuinã.10.diſtin.c.1.diſtin.inferior.ſ.de maio.& obed. cum inferior.Et ita intellige quod no.Io. An.j.de regu.iur.ca. peccatum.in nouell.1.§.4. quærebatur. lib.6.vbi dicit,quod in nullo caſu contractus vſurarius eſt conceſſus, vel permiſſus à iure diuino,vel canonico.Nam pari ratione qua prohibẽt vſuram in vno caſu debent eam prohibere in quolibet,quia in omni caſu habet maliciam conuolutam,& per conſequens pari ratione,qui eam concederent in vno caſu, poſſent eam concedere vel permittere in quolibet, qđ patet eſſe falſum ex ijs quæ dixi.ſ.diſtin.proxima.Illud tamen quod facit maius dubium in iſto articulo,eſt caſus ille.j.eo.ſalubriter. ſed dic,quod ibi propriè eſſet vſura ſi fructus illius poſſeſſionis perciperentur à genero intuitu pecuniæ dotiſ ę à ſocero,ſed hoc eſt falſum, quia non intuitu pecuniæ dotalis quam ſocer detinet, ſed intuitu oneris matrimonij quod gener ſuſtinet, vt patet ibi. Vel poteſt dici,quod dicti fructus percipiuntur à genero in recompenſationem damni quod inde ſequitur propter pecuniam dotalem quæ ſibi ſoluenda differtur incautè. Vnde breuiter in nullo caſu vſura eſt permiſſa. nec intelligas,quòd in caſibus ſequentibus vſura permittatur:ſed quia in eis prima facie eſt aliquid ſimile vſuræ,vſura videtur,& intellige quòd ſicut priuatus non poteſt recipere vſuras,ſic nec vniuerſitas,per hanc decret.quæ dirigitur Abbati & fratribus ſancti Laurentij ſecundum Ala.

2 & Io.An.hic.& Vin.& Io.An.j.eo.Michael.† Aut de aliquo cõmodo prouenienti vltra ſortem, non vt pura, vera,ſeu propria vſura, ſed ex cauſa rationabili approbata per canonicam æquitatem , & tale recipi licitè poteſt vltra ſortem, quod in multis caſibus contingit ſecundum Hoſt.ſ.eod. ſalubriter. & plenius in ſum.eo.titu.§.an aliquo caſu.vnde verſus.Feuda,fideiuſſor, pro dote,ſtipẽdia cleri, venditio fructus, cui velis iure nocere vendẽs ſuo dubio, precium poſt tempora ſoluens, pœna nec in fraudem,lex commiſſoria,gratis dãs,ſocij pompa, Plus ſorte modis omnibus datur iſtis. Feuda, primus caſus eſt quando vaſallus obligat domino feudum,quod ab ipſo tenet,vt tamen interim vaſallus ad ſeruiẽdum feudum ipſum nõ remaneat obligatus , quod dic, vt.ſ.de feu.c.1. & hic Fideiuſſor qui poteſt petere vſuras quas creditori neceſſe habuit ſoluere.ſ.fideiuſſo peruenit.&.c.conſtitutus.quod dic.vt ibi plene dixi.Pro dote, vt.j.eod.ſalubriter.Stipendia cleri.ſ.eod.c.1.§. fin. Venditio fructus,quando emo fructus alicuius caſtri ad tẽpus.quod dic vt.ſ.eo in ciuitate. Cui velles iure nocere , nam potes petere vſuram ab hoſte romani imperij , ſiue fidei.C.de commer. & merca.l.non ſolum.14.quæſti.3.ab illo.vnde Deutero.23.non

3 fęneraberis fratri tuo pecuniam vel aliã rẽ ad vſuram. † ideo iudęi ſicut dicunt vſuras à chriſtianis licitè recipiunt ſecundum Io.quod tamen falſum eſt, vt patet in eo quod leg. & no.j.eo. poſt miſerabilem.&.c.quanto.vnde Deutero.28 . fęnerabẽris gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies,& homo aduena fęnerabit tibi,& tu non fęnerabis illi. Ideo dicunt alij & verius,quod vſura à nullo eſt exigenda , nec ob.c.alle.ab illo,quia ſic exponendum eſt,i. ſicut nulli debes nocere chriſtiano, ſic à nullo chriſtiano vel alio petas vſuram,vel dic,qđ quamuis licitè petantur ab hoſte fidei,non tamen iudęi à chriſtianis ipſas peti poſſunt licitè . Ratio diuerſitatis eſt,quia hoſtes fidei,& bona ipſorum exponuntur, vnde qualitercunq; habeantur ea quæ iniuſtè ab ipſis detinentur, nõ eſt vis facienda.argu. in eo quod leg.& no.ſ.de hæreti.excommunicamus.1.§. ſi vero dominus.Iudæi vero vel alij infideles hoc priuilegio vti non poſſunt, vt patet in eo quod leg. & not.§.de iudęis.c.& ſi iudęos.

4 C.de legibus.l.quod fauore. † Vendens ſub dubio.ſ. cum quis plus vendit ad tẽpus,quod ſtatim venditurus non erat, & probabiliter dubitatur, vtrum plus vel minus ſit ſolutionis tempore valiturum, vt.j.eo.c.fi. Precium poſt tempora ſoluens, ſcilicet quando vſuræ loco intereſſe ſuccedunt, puta, vendo & ſtatim trado tibi fundum certo precio vſq; ad menſe ſoluendo, non ſoluiſti ad terminum , in hoc caſu lapſo menſe poſſum vſuras à te petere,quia nihil mihi ſoluiſti, & tamẽ fructus fundi venditi facis tuos, vt.C.eo.tit.l.2. Alij dicunt,quod in tali caſu & conſimili competit actio ex contractu, vel officium iudicis non ad vſuras , ſed ad intereſſe vt poteſt recolligi.ff.pro ſocio.l.ſocium.de dolo.c.legãter.§.non ſolum.de actio. emp.l.1. &.l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.C.de act. emptio. & ven-

5 ditio.l.ſecunda & tertia. & hoc verius putat. † Item putat Hoſtiẽ. ex mente pręmiſſorum iurium,quod ſi quis ſit mercator qui conſueuerit ſequi mercata,& nundinas,& ibi multa lucrari , mihi multum indigenti ex charitate mutuaret pecuniam cum qua negociaturus erat,quod ego exinde ei ad ſuum intereſſe remaneo obligatus, dummodo nihil ſiat hic in fraudẽ vſurarum, vt patet in eo quod leg.& no.j.eo.tuas.in fi.& dummodo dictus mercator non conſueuerit pecuniam ſuã taliter tradere ad vſuras.argumen.j.eod.conſuluit. Hoc idem putat Hoſtien.j.eo.c.fina.& Raynald.in ſumma eod.titu.§.7.Item ſi aliquis mutuat &c.& frater Ioan.in ſumma conſeſ.eo.titu.quæſtio.28.quid de eo qui mutuat.in fine.ſed Innocen.& Ab. contra.j.eo.c.fina.& credo quod melius,quia lucrum certum non eſt in opere mercaturę in quo interdum euenit lucrum,interdum damnum.C.eo.l.ſi ea lege.&.l.eleo.& not. Archid.14.q. 4.quicunq;.gl.fi.facit certum & indubitatum,quod facit eum vſurarium.Pro hoc facit quod no.Hoſti.in.d.§.an aliquo caſu. verſi.quid ſi vendat pro precio. & frater Ioan.in ſum. conſeſſ. eo.titu.q.21.quid ſi aliquis. vbi dicunt, quod ſi aliquis vendat res aliquas pro precio quod in inſtanti currit, ſed ſi plus valet vſque ad paſcha quod illud ei det. Si vero minus valet non vult quod precium minuatur, vſurarius eſt cum in peccatis claudicet.C.de ſolu.l.pen.ff.de damno infec.l.qui bona.§.ſi quis. Sed dicta opi. Raynal.& Hoſtien.poſſet tolerari in caſu vbi mercator eſſet habiturus lucrum certum & indubitatum,quod ſæpe non contingit. Item Ioan.An.j.eo.c.fi.credit dictum Innocen.verius, & quòd dicitur de intereſſe,locum habet poſt moram debitoris , & ex contrario pateret aperta via ad vſuram vſurario fingenre, & dicente ſe ire ad nũdinas. † Pœna in frau-

6 dem.i.quando nomine pœnæ aliquid permittitur ſi ad terminum non ſoluatur.argu. 12.q.2.fraternitas.& in c.in legibus.ſ. de arbi.dilecti.dummodo nihil in fraudem fiat. Lex commiſſoria.i.quando vendo tibi fundum.ſub pacto legis commiſſorię.ff.de pact.inter emp.& ven.compo.l.cõmiſſorię.&.l.ſi fundum.dũmodo nihil ẽt fiat in fraudem vſurarũ,alias cõtra.ſ.de cõtrah.emp.ad noſtram.Gratis dans,quando ſine omni pacto datur gratis oblarum.ſ.de ſimo.dilectus.2.in fin.Caueat tamẽ recipiens de corrupta intentione in hoc caſu. vt patet in eo qđ leg.& no.j.eo.conſuluit.Socij pompam,i.quando pecunia cõmodatur ad pompam.ff.commoda.l.3.§ penul.& eſt.12.caſus. Plus ſorte modis omnibus datur iſtis . Siue fructus non computentur in ſortẽ, & ſorſan,& 13.vbi.ſ.creditor occaſione mutui,quod dedit labore ſubijt,in cuius compẽſationem fructus ex re ſibi obligata perceptos,ſuos facit,quod dic, vt leg.& not. ſ.de rebus eccle. nõ alienan .ad noſtram.alias regulare quod nihil accedat ſorti, vt.j.conſuluit.& quod fructus computentur in ſortem, vt.ſ.eo.c.1.ſecundum Hoſtien. vbi.ſ. Hos etiam verſus ponit & exponit Hoſtien.ſ. de pigno. cum contra. & Ioan.Aod.hic poſt eum . Et in his caſibus concor. Aſten.eod. titu.artı.4.vbi plene de iſta materia. Et quo ad pœnam oppoſitam in contractu mutui, vtrum poſſit peti ſine periculo vſurę, quod no.Ray.in ſum.eo.titu.§.5. † Item quid ſit pœna , & fra

7 ter Ioan.in ſum.conſeſ.eo.titu.quæſtio.25.quid ſi pœna.vbi dicunt quod ſi pœna eſt iudicialis.i. à iudice impoſita & ſtatuta, propter puniendam contumaciam debitoris,qui cum poſſit, cõtemnit in termino ſtatuto ſoluere pecuniam creditori, nõ eſt vſura.argu. 23. diſtin. quamquam.ff. de iureiuran.l. qui authore.Si vero pœna ſit conuentionalis.i.de communi cõſenſu partium in ipſo contractu appoſita, vt ſaltem metu pœnæ debitum certa die ſoluatur vſura non committitur , dum tamen ſemper ſit intentio recta.argumen.c.alleg.quãquam.&.ſ.de arbit. † Si autem ille qui talem pœnã appoſuit conſueuit eſſe vſu-

8 rarius,præſumitur quod in fraudem vſurarum adiecerit pœnã. argu.ff.de act.empt.l. Iulianus.§.1.de vſuris.qui ſemiſſes.& de pigno.actio,l. vel vniuerſorũ.Item eſt præſumptio,quod eſſet vſura ſi per ſingulos mẽſes vel annos dicatur committi ſecundum eos, & de iſta materia no.per Ioan.14. quęſtio.3.in ſum. & per fratrem Ioã.in ſum.eo.tit.q.16. item quæro. Item cum eo quod no. Ber. hic in ver. Item ſi vendo tibi fundum iuſto precio &c.concor.Hoſti.hic & in.d.§.an àliquo,ver.nono . & frater Io.in ſum.conſeſ.eo.titu.q.25.quid ſi vendidi.

1 *Hæres vnius vſurarij an inſolidum teneatur ad vſuras reſtituendas,altero non exiſtente ſoluendo.*

2 *Forum conſcientiæ ſæpe diſcordat à iudiciali.*

TVa nos. Ad euidentiam gloſſ.ſi quæris, vtrum ſi alter heredum vſurarij efficitur non ſoluendo , antequam partem eũ contingentem reſtituerit,alter inſolidum conuenietur. † Vin. Tan.Goſ. Philoſophi & Ber. hic dicunt quod poteſt dici quod inſolidũ conueniatur:

ueniatur, quia omnia bona defuncti illi cui debet fieri reſtitutio videntur eſſe obligata. arg. ṡ. eo. cum tu. §. fina. Et quicunq; ſuccedit in bonis defuncti ſiue idem crimen committat ſiue non, ſemper tenetur reſtituere vſuras quas defunctus extorſit, inquantum ſe extendunt bona defuncti, quæ ad ipſum peruenerunt. Idem Hoſti. in ſum. eo. tit. §. quæ pœna. verſi. quid ſi alter. Hoſti. vero hic dicit, quod quia prædicta opin. in conſpectu multorum fauorabilis eſt, quantū ad animas eſt ſatis æqua, & ab omnibus approbata, non audeo contradicere. Conſiderata tamē veritate, & ſubtilitate iuris cum certum eſt multos poſſidere aliqua, quæ notum eſt fuiſſe vſurariorum, qui nunquam de vſuris ſatisfecerūt, durum eſt ſentire quod omnes tales poſſeſſores ad reſtitutionem eorum quæ poſsident taliter teneātur & maximè cum. 40. anni vel plures lapſi ſunt quod vſurarij mortui fuerunt, & grauius eſt tot animas condemnare. Ideo videtur diſtinguendum inter hęredem, & non hæredem. Hæres enim aſtringitur in ſolidum ſi non fecerit inuentarium; alias contra. C. de iure delib. l. ſancimus. §. 1. & 2. Is autem qui hęres non eſt, & ad quē alias peruenit, non videtur teneri etiā ſi ex cauſa lucratiua ad eum peruenit res defuncti. C. de dona. l. ęris alieni. & l. ſi patri tuo de acqui. hęredi. l. vlti. ff. ad treb. l. 1. §. ſi hęres. niſi eſſet ſortem res ex pecunia fenebri empta, quod dic vt legitur & not. ṡ. eo. cum tu. §. ſi. Nec aliquo iure cauetur quod poſſeſſor non hæres de aliqua re teneatur. ſecundum Hoſt. & Io. An. hic & idem frater Ioan. in ſum. confeſ. eo. ti. q. 53. alias. 54. quid ſi hæredum. &c. & Aſten. lib. 3. hoc titu. art. 6. quid ſi alter hæredum. Et quod dicunt quod hæres qui non fecit inuentarium tenetur in ſolidum ad vſuras, & Ber. & Hoſt. ṡ. tit. 2. in literis intellige in foro iudiciali. Sed in foro conſcientiæ hæres qui non fecit inuentarium, non tenetur vſuras reſtituere vltra vires hæreditarias, & hoc tenet Hoſti. in ſum. de
2 teſta. §. pen. ver. qui non ſufficit. † Vnde hi duo fori ſæpe diſcurdant. 17. q. 4. c. vl. ṡ. de reſti. ſpo. literas. de ſpo. tua nos. ï. de ſen. excom. inquiſitioni. pro hoc faci. ï. eod. quamquam ibi prout patiuntur facultates &c. lib. 6. vbi hoc no. Io. And. in nouella. Idem not. Aſten. lib. 3. tit. de ſolu. arti. 3. verſi. ſciendum. & vide quod dixi. ṡ. de ſepul. parrochiano.

Onſuluit. Nota quòd iſte verſus, & an negociator locum habet cum vendens in continenti eſſet venditurus. Sic non. ï. eo. nauiganti. in fin. nec aliquod dubium occurrit vtrum plus vel minus ſiot merces tempore ſolutionis valituræ alias contra, ṡ. eod. in ciuitate ſecundum Hoſt. vbi plene dixi de materia huius. ca.

Oſt miſerabilem. Super gloſſ. fin. Si quæris vtrum iudęi vel pagani, ſeu alij infideles ſubſint legi, ſeu per legem poſsint corrigi, vel puniri, vel diſtribui. diſtingue vt dixi. ṡ. de diuor. gaudemus. diſt. c. vbi plene dixi de materia huius. c.

1 *Iurans an vſuras ſoluere teneatur. 3.*
2 *Iuramenta contra proximi ſalutem eſt illicitum.*

Vas. Si quæris vtrum debitores qui iurant vſuras ſoluere vel debeant eas ſoluere vel ſo-
1 lutas poſsint repetere. † diſtingue vt. ṡ. dixi de iureiuran. debitores. de quo etiam not. Ray. in ſum. hoc tit. §. 14. patet ex premiſsis. dicens quod debitor poteſt ſi vult, denunciare eccleſiæ monitione. ſ. præmiſſa vt cōpellat vſurarium per cenſuram & ad relaxandum iuramentum. Si per hāc viam non vult procedere, debet ſoluere vt ſatisfaciat Deo de iuramento, & poſtea poterit repetere, quando tantum iurauit ſe ſoluturum, vt. d. c. debitores. & eo. tit. c. 1. Si autem iurauit quod ſolueret vſuras. & non repeteret directè propter vim iuramenti, ſed indirectè bene repeteret. ſ. denunciando eccleſiæ crimē illius, vt ſi compellatur ad pœnitentiam quam non poteſt age-
2 re niſi reſtituat. † Si autem iurauit etiam quod non denūciaret non tenet in hac parte iuramentum cum ſit illicitum, puta cōtra ſalutem proximi & per conſequens contra præceptum de proximo diligendo. Vnde non obſtante iuramento poteſt procedere in hunc modum denunciationis. & ita occurretur fraudibus vſurariorum, vt hic &. ṡ. de iureiur. quemadmodum. ſecundum Ray. concor. his Bern. ṡ. de iureiur. ca. ad noſtram. 2. gloſ. 2. & Goffre. in ſum. hoc ti. & Hoſt. in ſum. hoc tit. §. quæ pœna. verſi. quid ſi debitor. Vbi addit quod ſi debitor iurauit, non repetere, nec etiam recipere vſuras, nihilominus vſurarius cogi debet ad reſtituendum, & in hoc caſu erit pecunia pauperibus eroganda. Idem frater Ioan. per omnia in ſum. con-
feſſ. eo. titu. q. 53. quid ſi quis iurauit, & Aſten. lib. 3. eo. arti. 6. q.
3 quid ſi iurauit. † Et quod dictum eſt quod non obſtante iuramento poteſt denunciare, intellige verum ſi denunciet principaliter intentione fraternæ ſalutis compatiens animæ periclitanti. Si vero denunciat principaliter intentione recuperandi illud quod ſoluit, tūc tutius eſt abſtinere. ar. ṡ. de iureiur. ad noſtram. 2. vt no. Hoſt. & Io. And. eo. titu. quemadmodum. & dixi de hoc plenius. eo. ti. debitores. diſt. 5.

1 *Offendens fidem catholicam beneficium omnis legis perdit.*
2 *Rector eccleſiæ eius cōtemplationes inuocans auxilium l. humanę quam offendit, auditur.*
3 *Officij neceſſitate in legem committens eius beneficium non perdit.*
4 *Voluntariè offendens l. eius priuilegium perdit.*
5 *L. vnam offendens non perdit alterius priuilegium.*

Via fruſtra Si quæris vtrum, & quando fruſtra legis auxilium inuocat
1 qui committit in legem. † diſtingue aut quis commiſit in fidē catholicam, ſeu offendit fidem catholicam, & tunc perdit beneficium omnis legis, & omnium factus eſt reus, de pe. diſ. 5. c. fratres. ï. de reg. iu. deflear. quod dic vt ibi no. vnde talis omnia iuris beneficia amittit in auth. de priui. do. mulieribus hære. non præſtan. circa medium. colla. 8.
2 ſecundum Huſt. † Aut quis offendit in aliam legem, & tūc, aut quæris de prælato, ſeu rectore eccleſiæ nomine ipſius eccleſię inuocante auxilium legis, in quam ipſemet commiſit, vel alterius, & dic quod poteſt, quia delictum perſonæ non debet in damnum eccleſiæ redundare, vt. 16. quæſtio. 6. c. ſi Epiſcopum. ṡ. de exceptio. cum venerabilis. de reg. iur. c. delictū. lib. 6. hoc not. ſpe. tit. de reſcript. præſentia. §. ratione formæ. ver. circa materiam. dicens quod clauſula illa de qua. ï. eo. cap. Michael. ver. attentius &c. non ponitur in reſcripto quando rector impetrat nomine eccleſiæ, cum quo concor. Ioan. An. in dicto. cap.
3 Michael. † Aut quæris de alio. & tunc aut quis committit in legem ex neceſsitate officij ſui & tunc excuſatur in tantum quod poteſt nihilominus illius legis vel alterius auxilium inuocare. arg. ff. de his quibus vt indig. l. tutorem. C. de adminiſtra. tuto. l. cum quidam. inſti. de inoffi. teſt. §. 1. Aut committit in legem non ex neceſsitate officij, ſed aliàs voluntariè, & tunc aut quæris vtrum perdit & fruſtra inuocat beneficium illius legis met
4 in quam committit, aut alterius. † Si illius, dic quod ſic. vt hic &. ff. quod met. cau. l. iſti quidem. C. de iure deliberan. l. ſancimus. §. ſi vero poſtquam. ṡ. de appel. cap. an ſit. & cap. conſtitutis. c. ſecundum Ber. & Hoſtien. hic. Quod verum etiam ſi cōmittatur in legem nomine alieno. argu. in eo quod leg. & nota. ff. de inoffic. teſtam. l. vlti. & de rei vendi. l. inter officium. Vnde repellitur ab agendo ad vſuras repetendas etiam qui nomine alieno recepit vſuras. argu. 46. diſtin. ſicut non ſuo. vbi hoc not. glo. & Innocen. & Hoſtien. ï. eo. Michael. licet Io. Vin. & Ber. hic contra. vt ibi dicam. Ad idem facit quod notat Archidia. de conſe. diſt. 3. rogationes. ſuper verbo relaxent. vbi dicit quod licet ſeruus Chriſtianus non teneatur diebus feriatis domino ſuo operas facere, ſeruus tamen iudæus vel ſaracenus tenetur, nec obſtat. ṡ. de appel. dilectis: quia ibi delatum fuit appellationi vt ibi dicit litera ſecundum Hoſtien. Si alterius legis, tunc aut connexè, & in materia connexa, & tunc idem & ita intelligit Hoſtienſ. ff. de ritu. nuptia. l. filio §. 1. ſicut alias. ṡ. de ſtatut. monaſt. recolētes. §. 1. pro hoc facit qđ de connexis idem eſt iudicium. ff. de rei ven. quæ religioſis. ï. de præb. c. ſuper eo & c. quia ſæpe. libr. 6. vel ſm Hoſt. in d. l. fili. §. 1. ſpeciale eſt in odiū patroni, quia ignominioſam vxorem duxit, quinimo & quia delinquit priuilegiū, qđ alias haberet, amittit. 11. q.
5 3. priuilegiū. ṡ. de poſtu. præla. c. 2. † Aut legis diſtinctæ & ſeparatæ, & in materia diſtincta & ſeparata & tūc ſecus, quia ſicut delictum vnius perſonę alij non nocet, ſic nec cōmiſsio vnius delicti eidem perſonæ in alijs in quibus non delinquit nocere non debet. arg. in eo. quod leg. & nota. ṡ. de his quæ fi. à maiori par. capi. quæſiuit. ṡ. de offi. ordi. dilectus. ſimile. ï. de re iud. c. penul. & arg. ff. de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia. ſecundum Hoſtien. Et quæ eſt lex & quod ſunt eius ſpecies. vide plene per G. de mon. lau. in procemio cle. ſuper verbo vniuerſis. in fin. Et cum opinio Ber. hic in glo. 2. quæſtio. itē quid ſi nullus concordat Hoſtien. hic & Gar. & Ioan. And. ï. eo. quanquam. lib. 6. & Aſten. lib. 7. alias lib. 3. eo. titu. articu. 6. quęſt, quid ſi nullus Hanc decret. inducit Bar. Brix. ad quæſt. ſuam dominicalem, quæ incipit, petebat archidiaconus ab aduerſario ſuo capi. iudex con-

dex condemnauit aduerſarium in.40.& in.60.abſoluit, ab iſta ſententia aduerſarius appellauit & non actor. Ipſe actor petit corã iudice appellationis integra.c.opponitur ei quod non poſſit cum re⁹ in 60.fuerit abſolutus, & nõ appellauerit ipſe actor contra reum, facit quod fruſtra inuocat auxilium ſentiẽte qui in ipſam committit, vt hic &.ff.de minori.l.auxilium.Soluendo dicit quod ſi ex eadem cauſa illa.c.petuntur, & appellatum eſt à ſentẽtia poſſunt peti integra centum.C. de appel.amplio rem.ſecus eſt ſi ex diuerſis cauſis non connexis.vt.ff.de mino. l.etiam.§.ex cauſa.C.ſi vnus ex pluribus ap l.1.q.6.§.diffinitiua.ſub illo verbo,ſi de poſſeſsione.

1 *Filio non hæredi non excipitur de vſuris per patrem receptis.*
2 *Filio hæredi excipitur de vſuris per patrem receptis.*
3 *Vſuras recipiens nomine alieno,an ab agendo repellatur.*

MIchael. Ad euidentiam glo.ſi. Si quæris vtrum contra filium agentem ad vſuras repetendas, poſsit excipi de vſuris receptis per patrem & vtrum repelli poſsit à repetendo vſuras qui no-
1 mine alieno recipit vſuras:diſtingue.† Aut quæris de primo.ſ. vtrum contra filium agentem poſsit excipi de vſuris receptis per patrem, & tunc aut filius non eſt in aliquo hæres vel ſucceſſor patris,& tunc non.argumen.C.ne filius pro patre.in rubro & in nigro. de dona.l.æris alieni.&.l. ſi patri tuo.ſ.eod.cũ ẽn.§.1.&.c.tua.nos.à contrario ſenſu & hic ibi cuius hæres extitit &c.à contrario ſenſu,& hoc tenet Bern.& Hoſtien.hic in
2 gloſſ.alias non teneretur.† Aut eſt hæres ipſius patris,& tũc poteſt excipi contra eum ſiue agat ad vſuras repetendas ex perſona patris, ſiue ex perſona ſua propria. vel alterius etiam ſi nihil ad eum peruenerit de vſuris receptis per patrem ſecundum Ber.In.& Hoſt. hic Quod videtur verum etiam ſi agat coram delegato, licet etiam in literis tibi directis non fiat mentio de patre vt innuit Hoſti. hic in glo.ſua ſi.ad fin. ver. vel dic quòd ſi ſit hæres,vbi dicit vt dictum eſt, quod ſi ſit hæres vel bona empta de vſura ad ipſum peruenerunt,locus eſt exceptioni.ſ. eod.c.cum tu.&.c.tua nos.ff.de calum.l.in hæredem.de diuerſis & tempo.preſcri.l.cum hæres.licet Ber.hic.innuat contrarium in ver.ſatis videtur &c.& male vt videtur. Quia licet poteſtas de legati non extendatur vltra contenta in reſcripto quo ad agendum,vt.ſ.de offi.dele.p.&.g. ſecus tñ quo ad excipiendum quia coram ordinario omnes exceptiones alias tamen legitimæ proponi poſſunt, vt.ſ.de offi.dele.ex parte.a.cum ibi
3 no.† Aut quæris de ſecundo.ſ.vtrum repelli poſsit à repetendo vſuras qui nomine alieno recipit vſuras, & tunc ſunt opiniones contrariç,nã Io.Vin.& Ber.hic tenent quod nõ:quia nihil in ſuam vtilitatem verſum eſt,nec cõtra iſtum ad vſuras repetendas,imo contra illum qui habet illã vtilitatem. ſed Inno. & Hoſtien.hic contra arg.46.diſtin.c.ſicut non ſuo. vbi idem tenet glo.idem Aſten.libr.3.eod.tit. articulo.6.in fin.ad idem ff.de vi & vi arma.l.2.§. cum procurator.j.de ſenten.excõ.mulieres. Goſ. vero dicit qđ talis tenetur reſtituere ſi is pro quo accepit non eſt ſoluendo,prout not.in ſum.eo.tit.§.item quid ſi quis nomine alieno. Et idem videtur ſentire Hoſtiẽ.in ſum. eod.titu.§.fin.in fin.& Archidia.in.d.ca ſicut non ſuo.gloſſ.t. quæ opinio licet ſit æqua,ſecunda tamẽ opinio videtur verior de iure, vt ſic homines ab hoc crimine commitendo tam ſuo quam alieno nomine retrahantur.

1 *Argu.a contrario ſenſu non habet hic locum.*
2 *Res tranſit cum ſuo onere.*

QVanto Ad declarationem primæ gl. ſi quæris vtrum, & quando habeat locum arg. à contrario ſenſu,vide quod dixi.ſ.de magiſtris cap. quonium. vnde hic non habet locum quia generaret abſurditatem.Ideo quando dicit hic immoderatos,ſubaudi maximè,idẽ enim eſt & de minimis:omnes.n.vſuræ ſunt immoderatæ & graues.vt patet in eo quod leg.& no.ſ.e.poſt miſerabilem.&.c.ſuper eo.ſecundum Ber.& Hoſtien.Et quod dicitur hic in.§.fin.de oblatio.debitis. intellige ſecundum Hoſtien.pro anniuerſarijs à Chriſtianis dimiſsis ſiue viceſimo vel triceſimo.j.de verbo.ſignifica. cum inter vos.&.c. ex parte.2. ſuper domibus & poſſeſsionibus ſuis. quæ tamen ſi obligatç
2 eſſent ad iudços cum ſuo onere tranſierunt † quia ſemper res tranſit cum onere ſuo.vt.ſ.de deci.cum non ſit.& de pig.ex literis.vbi de hoc dixi diſt.vl.alias nihil ad nos de oblatio.iudçorum vel aliorum qui foris ſunt:& ſic nõ obſtat.2. quæſt. t.mul
1 i.90.diſt.oblationes.&.ſ.de diuor.gaudemus.vel intellige di-

ctum.§. ſcilicet quod ſi iudæus acquirat domum parochiani mei,extimari debet quantum à parochiano & familia ibi morante conſueueram percipere annuatim, & in tãtum iudçus ad quem domum peruenit mihi tacite obligatur. vt hic. &.j. de exceſ.præla.nimis praua. &.ſ.de deci.commiſſum & plerumque extra id quod agitur tanta obligatio naſcitur.ff. de commoda.l.ſi is qui. Et iſte intellectus magis placet quam præcedens quem de plano innuit, & non illum vera ſignificatio illius verbi,conſueuerunt & ſequacium. ſecundum Hoſtien.& Ioan.And.poſt eum.

1 *In mutuo nihil recipitur vltra ſortem.*
2 *In locatione licitè vltra ſortem quid recipitur.*
3 *In venditione an vſura committatur.5.*
4 *De tempore ad tempus licitè contrahitur.*
6 *Carius vendens ob precij ſpectationem vſuram committit.*
7 *Pecuniam pro pecunia præciſe credere,an ſit vſura.*
8 *Speciem pro ſpecie præciſe credere,an ſit vſura.*
9 *Annonam emens vilius vt carius vendat propter commune bonum meretur.*
10 *Annonam vilius emens vt carius vendat ob priuatum commodum an peccet.*
11 *Auaritia vitium peſsimum.*

NAuiganti. Si quçris vtrum pro pecunia ſiue vſu pecuniç poſsit recipi aliqd vl-
1 tra ſortem, diſtingue. † Aut in contractu mutui & ex parte mutuantis,& dic quod non,ſiue recipiat in periculum pecuniæ mutuatæ,ſiue non, vt hic:quia pecuniç nullus eſt vſus,ſiue vtilitas vtendi nec deterioratur vtendo,vt in illa palea.88.diſt.eijciens.Quod verum ſecundum Inno. in tãtum quod ſi quis paratus erat ad nũdinas cum pecunia quam indigens recepit mutuo promittens certum quid ſe reddere pro lucro ſperato quod eſt vſura nec ſcit talẽ excuſare: & idẽ tenet Ab.hic,licet Hoſt. hic &.ſ.eo ſalubriter.& Rayn.& frater Ioan.in ſum.confeſ.eo.tit.quæſtio.28.quid de eo &c.dicat contra, quod intellige vt dixi plenius.ſ.eo.in ciuitate.&.c.con
2 queſtus. † Aut in contractu locationis & ex parte operas ſuas locantis,puta,ſi quis nauigans vel alius recipiat pecuniam vltra mare vel alibi,reddendam ſibi certo precio conſtituto, & tũc ſiue recipiat in ſe talis locans periculum pecuniæ, ſiue nõ, poteſt recipere, quia eo caſu non eſt vſura ſed locatio operarum, vel inuectionis, ſiue cuſtodiæ quæ licita eſt,vt.ff.nautç canpo. ſta.l.& ita de facto & per totum.ff. loca. & condu.l.in naue. & l.qui operas.&.l.qui mercedem.l. ſequen. ſecundum Innocen.
3 Hoſtienſ.& Ab hic. † Aut in contractu emptionis & venditionis, & tunc, aut contractus fit ſimpliciter abſque dilatione traditionis mercis vel ſolutionis precij conuenti, & tunc non eſt vſura, etiam ſi plus vel minus quam valeat res vendatur, quia licitum eſt contrahentibus ſe inuicem decipere ſine fraude.ff.de mino.l. in cauſæ. 2. §. 2. Aut contractus fit cum dilatione traditionis mercis vel ſolutionis precij conuenti. Et tunc aut quæris, vtrum poſsit iudicari vſura ex forma in foro contentioſo,& dic quod nõ, vt.ſ.eo.in ciuitate.& no.Hoſtiẽ. ſ.de ſimo.c.fina.& Goſ. & Ioan.ſ.eod.in ciuitate.vbi plenius de hoc dixi in verſic. aut quæris de quarto &c. Aut in foro animæ,& tũc,aut fit cum dilatione traditionis mercis de quo hic in.§.ille quoq;. & tunc aut veriſimiliter dubitatur,vtrum ipſa merces plus vel minus tempore traditionis ipſius quam tempore contractus & precij ſolutionis fuerit valitura, & tũc non eſt vſura licet plus valeat ipſo tempore traditionis vt hic. Aut certum eſt quod tempore traditionis mercis ipſa merces plus valebit,& tunc vſurarius eſt cenſendus,vt.ſ.eo.in ciuitate.ſecũdum Ber.& Hoſtien.Et ideo ſi emptor tempore meſsium det pretium,vt certç menſuræ bladi tempore paſcali ſibi reddãtur vtique patet ex mẽte iſtius verbi veriſimiliter quod vſurarius eſt cenſendus, quia bladum eſt in plus in paſcate valiturum ſecundum communem curſum omnium regionum, & cõmunem opinionem quæ ſpectanda eſt,vt.ff.de flumi.l.t.de ſun.in
4 ſtruc.l.cum de lanionis.§.aſinam.ſ.de ſepul.certificari.†Si vult ergo eſſe ſine culpa contrahens emat de tempore ad tempus, puta de eſtate ad æſtatem,de vere ad ver, de autumno ad autũnum,de hyeme ad hyemem, vel aliud tẽpus de quo conſcientia non cautelet. Aut contractus fit cum dilatione ſolutionis precij conuenti,de quo hic in.§. ratione, & tunc aut vendens non erat tempore contractus pro minori precio venditurus etiam ſi ſtatim precium ſolueretur, nec ratione dilationis maiori

5 loti precio vendit, & tunc non eſt vſurarius vt hic. † Aut ſta
tim erat venditurus minori precio dummodo, & ſtatim ſolue
retur precium, ſeu rõne dilationis longè maiori precio ven-
dit, & tunc vſurarius eſt mentalis: vt patet. ſ. eo. conſuluit. §. 1.
& §. fin. & c. in ciuitate. §. 1. Quid ſi quis non erat venditurus
merces puta piſces in riparia maris vbi magna copia habetur,
ſed vult portare Pariſiis vbi ſatis, carius venduntur, & inue-
niat aliquem ibidẽ in riparia maris, qui ſtatim dat ei tantum,
quantum poſſet habere Pariſiis nunquid eſt vſura. dicunt In-
nocen. & Abba. poſt eum hic, quod non dummodo computa-
tis periculis, & labore non plus accipiat, quam ibi quo portare
volebat probabiliter præſumitur accepturus: nam quo iure po
teſt vendere carius ratione dubij temporis vt hic, eodem iure
& ratione dubij loci. Sed Hoſtienſ. dicit, quod non eſt bonum
ſimile, tamen quia non eſt veriſimile, quod aliquis talem em-
ptionem faceret niſi multum egeret, & ſic per hanc opiniu-
nem daretur via figmentis, & viderentur approbari vſurario-
rum baratariæ, quod non eſt fien dum, vt patet in eo quod leg.
& no. ſ. eod. tuas. in fin. & de diuor. quanto. §. penult. tum quia
laborum & expenſarum itineris ratio eſt habenda, vt patet in
eo quod leg. & no. de voto magnæ. §. penu. & timet vtridicit ne
verba iſtorum. §. trahant ad inferos multa milia animarum. Ip
ſe verò maximè in iudicio contentioſo neminem accuſat, ſed
in pœnitentiali conueniat propria conſcientia vnumquenq;.
33. diſtinc. habuiſſe. 8. q. 1. quid autem. 11. q. 3. ſenti. ſuper quo
vide quod not. ſuprà de ſimo. per tuas. 2. Ioann. Andre. hic pu-
tat veram opin. Innocen. ſi ſtatim ille emptor ſoluit precium,
ſed ſi differatur ſolutio precij prout forſan ipſe Innocen. intel
lexit, tunc videtur habere locum ratio Hoſtienſ. & tollitur ra-
tio Innocent. quia in dubio temporum poteſt commodum
prouenire emptori, & venditori ſed hic nullum commodum
6 prouenit emptori. † Et adde quod not. beatus Thom. in ſum.
argumen. 2. articulo. 7. vbi dicit, quod ſi aliquis carius velit ven
dere res ſuas pluſquam ſit iuſtum precium, vt de pecunia ſol-
uenda emptorem ſpectet manifeſtè vſura committitur: quia
huiuſmodi ſpectatio precij ſoluendi habet rationem mutui.
Vnde quicquid vltra iuſtum precium pro huiuſmodi ſpecta-
tione exigitur eſt, quaſi precium mutui, quod pertinet ad ra-
tionem vſuræ. Similiter etiam ſi quis emptor velit vilius eme
re, quam ſit iuſtum precium, eo ꝙ pecuniam ante ſoluit, quam
poſſit ei res tradi eſt peccatũ vſuræ, quia etiam iſta anticipa-
tio ſolutionis pecuniæ habet rationẽ mutui, cuius quoddam
precium eſt, quod minuitur de iuſto precio rei emptæ. hæc be.
Thom. & idem frater Ioano. in ſum. confeſ. eod. tit. q. 66. Item
quæro in quibus caſibus &c. pro quibus facit iſtud. capi. 1. §. 1.
& ſ. eod. in ciuitate. & c. conſuluit. immoderatas vſuras ſecun
dum leges his verſibus comprehendes. illuſtris trinam. i. pro.
30. libra. 10. beſſem mercator habebit. i. pro. 30. 20. omnes ſe-
miſſem, id eſt omnes communiter pro. 30. 15. centeſima ſit ti
bi iuncta, quæ æquiparatur ſorti in anno ſecundum Hoſtien.
& Ioan. And. ſ. capi. proxi.

Super eo. c. Si quæris vtrum poſſit committi vſura,
vbi creditur præciſe pecunia pro pecu-
nia, vel marcha argenti pro alia marcha ad certum terminum
perſoluẽda. Aut cum datur præciſẽ ſpecies pro ſpecie, vel gra
num pro grano, vinum, pro vino, oleum pro oleo ad eandem
menſuram, diſtingue ſecundum gloſſ. Guilel. ſuper Rayna. eo.
7 ti. §. 3. ſuper verbo veriſimile dubitatur. † Aut veriſimile eſt, ꝙ
pecunia numerata aurum vel argentum ex tempore, non fiãt
precioſiora tempore ſolutionis, quam fuerant tempore con-
tractus. Aut eſt veriſimile, quod erant futura precioſiora tem
pore ſolutionis, vt ſi quis mutuet. 20. libra. ſterlingnorum in
hyeme, pro alijs totidem in æſtate ſoluendis, quando ſolet hu
iuſmodi moneta requiri à viatoribus: aut 20. Marchæ auri vel
argenti, pro alijs totidem ſoluendis ad paſſagium cruce ſigna-
torum. Aut veriſimiliter dubitatur vtrum precioſiora ſint fu
tura in termino ſolutionis nec ne. In primo caſu non eſt vſura.
In ſecundu caſu refert, aut creditor non erat ſeruaturus illam
pecuniam vſque ad illud tempus, ſed interim conſumpturus,
& tunc eſt vſura. Aut erat ſeruaturus, vt ſic ſeruando vſque ad
illud tempus lucraretur: & tunc aut creditor auſert debitori li
bertatem ſe liberandi interim, & debitum ſoluendi, & tunc eſt
vſura: quia præſumitur, ꝙ ideo crediderit pecuniam vt debito
rem oneraret periculo & ſe exoneraret. Aut non auſert, imo
concedit ei ꝙ reddat pecuniam, quandocunq; voluerit. ij. ter-
minum, & tunc meretur ſi ex miſericordia hoc faciat, vt rele-
uet debitorum inopiam. Si autem corrupta intentione faciat
vt ſe exoneret a periculo ſeruandi, peccat, non tamen credo an
te compellendum ad reſtituendum lucrum, licet hoc eſſet e
conſulendum in pœnitentia, vel ꝙ daret pauperibus. In tertio
caſu. ſ. quando veriſimiliter dubitatur vtrum precioſiora ſint
8 futura in tempore ſolutionis: & tũc non eſt vſura. † Et eodem
modo diſtinguendum eſt ad iudicandum, quando datur ſpe-
cies pro ſpecie ad terminum, vt vinum pro vino, oleum pro
oleo, granum pro grano, hæc gloſſ. ibi: & frater Ioann. in ſum.
confeſ. eod. titu. q. 19. nunquid poteſt &c. & frater Aſten. eod.
titul. articu. 4. q. quid ſi tradatur. & videtur quod legi. & not.
12. q. 4. c. nullus clericorum.

Super eo. c. Si quæris, vtrum emens annonam, puta
bladum vel vinum tempore meſſium,
vel vindemiatum, vt poſtea vendat carius, peccet, & quid iuris
9 diſtingue, ſecundum Rayn. in ſum. eo. tit. §. † Aut talis emptio
fit propter commune bonũ, ſicut Ioſeph emit ſtumẽta vt ha-
beret vnde prouidere, populis tempore famis Gen. 41. & hoc
10 meritorium eſt. † Aut fit propter priuatum commodũ, & hoc
tripliciter: quia aut fit ex prouidentia, ſicut ſi aliquis emit huiuſ
modi timẽs, ꝙ poſtea oporteret eum carius emere ſi indigue
rit, & nihilominus tamẽ poſtea carius vendit, ſicut in foro ven
ditur: quia nõ indiget ſicut credebat, & hoc etiam licitum eſt ſe
cundum Ray. & glo. & idem dicit Innocẽ. ſ. ne cle. vel mon. c.
1. glo. ſi quis enim. & Hoſtien. ibi poſt eum Et multo fortius li
citum eſt hoc ſi nõ emit vltra ſuam neceſſitatem, vel emit ex
pietate, vel ex lucro venditionis habeat vnde prouideat paupe
ribus, dummodo hoc ita moderatè faciat ꝙ ex hoc cariſtiam
communitas non patiatur, vel fit ſecundum inſtantiam cõmu
tatiuã vt faciũt mercatores, & illi licite poſſunt pro opera ſua
recipere lucrum vnde ſuſtententur, dummodo cariſtiã non in
ducant, ſeu inducere non intendant, & maximè cum aliud ge-
nus negociationis non nouit, nec aliàs habeat vnde viuat, vel
ſuſtentetur. Vel fit ex auaritia ita ꝙ vnus tantum de huiuſmo
di rebus congregat, quod compelluntur homines ab ipſo ad li
bitũ ſuũ emere, & ideo vendit adeo care ſicut vult, & patet ꝙ
illi enormiter peccant non ſolum contra proximum, ſed etiã
contra communitatem proximorum. Dicit etiam gloſſ. ſuper
Ray. vbi. ſ. ꝙ quando hæc fiunt ex cupiditate ſiue à clericis ſi
ue à laicis, mortale peccatum eſt. Quando autem laicus nõ ex
cupiditate, ſed vt prouideat ſibi & ſuis emit, aliquid vt poſtea
carius vendat ſiue annonam ſiue aliud, non audeo dicere mor
tale: Dicit etiam Inno. & Hoſt. vbi. ſ. ꝙ licitum eſt alicui eme
re victualia vt tempore famis vendat eo precio, quo tunc ven
derentur, dummodo hoc faciat, quia hoĩes propter abũdãtiã
ad gentes alias tranſportabant, vel quia debitam curam circa
victualia non habebant. Si autem emant vt carius vendãt nulla
neceſſitate penſata peccãt omnes, & grauius clerici, quã laici.
14. q. 4. quicũq;. Dicit etiam Ray. ꝙ tales non tenentur ad reſti
tutionem faciendam certę perſonæ, ſed debet erogari tale lu
crum in vſus pauperum: ſed gl. ibi hoc verum intelligit de con
ſilio non de neceſſitate. Et de iſta materia not. Goſ. in ſum. eo.
tit. §. quid de his. & frater Io. in ſum. confeſ. eo. titu. q. 40. quid
11 de quibuſdam &c. qui eum præmiſſis concor. † Quilibet ergo
concupiſcentiæ, & auaritiæ vitium, quæ radix eſt omnium ma
lorum ſupra de conſti. nam concupiſcentiam. 47. diſti. bonorũ
ſtudeat euitare. vnde Saluſtius, auaritia ſtudium habet, quod ne
mo ſapiens concupiſcit. Et Seneca turpe lucrum vt diſpendiũ,
fugito. & eccleſ. 13. bona eſt illa ſubſtantia vbi peccatum nun
eſt in conſcientia. Et Tulius li. 2. de officijs nullum vitium dete
rius auaritia præſertim in principibus & rẽ publicam gubernã
tibus, ſpecialiter de auaritia ſenum. Et Valerius li. de ſenectu
te, quid abſurdius, quam quo minus reſtat viæ, eo plus viatici
quęrere. Et Seneca lib. de moribus, mõſtro ſimilis eſt auaritia
ſenilis: quid enim ſtultius eſt, quam via deficiente viaticum au
gere. de hoc per Io. An. ſ. de præben. auaritiæ. & j. de ele. auari
tiæ. li. 6. Itẽ Gregori⁹ in quadã homelia dicit, ꝙ auaritia eſt nõ
tm̃ pecuniæ ſed etiã ſcientiæ, & altitudinis cuius ſublimitas
ſ. modũ ambitur & auaritia non eſt peccatũ ſpeciale. Et ſic di.
Aug. lib. 4. de libero arbitrio: auaritia, quæ dicitur græcè philar
gia. i. amor argenti, non tantum in argento vel nummis, ſed in
omnibus rebus, quæ immoderate cupiuntur, intelligenda eſt.

¶ De crimine falſi. Rubrica.

1 *Teſtis falſus via ordinaria ſine accuſatore non condemnatur.*
2 *Teſtis falſus officio iudicis ſine accuſatore punitur.*
3 *Delegatus punit falſum teſtem cauſa durante.*
4 *Ordinaria punit falſum teſtem tam cauſa durante quã ea finita.*
5 *Teſtis falſus in cauſa criminali capite punitur.*

lia vel ſororé ſua vel alijs perſonis enumeratis in d. ca. ſi vero.
poteſt,quis per.20.horas ſine metu excommunicationis reti
12 nere & cuſtodire.† Aut talis præſentans eſt clericus: & tunc di
cunt quidam quod non debet iudex eum retinere.argumen.j.
de ſenten.excommu.nuper.contra quos eſt iſtud.c.ſecundum
Hoſtienſ.qui not.hic quod etiam clericus detineri poteſt per
iudicem eccleſiaſticum,ſi ſuſpectus eſt de ſalſo.argum.ſ.de re
ſcript.c.2.in fin.nam non fit hoc temerariè ſine diabolo inſti
gante,ſed ad correctionem.arg.j.eo.ad audientiam.&.c.ad fal
ſariorum.j.de pœnis.tue.de ſenten.excommuni.perpédimus.
eod.tit.c.ſi clericos.lib.6.Ideoque ordinarius ſi ſibi repræſen-
tentur literæ ipſum poterit retinere & idem debet facere ad
mandatum delegati ſecundum Innoc.& Hoſt.argum.ſ.de re-
ſcrip.c.s.in fin.&.ca.3.& capitu.fina.& de offic.delega.capitu.
13 2.† Supra dicta intelligas de iudice eccleſiaſtico laico nempe
talis auctoritas talis iuriſdictio,in clericum nunquam datur.j.
de ſenten.excommu.ſi vero.ſecundum Hoſtien.cuius eſt hęc
diſtinctio ver.aut talis præſentans citra.cum quo concor. per
omnia.Archi.19.diſt.in memoriam.ſuper verbo cuſtodiam.
qui etiam intelligit ibi hanc decretalem ſecundum Goff.in li-
teris falſatis non per falſi ſuggeſtionem impetratis, quæ largo
modo dicuntur falſæ.ff. ad leg.Corne. de fal.l.ſi quis obrepſe-
rit. & eadem quæ dicta ſunt in literis apoſtolicis in omnibus,
alijs literis publicis ſeu autenticis probabiliter dici poſſunt,&
per eadem iura.

1 *Aduſtio mortifera clerico non adhibetur.*
2 *Aduſtio ſanguinolenta clerico non irroganda.*
3 *Stigma citra ſanguinem irrogatur clerico falſario.*

AD noſtram. Ad declarationem gloſſ. fina.Si quæris, vtrum poſ
ſint aduſtionem aliquam alicui irrogare,diſtin-
1 gue.† Aut quæris de aduſtione vel inciſione chi
rurgiæ in qua periculum mortis imminet &
dic quod non: talis enim aliena eſt ab officio clericorum,vt.ſ.
ne cler.vel mona.c.ſententiam ſanguinis de homi.tua nos. ſe-
2 cundum Hoſtien.hic.† Aut quæris de aduſtione, quæ fit pro-
pter maleficium ad correctionem,& ad pęnam, & tunc aut de
tali quæ infligit,& inducit mortem vel mutilationem ſeu de-
bilitationem membri,& dic quod non.vt in d.capitu. ſenten-
tiam.& ſ.de rap.in Archiepiſcopatu.Aut de alia,& tūc aut quę
ris vtrum poſsit infligi ita profundè, quòd ſanguis effunda-
tur.& dicit hic Innoc.quod nō per iura proxim. alleg. Aut nō
ita profundè ſed taliter, quòd cutis ſuperficies tantummodo
detractetur in ſignum maleficij perpetrati, & tunc aut quæris
3 vtrū † huiuſmodi ſtigma poſsit vel debeat infligi in manu vel
in alio membro à facie, & dic quod ſic,ſecundum Innoc. hic.
Aut in facie & dic, quòd non loquitur.C. de pœn. le.ſi quis in
metallum ſecundum Inno.Sed fallit in crimine falſi in odium
criminis,& quia ei in maiori pœna corporali parciter ſecun-
dum Bernard. & Hoſtien. & in hoc etiam ſatis concor. Inno.

1 *Pęna huius decre.non ligat exiſtentes extra curiam.*
2 *Recipiens à ſuſpecto bullam falſam incurrit falſi tenetur.*
3 *Recipiens literas apoſt. falſas à non ſuſpecto,non tenetur falſi.*
4 *Pęna huius decre.an ſit latæ ſententiæ.*
5 *Legatus non diſpenſat de pœna huius decre.*

DVra. Si quæris,vtrum recipientes literas apoſto
licas de manibus alterius, quā de manibus
papæ,vel illorum, qui ſunt per Papam ad illud offi-
cium deputati pœna huiuſmodi conſtitutionis li-
gentur,& vtrum pœna ſit latæ ſententiæ aliàs ferendæ:diſtin-
gue.Aut quæris de primo,ſcilicet,vtrum pęna huiuſmodi con
1 ſtitutionis ligentur, † & tunc aut quæris de illis, qui non ſunt
apud ſedem apoſtolicam conſtituti, & tales non ligantur hac
conſtitutione ſecundum Inn. quod eſt verum ſecundum ver
2 ba,ſecus ſecundum mentem vt ſequitur ſecundum Hoſtien.†
Aut quæris de illis, qui ſunt in Romana curia vbicunque ſit,
quia vbi Papa ibi Roma.& tunc aut quis recipit literas apoſto
licas per ſe vel per alium,à ſuſpecto de falſitate puta vitat offi-
ciarios & officiales ad hoc officium deputatos,& habet recur
ſum ad alios per quorum manus literam recipit,& neſcit qua-
liter ſit habita forſan fuit proiecta vna cum alijs infrà cap.pro-
xim.§.illo quoque.& talis hac conſtitutione ligatur. qualiter-
cunque enim ſine conſcientia principis vel vice cancella-
rij bulletur litera etiam vera bulla,hæc pœna vendicat ſibi lo-
cum,talis enim eſt excommunicatus. Et eſt ratio huiuſmo-
di canonis,quia tales conſueuerunt eſſe falſarij, qui ſunt vitan
di:vnde intelligenda eſt hæc conſtitutio de illo, qui per ſe vel
alium ab aliquo falſario vel ſuſpecto,vel quia ad hoc non reci-
pit mandatum,nec eſt notus de officialibus curiæ ad hoc depu
tatis ſcienter literas falſas vel ſuſpectas recipit,infrà capitulo,
proxim.§.eos etiam,talis enim falſarius iudicatur vt ibi & ex-
communicatus eſt vt ſequitur & probatur infrà,eod.ad falſa-
riorum, quamuis igitur verba alios comprehendant non ta-
men mens,quæ eſt optima iurium interpres ſupra de conſue
3 tud.cum dilectus. ſecundum Hoſtien.† Aut quis eas recipit à
non ſuſpecto de falſitate,puta à procuratore,ſeu nuntio ſuo ad
hoc ſpeciale mandatum habente, quod eſt commune om-
nibus,nedum extra curiam exiſtentibus. vt ſupra de reſcript.
nonnulli.& capitu.ex parte decani.ſed etiam in curia exiſtenti
bus:vnde vnuſquiſque etiam ſi in curia præſens ſit mittit ad
bullatorem pro litera ſua recipienda, & poſtea recipit ab eo-
dem & talis hac conſtitutione non ligatur,vt hic in §. ſi verò.
4 ſecundum Hoſtien.† Aut quæris de ſecundo ſcilicet, vtrum
pœna ſit latæ ſententiæ vel ferendæ, & tunc aut quæris in § ſi
quis autem, & tunc aut quo ad pœnam excommunicationis
quæ infligitur laicis,& quo ad illam eſt canon ferendæ ſenten
tiæ non latæ ſecundum Innocen.imo latæ ſecundum Hoſtiē.
cuius opinio eſt tutior animæ,ideo videtur ſequenda,argum.
nota deſpon.iuuenis.de homicid.ad audientiam. Aut quo ad
ſuſpenſionem beneficij, & officij, quæ infligitur clericis, &
quo ad illam non eſt canon latæ ſententiæ ſed ferendæ,poteſt
tamen intelligi,quod clericus excommunicatus eſt ſicut & lai
cus, & quia etiam clericus magis peccat, quantum ad ipſum
additur hæc pœna etiam ſecundum Hoſtien.& Ioann. Andre.
Aut quæris in §.adijcientes & illa pœna eſt ſententiæ ferendæ
per hominem,ſecundum Hoſtien.qui dicit,quod excommu-
nicatus à canone iſto in §. ſi quis. iterum mandatur excom-
municari ab homine.ſimile ſupra de iud.ita quorundam. Vel
dic quòd hic ſupra in princ.& in §.ſi quis.loquitur de illis, qui
literas non de manu Papæ vel bullatorum recipiunt, qui ſunt
excommunicati ipſo iure, hic verò loquitur de illis ad quos,
quocunque caſu literæ falſæ proueniunt ſecundum Hoſtienſ.
qui reprobat Ber.hic in glo.ſi ſuper. Et in hoc caſu,quod dicit,
quòd vltra ſententiam diœceſani incurrit aliam ſententiam
canonis,infrà eod.ad falſariorum. nā ibi loquitur de falſante,
hic de vtente cui tanta pœna non imponitur, Et in hoc con-
cord.Goffred.hic qui intelligit iſtum ver.quòd ſi quis in lite-
ris,quas quis per alium impetrat, quia tunc deſtruendo vel re
ſignando eas infrà viginti dies à tempore notionis computan
dos pœnam euitat: ſecus ſi per ſeipſum vel ſi conſcius fuerit
falſi.vt in d.capitu.ad falſariorum.idem no.Archid.19.diſt.in
5 memoriam.in gloſſ.adde ſed quid ſi ille &c. † Et not. quòd ex
quo Papa ſibi ſpecialiter reſeruat,alijs denegat poteſtatem di-
ſponendi aliquid ſuper illo,ſecundum Berna.& Hoſtien.hic in
glo.fin.quod verum etiam in legato cardinali. ita quòd de hoc
non poterit abſoluere:vt hoc no.Hoſt.in ſum.eo.tit.§.qualiter
committatur ver.ſed ſi hodie.&c.Idem Arch.19.diſt.in me
moriam.in d.glo.adde,ſed quid ſi ille.&c.in fin.

1 *Vitia in reſcripto ſunt duplicia.*
2 *Vitia quæ reſcriptum vitient.*
3 *Vitia quæ reddant reſcriptum ſuſpectum.*

LIcet. Si quæris, quæ vitia afficiāt reſcriptum,
& quæ non, & quæ vicia reddant ipſum
ſuſpectum: diſtingue inquātum facit ad intelle-
ctum huius capitu.Aut quæris de primo.ſ. quę
vicia afficiāt & quę nō:& tunc refert.† quia vitia
reſcriptorū, quædam ſunt viſibilia,& quædam inuiſibilia ſed
intelligibilia.viſibilia ſunt quæ arguto ingenio & pſpicaci ocu
lo poſſunt intelligi & cerni, de quibus habes, quædam exem
pla hic. Inuiſibilia ſed intelligibilia ſunt vt ſuggeſtio falſitatis,
& ſuppreſsio veritatis,de quibus dicit.ſ.de reſcr. ſuper literis.
2 † Priora vicia afficiunt reſcriptum ipſo iure, poſteriora verò
nō:niſi ex ipſis vitijs excipiatur.vt hoc no.Goff.& Io.An.poſt
eum.ſ.de reſcri.c.olim ex literis.& Arch.19.diſt. in memoriā
in gl.adde no.Goſ.&c.Et de iſta materia dic vt dixi plenius.in
d.c.ſuper literis.&.c.ad audientiam.t.& per Hoſti.in ſum.eo.
3 ti.§.qualiter puniat.† Aut quæris de ſecundo.ſ.quæ vitia red-
dant ipſum ſuſpectū,& dic ꝙ duo.ſ.vitiū patēs, & vitiū latēs,
vitiū patēs,quod à forma vel defectu ſui ipſius cōtrahit vt qa
cancellatū vel abolitū.C.de edic.diu.adr.tol.l.vlt.& hic. & j.c.
proxi.vitium latēs.ſ. qđ aut ab eius auctore aut à productore
prouenit.Ab authore,vt quia aliàs falſa inſtrumēta cōfecit. vt.
C.de ſuſce. & Arch.l. ſi aliqd.li.10. A productore,vt quia aliàs

ſit perſona ſuſpecta. ff. de edendo. l. ſi quis ex argentarijs. in pri.
vt hoc no. Cy. C. co. ti. l. fina. de hoc etiam per eum. C. de ſepu.
viola. l. 2. In ſi. Et no. ſecundum Goſ. q; circa iſtas falſitates qua
liter fiant non eſt adhibenda doctrina. Sunt enim, quædã quæ
neſcire melius eſt, quam ſcire. 38. diſtinct. quamuis. in fin. Vn
de Seneca epiſt. lib. 86. quæ eſt alias liber per ſe delibera acti. ad
Lucillum monet illum, q; illa non diſcat, quæ forẽt dediſcen-
da ſi ſciret. Et Marcus Varro, ſunt quædam, quæ eradicanda
eſſent de animo ſcientis, quia inſerendi veri locũ occupant. Et
Hieronimus ad electum non ediſcat in ſenero, quod ei poſt
dediſcẽdum difficiliter nudiur, quod rudes animi. ſed vt dicit
Goff. legimus, vt quædam cognoſcamus & reprobemus. 37.
diſtin. legimus ſecundum Ioan. And.

1 *Papa ſcribens vt priuatus non habet certum ſtilum.*
2 *Papæ dictamen ad epiſcopos*
3 *Papæ dictamen ad cardinales.*
4 *Papæ dictamen ad reges.*
5 *Papæ dictamen ad infideles.*
6 *Stilus eſt ſeruandus.*

QVam graui. Si quæris, quem ſtilum, mo-
dum, ſeu formam dictaminis,
1 Papa tenet & ſeruat in ſcribẽdo. † Diſtingue, aut Pa-
pa ſcribit alicui vt priuatus, & ſub ſigillo priuato,
non ſub bulla, & tunc non habet certum ſtilum ſed ſcribit pro
ut vult. Aut ſcribit vt Papa & ſub bulla, & tũc aut ſcribit Chri
ſtianis, & fidelibus, aut paganis ſeu alijs infidelibus. Si Chriſtia-
nis, tunc aut quæris de dictamine, quo ad ſupernam ſeu filialẽ
appellationem, aut quo ad pluralem ſeu ſingularem appellatio-
2 nem. † Si quo ad ſupernam ſeu filialem appellationem, tũc aut
ſcribit patriarchis, archiepiſcopis, vel epiſcopis, & tales vocat
tunc fratres ſi ſunt plures, vel fratrem ſi ſit vnus: vt venerabili.
fratri noſtro vt hic. Et quibus modis ſumatur frater, vide per Ar-
3 chi. 11. q. 3. ad menſam. glo. 2. † Aut ſcribit cardinalibus, & tunc
aut vni vel pluribus, vt ſingulis: aut mixtim & cõmuniter om-
nibus. In primo caſu aut ſcribit cardinali epiſcopo vni vel plu-
ribus, & tunc vocat eum vel eos fratrem, vel fratres vbi ſunt
plures, ſicut de patriarchis, & epiſcopis dictum eſt. Aut ſcribit
cardinali non epiſcopo puta presbitero vni vel pluribus, &
tunc vocat eum filium vel filios vbi ſunt plures. In ſecundo
caſu. i. quando ſcribit eis cõmuniter ſeu mixtim vocat eos fra-
tres. arg. ſ. de teſti. c. licet. vt not. G. & Io. An. j. de offi. deleg. c.
4 1. ſuper verbo fratribus. libro. 6. & Ioan. Andr. hic. † Aut ſcribit
alijs puta regibus comitibus, vel alijs quibuſcunq; laicis, vel cle
ricis, & illos vocat filios vt hic in ver. cæteros autem. Nam ni
hil eſt honorificentius, quam vt rex vel imperator eccleſiæ fi-
lius eſſe dicatur. 23. quæſtio. octaua capitu. conuenior. circa fi-
nem vt not. Gen. in extrauagan. Ioan. vigeſimi ſecundi, quæ
incipit copioſus ſuper verbo filij nomine. In hoc tamen eſt
differentia ſecundum Hoſtienſ. quia reges vocat cariſſimos,
alios verò dilectos, & intellige filios in Chriſto non carne, ſe-
cundum Egid. non tamen exprimitur in Chriſto niſi cum ſcri
bit abbatiſſis, & ſororibus, regibus, vel reginis, de hoc in Spec.
5 tit. de reſcript. præſenta. §. ratione formæ. in princ. † Si ſcribit
infidelibus vni vel pluribus, tunc tales non vocat filios neque
fratres ſecundum Hoſtiẽſem quinimo etiam ſalutatio ſubtrac
tur in literis, quas papa dirigit Ho. ſchiſmaticõ, excõmunicato
vel alteri cui ſubtracta ſit gratia ſedis apoſtolicæ. facit. 34. q. 2.
admonere. Sed ſcribitur ſpiritui ſanioris cõſilij, vel ea pati quæ
agere meditatur ſecundum Boati. & Io. Andr. ſ. in ſalutatione
procemij Gregorij. Si quæris, de dictamine quo ad pluralẽ ſeu
ſingularem appellationem: & ſic aut quo ad ſeipſum, & quan-
do loquitur de ſeipſo, & tunc ſemper loquitur in plurali. Aut
quo ad alios, & quando loquitur de alijs, & tunc aut ſcribit vel
loquitur vni ſoli, & tunc loquitur in ſingulari vt hic ver. & cũ
vni tantum perſonæ &c. Aut ſcribit pluribus ſimul, & tunc lo
quitur in plurali. vt patet expreſſe ſupra de procur. quia in cau
ſis infrà de ſenten. excommu. canonica. §. nos ergo ad vos &c.
cum infinitis concord. quæ poſſent ad hoc allegari. Aut quæ-
ris vlterius de ſtilo dictaminis circa alios, & ex hoc ſingulis,
decretalibus in corpore iuris ſcriptis, & ex literis apoſtolicis
quæ ſunt quotidie poteſt oculata fide liquide apparere vt hic
6 in fin. ver. propter quod &c. infrà de priui. porro † qui quidem
ſtilus ſeruandus eſt vt hic, & infrà de ſenten. excommunic. ad
hæc ſupra de conſtitu. ex literis, quod dic vt no. ſupra. de tem-
por. ordi. c. 2. de re iudi. in cauſis. Nec ob. 9. diſt. eccleſiæ ſupra
de præſcription. capitu. nihil: vbi Papa de ſeipſo loquitur in
ſingulari, & vni ſingulari in plurali, quia loquitur ſecundum
antiqua tempora ſecundum Bernard. & Ioannem. Andre. hic
vel fortè Gregor. ibi ſcribebat vt priuatus non ſub bulla. pri-
mum tamen verius videtur.

1 *Pœna fabricantis falſas literas de iure ciuili.*
2 *Pœna vtentis literis falſis de iure ciuili.*
3 *Pœna falſariorum literarum non apoſtolicarum de canonico.*
4 *Pœna falſariorum literarum apoſtolicarum.*
5 *Criminis falſi ſpecialia.*
6 *Falſarius occultus non eſt infamis.*

AD falſariorum. Si quæris, quæ ſit pœna
falſariorum: aut quæris
ſecundum leges aut ſecundum canones. Si ſecun-
dum leges tunc aut quæris, de falſarijs monetarum,
& de illis dic vt no. Berna. & Hoſtien. ſupra de iureiuran. capi.
1 quanto. gloſſ. 5. † Aut de alijs falſarijs puta literarum, & tũc aut
quis accuſatur, quia fabricauit, & tũc directa pœna legis Cor-
neliæ punitur, quæ eſt ff. ad leg. Corne. de falſis. l. 1. in fin. quod
2 dic vt hic per Bernar. in gloſſ. pœna enim falſi &c. † Aut accu-
ſatur, quia ſolum vtebatur, & tunc non eſt directa pœna le. cor.
ſed quædam alia quæ non habet tantum effectum. vt. ff. co. l. fal
ſi nominis. §. ordine. & C. ex quibus cau. infam. irro. l. & ſi ſeue
3 rior. & no. Cy. C. de fide inſtrumẽ. l. 2. † Si ſecundum canones,
tunc aut quæris de pœna falſariorum aliarum literarum à lite
ris apoſtolicis, puta principium ſecularium, ſeu etiam prælato-
rum. Aut de pœna falſariorum literarum apoſtolicarum. ſi alia
rum, tunc dic vt leg. & no. ſupra cod. ad noſtram. & plenius p
Hoſtien. in ſum. eod. tit. §. qualiter puniatur. ver. ſi quis autem
clericus. vbi dicit, quod ſi clericus literas regis falſauerit chara
cteratur in facie, primo à ſuis ordinibus degradatus, & Pro-
uinciam abiurat, & ſic abire permittitur, vt in capitu. ad no-
ſtram ſupra. cod. & idem intelligit de falſario cuiuſlibet prin-
cipis ſecularis, quia de ſimilibus idem eſt iudicium ſupra de
tranſlat. inter corporalia. §. 1. de reſcripto. inter cæteras. & de
ſta. mona. ſuper quodam. Falſarius verò epiſcopi deponitur &
in monaſterio detruditur. vt. 50. diſtinct. ſi quis clericus ſecũ-
dũ Dama. vel dic, quod eſt ab officio & beneficio ſuſpẽdẽdus,
vel ſuſpenſus nunciãdus, ſicut & falſarius capituli donec indul
gentiam ſedis apoſtolicæ mereatur, vt. ſ. de teſti. tam litteris.
§. fi. vel melius ſecundum dictum Damaſ. intelligitur quando
in modũ accuſationis conuincitur criminaliter accuſatus. quã
do vero in modum inquiſitionis conuincitur habet locum
quod dixi vt in illa decret. tam literis. vel quando falſarius
ciuiliter conuincitur ad hoc vt beneficio eccleſiaſtico priue-
tur, quod habet locum etiã in falſario delegati vel quouis alio:
vt. ſ. de reſcrip. olim ex literis. in fi. & de offic. delega. cũ olim.
magiſter. cum ergo ab obtento remoueatur, multo fortius ab
obtinendo repellitur. vt. ſ. de exceſ. prælato. inter dilectos. §.
præterea. ſecundum Hoſtien. vbi. ſ. cum quo concor. Alten. ſ.
4 1. hoc tit. in fin. † Si literarum apoſtolicarum de quibus loqui-
tur tantum, iſtud cap. ſecundum Hoſtien. tunc aut quæris de
vtente literis falſis tantum. & de illo dic. vt leg. & no. ſ. co. du
ra. & per Hoſtien. in d. §. qualiter puniatur. ver. porro. & verſi.
ſequen. vbi dicit, quòd ſi quis per viginti dies litteras tenuit ex
quo falſas literas nouit, & poſtea cum eas produxiſſet in iudi-
ciõ, & redarguerentur de falſitate incõtinenti deſtruxerit, vel
renuntiauerit, procul dubio excommunicatus eſt: ſed tamen
ſi occultum, cum eccleſia non vitabit. Currunt igitur eidem
viginti dies à tempore conſcientiæ occultæ, quo ad Deum
ſed quo ad eccleſiam à tempore conſcientiæ publicatæ, ad
quod accedit ſuprà, de ſimonia ſicut tuis. in fin. & ca. tul. tua
nos infrà de ſenten. excommunic. à nobis. ſecunda. Aut quæ-
ris de committẽte per ſe, vel per alium, falſitatem: & tunc aut
conſtat de falſitate, & tunc habes locum iſtud. capit. quia tales
eſt excommunicatus ipſo iure & ſic eſt canon latæ ſententiæ:
vt ſupra. eo. dura. ſecundum Io. Phi. Inno. & Hoſtien. & eſt pri
ma differentia inter vtentes, qui poſſunt ſibi prouidere intra.
30. dies, nec interim ligantur, falſantes, & inter. 1. reſpond.
huius capitu. & 2. in verſicu. nos enim. Secunda differentia eſt,
quia falſarij ipſo iure ſunt priuati ab omnibus officijs & bene
ficijs eccleſiaſticis. Eſt & tertia differentia, quia degradandi
ſunt ſi clerici ſint. vt infrà. eod. §. 5. Ij verò qui tantum vtun-
tur non ſunt priuati ſed priuãdi, nec ſunt degradandi, vt infra
eod. §. qui verò. ſecundum Hoſtienſ. hi. eſt forſan, & quarta
vt ſcilicet falſarius litterarum Papæ ſi notorius ſit per eandem
tiam i. ẽti, & accuſetur degradetur, quod no. menſibus ver-
bi in

bi in tex.deprehēſi.vt patet ſupra de coha.cleri.& mu.c.fi. Et
idem videtur ſi in modum inquiſitionis conuincatur ſicut &
no.ſimile ſupra de accuſa.inquiſitionis.t.reſp.Alij autem ſalſa
rij non adeo acriter puniuntur.vt patet in eo quod le.& no. ſu
pra eo.ad noſtram ſecundum Hoſtien.hic & Ioan.Andre.poſt
eum.Idem Arch.19.diſtin.in memoriam.gl.adde, forſan ſpe-
ciale eſt &c. Aut non conſtat de ſalſitate ſed eſt dubium, &
tunc quo ad pœnam excommunicationis idem quod in ſalſa-
rio notorio dictum eſt, vt hic in §.nos enim. Sed quo ad aliàs
pœnas,dic quod ſuſpectus capitur & detruditur & Papa conſu
litur ſuper pœna: vt ſupra de reſcrip.capit.2.in fi.& 19.diſtinc.
in memoriam.vbi hoc not.gloſſ.& Archid.& Goffre. in ſum.
eod.titulo.§.quatuor modis ver.vbi autem dubitatur. Nota
etiam ſecundum Goffr.in ſpe.titu.de inſtru.edi.§. videndum.
reſtat in princ.quod quis poteſt vti litteris ſeu inſtrumento cū
proteſtatione,ꝙ ſi apparuerit falſum,ꝙ non vult vti eo nec te
netur aliàs aduerſarium certificare.ar.huius.& C. de excep.l.ſi
5 quidem.Et quæ ſunt ſpecialia in crimine falſi,vide per Goffr.in
ſum.eo.tit.§.in quæſtione falſi.& per Hoſt.eo.ti.§. qualis pro
batio.in prin.& per Archid.in d.c.in memoriam. vbi dicunt,
ꝙ ſunt quædam ſpecialia. Nā ſuſpicio de falſo pro falſitate ha-
betur,niſi aperte producetur,veritas comprobetur & proce-
ditur ad pœnam.C.de proba.l.iubemus,ꝙ generaliter contin-
git.2.q.1.primo.& ff.de pœnis.l.abſentem. Item condemna-
tur quis ſine accuſatore,quod aliàs non contingit.2.q.1.nihil.
&.c.de manifeſta.15.q.4.ſi quis poteſtatem.ff.de mune. & ho
no.l.reſcript.§.ſi quis accuſatorem.l.munerum.§.defenſores.
& in euangelio.Io.8.c.& habef,trāſumptiuè.50.di.ponderet.
31.q.1.quod autem de pe.diſt.3.c.ſi Apoſtolus.& §.hac autho
ritate.mulier.vbi ſunt qui te accuſabant, nemo te condemna-
uit,quæ dixit,nemo domine nec ego te condemno.Item & ſi
crimen falſi incidat pronūtiatur in eo. vt.C.eo.tit.l.vbi,quod
aliàs non ſeruatur ſecundū leges in incidenti.vt.C.de ordi.iud.
l.edite.Item in hoc crimine cōuictus deponitur,& ſtatim tra-
dit curiæ ſeculari.vt hic in §.ſtatuentes. quod generaliter non
ſeruatur.vt.š.de iudi.cum non ab homine.ſecundum Goff.&
Arch.vbi.š.vnum tamen quod no.Ioan.Andr.š.eo.ad noſtrā.
ꝙ illud.c.loquitur de vera degradatione,quæ dicitur depoſi-
tio.vt in d.c.cum non ab homine. Nam ſolēniter degradatus,
incontinenti traditur curiæ ſeculari, non credo verum ꝑ hoc
quod dicit & not.ibi Hoſt.dicens, ꝙ ſi ille degradatus de quo
ibi loquitur fieret incorrigibilis, traderetur poteſtati ſeculari:
vt in d.ca.cum non ab homine. Idem eſt in falſario literarum
Papæ etiam incorrigibilis non ſit,vt hic ſecundum Hoſti. ibi
cum quo concordat quod no.Ber.š.eo.licet. in gl.1.& in d.ca.
cum non ab homine.in gl.not.qualiter &c.& Arch.in c.alle.in
memoriam.glo.fi.vbi dicunt,ꝙ falſarius non ſemper traditur
curiæ ſeculari.quod intellige quando eſt ſpes de correctione,
6 & pro hoc facit optimè.71.diſtin.c.dictum.†Et no.ꝙ falſarij
occulti poſt abſolutionem & pœnitentiam peractam ſine pec
cato ordinantur, quia non ſunt infames ſecundum Innoc.&
Hoſt.š.renun.niſi cum pridem glo.quale.in fi.idem Archi. in
d.c.in memoriam.glo.adde ſed quod ſi ille &c.

1 *Maiores cauſæ ad Papam ſpectant.*
2 *Cauſarum mediarum appellatio ad Papam non valet niſi legi*
tima.
3 *Mediarum cauſarū appellatio ad papā an ad inferiorem redeat*
4 *Minorum cauſarū appellatio ad papā, an ad inferiorem redeat.*

EX conſcientia. Quærit hic Hoſtienſ. an
appellans ad Papam poſ-
ſit renuntiare appellationi,& redire ad inferiorem.
& poſt multa argumenta pro & contra dicit,ꝙ licet
dicātur cognitionum quatuor genera.vt nota.š. de accuſa.ſup
his.in 1.gl.ipſe tamen diſtinguit tria.ſ.maiorum mediarum &
1 inferiorum.†In maioribus no.š.de offi.leg.quod tranſlationē.
dicit tria ſpecialia.primo ꝙ illa naturaliter ſunt de iuriſdictio-
ne papæ:vnde omnis etiam fruſtratoria appellatio illas defert,
ſecundum,ꝙ non valet ordinatio,actio vel renunciatio partiū
ſuprà de renun.c.penul.& fi.Ex quibus ſequitur tertium,ꝙ in
eis appellatio irreuocabiliter defert negotium ad Papam. Idē
dicit, appellatur ſuper electione epiſcopali. de quo tamen dic
2 vt.j.de electio.quamuis.lib.6.& ibi videas.†Medias cauſas ip-
ſe vocat oēs ſpirituales & eccleſiaſticas,exceptis maioribus,&
in ijs non valet appellatio niſi legitima.š. de app. cum in eccle
ſia.Et quamuis legitima eximat à iuriſdictione inferioris, nō
tamen impeditur ipſius proceſſus vbi non detulit, donec per
ſuperiorem ſit recepta.de offic.deleg. paſtoralis.§. præterea.Si
tamen inueniatur appellatio legitima,irritum nuntiabitur vel
3 irritabitur attentatum,ea pendente.de app.paſtoralis. †In iſta
antequam ſit recepta licet pœnitere, & ad alium iudicem re-
currere dummodo partes conſentiant,altera contradicente,di
cit hoc fieri non poſſe.de appel.ſi duobus.de elec.c.1.lib.6. Ex
quo vero recepta eſt,dicit ꝙ non licet partibus ad alium iudi
cem recurrere: licet tamen eis renuntiare, quo ad priuatū in-
tereſſe,ſed componere non ſine iudicis authoritate,ſuper quo
remittit, ad no.š.de pac.cum pridem.de tranſa.decetero.&.c.
ſuper eo.de præben.niſi.Et intelligit iudicem ordinarium vel
illum cui commiſit,vel ſi appellatum eſt & appellatio recepta
per iudicem appellationis alleg.j.de cenſi.Romana.§.2.& 3. li
4 bro.6.†Minores verò vocat, quando de temporalibus agitur,
in quibus ſaluis ſeudalibus dicit, ꝙ partes poſſunt ad iudicem
à quo appellatum eſt recurrere, priuſquam appellatio ſit rece-
pta, & hoc etiam poteſt pars appellans inuita appellata,dum-
modo non interſit appellati,vel ei ſatisfaciat de intereſſe. de
appell.cum ceſſante.&.c.interpoſita.poteſt etiam hoc tacite.
vt eod.titu.c.ſolicitudinem.Poſtquā verò recepta eſt appella-
tio ſine licentīa iudicis appellationis ad inferiorem redire non
poſſunt.arg.ff.de iudi.vbi.š.de foro compet.ca.antepe.& vlti.
Per compoſitionem verò poſſunt ab appellatione recedere,
& prius,& poſt, & quando volunt etiam inuito iudice vt hic.
& 2.q.6.ſi quis libellos.š.de app.dilecte. Nam agere vel litiga-
re quis inuitus non compellitur. C. vt nemo inuitus in rubro
& in nigro,ſaltem ex quo liti renuntiat in totum.C.de pact.l.
poſtquam.ſecundum Hoſt.quia multo prolixius hæc hic no-
tauit & eaſdem recitat Io.An.Et de iſta materia no. Hoſtiē. in
ſum.de appell.rubri. forma appel. factæ à ſententia diffinitiua
ver.illud certum eſt.& G.de dolo & contu.eum qui.gl.pe.lib.
6.& Gar.& Card.qui concor.in præmiſsis.in prædicto.c. quā
nis. de elect.lib.6.& G.de monte.lau.de procur. non poteſt ſu
per verbo grauiora.in cle.vbi ponit quartum genus de maxi-
mis cauſis,vt cauſa fidei de hære.per totum

1 *Sortis ſpecies quatuor.*
2 *Sors non eſt licita in ſpiritualibus.*
3 *Sors pro euentu in temporalibus permiſſa.9.*
4 *Sortilegium damnatur.*
5 *Diuinationum genera quatuor.*
6 *Aſtra an obſeruanda in colendis agris, & medicina danda.*
7 *Verba diuina an ad collum ſuſpendenda.*
8 *Breuia an portare liceat.*
10 *Sortilegiorum pœna de iure ciuili.*
11 *Sortilegiorum pœna de iure canonico.*
12 *Tranſmutatio ſpecierum à ſolo Deo ſit.*

¶ De ſortilegijs. Rubrica.

IN tabulis. Si quæris, vtrū & quando ſors
ſit licita & ꝑmiſſa, Diſtingue,
1 †quia ſors ſumitur,quatuor modis. aliquando ſu
mitur pro caſu fortuito vel euentu.vt. 26.q.2.c.
ſors.vbi dicitur ſecundum Auguſt.quod ſors nō
eſt aliquid mali, ſed res in humana dubietate diuinam indicās
voluntatem.ad idem.ff.de indic.ſed cum ambo.ff.fami. ercil.
l.ſi quæ ſunt cautiones.C.cōmunia de leg.l. ſi duobus.in prin.
& extra in procemio clemē.circa medium ibi,ac ſortis huma
næ conditio &c.Aliquando ſumitur pro ſortilegio vt hic. Ali
quando pro capitali reſpectu vſurarum: vt ſuprà de vſur. capi
tu.1.& 2.& capitu.conqueſtus.Aliquando pro parte vel por-
tione.vt.š.de præb.cum ſecundum Apoſtolum, & 21.diſ.cle-
ros.prout no.Io.An.& Gen.in dicto procemio,clemē. Aut er
go quæris de ſorte,quæ ſumit pro caſu ſortuito vel euentu,pu
ta faciēdo iocos iuxta vulgare gallicorū, ꝑ feſtucas breues, &
longas,vel ſcribēdo partes diuerſis cedulis vt ſic appareat cui
2 ſors accidet.†Et tunc aut quæris,vtrū talis ſors ſit licita & per
miſſa in electionibus ſeu alijs ſpiritualibus,& dic ꝙ non,quod
dic vt le.& not.j.e.c.fi.Nec obſtat quod dr̄ actuum.1.c.ibi, &
cecidit ſors ſuper Mathiam & adnumeratus eſt cum 11. Apo
ſtolis.21.diſt.c.cleros.26.q.1.c.1.de mathia,& Iona qui ſorte
3 electi fuerunt,quia hoc factum fuit diuina inſpiratione. †Aut
vtrum ſit licita & permiſſa in dubijs quæ occurrunt circa iu-
dicia, & alia temporalia, & tunc dic quod eſt licita, & per-
miſſa vt in dictis legibus, ſed cum ambo. ſi quæ ſunt. ſi duo-
bus.& hoc tenent Ioan.& Lauren.vigeſimo ſexto. quæſtio.2.
in ſumma.& Hoſt.in ſumma.e.ti.§.1.in princ.& inter clericos
admitti poteſt vbi de temporalibus agitur. ar.22.diſti.cleros.

ſuprà de præben.cum ſecundum,ſecundum Hoſt. & Io. And.
4 infrà.eo.c.fi.†Aut quæris de ſorte quę ſumitur pro ſortilegio,
& tunc ſecundum Leonem Papam ſors nihil aliud eſt , quam
diuinatio & maleficium à ſanctis patribus dãnata,& ideo pro
hibet ne exerceatur de cætero ſub anathematis interdicto . vt
no.26.q.5.ſortes.& talis ſors eſt illicita nec eſt credẽda nec ex-
ercenda.vt.25.q.2.§.his ita reſpondetur.& c.ſequen.& q.5.per
totum. vnde Hiero. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia
ſua confuſus eſt artifex in ſculptili ſuo, vana ſunt opera eorũ.
& riſu digna,& in tempore viſitationis ſuæ peribunt.Et Hier.
quarto,ſapientes ſunt vt faciant mala.Et Iſaiæ quinto , ve qui
ſapientes eſtis in oculis veſtris. Et Iob.24. ipſi rebelles ſunt lu
mini,neſciuerunt vias eius.Tales enim ſortilegi conantur ſibi
ea quæ ſoli Deo competunt vſurpare.Iſaiæ 41.Annunciat quę
5 ventura ſunt in futurum,& ſciemus,quia dij eſtis. †Et nota.ꝙ
diuinationum,quatuor ſunt genera,ſicut ſunt quatuor elemẽ-
ta . fit enim diuinatio in terra ſeu in aliquo corpore terreſtri,
puta igne , ferro aut lapide polito , quæ vocatur geomantia,à
ge , quod eſt terra, & mãcos, quod eſt diuinatio. Fit etiam in
aqua,& hæc vocatur idromanci,ab hydros,quod eſt aqua.Itẽ
fit in aere,quæ arimancia appellatur,ab aere . Item in igne quæ
uocatur pyromãcia,à pir quod eſt ignis: quod dic vt plene no.
Hoſt.in ſum.eod.tit.§.quot ſunt eius ſpecies,& frater Ioan. in
ſum.confeſ.e.ti.q.2.vbi vide plene.vide etiam quod no. Hoſt.
in ſum.eo.tit.§.in quo caſu.vbi quærit nunquid in colligendis
6 lignis,vel putandis vineis,aut colendis terris.vel in dandis por
tionibus licet vna conſiderare,vel temporis qualitatem , & re
ſpondet ꝙ non ,ſi fiat ſuperſtitioſè, vel ſi credatur neceſsitatẽ
in eſſe ſuperioribus.Superiora enim nõ ſunt cauſæ rerum licet
ſint ſigna rerum,& ſic intelligit.26.q.5.ca. non liceat.vbi idem
not.gl.Aliàs autem licet ſicut docet aſtronomia, & ſicut ſer-
uant nedum medici,ſed etiam coloni experti: hæc enim ex ar
te ſunt non ex ſorte,& naturaliter conſiderantur non ſuperſti
tioſe,ſecundum Hoſt.& idem gl.in dicto.cap.non liceat.Vide
etiam quod no. frater Io.in ſum.confeſ.eo.tit.q.14.vtrum ſu-
ſpendere diuina &c.& Arch.in dicto.c.non liceat. gl. quæro er
7 go†vbi quærunt vtrum ſuſpendere diuina verba ad collum ſit
peccatum,& vbi dicunt ſecundum beatum Tho.in ſumma.q.
26.artic.4. quod in omnibus adiurationibus , vel huiuſmodi
ſcripturis ſuſpenſis duo videntur cauenda.Primum quidem
quid ſit quod profertur,vel ſcribitur,quia.n.eſt aliquid ad in-
uocationem demonum pertinẽs manifeſte eſt ſuperſtitioſum
& illicitum.Similiter videtur eſſe cauendum ſi ignota nomina
ſione ſub illis aliquid illicitum contineat & lateat ſicut Chri-
ſoſt.dicit,quod multi confingunt aliqua nomina hebręa ange
lorum,& ſcribunt atque alligant,quæ non intelligentibus me-
tuenda videntur.Eſt etiam cauendum ne aliquid falſitatis con
tineant:quia ſicut eius effectus nõ poſſet expectari à Deo qui
non eſt teſtis falſitatis . Secundò cauendum eſt ne cum verbis
ſacris cõtineantur ibi aliqua vana,puta aliqui caracteres inſcri
pti præter ſignum crucis,aut ſi ſpes habeatur in modo ſcriben
di,aut ligandi,aut in quacunque vanitate ,quæ ad diuinam reue
rentiam non pertineant,quia hoc iudicaretur ſuperſtitioſum.
Vnde in d.c non liceat.dicitur nec in collectionibus herbarũ,
quæ medicinales ſunt aliquas obſeruationes,vel incantationes
liceat attendere:niſi tantum cum ſimbolo diuino, aut oratio-
ne dominica,vt tantum Deus creator omnium & dominus,
honoretur ſecundum Thom.Qui dicit, ꝙ eadem eſt ratio de
ijs,qui portant reliquias ſanctorum ad collum , ſicut de verbis
inſcriptis,quia ſi portantur ex fiducia Dei & ſanctorum quo-
rum ſunt reliquię,non erit illicitum.ſi autem contra hoc atten
tetur aliquid aliud vanum,puta quod vas eſſet triangulare , vel
aliquid aliud huiuſmodi , quod non pertinet ad reuerentiam,
Dei & ſanctorum,eſſet ſuperſticioſum & illicitum ſecundum
8 Tho.& fratrem Io.& Archi.vbi.ſ.†Dicit etiam.G.in glo.ſup
Raynald.eo.tit. & frater Ioan.vbi.ſ.ꝙ non videntur reproba-
ta breuia in quibus ſcribuntur verba euangelica ſolum,ſed ſu-
perſticioſum eſt,ſi credatur ꝙ minus habent efficaciæ ſi ſcri-
bantur alio tempore,quam dum legitur euangelium in eccleſia.
Idem dicit,quod illa breuia in quibus ſcribuntur quidam cara
cteres,& nomina inuſitata,quaſi nomina Dei ineffabilia,& in
quibus dicitur,quicunque ſuper ſe portauerit illud breue non
periclitabitur ſic vel ſic,aut illud vel illud bonum continget ſi
bi,proculdubio reprobanda ſunt,nec portanda ſunt.& peccãt
qui ſcribunt ea, aut portant , aut donant , aut vendunt,aut
portanda docent,niſi adeo fuerint ſimplices, quod ignorantia
debeat excuſare,quæ non excuſat ſi ſuper hoc fuerunt admo-
niti vel inſtructi ſecundum eos . Aut quæris de ſorte quæ ſu-
mitur pro capitali reſpectu vſurarum, & illa regulariter eſt lici
ta & permiſſa.vt ſ.de vſur.c.1.& 2.& ca.conqueſtus.ff.& C.ſi
9 certum peta.per totum.†Aut de ſorte quæ ſumitur pro parte
vel portione , & illa eſt licita,quando prouenit ex titulo licito
ſeu cauſa licita.vt in c.alleg.cum ſecundum ſupra de præben.
& in c.cleros.21.diſtinc.ſecus ſi ex illicita vt in ſpolijs latronũ
ſeu raptorum,ſeu alijs rebus illicite acquiſitis,quod dic vt leg.
not.ſuprà de ſepul.c.fina. & de homici. ca.ſicut dignum.§.eos
etiam.& de rapto.c.1.& per totum.

Super eo.c. ¶Si quæris,quæ ſit pœna ſortilegiorum
10 diſtingue.†aut quæris , ſecundum leges,
& tunc pœna bonorum publicatio & decapitatio.vt.C.de ma
le.l.nemo.vt no.Hoſt.in ſumma.de magiſtris.§. quam ſcientiã
11 ver.ars etiam,& hoc titu.§.quæ ſit pœna.†Aut quæris , ſecun
dum canones , & tunc imponitur ſpiritualis pœnitentia.40.
dierum vt hic in fi.& ſi peccatum notorium ſit euchariſtia de
negatur.de conſe.diſt.2.pro dilectione.Item eccleſiaſtica pœ
na infligitur,quia ſi clericus ſit,deponendus eſt & in monaſte-
rio detrudendus:ſi laicus excommunicandus,quod intellige,
quando dictam pœnitentiam agere renuit, vel ſi criminaliter
accuſetur.ſic intellige.26.q.5.non oportet. &.c. ſi quis epiſco-
pus aut presbyter. &.capi.aliquanti.& q.7.admoneant.vt inde
quando pœnitentiam contemnis agere ab excommunicatio-
ne incipiendum ſcias.vt.26.q.5.ſi quis clericus. Sed creſcente
contumacia augmentari debet, & pœna etiam in laicos,qui ſi
ſint ſerui verberibus caſtigantur,ſi verò liberi incluſione di-
gni diſtrictam ſunt in pœnam redigendi. vt. eod. cauſa. & q.
contra ydolorum.Epiſcopus etiam tales turpiter de honeſta-
tos de parochia ſua eijcere debet.ea.cauſa. & q.epiſcopi. quia
decluuare poteſt eos.i.veſtes & capillos ante & retro incidere,
ſicut in quibuſdam locis de cõſuetudine obſeruatur: & de hac
decluuatione loquitur. 32.q.2.de benedicto.ſed tales infames,
12 ſunt.2.q.1.quiſquis.†Cum igitur omnia per Deum facta ſint,
quis credit poſſe fieri aliquam creaturã,aut in melius,aut in de
ſerius immutari aut transformari in aliam ſpeciem vel in aliã
ſimilitudinem,niſi ab ipſo creatore fiat , proculdubio infidelis
eſt, & pagano deterior , vnde omnibus,ne talia vel his ſimilia
credant,eſt publicè nunciandum ſecundum Grego.26.q.5.ad
finem.Eccleſia autem in caſu ſortilegia credit,& Papa ipſa ma
trimonia ſeparat 33.q.1.ſi per ſorciarias . ſecundum Hoſtienſ.
qui hoc not.in dicto.§.quæ ſit pœna &c.

1 *Aſtronomia an permiſſa, & damnata.*
2 *Prognoſticare futura licet ex aſtris.*
3 *Humanæ operationes,non neceſſitantur,aſtrorum reuolutione.*
4 *Socrat es dominabatur naturali ſuæ inclinationi.*

EXtuarum. Quærit hic Io. And. de ſcientia
& arte aſtronomiæ , vel aſtrolo-
giæ an ſit de iure ciuili, vel canonico reꝓbata,& an
pœna debeatur exercentibus vel exquirentibus, ip
1 ſius ſcientiæ iudicia.†Ad partem affirmatiuam inducitur . C.
de malefi.l.ſi excepta. & le.nullus aruſpex.& l.nemo. cum ſuis
gloſſis.ff.de iniu.l.item apud labeonem.§.ſi quis aſtrologus. &
26.q.2.illos.& ca.ſeq. ibi ſtellarum curſus. &c. & q.4.igitur.ad
fi.& q.5.c.1.& c.non liceat.ibi,aut lunæ aut ſtellarum &c.Item
ſi eſſet licita,eſſet in vſu ſicut aliæ licitæ.Ad negatiuam induci
tur.l.eorum.C.de malefi.ibi nullus &c.Item quia hæc ars cõ-
putatur inter liberales,quarum magiſtris datur immunitas.ff.
de var. & extraordina.cog.l.prima in princ.de vac.muner.le.in
minoribus.§.philoſophos.& mune.& hom.§.fin. ergo non eſt
eis pœna imponenda,quia ex eodem facto non debetur præ-
mium,& pœna.C.de adulte.gracchus. & ſuprà de fideiuſſo. ca
pitu.2.de donat.inter vir.& vxor.capitu.& ſi neceſſe. Item nõ
ſubiectum ſcientiæ ſed eius ſequela facit ſcientiam in deſuetu
dinem abire.26.q.2.Sors.§. his ita . Solutio,breuiter de primo
dicendum eſt,quod ſcientia bona eſt prohibita ſed liberalium
vna,& ſequela quædam vt dixi,fecit illam deſuetudinem abi-
2 re. †Sed de ſecundo ſcilicet de iudicis ſcientię exercendis vel
exequendis dico cum theologis , quod licitum eſt per cogni-
tionem aſtrorũ præcognoſcere,& iudicare futura,quæ creant
ex cœleſtibus corporibus,ſicut eclipſim ,ſiccitatẽ pluuiã,& hu
3 iuſmodi,& ſic loquitur.l.eorũ.C.de malefi.†Sed ſi per cõſide-
rationem aſtrorũ velles cognoſcere futuras operationes ho-
minũ,vel præteritas occultas,tũc operatio demonis ſe immi-
ſcet.& tũc ex falſa & vana opinione,ꝓcedit ſuperſtitioſa & il
licita diuinatio, de tali patenter loquit.d.§.ſi quis aſtrologus.
ibi ſurem

vbi furem aliquem dixiſſet,qui non erat &c.c.cum liceat.ibi ꝓ-
pter ſegetes vel arbores plantandas,vel coniugia ſocianda.& l.
multi.C.de maleſic.ibi vitas in ſocium &c. probatur hoc.ſ.c.
pro.t s.& 26.q.2.illud.ver.nam & ipſi.Huius ſolutionis ratio,
quia corpora cœleſtia non poſſunt eſſe per ſe cauſa operatio-
num liberi arbitrij,bene tamẽ poſſunt ad hoc diſpoſitiuè incli-
nare inquantũ imprimuntur in corpus humanum , & per con
ſequens vires ſenſitiuas,quæ ſunt actus organorum, corpora-
lium,& quæ inclinant ad actus humanos. Et quia vt plurimũ,
homines has corporales paſsiones patiuntur ſeu ſequuntur,&
ſic actus diſponunt vt plurimum ſecundum has inclinationes
cœleſtium corporum:ideo de bis aſtrologi quandoq; vera præ
dicant.Sed certum eſt & experimur , quod contra inclinatio-
nem cœleſtium corporum homo poteſt operari per rationẽ,
cui obediunt vires ſenſitiuæ,vt probat philoſophus. t. Ethi.&
3.de anima.& facit.ſ.de ſacra vnctione.ca.vno.verſ.in vertice.
Concluditur ergo.ꝙ is,quem corpus cœleſte diſponit eſſe gu
loſum,vel luxurioſum,ſubmiſſus rationi ſobrius & continens
eſſe poſſet,& econtra.Quare hoc velle cõſtãter aſſerere ex cor
poribus,cœleſtibus verè ſuperſtitioſum eſt à demonis ſallacia.
4 †Vnde ſcripſit Caſsiodorus,in li.collationum, quod Criſsius,
quidem inſpiciens Socratem dixit:Oculi tui corruptorũ pue-
rorum.Et cum diſcipuli Socratis vellẽt vlciſci illarũ magiſtro
cõuicium:Socrates ad illos, quieſcite ſodales quieſcite ſum &
.n.& me contineo.Ex his patet,quod exercentibus,vel exqui
rentibus,primum iudicium nulla ſit pœna.In ſecundo locus,
ſit pœnæ,& ſic concordant,quæ videbant contria hæc Io.An.

1 *Plures non concordantes ad actum faciendum, quid agent.*
2 *Sors non ſit in actis ſpiritualibus.*

ECcleſia veſtra. Si quæris, vtrum plures
electores poſsint vnum,
eligere de ſeipſis,diſtingue vt dixi ſuprà,de electio.
capitu.cum in iure.

Super eod.c. Si quæris, quando plures volunt ad-
mitti ad aliquem actum,& adinuicem
1 nequeunt concordare,quid iuris:diſtingue.†Aut quæris de plu
ribus procuratoribus , & tunc ſi in negotio electionis . dic vt
leg.& no.j.de elect.ſi quis iuſto.lib.6.Si in alio negotio dic vt
leg.& no.ſ.de procu.ſi duo eo.li.6. Aut de pluribus alijs à pro
curatoribus:& tunc aut quæris,in negotio electionis , & tunc
dic vt legi.& no.ſ.de electi.quia propter.Aut in alijs negotijs,
& tunc aut diſcordatur,& ſuper facto aut ſuper iure:ſi ſuper fa
cto tunc ei qui dicit incumbit probatio.ff.de probat.leg.ei in-
cumbit.C.de proba.le. actor.6.q.vlti.actor.Si ſuper iure tunc,
aut illa contrarietas reſpicit præiudicium alienum , & non di-
ſcordantium,& tunc iudex ad requiſitionem partis cui præiu
dicatur compellet eos ad concordiam venire.ff.de leg.1.l. hu-
iuſmodi.§.vltim.de leg.2.l.cum filius.§.varus.& de reg.iur.le.
nemo ex ijs.§.quoties.& ſic poteſt intelligi inſti.de ſatiſ.tut.§.
ſinautem.licet quidam dicant ꝙ ibi eſt ſpeciale.Aut illa diſcor
dantia reſpicit præiudicium diſcordãtium tantum , & tũc aut
neuter ipſorum diſcordantium vult,ſacere fortunam iudicem
in iſta diſcordia,& tunc concurſu ſe impediũt , ſic loquitur.ff.
de vſufruc.l.quoties ff.quibus mod.vſufru.amit.l.2.§.vlt.Aut
alter ipſorum vult actum illum ſortunæ committere , & tunc
iudex ad requiſitionem eius debet alium compellere vt ille
actus ſortunæ vel ſorti committatur,ſic intellige.ff.de iudi.l.
in tribus.cum.l.ſeq.& C.communia.de leg.l.ſi duobus.in prin
2 cipio. vbi Cyn.iſta diſtinguit à ver. aut in alijs negotijs citra.†
Hæc tñ ſors ſeu commiſsio ſortis nõ habet locum in ſpiritua
libus,vt patet hic & dixi.ſ.eo.c.1.Accur.C.vti poſsi.l.vna glo.
ſed qualiter dicit,ꝙ quando factum eſt incertum,non eſſe locũ
iudicio ſortis,licet tunc,quando factum eſt certum ſed ius in-
certum.Sed Ber.etiam in terminis de quibus loquitur no. con
trarium.ſ.de proba.licet in glo.quandoque tamen ver.item ſi
conſtat quod placet Hoſtien.& Io.And.ibi,& Io.Andr.hic.

1 *Accuſatus ab vno an pluries accuſandus.*
2 *Vnus an poſsit plures accuſare,*
3 *Plures an poſsint vnum accuſare.*
4 *Inſtigator punitur de calumnia ſicut accuſator.*

¶ De colluſione detegenda. Rubri.

SCripta. Si quæris, vtrum & quando poteſt,
quis pluries accuſari, Diſtingue.Aut
quæris, quando vnus accuſat vnum, aut quando
vnus accuſat plures , aut quando plures accuſant
1 vnum.†Primò caſu ſcilicet , quando vnus accuſat vnum , aut
de eodem crimine , & tunc ſiue vna lege ſiue pluribus punia-
tur,illud crimen non poteſt durante accuſatione ab alio accu-
ſari:vt.ff.de accu.l.ſenatus.C.de accu.l.qui de crimine.in prin.
Aut de diuerſis criminibus : & tunc aut ex vno facto proce-
dunt,& tunc non poteſt accuſatus ab eodem accuſari,vt dicta.
leg.qui de crimine.ſed à diuerſis ſic.vt ibi à contrario ſenſu: li
cet alij aliter ſentiant.Aut ex diuerſis factis procedunt , & tũc
poteſt accuſari ſimul,& ſemel.vt.ff.de accu.l.libellorum.ſed ſi
2 aliud.†Secundò caſu,quando vnus accuſat plures refert,aut ac
cuſat de eodem delicto,& tũc poteſt etiam mille, vt.C.ſi reus
vel ac.mor.fue.l.1.fallit in accuſatione adulterij.C. de adulte.l.
reos.& ff.de adulte.l.ſi maritus.§.t.Aut de diuerſis delictis , &
tunc aut ex vno facto deſcendentibus,& non poteſt, vt in d.l.
qui de crimine.3.reſponſo.ſecundum Petru.de bella perti . &
Cyn.ibi.Aut ex diuerſis factis deſcendentibus , & tunc aut in
eodem libello,& coram eodem iudice & tunc non poteſt:vt
ff.de accu.l.hos accuſare.§.lege.Aut diuerſis libellis , & coram
diuerſis iudicibus,& tunc poteſt duos non tres accuſare , niſi
ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam:vt.C.qui accuſar. non
3 poſſ.le.cum rationibus. † Tertiò caſu,quando plures accuſant
vnum,tunc dicunt quidam aut plures veniunt obtentu vnius
officij,& tunc dic vt dixi ſuprà.de accu.c.de bis . Aut non ob-
tentu vnius officij,& tunc,aut plures accuſant ſuper vno cri-
mine.& tunc ſi veniant ſimul eligitur idoneior.vt.ff. eod.le.ſi
plures.& no.Ber.Innocen.& Hoſt.j.de purga.cano.quoties.Si
non veniunt ſimul,tunc nõ poſſunt plures accuſare , ſed vnus
accuſat ſiue eadem lege,ſiue diuerſis legibus puniatur. vt in di
ctis legibus ſenatus,& quæ de crimine.Aut plures accuſant ſu
per diuerſis criminibus,& tunc aut ſunt diuerſa crimina ex di
uerſis factis procedentia,& tunc quilibet ſuo crimine accuſa-
re poteſt:vt.C.ad leg.ſal.de plag.l.t.Aut procedunt ex eodem
facto , & tunc aut vnum ſe habet ad aliud tanquam genus ad
ſpeciem,& tunc non poſſunt.vt in d.l.ſenatus . Aut ſe habent
vt excedentia & exceſſa,& tunc poſſunt.vt in d.l.qui de crimi
ne.2.reſponſo.vbi Accur.& plenius Cyn.ponunt iſtam diſtin
ctionem.& adde quod dixi in d.c.de ijs.Et vide quod no.Lau.
Archidia.2.q.4.præuaricator.§.ſi plura.glo.hic adde quod legi
tur &c.vbi dicunt, quòd ibi habetur , quòd de pluribus , quis
quem accuſare poteſt ſi ex eodem facto deſcendant .ad idem
facit.ff.ad turpil.l.t.§.ſi plura.Et hoc fortè verius , quam illud
quod dictum eſt.ſ.in ſecundo membro,maximè cum non oc
currat bona ratio diuerſitatis inter crimina ex eodẽ facto , &
4 ex diuerſis procedentia.†Et nota,quod in iſto.capit.erat vnus
ſolus accuſator,alij erant ſubmittentes vel inſtigantes, qui in-
cidũt in Turpillianum,ſicut & accuſator ſi in calumnia depre
hendantur.ff.ad turpil.l.t.§.incidit.& hæc intelliguntur.2. q.
tertio. Euphemium ſupra , de dolo & contu. cum dilecti , in
princip. ſecundum Goffre. hic & Ioann. Andre. poſt eum. &
Archidia.in d.c.Euphemium.

Super eod.c. In gloſſ:argument.quòd non liceat.Si
quæris, vtrum ſuper criminibus ſit li-
citum tranſigere vel paciſci,diſtingue vt dixi ſupra de tranſa-
ctio.capitu.fina.diſtinct.2.

1 *Accuſationem remittens an iterum accuſet.*

CRimina. Si quæris, vtrum & quando qui ac-
cuſationem intentatam remiſit po
1 teſt de cætero accuſare.†Diſtingue , quia interdum
quis admittitur ad accuſandum vna conſideratione
tantum,ſcilicet,quia eſt vnus de populo ratione publici inter-
eſſe.Interdum admittitur duplici conſideratione, vna,quia eſt
vnus de populo,& alia,quia ſua ſpecialiter intereſt ratione in-
iuriæ ſibi vel ſuis illatæ . Diſtingue ergo, aut ille qui renuntiat
accuſationi,eſt talis qui admittitur ad accuſandum vna conſi-
deratione tantum,& tunc iterato non poterit accuſare,ſic in-
telligitur.C.qui accu.nõ poſſ.leg. accuſationem . Aut eſt talis,
qui admittitur duplici conſideratione, & tunc aut renuntiat
accuſationi quatenus poteſt ſibi competere duplici conſide-
ratione, & tunc neutro modo poteſt de cetero accuſare , vt
ff.de adulte.l.ſi maritus.2.§. ſi negauerit. & argument. dicta.l.
accuſationem . Aut renuntiat vna conſideratione tantum:
& tunc alia conſideratione poteſt accuſare, ſic loquitur.ff.
de ſepulchro. violan.l. tertia. §. ſi is cuius.†Ex hoc probatur à
ſimili.ff.de ſuc.edic.l.t.§.quibus.& §.ſed videndum.Iſta diſtin
guunt Pet.de bella perti.& Cy.in d.l.accuſationem . Sed quid

in dubio glo.in dicto §. ſed videndum .dicit in ſimili quod in
dubio videtur vtraque conſideratione repudiaſſe,vt.ff.de acq.
hære.l.in plurium.& l.nec is qui.§.hæres. & l.illud. idem Cyn.
in l.allegata accuſationem.dicens quod eſt notabile.

1 *Sententia per colluſionem læta non tenet.*
2 *Colludere in criminali cauſa non licet.*

IN tantum. Super glo.pe.cum iſta glo. concordat,quod not.Archidia.2.q.
3.ſi quem pœnitet.ſuper verbo colluſio,& ſuper ac
1 cepit.†vbi etiam dicit quod non tenet ſentētia per
colluſionem lata vt ibi.& ff.eo l.cum non iuſto.& idem Goff.
& Phil.hic,Et not.ꝙ ſi actor deficit in probatione nihilominus
procedet Papa ſaltem ad purgationem indicendam.s.ale
accuſa.licet.j.de purg.c.ex tuarum.Item no.ꝙ colluſio eſt pro
hibita in cauſa criminali,niſi in cauſa ſanguinis , & pro conuicto
habetur.ff.de præua.l.vlt.nec poteſt poſtea accuſare.ff.eo.
2 tit.l.præuaricator.†Vnde in criminibus non poſſunt colludere
& deſiſtere niſi abolitione impetrata. Crimina enim ſemel au
dita.&c.ſupra.eod.c.2.ſecundum Vin.hic & Arch.ibi.

Super eod.c. Ad euidentiam gl Inno.hic.Si quæris vtrum cum alicui competunt plures
actiones,vna intentata poſsit aliam intentare.Diſtingue,vt di
xi ſupra de ordin.cog.cum dilectus.di.1.Et iſtam gl.Inno.po
nit Ioan.And.ſupra de relig.do.c.cum dilectus .in fi.

¶ De delictis puerorum. Rubrica.

1 *Infans non peccat,nec delicto tenetur.*
2 *Pubes ſine dolo delinquens obligatur,ſed reſtituitur.*
3 *Pubes dolo delinquens de crimine tenetur.*
4 *Ignorantia iuris naturalis non releuat minorem.*
4 *Doli capax quis dicatur.*

PVeris. Si quæris,vtrum,& in quibus minor peccare poſsit, & in quantum pecca
tum ipſius puniatur.Diſtingue,†Aut eſt minor
doli capace,& talis peccare non poteſt, nec tene
tur ipſo iure,vt.ff. de rei vendi.l. quod infans.ff.
de iureiurand.l.qui iuraſſe , & hic quando dicit grandiculis, à
contrario ſenſu & extra de homicid.capitu. vnico in clemen
ti. Nam ætas illa ignorat , quid agit .de conſe.diſtin.4.eos.C.de
fal.mone.l.1.inſti.de inuti.ſtipul.§. populi.ff.de arb.l.diem pro
ferre.§.ſi quis litigatorum.ff.de iniurijs.l. illud de ędil. edict.l.
cum autem.§.excipitur.Et hoc tenet Hoſtien.j.de ſenten.ex
commu.cap.1.ſuper verbo excuſat.Sed hic dicit Hoſtie.quod
puer non doli capax poteſt irregularitatem contrahere ſi lu
dendo proijciat lapidem vel cultellum & aliquem occidat .eſt
enim ex hoc irregularis etiam ſi non habuit animum occidē
di,quia non voluntas ſed factum attenditur.15.q.1.c.fi. Dicit
tamen tale homicidium diſpenſatione dignum,cum cēſeatur,
quaſi caſuale,nec diſtinguitur an dederit operam rei licitæ, vel
adhibuerit diligentiam, ex quo nō diſcernit.Sed.Io.And.in d.
c.vnico.ſuper verbo infans.dicit ꝙ hoc ibi reprobatur, quod
credo , licet ibi loquatur ſolum de infante , quia talis quo ad
2 hoc furioſo vel dormienti poteſt merito comparari. † Aut
eſt doli capax ſeu maior doli capace & tunc refert , aut delin
quit ob culpam vel negligentiam non ex propoſito animi ſeu
dolo , & tunc mero iure obligatur,ſed tamen, reſtitutionem
petere poteſt , ſiue ciuiliter conueniatur ſiue criminaliter ac
cuſetur:vnde tunc ſubueniatur ei vt in nihilo teneatur.vt. C.
ſi aduerſus delict.l.1.Sed fallit in caſu, vbi ipſo iure non tene
tur ſcilicet,quando mater minor non petit tutorem filio ſuo.
3 C.ſi aduerſus delict.l.2.in fi.†Aut delinquit dolo ex certa ſciē
tia,& tunc aut conuenitur ciuiliter , & tunc non iuuatur.ff.de
minori.l.ſi ex cauſa.§.ſi in commiſſum.& de fur.l.impuberem
niſi vt pro confeſſo vel tranſacto habeatur.vt.ea.l.ſi ex cauſa.§.
nunc videndum.Hoc eſt dictum, quod ſi ſit caſus in quo con
fiteať,non teneať niſi in ſimplū, & ſi neget,duplū,vt in actione
Aquil. maluerit negare: & in hoc ſolo reſtituitur ꝙ pro con
feſſo habeatur.Item ſi potuit tranſigere maximè in negocio ſi
tie actione pœnali reſtituitur,vt habeat pro tranſacto pro tan
ta ſumma quanta tranſigere potuit,ꝙ ſi certa ſumma nō appa
ret accipietur,& æſtimabitur arbitrio boni viri,qua veriſimile
eſt eum tranſigere potuiſſe,nec efficitur infamis cum aucto
ritate iudicis fiat tranſactio;vt.ff.de his qui not.infa.l. furti.§.
qui iuſſu.Aut conuenitur criminaliter , & tūc aut delictum eſt
atrox:& tunc non ſubuenitur ei niſi quatenus miſeratio æta
tis perduxerit iudicem ad mitiorem pœnam ei imponendam.
Aut delictum eſt atrociſsimum,vt in crimine læſæ maieſtatis.
l. Iulia.Adulte.& ſi.& tunc in nihilum ei ſubuenitur.ff. de mi
nori.l.auxilium.§.in delictis.& hoc not.per Accurſ.in dicta.l.
ſi ex cauſa.§.nunc videndum & plenius.ff.de regu.iuris.l. fere
in omnibus. & per Hoſtien.in ſumma eo.titu.§.qualiter.& p
Archid.17.q.1.qui bona.in magna glo.7.colum.verſ.in maio
4 ri autem doli capace &c.†Et de hoc aliqualiter not.per Berna.
s.de apoſt.c.2.gloſ.argu.ꝙ ætati &c.vbi dicit Goffre. & Ioan.
Andr.poſt eum ꝙ licet ignorantia iuris ciuilis excuſet mino
res.ff.de iuris & fact.igno.l.regula.§. 1. illud tamen non habet
locum in articulis fidei , vel ſacramentis , vel iure naturali.C.
de in ius vocao.l.2.in his enim par vicium eſt decipere, & de
cipi.16.quæſtio.1.ſi cupis.& de hac materia not.j.de ſenten
tia excom.c.1.glo.a.& per Pet.de bella perti.& Cy.in dicta.l.
1.C.ſi aduerſus delict.Et not.ſecundum Hoſti.hic ꝙ impube
res non debent admitti ad iurandum.22.q.5.&.c.paruuli.Si ta
men iurauerint & poſtea contrauenerint, & erāt doli capaces
deierant.ff.de libe.cau.l. vlti: Secus ſi doli capaces non eſſent,
quia tales delinquere non poſſunt.ff.de iureiuran.l.qui iuraſſe.
5 & in dicto capit.illud.†Item nota ꝙ doli capax eſt quando ma
gis appropinquat pubertati futuræ,quam infantiæ pręteritæ,
& hoc contingit in maſculo quando habet decem annos & di
midium & vltra aliquantulum:in fœmina cum habet nouem,
annos & dimidium & vltra aliquantulum.ita nota. in dicto.§.
pupillus.inſtitu.de inutili.ſtipula.& ff.de reg. iuris.l. pupillum.
& idem not.Gemi.j.de homici.c.vnico . ſuper verbo infans.
in clem.Sed Hoſtien.s.de homici.ex hibita.dicit,ꝙ quo ad de
licta doli capax eſt.qui ſcit diſtinguere bonum à malo . idem
tenet in ſumma,eo.tit.dicens ꝙ maior ſeptem annis delinque
re poteſt quo ad Deum & ſpiritualiter puniri . Cuius opinio
approbat Archidia.in d.c.alleg.illud.in glo.a.15.q.1.quod vide
tur verius.Fallit tamen in peccato carnis in quo quis maſculus
non præſumitur doli capax ante.14.completos : nec fœmina
ante.12 annos:immundicia enim carnis ante hos annos non
præſumitur,vt hic ſecundum Inno.& Hoſt.licet Gregorius,
in dialogo narret quod quidam puer nouem annorum impre
gnauit nutricem ſuam,vt no.Hoſt.ſupra de deſpon. impub.c.
puberes in fine & hic.Sed hoc raro contingit ,& ideo non cu
randum.ff. de legibus.l.nam ad ea.ſecundum Hoſtienſ.& vide
quod not.gloſſ.4.q.3.c.1.

1 *Venationis ſpecies.*
2 *Venatio violenta,prohibita.*
3 *Adulatio illicita eſt,& infamat.*
4 *Adulatio fit tripliciter.*
5 *Arenaria ars laicis permititur.*
6 *Arenaria ars clericis interdicta.*
7 *Venatio non debet fieri feſtis & ieiunialibus diebus.*
8 *Venatio clamoſa & quieta laicis permiſſa.10.*
9 *Venatio clamoſa clericis interdicta;*
10 *Venatio quieta clericis permiſſa.*
11 *Religioſis venari non licet.*
13 *Pœna clerici venatoris*
14 *Monitio trina præcedat vindictam.*

¶ De clerico venatore. Rubrica.

EPiſcopum. Si quæris , quot modis dicatur venatio,& vtrum venatio
ſit licita & permiſſa:& quæ ſit pœna clerici vena
1 toris,diſtingue. † Aut quæris de primo .ſ. quot
modis dicatur venatio.& dic quod quatuor mo
dis ſm Ber.Abb.& Hoſt.hic. in ſu.eo.ti.§.quot modis. Quæ
dam.n.dicitur oppreſsiua ſiue violēta hominum vnde Gen.3.
& 15.c.tranſumptiuè legitur.6.diſtin.non eſt peccatum.§.ijs.
ita.in fi.Cepit Nenroth robuſtus eſſe venator corā domino.i.
hominum oppreſſor & extinctor,permittente domino.Alia
eſt.n.adulatoria , quæ fit ab hiſtrionibus & ſimilibus , quoties
cā placēdi dicunt bona de aliquo ipſum falſo cōmēdando vt in
iuribus.j.alle.Tertia eſt arenatoria.ſ.cū qs recipit ſalariū,vt in
arena pugnet cū beſtijs feris:vt.ff.de poſtul.l.1.§.item ſenatus,&
§.beſtia.3.q.7 c.infames.§.alij.ver.vel q operas. Quarta dr̄ au
cupatiua,q̄ faciunt hoīes cū canibus vel auibus ad beſtias vel
ad aues,vt hic & in iuribus.j.alle.Aut quæris de ſecūdo.ſ.vtrū
2 venatio ſit licita & permiſſa,vel nō:& tunc †Aut quæris de pri
ma,ſcilicet de hoīum oppreſsiua,& hæc eſt omnino illicita.vt
in dicto.

in dicto.§.ijs ita.6.diſtinctio. ſecundum Ber.quod verum ſe-
cundum Hoſtien. in bello iniuſto quod dic vt legi.& no.ꝟ. de
iureiuran.c. ſicut.&.ꝟ. eod. tamen licita in bello iuſto, vt in.d.
§.ijs ita &.ꝟ.de hæ e.excommunicamus in primo.§.ſi vero do
3 minus temporalis.† Aut quæris de ſecunda ſcilicet de adulato-
ria, & hæc ſemper & omnibus illicita eſt & infamat.86.diſ.qui
venatoribus.46.diſtin.ſunt nonnulli.&.6.quæſtio.1.ſunt plu-
4 rimi.& de hac no.gloſſ.25.diſt.§.alias.gl.penul.† Dicens quod
tribus modis adulatur quis, aut attribuendo alicui bonũ quod
non habet, vel nimium extollendo bonum quod habet, & vtrũ
que iſtorum eſt veniale vt ibi in fi. &.22.q.2.primum. vel ap-
probando malum quod habet & illud eſt mortale.11.queſtio.
3.ve.qui dicitis.& capit.nemo peritorum. ſecundum Archidia
co.ibi repellit à promotione.vt.46.diſt. ſunt in nonnulli.&.ca.
clericus. Per quæ capitula dicit Hoſtie.in ſum.de exceſ. præla-
to. ad fi. quod adulatio in clericis capitale crimen eſt dicit etiã
Io.And.hic quòd naturale eſt adulatoribus fauere.vnde Sene-
ca: velimus nolimus adulatoribus noſtris fauemus. Ouidius de
arte amandi, delectant etiam caſtas præconia famæ. Et Hier.ad
Euſtachium, naturali ducimur malo & adulatoribus noſtris li-
benter fauemus. Aut quæris de tertia.ſ.de venatoria, & tunc
aut quæris vtrum ſit permiſſa laicis aut vtrum clericis. Si lai-
cis, tunc aut laici pro hoc pecuniam recipiunt, & tunc non, ſed
5 ſunt infames.† Aut non recipiunt, ſed hoc faciunt cauſa virtu-
tis exercendæ, & tunc eſt permiſſa, nec ſunt infames, vt in di-
cta.l.1.§.item ſenatus.&.§.beſtia.3.quæſtio.7.c.infames.§.alij.
ver.vel qui operas. ſaluis torneamentis quę prohibentur.ꝟ. de
6 tornea.c.1.† Si queris de clericis tunc dic quod eſt omnino in
terdicta.vt patet in eo quod leg. & no.ꝟ.de cleri.pug. in duel.c.
1.&.2.ſecundum Hoſt. Aut quæris de quarta ſcilicet de aucu-
patiua, & tũc aut quæris de venatione ſaltuoſa ſeu clamoſa, aut
de quieta ſeu recreatiua. Si de clamoſa quæ in ſaltu vel nemore
fit, hominum, canum, & auium multitudine congregata: tunc
7 † aut quæris nunquid eſt omnibus interdicta tempore quadra
geſimę & ieiuniorum ſeu præcipuarum feſtiuitatum de qui-
bus.ꝟ.de fer.c.1.&.c.fin.quibus homines debent conuenire in
eccleſia, & orare, & dic quod ſic, ſiue ſint clerici ſiue layci.vt.
86 diſti.qui venatoribus.verſi.item amputatis. de conſe.diſti.
3.irreligioſa.& diſtin.5.ieiunia.ſecundum Hoſtiẽ.Fallit vbi ne
ceſsitas famis vrgeret, vel ſi apri vel vrſi vel aliæ beſtię venirẽt
vaſtare ſegetes & vineas.vt.C.de fer.l.2.ſecundum fratrem Io.
8 qui hoc not.in ſum.confeſ.hoc ritu.quæſt.1.verſ.de hoc.† Aut
in alijs diebus ferialibus vel non ferialibus, & tunc laycis eſt cõ
ceſſa.argumen.ff.de acquiren re.do.l.naturalem.&.l. Pompo-
nius. de vi.pu.l.1. inſtitut. de rerum diuiſi.§. ferę igitur beſtiæ.
9 † Clericis vero eſt omnino interdicta.ꝟ.ne cleri.vel mona.cap.
1.§.fina.verſic.canes.ꝟ.de cenſi.cum apoſtolus. verſicu.nec cũ
10 canibus.& hic &.ꝟ.c.proxi.† Si de quieta ſeu recreatiua puta cũ
retibus, laqueis & canibus cum ſilentio & modeſtia, tunc aut
quæris de laycis, & illis eſt permiſſa. Aut de clericis, tũc aut fit
cauſa voluptatis, vel vagationis vel nimis frequenter, & tũc eſt
11 eis interdicta vt hic.† Aut aliquando cauſa neceſſitatis vel vti-
litatis, & tunc eſt licita vt hic innuit à contrario ſenſu, vt ſi fiat
forſan ad excitãdum calorem naturalẽ, vel etiam appetitum,
argument.ꝟ.de homici.dilectus .de iureiuran. & ſi Chriſtus.§.
penulti.de conſe.diſtin.5.ſint tibi ieiunia.1.&.2.Saluo eo quod
ſecundum Dama. & Tã.& quaſi omnes Epiſcopo omnino eſt
interdicta.34. diſtin.c.1.hic tamen innuitur contrarium quia
nõ magis prohibetur Epiſcopis venatio quã alijs ſeruis Dei:
ſalua pœna de qua ſtatim loquitur ſecundum Hoſtien.hic et in
ſumma.eo.titul.§.quæ & quibus.ver.item cauſa vtilitatis. vbi
dicit quod in.d.c.1. non dicitur quod ille Epiſcopus venator
eſſet tantummodo, ſed etiam incontinens & circa Epiſcopalia
deſes & negligens, nec de ſpiritualibus in aliquo curabat, vt ap
paret ibi nulla grauitate morum &c. & ſic eccleſia ſub eius re-
gimine periclitabatur. Dicit etiam Hoſt.in dicto.§.quę & qui
bus.in fi.&.ꝟ.cap. proxi. & arg. illius literæ ſiluaticas vagatio-
nes &c.à contrario, quòd ſi redditus nedum laicorum ſed cle-
ricorum & etiam religioſorum in venatione cirogrillorũ ſiue
cuniculorum ſicut in partibus prouinciæ vel aliarum ferarum
incluſarũ in pratis, ſicut eſt in partibus Franciæ & Angliæ pro
magna parte conſiſtunt, licet eis etiam in proprijs perſonis ſal
tem ſi familia deficiat, venationem ſuam recolligere & vende-
re, dum tamen hoc faciant tẽpore competenti, quia hoc non
eſt vagari ſed neceſſitati vel ſaltem vtilitati eccleſiæ prouide-
re, ad quod vnuſquiſq; clericus eſt aſtrictus, vt patet.7.q.1.pręſ
ſentium, &.c.placuit vt nemini.16 q.1.qui vere.ibi & neq; cõ
municare eccleſiaſticas &c.&.c.nos aũt. ibi, ſi qua opera &c.&
12 ibi nec noſtrum occaſioni &c.ſecũdum Hoſti.† cuius dictum
corrigitur quo ad religioſos qui licet ſaltus, viuaria, vel gare-
nas proprias habeant vel ius venandi in alienis, non tamen poſ
ſunt intra monaſteria ſeu domos quas inhabitant, aut eorum
clauſuras venaticos canes tenere, nec venationi exhibere præ
ſentiam corporalem, vt probatur extra de ſtatu mona.c.ne in
13 agro.§.porro.in cle.quod dic per Ioan.An.& Gemi. ibi.† Aut
quæris de tertio.ſ.quæ ſit pœna clerici venatoris, & tunc ſi ſic
Epiſcopus tribus menſibus à communione, ſi presbyter duo
bus, ſi dyaconus ab omni officio ſuſpenditur, vt hic, & ſecun-
dum hoc plus punitur minor quam maior quod eſt contra il-
lud.19. diſt.nulli.40. diſtinct. homo Chriſtianus.ꝟ.de iureiur.
cum quidam. Solu. dicit Bernar. hic & alij magiſtri communi
ter, quod non eſt verum imo maior intelligitur pœna quæ hic
imponitur Epiſcopo vel presbytero propter maius ſcandalũ.
Nam ſicut ex perſona iniuria cõſideratur & iudicatur magna
vel parua, ſic & pœna argu.inſtit.de iniur.§.atrox. Sed Hoſti.di
cit quod hæc ſolutio ſit ad nomen, nam ſecundum ipſam de-
beret ſuſpendi Epiſcopus duobus menſibus, & presbyter tri-
bus, ſed tamen econuerſo eſt hic. Dic ergo quod minus puni-
tur dyaconus quam prædicti, veritate conſiderata, nam in Epi
ſcopo & presbytero certum tempus trium & duorum men-
ſium apponitur, vnde cum ipſis citra tempus non diſpenſabi-
tur. cum dyacono autem cum nullum tempus præfigatur in-
tra duos dies vel tres, vel quando placuerit poterit Epiſcopus
diſpenſare.argumen.ff. de iure deliberan.l.1. in fine.&.ꝟ.de of
ficio delegati de cauſis.in fine.ſecundum Hoſtiẽſem & Abba.
hic, & Aſten.lib.6.tit.ne clerici vel monachi.articulo.3.vbi tra
ctat de iſta materia. Sed Ioan. Andre. dicit quòd per hoc non
ceſſat contrarium, quia Epiſcopus ſuſpenditur tribus menſi-
bus à communione tantum presbyter vero duobus ab omni
officio, dyaconus ſimpliciter, & ſecũdum hoc manet ſolutio
Bernardum. ſecundum eum: quid de ſub diacono, idem quod
de diacono, argument. ſuprà de ſeruis non ordinar. miramur.
quid de alijs clericis inferioribus: reſpondeo cum nulla cer-
ta pœna apponatur, arbitrarie punientur, vt dicto capit.de cau
14 ſis.† Et tamen in omnibus trina monitio præcedat vindictam
12.quæſtio.2.indigne.ſecundum Hoſtien.hic & in ſumma eo
dem titu..quę pœna.ſecundum Ioannem Andream, idem cum
primis intelligendo, quod hoc verbum à communione nõ re
periatur in presbytero & diacono. Et rationẽ quare non licet
monacho venari ſed bene piſcari, vt de conſecratio.diſtinctio.
5.nunquam. vide per Hodiẽſem in dicto.§.quæ & quibus. vbi
dicit quòd ratio eſt, quia venatio fit cũ clamore, piſcatio cum
quiete, vel quia maior delectatio & diſſolutio eſt in venatione,
quam in piſcatione, venator enim currit per deuia ſicut dyabo
lus cum ducit animam captiuam ſecundum Raynerium Gof
fredum & Hoſtienſem.

1 *Percuſsionis diuiſio.*
2 *Prædicatio continua reprobatur.*
3 *Prædicatio quomodo facienda.*
4 *Percuſsio peccati inducit.*
5 *Caſtigare quos licitum eſt.*
6 *Percuſſoris pœna.*

¶ De clerico percuſſore. Rubrica.

SI quis in aliquo. Si quæris, vtrum &
quę percuſsio ſit lici
ta & permiſſa, & qua pœna puniantur clerici per-
cuſſores diſtingue, Aut quæris de primo, ſcilicet,
1 vtrum ſit licita & permiſſa, & tunc refert. † quia
duplex eſt percuſsio, ſcilicet ſpiritualis, & corporalis. ſpiritua
lis eſt duplex, quia quædam percuſsio dicitur prædicatio con
tinua, inutilis, vel indebita, & prolixa, quia eſt tempus tacendi,
& tempus loquendi ideo debet prælatus cauere quòd nec mul
tum taceat, nec loquendo ſuperflua dicat.43.diſt.ſit rector.&.
2 c.diſpenſatio.&.§.ſeq.&.8.q.1.oportet. † Vnde percuſſor dici
tur qui ſermone inutili corda audientium ferit, vt colligitur.
45.diſtinct.ſane,ꝟ.de ſen.excom.cum volũtate. vnde indebita
eſt prædicatio, ſi exponat grammaticam populo.86.diſtinctio
cũ multa.& talis percuſsio eſt reprobata, vt iniuribus allegatis.
3. † Alia percuſsio dicitur precatio vtilis & compendioſa, nam
prælatus debet conſilium Dei annunciare.43. diſtinctione.
Epheſijs. & ꝓponere ante oculos hominũ iudicia Dei, & ter
ræ cruentas conſcientias, & pœnitẽtiam ſuadere.2.quæſtio.1.
ſi peccauerit. & ſicut dicit Aug. turba iniquorũ cũ facultas eſt
in populis

in populis promerendi ſermonē generali obiurgatione ferien
da eſt, & maximè ſi occaſionem atq; opportunitatem præbue
rit aliquod flagellum domini quo appareat eos pro ſuis meri-
tis vapulare. 23. q. 4. non poteſt. nec aliquem nominabit. 8. q. 2.
quid autem. in fin. Ibi ego neminem nomino conſcientia ſua
vnumquemq; conueniat. In quibus omnibus datur intelligi
quanta in prædicatione ſacerdotis debet eſſe diſcretio, quæ ſi
forte tacuerit quaſi torto naſo indignus ſacerdotalis officij iu
dicatur. 43. di. ca. diſpenſatio. §. fi. & talis vtilis, & compendioſa
4 eſt licita, & permiſſa. † Percuſsio vero corporalis eſt illa, quæ
fit manu, vel pede, vel capite, vel cubitu, vel pectoris ſiue hu-
meri impulſu, vel cū lapide, vel baculo, vel alio genere armo-
rum, quæ ſi ea malitia vel odio fiat peccatum eſt. 45. diſ. cum
beatus. & hic non excuſatur quis ſi dicat ludens feci. ſ. de præ-
ſum. c. 1. ff. ad leg. aquil. nam ludus. hęc tamen ea perſonis, ver-
bis, tempore, & qualitate facti arbitrabitur bonus iudex. Nam
& ſi quis ſocialiter & ex ludo percutiat non delinquit. ff. de in-
5 iur. illud. † Vnde omnibus magiſtris, prælatis, & dominis, & ſe-
nioribus, clericis, & conſanguineis licet diſcipulos inobedien-
tes, ſubditos, minores, propinquos, in minoribus ordinibus cō
ſtitutos, & adoleſcentes diuina officia perturbātes, vel alias de
linquentes leuiter corrigere, & bonis operibus, & moribus in-
formare. j. de ſententia excommunicationis. cum voluntate.
§. vlti. & in. d. c. beatus. 35. diſtinctio. ante omnia. Alias autem
illos vel alios non licet percutere ſine metu excommunicatio
nis. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. quod dic vt not. Hoſtienſis in ſum
ma. e. ti. §. 1. & 2. Vnde perſona eccleſiaſtica ſpecialiter Epiſco
pos debet eſſe patiens, vt ſequatur eum qui dorſum poſuit ad
flagella. Matth. 17. 45. diſt. c. 1. qui cum percuteretur nō reper-
cutiebat, cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur
non cōminabatur. 1. Petri. 2. c. 45. di. c. Epiſcopum. ad idē. 2. ad
Thimote. 4. c. & recitatur. 45. diſt. ca. 1. prædica verbum, inſta
oportune, importune argue, obſecra, increpa cum omni paciē
tia, & doctrina. Aut quæris de ſecundo. ſ. quæ ſit pœna clerici
percuſſoris, & tūc, aut quæris de percuſsione ſpirituali, & tūc
aut de licita & permiſſa, & illam pœnam non meretur. C. ad le-
gem Iulia. de adulterijs. gracchus. Aut de illicita, & tunc ſi ſa-
piat hæreſim, eſt vt contra ſuſpectum de hęreſi cōtra eum pro
cedendum. ſ. de hæreti. capi. 1. & per totum. ſi non, ad arbitriū
ſuperioris punietur. arg. ſ. de officio deleg. ca. de cauſis. in fine.
Aut de percuſsione corporali, & tunc ſi ſit licita pœnam non
6 meretur per. l. gracchus. † Si illicita tūc ſi percuſſus ſit clericus
percutiens eſt excommunicatus. 17. quæſt. 4. ſi quis ſuadente.
j. de ſenten. excom. per totum. Vltra vero illam pœnam, vel ſi
ſit laicus percuſſus, aut delictum percuſsionis cadit in ſpecia-
le nomen delicti vt homicidij, parricidij, vel ſimilis, & tūc pœ
na illius delicti locum habet, & vna cum hoc pœna diſpoſitio
nis ſi inde mors ſit ſecuta cum ſit irregularis. ſ. de tempori. or
di. capitu. quæſitum. de accuſatio. inquiſitionis. de homicidio.
capi. 1. & per totum. Aut non cadit in ſpeciale nomen delicti,
& tunc aut percuſsio eſt talis. quæ infert irregularitatem, pu-
ta, quia interuenit abſciſio, vel mutilatio membri, & tunc eſt
deponendus. ſ. de cle. pug. in duel. c. 1. de cle. excom. mi. ca. 1. 2.
3. & 4. 51. diſtin. qui in aliquo. 55. diſt. ſi euangelica. Et alias ex
traordinarie ad arbitrium iudicis puniendus. vt in. ca. alleg. de
cauſis. in fin. Aut non infert irregularitatem, & tūc vide quod
no. Hoſtien. in ſum. eodem. tit. §. quæ pœna. vbi dicit quod per
cuſſor prohibetur per Apoſtolum ordinari. 55. diſtinctio. per
totum. Et ſi quis aliter quam cōceſſum ſit ſæpius aliquem vel
aliquos percuſſerit, quamuis mors ſecuta non fuerit, ſi mo-
nitus ſe non correxerit, deponitur. vt. 55. diſtinctio. capitu. 1.
& capitu. vlti. & hic. quod verum ſecundum Innocen. hic qui
ſępius & conſuetudine percuſſerit, ſecus ſi ſemel. vt in. d. cap.
ſi euangelica. 55. diſtinctione.

1 *Miles qui ſæua exercuit non promouetur.*
2 *Miles qui ſæua non exercuit promouetur.*

Continentia. Per iſtud. ca. cum ijs quæ no.
in gloſ. fi. videtur quod miles
non poſsit promoueri. & ar. 19. quæſtio. 3. monaſte
rijs. ſed illud intellige de eo qui irregularitatem con
1 traxit. vnde circa huc diſtingue. † Aut miles ſæua exercuit, vt
quia irregularitatem contraxit. vt in dicto capit. monaſterijs,
vel quia ſæpe interfuit bellis illicitis, & per eū non ſtetit quin
occiderit, licet non occidat, & tunc promoueri non poteſt
propter ambiguum duplicitatis. 23. q. 5. excommunicatorum
2 ſecus ſi bellum eſſet licitum ſecundum Laur. † Aut non exer-
cuit ſæua, & tunc non impeditur promoueri. vt. 54. di. legem.
ſed ſi in bello licito interficeret non promoueretur. 15. q. 1. c.
vlt. vt hoc no. glo. & Arch. 51. diſ. ſi quis poſt. & adde quod no.
ſ. de homicid. petitio. Vnde Ala. Goſ. Ber. & Abb. intelligunt
quod hic iſte accolitus poterit diſpenſatiuè ad ſubdiaconatus
ordinem promoueri & non vltra. Sed Hoſt. in hoc contra di-
cens quod poterit promoueri vltra, puta ad dyaconatum &
presbyteratum, & ſic valeat altaris miniſterium &c. & ſic bul-
la diſpenſatione indiget cū in nulla culpa reperitur, & conſcien
tia ipſum non remordeat. & in dubio ſit ſuæ conſcientię relin
quendus, licet ſi dubitet tutius ſit abſtinere. ſ. de homic. cap.
ſignificaſti. 2. & capit. exhibita. & capit. petitio. alias hoc quod
dicit altaris &c. nihil, adderet quod eſſe non debet. argu. in eo
quod legi. & not. j. de priui. ex ore. & in hanc partem videtur
Ioan. And. inclinare.

¶ De maledicis. Rubrica.

Innotuit. Ad declarationem gloſ. ſecundæ. Si
quæris vtrum aliquis poſsit eſſe iu
dex in cauſa ſua. Diſtingue vt dicam infra de verbo
rum ſignific. ex parte prima.

1 *Maledicorum genera tria.*
2 *Maledicens ex pertinacia punitur.*
3 *Maledicens ex leuitate veniam meretur.*
4 *Maledicens ex infamia miſeratione dignus.*
5 *Maledicens papa, grauiter puniendus.*
6 *Maledicens imperatori, ad eum mittendus.*
7 *Moliens quicquam in principem læſa maieſta. tenetur.*
8 *Maledicens ſuo ſuperiori, arbitrarie puniendus.*
9 *Coniurans in ſuperiorem ſuum decapitandus.*
10 *Maledicens priuato, extraordinarie puniendus.*
11 *Detractores homicidæ iudicantur.*
12 *Maledictio, peccatum eſt.*
13 *Peccata ex affectu penſantur.*
14 *Delinquens in pluribus plures pœnas ſentit.*
15 *Punitus ſufficienter, iterum non puniendus.*
16 *Non punitus ſufficienter iterum puniendus.*
17 *Pænitentiæ ſunt arbitraria.*

Statuimus. Si quæris quot ſunt genera ma-
ledicorum, ſeu blaſphemātium
1 & qualiter quodlibet genus puniat, diſtingue. † Aut
quæris de primo. ſ. quot ſunt genera maledicorum
vel blaſphemantium, & dic ſecundum Hoſt. in ſum. eo. titu. §.
quot ſunt genera, quod tria. Alij enim maledicunt ſeu blaſ-
phemare præſumunt Deum, vel ſanctos eius, vt hic. alij perſo
nas hominum, alij facta ipſorum, vt. ſ. c. proxi. & C. ſi quis im-
pera. maledia erit. l. vna. Aut quæris de ſecūdo. ſ. qualiter quod
libet genus puniatur, & tunc aut quæris de maledicēte vel blaſ
phemante Deum, & ſanctos eius, & tunc aut verbo tantum,
2 aut facto. ſi verbo, tunc † Aut quis maledicit ex pertinacia & de
liberatione, & tunc punitur, vt hic dicitur. Et quod dicitur de
blaſphemia in ſpiritum ſanctum Math. 12. qui autem dixerit
contra ſpiritum ſanctum non remittetur. verbum non re-
mittet ſibi neque in hoc ſeculo neq; in futuro. & Mar. 3. Qui
autem blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum non habebit re-
miſsionem in æternum. & recitatur. 25. d. c. qualis. & de pœni.
diſ. 1. §. poteſt etiam. ſecundum Ber. intellige quod non ita de
facili remittātur ſicut alia peccata de quibus ibi, vnde iſte ca-
ſus eſt de pęnitentialibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, de qui-
bus. j. de pe. & c. ſi Epiſcopus. li. 6. quod verum ſecundū Hoſt.
hic de publico, occultum, aut presbyter abſoluere poteſt ſecū
3 dum eum & Ioan. An. poſt eum. † Aut ex neceſsitate vel leuita
te, & tūc veniam meretur. vt. 2. q. 3. paulum. & c. ſi quis iratus.
§. 1. & §. notandū. talis enim venialiter peccat. vt. 25. di. §. alias.
4 in fin. † Aut ex inſania, & tunc miſeratione dignus eſt. vt. C. ſi
quis impera. maledixe. l. vnica. & hoc no. Io. 14. q. 3. c. cū quo.
glo. fi. cum quo concordant Goſ. & Abbas hic. & Archi. 23. q.
5. c. quid ergo. gloſſ. fina. dicentes, quòd ſi quis calore iracun-
dię, vel ex ebrietate, vel dementia linguam contra Deum pu-
blicè relaxauerit, benignius agitur cū ipſo blaſphemante quam
contineat hæc decre. vt in. d. §. notandum. C. de rebus cre. l. 3. ſi
quis imper. maledixe. l. vna. de iniur. l. ſi non conuitijs. Intelligi
tur enim hoc quod hic dicit cum ex deliberatione hoc faciat.
Et tunc refert ſecundum Hoſt. in. ó. §. quod ſunt genera. quia
alij maledicunt principem, alij ſuperiorem ſuum cui ſubſunt
tanquam domino, alij æquales ſibi vel inferiores, vel ſuperiores
non reſpectu ſubiectionis, ſed reſpectu nobilitatis morum,

ſcientiæ,

ſcientiæ, dignitatis, vel ... tarum. Aut ergo quæris de illis qui
maledicunt principem, ſcilicet eccleſiaſticum.i.romanum pon
tificem, qui ſanctus præſumitur donec cõtrarium conſtet.40.
diſt.ca.1.ibi quis enim ſanctum dubitat eſſe quod apex tantæ
dignitatis attollit. vel ſecularem, id eſt, imperatorem, nam hi
duo ſunt, & tunc aut maledicunt verbis tantum, aut blaſphe-
mant de facto opponendo ſe & moliendo in eos, ſi verbis tan
5 tum. † Aut quis maledicit principi eccleſiaſtico, dicendo publi
cè aliqua verba in depreſsionem officij ſui & beneficij, puta di
cendo quòd Papa faciebat multa de quibus non habebat pote-
ſtatem, vel quod non erat dignus papatu, vel quòd dedecora-
bat eccleſiam romanam, quod non bene diſpenſabat, quòd gra
tias vendebat, quod ſymoniacus erat, & tunc arbitrariè puniri
debet per iudicẽ proprium ſi clericus ſit, taliter quòd eius exẽ-
plo cæteri territi contra eccleſiam romanam decetero nõ pro
rumpant, vt.ſ.c.proxi.idem credo & de laico, quia nemo prin-
cipi ſuo detrahere debet. vt.23.q.1.paratus. quod intellige cũ
diſtinctione quæ ſequitur, vtrũ hoc dicat ex leuitate, vel ex in
ſania, vel ex deliberatione. Aut maledicit imperatori, dicen-
do eum perfidum, atrocẽ, vel iniuſtum, vel quid ſimile, & tũc
ſi ex leuitate proceſsit, contemnendum eſt.i.deſpicendum, &
pro contemptu puniendus eſt: quia vt dicit lex lubricum lin-
guæ non eſt de facili, ergo aliquando ad pœnam trahẽdum, vt.
ff.ad leg.Iul.maieſt.l.famoſi.ſed ſi ex inſania ſiue furore ſubau
di non ficto ſed vero hoc dicit, tunc eſt miſeratione dignisſi-
mus.ff.de offi.præſi.l.diuus.de pœnis.reſpiciendũ.& de re mi-
6 li.l.omne delictum.§.fi. † Sed ſi ex deliberatione habita hoc di
cit, tunc eſt remittendus ad principem qui perpendet ex qua
litate perſonarum, vtrum crimen prætermittendum ſit, an ex-
quiri debeat, & puniri ſic intellige.C.ſi qs impera.maled.l.vna.
Et eodem modo dic de maleficio Papæ, hoc excepto, quod nõ
remittitur ad Papam, ſed iudex hoc æſtimabit.vt.ſ.c.proxi.&
de tranſ.c.fin.ſecundum Hoſt. & no.quod qui reiterat conui-
cium ſeu iniuriam non præſumitur ex calore iracundiæ ſed ex
deliberatione dixiſſe.argumentum.C.ad velleianum.l.ſi mu-
lier.vt hoc not.Ioan.2.quæſtione.3.c.ſi quis iratus.gloſſ.fin.
Poteſt etiam dici quod lex locum habeat quãdo priuatim ma-
ledixit, ſed hæc decret.quando publicè, nam in publico non
eſt ludendum tali ludo, maximè inter laicos qui eccleſiæ roma
næ & clericis opido ſunt infeſti.2.q.7.laici.j.de immu.eccle.c.
clericis. Vnde ex hoc punitur clericus etiam ſi dicat hoc luden
do, quamuis laicus non puniretur. vt in dicta.l.vna.quia nõ de-
bent præbere laici malum exemplum.j.de exceſ. prælatorum
quam ſit graue.ſ.de iureiuran. cum quidam, & ſecundum hoc
poteſt exponi.ſ.cap.proxi.ibi vt pœna illius.ſ.clerici maledici
alijs.ſ.clericis & laicis terrorem &c. vt. ſ. de iudęis.ad liberan
7 dum.de cal.c.2. † Si quæris de illis qui blaſphemant ſeu delin-
quunt facto, opponendo ſe, & moliendo contra principes, tũc
dic quod tales incidunt in.l.iul.maie.ff.ad.l.iul. maie.l.1.2.&.3.
& per totum.79.di.ſi quis Papa.6.q.1.ſi quis cum militibus.&
j.de pęnis.c.felicis.li.6.extra de pęnis c.ſi quis ſuadente.in cle.
8 † Si quis maledicit alium ſuperiorem ſuum cui ſubeſt tanquã
domino, quod faciendum non eſt ſiue ſit dominus ſpiritualis,
ſiue temporalis, vt.ſ.de maior.& obed.omnes.de cẽſibus.om
nis anima.23.quæſtione.1.paratus, & maximè cauendum eſt
de ſpiritualibus, quia dijs, id eſt ſacerdotibus non detrahes.ſ.
de maio.& obe.ſolitę.de hęre.cum ex iniuncto.& de vtroque
habes.24.quæſtio.5.c.regum.§. ipſis autem principibus.&.ca.
9 ſeq.tunc talis arbitrarie punietur. † Sed ſi facto coniurationem
faciendo vel conſilium, vel auxilium inimicis dando, degrada-
tio ſequi debet ſine decapitatio, maximè ſi eũ percuſſerit.11.
q.1.conſpirationum.&.c.coniurationum. Dicit etiam quod ſi
clericus contumeliam, aut conuicia Epiſcopo intulerit degra
datus incontinenti traditur curię ſeculari.11.q.1. ſi quis ſacer-
10 dotum. † Si quis maledicit aliquem alium non ſuperiorem ſuũ
quemcunq;, verbo vel facto, quod non eſt faciendum.6.q.1.ex
merito.& duobus.c.ſeq.vnde in pſalmo centeſimo: miſericor
diam & iudicium detrahentẽ ſecreto proximo ſuo, hunc pro-
ſequebar.23.q.4.nimium.&.c.qui peccat. punitur arbitrarie ſe
cundum iniurię quantitatem & etiam qualitatem.& hoc ſi ci
uiliter agatur. Si autem criminaliter extraordinaria pœna offi
cio iudicis maledico irrogatur: inſtit. de iniurijs.§. in ſumma.
11 † Iudicantur etiam tales omnes maledici ſeu detractores in fo
ro pœnitentiali homicidæ.de pęn.diſtinctio.prima homicidio
rum.non tamen ideo quia ita graue ſit crimen detrahere, ſicut
homicida pœna punitur æterna, vnde in euãgelio Matth.5.qui
dixerit fratri ſuo racha, reus erit conſilio, qui autem dixerit fa
tue, reus erit gehennę ignis. Vnde de maledicis dicit apoſtolus,
quod regnum Dei non poſsi... ...a ad Gal.5.&.20.diſtinctio.
§.alias.in fin.de quo planius dicam infra de purga.cano.cum di
lectus.diſtinct.vlti. Hanc pœnam generalem omnes maledici
ſuſtinent, quia infames ſunt, & ab eccleſia extorres redduntur.
6.quæſtione.1.deteriores.& niſi pęnituerint regnum Dei non
poſsidebunt. vt ea. cauſa.&.q. ſumma iniquitas. iſta diſtinctio
quaſi tota ſumitur ex dictis Hoſti.in ſum.eo. tit.§. quot ſunt
genera.&.§.qualiter. vbi etiam commendat hanc decretalem.
Et no.ſecundum Io. And.hic quod decet principem maledi-
cta de ipſo non exquirere, vnde Quintillianus, princeps qui
vult omnia ſcire neceſſe habet multis ignoſcere. & Seneca lib.
de clemen. rex læſus animum in poteſtate habeat, & pœnam
differat donec illam temperet. pro quo.C.de pœnis.l.ſi iudica-
ri.11.q.3.cum apud.

21 **Super eo.c.** Si quæris vtrum maledicere ſit peccatũ.
Aſten.hoc titu. † reſpõdet quod ſic ex ge
nere ſuo, cum ſecundum ſe charitati repugnat qua diligimus
proximum. vnde.1.corin.6.25.diſtin.§.alias.in fin.neque ma-
ledici neque rapaces regnum Dei poſsidebũt, & eſt peccatum
tanto grauius, quantum perſonam cui maledicimus amare, &
revereri tenemur. vnde Leuitici.12. qui maledixerit patri ſuo
23 aut matri, morte moriatur. † Contingit tamen verbum maledi
ctionis prolatum eſſe peccatum veniale, vel propter mali par-
uitatem quod quis alteri imprecatur, vel propter affectũ pro-
ferentis maledictionis verba, dum ex leui motu, vel ludo, vel
ex ſurreptione aliqua talia profert, quia peccata verborum ma
xime ex affectu penſantur. Et ſic Augu. in omelia de purgato
rio ponit inter alia peccata facile vel temerarie maledicere, ſi
tamen talia ducantur in conſuetudinem, poſſunt eſſe mortalia
propter contemptum. hæc Tho. & Alexan. ſecundum Aſten.
& de peccato multiloquij & taciturnitatis vide ibi in titul. ſe-
quen. per eum.

Super eo.c. Verſicu.per temporalem. Si quæris vtrũ
pro eodem delicto poſsit aliquis duplici
vel triplici, vel multiplici pœna puniri, diſtingue addẽdo ad ea
14 quæ dixi.ſ.de accu.c.de his. † Aut delinquens in pluribus offen
dit, & tunc plures pœnas ſentit. vt patet.ſ.de voto & voti re-
dempt.licet. vbi ille Andreas filius regis Vngarię, ſi non adim-
plet mandatum Papæ de quo ibi offendit in pluribus. Offendit
enim ius. vt.C.de fide commiſ.l.fi.& in authen.ibi ſignata hoc
amplius. ideo priuatur hæreditate per idem ius. vt ibi.&.11.q.
ſilueſter. Item offendit Papam cuius mãdatum cõtemnit, ideo
excommunicatur.ſ.de maio.& obe.c.2. Item offendit defun-
ctum patrem ſuum, fidem ſuam violat & ſubtrahit ſubſidium
terræ ſanctæ, non ergo mirum ſi priuetur iure primogenitu
rę, nam & ſola violatio fidei ſufficeret, quia nec merentur rege
re, crimine periurij irretiti.ſ.de iureiurãd.c. querelam. ita not.
Hoſtien.in.d.c.licet.ſuper verbo anathematis.ad idem.j.de re
iudic.cum æterni lib.6. Aut delinquens non offendit in pluri-
bus, ſed in vno tantum, & tunc refert ſecundum Raynald.in
15 ſum.tit.de pęnis.§.9.in ſum.&c. † Aut eſt ſufficienter punitus
vna pœna pro aliquo crimine, & tunc non debet ei pro eodem
crimine alia pœna infligi, quia non iudicabit Deus bis in idip-
ſum, vt dicitur Naum.1.c.13.q.vltimo capit. quæſitum.23.q.
5.quid ergo. & nemo debet duplici contritione conteri.ſ. de
16 iudic.at ſi clerici. † Aut non eſt ſufficienter punitus vna pœna,
vel vna pœna per ſe non eſt ſufficiens ad punitionem delicti,
& tunc poteſt duplici vel multiplici pœna puniri, vt patet.5.q.
6.quia iuxta. vbi ſubdyaconus deficiens in accuſatione dyaco
ni caret officio, ad ſacerdotium non aſcendit infamis, ſic verbe
ribus caſtigatur.&.ſ.de falſa.ad falſariorum. vbi dicitur quod
falſarius degradatus omni beneficio priuatur, & traditur curię
ſeculari vt hic, &.16.q.1.ſtatuimus.17.q.4.attendendum.23.
q.5.&.c.ſi quis domum: quid ergo. vt lit.non cõteſt. quoniam
frequenter.in fi.vbi de hoc.ſecundum Raynal. cuius dictũ po
nit frater Io.in ſum. cõfeſ.tit.de pęnis.q.11.quid ſi aliquis &c.
Vnde Phi.dicebat quod hic eſt ſpeciale in odium criminis, quia
imponitur duplex pœna, ſpiritualis & temporalis. vt.16.q.1.
ſtatuimus.ad idem facit.j.de pœnis.felicis.§. per hoc quoque.
libr.5.& ſub iſto membro poſſes primum membrum compre
hendere & facere duo membra tantum. Et intellige ſecũdum
Goffr.Abb.& Ioan.And. hic quod ſi blaſphemans ſit clericus,
iudex eccleſiaſticus habebit hanc pœnam de qua hic loquitur.
ſi vero laicus, tunc iudex ſecularis. Et quod dicitur hic in fin.
nullam in hoc miſericordiam habituros &c. intelligitur niſi
ex magna cauſa, vt quia perſona nobilis in magna dignitate cõ
ſtituta, quam non decet publicè pęnitentiam agere, peracta eſt
ipſam redimere magno precio diſtribuendo in eleemoſinis.

argumen.

argumen.ǰ.de ſenten.excommuni.c.mulieres.vt pœni.diſtin.
17 4.quamobrem. † qua ex cauſa omnes pœnitentiæ arbitrarie
ſunt.26.q.7.tempora pœnitudinis.& no.ſ.de homicid.ſicut di
gnum ſecundum Hoſtien.& glo.vlti.Bernar.hic ſupple per gl.
ſi.Bern.ǰ.de iniur. obm. cum qua concor. Goffr.hic dicens qđ
ſi plures ſunt vſuales monetę dabitur minor.ſed Hoſtien.dicit
hic quod ſi altera ſit vſitatoris illa dabitur,ſed ibi dicit idem
cum Bern.quod teneas.

1 *Differentiam inter depoſitum,degradatum,& ſuſpenſum.*
2 *Crimina propter quæ quis deponitur.*

¶ De cleri.excom.depoſito vel interdi.miniſt. Rub.

SI quis Epiſcopus. Si quæris quæ ſit
differentia inter
depoſitū,degradatum & ſuſpenſum. † dic quod
depoſitus eſt qui eſt priuatus officio & benefi-
cio non ſolēniter,ſed degradatus eſt,qui vtrique
eſt priuatus ſolenniter,ſcilicet cum inſignia ſunt
ei ablata.11.q.3.Epiſcopus presbyter.Suſpenſus eſt qui eſt pri
uatus vtroque ad tempus non in perpetuum,ſecundum Pet.&
Archid. Quidam tamen dicunt hoc intereſſe inter depoſitio-
nem & ſuſpenſionem,quod inter deportationem & relegatio
nem, vt.ſ.ſicut deportatio eſt in perpetuum, ſic & depoſitio,
& ſicut relegatio ad tempus,ſic & ſuſpenſio,ſecundum Ioā.fa.
Et ſi de hac materia vis habere pinguē noticiam,vide in Spec.
rubri.de accuſ.§.ſecundo loco.hoc no.Arch.1.q.1.quod qui-
2 dem.§.opponitur.gloſſ.2.† Et crimina propter quæ quis depo
nitur vide per Hoſtien.in ſumma de accuſat.§.quis ſit effectus
verſicu.ſed quæ crimina.

1 *Non baptiſatus non conficit.*
2 *Illegitimè ordinatus non conficit.*
3 *Degradatus non conficit.*
4 *Hæreticus ſciſmaticus an conficiat.*
5 *Epiſcopus degradatus an confirmet.*
6 *Depoſitus conficit.*
7 *Suſpenſus conficit.*
8 *Excommunicatus an dicat horas in choro.*
9 *Excommunicatus an dicat horas priuatim.11.*
10 *Pœna non habet immunitatem.*

SI quis presbiter. Ad declarationem glo.
1.Si quæris vtrum preſ
biter degradatus,depoſitus,vel ſuſpenſus celebrās,
1 poſsit conficere corpus Chriſti,diſtingue:† aut talis
nunquam fuit baptiſatus,& non poteſt conficere.vt no.glo.ſ.
de presbi.non bapti.c.2.& Hoſt.poſt eum:quod dic vt ibi, Aut
2 fuit baptiſatus:& tunc † aut nunquam fuit rite ſecundum cla
ues & in formā eccleſiæ ordinatus, & tunc non poteſt confice
re. vt.ſ.de ſum.tri. & fide cap.c.firmiter.§. vna vero.&.ǰ.titu.
proxi.c.vbi de hoc per Ber.in gl. benedicit.& per Goſ.in ſum.
de tēpo.ordi.circa prin. quaſi in.3.co.§.hæc igitur ſit fides tua.
vbi dicit, quod ſi in his forma eccleſiæ nō ſeruet nihil agitur,
quia extra eccleſiam.i.extra formam eccleſiæ non eſt locus ve
ri ſacrificij.vt.1.q.1.extra catholicam. Aut rite ſecundum cla-
ues & in forma eccleſiæ ordinatus, & tūc vt videas opiniones
3 refert. † Aut quæris de gradato actualiter iuxta formam.c.de-
gradatio.ǰ.de pœnis.libr.6.& de illo dicunt quidam quod non
conficit,ad quod facit.50.di.accedēs.in prin.vbi dicit de presbi
tero.&c. & ver.quod ſi ita.ibi ſacri corporis & ſanguinis domi
ni participationem priuatū &c.&.c.vt conſtitueretur.in prin.
ibi ad clericatum redeat &c.c.23.q.8.cleric.ibi,amiſsio ordinis
ſui &c.81.diſt.dictū.in prin.ibi gradu ſmiſſo &c.1.q.1.c.quod
quidam.§.opponitur.in prin. vbi dicit quod depoſito.i.degra-
dato ſacerdote nulla relinquitur ei poteſtas ſacrificandi. & ibi
dicit Goffr.quod talis nec ſibi nec alijs conficit.54.diſt.ex anti
quis.11.q.3.Epiſcopus.&.d.c.degradatio.in fi.Et hanc partem
tenent Io.An.&.Goſ.in ſum.eo.tit.§.fin.& Roſ.& Goſ.hic &
Bar.Brix.9.q.1.in ſum.Idem Goff.hic & Io.ſab.in.§.alleg. op-
ponitur.c.quod quidam.1.q.1. dicentes etiam quod depoſitus
nec alijs conficit,ſuſpenſus vero & ſi non ſibi,tamen alijs con-
ficit,prout recitat Archi.ibi ſuper verbo relinquitur,idē Ioan.
in.c.allega, accedens. Sed in contrarium faciat quod ordinem
non amitit.32.diſtinct.c. præter hoc.§.verum &.c.ad hæc.20.
q.3.eos qui eccleſiæ.de conſec.diſtin.4.oſtenditur.32.q.6.lici-
te. Qui quidem ordo ſemel habitus amitti non poteſt etiam
morte.argu. expreſſum.1.q.1. quod quidem.ver. ſi forte &c.

Vnde vbicunque inuenitur, quod depoſitus non habet ordinē
intelligitur,ideſt executionem vel priuilegium ordinis.vt no.
Hug.& Arc.ibi ſuper verbo integra.& in.c.alleg.accedens. Et
ſic iura pro prima parte alle.denotant tantum priuationē exe-
cutionis non ordinis,vnde ſi conficeret quamuis grauiter pec-
caret,eſſet tamen verum ſacramentum & hanc partem tenet
Goffre.ǰ.c.proxi. & idem innuit in ſumma de tēpo. ordi.iuxta
4 princip.§.allega.hæc igitur ſit fides tua &c.† Vbi dicit quod hæ
re.excommunicati,& ſimoniaci in ordine ſciſmatici depoſiti
ſuſpenſi,vel interdicti vera cōferunt ſacramenta,& verū cor-
pus Chriſti conficiunt, dummodo in forma eccleſiæ gerant.
19.diſtin.ſecundum.1.quæſtio.1. domus declarauit.cap. quod
quidam.hanc etiam ſententiam tenet Io.9.quæſtio.1. in ſum-
ma.& in cap.alle.licite.& Laud. Tan.Ber.Innocen.Hoſtien. &
Ioan.Andr.hic.& Bart.ǰ.titu.proxi.c.2.in gloſſ.benedicit,in fi.
& Gloſſ. & Hoſtien.ibi.& Hoſti.ǰ.de purga.cano.c.inter ſolici
tudines.§.fin.ſuper verbo mucrone.& Theologi præciſe. Vn
de ſecundum Hoſtiē. hic nec Papa nec eccleſia potuit ei ſufer
re poteſtatē illam virtuoſam. Et hoc etiam approbat ipſe Ho-
ſtien.in ſumma eod.titu.§.1.iuxta fi.vbi dicit ſufficere ad hoc
quod cōficere poſsit,quod ſemel rite fuerit ordinatus,vt aper
te dicitur.ſ.de ſumma trinit.c.firmiter.§.vna vero.à cōtrario
ſenſu,quod argu.fortiſsimū eſt.ff.de offi.eius cui man.eſt iu-
riſd.l.1.§.huius rei.Et idem videtur tenere Archi.in.d.c.degra
datio.gloſſ.penulti. dicēs etiam quod idem tenet frater Tho.
quorum ſententiam credo veriorem, licet.Ioan.Andr.videa-
tor ibi in gloſ.fi.primam opinionem tenere.Et ad hoc facit qđ
not. Aſten.poſt Ricar.libr.4.titu.de ſacramento confirmatio-
5 nis.art.6.q.1.† vbi quærit, vtrum Epiſcopi degradati confirma
re poſsint, & dixerunt aliqui quod cum poteſtas confirmandi
fundetur ſuper dignitate quæ Epiſcopo confertur in ſua con-
ſecratione, & illa dignitas ab eo auferri nō poſsit per hominē,
quia dignitatem apoſtolatus omnes apoſtoli quorum Epiſco-
pi ſunt ſucceſſores.21.diſtinc.c.in nouo.34.q.5.mulieri.imme
diate acceperunt à Chriſto,Epiſcopi degradati confirmare poſ
ſunt,licet hoc facere non debeant,quia eis prohibitus eſt illius
poteſtatis vſus.Alij dicunt quod Epiſcopi degradati confirma
re non poſſunt, quia vicario Chriſti conceſſa fuit à Chriſto po
teſtatis plenitudo ordinādi de corpore Chriſti myſtico,quod
eſt eccleſia & eius membris,ſecundum quod exigit ratio re-
cta.Super autem ſuum verum corpus nullam ſibi cōceſsit po
teſtatem,nec etiam ſuper illos qui ſacramentum baptiſmi non
receperūt, quod eſt ianua qua intratur in eccleſiam militātem.
Vnde apoſtolus.1.ad corin.5.quid mihi de his qui foris ſunt iu
dicare.2.q.1.multi. Et ideo quia poteſtas Epiſcopalis directè
reſpicit corpus Chriſti myſticum & eius membra,poteſtas au
tem ſacramenti Euchariſtiæ directè reſpicit verum corpus
Chriſti. & poteſtas baptizandi, non tantum reſpicit illum qui
eſt eccleſiæ membrum ſed etiam illum qui nec eſt nec fuit ec-
cleſiæ militantis membrum, vicarius poteſt ab illo auferre di
gnitatem Epiſcopalem, nō tamen ab homine poteſtatem ba-
ptizandi,nec à ſacerdote poteſtatem conficiendi.ſecus ſi Epi-
ſcopus eſſet ſuſpēſus, quia talis confirmat,& quod poſsit confi
6 cere tenet expreſſe ipſe Aſten.lib.6.tit.de depoſitione in prin.
† Aut quæris de depoſito verbaliter, & talis conficere poteſt
& de tali intelligo quod ſcripſit Goſ.hic,&.ǰ.de cle.non ordi.
mi.c.2.dicens,quod per depoſitionem non tollitur caracteris
poteſtas quo ad confectionem,& ſi executio ordinis ſit ſubla-
ta,ita etiam poſſet intelligi quod not.Ber.ǰ.titu.proxi.c.2.gloſ.
7 bene dicit in fi.& Hoſtien.ibi.† Aut quæris de ſuſpenſo,& con
ſtat quod talis poteſt conficere.

Super eo.c. In gloſſ.quaſi officio ſuo.Si quæris,vtrū
clericus excommunicatus poſsit vel te-
8 neatur dicere horas ſuas,diſtingue, † Aut quæris,nunquid an
poſsit vel teneatur dicere publicè cum alijs in choro ſicut in
ordine ſuo,aut nunquid poſsit vel teneatur dicere priuatim &
per ſe per modum priuati ſuffragij.Si publicè cum alijs,tūc aut
excommunicatus eſt minori excommunicatione tantum, &
tunc, aut eſt excommunicatus quia caſualiter,vel ex negligen
tia, vel ex verecundia communicauit excommunicato, &
tunc poteſt, imo etiam tenetur ſi pro,& ante rationem ordi-
nis vel beneficij tenebatur,non tamen celebrare,nec ſacramē-
ta recipere,vel conferre.vt.ǰ.eo. ſi celebrat.arg. eorū quæ ſcrip
ſi.ſ.quod met.cau.factis.Aut ex contemptu,& tūc ſecus,quia,
propter mortale peccatum etiam ſi occultū ſuſpenſus eſt quia
quo ad ſe,& ſi notorius eſt cōtemptus,puta,quia hoc fecit poſt
& cōtra inhibitionem ſibi factam publicā per iudicem,& hoc
non poteſt aliqua tergiuerſatione celari, & vitare,debet & vi-
tari &

tri & probatur hæc diſtinctio.ſ.de cohabi cleri. & mu.c.ve-
ſtra.&.c.fi. vt not. Hoſtien.in ſum.eod.titu.de ſenten.excom-
munica.§.vlti. verſicu.ſed nunquid ligatus. Idem Goſ.in ſum.
de ſenten.excommu.§.ſed nunquid clericus minori excom-
municatione.& addit dicens,laudo tamen vt prius faciat ſe ab
ſolui quã ſum in officium cum alijs in choro proſequatur.idem
quod Hoſtien.& Goſ.no.frater Io.in ſum.confeſ.titu. de ſen
ten.excommu.q.170.verum ligatus & Aſten.lib.6.tit.de dam.
excommun.arti.2.verſi.nunquid talis. Aut eſt excommunica-
tus maiori excommunicatione, & tunc non poteſt vt hic, &
9 ſ.c.proxi.†Si priuatum,& per ſe,& in modum priuati ſuffragij
non in eccleſia,non ſe ut in ordine ſuo,& tūc Ber.& hoſti.hic
dicunt,& Ber.j.eo.illud.quod poteſt quia & laicus poteſt.arg.
bonum.j.de pœnit.& re.quod in te.Idem no. Ab.eo.tit.c.quod
quidem,imo debet & tenetur,prout ante excommunicatio-
nem,& ſicut ſi excommunicatus non eſſet,38.di.presbyterū
vbi Io.& Archi. hoc tenent. & Archi.3.q.7.c.infames.§.item
in euangelia.ſuper verbo quare. idem Cardi.j.de ſen.commu.
cum medicinalis.§.1.ſuper verbo,ab ingreſſu eccleſiæ.lib.6.&
Archi.de re iudi.cum æterni,§.ſciturus.eod.lib.& Gen.extra
de regula.c.vt profeſſores.ſuper verbo, locū.in clemē.& Guil.
de mon.lau.& Gen,extra de celebra.miſſa.c.graui.ſuper verbo
puritate.in clem. Idem tenet hoſtien.in ſum.eod.tit.§.1.verſi.
& hoc intelligas.& titu.de ſenten.excommu.§.vt.ver.conſue
uit & illud quæri.&.j.eo.illud.dicens etiam quod non debet di
cere,dominus vobiſcum, ſed in modum orationis,ad hoc. 11.
q.3.ſi quis Epiſcopus damnatur.&.c. ſi quis Epiſcopus.in con
ſilio.81.diſtin dictum. Nam ad hanc ſeruitutem obligatus eſt.
vt.ſ.de celebra.miſſa.c.1.à qua propter delictum ſuum ſeu pœ
nam ſuam non fit immunis,16.quæſtio.1.legi.ſ.de iudi.intelle
10 ximus.†Pœna enim non habet immunitatem.ff.de nego.geſt.
ſiue hæreditaria.& de interdi.& rele.l.relegatorum.§.vlti.& in
hoc concordant Ray.& gl.ſuper Ray.in ſum.de ſenten.excō-
mu.& frater Io.in ſum.conſeſ.de ſenten.excōmu.q.174.vtrū
clericus excommunicatus.& ti.de lapſis.q.7.& Aſten.lib.6.ti.
1.de clericatu & tonſura.ad fi. & lib.6.ti.de dam.excommuni.
articu.1.q.nunquid excommunicatus tenetur dicere.& Goſ.
in ſum. de ſenten. excommu.§. ſed nunquid clericus excom-
municatus. vbi etiam ipſe Goſ.dicit idem in ſuſpenſis. Pote-
runt tamen bini vel tres excommunicati vel ſuſpenſi dicere
horas ſuas,ſed excommunicati extra eccleſiam,ſuſpenſi vel in-
terdicti,in eccleſijs etiam interdictis & excommunicatis ex-
cluſis,& voce ſubmiſſa.vt.j.de pe.& remiſ.quod in te. de quo
11 vltimo.dic vt.j.de ſenten.excommuni.alma mater.lib.6.† Ad
hoc concor. Ab.j.de peni.& remiſ.quod quidē.& Io.An.poſt
eum,dicentes quod aliquis dicendo horas ſuas ad quas ratione
ordinis tenetur neceſſario.91.di.clericus. 1.ſ.de celebra.miſ.c.
1.&.c.dolentes.liberatur,ſi excōmunicatus exiſtat,vel in pec-
cato mortali,quando dicit vt ibi plenius dicam.& no.ſecundū
Hoſti.& Io.An. hic quod nedum clerici in ſacris ordinibus cō
ſtituti, ſed etiam in minoribus ordinibus cōſtituti excommu
nicati , ſuſpenſi , vel depoſiti in ſuis ordinibus miniſtrantes,
irregularitatem incurrunt, vt probatur hic in prin.aut alius cle
ricus &c.&.c.proxi.&.c.fraternitati.&.c.poſtulaſtis.§. quæ ſci
uiſtis.j.de re iudi.cum æterni.§.ſciturus.& de ſenten. excom-
mu.cum medicinalis.§. ſi quis autem.&.§.caueāt.lib 6.quæ in
diſtincte loquitur.Idem notant Goſ. Tan.& Ber.ſ.eo.c.1.glo.
1.& Hoſtien.j.eo.illud in fi.& Hoſtien.ſ.de hæreti.c.ſi aduer-
ſus.& hoſtien.& Ioan.And.de exceſ.præla.c.fi.& Archi.in.d.c.
cum æterni.§.ſciturus.ſuper verbo ingeſſerit . lib.6.& in.d.c.ſi
quis Epiſcopus damnatur.11.q.3.ſuper verbo reſtitutionis.&
ſpe.tit.de lega.§.iuxta propoſitionis.vltra mediū. ver. quid de
ſimplici clerico.& frater Io. in ſum.confeſ.titu.de lapſis & di-
ſpen.q.8.& Aſten.lib.7.tit. de forma excommunicandi.arti.2.
verſi.no.ſicut prius.& tit.de pœna excommunica. ſententiam
contemnentis.q.quid de illis, Quid autem ad vnumquemque
ordinem pertinet habetur.15.diſt.perlectis.licet Cardi.contra
in.d.cap. medicinalis.§.ſi quis autem . ſuper verbo, ab ingreſſu
eccleſiæ. Et quod dictum eſt de excommunicatione,intellige
maiori,ſecus minori. vt no. Archid.50.diſt.miror.& dicam.j.
eo.ſi celebrat.

1 *Papa ſolus diſpenſat cum irregulari.*
2 *Papa ſolus diſpenſat cum degradato.*
3 *Epiſcopus an diſpenſet cum depoſito.5.*
4 *Epiſcopus non poteſt ſuam ſententiam retractare.*
6 *Epiſcopus diſpenſat cum ſuſpenſo.*
7 *Princeps ſolus reſtituit famam.*

CLerici. Ad euidentiam glo.ſi quæris vtrū cum
irregulari , vel degradato , vel depoſi-
to,vel ſuſpenſo poſsit Epiſcopus diſpenſare,diſtin-
1 gue.† Aut quæris primo de irregulari , & dic quod
cum tali non poteſt Epiſcopus,ſed ſolus Papa diſpenſare.11.q.
3.ſi quis Epiſcopus damnatur.&.c.ſeq.2.q.5 quæ cauſa.ſecun-
dum Bernar.& Hoſtien.hic & Hoſtien.j.eo.c.prox.&.ſ. de ſe.
ordi.quod tranſlationem.& in ſum.eo.tit.§.fin.idem Spec.tit.
de lega.§.iuxta propoſitionis. verſic.Item no.quod ſuſpenſus.
&.§. nunc de epiſcoporum diſpenſatione.verſic. ſed nunquid
poteſt Epiſcopus.& Arch.50.diſt.miror:& gl.50.di.presbyte
ros.gl.hic patet: archi.in.ca.alleg. ſi quis Epiſcopus damnatur.
11.q.3.ſuper verbo diaconus.&.9.q.2. lugdunenſem. glo.ante
pe.&.1.q.7.niſi rigor: gloſ.ibi contra. Nec obſtat.2.q.5.quan-
to.quia ibi Epiſcopus diſpenſauit auctoritate Papæ,ſecundum. 3
Ioan.And.hic,& Archi.ibi.& de hoc per eum eadem cauſa,&
q.quæ de cauſa.ſuper verbo committimus. Et quod hoc caſu
ſolus papa poſsit diſpenſare,eſt expreſſum.j.de re iudi.cū æter
ni.§.ſciturus.lib.6.vbi hoc tenet Innocen. idem tenet.ſ.de cle
ri.c.1.glo.1.in prolatione. idem Ioan.Andr.j. de cenſi.c.exigit
ſuper verbo ſuſpenſos.lib.6.ad idem.j.de ſenten.excommuni.
cum medicinalis.§.fin.&.c.is qui.lib.6. vbi de hoc etiam tenet
Cardi.& Guil.de mon.lau. & Gen.extra de conſan & affin.ca.
vnico.in clementi . ſuper verbo contrahentes.& Aſten.lib.7.
tit.de forma excommunicandi.articu.2.q. ſed quomodo pro-
babitur. Vnde nō credo ſecundum Vin.j.c.proxi.& Ioan.An.
hic,quod ille qui inſtitutus eſt in curia ad imponendas pœni-
tentias poſsit hic diſpenſare. Tamen Tan.dicebat qđ ſi quis igno
raret ſe ſuſpenſum,& celebrat:Epiſcopus cum eo diſpenſare po-
teſt,quod ſatis poteſt admitti ſecundum Bartol.Brix.cum diſ-
penſet cum ignoranter ſimoniaco.ſ. de ſimo.de regularibus,
qui hoc not.in quæſtione dominicali.quæ incipit,clericus qui
dem ob officio & beneficio. & Archidi.recitat in.d.ca.quæ de
2 cauſa.† Aut quæris de degradato ſeu depoſito,& tunc ſunt opi
niones.vnde Ioan.2.q.6.ideo ſanctæ.1.dicit quod ſi eſt ſolen-
niter depoſitus,ſolus Papa poteſt eum reſtituere , vt ibi, & de
peniten.diſtinctio.6.c.1.in fi.argu.ff.de quæſtionibus.l.1.in fi.
& de pœnis.l.diuus.Secus ſi eſt verbo tantum depoſitus.argu
men.15.q.3. Epiſcopus in ſinodo.&.45.diſt. clericus maledi-
cus.vbi idem tenet Hug. & idem innuit ibi Archi.& idem te-
net Io.50.diſtin.contumaces.gloſſ.fi.in fi.idem ſpe.tit. de ac-
cu.§.2.in fi.ver.ſed quæro quæ ſit differētia.Sed poſtea in ver.
ſed nunquid tot.& in titu.de legato.§.nunc oſtendendum.ver.
nono reſtituit.diſtinguit, aut eſt degradatus ſolēniter & actua
liter, tunc ſi diſpenſatio ſiue reſtitutio petatur de gratia,& ſpe-
cialiter ſolus Papa poteſt diſpenſare ſeu reſtituere, vt in primis
iuribus.Si vero petatur de iure communi , vt quia degradatus
dicit ſententiam contra ſe latam fuiſſe per falſos teſtes,vel fal-
ſa inſtrumēta, vel contra ipſum abſentem ex cauſa probabili,
vel non citatum, tūc Epiſcopus poteſt diſpenſare, vel reſtitue
re,vt in c.alleg.Epiſcop' in Sinodo.in.c.clericus maledicus. &
ibi exponitur, degradetur.id eſt, ſuſpendatur . ad idem.ſ.de re
iudi.cum Bertholdus.in hoc concor.Pe.de ſamp.& Ab.de iu-
3 di.at ſi clerici:& Ioan.And.hic.† Aut non eſt ſolenniter degra-
datus,ſed ſolo verbo depoſitus,& tunc poteſt Epiſcopus reſti
tuere , & diſpenſare.ſ.de iudi, at ſi clerici.ff.de poſtul.l.1.§.de
qua.& idem cū eo ibi no.Ab.in d.c.cum clerici.hoc etiā vide-
tur approbare Ioan.Andr.j.de pœnis.degradatio.ſuper verbo
numero.ad fi. ver.ad.c. Epiſcopus & c. in nouella.lib.6.&.ſ.de
cler.nō reſi.ex tuę.in fi.Sed Io.notat.7.q.1.c.ſi quis presbyter.
gloſſ.1.quod ſi clericus depoſitus eſt pro crimine, non poteſt
reſtitui ab Epiſcopo, vt ibi.ſecus ſi pro contumacia.vt in.d.ca.
contumaces . Lau.vero dicit in.d.c.contumaces vt ibi recitat
Archi.in glo.ſua penult.quod illi,de quibus hic loquitur erāt
ſuſpēſi,& ideo Epiſcopus diſpenſare & reſtituere eos poteſt,
aliàs ſi depoſiti eſſent ſolus Papa reſtitueret eos. vt in.ca.alleg.
4 ideoq; quia Epiſcopus non poteſt ſuam ſententiam retractare.
vt in d.l.1.in fi.ff.de quæſt.ff. de re iudi. apud acta. vel ſenatus,
& hoc vbi lata ſententia tenuit nec aliquod auxilium extraordi
narium reſtitutionem inducit, alias ſecus vt in.c.alleg. Epiſco
pus in ſinodo.&.ff.de mi.l. in cauſæ.ſecūdum Lau.Et quod ſo
lus princeps diſpēſare poſsit cum depoſito , not.Hoſti.in ſum
ma eod.titu.§.fi.& Vin. in c.alleg. at ſi clerici.argumen.de cle
5 ri.non reſi.ex tuę.& Archi.15.quod vlt.c.2.qui.gloſſ.fin.† Ego
vero credo q; cū ſolenniter ſiue actualiter depoſito.i.degrada
to ſolus Papa poſsit diſpenſare,& in hoc concordant Io.hu.&
ſpe.vbi.ſ.Sed in depoſito verbaliter tantum refert, depoſitio
eſt nulla ſeu inualida vel iniuſta , vt quia facta per falſos teſtes,
vel per

vel per falſa inſtrumenta, & tunc poteſt Epiſcopus depoſitum
reſtituere, & cum eo diſpenſare. vt notat Io. & Archi. 11. q. 3.
Epiſcopus in ſinodo. & Ber. & Hoſtien. hic & ſpec. Rub. de ac
cu. §. 1. in fi. ver. ſed nunquid tot Epiſcopi. & hoc per illud. cap.
Epiſcopus. Aut depoſitio eſt valida & iuſta, & tunc ſolus Papa
poteſt diſpenſare ſeu reſtituere. vt, 7. q. 1. ſi quis presbyter. vt
no. Hug. Ber. & Hoſt. hic, & Hoſt. in ſumma ſua. eod. tit. §. fi.
& hoc concordat Lau. in. d. c. cõtumaces. in fi. vt. ſ. patet quod
Papa facit difficulter. vt. ſ. de cler. non reſi. c. ex tuæ. in fi. ſecun
dum Hoſtien. hic poſſet tamen Epiſcopus diſpẽſare cum præ
lato ſibi ſubdito qđ nõ deponeretur. vt. 50. diſt. ſi quis presby
ter. not. huc Archi. 12. q. 2. apoſtolicos quod intelligo quando
non contraxit irregularitatem, alias ſecus: argu. no. per Ber. ſ.
de ęta. & qualita. bunæ. glo. fi. in fi. & ita no. Hoſtien. in ſum. eo.
6 tit. fin. §. fin. † Si quæris de ſuſpenſo, & cum illo poteſt Epiſco-
pus diſpenſare & eum reſtituere, nam reſtitutio ſuſpenſorum
ſpectat ad eos qui ſuſpendunt, vt notãt Io. & Archi. in. c. alleg.
clericus maledicus. idem Hoſt. & Io. An. ſ. de iudi. at ſi clerici.
Et poteſt eſſe ratio diuerſitatis inter degradatum cum quo ſo
lus Papa diſpenſat, & depoſitum in quo diſtinguitur, vt eſt di-
ctum. Nam in degradatione requiruntur plures Epiſcopi, vn-
de ſolus diocęſanus hoc facere nequit, vt legi. & nota. 15. q. 7.
felix. ſ. de tranſla. Epiſcopi. inter corporalia. in prin. niſi in caſu
hæreſis. vt. j. de hęret. ca. 1. lib. 6. ergo nec ſolus reſtituere ſeu
diſpenſare poſſet aduerſus ſententiam ſuam ſeu factum ſuum
& aliorum arg. C. ſenten. reſcin. non poſſe. l. 1. & de pœnis. l. pœ
nam. & ar. eorum, quæ no. ſ. de preben. graue. nec alij Epiſcopi
condegradantes hoc poſſunt, quia non ſunt ſuperiores ſui. ſ.
de iudi. at ſi clerici. Item ratio eſt in depoſito verbaliter & iu-
ſtè, quia talis eſt infamis infamia iuris. 6. q. 1. infames. ff. de his
7 qui no. infa. l. 1. † cõtra quam ſolus princeps vel ſenatus poteſt
reſtituere. ff. de poſtul. l. 1. §. de qua. 2. q. 3. c. Si quidem. §. notan
dum. in fi. vt no. glo. 6. q. 1. in ſum. Et Inno. & Hoſtien. ſ. de tẽ-
po. ordi. c. dilectus. & de re iudi. cum te. & Specu. tit. de lega. §.
nunc de Epiſcoporum diſpenſatione. §. prohibetur. licet con-
trarium videatur notare in. §. fi. verſi. videtur tamen. & gl. 50.
diſt. in. domino ſancto. & 2. q. 3. hinc colligitur. & 16. q. 1. eccle-
ſia habet ſenatum. quæ ratio etiam in degradato locum habet,
vel ſi velis potes, diſtinguere in degradato ſicut dictum eſt in
poſito iuxta opinionem Spec. & Abbatis.

1 *Multitudo diſperſa an excuſet in delictis.*
2 *Multitudo coadunata non excuſat authores in cauſa delicti.*
3 *Multitudini parcitur in cauſa delicti.*
4 *Multitudo ſit numero arbitrario.*

LAtores. Ad euidentiã gl. hic ergo. Si quæris
vtrum, qñ multitudo peccãtiũ ex-
1 cuſet in delictis, diſtingue. † Aut quærit de mul-
titudine ſucceſſiua, ſeu ſeparata, & diſperſa plu-
rium delictorum, vt quia multi multa delicta committunt ſin
gulariter quilibet per ſe, & tunc dic vt dixi. ſ. de tempo. ordi. c.
2 ſane. † Aut quæris de multitudine coadunata ſeu concurrente
ad vnum & idem delictum, & tunc aut quæris de ijs qui magis
ſunt in cauſa delicti, ſeu qui dant cauſam delicto, & illos nõ ex
cuſat multitudo, ſed potius accuſat vt hic in. §. ſi vero. vbi infli-
gitur pœna ſcripta ſecundum Hoſtien. 86. diſtinctione. c. 1. &.
cap. tanta. 24. q. 3. qui aliorum. in authen. vt iudic. ſine quoquo
ſuffra. fiant. §. eos. collatio. 2. vbi gloſſ. ponit tales verſus. Peccã
do peccare docens hic peccat & in ſe, Qui reus eſt & in hos,
quos facit eſſe reos. Eoſdẽ verſus ponit Gen. extra de Pœnis.
c. multorum. ſuper verbo, procurantes. in cle. Vnde Hieron. ad
Ruffum, ſecunda peccantium multitudo patrocinium errori
non parit, ergo illi qui ſunt in cauſa delicti ſunt puniendi, ſicut
dominus, Numeri. 25. mandauit ſuſpendi principes populi pro
peccato multitudinis, & ita poteſt intelligi illud pſalmi. 58. nõ
3 miſerearis omnibus qui operantur iniquitatẽ. † Aut quæris de
alijs qui non dant cauſam delicto, & tunc excuſat multitudo,
vnde hic parcitur multitudini quia non deponuntur niſi ij qui
magis cauſam delicti præſtiterunt. Ad idem. 44. diſt. comeſſa-
tiones. 50. diſt. vt cõſtitueretur. 1. quæſt. 7. quotiẽs. vbi de hoc.
9. q. 1. ordinationes. 23. quæſtio. 4. non poteſt. & c. ipſa pietas.
& in. d. c. ſane. ſ. de tẽpo. ordin. inde Seneca lib. 3. de benefi. pu-
dorem tollit multitudo peccantium, & definit eſſe probri lo-
co commune delictum. Et Ciprianus, ceperunt iura locum da
re peccatis, & cepit licitum eſſe quod publicũ eſt, de quo per
Ioan. ſ. de vſuri. quia in omnibus. ad idem Mathei. 13. vbi di-
cunt ſerui domino de zizania vis eamus & tollamus ea, reſpon
det dominus, nonne forte eradicetis & triticum. Et nota ſecũ
dum Innocentium & Hoſtienſem quod licet iſte text. faciat
mentionem de numero. 40. tamen non eſt in hoc pes figẽdus,
4 immo quo ad faciẽdum multitudinem dic numerum † eſſe ar
bitrarium, conſideratis qualitatibus diuerſarum eccleſiarum.
quid enim ſi in tota diocęſi non ſint niſi 30. presbiteri & om-
nes ſunt excommunicati, vtique ſi hoc ſignificetur Papæ,
numerum hunc temperabit. Igitur hoc arbitrarium eſt ha-
bito reſpectu vbi plures vel pauciores ſunt clerici. quod dic
vt. ſ. de reſcri. ſedes.

1 *Excommunicatus vitet non excommunicatos.*
2 *Excommunicatus vitet excommunicatum.*
3 *Peccandum non eſt ſpe veniæ.*

1 ILlud. §. Illud autem. Hic habes † q
excommunica
tus tenetur vitare non excommunicatos, ſicut ecõ
tra, ſaluo eo quod not. j. de ſent. excom. quod in du
2 bijs. & c. ſeq. & c. ſi. verè. † Item excommunicatus excommu
nicatũ vitare tenetur. argu. in eo quod legi. & not. ſ. de excep.
dilecti. & eo. titu. pia. lib. 6. Cum enim nullus chriſtianus poſſit
ſe in hoc prætextu priuilegij excuſare. j. de ſen. excommu. nul
li. ergo nec prętextu delicti. ar. no. ſ. de don. inter vir. & vxo. &
ſi neceſſe. j. de preben. eum qui. lib. 6. alioquin ſi contrarium di
ceremus, nihil aliud eſſet quam contra eccleſiam & catholicos
approbare, & armare collegium excommunicatorũ, quod nõ
eſt ſentiendum. C. de ſacroſan. eccl. l. qui ſub pretextu. ſ. de hæ
reti. excommunicamus. 1. §. quia vero. 1. §. ſeq. ſecundum Ho-
3 ſtien. & Io. An. Et ad id quod dicitur hic in. §. illud. † q ſub ſpe
veniæ nullus debet peccare. de conſe. diſt. 4. quãdo quis. Io. An.
inducit Senecam, & ſi ſcirem Deos ignoſcituros, homines au
tem ignoturos, adhuc dedignarer peccare. vt no. 15. q. 1. meri-
to. gl. 2. Et ad lucillum epiſtola. 43. ſi honeſta quæ facis omnes
ſciant, ſi turpia, quid refert neminem ſcire cum tu ſcias, & in
mortalibus. nullum peccatorum tuorum conſcium magis ti-
mueris quam teipſum, alium enim fugere poteris, ſed te nun
quam, & Tullius. 3. de officijs. certe ſi Deos hominesque cęla
re poſſemus nil tamen auare, iniuſtè, libidinoſe faciendum eſt.

1 *Electio canonica triplex.*
2 *Electio ſine conſenſu facta non tenet.*
3 *Electio omiſsis ſolennitatibus facta an teneat, & confirmatione
roboretur. 5. 7.*
4 *Confirmatio ſupplet defectum electionis.*
6 *Excommunicatio eſt diſciplinans.*
8 *Excommunicatus an beneficia conferat.*

POſtulaſti. Si quæris vtrũ pręlatus cuius ele
ctio vel prouiſio non fuit cano-
nica, cedere teneatur, & niſi cedat vtrũ peccet, &
vtrum Epiſcopus cum tali ſuper retentione bene
ficij ſic adepti valeat diſpenſare, diſtingue. aut quę
ris de primo. ſ. vtrum cedere teneatur, & niſi cedat vtrum pec
1 cet, & tunc refert † ad cuius euidentiam no. quod canonica ele
ctio ſumitur tripliciter, largè, ſtrictè, & ſtrictius. largè dicitur
canonica quæ ſecũdum ius naturale, quia nulla forma ſeruata
eſt, ſed tamen conſenſus eligentium & electi interuenit. Stri-
ctè, vbi ea quæ ſunt ſolennitate omittuntur, vt quia facta eſt ali
quo contempto, ſed alia omnia quæ ſunt de ſubſtantia interue
niunt, puta ſine quibus nulla eſt electio, vt ea quæ ſunt de for-
ma. ſ. de elec. c. quia propter. Strictius vero, vbi omnia interue-
niunt etiam quæ ſunt de ſolennibus quæ à iura præcipiuntur,
& ſic loquitur. 63. di. c. 1. diſtingue ergo. Aut electio nõ fuit ca
nonica alias, propter viciũ vel defectum perſonæ. Si alias quã
2 propter vicium vel defectum perſonæ, tunc † aut non eſt cano
nica propter ius naturale, & tunc prælatus ſic aſſumptus renũ
ciare tenetur, quia maritus non eſt ex quo mutuus conſenſus
eligentium & electi nõ interuenit. ſ. de ſpon. locum. Per hunc
enim mutuum conſenſum ſpirituale matrimonium quod eſt
inter eccleſiam & electũ, inijciatur. ſ. de tranſla. quãto vnde ſi
deeſt initiũ deeſt initiatũ. ſ. matrimoniũ ſpũale. arg. 1. q. 1. prin
cipatus. hoc totum à verſi. ad cuius euidẽtiam citra no. Inno.
ſ. de elec. quod ſicut. §. ſi autem. gloſ. & ſi contempti ver. cano
nica electio & c. & compoſtellanus poſt eum ibi in gl. 5. verſi.
Item quæritur an prælatus. Et hoc verum intantum quòd ſi
conſenſus eligentium à principio non interuenit, ſequens con
ſenſus non purgabit vicium, quo minus hic aſſumptus ſeu ele
ctus cedere teneatur, imo tenetur cedere dummodo dolus ip-
ſiu

ſius interuenit puta quia fuit intruſus, talis enim executionẽ non habet.16.q.8.ſi quis deinceps &c.ſe. & ideo cedere tenetur.ſ.de renun.niſi cum pridem.§.1. & præterea deeſt puritas in ſibus ingreſſu,quæ in beneficijs deſideratur.t.q.1.ſi quis neque.& no.ſ.de reſcri.ſuper literis.Et ad hoc facit quod no.ſ.de preben.dilecto.in glo.per hoc,ſecundum cõpoſtel.vbi.ſ.idem in hoc vlti.à ver.& hoc verum citra Archi.t.q.t.nullus Epiſco
3 pus gladde hoc tene pro regula &c.t Aut electio non fuit canonica propter formam vel ſolennitates omiſſas,quas ius poſitiuum in electionibus præcipit obſeruari, fuit tamen ſecundum ius naturale canonica,& tunc propter talem electionem aſſumptus,nõ tenetur dimittere beneficium ſic quæſitũ, ſicut condemnatus iniuſtè ad reſtitutionem rei ſuæ quamuis de iure ciuili teneatur,dominus tamen remanet, vnde non peccat retinendo eandem rem ſi non auferatur ſibi de facto per iudicem,vel dari præcipiatur.arg.ff.de iudi.l.Iulianus.Ius enim poſitiuum de forma ſeruanda eſt de regione introductum , inuẽtum enim eſt propter vitandum periculum quod eccleſiæ incurrebant propter lites quas habebãt , quia certam formam in electionibus non habebãt,quæ lites iam ceſſant, poſtquam electus conſecratus eſt, & ſic reditur ad ius naturale quod facile contingit.ff.de pac.l.ſi vnus.§.quod & in ſpecie do is.ſecundũ
4 Innocen.&compo.t Et quod ſi forma canonica ſuit ſeruata in electione,tamen omnia ſupplentur in confirmatione.not. Hoſtié.& Io.An. poſt eum.ſ.de accu.c.prælaturam.& Archi. t.q. 1,ordinationes.gl.2. Sed ipſe Arch.tenet contrariũ.ſ.de elec.c. ſi cui eligendi.gloſ.penul.& vlti.lib.6.per.c.nihil eſt.ſ.de elec. vbi dicitur quod male confirmatus eſt deijciendus , & eſt expreſſum in dicto.c.ſi cui.ſ. quod vbi electio non eſt canonica propter formam canonicam,vel ſolennitates omiſſas quas ius poſitum præcipit obſeruari,non tenet nec corroboratur confirmatione ſecuta.& idem no.Ioan.An.eo titu c.quorundam. gloſ.fin.lib.6.t Quod credo verius ſi electio non fuit canoni-
5 ca propter vitium vel defectum perſonę,vt quia electus tempore quo eligebatur erat ſuſpenſus,vel excõmunicatus,tunc renunciare non tenetur,licet eius electio erat nulla.ſ.de conſue. cum dilectus . Et idem ſi peccato tali eſſet obnoxius,propter quod eius electio eſſet caſſanda.68.diſt.c. ſicut.ſ. tempo.ordi. quæſitum. propter hoc enim reddere nõ tenetur,ſi talet vbi tempore electionis vel ordinationis irregularitatem tacuit.vt. ſ.de corp.vitia.c. penulti. Item, vbi eſſet tale peccatum quod poſt peractam pœnitentiam executionem officij impediret, quibus caſibus ceſſionem ſeu renunciationem debet offerre. ſ.de renun.ſi.cum pridem.§.perſonæ. Nec mireris quod electio quæ fuit nulla tractu temporis, conualeſcit , quia non eſt nulla de iure naturali,de quo dictum eſt.ſ. ſecundum Inno. & Compo.Sed Arch.63.diſt.c.1.gl.tribus modis &c.dicit ꝙ non credit verum quod.ſ. dicitur de excommunicatione per decretalem iſtam in princ.verſi.nec illi &c.vbi eſt expreſſum. & no.j.eod.tit. apoſtolicę.& de hoc.ſ.de ęta.& qualita.cum bone.dicit Ioann.An.hic quod dictum Compo.non patitur hæc decre.Vnde Goffr. notat hoc quòd beneficia quæ ſunt collata tempore excommunicationis,poſt excommunicationem retineri non poſſunt,quia excommunicatus titulum nõ recipit. & ideo etiam abſolutus nõ retinet, quod in excommunicatione inefficaciter recepit,niſi cum fuerit diſpẽſatum,vt hic,quã diſpenſationem facere poſſunt Epiſcupi.vt no. Ioan.Gof. Vincen.& Inno.ſ.de temp.ordi.c.dilectus.Pet.de ſamp.j.eo.ſi celebrat.argu.ſ.de iudi.at ſi clerici.de eo qui fur.ordi.recepit.c.t. & de ſen.excom. nuper.& Spec.ſ.de lega.§. nunc de Epiſcopo rũ diſpenſatione.in prin.ver.16.Licet Io.de Deo,dicat in hoc ſolum Papam diſpenſare poſſe,quod non eſt verum, niſi forte fuiſſet auctoritate apoſtolica propter eius contemptum excõmunicatus.vt.ſ.de ætat.& qualit.c.cum bone.vbi no.Ber.Epiſcopum diſpenſare cum eo qui ſuſpenſus recipit beneficium, ſecundum Spec. Sed ſi beneficium ſit quæſitum ante excommunicationem,putat ipſe Gof.per excommunicationẽ amitti titulum,vnde tunc fructus non recipit.ſ.de appel.paſtoralis.ad hoc.3.diſt.præter hoc.ſed accedente abſolutione titulus ipſo iure recuperatur.15.q.6.nos ſanctorum.&.c.iuratos. ſecundũ Gof.& Archi.vbi.ſ.Et prædictam opin.Ioan.Goff. Vincen.In no.Spe.& Archi.ſ.quod Epiſcopus diſpenſat cum illis qui excommunicati beneficia receperunt.dicit Guil.de mon.lau.ex tra de relig.do.c.t.ſuper verbo fortius.in cle.veram eſſe etiam ſi titulum à Papa habuerint,cum defectus ibi non interueniat ex parte tituli , vel quamuis alia cauſa quæ reddat ipſam collationem nullam,ſed potius ex parte inhabilitatis perſonę,cuius diſpoſitio iudicando ſeu diſpenſando ſeu alias, Epiſcopo relinquitur.vt.ſ.de maiorita.& obed.c.ſolitas . & ex quo Papa ipſam ſibi expreſſe non retinuit. retinuiſſet enim ſi voluiſſet,ſicut ſecit in excommunicatis ordines recipientibus. vt.j. de ſen. excommunic. cum illorum. & in alijs quæ impediunt executionem poſt peractam pœnitentiam.de quibus.ſ.de renun.niſi cum
6 pridem.t Quia excommunicatio non eſt eradicans ſed diſcipli nans, nec debet excedere contumaciam , iuxta illud ius reddit in idem &c.ſ.de conſti.ex literis.& de elect.quia diligentia.& hæc vera videntur in ijs quæ motu Papæ,vel ordinarij excommunicato cõferuntur. ſecus ſi per reſcripta vel literas impetrat ab ipſis maximè vacatura,quia ſi talis taciturnitas vitiat literas ad lites. vt.j.de reſcrip.c. ipſo iure.lib.6. multoſertius ad gratias.vt.ſ. de reſcrpt.ad audientiam.ſecũdum Guil.de mõt. lau.vbi.ſ.licet ſint multa ſparſa, vt videant opiniones . Credo finaliter qđ ſi electio, vel collatio,vel prouiſio ſit nulla ſeu non canonica propter formam non ſeruatam de iure naturali vel de iure poſitiuo,vel alias,quam propter vitium vel defectũ perſonæ, quod non corroboratur per confirmationem ſequentem,per.c.allegat.nihil eſt.&.c. ſi cui eligendi. quia quod nullũ eſt, confirmari non poteſt.j.de reg.iu.c. non firmatur.li.6.pro hoc ſ.de elect.cum inter canonicos. verſi.poſt hæc melius. in c.cum dilecti.§. metropolitanus. iuncto.§.ſi vero,per eorum.
7 vbi eſt caſus. t idem credo ſi non ſit canonica propter vitium vel defectum perſonæ,vt.ſ.de elec.c. cum terra.ver.quod ſi in perſona. vt dicitur caſus de vtroq;, tã de vitio ſeu defectu formæ,quam de vitio ſeu defectu perſonæ.Ibi enim dicitur quòd ſi in perſona fuerit vel in electionibus,modo peccatum , electores tamdiu in electione diligentiam inquiſitionis apponãt donec vacanti eccleſię de perſona congrua valeant prouidere, quod tamen non poſſent ſi ſuperior primam electionem non canonicam confirmaret, & eſſet verum dicere quod dicta electio per ſuam confirmationem roboraretur . Fallit in Papa cõfirmante, ſi confirmet ex certa ſciẽtia & ſuppleat omnia ex plenitudine poteſtatis.ſ.de elec.c.illa quotidiana.cum ibi no. Hẽ non eſt forte verum quod dicunt prædicti doctores hic quod Epiſcopus poſſit cum excommunicato diſpenſare niſi ius eligendi,conferendi, vel prouidendi de illo beneficio iure deuoluto,vel alias ad ipſum pertineat pleno iure , & quod tali nunc habili de nouo conferat . & ſic haberet ex iſta noua collatione non ex prima.per.c.alleg.cum terra.&alia.ſ.alleg.Licet Hoſt. dicat hic,quod ſi Epiſcopus poteſt abſoluere à ſententia excõmunicationis,tunc poterit cum eo diſpenſare,alias non,ſed ſolus Papa.ar.ſ.de offi.ordi.paſtoralis.§.præterea.j.de ſenten.excom.c.à nobis.2.&.§.&.c.cum illorum. t.reſponſo.§.penul.& cuius primum membrum non probatur aliquo iure, imo ipſemet cõtradicit.j.c.proxi. ſuper verbo excuſatores.vt ibi dicã in verſi.niſi forte. & etiam Ber. ibi in glo.2.circa mediũ verſi. ſed non credo &c.& maximè vbi excommunicatus haberet titulum à Papa, nam forte Papa conferret alteri non obſtante tali diſpenſatione Epiſcopi, licet Guil.de mon.lau.cõtradicat:
8 ſ.cuius ratio parum mouere debet,vt.ſ.patet.t Et vtrum excommunicatus poſſit conferre beneficia , vide per Ber.ſ.de conſue.cum dilectus.& de concel. præben.quia diuerſitatem. &.j. de exceſ.præla.ca.fina. & eſt caſus quod no.j.ne ſede vac. cap.vnico.2.reſponſio.lib.5.

1 *Abſolutio, exco.an probetur per communicationem in eccleſis, vel menſa factam.*

2 *Opinio benignior præferenda.*

Propoſuit. Si quæris vtrum ſufficiat excõmunicatio ad probationem abſolutionis ſuæ probare,quod excommunicans poſt excommunicationem eidem communicauit in ec-
1 cleſia & in menſa.t Quidem vt Ber.& Inn. hic dicunt ꝙ non, quia ſeruanda eſt forma in abſolutione, & ideo non videtur ſufficere communicatio prælati.j.de ſenten.excom. cum deſideres.§.1.ſed alij contra.poſſet dici ſecundum Hoſtiẽſ. quod prima opinio vera eſt in facto recẽti,in facto vero antiquo poſſet habere locum ſecunda opinio. argu. in eo quod legi. & no. per Hoſti.ſ.de preſum.illud.de ſimo.licet Heli.j.de cõceſ.pre ben.qui in cunctis.§.1.in h.lib.6. Vel dic,quod licet talis excõmunicatio prælati excuſet participantes. vt.ff.de offi.preto.l. Barbarius ad macedo.l.3.1.reſponſo, ipſum tamen excommunicatum nõ excuſabit ſi aliquid petat vel lucrari intendat,imo omnino ſibi obſtabit exceptio , niſi aliud probet quantumcunque ſit factum antiquum, & imputet ſibi ſi de abſolutione ſua literas,vel inſtrumentum non habuerit, vel habitũ amiſit.arg. in eo

in eo quod leg. & not. ſ. de offi. deleg. cum in iure. Hæc vltima
2 opinio rigidior & iuſtior videtur. † prima tamen æquior &
benignior eſt, & ideo prout bonus iudex arbitrabitur præfe-
renda, vt patet in eo quod leg. & not. ſ. de tranſac. cap. ſi. ſecun-
dum Hoſtien. & Io. An. poſt eum.

1 *Geſta excommunicati ignorantis ſe ita eſſe, & occulti, valent.*
2 *Geſta per ſcientem ſe excommunicatum, non valent.*
3 *Excommunicatio an per epiſtolam liget abſentem.*
4 *Excommunicatus ſi moriatur antequam ſciat ſe eſſe talem quo-
ad Deum liberatur.*
5 *Participans cum occulto excommunicato, an ſit excommuni-
catus.*

APoſtolicæ. Ad euidentiam gloſ. 2. Si quæ-
tis vtrum facta, ſeu geſta per
excommunicatum occultum valeant, & teneant, &
habeant roboris firmitatẽ, & quando excommuni
catus per epiſtolam vel alias in ſua abſentia ligetur, & vtrum ſi
moriatur antequam ſciat ſe excõmunicatum, ſit liber quo ad
Deum, & vtrum cum tali ſcienter participans ſit excommuni
catus, diſtingue. Aut quæris de primo. ſ. vtrum facta ſeu geſta
per eum valeant, & teneant, & tunc refert ſecundum Hoſti.
1 hic, aut ignorat ſe excommunicatum, aut ſcit. † ſi ignorat, tunc
aut eſt omnino occultus, ita quod nec conuinci poteſt, nec cõ-
ſcientia ipſum remordet nec alios, quia de ſentẽtia nihil eſt au
ditum, & tunc quantum ad ea quæ facit, vel de ipſo fiunt, eſt
excuſatus, tam in iudicio quam extra, & ſuſpenditur effectus
excommunicationis. arg. de conſe. diſt. 4. ca. 2. inſt. de excep. §.
præterea. Sic & effectus interdicti ſuſpenditur. ſ. de ap. dilectis
§. 1. & effectus abſolutionis. 2. quæſtio. 5. quando. Aut poteſt
conuinci, ſed tamen non fuit ſententia publicè lata, nec ipſe de
nuntiatus, & tunc idem, niſi forte ſit talis actus qui non cadit
in excommunicatum vel ſuſpenſum, ſicut eſt eligere, vel eli-
gi, ſecundum Ber. & Hoſti. & Ioã. And. hic, ſicut ſacramenta
eccleſiaſtica conferre vel recipere, vel alia ſpiritualia pertracta
re. arg. ſ. de appel. paſtoralis. ff. ſi certum peta. l. eius qui. Nã veri
tate comperta apparet retro electionem nullam, vt patet in eo
quod legi. & no. ſ. c. proxi. De ſacramẽtis vero intelligas quod
nulla ſunt quantum ad executionem, niſi diſpenſetur cum eo,
vt leg. & no. ſ. de ordi. ab Epiſcopo qui re. epi. c. 1. & 2. alias au-
tem vera ſunt ſacramenta. vt patet in eo quod legi. & not. ſ. de
ſciſma. c. 1. quandoq; etiam iudicia denegantur, & extraiudicia
lia conceduntur, quod dic vt leg. & nota. j. de ſen. exc. c. ſolet. §.
2 ſi. li. 6. † Si excommunicatus ſciat ſe excommunicatum, tunc
quantuncunq; occultus ſit, ſi rem pertractet ſibi prohibitam
reus eſt quo ad Deum, vt patet in eo quod leg. & no. ſ. de coha
bita. cleri. & mulie. c. fin. ſ. eod. cap. illud. § fina. in fine. j. de ſen.
3 excom. à nobis. 2. ſecundum Hoſ. & Io. An. † Aut quæris de ſe
cundo, ſ. quando excommunicatus per epiſtolã vel alias in ſua
abſentia ligetur, & tunc dicunt Ber. & Hoſti. hic, quod poteſt
diſtingui vtrum intẽtio excommunicatoris fuit quod ſtatim
ligaretur, & tunc ſtatim eſt excommunicatus, ſed non obeſt
illi douec ad ipſum perueniat, vt dictum eſt & argu. 4. q. 5. c. 1.
ibi ex quo literas accepiſſe conſtiterit. & ff. manda. l. ſi mãdaſ-
ſem. vel non fuerit talis excommunicatoris intentio, & in hoc
caſu cum literas recepit, & non ante eſt ligatus, ſic diſtinguit. l.
in ſeruo manumiſſo per literas. ff. de acquir. poſ. l. qui abſenti.
& l. ſi quis. 6. §. differẽtia. ff. de concel. præben. quia in cunctis.
§. ex parte & §. ſeq. & adde quod ibi no. per Hoſti. & per Car-
din. ſuper verbo euidenter. & quod not. Archi. 32. diſt. propo-
ſuiſti. gl. adde ſed contra extra &c. ſed Bart. Brix. 2. q. quanto. ſu
per verbo epiſtolam. dicit, quod ſtatim eſt excõmunicatus, li-
cet ignorans, quia ſententia excommunicationis ſtatim trahit
ad ſuam executionem, per. c. paſtoralis. ſ. de appel. licet non pu
niatur, cum ingerit ſe communioni hominum antequã ſciat.
ſ. eo. illud. & idem in abſolutione ſecundum Archi. in d. c. quã
to. glo. penu. vbi Ioan. ponit opinionem iſtam Ber. & Hoſt. di-
cit tamen, quod probabilius eſt dici quod excommunicatio
non ligat niſi tempore ſcientiæ, ſicut nec lex. 3. diſtin. leges. 82.
diſt. propoſuiſti. nec ſententia. 2. q. 6. §. biduum. ¶ Ego Henri
cus credo prædictam diſtinctionem Ber. & Hoſti. eſſe veram
in caſu vbi apparet ſeu apparere põt de intentione excommu
nicatoris, in caſu vero dubij credo veram opinionem Ber. &
Archid. ſ. quod ſtatim ſit excommunicatus. Et eſt ratio, quia
excommunicatio non infligitur niſi propter peccatum mor-
tale præcedens. 61. q. 3. nemo Epiſcoporum. cum concor. per
quod peccatum mortale iam ligatur, & excommunicatus eſt,
quo ad Deum, & eccleſiam triumphantem. Nunc ita eſt quod
eccleſia militans ſemper quantum poteſt, ſequitur ſcientiam
eccleſiæ triumphantis, & eidem ſe conformat tam in ligando,
vt notauit Io. de Deo. & Archi. 24. q. 2. in ſum. glo. ſi. quam etiã
in ſoluendo. j. de ſen. excom. à nobis. 2. ver. vnde quantumcun
que. ibi, poteſt tamen & debet &c. ergo ſtatim ligatus eſt per
4 excommunicatorem ſeu eccleſiam militantem. † Aut quæris
de tertio. ſ. vtrum ſi moriatur antequam ſciat ſe excommuni-
catum ſit liber quo ad Deum, & dic quod ſic, excommunica-
tor debet eum poſt mortem abſoluere ſecundum Ber. quod
verum, dummodo ſigna pœnitentiæ appareant in eo de pec-
cato mortali pro quo excommunicatus fuit, quia nec pro alio
5 eſt ferenda. 11. q. 3. nemo. ſecundum Hoſtien. † Aut quæris de
quarto. ſ. vtrum cum tali ſcienter participans ſit excommuni-
catus. & ſcripſit Ber. hic quod ſic. tu vero dic melius vt dicam
poſt Hoſ. j. de ſent. excõ. cũ non ab homine. & c. nuper. diſ. 4

1 *Ignorans ſe excommunicatum ex violatione cenſuræ non ſit ir-
regularis.*
2 *Excommunicatus nulliter non ſit irregularis ex violatione
cenſuræ.*
3 *Excommunicatus poteſt officium temporale exercere.*
4 *Excommunicatus poteſt facere quæ non ſunt deputata officio
ſpirituali.*
5 *Excommunicatus per aſſiſtentiam in diuinis officijs non ſit irre
gularis.*
6 *Excommunicatus officiando ſine apparatu, non incurrit irregu-
laritatem.*
7 *Cenſura eccleſiaſtica triplex.*
8 *Excommunicatio duplex.*
9 *Excommunicatus officiando cum apparatu ſit irregularis.*
10 *Suſpenſus diuinis ſe immiſcens, an irregularitatem incurrat. 12.
14. 16. 18.*
11 *Irregularis iudicari non debet niſi vbi expreſſum inuenitur.*
13 *Regularitas de iure canonico introducta.*
15 *Solemnitas in abſolutione neceſſaria.*
17 *Simoniacus quando ſit ſuſpenſus.*
19 *Interdictus diuinis ſe immiſcens, an irregularitatem incurrat.*
20 *Presbiter excommunicatus, ſolẽniter baptizans ſit irregularis.*

SI celebrat. Si quæris vtrum, & quando, &
qualiter excõmunicatus, vel ſu-
ſpenſus, vel interdictus, durante excommunicatio-
ne, vel ſuſpenſione, vel interdicto celebrans, aut di-
uinis ſeu eccleſiaſticis officijs ſe immiſcens irregularitatem in
currat, & generaliter vtrum quando & qualiter ex violatione
cenſuræ eccleſiaſticæ irregularitatem quis incurrat, diſtingue.
1 † Aut quæris de ignorante probabiliter ſe excommunicatum,
ſuſpenſum, vel interdictum, & talis celebrãs vel immiſcens ſe
diuinis non eſt irregularis. arg. de excommunicato. 11. quæſti.
3. ſi quis Epiſcopus damnatur. & c. ſi quis Epiſcopus in conſi-
lio. De ſuſpenſo, & interdicto patet in eo quod leg. & no. ſ. eo.
apoſtolicæ. 1. reſpon. ſ. de poſtu. præla. c. 1. vnde & in excom-
municato requiritur contemptus ad hoc, vt irregularitas con
trahatur, quod euidenter no. illa. ca. ſi quis Epiſcopus damna-
tur. ſi quis Epiſcopus in conſilio. & in ſuſpenſis. vt in. c. apoſto
licæ. ſecundum Innoc. & Archi. qui hoc not. j. de ſen. excom.
cum medicinalis. §. 45. gl. penul. li. 6. & Archid. in. c. alleg. ſi quis
Epiſcopus damnatur. glo. 2. & Innoc. j. de ſent. excom. cum il
lorum. glo. 1. & Hoſti. & Ioan. An. poſt eum ibi. Aut quæris de
ſciente ſe excommunicatum, ſuſpenſum, vel interdictũ, quia
ſicut excommunicati ſunt excluſi à diuinis, ita & ſuſpenſi &
interdicti, vt in. d. c. cum medicinalis. vbi hoc no. Arch. dicta
glo. penulti. Vel de ignorante craſſa & ſupina ignorantia, quæ
pia reputantur quo ad hoc, vt in. cap. allegat. apoſtolicæ. in fin.
2 † Et tunc aut ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel
interdicti eſt nulla, de quo vide plures caſus per Card. & Io.
An. j. de ſen. excom. præſenti. lib. 6. & tunc non efficitur irre-
gularis, vt eſt expreſſum. ſ. de appel. ad præſentiã. & c. dilectus:
in fi. j. de ſen. excõ. ſolet. in fin. & c. licet. lib. 6. Et hic in ſenten-
tia excommunicationis. no. Inno. in. c. alleg. ad præſentiam. vt
ibi no. Inno. & Guil. in ca. alleg. licet, ſuper verbo euitari. & Io.
An. in nouello, dicentes ẽt, quod licet talis ab alijs ſit vitandus
vt ibi, ipſe tamen non debet ſe gerere pro excommunicato. vt
in c. alleg. ad præſentiam. Nam ſecundum veritatem talis non
eſt ligatus, ergo ſi celebrat, ex hoc pœnam non incurrit ad hoc
eſt ligatus

eſt ligatus,ergo ſi celebrat ex hoc pœnam non incurrit.ad hoc
11.quæſtio.3.nun debet.&.c.illud plane. Sed contra iſte inge-
rendo ſe diuinis videtur contemnere ſententiam ſui paſtoris,
& ſic ex hoc ligari.11.q.3.c.audi.§.cum ergo.24.q.3.ca. notan
dum. dic quod ibi,& in ſimilibus loquitur de iniuſta ſententia,
quæ & ſi non liget apud Deum,ligat tamē apud eccleſiam: ſed
ſententia quæ eſt nulla non ligat etiam apud eccleſiam: licet
quandoque de facto tolleretur.vt leg.& not.ſ.de teſti.dilecto.
& in prædicto.c.ad præſentiam.ſecundum eos.Aut non eſt nul
la ſed iuſta vel iniuſta, de quibus idem quo ad hoc per ea quæ
3 not.Io.in ca.alleg.non debet glo.1.† & tunc aut quæris de illo
qui immiſcet ſe officio temporali nulli ordini deputato,ſeu
quod non competit ratione alicuius ordinis vt eſt officium
magiſtri ſcholarum aduocati,tabellionis,iudicis, vel bene di-
centis menſam, vel legentis lectionem in menſa, & idem de
alijs officijs temporalibus,vel ſecularibus,& talis non eſt irre-
gularis vt no.plene ſpec.titu.de lega.§.iuxta propoſitionis.ver
ſicu.quid de officijs.& verſicu.ſequen.& Hoſtien.& Io.Andr.
ſ.de hæret.c.ſi aduerſus.& Io.An.& Guil.de mon.lau.& Gen.
extra de magiſtris.ca.2.ſuper verbo ſuſpenſum. in cle.& frater
Io.in ſum.confeſ.rubrica de ſent.interdicti.quæſtio. 253.quid
de aduocatis & duabus quæſtionibus.ſeq.& Bern.Hoſt.Cardi.
Ioan.And.in dicto.c.cum medicinalis.& Aſten.libr.7.titu.de
pen.excommunicati.q ſed nunquid excommunicatus. verſic.
videtur autem. licet Inno.& Abbas contra in magiſtris ſcho-
larum.j.de exceſ.prælat.c.fin.in principi. in alijs verò concor-
dant ibi:& ibi etiam Ioan.And.tenet primum. Aut immiſcet
4 ſe officio, eccleſiaſtico, & ſpirituali. † & tunc aut facit ea quæ
non ſunt alicui ordini vel officio deputata, vel à iure vel à con
ſuetudine,vel à cōſtitutione eccleſiæ,vt ſi cātat reſpōſoria, vel
legit lectiones,& tunc non eſt irregularis.Vnde videtur quod
ſi in aliqua eccleſia ſit conſuetudo,quod quiſq; ſine diſtinctio-
ne ordinis ligat epiſtolam,vel portet cereos, vel quid aliud per
tinens ad aliquod officium faciat,non erit irregularis qui illud
officium facit.Conſuetudo enim attenditur in ſacris & in ec-
cleſiaſticis officijs.vt ſ.de celebra.miſ.c.perniciuſus. ſecūdum
Innocen,Hoſtien.Ioan.And.& Specu.Idem de excommunica
tis,ſuſpenſis,vel interdictis,qui recipiunt aliquem in canoni-
cum,quòd facere poſſunt.ſ.de reſcript.cap.capitulum. & not.
Bern.Innocen.& Hoſtien.ſ.de præben.pro illorum. gloſſ.pen.
Idem de religioſis mendicantibus ſuſpenſis à receptione quo
rumlibet ad profeſſionem ſui ordinis, iuxta.c. non ſolum.§.fi.
j.de regula.libr.6.quia tales propter hoc non ſunt irregulares,
per præmiſſa.& hoc not.Ioan.Andr.ibi ſuper verbo ſuſpenſos
in nouella.licet Hoſtienſ.in hoc vltimo contrarium tenere vi-
deatur.j.de re iudica.cum æterni.libr.6.& malè. Aut facit ea
vel ſe immiſcet ijs,quæ ſunt certo ordini deputata:& tunc aut
5 intereſſendo diuino officio tantum:aut officiando tantum. †
Si intereſſendo tantum: tunc aut hoc facit ex ſimplicitate vel
deuotione non ex contemptu,& tunc non eſt irregularis. Aut
hoc facit ex contemptu maximè faciendo celebrari, & aucto
ritatem præſtando,& tunc eſt irregularis.vt.ſ.ca.illud.§. fina.
vbi hoc no.Hoſtienſ.& j.de exceſ.præl.ca.fin. ipſe enim con-
temptus maximè auctorizabilis hanc irregularitatem indu-
cit.arg.ſ.eo.c.a.hoc etiam innuit mens illius verbi viulauerit,
quod ponitur in d.c.fi.nam quandam violentiam innuit. vt.ff.
de procura.quæ omnia.vt nota.Hoſtien.ibi,& Ioan.And.poſt
eum,& Specu.in §.alleg.iuxta verſicu.quid ſi diuino officio.&
Archidya.in d.c.cum medicinalis.gloſſ.penulti.lib.6.& etiam
ſuper verbo,& diuinis.Et concordat quod ipſe Archidya.not.
6.diſt.teſtamētum.vbi dicit,quod minus eſt audire diuina quā
celebrare: & quāuis quis ſit remotus vel ſuſpenſus à celebran-
do,non propter hoc intelligitur remotus vel ſuſpenſus ab in-
tereſſendo diuinis,arg.efficax.in d.c.teſtamentum. & 12.q.2.
de viro.verſicu.tertio vero.30.q.2.de ijs.&.c.latorem. de con-
ſecra.diſtinctio.4.eos quos.concordat etiam frater Ioan.Rub.
de ſentētia interdicti.q.251.qualiter vel in quo &c.vbi de hoc
ſi officiando in ijs,quæ ſunt certo,& ſuo ordini deputata,ſicut
ſubdiacono legere epiſtolam,& accolito portare cereos, & ſic
de alijs ſimilibus.23.diſtinctio.ſubdiaconus.&.c.ſequen.25.di
ſtinc.perlectis.& 21.diſtincti.cleros. Tunc aut immiſcet ſe di
cendo horas ſuas per modum priuati ſuffragij tantum,non au
tem ſolenniter cum alijs,& talis propter hoc non eſt irregula-
ris.arg.j.de pœni.& remiſ.quod inte.vt no.Bern.ſ.eo.c.a.glo.
quaſi officio ſuo.imo quod plus eſt ad eas dicendas tenetur,vt
ibi dixi. Aut immiſcet ſe celebrando ſeu officiando in ſuo ordi
ne ſacro,vel non ſacro,aut horas in eccleſia cum alijs decantan
6 do † & tunc aut hoc facit ſine apparatu:& tunc non eſt irregula
ris,vt no.Innocen.& Hoſtien.& Io.And.in d.c.ſi.glo.1.in fin.j.
de exceſ.præl.& Abbas ibi & Spe.in §.allega.iuxta propoſitio-
nis verſicu.quid ſi diaconus.& verſic. quod conſtitutus &c.&
Aſten.libr.7.titu.de pœna excommunicati ſententiam cōtem
nentis.quæſt.quid de illis.& titu.de pœna excommunicati.q.
ſed nunquid excommunicatus. Vnde ſi presbiter, diaconus,
ſubdiaconus,vel accolitus, ſeu alius in minoribus conſtitutus
ordinibus excōmunicatus legit epiſtolam in miſſa priuata nō
eſt irregularis,ex quo ſine ſolennitate facit cum etiam à laicis,
quandoq; legantur epiſtolę,& lectiones in miſſa de conſuetudi
ne.Et idem iuris eſt ſi miniſtret ſacerdoti ad altare portando vi
num,& aquam & lumen & huiuſmodi,ſecundū Spec.& Aſtē.
ibi.Aut hoc facit cum apparatu:& tunc aut quæris de excom
7 municato,aut de ſuſpenſo aut de interdicto † quia iſta tria ſcili-
cet excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum appellatione
8 cenſurę eccleſiaſticæ continetur.vt.j.de verbo.ſig.quærenti.†
Si de excommunicato,tunc aut de excommunicato maiori ex
communicatione.aut excommunicato minori excommunica
tione,quia in has duas ſpecies excommunicatio diuiditur.3.de
9 ſen.excom.ſi quem.† Si de excommunicato maiori excommu
nicatione,dic ꝙ eſt irregularis,& deponendus ſiue ſit excom-
municatus ab homine,ſiue à canone ſm Inno.& Hoſtien.hic.
idem Spec.in §.alleg.iuxta verſicu.vt autem in hac materia vbi
ponit totam gloſſ.Innocen.hic pro hoc.ſ.eo.c.1.& 2.&.c.cle-
rici.&.c.latores.&.ca.illud.11.q.3. ſi quis epiſcopus damnatur.
&.ca.ſeq.à qua irregularitate ſolus Papa abſoluere poteſt. vt.j.
de re iudi.c.cum æterni.§.ſciturus.lib.6.& de ſent.excom.c.cū
medicinalis.§.ſi quis autem.& §.vltim.eod.lib.quod dic vt di-
xi ſ.eo.clerici. Et præmiſſa intellige ſiue excommunicatio ſit
iuſta,ſiue iniuſta,quæ etiam timenda eſt.vt.11.q.3.c. ſentētia,
vt nota.Hoſtien.in ſum.eod.titu.§. quis ſit eius effectus. verſ.
hæc omnia.& ver.ſeq.Si de excommunicato minori excōmu-
nicatione,tunc dic quod talis licet grauiter peccet, non tamen
eſt irregularis tali irregularitate ſuper cuius diſpenſatione ne-
ceſſe ſit recurrere ad ſedem apoſtolicam vt hic.j.reſponſo. Sed
5 Inn. hic, † ſi quæris vtrum, & quando ex violatione cenſurę ec
cleſiaſticæ quis irregularitatem incurrat, diſtingue vt dixi. ŝ. de
cle. excom. mi. ſi celebrat. Et not. quod dicit Ber. hic in gloſſ.
iſta no. quod qui non ſeruat &c. ver. quidam dicunt &c. quod
excommunicatus beneficia conferre non poteſt. Et idem not.
Ber. de ſuſpenſo ab officio, hic in prin. &. ŝ. de conſue. cum dile
ctus. de concel. præben. quia diuerſitatem. in hoc concordat.
Inn. in glo. no. poſtquam. & Hoſt. & Io. An. hic. & aſten. li. 7. tit
de interdicto & ſuſpenſio. art. 4. Item, quod dicit Ber. hic in ea
dem gl. ver. & celebrātes in loco interdicto interdicti ſunt, &
ſuſpenſi, & irregulares &c. intellige ipſo iure ſiue ſint religioſi,
ſiue ſeculares vt hic. Itē eſt eis ingreſſus eccleſię interdictus.
vt. ĵ. de priuileg. Epiſcoporum. li. 6. Item ſunt inelligibiles acti
uè, & paſſiuè. vt. ĵ. de ſen. excommu. is qui. in fi. lib. 6. Itē ſi ſint
religioſi, excommunicati ſunt, vt extra de ſenten. excomm. c.
ex frequentibus. in clemen. Item quicunq; non ſeruant inter-
dictum, ſepeliendo in terra interdicta in caſibus à iure non cō
ceſſis, ſunt excommunicati ipſo iure. vt extra de ſepult. ca. eos
6 qui. in clemen. & hoc no. Guil. de mon. lau. in. d. c. ex frequen-
tibus. † Et rationem quare magis puniuntur non ſeruantes in-
terdictum quam violantes alias cenſuras eccleſiaſticas. ſ. excō-
municationem, ſeu ſuſpenſionem, vide ibi per eum ſuper ver-
bo non ſeruantes. Vbi dicit, quod ratio eſt, quia aliqui credebāt
interdictum vilius, & minus cęteris, ideo vilipendebāt ipſum,
quare vt magis appreciaret̃ grauior pœna imponitur, vt ſi quis
nō dubitet ſceleriꝰ commiſſum quod eſt grauius vindicatū.
24. q. 1. nō afferamus. Vel quia trangreſſio interdicti cū maiori
ſcandalo fit, quam aliarum cēſurarum, pro eo quia in plures, vt
communius fertur, & magis publicè quam cœterę. ŝ. de poſtu.
prælat. capi. 1. de offi. ordi. nouit. Et ideo tranſgreſſor propter
maiorem contemptum, & maius ſcandalum quam grauius pu
niendus eſt. argu. 40. diſt. homo Chriſtianus. † Item ratio quare
7 celebrans coram excommunicatis non eſt ſuſpenſus, niſi à per
ceptione ſacramentorum, nec eſt irregularis, vt no. Ber. in fin.
& Goſ. poſt eum, ſecus tamen in celebrante in loco interdicto
eſt triplex ſecundum Hoſtien. hic. Prima, quia quando quis ce
lebrat in loco interdicto ꝑſona ſola delinquit, nō res. in auth.
de mand. prin. §. oportet. colla. 3. non eſt ergo mirum ſi vbi ſo-
lus celebrans delinquit incurrit irregularitatem, ſecus in alio
caſu, quia ibi perſona excommunicati magis delinquit quam
celebrans. ŝ. de cleri. excō. mi. c. illud. §. penul. Secunda, quia ſen
tentia interdicti pro alieno facto ad alios extenditur. ŝ. de ſpō.
non eſt nobis. ſecus in excommunicatione quæ non tranſit in
tertiam perſonam. 11. quæſtio. 3. nemo. Tertia, quia interdictū
violans agit, non patitur, & ſcienter ac malitioſe delinquit, ſe-
cus in celebrante coram excōmunicato, qui plus videtur pati
quam agere. vt in. d. ca. illud. §. penulti. ſecundum Hoſtien. &c.

Super eo. c. §. vero. Si quæris, vtrum recipientes be-
neficia à prælato qui violauit interdictū,
eiſdem beneficijs vel alijs quæ ante ea obtinebant, debeant pri
8 uari, diſtingue. † Aut quæris de ijs qui voluntario obediunt nō
coacti, & tunc poteſt dici quod priuari debeant nedum bene-
ficijs quæ ab illo prælato obtinent, ſed etiā alijs omnibus quæ
antea obtinebant, vndecunq; ipſa habuerint, tāquam ij qui ma
gis deliquerint, ſic. ŝ. de ęta. & qualita. cum bone. Aut quæris de
illis qui coacti obediunt, & tales beneficijs tantum quæ ab illo
prælato qui violauit interdictum, non antiquis, vel illis quæ
alias ſunt adepti priuari poſſunt, vt hic ſecundum Hoſtien. &
Ioan. And. &c.

Super eo c. §. illos quoq;. Hic habes. & . ŝ. e. c. in prin.
9 † quod audacia damnatur, & reprobatur,
ad idem. 17. q. 4. ſi quis ſuadente ĵ. de ſenten. excō. per totum.
C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. Quod verū de audacia quæ ver-
ſatur circa illicita, & hæc vocatur temeritas, vt in iuribus al-
leg. &. C. de ſacroſan. eccleſiæ. l. iubemus nulli. poſt hac. §. ſane.
10 † ſed audacia quæ verſatur circa licita laudatur, & approbatur,
vt. C. de nouo codi. ſa. in princip. &. ff. de lib. & poſthu. l. Gal-
lus. §. nunc de lege. in fin. verſic. videndum. ibi audacter poſ-
ſit dici &c.

Super eo. c. Ad declarationem gloſſ. Innocen. quę in
11 cipit, videtur &c. ver. ſed melius &c. † ſi
quæris, vtrum celebrās in loco interdicto, vel celebrās coram
excommunicato, vel interdicto ſit irregularis, diſtingue. Aut
celebrat ignoranter in loco interdicto, vel coram excommu-
nicato, vel interdicto, aut celebrat ſcienter. Si ignoranter, tunc
aut probabiliter, & talis non eſt irregularis. arg. ĵ. de ſentē. exc.
is qui. §. is vero qui ſcienter à contrario. lib. 6. ſecundum Ioan.
An. ibi de priuil. Epiſcoporū. ibi ſciēter celebrent. à contrario.
lib. 6. Aut improbabiliter, & tali ignorantia quæ excuſare non
debet, & tunc perinde eſt ac ſi eſſet ſciens, argu. ŝ. de cle. exc.
apoſtolice. de poſtu. præla. c. 1. vt no. Ioan. Andr. in. d. c. is qui.
Si celebrat ſcienter, tunc aut celebrat in loco interdicto, & ta-

lis e k

lis eſt irregularis ſecundũ Innocen.hic in verſi.ſed melius &c.
& Hoſtien.& eſt c.1.ss in dicto.§. is vero. Quod verum etiam
ſi denunciatio interdicti non ſit facta ſecundum Gulie.ibi, &
Io.An.extra de ſenten.excommu.grauius.glo.3.in cle.Fallit in
caſibus & modis exceptis à iure,quod dic vt legi.& nota.j̃. de
12 ſenten.excom.alma mater.lib.6.† Aut celebrat coram excom
municato vel interdicto,& talis non eſt irregularis ſecundum
Inno.& Hoſtien.hic.idem Archi.11.q.3.excommunicatos.ſu
per verbo communicauerint.pro quibus eſt hodie caſus in di
cto cap.is qui.1.reſponſo.Fallit in caſu vbi poſt primam cele-
brationem diuinorum factam per aliquem coram excommu
nicato,vel interdicto,& ſic poſt ingreſſum eccleſię ſibi interdi
ctum,iuxta.c.Epiſcoporum.j̃.de priuile.lib 6.ipſe ſecundo in
eccleſia celebraret,quia tunc eſſet irregularis.j̃.de ſen. excom,
c.is cui.lib.6.ſecundum Gulicl.& Io.Andr.in.d.c.Epiſcoporũ.
Sed non fallit proprie,quia hoc non eſt ex prima celebratione
ſed ex ſecunda in eccleſia ſibi interdicta. Et iſtam gloſſ.Inno.à
princi.ſui vſq; ad verſi.vbi autem quis communicat &c.ponit
Spec.titu. de legato.§. iuxta propoſitionis. verſi. ſed quæritur
vtrum is &c.vbi vide.Et quod notat Gulie.j̃.de re iudi.cum
æterni.ſuper verbo pontifice.lib.6.vbi ponit gloſ. Inno.hic à
verſi.vel ſi vis &c.vſq; ad verſi. intellectum &c. de hoc etiam
per Aſten.lib.7.tit.de interdicto & ſuſpenſione.arti.6.

Super eo.c. & ca.glo.ad fi.verſi.ſed no.quod cum lo-
cus &c. Si quæris vtrum morientes ſint
in loco interdicto ſepeliendi,& vtrum ab hominibus interdi-
ctis poſt pœnitentiam liceat mortuaria recipere, diſtingue,
13 † Aut quæris de primo.ſ.vtrum morientes ſint in loco interdi-
cto ſepeliendi,& tunc,aut nondum eſt ſolutum interdictum,
vel eſt ſolutum, ſed ſigna pœnitentiæ non apparuerunt in eis,
& tunc nõ ſunt in cemeterio ſepeliendi. Aut ſigna pœnitentię
apparuerunt in eis, & ſolutum eſt interdictum,& tunc poſt ſo
lutum interdictũ erunt in cemiterio eccleſiæ ſepeliendi,arg.j̃.
de ſenten.excommu.cum illorum.&.c. à nobis.2.Et ſi ſepulti
eſſent apud eccleſiam dum erát interdicti poſt ſolutum inter-
dictum non erunt exhumandi, cum res ad eum caſum vene
rit à quo incipere potuit, ſecundum Inno.& Hoſtien. hic, &
Archid.13.q.1.capit.1.glo. adde dicunt quidã.&.j̃.de priuile.
Epiſcoporum. ſuper verbo ſepulturam.lib.6.idem Io. And.j̃.
de ſenten.excom.ſi ciuitas. gloſa penulti.li.6.& extra de ſepul.
capit.5.ſuper verbo eiſdem quibus.in clem. idem frater Ioan.
in ſum.confe.tit.de ſen,ex.interdicti.q.250.quid iuris.de ſepul
14 turis &c.† Aut quæris de ſecundo.ſ.vtrum ab hominibus inter
dictis poſt pœnitentiam liceat mortuaria recipere, & tunc di-
cit Inn.hic quod ſic,quia & pro his eſt orandum.11.q.3.quicũ
que. Quod verum putant Ioan. Andr. & Gemi.in dicto.ca.5.
ſuper verbo eiſdem quibus.ſi intelligas de mortuarijs.i.quæ ip
ſe pęnitens de loco interdicto relinquit in morte. Idem ſi in-
telligas de mortuarijs quæ poſtea darentur cum funere ſepul-
to in cemiterio poſt relaxatum interdictum. De funeralibus ve
ro quæ darentur cum funere ſepulto de facto tempore inter-
dicti non putant clericos licite recipere poſſe, quia viderentur
participare delicto ſecundum Io.An.& Gem.ibi.Si autem pœ
nitentiam non receperint, non eſt pro eis orandum,nec mor-
15 tuaria recipienda.88.diſtinct.c.fina.† Et not.quod ſepelientes
ſcienter defunctorum corpora in cemiterijs tempore interdi
cti,in caſibus non conceſsis à iure, vel excommunicatos pu-
blicè,vel nominatim interdictos,vel vſurarios manifeſtos,ip-
ſo facto ſunt excommunicati, quod dic vt hodie plene legi.&
not.in.d.c.1.extra de ſepultu.in clemen.

¶ De noui operis nunciatione. Rubrica.

1 *Leges & canones mixtim allegandæ.*
2 *Legibus & canonibus contrariantibus caſum determinanti ſtandum.*
3 *Leges & canones diſcordantes quilibet in ſuo foro ſeruandi.*
4 *Lex peccatum continens non ſeruanda.*
5 *Leges canonibus non obuiantes à Papa confirmatæ.*

INtelleximus. Si quæris vtrum & quan
do leges debeant ſacros
canones imitari, & in foro eccleſiaſtico leges va
leant allegari,ſeu canones in ciuili,diſtingue. Aut
leges concordant canonibus, aut contrariantur,
1 ſeu diſcordant. † Si concordant, tunc ſunt mixtim leges alle-
gandę & ſeruandę vna cum canonibus,in foro eccleſiaſtico,&
ciuili, vt hic & 10.diſt.c.lege cap. ſi in adiutorium. &.c.ſeq.2.
q.1.in primis.10.q.3.ſummopere.s̃.de fide inſtr. paſtoralis.de
ali.mu.iudi.cauſa facta.c.in nomine domini.j̃.de præben. du-
dum.in fin.& de conceſ. præben.quia cunctis.lib.6.& de ſen.
excom.ſi iudex laicus.eo.lib. Si diſcordant, tunc aut ſibi con-
2 tradicunt expreſſe.aut non.† Si non:ſtabitur in vtroq; foro il-
li quæ expreſſe cauſam,ſeu caſum determinet, vt hic, vbi ex-
preſsis legibus ſtatur ſuper nunciatione noui operis, etiam in
re eccleſiaſtica.Idem in foro ciuili vbi canones expreſſe decla-
rant articulum aliquem in quo leges nihil ſtatuunt, exemplũ
habes.j̃.eo.titu.c.penulti.in fi.Item aliud exemplum, de dua-
bus quartis deducendis.s̃.de teſtamentis.c. Raynucius.&.ca.
Raynaldus.argu.ad hoc.s̃.qui fi.ſint legiti.per venerabilem.§.
rationibus.ibi,ſi difficile & ambiguum &c.& prope finè verſi.
3 cuius ſententiam &c.† Si ſibi contradicunt expreſſe, tunc aut
lex poteſt ſeruari ſine peccato, & tunc ſtatur ei in foro ſuo, &
canoni ſuo.s̃.de teſtamen.cum eſſes. & capitul.relatum.10.di
ſtinct.lege.&.c.imperium. Quod verum ſaluis interpretatio-
nibus dubiorum,in quibus deficiente lege,etiam in foro ciuili
iuri canonico ſtandũ eſt.arg.opt.j̃.de priuile.c.2. vbi hoc not.
4 Hoſtien.ſuper verbo legi.† Aut nõ poteſt ſine peccato ſeruari,
& tunc ſtatur canoni indiſtinctè, quia omni conſuetudini, &
conſtitutioni tali eſt derogandum.s̃.de præſcrip.c.fin.pro hoc
etiam.33.q.2.inter hæc.32.q.4.nemo.Ita diſtinguit Specu.tit.
de diſputationibus, & allega.§.porro. verſicu.ſed nunquid in
cauſa eccleſiaſtica.& abbas hic.Et in hoc vltimo membro con
cordat hic Hoſtien.dicens,& idem Io.Andr.quod leges debẽt
imitari canones,& ipſis canonibus ſtatur vbicunq; agit̃ de pec
cato mortali.s̃.de præſcript. capitu.fina.alias de interpretatio-
ne fidei,vel legis diuinę,vel etiam diuerſarum opinionum, vt
C.de ſumma trinitate & fide catholica.l.fi.&.s̃.de reſcript.ſu-
per literis.de reſt.ſpolia.ſæpe. & in dicto.§.rationibus.Itẽ vbi-
cunque deficit ius ciuile, vtendum eſt canonibus.C. de nouo
codi.compo.conſtitutione vnica,ibi præterquam ſi in iuriſdi-
ctione &c.& de iuſtiniano.C.cõfir.cõſtitutione vnica.§.ſi quæ
vero.ibi ſi vero pro certis capitulis &c. cum etiam tunc, ſecũ-
dum ipſum etiam ius ciuile ſit ad conſimilia,vel conſuetudinẽ
recurrendum.ff.de legibus.l. non poſſunt.&.l. ſeq.&.l.de qui-
bus.1.reſponſo.&.l.ſi de interpretatione. Nam & auctorizabi
lius eſt ius canonicũ,quàm conſuetudo,vt patet.11.diſtinctio.
quis neſciat.& capit.eccleſiaſticarum.& per totum,& ſequen
tibus diſtinctionibus vſq; ad 23. Et de iſta materia vide quod
notat glo.23.q.8.conuenior.gloſ.eccleſia enim.8.diſtinctione
quo iure.glo.conſtitutiones 97.diſtinctio.capit.5.&.96.diſtin
ctione bene quidem. Vbi etiam de hoc not.Archidya. ſuper
5 verbo concepta.† Dicens quod omnes leges quæ canonibus
non obuiant,intelliguntur eſſe confirmatę à Papa,& corrobo
ratę, vnde leges latę ſuper rebus,vel perſonis eccleſiaſticis va-
lent,& habent vigorem in caſibus eccleſiaſticis,non quia ſunt
latę à principe,ſed quia ſunt à Papa confirmatę,& corrobora-
tę ſecundum Hugo.& ad hoc facit iſtud cap.j̃.de ſententia ex-
communicationis.in audientia.35. quęſtione.3.§.cum autem.
Vnde Papa leges ſuas dicit.6.quæſtione.4.cum inter. ſed con-
trarium videtur notari.10.diſtinctio.cap.5.in glo.eccleſia &c.
vbi videas in dicto capitulo conueniur.

1 *Scandali diffinitio.*
2 *Scandali deriuatio.*
3 *Scandali diuiſio.*
4 *Scandalum an ſit peccatum.*
5 *Scandalum quando vitandum.*
6 *Loco ob demerita deſtructo perditur priuilegium.*
7 *Locus ab hoſtibus deſtructus priuilegium retinet 9.*
8 *Loca vnita priuilegium retinent. 10.*

CVm ex iniuncto. §. ſuper eod.Si quæ
ris quid ſit ſcanda-
lum,vnde dicatur,vtrum ſit peccatum, vel non,
1 & quando eſt euitandum,diſtingue.† Aut quæris
de primo.ſ.quid ſit ſcandalum. & dic quod ſcan-
dalum eſt dictum,vel factum minus rectum, præbens occaſio
nem ruinę.hæc diffinitio ſumitur ex glo. Math.18.† Aut quæ
2 ris de ſecundo.ſ.vnde dicatur, & dic quod à ſcandalum grecè
quod eſt offenſio,ruina, vel paſsio pedis latine,ſecũdũ Hiero.
ſuper illud Math.15.ſcis quia Phariſei audito hoc verbo &c.
& Thomas in ſumma confeſsio.44.articu.1. Contingit enim
quandoq; quod aliquis obex ponitur alicui in via corporali,cui
impingens diſponitur ad ruinam, & talis obex dicitur ſcanda-
lum.Et ſimiliter in proceſſu viæ ſpiritualis, contingit aliquem
diſponi

diſponi ad ruinã ſpiritualem, per dictum vel factum, inquantum. ſ. aliquis ſua admonitione, vel inductione, aut exemplo, alterum trahit ad peccandum, & hoc propriè dicitur ſcãdalum. Nihil autem ſecundum propriam rationem diſponit ad ſpiritualem ruinam, niſi quod habet aliquem defectum rectitudinis, qa idquod eſt perfectè rectum, magis munit hominem contra caſum, quàm ad ruinã inducat. Et in his cõcordat idem Thomas in ſcriptis. 4. ſententiarũ. diſtinct. 38 & Pe. & Rayne. tit. de ſcandalo. circa prin. & frater Io. An. in ſum. confeſ. tit. de ſcandalo. q. 1. & G. de monte lau. extra de offi. ordin. c. vnico ſuper verbo ſcandala. in clemen. Aut quæris de tertio. ſ. vtrum ſit
3 peccatum, † & tunc dicit Tho. in ſum. q. 43. art. 2. & frater Ioã. in dicto titu. q. 2. poſt eum, quòd duplex eſt ſcandalum. ſ. paſſiuum. i. in eo qui ſcandalizatur, & actiuum in eo qui ſcandalizat, dans occaſionem ruinę. ſcãdalum paſſiuum ſemper eſt peccatum, in eo quod ſcandalizatur, non enim ſcandalizatur, niſi inquantum aliqualiter ruit ſpirituali ruina quæ eſt peccatum. Poteſt tamen eſſe ſcandalum paſſiuum ſine peccato eius, ex cuius facto aliquis ſcandalizatur, ſicut cum aliquis ſcandalizatur de his quæ alias bene facit. Similiter etiam ſcandalum actiuum ſemper eſt peccatum, in eo qui ſcandalizat, quia vel opus quod facit, eſt peccatum, vel etiam ſi ſaltem habeat ſpeciẽ peccati, ſiue ſpeciem mali, dimittendum eſt ſemper propter proximi charitatẽ, ex qua vnuſquiſq; conatur ſaluti proximi prouidere, & ſic qui non dimittit cõtra charitatem agit. Poteſt tamen eſſe ſcandalum actiuum ſine peccato alterius qui ſcandalizatur, puta cum aliquis inducit verbo, vel facto alium ad peccandum, & ille non conſentit, & in hoc cõcordat Tho. in ſcri-
4 ptis. † Sed ſi quæris, vtrum ſit peccatum mortale, dic ſecũdum Tho. vbi. ſ. arti. 4. & fratrem Ioan. vbi. ſ. q. 4. quod ſcandalum paſſiuum poteſt eſſe veniale, & mortale, ſecundum quod quis vel ſolum impingit in peccato veniali, vel impingit & ruit ex inordinato dicto, vel facto alterius, vt cum producitur vſque ad actum mortalis peccati. Scãdalum autem actiuum ſi ſit quidem per accidens, poteſt eſſe quandoq; peccatum veniale, puta cum aliquis vel actum venialis peccati cõmittit, vel actum qui non eſt ſecũdum ſe peccatum, ſed habet aliquam ſpeciem mali, cum aliqua leui indiſcretione. Quandoq; vero eſt peccatum mortale, quia ſiue committit actum peccati mortalis, ſiue quia contemnit ſalutem proximi facere quod ſibi libuerit. Si vero ſcandalum actiuum ſit per ſe, puta cum intendit ducere alium ad peccandum, ſi quidem intendat ducere ad peccãdũ venialiter, per actum peccati venialiter eſt veniale peccatum, & idem Tho. in ſcriptis. & Aſten. tit. de oſtentione & ſcãdalo,
5 vbi de iſta materia plene. † Aut quæris de quarto. ſ. quando eſt euitandum, & tunc dic vt dixi. ſ. de renunc. niſi cum pridem. §. pro graui quoq; ſcandalo. vnde not. quatuor regulas quæ ſumũtur hic in fi. Prima eſt, quod ea pro vitando ſcandalo euitanda alias omittenda non ſunt, quæ ſine peccato mortali committi non poſſunt, vt baptizari, dicere horas, accipere pœnitentiam: vt hic. Secunda, quod ea pro vitando ſcandalo committenda non ſunt, quæ ſine peccato mortali committi non poſſunt, vt committere adulterium ad euitandum homicidium, ſeu crimen ſodomiticum. 23. q. 5. cum homo. 14. diſt. c. 1. Tertia eſt, quod pro vitando ſcandalo quis poteſt cõmittere ea, quæ ſine peccato mortali committi poſſunt, ſicut portare habitũ alias non ſuo ordini conuenientem. ſ. de vita & honeſtate clericorum. capit. cleri officia. & c. Deus qui. 33. q. 5. c. quod Deo pari. Quarta eſt, quod pro vitãdo ſcandalo quis poteſt committere ea, quæ ſine peccato mortali committi poſſunt, vt eſum carnium. 1. ad corinth. 8. & hic in verſic. ab his tamen verſiculo, vnde apoſtolus, ſi ſcandalizatur frater non comedam carnem in æternum, quia cum eſu, & ſine eſu carnium poteſt eſſe ſalus. 41. diſt. c. 1. & 2. niſi propter votum, vel obſeruantiam regularem, vel ſtatutum eccleſiæ aliud cenſeatur, quo etiam caſu inſtantis neceſſitatis tẽpore diſpenſatur. ſ. de obſer. ieiu. capitu. penulti. & vlti. Item correctionem propter multitudinem. ſ. de clerico excommu. mini. latores. de clericis non reſiden. cũ olim. melius. ſ. de tempo. ordi. capit. 2. ſ. de conſanguinitate & affini. quod dilectio. & cap. quia circa. Iſtas quatuor regulas ponit Abbas hic & G. de mon. lau. extra de immunitate eccle. c. vnico. in clementi. vbi de hoc etiam vide per fratrem Ioan. in ſum. confeſſio. tit. de ſcandalo. quæſtio. 5. vtrum bona ſpiritualia &c. & per Bernardum. ſ. de tempo. ordinando. capit. 2. gloſ. argu. quod &c. & . j. de regulis iuris. capit. qui ſcandalizauerit. gloſ. 2. & quod ibi dicam.

Super eo. c. Ad declarationem glo. vlti. Innoc. quæ incipit. C. de legi. non dubium. Si quæris vtrum ſi eccleſiæ, vel ciuitates, vel alia loca ſacra, vel prophana deſtruantur, vel alia loca transferãtur, priuilegia ſi amittant, diſtingue. Aut quæris de primo. de his quæ deſtruuntur, & tunc
6 tam deſtruuntur auctoritate ſuperioris propter delictum eorum, & tunc nullus de cetero debet vocari clericus illius loci, & ille locus priuilegium ſuum perdit, vt hic. & de cõſe. diſt. 1. placuit. 16. q. 7. & hoc diximus. ff. quibus modis vſusfructus amit. l. ſi vſuſfructus ciuitati. & ita intelligo quod notaut Ber. Innoc. & Hoſtien. j. de verbo. ſignifi. c. Abbate ſane. §. vlti. Et hoc ſi poſtea non reędificetur, reędificatum enim auctoritate ſuperioris eadem priuilegia habet, ſecundũ Inno. ibi. argum. ſ. de elect. quia diligentia. & quod not. Accur. ff. de legibus. l. ex his. & l. ſeq. & Barth. Brix. in quæſtione dominicali q̃ incipit, eſto quòd aliquis, & Ioan. 32. q. 7. licite. de Lazaro reſuſcita-
7 to, quod omnia recuperet ſaltem de ęquitate. † Aut deſtruuntur ab hoſtibus, & tunc retinent omnia priuilegia ſua. & antiqui clerici remanẽt ibi clerici. 7. quæſ. 1. paſtoralis. 19. quæſtio-
8 ne. 3. quæ ſemel. † Aut quæris de his quæ transferuntur auctoritate ſuperioris ad alium locũ, vel alijs vniuntur, & tũc idem. ſ. quod retinent omnia priuilegia ſua, vt notatur de eccleſijs. ſ. ne ſede vacan. c. 1. de religio. domi. c. quia monaſteriũ. Et idem intellige de ciuitatibus, & alijs locis prophanis. arg. ff. de contrahen. empto & vendit. l. ęde ſacra. Ita diſtinguunt Inno. & Hoſtien. poſt eum. Idem not. Ioan. in primo membro in d. ca. & hoc diximus. Idem per omnia in omnibus mẽbris. Archid. ibi in glo. adde dicas latius &c. idem Io. Andr. j. de electio. c. ſtatutum. glo. penul. de regu. iur. c. priuilegium. lib. 6. Licet Ioannes in capit. alleg. paſtoralis. gl. fi. not. quòd collegium eſſe deſinit tranſlatis perſonis. ff. de collegijs illicitis. l. 3. ſed Archi. ibi. ſuper verbo perſonis, dicit ſub forte, illud non eſſe verum, ſi auctoritate ſuperioris transferatur, vel alij vniatur prout not. hic quod forte credo verum per præmiſſa. Ad hoc facit quod notat Spec. titu. de auctoritate ab vniuerſita. verſic. item quod vniuerſitas. vbi dicit quod vniuerſitas vel collegium eſſe deſinit, quando eſt diſſolutum. vt ff. de lega. 3. l. pater filiũ. §. tuſculanus. j. de verbo. ſignifica. Abbate ſane. in fi. & . 25. quæſtio. 2. capit. vlti. §. fi. ibi ſic religioſe viuentes &c. Niſi vbi iã ad vnionem redierit, quia tunc ſumit naturam vniuerſitatis. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. l. ſicut municipũ. §. fi. Sicut omnes de vniuerſitate qui interfuerunt ordinationi, ſint mutati. nam eadem vniuerſitas cenſetur, non altera. ff. de iudi. proponebatur. 7. quę-
9 ſtio. 1. deniq;. † Et idem quod dictum eſt de locis quę deſtruũtur ab hoſtibus, quod retinent priuilegia ſua, intelligo quando deſtruũtur terrę motu, vel alias quam auctoritate ſuperioris,
10 per. d. l. ęde ſacra. † Quod dictum eſt de his quæ transferuntur ad alium locum, quod retinent omnia priuilegia ſua, intelligo de perſonis, & rebus trãſlatis, & locis ad quæ fit tranſlatio, nõ de illis locis ad quæ fit tranſlatio, illa enim priuilegia amittunt argu. eorum quæ leg. & notantur. ſ. de conſti. tranſlato. Non. n. pro locis res, ſed pro rebus loca amanda ſunt. 12. diſtinc. nouit nec locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. 40. diſt. non loca. Et vtrum probetur & duret exemptio, probato quod de mandato Papæ eccleſia plene cum perſonis exempta, tamen magiſtris deſtituta, conceditur ordini vel collegio non exempto, diſtingue, vt notat plene Ioan. Andr. j. de priuilegijs. cum perſonę. glo. penulti. in nouella. lib. 6.

1 *Appellationi an cauſa ſit inferenda.*
2 *Appellandum an quando locus non tutus aſsignatur.*

Significantibus. Ad declarationẽ gloſ. Innoc. hic quæ incipit, non
1 erãt appellationem &c. † Si quæris vtrum, & quando in appellatione ſit cauſa exprimenda, vide hodie extra de appella. capitu. appellanti. in clemen. per quod. c. corrigitur, & verificatur glo. iſta. Et diſtingue vt dixi. ſ. de appella.
2 conſtitutis. † Item de hoc quod dicit Inno. hic in verſic. ſicut quando appellatur &c. Si quæris vtrum ſi alicui parti locus non tutus per iudicẽ aſsignetur, eo ipſo exinde poterit appellare, diſtingue, vt dixi. ſ. de appl. ex parte.

1 *Noui operis nunciationis diffinitio.*
2 *Noui operis nunciationis effectus.*
3 *Noui operis nun. quando effectus committatur.*
4 *Noui ope. nun. quot modis remittatur.*

Si is cui. Vt plenam huius tit. de noui ope. nuncia. notitiã habeas, nec te oporteat quærere ſuffragia mẽdicata. Si quęris, quid ſit noui operis nuncia. quot eius effectus, quando dicti effectus

committuntur, & quot modis ipſa nũciatio remittatur, diſtin
1 gue. † Aut quæris de primo.ſ.quid ſit noui operis nunciatio,
& dic quod eſt operis noui futuri, per prætorem, vel lapilli ia-
ctum, vel ſimplex verbum, à perſona libera ſanę mentis in ple-
niore pubertate exiſtente, aſſerente ſe, vel eum cuius nomine
nunciat ius habere in re, publicum, naturale, vel poſitiuum, ad
bonæfidei iudicium non habentem, facta prohibitio, cuicun-
que in loco manenti, cuius extractionis mora non ſit magnũ
periculum allatura. Primo, dico quod eſt operis noui, quia pro
refectione antiqui operis locum non habet, vt.ff.eo.titu.l.1.§.
ſi quis ædificium. aliud eſt.n.facere, aliud reficere.ff.de iti.actu,
quia priua.l.3.§.reficere.ẽ.de iudeis.conſuluit.&.c.iudei. Sequi
tur futuri, quia non pertinet ad iam factum.vt.ff.eodem.l.1.§.
1. Sequitur, per prætorẽ, vel lapilli iactum, ſeu per ſimplex ver
bũ, quia altero de his modis debet fieri.ff.eo.de pupillo.§.me-
miniſſe. Sequitur à perſona libera, quia ſeruus non poteſt nun-
ciare.ff.eo.de pupillo.§.ſeruo.niſi nomine domini ſui.vt notat
glo.ibi.ff.quod vi aut clam.l.3.in princ. Sequitur, ſane mentis,
quia furioſus nunciare non poteſt.argum.l.allega.de pupillo.in
prin.tales enim æquiparantur infanti.arg.eo.titu.l.operis. & ex
tra de homici.c.vnico.in clemen. Sequitur in pleniore puber-
tate exiſtente, quia pupillus, vel adultus, niſi haberet.17.an
nos nõ poſſet nunciare, vt in.d.l.de pupillo.in prin.&.ff.de po
ſtulatio.l.1.§.pueritiam. de popula.actio.l.pupillarum actio.l.
pupillarũ actio.in princip. Quædam enim eſt pubertas.12.an-
norum, inſti.quibus mo.ſi.tu.in prin.quædam plenior.17.an-
norum.vt in d.§.pueritiam.quædam pleniſsima.ſ.20.annorũ.
vt.C.de his qui veniam ętatis impe.l.2.ſecundum Accur.in d.
l.pupillo.1.reſponſo.ſed Hoſtien.in ſum.eo.tit.§.quis poſsit.
in prin.innuit quod requirũtur.20.anni. Sequitur aſſertiuè ſe,
vel eum cuius nomine nunciat, hoc ideo, quia & in meo & alie-
no nomine poſſum nunciare, vt.ff.eo.l.1.§. item nunciationẽ.
&.l.de pupillo.§.qui procuratorio. Sequitur ius habere in re
naturale, publicum, vel impoſitiuum: nam ex altera de iſtis cau
ſis poteſt quis nunciare, vt.ff.eo.l.1.§.nunciatio fit.&.l.de pu-
pillo.§.ſextus Pedius. Sequitur, ad bonæ fidei iudicium nõ ha
bentem, quia bonę fidei actio remedium hoc repellit, vt.ff.eo.
l.in prouinciali.§.1.in fi. Sequitur facta prohibio, quia per nun
ciationem opus inhibetur, vt.ff.eo.l.1.in prin. Sequitur cuicũ
que. quia non refert cuius ſit ſextus, vel conditionis, vt in l.de
pupillo.§.nunciationem. Sequitur in loco manenti, quia extra
non, vt in dicta.l.de pupillo.§.ſi quis forte. Sequitur cuius ex-
tructionis mora non ſit magnum periculum allatura, per hoc
excepto riuos, & cloacas, & ruſticam ſeruitutem, vt.ff.eo.l.de
pupillo.§.ſi quis riuos.&.l.qui viam cum adiutorio.ff. de aqua
2 pluuia arcenda.l.1.§.de eo opere. † Aut quæris de ſecũdo.ſ.quot
ſunt eius effectus, & dico quod omnis nunciatio legitime fa-
cta habet iſtum effectum, quod opus poſt, & contra ipſam, &
ante remiſsionem ipſius factam, factum deſtruatur per inter-
dictum perpetuũ ex illo edicto deſcendens. Nec intereſt vtrũ
opus ſit alias iure factum, aut non, & eſt ratio, quia contẽplit
auctoritatem prætoris, vt.ff.eod.l.1.1.reſponſo.&.l.prætor ait
in princ.&.§.prætor ait.&.§.hoc interdictum, & hoc viuente,
poſsidente illo qui fecit, alias agitur ad patientum contra poſ-
ſeſſorem, & ad ſumptus contra factorem ſi vixerit.ff.eo.l.non
ſolum. in fine.&.l.penulti. & fina. Si autem remiſſa fuerit per
ſatiſdationẽ, tunc opus deſtruitur ſumptibus hæredis, ſi appa
reat iniuſte ædificatum, vt in l.allega.non ſolum. Simplex autẽ
nunciatio habet effectum, imo potius defectum, quod aduer
ſarium conſtituit poſſeſſorem.vt.ff.eo.l.1.§. in operis. &.l.de
pupillo.§.meminiſſe, adeo quod quantũcunq; remittatur, ſeu
tollaſ nũciatio, poſſeſsio tamen per nunciationem verborum
amiſſa non recuperatur. niſi aliud interueniat ſecũdum Hoſti.
in ſum.eo.tit.§.qualiter fiat in fine. Et eſt alius effectus, vt ſi is
cui nunciatum eſt nolit rem defendere, transfertur in eũ onus
probationis, vt.ff.eo.l.ſi prius. quod intellige, vt legi.& notatur.
C.eo.l.vnica alias eſt lex ii.ſub.tit. de edicti.priua. & hic ſecun-
dum Hoſtienſem in ſumma eo.titu.§.vlti.verſi.item effectus.
3 † Aut quæris de tertio.ſ.quando dicti effectus committuntur,
& dic quod primo quando nunciatio peruenit ad notitiam do
mini, vel vice domini, vel dolo malo eorum factũ ſit quo mi-
nus peruenerit. ſic intelligitur ſecundum glo.l.allega.de pupil
lo.§.meminiſſe, &.§.ſi quis forte.&.l.cuilibet.&.l.prætor ait.§.
hoc interdictum.verſi.plane.in fi. Secundus autẽ effectus ſeu
4 defectus committitur ſtatim facta nũciatione. ſic loquitur.ff.
eo.l.1.§.in operis.in fi. † Aut quæris de quarto.ſ.quot modis nũ
ciatio remittatur, & dic quod ſex. primo per ſimplex verbum,
& hic modus patit, exceptionem, vt.ff.eo.l.1.§.deinde. Secun
do, per prętorem & hic tuetur aduerſarium ipſo iure, vt.ff.eo.
l.1.2.reſponſo. ibi deinde remittatur &c. & .l.ſi nouum opus.
Tertio, per ſatiſdationem præſtitam, vel oblatam, nunciatore
exiſtente in contumacia recipiendi, vt in dicta.l.de pupillo.§.
ſi is cui.&.l.prætor ait.§.deinde ait prætor.&.§.hoc autem. &
tunc nunciatus ſi impediatur habet interdictum perpetuum,
niſi poſtea ſit in mora cauendi, vt in d.l.prætor ait.§.penulti.&
fin. Quarto, remittitur per nudam promiſsionẽ, & hoc duo-
bus modis, primo cum nunciatur ędificanti in publico. vt.ff.e.
non ſolum.§.ſi cum te.verſi.quod ſi nunciauero.& tunc repro
mittens non iuuatur contra tertium, vt in d.l.prætor ait.§.hoc
autem.verſi.proinde. Secundo, vbi nunciatur cauſa damni de
pellẽdi.vt.ff.de dãn.infect.l.prætor ait in princip.&.§.1. Quin
to, remittitur per mortem nunciantis contingentẽ antequam
aliquid fiat per eum cui extitit nuntiatum. Sexto, per alienatio
nem rei in qua nunciatur, vel cuius contemplatione nunciatur
factam per nunciantem ante ſcriptam nunciationem, & hoc
probatur in dicta.l. non ſolũ.§. morte. &.l.prætor ait.§.hoc in
terdictum perpetuo. Nota tamen ſecundum Odoffr. & Spec.
hoc tit.§.1.ad fi.verſic. ſed nunquid verum eſt, quod ſi certum
eſſet quod aliquis nunciaſſet calumnioſè, nõ deberet ędificium
poſt talem nunciationem factum demoliri.arg.ff.ne quis eum
qui in ius vocatus eſt vi exi.l.1. Et de iſta materia potes latius,
& diffuſius videre, per Hoſti.in ſum.eo. tit.§. quis poſsit face
re.&.§.ſeq.vſq; in finem.

¶ De priuilegijs, & exceſsibus priuilegiatorum. Rubrica.

1. *Priuilegij diffinitio.*
2 *Priuilegij deriuatio.*
3 *Priuilegij diuiſio.*
4. *Priuilegij ſubdiuiſio.*
5 *Priuilegij ſecunda diuiſio.*
6 *Priuilegij tertia diuiſio.*

SI Quæris quid eſt priuilegiũ, & quare ſic dicitur,
& quot ſunt eius ſpecies priuilegiorum, diſtin
gue. Aut quęris de primo.ſ. quid eſt priuilegium.
1 † & dic quod eſt priuatum, ſiue ſingulare ius, con
tra commune indultum. Nec enim eſt priuilegiũ
niſi aliquid indulgeat ſpeciale, nã debet ſemper aliquid ſpeciali
ter operari.ſ.eadem.in his.& de verbo.ſigni. Abbate ſane §.cõ
2 tra qđ fuerat.ff.ad municip.l.1.C.de theſauris.l.1.lib.10. † Aut
quæris de ſecundo.ſ.quare dicitur priuilegium, quia priuatam
legem tribuit, vt patet in iuribus.ẽ. proxi.allega. Vnde priuile
gium inde dictum eſt, quod in priuato feratur.3.diſt. priuile
gia. Sed & dicuntur priuilegia, quaſi priuata legia, eo quod pri
uatam legem ſingulis gerent.25.quæſtio.1.ca. ideo permitten
te.§.cum ergo.verſic.priuilegia. Namq; inde dicit Hiero. quod
priuilegia ſingulorum legem communem facere non poſſum,
eo.§.verſicu.item Hyero.&.36.q.2. non exemplo. vt notant
3 Goffre.& Hoſtien.in ſummis ſuis.eo.tit.in in princip. † Aut
quæris de tertio.ſ. quot ſunt ſpecies priuilegiorum, & dicit
Goffredus.ibi in.§.ſpecies.quod duæ. Priuilegium enim aliud
generale, aliud ſpeciale, generale eſt, quod corpori, vt collo-
gio conceditur, vt infrà eo.cum & plantare.capitu. ſi de terra.
&.capitu.porro.&.c.in his. Speciale eſt quod perſonæ conceds
tur, & extinguitur cum perſona, vt.ff.de regu.iur.l.priuilegia.
Inſti.de iure natu.gẽtiũ & ciuili.§.ſed quod princi.verſi.plane.
&.7.q.1. petiſti. ſecundum Goffredum. Sed Hoſti. dicit quod
generale eſt, quando continet in ſe plures articulos, vel quãdo
pluribus perſonis, vel ratione plurium perſonarum, vel rerum
conceditur, vt.ſ.eo.cum & plantare.§.de filijs presby. capi.ex
parte.de præſcrip.veniens.&.c.auditis. Vel quando per ipſum
generalis poteſtas cõceditur, vt ibidem.&.ẽ.de offi. lega.quod
tranſlationem. Speciale dici poteſt quando vni loco, vni perſo
næ, vnus articulus conceditur. Sed & poteſt dici aliquod priui
legium generale, & ſpeciale diuerſis reſpectibus, ſicut mons
dicitur magnus, & paruus diuerſis reſpectibus. Vnde dicitur
generale reſpectu ſpecialioris, ſic intelligitur.ẽ.de tranſla. Epi
ſcopi.c.1.de offi.leg.c.1.&.c.ſtuduiſti.&.c.quod tranſlationẽ.
Sic etiam poteſt intelligi quod leg.ẽ.de ſepul.c.in noſtra.ibi, qđ
tam ex priuilegio ſubaudi generali, quam indulgentia ſpeciali.
4 † Horum autem ſcilicet generalium, & ſpecialium, aliud reale,
aliud ſingulariter perſonale, aliud communiter perſonæ, aliud
ſingulariter & communiter corporale, aliud tantum commu
niter corporale. Reale eſt, quod eccleſię, dignitati, ciuitati, vel
alicui loco, vel alicui, vel aliquibus pſonis, occaſione loci, ſiue
cuiuſcunque

cuiuſcunque rei conceditur.j. eod. cum olim eſſemus.&.cap.
ſeq.ſ.de conſue.cum olim.Et tale priuilegium perpetuum eſt,
& rei adhæret,& ſic ſemper durat,niſi forte res perimatur, vel
deſtruatur.ſic intellige.25.q.2.c.1.2.&.3.& per totum,vel niſi
in partem detrahatur per aliquod ſequens priuilegiū.ſ. de offi.
ordi.duo ſimul. vel in totū reuocetur ex cauſa 25.q.2.ita nos.
vel amittatur.ſ. de ſtatu mona.recolentes.§.1.ſed & re perem
pta perimitur. ſuprà de conſtitut. cum acceſsiſſent.ff. de legat.
primo cum res.§.fina. Singulariter perſonale poteſt dici quod
alicui,vel aliquibus perſonis certis,& proprijs nominibus ex-
preſsis perſonaliter conceditur, ſuprà de offic.l. nolentes. &
talem perſonam illis cui conſenſum eſt non egreditur, etiam
ſi obtentu dignitatis cōcedatur.ſ.de vſu pal.ad hoc.in quo etiā
caſu ſi aliam dignitatem adipiſcatur,priuilegio conceſſo non
vtitur.ſ.de poſtulatione præla.bone.2.§.fi.Tale etiam priuile
gium ad ſucceſſorem non transfertur niſi hoc exprimatur,ſi-
cut fit.ſ.vt lit.pen.c.1.Quia ſingulariter perſonalia cum per-
ſonis extinguūtur nec ad alios extenduntur.7.q.1.petiſti.ſ.de
conceſ. præben.conſtitutus. niſi in caſu ſpeciali fauore legati
apoſtolicę ſedis aliud dicatur ſ.de offi.deleg. quoniam.§.penul
ti.& fina.Et quod talia cum perſonis extinguantur,realia vero
cum rebus trāſeant,probatur.ſ. de inſti. cū veniſſet.ff.de regu.
iur.l.priuilegia Communiter perſonale voco,quod certis per-
ſonis communiter certis ex cauſis & incertis articulis conce-
ditur proprijs nominibus non expreſſis,vt poteſt poni exem
plum in minoribus.25.annis qui gaudent priuilegio in integrū
reſtitutionis.ff.de mino.l.1.& per totum.Item in abſentibus
cauſa reipublicę.ff. ex quibus cau.ma.l.1.& per totum.& in
priuilegijs macedoniani & velleiani.ff.ad mace.per totum.ad
velleia.per totum ſingulariter,& communiter.Corporale eſt
illud quod alicui vniuerſitati, corpori vel collegio ſic concedi
tur,quia quilibet ſingularis de vniuerſitate poteſt de tali priui
legio ſingulariter ſe iuuare,ſic.ſ.de foro compe.c.ſi diligenti.
1.de ſent.excom.contingit. Communiter tantum corporale
dicitur illud quod ſic competit vniuerſitati, quod eo ipſo vni
uerſitas poteſt & non ſinguli ſe iuuare,ſic. 12.quæſtione. 2.
qui manumittitur.ff. de in ius vocan.l.ſed ſi hac lege.§.qui ma
5 numittitur.quòd cuiuſq; vniuerſi.l.ſicut municipum.†Sed &
priuilegiorum,aliud perpetuum,aliud temporale,vt patet.ſ.in
ver.reale &c. quod autem perpetuum eſt ad ſucceſſores trāſit.
C.de decur.l.neq; dorotheum.lib.10.ff. de reg.iu.l. priuilegia.
6 †Item priuilegiorum,aliud limitatum,aliud indeterminatum,
limitatum priuilegium terminos ſuos non tranſgreditur.ſ.de
ſepul.c.1.ad fi.de tali loquitur.ſ.de aucto.& vſu pal.c.1.de offi.
lega.nouit. vt lite pen.c.1. de præſump. mandata.ff.de iuriſdi-
ctio.omnium.iudi.l.fi.& de offi. proconſul.l.4. Limes autē ex
quatuor conſideratur,ex perſona,ex cauſa,ex loco, ex tempo
re.29.diſt.c.1.&.2. Indeterminatum autem ſemper & vbique
locum habet,niſi aliquid detrahatur.ſic.j.eo.delicti.&.c.anti-
qua.§.dominicè.Et breuiter quæ, qualis dicatur ſpecies ex le-
ctione priuilegiorum,& non aliter apparebit.j.eod.porro.ſ.de
vſu pal.c.fina.arg.ſ.de offi.dele.cum in iure.& de reſcrip.cum
contingat. Niſi & tenor probetur per teſtes.j. eod. cum olim,
eſſemus. in fin. vel per aliud ſumptum inſtrumentum & publi
catum. vi.ſ.de fide inſtr.c.2. ſecundum Hoſtien.qui ita diſtin-
guit in ſum.eo. titu.§.quot ſunt ſpecies, cum quo concor. per
omnia frater Alten.lib.6.eo.tit in princip.Et per præmiſſa ſpe
cialiter in verſi.communiter tantū corporale.dicit frater Vber
tus in quæſtione illa, eccleſiæ collegiatę conceſsit Papa priui-
legium,quod præſcriptio minor centenaria in ſuis bonis, vel
iuribus non currat,contra eam agit prælatus contra capitulum
vel econtra quorum bona ſunt diſtincta ſuper re alias præſcri-
ptibili,quærebat,an alter contra alterum illo priuilegio poſſet
vti.& ſoluebat quod non, ſed eius vſum contra omnem qui
rem eccleſiæ ab ipſius dominio aduocaret.idem no.Ioā.An.j.
de regu.iur.c.in iudicijs.in nouella.lib.6.vbi plane de hoc.

1 *Vilitas peccati inductiuè, vitanda.*
2 *Vilitas ornatus exterioris vitanda,*
3 *Vilitas ſcandaloſa, vitanda.*
4 *Vilitas ex deuotione, manans laudenda.*
5 *Superbia vitanda.*
6 *Sacerdos decenter veſtiatur.*

EPiſcopalia. Si quęris vtrum vilitas ſit vitan
da, ſeu ſpernenda, & in quibus,
1 diſtingue†Aut quęris de vilitate conditionis perſo
næ,puta morum,vel famæ, vel alia quę poſſet eſſe
occaſio peccati & talis eſt vitanda, & ſpernenda.ſ.&.C.de ijs
qui no. infa. per totum.ff.de ritu nup.l.palam.§.quę in adulte-
rio.C.de nup.imperia.de adulte.quę adulterium.in fi.ibi quas
vilitas vitæ &c.C.de infamibus.l. vnica. lib.10. de dignita.l.2.
libro 16.j.de reg. iur.c.infamibus.lib. vj. Aut de vilitate orna-
3 tus exterioris:† & tunc aut fit ad vanam gloriā ſeu iactantiam,
& talis eſt vitanda. vnde Auguſtin. libro de ſermone domini
in monte dicit quod in veſtibus ſordibus iactantia poteſt eſſe.
3 Aut non fit ad vanam gloriam † & tunc aut redundat in vitu-
perium ſeu dehoneſtatem aut ſcandalum alterius,& maxime
eccleſię,& illa eſt vitanda vt hic,&.41.di. c.ecce quibus 45.diſ.
de iudęis.20.q 4.per totum.ff.de peculio.l.id veſtimētum. vn
de Seneca,ſic te gere ſapienter, vt nullus te habeat tanquā aſpe
4 rum,nec contemnat quaſi vilem. † Aut non redundat in præiu
dicium,vel dehoneſtatē alterius,& talis non reprobatur, imo
approbatur ſi ex deuotione fiat,vt patet de beato Ioāne bapti-
ſta, & alijs ſanctis, qui veſtibus vilibus vtebantur,vt patet ad
hebræos.11.circuierum in melotis,& pellibus caprinis.glo.vt
Helias, & alij.Secus ſi fiat ex auaritia, vel negligentia, tunc.n.
pertinet ad vitium, ſecundum Tho. idem Altē.qui de hoc no
tat lib.6.tit.de regula.arti.6.quæſtio.2. Talis enim vilitas, quæ
ex deuotione procedit ad humilitatem interiorem reſidētem
in corde pertinet,quæ humilitas eſt laudabilis,& ſequenda, vt
patet in pſalmo.9.miſerere mei domine,vide humilitatē meā.
Et iterum,dum ſuperbit impius,incenditur pauper,& compre
hendunt in conſilijs quibus cogitant. & in pſalmo.17.quoniā
in populum humilem ſaluum facies,& oculos ſuperborū hu-
miliabis.& in pſalmo.24.diriget manſuetos in iuſtitia,docebit
mites vias ſuas.Et iterum vide humilitatem meam, & laborē
meum, & dimitte vniuerſa delicta mea.& pſalmo. 30. quoniā
reſpexiſti humilitatem meā, ſaluaſti de neceſsitatibus animā.
& pſalmo.33.& humiles ſpiritu ſaluabit.& in pſalmo.37.Affli-
ctus & humiliatus ſum &c.& in pſalmo.38.obmutui,& humi
liatus ſum.& in pſalmo.43. quoniam humiliaſti nos in loco af
flictionis,& iterum, quoniam humiliata eſt in puluere anima
noſtra.& in pſalmo quinquageſimo,exultabunt oſſa humilia-
ta. Et iterum,cor contritum & humiliatum Deus non deſpi-
cies.& in pſalmo.73.ne auertatur humilis factus cōfuſus.& in
pſalmo.81.iudicate egeno, & pupillo, humilem & pauperem
iuſtificate. & in pſalmo.87.pauper ſum ego, & in laboribus à
iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus ſum, & contur-
batus.& in pſalmo.88.humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum
& in pſalmo.39.ne auertas hominem in humilitatē.Et iterum
lętati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti. & in pſalmo cē
teſimo primo,reſpexit in orationem humiliū.& pſalmo.104.
humiliauerunt in compedibus pedes eius. & in pſalmo. 112.
quis ſicut dominus,Deus noſter qui in altis habitat, & humi-
lia reſpicit in cœlo & in terra.& pſal.114. humiliatus ſum & li
berauit me.& pſalm.115.ego autem humiliatus ſum nimis.&
pſalmo.124.hæc me conſolata eſt in humilitate mea. Et pſal-
mo.124. bonum mihi quod humiliaſti me.& pſalmo. 126.
niſi quod lex tua meditatio mea eſt, tunc forte perijſſem in hu
militate mea.& pſalmo.131. humiliatus ſum vſquequaq; do-
mine viuificabo me ſecundum verbum tuum.& pſalmo.137.
vide humilitatem meam &c. & pſalmo. 156. quia in humili-
tate noſtra memor fuit noſtri. & pſalmo. 158. quoniā excel-
ſus dominus,& humilia reſpicit. & pſalmo. 162. Intende ad
deprecationem meam quia humiliatus ſum nimis.& pſalmo.
163. & perſecutus eſt inimicus animam meā, humiliauit in
terra vitam ſuam.& in cantico virginis Lucæ.2. quia reſpexit
humilitatem ancillę ſuæ &c. Et iterum depoſuit potentes de
ſede,& exaltauit humiles. & prouerbio.15.gloriam præcedit
humilitas.prouerb.18.antequam conteratur exaltatur cor ho
minis,& antequam glorificetur humiliatur.prouerbio.19.hu
milem ſpiritu ſuſcipiet gloria. & Lucæ.14.cū inuitatus fueris
ad nuptias vade & recumbe in nouiſsimo loco &c.&.6.quę-
ſtio.1.c.oues.in fi.& in cōcor.quas allegaui.ſ. de maio. & obe.
5 c.vlti.diſtin.1.† Superbia autem ſeu arrogantia eſt ſpernenda,
cū ſit ruina diaboli.1.ad Thi.3.c.ibi ne in ſuperbiā elatus in iu-
dicium incidat diaboli.&.48.diſtin.c.prohibentur.§.1.&.19.
diſtin.in memoriam. ibi ſeruanda eſt cum manſuetudine hu
militas.&.41.diſtinc.c.per ſimoniam. cum veſte humili nō re
probamus.Et pro hoc facit.30.diſtinc.c.hæc ſcripſimus.ibi &
nos autem virginitatem cum humilitate admiramur.& quod
not.Hoſtien.hic dicens,quod licet de facto ditiores & poten
tiores magis honorentur quā virtuoſiores,tamē de iure non,
qui maior ordine fuerit ille iuſtior eſt, ſed qui iuſtior eſt, ille
maior eſt.40.di.multi. Et vide quod not. Archi.in dicto.c.de
iudęis.ſuper verbo vilis.vbi dicit quod multa fiunt propter vi
litatem

litatem vitandam, ſcilicet coactio illorum, qui coacti recepe
runt, fidem ad ipſam fidem ſeruandam, vt ibi, & delatio ſponſę.
27.quæſtio.2. inſtitutum repellitur. & iam promotio ſeruo-
rum, & quarundam vilium perſonarum, vt 54.diſtinctio.per
totum. Item cibi Iudæorum prohibentur propter vilitatem
vitandam.28.quæſtio.1.omnes. Item iteratio ſolennis pœni-
tentiæ.50.diſtin.quamuis.Item in caſu qui ponitur.80.diſ.Epi
ſcopi.prohibetur etiam epiſcopo eſſe ſolus ne vileſcat.93. diſt.
diaconi.2.Opportunitas etiam, & modus in loquendo ſeruari
mandatur, ne vileſcat docens vel loquens.43. diſtin.ſit rector.
6 †Item portet ſacerdotem eſſe ornatum in exterioribus, habi-
tu videlicet, & inceſſu, habitu, vt nec fulgidis nec ſordidis ſe ve
ſtibus ornet. Vt enim ait Hiero.nec affectatæ ſordes, nec exqui
ſitæ deliciæ laudem pariunt.41.diſtin.in ſum. & ſolenniter pœ
nitens repellitur à promotione, ne vileſcat dignitas ordinis.41.
diſtin.in ſacerdotibus. Item verſa vice prohibentur omnes per-
uerſæ appreciationes creaturarum, vt patet.ſ.de iureiurand.&
ſi Chriſtus.§.1.Omnis autem peruerſa appreciatio creatura-
rum procedit, aut ex ſublimitate, aut ex cupiditate, aut ex dele
ctatione.primo modo eſt idololatria ſuperborum. ſecundo cu
pidorum: tertio laſciuorum. Sicut enim dicit Hiero.quod quis
plus veneratur, & amat, hoc illi Deus eſt, pro quo 40.diſti.capi.
vlti.quæcunque deſiderauerit priuatum in terra, inueniet con-
fuſionem in cœlo, nec inter ſeruos Chriſti computabitur, qui
de primatu tractauerit &c. Et de ornatu vtrum ſit peccatũ vi-
de plene per Aſten.lib.2.titu.de modeſtia & apparatu.

1 *Excommunicati nominatim qui dicantur.*
2 *Excommunicati, qualiter vitandi.*
3 *Patronus laicus non exigit rationem de ſpiritualibus.*
4 *Patronus clericus, qualiter exigit rationem de beneficijs ſibi ſubditis.*
5 *Ratio de beneficijs, qualiter exigenda.*
6 *Ratio patronis reddita, an ab epiſcopo exigitur.*
7 *Templario an eccleſia interdicta ſit aperienda.*
8 *Templario ſemel in anno eccleſia aperienda.*

Evellere Vin & plantare. Ad declarationem glo.Bernar. nomina
tim &c. Si quęris qui dicuntur nominatim excõ
municati vel interdicti, & qualiter ſunt vitandi:
1 diſtingue. †Aut quæris de primo ſcilicet, qui di-
cuntur nominatim excommunicati vel interdicti. Et dicunt
Bernar. Innocen. & Hoſtienſ. hic quod illi qui proprio nomine
expreſſo, vel alijs indubitatis circunſtantijs, ſeu circumlocutio
nibus deſignantur inſtitut.de exhære.libro.§.nominatim. Et
ita intellige quod not. Innocen.ſ.de præbend.in lateran.gloſ.2.
vbi dicit, quod nominatim interdicti dicuntur hi, de quibus,
certum eſt quod ſunt interdicti. Quod exponit Guili.de mon.
lau.extra de ſepul.c.1.in clem. ſuper verbo nominatim interdi
ctos.in cle.1.qui in ſententia ſeu denũciatione nominatim ſpe
cialiter ſunt expreſsi aliàs ſi in genere excommunicatus, vel in
terdictus ſit aliquis, puta excommunico omnes illos, qui fur-
tum commiſerunt.j.de ſenten.excommuni. à nobis. id eſt vel
excommunico Petrum cum fautoribus infra de ſenten.excõ-
mu.ſacris.tunc non teneor vitare furem, vel fautorem quan-
diu neſcio pro certo ipſum incidiſſe in canonem, quouſque de
nunciatus expreſſo nomine, vel alias notorius ſit, argu. hic, &
in eo quod le.& no.infra.eo.vt priuilegia.de ſenten. excomm.
quod in dubijs.ſ.de cle.excommun. mi.propoſuit ſecundum
Hoſtien.hic. Idem frater Ioan.in ſum.confeſ.titu.de ſenten.in
terdicti.quæſtio.236.qui dicuntur nominatim. & Aſten.libr.
7.titu.de dam.excomm.in princip.Sed Petrus in exemplo præ
miſſo, eſt nominatus excommunicatus vel interdictus, & ideo
eſt vitandus.11.quæſtio.3.c.ſicut apoſtoli.&.c. excommunica
tos.&.c.cum excommunicato &.c.ſeq. quod dic vt hodie in-
2 frà, de ſenten.excomm.c.ſtatuimus.libr.6.†Aut quæris de ſe-
cundo ſcilicet, qualiter ſunt vitãdi, & dic quod regulariter. 11.
quæſt.3.c.ſicut apoſtoli. &.c.excommunicatos.&.c.cum ex-
communicato.j.de dolo & contu. veritatis in ſi.de excep.cũ
inter.j.de ſenten.excommu.per totum. Sed fallit in caſibus ex
preſsis in iure, qui verſibus ijs comprehenduntur. vtile, lex, hu
mile, res ignorata, neceſſe: hæc anathema quidam faciunt, ne
poſsit obeſſe.de quibus per Hoſtien.in ſum.de ſenten.excõ.§.
vlti.circa princi.& dicam fortè.j.de ſenten.excom.ſi verè.

Super eo.c. §.in eccleſijs. Si quæris, vtrum patroni re
ligioſi, vel alij, ab inſtitutis in eccleſijs ſeu
beneficijs ſibi ſubditis poſſunt exigere, & recipere rationem,
& quã, ſeu de quibus, & qualiter, ſeu ſub qua forma, & vtrum
de his de quibus patronis eſt ratio iam reddita Epiſcopus poſ-
ſit exigere rõnem, diſtingue. Aut quæris de primo.ſ. vtrum
poſsint exigere vel recipere rationem, & quam ſeu de quibus,
tunc: Aut quęris, vtrum poſsint exigere ſeu recipere rationem
de tẽporalibus: & tunc diſtingue vt dixi.ſ.de iurepat.ex literis.
3 diſt.vlti.†Aut vtrum poſsint exigere, & recipere rationem de
ſpiritualibus, & tunc aut eſt patronus laicus, & talis non põt de
ſpiritualibus exigere vel recipere rationem. nec ea tãquam ſu
perior tractare, vel de eis ſe intromittere, vt hic expreſſe pro-
batur ſecũdum Hoſtien.& Io.An.poſt eum.pro hoc.ſ.de iud.
4 decernimus.quod dic vt ibi dixi.†Aut eſt patronus clericus, &
tunc aut eccleſiæ pertinent ad eum pleno iure, id eſt ſibi ſunt
vtroque iure ſcilicet in ſpiritualibus, & temporalibus ſubiectę:
in illis nihil poteſt Epiſcopus attẽtare, ſed ipſe patronus habet
etiam de ſpiritualibus exigere & recipere rõnẽ, vt hic à cõtra
rio ſenſu.& j.eo.qm̃ per confeſsionem.16.quæſtio.2.ca.1. Aut
non pertinet ad eum pleno iure, & tunc ſeruabitur quod hic di
citur.ſ.ꝙ de ſpiritualibus Epiſcopo reſpondeat, & de tempora
libus ipſi patrono rõnem exhibeat competentem, quod dic
vt no.Bern.hic ſuper verbo pleno iure.& Hoſti.poſt eum, quo
rum gl.hic approbat Inno.ſ.de offi.ordi.quanto.de præben.in
lateranenſi.& Archi.in dict.c.1.ſuper verbo, & fœlici.16.q.2.
5 & j.de capel.mo.c.vnico.gl.vlti.lib.6.†Aut quæris, de ſecundo
ſ.qualiter, & ſub qua forma, & tunc dic ꝙ exigent rationẽ quo
gubernantur poſſeſsiones habitæ, & quo prouentus expendan
tur, non tñ exigent principaliter ab eis rationem, quantum ex
pendant ſingulis diebus pro piſcibus, vel carnibus. Et hanc ra-
tionem petent etiam ſi non ſint de dilapidatione ſuſpecti, quia
à iure conceditur hæc ratio eis. Sed tamen ipſi patroni non co
gẽt ſubditos ad hoc, ſed obtinebunt eos cogi per ordinarios
ſuos: nam ipſi ratione patronatus nullam ſuper eos habent iu
riſdictionẽ. Sed & ſi prælatus videret, ꝙ nimis ſæpe & malicio
ſe patronatus exigeret rationẽ, non impenderet ei officiũ ſuũ,
quia malicijs non deberet exuberare ſed obuiare.ff. de rei ven.
in fundo. ſecundum Inn.& Hoſtien. hic, qui etiam dicunt hic
in ver. Item non poterunt &c.ꝙ tales inſtituti non poterũt ali
quid alienare, nec maximas cauſas agere ſine conſenſu patrono
rum exemptorum. Nam ſicut in his requirẽdi eſſent Epiſcopi
ab eccleſijs ſibi ſubditis: ita hic patroni exempti, qui ius epiſco
pale habent in eis, quo ad hoc requiri debent.argu.12.quæſtio.
2.ſi qua.&.c.placuit. Vbi Archi.ſuper verbo Epiſcopis, cõcor
dat, dicens quod Abbates, qui habent ad ſe eccleſias pertinẽtes,
pleno iure, poſſunt talem licentiam alienandi concedere, & in
eis auctoritatem præſtare. Quod verũ intelligas de exemptis
patronis, vt notat Innocen.hic & Hoſtiẽ.poſt eum, in alijs dic
vt nota.ipſe Archidiacon.12.q.2.Abbatibus. quorum opinio
videtur approbata extra de rebus eccle.non alie.c.1.in clem.ſe
cundum Io.Andr.& Guil.de mon.lau.ibi ſuper verbo, proprij.
6 †Aut quæris de tertio ſcilicet vtrum de his de quibus patronis,
eſt ratio iam reddita, Epiſcopus poſsit exigere rationem, &
tunc dicit Innocen.hic in ver.item licet, quod licet rationẽ, &
auxilium dederimus patronis.nihilominus prælati ratione iu-
riſdictionis poteſtatis hoc habebunt.ſ.de offic.ordi.cõqueren
te.& in hoc concordat Hoſt. Et eſt ratio quia patronus nõ exi
git rationem vt iudex, vel per modum iuriſdictionis, qđ patet
quia inſtitutum ad hoc cõpellere non poteſt, vt dictũ eſt.ſ. in
ver.ſed tamen ipſi. Secus credo ſi aliquis vt iudex, vel iuriſdi-
ctionem habens dominus exegiſſet: nam tunc Epiſcopus non
poſſet exigere iam redditam rationẽ. ita intelligo quod legi.&
no.j.de cleri.ęgro.c.vnico.li.6.cum nota.ibi per doc.& ſpeciali
ter per Archid.in gl.ſua vlt. Et no.quod illud quod dicitur in ſi.
huius.c.quod eccleſiæ in quibus ſit aliquid cõtra ſtatutum hu
ius c. ſubiacent interdicto, debet intelligi de interdicto ferẽdo
per Epiſcopum, quia non eſt canon latæ ſententiæ, ſed ferẽn-
dæ, ſecundum Innoc.& Io.An.hic.idem Archi.infrà de capell.
mo.c.vnico.ſuper verbo nequeunt.lib.6.

7 Super eo.c. §.quod ſi templarij. † Si quæris vtrum in
eccleſijs iocundo aduentu alicuius tem-
plarij, ſeu hoſpitalarij ad locum interdictum poſsint, & debeãt
in eo ſemel in anno ianuis apertis, campanis pulſatis, excluſis
excommunicatis, diuina officia ſolenniter celebrari, diſtin-
gue. Aut quæris vtrum ſi ſint plures eccleſiæ eiuſdem loci in-
terdicti, poſsint vel debeant omnes, ſeu duæ, an plures earum
aperiri, & in eis ſolenniter celebrari, & tunc dic ꝙ non, vt.j.e.vt
priuilegia.§.illud. Aut vtrum vna tãtum eccleſia eiuſdem loci
poſsit aperiri.& ibi celebrari, & dic quod ſic, ſiue ſit ibi vna ſola
8 eccleſia, ſiue plures, vt hic & ibi. †Et intellige quod vni tantum
templario vel hoſpitalario ſemel tantum in anno aperiatur, &

non pluribus venientibus ſecundum Goffre.& Hoſti. in ſum.
eo.ti.§.quid operetur.ver.aperientur etiam. Et hoc verum ſe
cundum Hoſt. ibi quo ad priuilegium commune, & generale:
ſed ſi plures domus in eadem prouincia haberent indulgẽtiam
ſpecialem, quãuis eiuſdem ordinis eſſent, videtur quælibet ad-
mittenda, quo ad vnam perſonam, & ſic poteſt intelligi, quod ſ.
& not.ſ. de ſepul. in noſtra.§.j.& in his concor. Aſten. lib. 7. titu.
de interdicto & ſuſpenſo. artic. 3. ver. conceditur etiam. Tu dic
hodie de iſta materia, vt.j. de ſen. excom. alma mater. libr. 6. per
quam decreta. videtur iſtud priuilegium reuocatum ſecũdum
Ioann. Andr. ibi in glo. ſua ſi. cum quo concor. Aſten. vbi ſuprà,
verſ. cætera vero. De hoc etiam vide hodie extra de ſent. excõ.
capitu. 1. circa medium. ibi, cum moderamine tamen decretal.
alma. inuiolabiliter ſeruetur in clemen.

1 *Negligens in iuſtitia facienda qualiter punitur.*
2 *Abutens in iuſtitia facienda quomodo punitur.*

Dilecti. Si quæris vtrum, & quando delinquens
circa exhibitionem iuſtitiæ, incurrat pœ
nam illius conſtitutionis. j. de re iudi. cum æterni. li.
1 6. diſtingue. †Aut delinquit negligendo ſeu recuſan
do facere iuſtitiam, & dic quod non incurrit, quia verba illius cõ
ſtitutionis non ligant negligentem, ſed abutentem ſcilicet illũ
qui aliquid facit in iudicio per gratiam vel per ſordes, vt ex di-
ctæ cõſtitutionis lectione patet. Et iſte intellectus ſecurior eſt.
alias enim infinitos aſtringeret negligẽtes: & ita illi fratres ho
ſpitalarij volendo facere iuſtitiam non incurrunt pœnã huius.
2 c. †Aut delinquit abutendo, ideſt faciendo aliquid in iudicio p
gratiam, vel per ſordes: & tunc incurrit vt ibi ſecundum Hoſt.
hic, ipſe tamen tenet contra primum membrum infrà de ap-
pel. legitima. lib. 6. vbi de hoc per Io. Andr. in nouella.

1 *Sepeliens ignoranter excommunicatum in cemeterio non eſt ex-
communicatus.*

Ad hæc. Ad declarationem primæ glo. Bernar. Si
quæris vtrum ſepeliens excommunica
tos in cemeterio incurrat ſententiam excommuni-
1 cationis, & quam, diſtingue. †Aut hoc facit ignoran
ter, & tunc non incurrit aliquam ſententiam excommunicatio
nis. argumen. 11. queſtio. 3. quoniam multos. j. de ſenten. excõ
mu. c. ſignificauit. & .c. cum deſideres. §. ſecundæ. de hæreticis.
c. a. lib. 6. & extra de ſepul. c. eos qui. ibi, ſcienter ſepelire &c. in
clemen. ſecundum Io. An. G. de mon. lau. & Gen. ibi, Niſi igno-
rantia eſſet craſſa. talis enim quem non excuſaret, ſaltem quo
ad eccleſiam militantem. ſ. de ordi. ab Epiſcopo qui renũ. epi.
2 c. 1. in fi. de cle. excommu. mi. apoſtolicæ. ſecundum Gen. ibi. †
Aut hoc fecit ſcienter: & tunc, aut quæris de ſepeliente excom
municatos minori excommunicatione, & talis nullam excom
municationem incurrit, quia iura non ſic inhibent participa-
tionem cum excommunicatis minori, ſicut cum excommuni
catis maiori, quandiu viuunt. Item minor excommunicatio
nõ ſic inficit ſicut maior. 11. q. 3. excellẽtiſsimus. Et hoc eſt, quod
dici conſueuit, quod excommunicatio non tranſit in tertiam per-
ſonam, not. ſ. de cle. excommu. mi. ſi celebrat. ergo nec ſic vide
tur inhibita participatio cum eis mortuis. ar. ſ. de ſepult. ſacris.
Item iura facientia mentionem ſimpliciter de excommunica-
tis, intelliguntur de excommunicatis maiori non minori. j. de
ſentent. excom. ſi quem ſub ea forma. vt hoc notant Guilel. de
mon. lau. & Gen. in dicto. c. eos qui. ſuper verbo excommuni-
catos. in clem. Tales tamen excommunicati minori excom-
municatione non ſunt in cemiterio ſepeliẽdi cum deceſſerint
mortali peccato. 13. q. 2. non æſtimemus. & .c. pro obeuntibus
3 ſ. de rapto. ſuper eod. & de fur. ſures. †Aut quæris de ſepeliente
excommunicatos maiori excommunicatione, & tũc aut ſunt
excommunicati occultè: aut publicè. ſi occultæ tunc, Aut quæ
ris vtrum talis ſepeliens ſcienter ſit excommunicatus maiori.
& dic quod non. arg. d. c. eos. ibi excommunicatos publice. à con-
trario ſenſu, cum ſit pœnalis, & ſic reſtringenda ſecundum. G.
de mon. lau & Gen. ibi, Aut vtrum ſit excommunicatus mino
ri. & Ber. hic no. quod ſic, quia cui non communicamus viuo: nec
communicemus mortuo. 24. quæſtio. 2. c. 1. 2. & 3. ſ. de ſepult.
ſacris. Sed Hoſtien. no. hic contra, quia communicare mortuis,
non eſt communicare hominibus: cum homo mortuus non
ſit homo ſuprà de cele. miſ. cap. ibi nam adeſſe hominis &c. &
de pœ. diſt. 2. charitas eſt. vt mihi videtur. verſicu. item corpus.
vbi dicatur, quod homo conſiſtit in duobus: & quia in ſpeciali
caſu priuandus officio mandatur qui excommunicatum ſcili-
cet propter hæreſim ſepelit. ſuprà de hereti. excõmunicamus.
2. §. ſane. Et hoc verius ſecundum Guili. de mon. lau. & Gen. in
dicto capitu. eos. cum illa conſtitutio ſit pœnalis. idem no. Ar
chidiaco. 6. quæſtio. 1. illi qui. ſuper verbo, non poſſunt. Sed ſal
lit in caſu hæreſis. vt in dicto. §. ſanè. melius eod. titu. capitul. 2.
4 primo reſponſo. libr. 6. †Si ſint excommunicati publicè, tunc
talis ſcienter ſepeliens eſt excommunicatus, etiam maiori ex-
communicatione, vt in d. §. eos qui.

Super eo. c. Ad declarationem gloſ. a. Bernar. Si quæ-
ris vtrum infideles, vel excommunicati
in cemeterio ſepulti debeant humari, diſtingue: vt dixi ſuprà,
de ſepul. capitu. ſacris.

1 *Renunciatio priuilegij. 30. annorum curſu præſcribitur.*
1 *Priuilegium quadragenaria præſcriptione acquiritur.*
3 *Soluens. 30. annis procurationem, pro futuro ad eam compel-
latur.*

Si de terra. Si quæris, vtrum veniens ſemel
contra priuilegium ſuum perdat
illud, & quãto tempore priuilegium durare debeat,
diſtingue, vt dixi ſupra de conſtit. cum acceſsiſſent.
1 †Sed quantum ad ſolutionem contrarij de decret. accedenti-
bus infra. eod. iſtius decret. dic, quòd ſi dicatur eccleſia renun-
ciaſſe priuilegio, ſufficit allegare lapſum. 30. annorum. vt hic,
2 & ſupra de præſcript. ad audientiam. †Si autem allegetur præ-
ſcriptio contra priuilegium, tũc 40. anni ſunt neceſſarij, vt ibi,
vnde in renũciatione. 30. anni. ſufficiunt in præſcriptione. 40.
neceſſario requiruntur. Minor enim præſcriptio, quam ſit qua-
dragenaria non currit contra eccleſiam ſuprà de præſcript. cap.
illud ſecundum Abbatem, qui etiam dicit quod ita intelligit Goſ.
Idem recitat Ioann. An. Vel dic, & fortè melius, quod iſta decreta.
loquitur in eccleſia parochiali, quæ fundat intentionem ſuam
de iure communi: illa verò loquitur in alijs eccleſijs, quam in
eccleſia parochiali, quæ fundat intentionem ſuam de iure com
muni. Hoſtien. vero in ſumm. de conſtitutio. §. quando conſti
tutio. ſub §. licet conſtitutio, & poſt eum Aſten. li. ſexto titu. de
priuilegi. articul. quinto dicunt, quod priuilegium cum con-
tra ius commune concedatur citius amittitur, quia de facili res
reuertitur ad id quod natura, & ius ſibi conceſſerat. ff. de pac. l.
ſi vnus. §. pactus. ver. quod ſi non vt tolleret. ſ. de cenſi. cum vene
3 rabilis. ſed contra hoc eſt. capit. accedentibus. †Et vide Bartho.
Brix. in quæſtione dominicali; quoddam monaſterium exem
ptum ſoluens. vbi quærit vtrum monaſterium exemptum ſol
uens per 40. annos Epiſcopo procurationem, teneatur eam ſol
uere in futurum, quaſi ſit ſibi præſcriptum. Pileus in quæſtioni
bus ſuis, quod non: quia potius ſecundum ius commune hoſpitali
tatis, quam hominibus debet, videtur eum recepiſſe, quam iu
ri ſuo derogare, Hugo. dicit contrarium per decretalem iſtam,
quia non præſumitur, quod tãto tempore faceret niſi crederet
ſe teneri. quod verius videtur.

1 *Ciſtercienſes ſunt exempti.*
2 *Templarij ſunt exempti.*

Recepimus. Ad declarationem primæ glo.
1 Bernard. hic. †Si quæris vtrum
templarij, hoſpitalarij, & ciſtercienſes ſint exem
pti. Ber. dicit hic quod ſic: cum quo concordat In
no. in verſi. licet autem &c. Sed Hoſtienſ. contra,
dicens quod iſti nõ ſunt exempti, & ſi multũ ſint
priuilegiati, vt patet de ciſtercienſibus. ſuprà de ſimon. ne Dei
2 eccleſiam. & not. ſ. de ſupplen. negli. præl. c. 1. †& de templarijs
& hoſpitalarijs. j. de verbo. ſignific. veniens. lib. 6. & no. ſ. de ex
ceſ. præla. nimis iniqua, & .c. nimis praua. Sed Io. An. dicit, quod
Bern. reſpicit factum: nam exempti ſunt de facto per priuile-
gium ſpeciale, licet exemptio nõ ſit in corpore iuris clauſa: ſed
Hoſt. reſpicit ius. Et idem quod notat Inno. hic in prin. glo. ſuæ
vſq; ad ver. idem dicendum eſt notat Archi. 16. q. 1. frater no-
ſter. ſuper verbo exeunt. & de iſta glo. Innocen. vide hodie in
frà. eo. ſi Papa. lib. 6. vbi Cardi. Archi. & Io. An. ſatis eum appro
bant. Item cum eo quod not. Innocen. in d. verſic. licet autem.
vſque ad verſi. item & ſi non eſſet. concordat. G. j. eo. volentes.
ſuper verbo ratione delicti. lib. 6.

1 *Conceſſum vni de iure communi, alijs conceſſum.*
2 *Conceſſum vni ex priuilegio alijs non conceſſum.*
3 *Retractus ius cedi poteſt.*

Sane. Si quæris, vtrum conceſſum vni alijs con-
ceſſum intelligatur, diſtinguit Bernard. hic
1 †Aut conceditur vni de iure communi, & tũc omni
bus conceſſum intelligitur, cum ſit tamen ratio. 4.
diſt. deniq; 5. di. ad eius verò. quia iura nõ in ſingulas perſonas &c.

vt. ſi. d

vt.ff. de legi.l.iura. Quod verum ſecũdum Hoſti. niſi aliud per
aliquod ius aliud prohibeatur.vt patet.ff. de eden.l. 1.in prin.&
2 §.ait prætor qui le.& ſ.de excep.exceptionem.† Aut cõceditur
vni de iure ſpeciali,& tunc non intelligitur conceſſum alijs, cũ
non ſit eadem ratio vt hic.& 16.q.1.hinc etiam.cum alijs con
cor,hic alleg.in gl.1.& j.de reg.iur.c.priuilegium.lib.6.ff. de iu
di.cum prætor.C.de procu.l.maritus.& ſic intelliguntur.ff.ſo-
lu.ma.l.ſi vero negocium.§.de viro.& C.de adul.l.1. & adde ꝙ
dixi.ſ.de re iudi.in cauſis. Dicit tamen.Goff.hic & Io.An.poſt
eum, ꝙ iura perſonalia licet non extendantur ad alios, tamen,
quandoq; alijs conceduntur. Vnde minor cedit alteri benefi-
cium reſtitutionis.ff.de mino.l.ꝙ ſi minor. & facit ff.de admi.
3 tut.l.ex pluribus.& quod ibi notat † quæ iura ſunt in ar.ꝙ proxi
mior ius retractus,ſibi competens extraneo cedere poſsit.

1 *Literæ clauſæ in actis redactæ fidem faciunt.*
2 *Literis authenticis credendum.*

PAtentibus. Arg.eſt hic ꝙ in iudicijs fidẽ non faciunt clauſæ literę,ſed patentes, circa quod diſtingue, aut non apparent authenticæ,ſorſan,quia ſigillum remotũ eſt,ſiue fractum:aut apparent,vt quia ſigillum integrum
1 appenderetur.† In primo caſu,aut literę hmõi diri
guntur iudici,qui ipſas clauſas recepit,& tenorẽ ipſarũ in actis
redigi fecit,& tũc eis ſicut actis alijs eſt credendũ, arg.ſ.de ex
ceſ.præla.inter dilectos.§.pręterea.de reſti.ſpolia.cum ad ſedẽ.
§.fi.& de offi.deleg.cum olim magiſter. Aut non: & tunc non
2 faciunt fidem.† In ſecundo caſu.ſ.qñ apparẽt authenticæ,vt qa
ſigillum integrũ appendet,& tam intus q̃ extra apparent nõ vi
ciatæ,quare fidem non facerent niſi ratione pſonarũ vel cauſa-
rum aliud diceretur,non videmus.ar.C.de edic.diui Adri. tol.l.
fi.Nam & minus ſuſpectę videntur clauſę quã patentes, vt pro
batur in teſtamento.inſti.de teſta.§.ſed his omnibus.& ſeq. C.
de fide inſtr.l.fi.& de teſta.l.ſi vnus.ſm Hoſt. cuius eſt iſta di-
ſtinctio in effectu.& in hoc concor.Io.And. Et intellige qñ ſi-
gillum eſt aliàs autenticũ,aliàs ſecus.ſ.de fide inſtr.cũ dilectus.

1 *Celebrans in eccleſia polluta non eſt irregularis.*
2 *Celebrans in loco interdicto fit irregularis.*
3 *Exempti habentes priuilegium expreſſum à ſolo Papa iudi-cantur.*
4 *Exempti ſimpliciter à quo iudicandi. 5.*
6 *Exempti certis caſibus ſubſunt Epiſcopo.*
7 *Exempti quoad capellas non exemptas ad ſynodum exeunt.*

QVarum. Ad declarationem glo.per aquam &c. Si quæris, vtrum celebrans ſcienter in eccleſia interdicta, ſeu ſanguinis,vel ſeminis effuſione polluta, irregularitatem incur
1 rat,diſtingue.† Aut celebrat in eccleſia ſanguinis,
vel ſeminis effuſione polluta,& tunc nõ eſt irregularis: vt j.de
2 ſen.exc.is.q.1.reſp.li.6.† Aut celebrat in eccleſia interdicta,ſeu
loco interdicto vel ab hoĩe vel à iure:& tunc eſt irregularis, vt
ibi in ſecundo reſponſo.quod dic vt ibi,& vt dixi ſupra de cle
rico excomm.mi.ſi celebrat.

Super eo.c. Ad declarationem glo.per hoc patet &c. Si quæris,vtrum fictio, vel ſimulatio im-
pediat monachatum, diſtingue:vt dixi.ſ. de regularibus. ca.21

Super eo.c. Ad declarationem gl.ſic ergo videtur. Si quæris,vtrum exempti ſi delinquant,vel
contrahant,vel quaſi iudicari,ſeu iuſticiari poſsint ab alio quã à
3 Papa, diſtingue. † Aut in priuilegio exemptionis hoc expreſſe
continetur,ꝙ q̃tuncunq; delinquant,vel cõtrahant, vel quaſi,à
nemine citra ſedem apoſtolicam iudicentur vel punientur.vel
alia q̃tuncũq; verba ſimili expreſſe innuentia, & tunc ſtandum
eſt priuilegio.ſ.e.porro.vt notat Bern.hic ad fi. verſicu.ſi vero
aliud &c.& Hoſti.poſt eum hic,& in ſum.e.tit.§. qualiter amit
tatur.verſicu.ſed quid ſi exemptus delinquat &c, Idem frater
Ioan.in ſum.confeſsio.tit.de rapto.rubrice.de priuilegi.q.166.
vtrum exemptus &c.Et ſic intellige.de ſuppl. negli. præla.c.2.
ibi niſi à iuriſdictione tua exempti ſint &c.quod tamen quan-
tũ ad hoc corrigitur extra de ſupplenda negli.præla.c.vnico.in
4 clemen. † Aut in priuilegio exemptionis hoc non continetur
expreſſe,ſed ſimpliciter eximuntur, puta quia dicitur in priui
legio, quod cenſum præſtant eccleſiæ Romanæ ad iudicium
perceptæ libertatis: vt.ſ.e.recepimus, vel ſimile de quo legi.&
not.infrà.eod.ſi Papa.lib.6.Et tunc videtur ꝙ indiſtinctè poſ-
ſint puniri,ſeu iuſticiari,niſi ſpecialis dignitas tueatur tales p.
l.C.vbi quis de curiali vel coartali.l.2.ibi exceptis videlicet his
qui armata militia prædicti ſunt, vel alijs qui ſpeciali beneficio,
principali ſeſe defendant, puta hoc ſpecialiter exprimitur, &
ibi præter eos etiam qui ſpecialiter ſunt excepti. Sed tñ circa
hoc diſtingue.Aut quæris vtrum rõne delicti cõmiſsi, ſiue con
tractus initi,aut rei ſitæ extra locum exemptũ,ſubſunt ordina
rijs diocœſanis,& per eos iuſticiari poſſunt,& dic ꝙ ſic, vt ple
ne legitur, & notatur.j.e.nolentes.in princ.li.6. Aut alias q̃ in
caſibus prædictis,puta quia delictum commiſſum ſit,vel cõtra
ctus initus, vel res litigioſa ſit in loco exempto, & tunc non
poſſunt per ordinarios conueniri,vel iuſticiari,vt ibi in verſic.
5 nũquid ergo &c.& hoc notant Bernardus,& Hoſtien.hic.† ſed
fallit in caſibus in quibus eos Epiſcoporum iuriſdictioni ſub
eſſe canonica præcipiunt inſtituta,vt ibi in verſic.ſaluis, qui ca
ſus ſunt.ſ.de officio ordina.irrefragabili.§.cæterum.de maior.
& obedienta.ꝙ ſuper his.&.c.ſolita.de præſcript. veniens.§.ſci
ſma.de ſtatu monacho.recolentes.ſ.eo.cum & plãtare. &.c.ad
hæc.& proximo.j.eo.cum capella.ca.ex ore.& capi. paſtoralis.
de ſenten.excomm.nulli.16.q.1.interdicimus.18.q.2.Abbates.
infrà,de præben.cap.1.lib.6.j.eo.tit.auctoritate.eo.libro.6.ſm
Guil.& Ioan.An.in dicto verſ.ſaluis. Sunt & alij caſus extra de
ſupplenda negli.prælato.quia regulares.in clemen. de teſta.cap.
vnico.de ſepul.c.eos.&.c.dudum.aliàs ſuper cathedram.§. nos
etenim.& de ſtatu regula.accedentes.de religio.domi. qa con-
tingit.de iure patro.vt conſtitutio.de priuile.religioſi.& ca. Ar
chiepiſcopo.& de pœni.& remiſsio.abuſionibus.de ſen. exc.c.
1.in clemen.Item Card.j.eo.ti.Epiſcoporum.ſuper verbo con
tempſerint.& Guiliel.ſuper verbo ſepulturã.lib.6.ponunt aliũ
caſum in quo Epiſcopus poteſt excõicare, & animaduertere in
exemptos ſuæ diocæſis.ſ.qñ ſcienter recipiunt ad diuina offi-
cia,vel eccleſiaſticam ſepulturã excõicatos publicè authoritate
ordinaria,p ea quæ no.ſ.de hæreti.ad abolendã. in fi.ſ.eo.cũ &
plantare.in fi.& hic,& quæ no.Inn.ſ.eo.Epiſcopus.&.ca. pxi.
Et eſt rõ quia tales delinquunt in rẽ non exemptã.j.eod.volen
tes.li.6.Sed Io.An.in c.alleg.epiſoporum.in nouella.dicit quòd
pro hoc facit.ſ.e.ad hoc in fi.cui reſpõdetur ꝙ non dicit,ꝙ pu
nire,ſed ꝙ poteſt exhumare.Item forſan hoſpitalarij non erãt
tunc exempti licet priuilegiati,& per eundem modum reſpon
deri poſſet ad.c.ſ.proxi.Itẽ facit.c.auctoritate.1.reſp.j.eo. li.6.
ſed ibi delictũ fiebat extra locũ exẽptum, quare certũ eſt, ꝙ ſi
prædicti eſſent exempti,ſed loca ipſa non eſſent exẽpta, ꝙ eſſe
poteſt.vt.j.eo.per exemptionem.tunc cõis exẽptio nõ impe-
diret quo minus puniret ordinarius talia faciẽtes.j.eo. volen-
6 tes.lib.6.† Cõis dicit pp id quod ibi dixit in princi.vbi dicit ꝙ
multi ſunt hodie exempti etiam contra illam decret. vt etiã in
illis tribus caſibus quos permittit non poſſunt coram ordina-
rijs cõueniri.ſed ſi perſonæ & loca in quibus hoc faciunt dicũ
tur exempta,graue eſt dicere exẽptos p ordinarios puniri ex-
tra caſus expreſſos in iure.Et ratio Io.mo. quæ dicit eos ſuper
prædictis priuilegiatos nõ eſſe,nec priuilegiari potuiſſe parum
vrgetq̃ concluderet de adulterio,fornicatione,& quolibet de
licto ſm Ioan.Andr.cuius dictum credo verius. Sed Hoſtienſ.
in dicto ver.ſed quid ſi Epiſcopus.in fi.ſubdiſtinguit iſtud mẽ
brum vltimum.ſ. quando exemptus delinquit in re, vel circa
rem priuilegiatam,aut delinquit in re vel circa rem priuilegia
tam nõ præiudicando alij:aut præiudicando.item aut notoriè
aut occultè. Si exemptus delinquat circa rem priuilegiatã ſine
præiudicio priuato alterius,referendum eſt Papæ,& ſic loqui-
tur.ſ.de ſtatu mona.ea quæ.§.hæc eadẽ. Et ſic priuilegiatus re
manet in percepta libertate,vt innuũt verba priuilegij. Et ſm
hoc poteſt intelligi.ſ.de ſupplen.negli.præl.c.2.quia ſi eccleſiæ
illę exemptæ ſunt:ergo committitur delictũ in re priuilegiata,
nec Epiſcopo cui non ſubſunt eccleſię,poteſt aliquod præiudi
cium generari.Si autem alij præiudicat, & palã ſiue notoriè de
linquat,corrigi poteſt quod malè facit per cẽſurã eccleſiaſticã,
vt hic.& ſ.c.proxi.ergo per excõmunicationem, & ſuſpẽſio-
nem officij,& beneficij,vt hic,& j.de verb.ſigni. quærenti.nõ
tñ per depoſitionem vel beneficij priuationem. vt in dicta de-
cre.ea quæ.§.hæc eadem.& arg.ſ.de clericis non reſidentibus.
ex tue.ad fi.& 3.q.6.quis. & hoc propter ſcãdalũ qđ alijs immi
net ex notorio delicto & exempli pernicie.argu. in eadem de-
creta.46.diſtin.ſed aliud. quia nec quo ad hoc verba vel mens,
priuilegij extendunt. Si verò occultè delinquat, ſiue manife-
ſtè, non tamẽ notoriæ, hoc delictum citra ſedem apoſtolicam
nec examinari poterit,nec puniri:& ſic intellige.16.quæſtione
7 1.frater noſter.† Niſi fortè teneat capellas non exemptas, rõne
quarum teneatur ire ad ſynodum,vel aliquid aliud facere, quia
tunc puniri poſſet quo ad ipſas capellas,ſi non faceret qđ debe
ret.j.eo.ex ore.§.finali.Secundum hanc diſtinctionẽ iura ſol-
uuntur,& diuerſæ opiniones ad concordiã reducuntur, & ap-

probantur hæc in dicto capitu. volentes. ſecūdum Hoſtienſem ibi: idem frater Ioannes in dicta quæſtione vtrum exemptus, de hoc etiam per eum rubricella de ſentent. interdicti. q. 268. ſed quid ſi religioſi, idem frater Aſten. libr. 6. hoc titu. articu. 8. Sed hæc diſtinctio Hoſtienſ. ſua reuerentia ſemper ſalua, non probatur in dicto. c. volentes. ſed prima bene, vt ibi patet.

1 *Conuentio partium ſeruanda.*
2 *Inducijs acceptis ſuper teſtium productione in curia vtraque pars ibi producat.*
3 *Teſtes ad curiam adducere nemo tenetur.*
4 *Confirmatio Papalis Epiſcopo non præiudicat.*
5 *Indulgentiæ Papales Epiſcopo non præiudicant.*
6 *Priuilegium exemptionis Epiſcopo præiudicat.*
7 *Legatio an per teſtes probetur.*
8 *Iuriſdictio commiſſa an teſtibus probetur.*
9 *Contractus in ſcriptis an teſtibus probetur.*
10 *Inſtrumento facto aduerſarij perdito ſufficit probare eius amiſ-*
11 *ſionem.*
12 *Inſtrumento fortuito caſu perdito, an ſufficit probare eius, amiſſionem.*
13 *Inſtrumenti amiſſio probatur iuramento.*
14 *Oſculum proditorium.*
15 *Oſculum reuerentiale.*
16 *Oſculum conſenſus.*
17 *Oſculum pacis ſignificatiuum.*

Cum olim. Eſſemus. Ad declarationem gl. 2. Si quæris, vtrum ſi vna partiū litigantium in curia voluerit ſuos teſtes producere in ipſa curia, per hoc pars aduerſa in eadem curia teſtes ſuos producere teneatur, diſtingue. †
1 † Aut ita fuit conuentum inter partes: & tunc conuentio partium eſt ſeruanda. ff. communi diui. l. iudicem. de noui operis nuncia. l. 1. §. & poſt operis. & de re iudi. ſi conuenerit. arg. ff.
2 depoſiti. l. 1. §. ſi conuenerit. † Aut non eſt conuentum: & tunc, aut pars aduerſa ſponte recepit inducias ad producendum ibi teſtes ſuos, & nihil obijcit: & tunc debet ibi producere teſtes ſuos. & ita fortè fuit hic. ſimile nota. C. de an. except. l. fina. §. fi.
3 † Aut non recepit: & tunc de rigore iuris non eſſet quis cogendus ad curiam adducere teſtes ſuos, vt patet in eo quod legi. & nota. ſ. de fideiuſ. conſtitutus. §. fi. ſecundum Hoſtienſ. & Ioan. An. hic. & idem Archi. 4. q. 3. c. ſi teſtes. verſic. item ob carmen. glo. adde dicebat bona guida. & infrà, de teſtibus præſentium. ſuper verbo teſtes. lib. 6. vbi vide de hoc.

Super eo. c. Ad declarationem gl. & ideo nullum &c. Si quæris vtrum gratiæ ſeu indulgentiæ papales non facientes de diocœſano Epiſcopo mentionem, ei
4 præiudicent, diſtingue. † Aut in confirmationibus nō fit mētio de iure diocœſani: & tunc non præiudicatur ei, vt patet. ſ. de confirma. vtili vel inutili. c. fi. §. fina. de decimis. dudum. in fine.
5 † Aut indulgentijs ſiue priuilegijs per quæ aliquid ſpeciale conceditur, & tunc idem. ff. ne quid in loco public. fiat. l. 1. §. ſi quis à principe. & §. merito. & no. j. eo. paſtoralis. & c. in his. Niſi ex qualitate conceſſionis, vel ex intentione cōcedentis aliud perpendatur. vt no. j. de conceſ. præb. quia cunctis. §. nec etiam &c. & §. ex parte. li. 6. Aut in commiſſionibus factis: & tunc idem. ſ. quod non præiudicant ei. vt patet in eo quod leg. & not. ſ. de
6 offic. de le. ſuper eo. † Aut priuilegijs exemptionis, & dic quod in illis, quo ad omnia niſi aliquid ſpecialiter reſeruetur diocœſano præiudicatur, licet de ipſo nulla mētio habeatur. ſ. de præſcrip. c. veniens. §. 1. cuius rō eſt quia per priuilegium exēptionis intendit cōcedens præiudicare in omnibus, & ius ſuū ſubtrahere diocœſano, niſi aliud dicatur: vt hic, & ſ. eo. aliud recepimus. & c. porro. & c. dilecti. ſecus in alijs caſibus ſupra dictis. Aliàs aūt exemptionē ipſam quāto ſtrictius poſſumus interpretamur: vnde nec exemptionem perſonarum ad loca extēdimus, nec econtra. quod dic vt. j. e. cum capella. & c. dudum. ſecundū Hoſtien. hic & Io. And. poſt eum, idem not. Archi. 25. q. 2. cap. ſeruatis. glo. penultim. vbi de hoc. & de hoc tangit Hoſtienſ. in ſum. eo. tit. §. quid operetur. in fin.

Super eo. c. Ad declarationem gl. hoc eſt nota dignū. Si quæris, vtrum legatus amiſſo inſtrumēto ſuæ legationis poſſit eam probare per teſtes: vel delegatus
7 iuriſdictionem ſibi commiſſam, diſtingue. † Aut quæris de legato, & dicunt Ber. Inno. & Hoſt. hic quod non poteſt. C. de manda. prin. l. vna. Et quia non eſt aliquis ibi ſuperior corā quo probatio fiat, niſi alias notus & honeſtus eſſet, & in quo caſu videt credendum ſup verbo ſuo. arg. 97. diſt. nobiliſſimus. 2. q. 5. quæ de cauſa. j. de offi. leg. officij. in fi. li. 6. Quod ſm Spe. tit. de legato. §. ſupereſt videre. ver. quid ſi delegari. &c. ſatis ſuſtineri pōt in his, quæ ad legatū ptinent ex officio, & iure legationis, ſecus aūt, quo ad alia quæ ſpeciale mandatum requirunt. vnde conſulet, quod quicunq; à legato receperit aliqd quod ad eum iure legationis non ptineat, ſiue fuerit diſpēſatio, ſiue aliud, habeat ſub manu publica tenorē literæ, per quod talis poteſtas ipſi legato ſpecialiter eſt cōmiſſa. ar. ſ. de hæreti. cum iniuncto. §. ſi fortè. Sed quod dictum eſt, quod ſi ſit notus, & honeſtus ſibi creditur, nō vr forte verum de rigore iuris, p ea quæ dixi. ſ. de proba. quū diſt.
8 1. † Aut quæris de delegato, vtrū poſſit probare iuriſdictionē ſibi cōmiſſam per teſtes, & vr ſm Bern. & Hoſti. quod ſic eo modo quo & amiſſio priuilegij hic probatur, dūmodo teſtes diſcreti eſſent, & honeſti, & tales qui ſcirēt cognoſcere, & legere literas, nec ignorarent decretalem. ſ. de cri. falſ. licet. & oīa quæ ad hoc pertinent diligenter vidiſſent, & palpaſſent. vnde non refert vtrum, quis pbet per inſtrumētū, vel p teſtes. C. de fide inſtr. ſi ſolennibus. & l. in exercendis. ſ. de fide inſtr. cum Ioannes. §. porro. Et ad hoc quod delegatus poſſit probare mādatū ſine literis, facit in auth. de litig. §. oēm. Sed alij dicunt contrarium niſi literas oſtendant. arg. 22. q. 1. ſancimus. ſ. de reſcrip. cū contingat. de offi. deleg. cum in iure. de fide inſtru. c. 5. Quod ſatis credunt Inno. & Hoſt. ante præſentationem literarum. ſ. quod per teſtes nō poſſit probari iuriſdictio: quia nec eſt coram quo hoc poſſit probari. Poſtea vero ſecus, arg. ſ. de appel. vt debitus. maximè ſententia lata. & ſi agatur corā alio iudice, vt patet in eo quod no. ſ. de offi. deleg. cum in iure. in quo quidem caſu vr quod & idem qui iudex fuit, poſſit eſſe teſtis. argu. in eo quod leg. &
9 no. ſ. de exceſ. præla. inter dilectos. §. præterea. † De contractu vero celebrato in ſcriptis, vel in quo ſcriptura deſideratur: dicunt quidam quod poteſt probari per teſtes, dummodo dicant quod ſcriptura fuit completa arg. hic. Alij contra, quia ſcriptura eſt de ſubſtantia. C. de fide inſtru. contractus de teſtibus. l. teſtium de bono. poſ. ſecundum tab. l. fi. & de fideicom. l. fideicōmiſſa. l. fin. quod Hoſt. putat verius. idem recitat Io. And.

Super eo. c. Ad declarationē huius gl. Si quæris, vtrū creditori ſufficiat probare amiſſionē inſtrumenti debiti, licet alia non probentur, diſtingue. Aut creditor amittit inſtrumentū ſuū per factum aduerſarij: aut per fa-
10 ctum ſuū. aut per factum tertij, ſeu per caſum fortuitū. † In primo caſu ſufficit ſibi probare amiſſionē: vt. C. de proba. le. ſi de poſſeſſione. ſm Accur. ibi. & arg. ad hoc. C. vnde vi. l. ſi quādo. ſ. quod metus cau. c. vlt. ff. de in lit. iuran. l. videamus. §. fi. 3. q. 7. ca. infamis. §. tria. & ſ. de teſti. cogen. peruenit. Secundo caſu. ſ. quū per factū ſuū, vt quia reſtituit inſtrumētū cā cellatū debitori ſufficit quo ad pariēdam exceptionē debitori, vt legi. & no. ff. de pba. l. ſi chirographū. & de pac. l. labeo. & hoc verū quū ipſe debitor p
11 bat ſibi redditū à creditore. † Sed ſi quæris an præſumatur debitor liberatus p hoc inſtrumentū quod habet penes ſe, licet nō probet ſibi redditū Acc. tenet quod nō, niſi pbaret ſibi redditū à creditore. ar. C. de ſolu. l. pecunia. & l. ſeq. vt ipſe notat. C. de lat. lib. toll. l. vnica. §. ille etiā. & hoc idem tenet Odoff. Tu vero dicas ſm Iac. de Are. & Cy. in d. l. ſi de poſſeſſione. quod aūt debitor habens inſtrumentū penes ſe allegat ſe liberatum pacto, aut ſolutione. Si pacto, & ad hoc probandum oſtendit inſtrumentū penes ſe: & tunc eſt vera opinio Accu. & Odoffredi, quod debet probare ſibi redditū à creditore, aliàs nō præſumit liberatus. Si ſolutione, ad hoc inducit inſtrumentū penes ſe conſtitutū; tunc aut eſt pſona domeſtica: aut non. Si eſt perſona domeſtica, tūc non præſumitur niſi probet redditū vt in dict. l. ſi de poſſeſſione. & in dicto. §. ille etiam. & C. in quibus cau. ceſſat longi tempo. præſcrip. l. 1. & in hoc caſu etiam vera eſt prædicta opinio Accurſij & Odoffredi. Si non eſt perſona domeſtica, præſumit liberatus ſolutione. & in d. le. ſi chirographū. ff. de fur. l. fullo & ſarcinator. §. vlti. ibi, quia ex his &c. Rō diuerſitatis eſt, quod qui dicit ſe liberatū pacto, allegat liberationem ſibi factā per donū, cum pactum remiſſionis ſit donatio, & donare eſt perdere, ſed nemo vr iactare pecuniā ſuā, ideo &c. vt ff. de tranſactio. l. 1. de donatio. l. filiusfa. & de proba. cū de indebito. At qui dicit ſe liberatū ſolutione, non allegat donationē ſed debiti ſatisfactionē, ſine qua nō eſt veriſimile habitū inſtrumentū, quod tūc cū pecunia ſoluitur, reſtituit: vt. C. de conditi. ſine cauſa. l. diſſolutæ. niſi ſit p-
12 ſona domeſtica, quæ de facili pōt ſubtrahere. † In tertio caſu principali. ſ. quū creditor amiſit. per factum tertij, vel per caſum fortuitū refert. Aut inſtrumētū erat de & ſuper debito, ſeu nō tractu in ſcriptis, ſeu qui requirit ſcripturā, & probationē per ſcripturam,

ſcripturam;& tūc probabit duo & tenorem, & amiſsionē, ſiue ſit creditor, ſiue debitor:vt C.de teſti.l.teſtium. ad finem. & de fide instrumentorum.l.apud eos.& ꝙ illud inſtrumentum non erat cancellatum nec abolitum hoc tenēt Vincentius, Goffredus,& Hostienſis.ſ.de conuer.coniugatorum. capitul.dudum. & Ioannes, Andreas hic. Aut inſtrumentum non erat de debito ſeu contractu in ſcriptis, & qui requirit ſcripturam ſeu probationem per ſcripturam,& tunc ſufficit probare tenorem inſtrumentorū tantum, & ſic intelligit Cyn.leges illas.C. de fide inſtrumentorum.l.1.& l.illatæ.& le.ſicut. & vide de hoc quod notat Specu.titu.de inſtrum.editio.§.reſtat videre. verſic.illud quoque. Et caſus in quibus non fit probatio per teſtes, ſed per ſcripturam, vide ibi per eum in verſi.præcedenti. Azo verò dicit &c.vbi ponit.29.caſus.† Et quod dicit hic Ber.in fi.ꝙ amiſſio inſtrumenti probatur per iuramentum perdentis, intellige adiunctis ſcilicet, aliquibus præſumptionibus.C. de fide inſtrumen.l.vlti.ar.C.vnde vi.l.ſi quando. Decreta.iſta in princip. facit ad hoc quod no.Goſ.& Io.And.poſt eum.ſ. de ſimo.querelam.dicentes,ꝙ prælati debent eſſe cuſtodes chartarum, & priuilegiorum eccleſiæ.16.q.1.in canonibus. Et tenetur ad intereſſe, qui documēta eccleſiæ aduerſario tradit.12.q.2. ſi quis de clericis.& tanquam proditor accuſari poteſt l.Corne. de falſis. ff.ad le.Corne.de falſis.l.1.§.is qui vnde deponi poſſet ex hoc. 46.diſt.clericus.ſecundum Goff.& Ioannem, Andream ibi.

Super eo.c. in fi. Si quæris, quot modis oſculum præſtatur,& quando ſit permiſſum, vel non.

14 † Dic ꝙ quandoque præſtatur ad decipiendum, vt fuit repertum in proditore iuda oſculo Chriſtum tradente, & tale oſculū omnino eſt prohibitum, imo dulciora reputantur vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici, prouerbio.28. 5. quæſtione. 5. non omnis, & capitulo, non oſculatur cum corpore cum oſculato eſſe videatur, mente tamen & animo contrarius eſt, quare multo nequior fore cenſetur, quam euidēs inimicus. 93.diſtin

15 ctio.ſi inimicus.& C.de donatio.l.data.cum ibi nota.† Quandoque autem præſtatur ad reuerendum, & obediendum, & iſtud aliquando eſt permiſſum, vt eſt videre in oſculo quod præſtat ſummo pontifici in pede.C.de domeſti.& protec.l.1. libr. 12.cum ibi not.& hic. Quandoq; vero præſtatur ad deſignādū conſenſum in malum, puta adulterium, vel fornicationem, &

16 hoc de iure damnatur.ff.de adulte.l.quod ait lex. † Quandoque ad deſignandum ipſum in bonum, puta coniugalem affectum, vel pacis inductiuum, vel iniuriæ remiſsiuum: & tunc eſt permiſſum.C.de don.inter vir.& vxo.l.ſi à ſponſo.ſ. de ſpon.ca.1.

17 63.diſt.cum Adrianus.& inſtitu.de iniur.§.vlti. † Quandoque etiam præſtatur nedum ad inducēdum cōſenſum præſumptū, ſed vt omnia finita eſſe pacis oſculo denotentur. de conſe.diſt. 1.c.Epiſcopus.& di.2.pacem.iuxta verbum prophetæ, iuſtitia & pax oſculatę ſunt. prout iſta notat Gen.in extrauagā.Io.22. quæ incipit quorundam exigit.circa prin.ſub verbo, oſcula.

1 *Interdictum eccleſiæ non comprehendit clerum, vel populum.*
2 *Interdictum cleri non extenditur ad eccleſiam.*
3 *Interdictum populi non extenditur ad clerum.*

EX parte abbatiſſe. Si quæris quid iuris quando eccleſia, clerus, vel populus interdicitur, & verum ad interdictionem vnius, ſequatur interdictio alterius, diſtin

1 guè. † Aut eccleſia tantum interdicitur:& tunc nec clerus, nec populus per hoc cenſetur interdictus, bene poſſunt clerici ali-

2 bi celebrare. † Aut clerus tātum interdicitur, & tunc nec eccleſia nec populus per hoc cēſetur interdictus, vnde in eccleſia interdicta poſſet alius clerus ibidem veniens celebrare diuina, de qua materia not.ſuprà de exceſ.præla.c.tāta.de cleri.exc. mi.ſi

3 celebrat ſecundùm Hoſtien. † Aut populus interdicitur,& tūc clerus non intelligitur interdictus ſupra de reſcrip.ſedes. Nam in hoc caſu vel conſimili appellatione populi non continetur clerus vel econuerſo, niſi aliud exprimatur, vt patet in eo quod legi.& not.ſupra de reſcrip.cum ordinem.& c.ſignificauit. ſecundum Hoſtien.cuius opinio approbatur infrà de ſenten.excommu.c.ſi ſententia.lib.6.quod dic vt ibi per Archi. & Ioan. And. Io fauorabilibus tamen maximè attenta propria ſignificatione verbi, appellatione populi videtur clerus comprehendi. arg.ſuprà, de foro compe.dilecti cum ibi no. per Pet.de ſamp. Archi.inſti.de iure natura.§.plebiſcitum.vt hic not.Gen.extra de elect.in pleriſque.glo.3.in clemen.

1 *Monachus à Papa iudex conſtituitur.*
2 *Monachus non fit iudex niſi abbate imperante.*
3 *Monachus poteſt eſſe officialis.*
4 *Monachus acquirit monaſterio.*
5 *Monachus vagabundus nihil acquirit.*
6 *Monachus extra monaſterium exiſtens cauſa probabili monaſterio acquirit.*
7 *Monaſterium an obligetur ex monachi contractibus.9.*
8 *Monaſterium an teneatur de monachi maleficijs.*
10 *Mendicantes bonorum capaces.*
11 *Detinens poſsidere præſumitur.*
12 *Poſſeſſores duo eſſe non poſſunt.*
13 *Poſſeſsionis diffinitio.*

CVm olim propter. Ad declarationē glo.no.quòd cauſa. Si quæris, vtrum monachus ſimplex poſsit eſſe vel

1 conſtitui iudex, diſtingue. † Aut quæris, vtrum poſſit conſtitui iudex à Papa.& dic quod ſic, tam ordinarius, quam delegatus, vt hic.& ſ.de foro compe.conqueſtus. Ita intellige quod no.Ber.hic & Hoſti poſt eum.& quod no.glo.16.q.1. de præſentium.glo. 1.in fi. Et hoc verum dummodo Papa ex certa ſcientia hoc faciat.alias contra ſi nō fiat mentio de ordine.ſ.

2 de reſcript.cum ordinem. † Aut vtrum poſsit conſtitui iudex ab alio, quam à Papa,& dic ꝙ nō niſi Abbate imperante, & vtilitate monaſterij exigente.arg.ſ.de poſtulando.ex parte. & ſic quantum ab hoc non ſubeſt, quilibet religioſus, de facto tamē committitur religioſis cauſæ cognitio tota die, ſecundum Hoſtien.qui ita notat in ſum.de offi.dele.§.cui poſsit delegari. verſicu.ſed nunquid &c.& idem no. Archid.in dicto.c. præſentiū. glo. 1.adde à Papa &c. Ad quod facit, quod no.ipſe Archidi.18. q.2.dudum, gloſ.2.vbi dicit, quod ſi cauſa eſt commiſſa alicui expreſſo nomine canonicatus,& ille poſt citationem, contrahit matrimoniū, ſi eſt cauſa ſpiritualis non cognoſcet ſuprà de clerico.coniu.diuerſis. Si eſt lis conteſt.& contraxit cum virgine: 3 bene cognoſcet ſi vult priuilegio clericali gaudere, quod pōt, 26.diſtinc.vna infra de cler.coniu.clerici.libr.6. † Secus ſi cum vidua, quia nec tunc poteſt vti priuilegio clericali.84. diſtincti. quiſquis.ſ.de biga.altercationis.lib.6.ſecundum Ioan. An. ſic etiam no.Spec.rubrica de iudice delegato.§.excipitur. Sin autē talis factus eſt monachus:tunc ſi eſt lis conteſta.tamen procedet cum conſenſu Abbatis, aliàs nō: quia cauſa monacho committitur:vt hic ſecundum Io.qui hoc totū notat in tranſla.ſuis rub.quo tempore perit inſtantia iudicij.§.pe.& Archidi.vbi.ſ. qui tamen ſimiliter remittit ad id quod ſtatim dictum eſt. Et de hoc vide plene in Specu.Rubri.de offi.dele.§.excipitur.ver. nunquid ergo &c.vide etiam quod notant Guliel. & Gencel. extra de reſcrip.c.2.ſuper verbo religioſus.io cle.1 vbi dicūt, ꝙ monachus de conſenſu Abbatis poteſt eſſe officialis epiſcopi,

Super eo.c. Ad declarationem glo. Innocen. hic quæ incipit & malè &c. Si quæris, vtrum quicquid acquirit monachus acquirit monaſterio ſuo, & vtrum ex contractibus, vel delictis monachi monaſterium ſuum obligetur, diſtingue. Aut quæris de primo.ſ. verū quicquid acquirit, acquirat monaſterio: & tunc, aut huiuſmodi monachus non eſt expulſus de monaſterio ſed manet monachus monaſterij.

4 aut eſt expulſus de monaſterio. † In primo caſu quicquid acquirit, monaſterio acquirit, etiam ſi eſt monachus fugitiuus.ſ.de offi.ordi.quàtio.C.de epiſco.& cleri.l. Deo nobis.§.hoc etiam & 18.q.2.Abbates.vbi de hoc per Ioan.io gloſ.ergo fugitiui. ſicut ſeruus fugitiuus domino acquirit:vt ff.de acquiren.poſſeſ. l.1.§.per ſeruum. etiam ſi monaſterio vacante acquireret.ff.de acquir.re.do.le.etiam.ſi ſtipuletur aliquid ſibi, vel monaſterio ſuo, vel imperſonaliter, vel etiam quocunque alio modo contrahat, ſemper acquirit monaſterio ſuo, & ex omnibus contractibus cum eo initis contrahentes obligantur Abbati. argu.ff. de ſtipula.ſeru.le.ſeruum.aliàs ſeruus. Secus ſi ſtipuletur alij:quia tunc nec alij quærit, quia nō poteſt:nec dominus, quia nō vult. ff.de ſtipula.ſeru.l.ſeruus meus.ſecundum Inno.& Hoſtien.& Io. Andr. hic. Vnde futuro prælato ſtipulari non poteſt.arg.ff. de ſtipula.ſeruo.l.ſeruus hæreditarius ſecundum Hoſtiē.& Io.

Andr. Et idem ſi Abbas cum conuentu licentiauit monachum 5 ſuum vt ad arctiorem tranſiret religionem, qui poſt modum vagando multa lucratus eſt, demū intrat monaſterium ſcilicet, ꝙ bona taliter acquiſita primo monaſterio acquirantur.& hoc dicit Tancred.vt notat Bartho. Brix.in quæſtione dominicali. Abbas, quidam vbi idem tenet per prædicta iura.ff. de teſtam. mili.l.ex eo. Idem tenet Specu.de ſtatu monacho.verſicul.4 t. & Goffred.de offi.ordi.quanto.& Io.Andr.ſ.de infan.expo.c. vno.vbi de hoc per Bernard.in glo.penultim. Io ſecundo caſu.ſ. quando eſt expulſus de monaſterio refert. Aut eſt expulſus:quia

eſt tanquam incorrigibilis,& tunc dicit Innoc.hic, & Hoſtienſ.
& Ioan.Andre poſt eum,quòd nulli acquirit, nec valet contra-
ctus cum ſit à monaſterio abſolutus. Poſſet tamen dici, quòd
acquirit Epiſcopo à cuius iuriſdictione non eſt abſolutus, niſi
Epiſcopus contra ipſum proceſsiſſet, & ipſum expoſuiſſet cu
riæ ſeculari,ſecundum quod legi.& nota.ſ.de iudi. cum non ab
homine ſecundum eos.& idem not. Archidya.in c.allega. Ab-
6 bates.glo.ſin.18.q.2.† Aut eſt expulſus non quia incorrigibilis,
ſed quia languidus, vel ægrotans: quia poſtea multa lucratus
aliud monaſterium introiuit:& tunc dicit Barto.in quæſtione
dominicali, eſto, ꝙ monachum. quòd ſi Abbas ſine conſenſu
capituli hoc fecit.non fit præiudicium monaſterio primo deli
ctum perſonæ &c.16.q.6.ſi Epiſcopum.quod abſit.ſ.de exce-
pt.cum venerabilis.j.de reg.iur.delictum.li.6.ſecus ſi cum con
ſenſu capituli hoc fecerit,eadem quæſtio eſt formanda,ſi mo-
nachum in delicto repertum Abbas recipere noluerit, & eodē
modo ſoluenda ſecundum Tancr. & Bartho. & in his concor.
Specu.de ſtatu monacho.verſi.42.& Ioan.And.ſ.de infanti.ex
7 po.capitu.vno. † Aut quæris de ſecundo principali.ſ. vtrum ex
contractibus monachi, monaſterium ſeu Abbas obligetur, &
tunc,Aut habet adminiſtrationem:& tunc obligatur, ſed nō in
plus,quam ſit adminiſtratio ſibi cōmiſſa. ar.ſ. de fideiuſſ.quod
quibuſdam.Aut non habet adminiſtrationem, & tunc obliga-
tur Abbas ſed ad nihil teneretur, cum non habuerit vnde ſol-
uat,ſecundum Inno.& Hoſtienſ.pro hoc. 12.q.1.non dicatis,&
hoc habetur in auth.de ſanctiſsi.epiſco.§.ſi quis cōtra. Et hoc
verum, quod de contractibus initis cum monacho non obli-
gatur monaſterium,niſi de eo quod ad eum peruenit, licet ſibi
acquirat.inſtit.de auctoritate tutorum.§.1.ſecundum Hoſtien
ſem hic & Lauren.& Ioan.16.q.1.de perſona.gl.conuentū &c.
& idem quoad hoc notat Cardi.j.de appell. cordi. ſuper verbo
8 expenſis.lib.6.quod intellige vt dicam ſtatim in fi. † Aut quæ-
ris de tertio principali.ſ.vtrum de maleficijs monachi, vel Ab-
batis monaſterium obligetur:& dic ꝙ non:quia delictum per
ſonæ &c.vt hic,& 16.q.6.ſi Epiſcopum,quod abſit.ſ.de excep.
cum venerabilis.& j.de regulis iuris.capitu.delictum. libro.6.
Niſi in quantum ad monaſterium perueniret, & in eius vtilita
tem verſum eſſet argument. 10.quæſtione ſecunda, hoc ius.ſ.
de fideiuſ.quod quibuſdam.ff.ſi cert.pet.l.ſi me & Titium .in
fin.de condi.indebi.l.nā hoc natura.vnde alias ipſe monachus,
pro delicto ſuo conueniendus eſt, non eccleſia. vt 18.q.2.hoc
tantum.ſicut ſeruus,qui delinquit conuenitur, non eius domi
nus.C.de noxa.l.vltim.in fin.ſecundum Innocentium, & Ho-
ſtienſem,hic in fin.& Lauren.& Io.in d.c.de perſonæ.& Archi
ibi in gloſſ.adde.12.q.1.&c.& j.de elec.quia ſæpe. gloſ.penu.in
fi.& de iudi.c.mulieres.glo.fina.lib.6.& in ijs ſatis concordant
Accur.& Cy.C.de epiſc.& cleri.in auth.cauſa quæ fit cum mo-
nacho.Et Spec.Rubr.de reo.§.voico.verſic. ſed an monachus.
vbi etiam dicit,ꝙ ſi pro commiſsis per monachū ante ingreſ-
ſum monaſterium ciuiliter conuentum nolit defendere, de bo
nis eius,quæ monaſterio obuenerunt ſatisfiet agentibus.argu.
9 inſti.de acquiſi.per arroga.§.fina.† Et quod ipſe notat Rubr.de
ſtatu monacho.in princ. vbi diſtinguit,quoad cōtractus, quòd
aut monachus contraxit ante ingreſſum,aut poſt. Si ante tunc
locum habet authen.alleg.cauſa, quæ fit cum monacho vt ip-
ſum monaſterium vel ipſe monachus, vel ſindicus monaſterij
cōueniatur, coram epiſcopo ſub quo monaſterium itum eſt,
ſed monaſterium ſiue ſindicus condemnabitur,& non mona-
chus.arg.C.de ſen.& interlo.omn.iudic.l.1.Et tunc non man-
dabitur ſententia executioni contra monachum cum nihil ha
beat,ſed contra monaſterium vel vt ſoluat condemnationem,
vel dimittat bona,quæ fuerunt ipſius monachi.arg.§.alie.inſti.
de acquiſi.per arrog.§.fin.Aut contraxit poſt ingreſſum mona
chus exiſtens,& tunc imputet ſibi qui cum eo contraxit, cum
nihil habeat.ff.de dolo.nam is.ſ.de reſti.ſpo.c.olim nobiſ. ſua
enim eccleſia in nullo tenetᷣ niſi facta ſit locupletior, ſicut aliàs
dicitur in minore ex facto tutoris conuentio.ff.de peculio. leg.
quæſitum.C.vnde vi.l.meminerint. Et idem quod dictum eſt
10 de monacho,intellige de monacha. † & idē videtur ibi tenere
de illo qui ingreditur ordinem minorum,vel prædicatorū, vel
aliorum,qui nō poſſunt habere poſſeſsiones, nam bona in eos
tranſeunt ſecundum ea quæ leg.& no.19.q.vlti.ſi qua.quia ſi or
do illa tenere non poſsit,vendere tamē poterit pro ſuis neceſsi
tatibus.ff.de iure do.cum in fundo.§.ipſius non poteſt habere
proprium.vt ff.de acquiren.re.dom.l.acquiritur.& tamē tenet
ei relictum.vt.ff.de leg.2.l.debitor.§.fin.Et no. quod in caſu vbi
monachus vel monacha pro delicto ſuo conuenitur,quod con
ſtituit procuratorem.vt no.Innocen.ſupra de reſcrip.cum dile
cta.in princ.& Archi.in d.c.mulieres.glo.fi. & cum eo qđ not.
Innocen.hic in verſi.ſed dices.vſq; ad verſic.poſſeſsio etiam iu
ſta &c.notat Archidia.16.quæſtione prima.ſunt nonnulli. ſu-
per verbo almiticus.vbi etiam ſatis approbat totam iſtam glo.

11 Super eo.c & eadem glo.Innocen.in fin.Innocen.hic
in fin.& Hoſtien.poſt eum dicunt.† quod
quicunque detinet præſumitur poſſidere, niſi contrarium pro
betur.18.q.1.cap.1 Idem notat Gencel.extra vt lite penden.c.
1.ſuper verbo poſsidebat.in clemē.circa quod diſtingue.aut in
poſſeſsione iuris adminiculum concurrit, & tunc vera eſt opi
nio Innocen.& Hoſtienſ. Sed ſi iuris adminiculum obuiet vel
non adſit,non dicetur,quis poſſidere licet corpore, & animo
inſiſtat rei. Hoc autem quandoque contingit propter rem, quā
doque propter cauſam. Propter rem,vt quia ſacra vel religioſa
eſt res,quæ nec ab ignorante poſſidetur,nec à ſciente,licet con
temnat religionem.vt.ff.de acquire.poſſeſsio.l. qui vniuerſus.
§.1.Item homo liber à ſciente ipſum liberum licet vitiatur,nul
lo modo poſſidetur.vt.ff.de acquirend. poſſeſsio.l. cum hære-
des.§.vltim. Propter cauſam,vt quia alius poſſidet ciuiliter, &
12 naturaliter,quod ego eodem iure poſſidere volo.† duo enim in
ſolidum ciuiliter eandem rem poſſidere nō poſſunt. vt.ff.com
moda.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum, & de precario. leg.
duo. Item ciuilem poſſeſsionem,quam habeo, alius nō poteſt
habere.ff.de acquirend.poſſeſsione.le.poſſideri.§. econtrario.
vt plene no.Azo. in ſumma de acqui.poſſeſsio.§.ſed verbo &c.
Hoc etiam patet ex diffinitione poſſeſsionis, quam ipſe Azo
13 ponit ibi in princip.† dicens, quod poſſeſsio corporalis rei de-
tentio, corporis, & animi iuris adminiculo concurrente. Et in
iſta diſtinctione concordat Archidiac.3.quæſtio.2. audiuimus.
ſuper verbo tenent.& j.vt lit.pen.c.2.gloſſ.3.libro ſexto, & de
decimis.c.ſtatuto.ſuper verbo poſſidebant.eod.lib.& ibi vide
& ad hoc facit quod dicam.j.eod.ex ore. diſtinctione prima in
fine.hoc etiam concor.Ioannes Andreas, infrà de reſtitutione
ſpoliatorum.ad decimas.lib.6.in nouella.

1 *Poſſeſsio ad præſcriptionem requiſita, quomodo probanda. n-me. 3.*
2 *Poſſeſsio de momento ad momentum improbabilis.*

ACcedentibus. Ad declarationem gloſſa.
Bernard.hic in gloſſ. fin.in
1 fine.† Si quæris, vtrum ad probandum præſcriptio
nem ſufficiat probare, quod præſcribens poſſedit in
principio,& in medio,& in fine, Ioann.dicit quod ſic. 16.quæ-
ſtio.4.volumus.glo.ecce quod qui obijcit. & Egidius ſuprà,de
præſumpt.illud.& Specu.titu.de probat.§.1.in fine.verſicu. ſed
quæritur qualiter argumen.pro hoc.C.de ſurt.le.fina.§.1.in au-
tem.C.ne ſtatu defunct.l.ſi mater.& de apoſt. public.l. quicun
que.libro.10.Pro hoc etiam facit, quod not.Bernard.ſuprà, de
conuer.coniuga.accedens.in gloſ. ſic videtur verſicul.& ſic per
primum.& quod leg.nota.ſuprà,de cauſa poſſeſsio. & propriè.
cum eccleſia verſicu.ex parte.Sed Bernard. hic contra. in verſi
cul. continuè debent iſti probare perceptionem decimarum
quolibet anno &c. Idem videtur ſentire Goffred. in ſum-
ma titul. de præſcriptio. §. ſecundum in fin. & tertium. pro
quibus facit. prima quæſtio.tertia, quæſitum. Sed primam
opinionem approbat Archidiaconus. in dicto. capitulo.vo-
lumus.glo.penultim.infrà de præbend.cum de beneficio ſuper
verbo completa.libro.6.quæ eſt vera ſecundum Spec. in dicto
verſicu.ſed quæritur qualiter quando agitur contra præſcriben
tem,& poſſidentem. Aliàs ſi ipſe agat,neceſſe habet probare ſe
2 poſſediſſe continuè,† & non de momento ad momentum, qa
hoc impoſsibile eſſet.vt.ff.de ſeruitut.l.quotiens. 1.Et ita poſ-
ſet intelligi iſtud capitulum, vbi iſti Abbas, & conuentus nau-
giacen. agebant ad decimas, quas aſſerebant ſe præſcripſiſſe
contra templarios. Et præmiſſa videntur præualere his, quæ
3 notat Cyn.C.de præſcript.longi.tempo.l.ſuper longi. in fine.†
vbi quæritur qualiter probatur continua probatio,quæ requiri
tur in vſucapione,& præſcriptione.vt.C. de vſuca. transfor.le.
vnica.& de præſcripti.long.tempor.leg.2.& reſpondet finaliter
quod poſſeſsio acquiſita probatur.vt dicta.l.2. & retentia præ-
ſumitur.vt.C.de acquirenda poſſeſsione.leg.licet.& nota.ff. de
acquirenda poſſeſsio.l.clam.poſſidere.§.qui ad nundinas.& C.
de probatio.l.ſiue poſſidetis.

1 *Exemptio eccleſiæ conceſſa an ad canonicos extendatur.*
2 *Exemptio eccleſiæ an ad futura bona extendatur.*
3 *Eccleſia eadem diuerſo iure non cenſetur.*

1 **C**Vm capella. †Si quæris, vtrum exẽptio
conceſſa eccleſiæ extendatur ad canonicos, vel ad clericos, vel econtra. Diſtingue, vt hodie legitur & notatur.j.eod. titu.ca.
per exemptionem.libro.6. vbi determinantur ea
quæ notant Innocen.& Hoſtienſ.hic de iſta mate
2 ria. †Et in quæſtione quam ponit Bernar.hic, vtrum exemptio
conceſſa alicui monaſterio cum omnibus ſuis capellis, extenda
tur ad capellas de nouo acquiſitas, reſpondet, quod ſic ſi ſint
prioribus capellis acceſſoriæ, alias non, argum.huius.c. quod fa
cit pro vltimo membro. Pro primo vero mẽbro facit.j. de off.
delega.l.ſi plures.de præben.quia ſæpe.e. de regu.iur. acceſſorium.lib.6.cum ſuis concor. In hoc concord. Ioan.j.quia circa.
& Tancr.& Bart.Brixen. in quæſtione dominicali quæ incipit
Abbas quidam impetrauit. Sed Hoſtien. tenet hic indiſtinctè,
quod hæc exemptio nunquam extenditur ad futura.ar.ſ.de reſcrip.c.ſi.&.c.eam te.& ff.de auro & argen.leg.l. ſi ita eſſet legatum. Nec obſtat.ſ.de cenſibus.eccleſijs.quia verum eſt, quod
de nouo acquiſitum cenſetur cum antiquo eodem iure.ſ.communi vt ibi, non ſpeciali, quia hoc non extenditur, vt patet in
3 eo quod leg.& not.ſ.eo.ſanè. † Et eodem modo poteſt reſponderi ad illa iura, quæ dicunt, quod vna & eadem eccleſia nõ debet diuerſo iure cenſeri.16.quæſ.j.frater noſter.12.q.2. cognouimus.ſ.de decimis.cum in tua: ſecundum Hoſtien.pro quo.
j.de decimis.c.fin.libro ſexto, & extra de cenſibus c.j.in clem.

1 *Præſumitur talis, in quo ſtatu reperitur.*
2 *Priuilegiatus doceat de priuilegio.*
3 *Abbas exemptus delinquens in loco non exempto à diœceſano punitur.*
4 *Abbas in loco exempto à diœceſano non iudicandus.*
5 *Abbatis domicilium eſt monaſterium.*
6 *Locus reſidentiæ pro domicilio reputatur.*

EX ore. Ex iſto.c.in principio ibi, per depoſitiones teſtium oſtendere nitebantur
& in fin.verſic.in membris.poteſt elici, q́ ſtatus,
ſiue poſſeſsio vel quaſi non releuat. quem à pro-
1 batione in petitorio. Circa quod diſtingue, † vt
quia quædam ſunt, quæ procedunt per viam iuris
communis, vt q́ aliquis debeat eſſe bonus vel vitæ honeſtæ, &
& huiuſmodi, & tunc ſi reperiatur in tali ſtatu præſumpto eſt
pro eo q́ talis ſit niſi probetur contrarium. Quia quilibet bonus præſumitur, donec contrarium probetur, ſi gerat ſe in bono ſtatu.ff.de le.2.l.cum quidam.& l.cum pater.§.rogo. de ma.
teſta.l.ſeruos.& ſ.de præſum.dudum. Vnde rex pacificus, pia
miſeratione diſpoſuit ſibi ſubditos eſſe pudicos, pacificos, &
2 modeſtos.vt.ſ.in proœmio. † Quædam ſunt, quæ procedunt
per viam iuris ſpecialis, & ratione priuilegij, non iure communi, & tunc licet aliquis fuerit in ſtatu, vel quaſi poſſeſsione taliũ
non tamen præſumitur pro eo q́ talis ſit, vel q́ habeat hoc niſi
probet: vt hic, & ff.ſi ſeruitus vendi.l.ſicuti.§.ſi quæris. & C.de
fide inſt.l.ſi ſolẽnibus.vbi Pe.de bella per.& Cy. ita diſtinguũt.
Et q́ priuilegiati licet fuerint in vſu, & quaſi poſſeſsione illius
priuilegij: debẽt docere de priuilegio ſuo eſt hodie expreſſum.
j.eo.cum perſonæ.li.6.& dic vt ibi plene leg.& no.&c.

Super eo.c. Ad declarationem glo.ſi.Bern.hic, Si quæris, quando membra non ſunt exempta
ſed Abbas eſt exemptus cui membra ſunt ſubiecta, & ſi delinquit in membris, vtrum diœceſanis pro tali delicto poſsit eum
3 iudicare, & punire, diſtingue. † Aut delinquit in membris, ideſt
locis non exemptis ſibi ſubditis: & tunc diœceſanus eum iudicabit, & puniet, & etiam deponet.vt.ſ.c.proxim. & ä. de foro
comp.poſtulaſti.ſeruata tamen forma conſtitutionum.j.de fo
4 ro comp.Romana.& de priuil.volentes.li.6. † Aut non delinquit
in locis non exemptis, ſeu delinquit in perſonis nõ exemptis,
puta quia eſt negligens in regimine eorum, vel etiam, quia iniuriam facit eis: & tunc diœceſanus non habet poteſtatem procedendi contra eum. non.n.ſunt iſti modi quare diœceſanus ſortiatur forũ in perſonis exẽptis. Itẽ quod plus eſt diœceſanus ꝑꝑ
delicta prædicta commiſſa in perſonas non exemptas nõ põt
eum priuare eccleſia non exẽpta, vel eum ſuſpẽdare. Quod ſic
probo, quia hoc non põt facere diœceſanus niſi cum cauſæ cognitione, ſed ipſe non põt cognoſcere de peccatis, pſonæ exẽptæ: ergo nec cõtra eum procedere ſm Inn.& Hoſt.& Io.An.
hic idem per omnia Archid.6.q.3.placuit.gl.vlt. & vide qđ no.
5 Io.ibi, & iſtam ſniam ſequitur, & approbat Ber.ſ.c.pxi. † Item
no.ſecundum Inno & Hoſti.hic, & Io.Andr.poſt eos q́ Abbas
nõ põt habere domicilium niſi in monaſterio ſuo. Alij autẽ clerici ſeculares ſicut & laici plura poſſunt habere domicilia, & in
eccleſijs ſuis: & extra, dummodo non teneantur ad reſidentiã.
ſupra de foro compe.poſtulaſti. Sed loca in quibus tenentur ad
reſidentiam ſemper debent pro domicilio reputari, & in hoc
concordant Archi.21.q.1.clericus ſiue laicus.& j.de reſcrip.ſtatutum.in prin.ſuper verbo actor & reus.lib.6.& Io.And. in nouella.& Gencel.in extrauagan.Ioã.22.execrabilia. ſuper verbo
vagandi materia, & ſuper verbo commemorantur.de hoc etiã
6 no.ſupra.de reſcrip.dilectus.2. † Et intelligo, q́ loca in quibus
tenentur ad reſidentiam ſemper debent pro domicilio reputari, etiam ſi eſſent alibi cauſa ſtudij: quia ibi non videntur domicilium habere, argum.ſupra de procura.dilectus.ff de hæred.in
ſtitu.le.ex facto.§.rerum & de ſum.inſtruc.el.ſeiæ.§.pamphilę.
alia: quæ notantur hic plana ſunt.

1 *Protectio generalis non eximit ab ordinarij poteſtate.*
2 *Protectio ſpecialis eximit à poteſtate ordinarij.*

EX parte tua. Si quæris, vtrum protectio Papæ eximat ab ordi
1 narij poteſtate: diſtingue. † Aut quæris de generali protectione à Papa conceſſa: & illa non eximit
ab ordinarij poteſtate, vt hic. † Aut de ſpeciali
protectione, in quo quis ſe ſubmittit, & illa eximit ſicut & appellatio. illa.n. loco appellationis habet, quod dic vt legi. & not.
ſ.de appel.ad audientiam.&.c.dilectis ſm Hoſti.& Ioan. And.

1 *Eccleſiaſticæ rei in alienatione cuius epiſcopi conſenſus, requirendus.*
2 *Prætor dat authoritatem alienandi extra ſuum territorium.*
3 *Priuilegium ſine alterius præiudicio ſit.*

PAſtoralis. Inno.hic in glo. nam per verba.
verſicu.cum alias ſi eccleſia &c.
1 †dicit, q́ ſi vna eccleſia habet in diuerſis diœceſibus poſſeſsiones, ſolus conſenſus epiſcopi diœceſani eſt, requirendus in alienatione poſſeſsionum
ipſarum, & in epiſcoporum locorum vbi poſſeſſiones ipſę ſitę.16.q.4.in venditionibus.12.q.2.Abbatibus.idẽ
Ho.Sed Io. & Laur.notant contrarium ſcilicet, quòd requiritur auctoritas Epiſcopi illius ſub quo ſunt res vt dicto. capitu.
in venditionibus.& 10.q.2.capi.1.glo.2.& cap.hoc ius.§. ſi economus.in fin.glo.hodie ſufficit & Ioann. de Deo ibi, vbi etiam
de hoc per Archi.glo.adde idem ſentit, hoc tenent per.l.ſi prædium.C.de prædi.mino.ſ.de foro comp.ſanè.ff.de iuriſdictio.
omn.iud.l.fina.de tuto.& curato.dam.ab his.l.pupillo. de bon.
aucto.iud.poſſeſ.l.cum vnus.§. ſi is. de iudi.hæres abſens.C.de
iud.properandum.§.ſin autem reus. vbi maior iudex dicitur,
qui ſub ſua iuriſdictione habet rem petitam. Ad idem facit clement.de reſcript.capitu.j.& Ioan.de Deo ibi, vbi etiam de hoc
per Archidiaco.gloſſ.adde idem ſentit.ſed in dicto.capi. in venditionibus.gloſſ.adde de hoc etiam nota.&c. dicit Archidiaco.
quòd videtur, quod ſufficiat ſolus conſenſus. Epiſcopi in cu-
2 ius diœceſi ſita eſt eccleſia cuius res eſt alienanda. † argumẽ.ff.
de rebus eorum.l.magis puto §.illud.vbi prætor dat auctoritatem alienandi rem pupilli ſitam extra ſuã iuriſdictionem prouti notant Inno.& Hoſtien.hic. Alij dicunt, quod vtriuſque epiſcopi auctoritas eſt neceſſaria.argumen.ff.de excuſat.tuto.l.iu
3 riſperitos.§.cum oriundus.quod eſſet ſecurum facere. † Imo
ſecundum Ioann.Andre.hic, de iure vtriuſque epiſcopi licentia requiritur tam diœceſani cum cura eccleſiæ cum ſua dote
ad ipſum ſpectet.10.quæſtio.1.regenda.& capit. decretum. &
ipſius principaliter intereſt, eccleſiam non depauperari. Item
non epiſcopus prædij, ſed ipſe viſitat & procura. facit ſupra de
cenſibus.capi.fin. Item procurationes legatorum, & decimæ
papales non imponuntur prædijs, ſed eccleſijs: & tunc bona acceſſoria ſequuntur principale infrà de regu. iur. acceſſorium.li.
6. Quam illius ſub quo ſitum eſt prædium, quia illius reſpectu
ſub illo debet conueniri principaliter.vt in capit. ſanè ſupra, de
foro compe. Et quod vtriuſque licentia ſit neceſſaria, eſt argu.
infrà, de ſenten.excommu.cum illorum.§.ſi vero clauſtralis. &
Ioann. de are. in ſimili quæſtione dicebat cuiuſlibet decretum
ſufficere per le.vltim. C.de præſcript.lon.tempo. vbi iudex domicilij, & iudex rei litigioſæ poteſt ferre ſententiam ſuper re.
Et vide quod leg.& nota.extra de ſupp.negligen.prælat.capitu.
quia regulares.§. eadem in clementa. vbi determinantur nota.
per Innocen.& Hoſtienſ.hic, & ſuprà, de præbend. in Lateranenſi.ſecundum Ioann.Andre.& Gencel.in dicto.§.eadem &
illud.c.cum ſuis concor.alias in prima glo. †vbi dicitur q́ priuilegium ſemper intelligitur conceſſum ſine læſione alterius.

Facit ad hoc, ꝙ ſi vniuerſitas alicuius loci tenetur alicui do-
mino ad certam annuam præſtationem, & dominus concedit
priuilegium alicui perſonæ de illa vniuerſitate ne præſtare te-
neatur, vniuerſitas tantum minus ſoluet, quãtum illum priuile
giatum de collecta contingebat. & hoc tenet Spec. tit. de cenſi.
§. nunc reſtat verſi. quid ſi vniuerſitas alicuius loci &c. Pro hoc
etiam facit. C. de decuri. l. vacuatis. cũ gl. ſua. lib. 10. & quod no
tant Hu. & Archi. 55. di. nullus. vbi dicũt ꝙ priuilegia inducta
contra canones ipſo iure nulla ſunt, quia nõ ſunt ſalubriter in-
ſtituta. 12. di. præceptis. 2. q. 7. qua propter. 25. q. ſi quis.

1 *Riſus ex ſerenitate conſcientiæ.*
2 *Riſus ex aſſecutione cœleſtis gloriæ.*
3 *Riſus ex manſuetudine naturæ.*
4 *Riſus ex inordinata lætitia.*

PEtiſtis. Si quæris vtrum ridere ſit peccatum vel
non, diſtingue. † Aut prouenit ex ſereni-
tate conſcientiæ, & prægustatione veritatis diuinæ,
& iſte pertinet ad fructum ſpiritus, qui eſt gaudium.
2 † Aut prouenit ex aſſecutione cœleſtis gloriæ, prouerbio. vlti.
3 ridebit in die nouiſsimo. † Aut prouenit ex manſuetudine na-
turæ, & ſic atteſtatur bonitati naturæ: & ſic in iſtis tribus caſi-
4 bus non eſt peccatum. † Aut prouenit ex inordinatione ineptæ
lætitiæ, de quo eccleſiaſtes. 7. melior eſt ira riſu. & ſic ridere nõ
eſt ſine peccato, ita poteſt intelligi. c. iſtud.

1 *Indefinita legis vniuerſali æquipollet.*
2 *Indefinita communis locutionis affirmatiua æquipollat vniuerſa
li eadem ratione exiſtente.*
4 *Indefinita loquela affirmatiua non exiſtente eadem ratione nõ
æquipollet vniuerſali.*
4 *Indefinita negatiua æquipollet vniuerſali.*
5 *Indefinita apud logicos quando vniuerſali æquipollet.*
6 *Infinitas bona in concernentibus, animæ ſalutem.*
7 *Infinitas bona circa exceptiones.*
8 *Infinitas an in obligationibus toleranda.*
9 *Infinitas reprobatur in multis.*
10 *Quæſtio elegans de Abbatis molendino.*
11 *Sacriſta augetur, & minuitur ad Papæ voluntatem.*
12 *Vniuerſorum diſpoſitio ad futura extenditur.*
13 *Specialis diſpoſitio futura non reſpicit.*
14 *Generalis diſpoſitio an futura comprehendit.*

QVia circa. Ad euidentiam gl. arg. ꝙ indefini-
ta &c. Si quæris vtrum indefinita
1 æquipolleat vniuerſali, diſtingue. † Aut quæris de in-
definita canonis, vel legis regulam tradere intenden
tis, & æquipollet vniuerſali, vt probatur de lege diuina eccleſia
ſtici vltim. Deum time, & mandata eius ſerua: hoc eſt omnis
homo, id eſt, ad hoc factus eſt omnis homo. De lege ciuili. ff.
de offi. præſi. l. 3. de publiciana. de precio. de offic. præfec. vrbis.
l. 1. §. cum vrbem. de leg. præſtan. bono. poſſ. contra tab. pe. l. 1.
§. generaliter. De. l. canonica. s. de conſti. c. 1. de offici. ordin. ca.
ordin. c. 1. 19. diſt. ſi romanorum. Et eſt ratio. quia cum propo-
ſitum ligiſlatorum ſit conſtituere regulam de caſibus eandem
rationem determinationis habentibus. ff. de regu. iuri. l. 1. ibi.
& vt ait Sabinus quaſi cauſæ coniunctio eſt &c. regula iuris cõ
uenienter cõſtituitur per verba indefinita tã affirmatiua quam
2 negatiua. † Aut quæris de indefinita communis locutionis, &
tunc, aut quæris de indefinita affirmatiua, & tũc, aut eſt eadem
ratio & conditio omnium particularium in vniuerſo compre
henſorum, & tunc indefinita æquipollet vniuerſali. Vnde lega-
to argento indefinitè, venit argentum etiam factum, quia po
teſt redigi ad non factum. ff. de leg. 3. l. quæſitum. §. illud fortaſ-
ſis. Item, ſi teſtator inſtituat plures hæredes, & poſtea indefini
tè dicat, damno hæredem meum. 10. dare Titio, effectus dam
nationis comprehendit omnes hæredes, quia eadem eſt condi
tio omnium, & eadem ratio poſsibilitatis damnandi eos, quia
omnes ſunt hæredes, & omnes participant commodum. ff. de
le. 2. l. ſi pluribus. & l. ſi ita relictum. circa principium, & de lega
tis tertio. l. ſi plures gradus. Per eandem viam facit iſtud. c. quia
eadem eſt ratio de decimis poſſeſsionum futuri temporis, quę
3 & præſentis, & ff. de ſerui. vrba. prædio. l. ſi ſeruitus. † Aut non
eſt eadem ratio & conditio omnium particularium in vniuer-
ſo comprehenſorum, & tunc indefinita non æquipollet vniuer
ſali affirmatiuè. Et ideo ſi lego alicui omne marmor vniuerſali
ter, videor legare etiam ſtatuas marmoreas, & cæteras, ſpecies
de marmore factas. ff. de le. 3. l. hæres meus. de auro & argen. leg.
l. 1. Et tamen ſi lego marmor indefinitè, comprehenditur in le
gato ſola rudis materia, & non ſpecies de marmore facta, vt in
dicta. l. quæſitum. §. illud fortaſſe. Item ſi lego lanam indefinitè
lana tincta non continetur in legato. ff. de leg. 3. l. ſicut. in princ.
ſecus ſi lego omnem lanam vniuerſaliter. ff. de auro & argen. le
gat. l. pediculis. §. labeo. Et eſt ratio in primo caſu, quia ſpecies,
ſeu ſtatua marmorea non eſt reducibilis ad ſua. i. ad ſuam pri-
ſtinam rudem materiam. Item in ſecundo caſu de lana poſſet
reddi eadem ratio, vel melius, lana tincta per tincturam ſuper-
uenientem efficitur regulariter multo precioſior, quam ante
erat, quæ ratio poſſet etiam in marmore aſsignari. Vnde poſſet
eſſe maioris æſtimationis ipſum additum tincturæ vel ſpeciei
4 quam principale. † Aut quæris de indefinita negatiua, & dic ꝙ il
la æquipollet indiſtinctè vniuerſali. vt. ff. de rebus dubijs. le. ſi is
qui ducenta. §. vtrum. in fine. Ita diſtinguit Dy. j. de reg. iur. ſu
per rubrica. & Archi. in dicto. c. ſi Romanorum gl. vlti. & Gar.
& Cardi. & Io. An. j. de elec. vt circa. libr. 6. & credo ꝙ bene lo-
quẽdo de iure. Et quod dictum eſt de indefinita legis vel cano
nis, quod æquipollet vniuerſali, videtur verum etiam ſi non ſit
eadem ratio, vel conditio omnium particularium in vniuerſo
comprehenſorum. Quia lex tenenda eſt, licet per quã dura. ff.
qui & à quibus. l. proſpexit legiſlator. 6. q. 3. ſcriptũ eſt in lege.
Et hoc niſi per legem aliam talis indefinita diſtinguatur ſeu de
claretur, quia tunc ſecus. vt. ff. ex quibus cauſis mai. l. ab hoſti-
bus. §. ſed quod prætor. de arbi. licet autem. & de teſtibus. l. quæ
5 ſitum. & de hoc no. in d. l. precio. † ſecundum logicos autem in-
definita æquipollet vniuerſali in materia neceſſaria, vt homo
eſt animal, ergo omnis homo eſt animal. Vel impoſsibili nega
tiuè ſumpta, vt homo non eſt lapis, ergo nullus homo. Sed in
materia contingenti non æquipollet indefinita vniuerſali, vt
homo currit ergo omnis homo currit: non enim ſequitur vt
notant Archi. Card. & Ioan. And. vbi ſupra, de iſta materia vide
quod dixi ſupra de voto. quod ſuper his.

6 Super eo. c. Si quæris vtrum infinitas reprobetur, vel
approbetur, & in quibus, diſtingue. † Aut
agitur de actibus concernentibus ſalutem animæ, puta laudare
Deum, & ſimilia, & tunc infinitas approbatur. 22. diſtinc. ſacro
ſancta. 36. diſt. ſi quis vult. C. de ſum. trini. inter claras. in fine.
de offi. præfec. præto. aſ. l. quas gratias ſupra de iureiuran. quem
7 admodum. in fi. † Aut de alijs: & tunc aut de inducentibus ex-
ceptionem, quo caſu infinitas approbatur. ff. de excep. doli. l. pu
re. §. fina. C. de excep. l. ſi pactum. inſti. eod. tit. §. appellantur. &
8 hic. † Aut de inducentibus obligationem, & tunc aut verba ob
ligationis ſunt de ſui natura limitata finitatem ſapientia, & tũc
infinitas approbatur, vt. ff. de annu. legat. l. cum quidam. & l. ſeq.
& de fideiuſ. l. ſi ita ſtipulatus. Aut non ſunt de ſe finitatem ſa-
pientia: & tunc aut infinitas procedit ex mutua voluntate con-
trahentium, & tunc toleratur. ff. de dã. infec. l. ſi finita. 2. reſpõ-
ſo. Et ita poſſet intelligi. l. alle. ſi ita ſtipulatus. & in auth. de nõ
alie. aut pmu. rebus eccleſiæ. §. ſi minus col. 2. vbi dr̃, quod dona
tio imperatoris facta in eccleſiam põt ad immenſum ſe exten-
dere. Aut non ꝓcedit ex mutuá voluntate contrahentium, &
ſi quidem tractatur de obligatione nouiter inducenda, tũc infi
nitas reprobatur. ff. de dam. infec. l. q bona. §. vlt. C. de ſacroſan.
eccle. l. vt inter diuinum. de ſen. quæ pro eo quo intereſt. l. vnica
Et idem ſi tractetur de obligatione prius inducta poſt ampliã
da, etiam ſi verba obligationis ſint de ſe flexibilia ad finitatem,
vel infinitatem, ff. de le. 3. fideicommiſſ. §. ſi quis decem. ff. de in
litem iuran. l. videamus. §. fi. de peric. & com. rei ven. l. ſi quis v-
na. §. fi. s. de cenſib. quanto. Et in iſta diſtinctione ſatis concor.
Cy. in dicta. l. vnica, in prin. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.
& plenius Gencel. in extrauagan. Io. 22. quorundã exigit. §. nos
9 quoque. ſuper verbo infinita ſint. † Aut quæris de alijs actibus,
& de hoc vide quod notant Card. Guil. & Io. An. j. de reſcri. c.
cum in multis. li. 6. vbi dicunt, ꝙ infinitas reprobatur circa re-
ligionum diuerſarum inuentionẽ. s. de relig. domi. ne nimia. &
e. ti. c. vnico, li. 6. Itẽ circa teſtium productionem. s. de teſt. cum
cauſam. 1. §. nolentes. & c. ſignificauerũt. ff. de teſtibus. l. 1. §. vlt.
Item circa teſtium reprobationem. s. de teſtib. c. licet dilectus.
Item circa graduum computationem. s. de conſang. & aff. tua.
Item circa multitudinis correctionem. s. de cleri. excom. lato
res. 44. diſtinc. commeſſationes. Item circa iudicis impetratio
nem. s. de reſcrip. ad hoc. de dolo & contum. ex literis. Item cir
ca ordinandorum multiplicationem. j. de ætate & quali. cũ ſit
10 ars. † Pone ꝙ paterfam. pactum fecit cum Abbate de conſenſu
capituli vt quoddam molendinum ſibi & familiæ ſuæ perpetuo
moleret circa penſionẽ conſtitutã, nec in hoc fuit eccleſia dece
pta, tempore præcedente paterf. deceſsit pluribus filijs relictis,
quorum

quorum quilibet cępit habere familiã æquè magnã vt pater-
fa. habebat, quilibet iſtorum tranſmittit ad molendinum. Ab-
bas denegat. quæritur quid iuris. Soluit Barto. Brix. poſt Pileñ
in quæſtione ſua dominicali, quæ incipit quidam pater fa. pa-
ctum fecit quod obſeruari debet quod actum eſt ſi non appa-
reat non tenebitur monaſterium hæredibus vltra quam tene-
betur defuncto, & tantum molet omnibus quantum molebat
defuncto, quia non eſt veriſimile quod monaſterium in infi-
nitũ ſe obligaret vt in. l. alleg. ſi quis vina. §. fina. idem dicit Tã.
idem tenet Hoſtien. & Abbas. ſ. de cenſibus. quanto. niſi præ-
ſcriptio ſit in contrarium. eo. tit. olim. licet multa iura poſſent
in contrarium allegari. ff. de pactis veteribus locis. ſi quis do-
minum. §. 1. de verbo. obli. quicquid aſtringendæ. ſ. de ſeruis non
ord. c. 1. Nec obſtat quod no. Car. j. de reli. & vene. ſan. c. vnico.
lib. 6. & Io. An. ibi in nouella, in quæſtione de ſacriſta eccleſiæ,
qui ante illam conſtitutionem tenebatur campanas pulſare, &
poſt illam conſtitutionem propter duplex feſtum plus expe-
ditur in pulſatione, quod iſtud grauamen, nihilominus ſpe-
11 ctat ad ſacriſtam, † quia ſacriſtę non fit aliquid per capitulum
ſuum, ſed per Papam hoc conſtituentem, qui poteſt ſacriſtam
augere & minuere fructibus ſecundum eos, ibi.

Super eo. c. Ad declarationem glo. arg. quòd in priui
legijs. Si quæris vtrum beneficium prin-
cipis eſt largè vel ſtrictè interpretandum, diſtingue vt dixi. ſ.
de dona. cum dilecti.

Super eo. c. Ad declarationem. glo. argu. quod in pri-
uilegijs. hic habes quod Epiſcopus qui re
miſit decimas Epiſcopales, præſentes, & futuras intelligitur re
miſiſſe. Et ſic habes quod depoſitio indefinitè prolata ad fu-
turum extenditur. Circa quod diſtingue, quia quædã ſunt vni-
12 uerſalia, quædam ſingularia, & quædam generalia. † Vnde vni-
uerſalibus nedum ipſum vniuerſale inſpicitur, ſicut reperitur
tempore diſpoſitionis, ſed qualitercunq; augmentetur poſtea,
Et ideo ſi legetur peculium, vel hereditas debetur quantum-
cunque augmentetur poſtea. vt. ff. de vſufruc. l. ęquiſsimum. &
de legatis primo. l. grege. & de leg. 3. peculium. de fun. inſtruc.
l. Lucius. vbi hoc not. gloſ. Ita etiam poſſet intelligi iſtud capi-
13 tulum. † In ſpecialibus non eſt dubium quod inſpicitur tem-
pus præſens, vt. ff. de contrahenda emptione. l. in. lege. & l. ru-
tilia polla. de damno infec. l. ſi is qui. ſ. eo. cum capella. & de de-
cimis, cum in tua. niſi res fuerit augmentata per alluuionem,
& tunc eadem res cenſetur vt. ff. de vſufruc. l. item ſi fundi. §. ſi
14 inſula. † In generalibus refert aut tempore diſpoſitionis poteſt
taxari, vel cogitari quãtum præiudicium poſsit afferre in futu
rum ſi futura comprehendantur, & tunc ad futura extendun-
tur vt hic &. ff. de ſeruitu. vrba. præ. l. ſi ſeruitus. Aut tempore
diſpoſitionis non poteſt taxari, vel cogitari, & tunc aut agitur
de obligatione pignorum & tunc futura veniũt, vt. C. quæ res
pigno. obli. poſ. fina. Aut de obligatione ſeu tranſlatione domi
nij, & tunc regulariter tñ præſentia cõtinentur. Vnde qui ven-
dit, qui legat, vel qui donat bona ſua videt tñ transferre pręſen
tis, non futura, vt. ff. manda. l. ſi manſuero. §. is cuius. de auro
& argen. leg. l. ſi ita. & l. medico. & l. fi. in prin. de leg. 2. l. ſi §. qui
in diuiſam. de leg. 3. l. vxori. §. vxori. & l. vxorem. §. teſtamẽto.
2. & l. nomen. §. 1. de liber. leg. l. vlti. §. fina. Et in iſta diſtinctio-
ne concordant Pet. de bella perti. & Cy. C. de ſacro ſan. eccle. l.
placet & in d. l. fina. C. quæ res pig. obli. poſ.

1 *Iure ſuo quis priuatur ſine culpa.*
2 *Quæſtio lepida de ceruo Epiſcopi.*
3 *Patriarchæ fidelitatem præſtant Papæ.*
4 *Cardinales non præſtant fidelitatem Papæ.*
5 *Epiſcopi etiam cardinales præſtant Papæ fidelitatem.*
6 *Prælati inferiores non præſtant Papæ fidelitatem.*
7 *Minor non vtitur poteſtate honoris coram maiori.*
8 *Minor habens à maiori iuriſdictionem eam non exercet coram maiori.*
9 *Minor non habens à maiori iuriſdictionem eam corã eo exercet.*

1 ANtiqua. Ad declarationem gl. 2. † Caſus in qui
bus quis priuatur iure ſuo ſine culpa
ſua, vide plenius quam hic per Hoſt. ſ. de decimis
ſuggeſtũ. & per Archi. qui ponit eoſdem caſus. 22.
di. renouantes. decret. cognoſcentes. & aliæ concordantiæ hic
alle. faciũt ad quæſtionem dominicalem Bar. Brix. quæ incipit
2 Epiſcopus Bono. depoſuit † ceruum ſuum apud quoddam mo
naſterium, tẽpore procedente aufugit, tertia die, monachi de-
poſitis cucullis ſuis cęperunt venari & ita ceruum ceperunt.
Modo quæritur vtrũ Epiſcopus poſsit eum repetere Soluen-
do poſt pileum dicit quod ſi nomine Epiſcopi. ſ. vt reſtitue-
rent Epiſcopo venarentur, reſtituetur Epiſcopo ceruus, cum
ipſa ratum habeat quod nomine eius factum eſt. Sin autẽ non
eſſet factum nomine eius, non reſtituetur, quia ceruus iſte ſe
mel factus eſt monaſterij, ergo ſine culpa ſua eo priuari non de
bet, vt iuribus alleg. hic in verſi. & ſi priuata.

Super eo. c. Ad declarationẽ glo. ſit ergo & c. Si quæ-
ris vtrum prælati qui nullo medio, vel ali
quo medio ſubſunt domino Papę præſtent & iurent fidelita-
3 tem & obedientiã, diſtingue. † Aut quæris primo de ijs qui im
mediate ſubſunt, & tunc aut quæris de Patriarchis, & alijs prę
latis alijs à cardinalibus, & dic quod ſic, vt hic &. ſ. de iureiur.
4 ego. N. Aut de cardinalibus, & tunc † Aut de cardinalibus pre-
sbyteris & diaconibus non Epiſcopis, & tales licet immedia-
te ſubſint Papæ, nullam tamen obedientiam præſtant ei. Et ra-
tio eſt: quia ſunt eius mẽbra ſpecialia reſpectu aliorũ, & adeo ſi
bi vniti, quod ab his membris ſpecialibus non debet fidelita-
tem vel obedientiam exigere, ſicut nec à ſeipſo. Vnde dicũtur
de latere eius mitti. ſ. de offi. leg. nolentes. inter præſtantem. n.
5 & recipientem debet eſſe differentia. ſ. de inſtit. c. fin. † Aut de
cardinalibus Epiſcopis, & dic quod illi iurant, non tãquam car
dinales, ſed tanquam Epiſcopi. Et eſt efficax ar. quod Papa pa-
rum aut nihil decet facere ſine conſilio fratrum ſuorum. argu.
j. tit. 1. quotiens. ſ. de exceſ. præla. c. 1. de elec. in geneſi. Poteſt
etiam ex præmiſsis ſumi arg. quod canonici non cogantur pre
ſtare fidelitatem & obedientiam Epiſcopis ſuis, niſi vbi ſit ta-
lis conſuetudo, & ſic poteſt intelligi. j. de ver. ſigni. cum cleri-
ci. quod dic vt ibi ſecundum Hoſti. Suffraganei vero nõ exem
pti ſuo metropolitano obedientiam & reuerentiam præſtare
debent, ſecundum Ber. & Hoſti. Exceptis per Papam conſecra
tis, qui & ei iurant fidelitatem & obedientiã & ſi mediate ſub
ſint ei ſecundum Hoſtien. qui etiam dicit hic quod ordo pa-
triarcharum, de quo loquitur hic, habet locum in conſiſtorio.
Papę vel inter ſedes Patriarchales, vel vbi Epiſcopus Hoſti. ab-
eſt in conſilijs, ipſe. n. ex quo præſens eſt in cõſilijs poſt Papam
primus ſedet ex priuilegio cõceſſo eccleſiæ Hoſt. pro eo quod
Papa habet cõſecrare & inungere imperatorem, propter quod
6 eſt etiam palleatus. † Aut quæris de his qui mediate ſubſunt
Papæ, & illi non præſtant, excipe confirmatos vel conſecratos
per Papam, qui præſtant eam ſecundum Hoſt. & Io. An.

Super eo. c. §. dominicæ. Ad declarationem gl. argu.
quod minor poteſt & c. Si quæris vtrum
minor poteſt exercere poteſtatem vel officium ſuum in præ-
7 ſentia maioris, diſtingue. † Aut quæris de poteſtate inſigniali,
reuerentiali, pręeminentię, & honoris, & dic quod illis non de
bet vti in præſentia maioris. vt hic &. ff. de officio proconſul.
& leg. l. 1. in princ. & l. fina. 21. di. deniq;. 95. diſt. ecce. & c. præ-
sbyter pręſente. & facit. j. eo. vt apoſtolicæ; li. 6. Aut quæris de
8 poteſtate exercitij iuriſdictionis, & tunc aut minor iudex ha
bet iuriſdictionem à maiori, & maior eam reuocat in eo caſu
in quo poteſt. ff. de iudicijs. l. iudicium ſoluitur. & C. de offi. re
cto. prouin. l. potioris. & tunc non poteſt eam exercere vt hic,
pro hoc. ſ. de reſtitu. ſpolia. audites. cũ ibi no. & hoc no. Hoſtiẽ.
in ſum. ſ. de maiori. & obedien. §. & aliquid. ſub. §. quid ſi duo.
& frater Ioan. in ſumma confeſ. titu. de ſentẽtia præcepti. quæ
9 ſtio. 55. pone quod aliquis habet & c. † Aut non habet iuriſdi-
ctionem à maiore, vel habet, ſed non eſt reuocata, & tunc po-
teſt eã exercere, vt. 11. q. 1. peruenit. & C. de donat. l. in hac ſa-
cratiſsima. Fallit quando de paritate quadam agitur, quæ à ſupe
riori duobus vni habenti ſpecialem prærogatiuam reuerẽtiæ,
& alij non habenti conceditur, in quo diſpoſitionem eiuſdem
ſuperioris committentis ſtatur, vt. ſ. de officio lega. nolentes.
vbi Hoſtien. ponit iſtam diſtinctionem, excepto ſecundo mẽ
bro. & idem Archi. in c. alleg. deniq;. gloſ. vltima.

Super eo. c. & eo. §. Si quæris vtrum priuilegiatus cõ
tra priuilegiatum vtatur priuilegio ſuo,
diſtingue vt dixi. ſ. de præſcri. c. illud.

1 *Converſi gaudent priuilegio religionis.*
2 *Donati an eccleſiaſtici ſint. 4.*
3 *Donati matrimonium contrahunt.*
5 *Donati an gaudeant priuilegio religionis.*
6. *Converſorum & donatorum differentia.*
7. *Templarijs ad eccleſias interdictas recedentibus an temporis lapſus noceat.*
8 *Interdicti ſententiæ forma.*
9 *Interdicti ſententiæ ordo.*

10 Interdi

10 *Interdicti ſententia an ſuſpendi poſsit.*
11 *Interdictum, excõmunicatio & ſuſpenſio in quibus conueniunt.*
12 *Interdictum, excommunicatio & ſuſpenſio in quibus differunt.*
13 *Priuilegio an quis in loco interdicto celebret.*
14 *Conſuetudine an quis in loco interdicto celebret.*

VT priuilegia. Ad declarationem glo.ita
que habitus. & gloſæ ſe-
quen. Si quæris vtrum priuilegium conceſſum re
ligioſis alicuius ordinis, collegij, vel cõuentus de
tradendo eorum fratres tempore interdicti eccle
ſiaſticæ ſepulturæ, extẽdatur ad omnes fratres. vel ad quos, &
vtrum tales fratres perſonæ eccleſiaſticæ reputẽtur, & vtrum
gaudeant priuilegio, ſeu exemptione veris religioſis illius ordi
1 nis, conuentus, vel collegij competenti. diſtingue. † Aut quæris
de illis qui effecti ſunt fratres eiuſdẽ religionis, & habitus, &
de illis etiam ſint laici conuerſi, nulli dubium quod gaudent il-
lo priuilegio quo & alij de collegio vel conuentu, quia religio-
ſi ſunt. j. de ſenten. excom. non dubium. & c. parochianos. j.
eo. titul. capi. per exemptionem. lib. 6. & notant. H. & Ioã. And.
eo. titu. licet. ſuper verbo familiaribus. & Io. An. §. de arbi. cum
2 olim. † Aut de alijs qui ſunt in ſeculo remanentes, & tunc, aut
quęris de duobus primis. ſ. vtrum ad eos extendatur priuilegiũ
eccleſiaſticæ ſepulturæ, vel vtrum eccleſiaſticæ perſonæ repu-
tentur, & tunc, aut eorum ordini ſunt oblati ſeu donati cum ef
fectu, vt quia cum effectu donauerunt aut obtulerunt eccleſię
ſe & ſua iuxta formam, cap. 1. in fin. extra de decimis, in cle-
men. mutato habitu ſeculari. ita quod habitus illos diſtinguat
ab habitu ſeculari, licet ex toto non habeant habitum religio-
nis illius, & tunc, Aut quæris vtrum ad tales extendatur priui-
legium illud quod poſsint tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ tempo
re interdicti, & dic quod ſic vt hic, & argum. 33. q. 5. quod Deo
pari ſecundum Ber. & Innocen. & Hoſti. hic. Aut vtrum tales
largo modo perſonæ eccleſiaſticæ cenſeantur, & dicit Ber. hic
quod ſic. arg. 16. q. 1. vt lex. & 12. quæſtio. 1. duo ſunt genera.
Sed Innocen. & Hoſtie. hic notant quod ſi tales contraxerunt
tenet matrimonium. argum. j. qui clerici vel vouen. capitul. cõ
ſuluit. & capit. rurſus. Et eſt hic argum. ſecundũ Hoſtien. quod
ſi aliqui ſe & ſua offerũt aliquibus eccleſijs, & ſignum certum
accipiunt, eccleſiaſticæ perſonæ cenſentur. argum. 12. q. 2. ec-
cleſiarum ſeruos. ſuprà de religion. do. de xenodochijs. Et in
hoc concordat Ioan. in. d. c. duo ſunt. gloſ. 1. dicens, quod ver-
berans tales incidit in canonem ſi quis ſuadente. j. de ſen. excõ.
non dubium. licet non teneantur cõtinere. Idem Ber. in dicto.
c. non dubium. in gloſſ. 1. vbi ipſe extendit illud. capit. & eo. ti.
parochianos. & c. ex tenore. quæ loquuntur in conuerſis reli-
gionis cuiuſcunq; ad alios conuerſos eccleſiarum ſecularium.
ar. ſ. de ſtatu. mona. recolentes. in fi. cum hoc ſit benignius. idẽ
Gul. de mon. lau. & Gencel. extra de decimis. cap. 1. in fi. in cle.
3 † Licet alij contradicãt, vt Io. Vin. qui notãt. ſ. de maio. & obe.
dilecta. quod conuerſi eccleſiæ ſecularis qui poſſunt contrahe
re matrimonium, non habent priuilegium. c. 17 quæſtio. 4. ſi
quis ſuadente. quod tamen habent conuerſi eccleſiæ regularia
laici, vt. in. d. c. non dubium. Idem Vin. hic & Abbas poſt eum
dicentes, quod is qui inijcit manus in tales non eſt excommu
nicatus, quamuis tales largo modo dicantur perſonæ eccleſia-
ſticæ, vt in d. c. vt lex. & c. duo ſunt. vbi Archi. de hoc notat in
gl. adde vbi loquitur de conuer. & in gloſſ. adde, ſic etiam dicũ
tur perſonæ & c. pro hoc etiã facit quod not. Inno. & Hoſtien.
j. eo. c. penul. de quo dicam in d. c. non dubium. † Aut non ſunt
4 donati ſeu oblati eorum ordini cum effectu, & tunc, aut quæ-
ris vtrum debeant gaudere priuilegio eccleſiaſticę ſepulturæ,
aut vtrum perſonæ eccleſiaſticę cenſeantur. Si quæris vtrum
debeant gaudere priuilegio eccleſiaſticæ ſepulturæ tunc Aut
dederunt inter viuos omnia bona ſua, eis retento quãdiu vixe
rint vſufructu, & dic quod ſic, vt hic in verſicu. vel eis & c. licet
Bernard. hic contra, niſi etiam ſeipſos reddant, quia res & non
perſonæ ſunt acceſſoriæ. Sed ſecundum Hoſtie. hoc eſt contra
mentem eius quod hic dicitur, & cõtra verba vbi hęc duo ſci
licet habitum mutare, vel bona dare ſub diſiunctione ponun-
tur. ergo alterum per ſe ſufficit. ſ. de reſcrip. inter ceteras. cum
ſuis concor. & hoc idem tenet Ioan. in d. clemen. gloſ. fina. Aut
non dederunt omnia bona ſed aliqua, & credo quod tales non
debeãt gaudere priuilegio vt hic, in ver. ne ſi de quibuſlibet, li
cet quidam dicant contra ſi maiorem partem dederint. argu. ff.
de excu. tuto. l. propter litem. & j. de rei. ſpo. frequens. §. illum
autem. lib. 6 ſed non eſt noſtrum legem extẽdere. ff. ſolu. mat.
l. ſi vero negocium. §. de viro. & quia ſi Papa hoc voluiſſet hoc
expreſsiſſet. argumen. ſ. de decimis. ad audientiam. Si quæris
vtrum tales perſonæ eccleſiaſticæ cenſentur, dico quod non
5 per. c. alleg. duo ſunt. & d. vt lex. † Aut quæris de tertio. ſ. vtrum
tales donati, vel oblati gaudeant priuilegio ſeu exemptione ve
ris religioſis illius ordinis, conuentus, vel collegij competẽti,
& videtur quod non, niſi omnino tranſeant ad religionem eo
rundem. ſ. eod. cum & plantare. §. de confratribus. & j. eo. qui-
dam. vbi hoc tenet Innocen. & expreſsius Hoſtien. Tu vero
dic, quod ſi ſint donati, vel oblati cum effectu, vt quia cum ef-
fectu donauerunt, aut obtulerunt eccleſiæ ſe & ſua, gaudere de
bent priuilegio, ſeu exemptione illi eccleſiæ competenti, vt.
j. eo. per exemptionem. 1. reſponſo. lib. 6. ſeu illis religioſis aut
ordini conuentui vel collegio competenti, vt in d. cle. in fi. de
decimis Et de hoc no. Io. An. in d. c. per exemptionem. ſuper
6 verbo perpetuo. in nouella. dicẽs quod iſti oblati poſſunt dici
hi qui familia vocãtur. ſ. de arbi. cum olim. † Vnde mos diuer-
ſarum religionum habet habere conuerſos. & illi portant habi
tum religioſorum. Item oblatos. & illi conuerſorũ habitu non
vtuntur, participant tamen priuilegijs, vt ibi & in cle. prædicta
ſecundum eum. Aut non ſunt donati, vel oblati cum effectu:
& tunc ſecus, nec ſufficeret quod bona ſua donaſſent manen
tes, niſi quantum ad priulegium ſepulturę, de quo hic ſecundũ
Io. An. in d. cle. prædicta. gl. fin. Et præmiſſa de priuilegijs ſeu exẽ
ptione intelligo. verũ etiam in donatis ſeu oblatis eccleſiæ ſe
cularis, per. c. alleg. per exemptionem, quod loquitur etiam de
eccleſia ſeculari. Et hæc eſt vera niſi ex tenore priuilegij vel
exẽptionis amplioris vel ſtrictioris aliud appareret, puta quia
ſoli monachi, vel ſoli canonici ſunt priuilegiati, vel exẽpti vt
ibi. §. verum. arg. ſ. eo. porro.

Super eo. c. §. illud. Ad declarationem gloſſ. ſic ergo
patet. Si quęris vtrum excommunica
tio, vel interdictum valeant ſuſpendi vel relaxari diſtingue, vt
dixi. ſ. de appel. ad hoc quoniam.

Super eo. c. & ea. gl. in fin. Si quæris vtrum templarij
vel hoſpitalarij, qui per cẽtum annos ſte
terunt quod non venerunt ad eccleſiam interdictam, ſeu locũ
interdictum, qui ſæpe infra hoc tempus fuit interdictus, ſunt
7 poſtea admittẽdi? dicit Bern. hic indiſtinctè quod ſic, & quod
non nocet eis lapſus temporis in hoc caſu. Idem Aſten. in li. 7.
titu. de interdicto & ſuſpenſione. articu. 3. quæſtio. ſed quid ſi
per centum. Quod verum ſecundum Hoſtien. ſi in alijs locis,
vel ſaltem in aliquo loco hoc priuilegio vſi ſunt, argumen. ff. de
ſerui. ruſtic. prædio. l. certo generi. & l. vna eſt via. de acquiren.
poſ. l. poſsideri. Si vero in nullo loco priuilegio iſto vſi ſunt, be
ne præſcribitur contra ipſos. ff. de nundi. l. 1. & leg. & not. ſ. eo.
ſi de terra. & c. accedentibus. ſecundum Hoſtien. & Ioan. And.
hic, & Archidi. 16. q. 4. c. fina. & vide quod no. G. & Ioan. An. j.
de ſenten. excom. alma mater. libr. 6. vbi dicunt iſtud priuile
gium per illud capitu. eſſe reuocatum. & idem tenet Ioannes
Andreas hic.

Super eo. c. Si quæris ſub qua forma verborum ferri
debeat ſentẽtia interdicti, & quo ordine,
& quæ pœna non rite ferentis, & vtrum poſsit relaxari vel
ſuſpendi, & in quibus ſententiæ excommunicationis, ſuſpen
8 ſionis, & interdicti conueniunt, & differunt, diſtingue. † Aut
quæris de primo. ſ. ſub qua forma verborũ ferri, debeat & dic
quod ſub tali forma, nos propter talem cauſam, talem eccleſiã,
villam, vel terram interdicimus vel ſupponimus interdicto. ſ.
de offi. deleg. ſane. j. de verbo. ſig. cum in partibus. Nunc vero
communiter iudices ſolent addere ſic, eccleſiaſtico ſupponi
mus interdicto. Poteſt tamen interdicti ſententia etiam ſecun
dum arbitrium hominis formari, vt videlicet interdicat vel
miſſarum celebrationem cum cantu, vel celebrationem veſpe
rarum, vel ſepulturam & huiuſmodi, & poteſt iudex ab inter
dicto excipere quos vult, & ſubijcere quos, vult & quãdo vult.
† Aut quæris de ſecundo. ſ. quo ordine, & quæ pœna non rite
9 ferentis & tunc. aut quæris de interdicto perſonarum, aut loco
rum. Si de interdicto perſonarum, dic quod debet ferri ratio
nabiliter ſicut & ſententia excommunicationis. ſ. de offic. or
di. cum ab eccleſiarum. Et ſi feratur irrationabiliter, puniri de
bet proferens pœna illius canonis, ſacro. j. de ſent. excom. Et
ſatis videtur hoc expreſſum. j. de ſen. exc. cum medicinalis. §.
& hæc eadem libr. 6. vbi quantum ad ordinẽ proferendi ęqui-
parantur ſententia excommunicationis, ſuſpẽſionis, & inter-
dicti. Quod intelligunt Innocen. & Hoſtien. ibi de interdicto
perſonarũ, non locorũ, hoc eſt in ſuſpenſionibus & interdictis
ab officio & beneficio & ſacramentis & nõ in alijs interdictis.
Si de interdicto locorum, tunc dic, quod tale interdictum non
habet

habet talem ordinem ſed illum quem dat ſibi proferens, vt pa
10 tet per premiſſa & etiam per ſequentia.†Aut quæris de tertio
.ſ.vtrum poſsit ſuſpendi vel relaxari, & tunc dicit Inno.hic in
prima gl.ſua. & Hoſt. poſt eũ quod licet locus ſit interdictus,
de licentia tamen iuris poteſt ibi quis ſepeliri, & celebrari, vt
per totum hoc.c.& ſequens:& etiam de licentia hominis,quia
& talis ſententia ſuſpendi poteſt.ſ.de app.dilectis.§.quia vero.
verſi.non obſtante. Quia quando locus interdicitur potius vi
derentur interdicti homines quam locus, vnde quando dici-
tur interdicto talem eccleſiã,is eſt ſenſus, ideſt interdicto ce-
lebrantes in tali eccleſia, & ab hac ſententia poteſt iudex exci-
pere & ſubijcere quos vult, & quod etiam certa officia ibi ce-
lebrantes ſint excommunicati,& non alij, vel certo tempore,
puta quãdo dominus terræ preſens erit,& non alio.arg.in diſt.
cap.ſanc.&.ſ.de ſponſa. non eſt vobis.Si vero perſona eſſet in-
terdicta vel ſuſpenſa,tunc ſi pro delicto ſuo non poſſet de licẽ
tia alicuius celebrare,nec ſuſpendi interdictum, vel ſuſpenſio:
& eſt ratio quia aut pœnitet & ſatisfacit de eo pro quo interdi
ctus eſt,& ſic relaxatur ipſa ſentẽtia in qua poſtea non recedit
ſine culpa ſua & ſine monitione.ſ.de conſti.ex literis.& de ap
pel.reprehenſibilis.Aut nec penitet,nec ſatisfacit, & tunc non
debet ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare.81.diſtinctio ſi qui
ſunt.& cap.miniſtri.& cap. oportet.&.cap.ſi diaconus. Sed ſi
pro debito alterius ſicut ſit.17.quæſtio.5.miror.& capit.felix.
24.quæſtio.3.ſi habes.prædicta ratione conſiderata poteſt di-
ci ſicut de interdicto quod talis ſententia ſuſpendi poteſt ſecũ
dum Innocentium & Hoſtien.hic idem frater Ioann. in ſum-
ma confeſ.titul.de ſenten.interdi.quæſtio.231.ſub qua forma.
& Aſten.libr.7.titul.de interdicto & ſuſpenſione.articul.3.que
ſtio.ſed nunquid Epiſcopus.& articul.9.quæſtio.ſed nunquid
Epiſcopus,& adde quod dixi.ſ.de appel. cap.ad hęc quoniam.
11 †Aut quæris de quarto.ſ.in quibus conueniunt,& dic quod in
multis:primo,in forma decreta.cũ medicinalis. Secundo quia
appellatio præcedens tuetur appellãtem in bis tribus.j.de ſen
ten.excom.cap.licet libr.6. Tertio, quia neutrum per appella-
tionem ſuſpendi poteſt.ſ.de appel.ad hæc quoniam.&.cap. pa
ſtoralis.&.j.de ſentent.excommunicationis.is cui.§. final.lib.
6.Quarto,quia neuter debet celebrare diuina ex quo interdi-
cti ſunt.ſ.de cleric.excom.mi.cap.2.&.c.poſtulaſtis §.fi.Quin
to,quia debet monitio procedere,vt in d.capit. reprehenſibi-
lis.in prin.&.j.de ſentẽ.exc. ſacro.12.quæſtio.2.indigne. nam
idem quod ibi dicitur de ſenten.excom.& ſuſpenſionis intel-
ligit Innocen.in d.capi.ad hæc, quoniam quando ſuſpenſio vel
interdictum fertur in aliquem pro contumacia, ſecus ſi impo
natur pro pœnitentia ſeu pœna, nam tunc fruſtra procederet
admonitio cũ in omnem caſum ſubſecutura ſit ſuſpenſio ali-
quando ad tempus,aliquando in perpetuum.Sed Hoſtien.ibi
dicit hoc verum,quando à canone ſic ſtatuitur pœna,vt in cõ
cor.ſ.allega.ſecus ſi ab homine,tunc enim debet monitio præ
cedere vt patet.ſ.de cohab.cleric.& mulie.cap.ſicut.&.c.ſi au
tem.ſecundum Hoſtien.ibi pro quo facit.j.de offi. ordi. ſi ca-
nonici.lib.6.Sed opinionem Inn.credo veram ,quia pœna ſeu
pœnitentia imponitur pro peccato iam commiſſo,ſed iura al-
leg.per Hoſtien. loquuntur quando timetur de peccato veriſi
militer committendo ſeu reiterando,puta fornicationis, vbi
monitio de fornicatoria à ſuo conſortio amouendo ne fornì
catio committatur præcedit ſuſpenſionem,quæ ſuſpenſio pro
contumacia ibi fertur,& ſic concordant cum opinione Inno-
cen.Sexto, quia cum iuratoria cautione vterq; abſoluitur.j.de
ſent.excom.venerabili.&.c.ſuper.& nota.ſ.de appel. qua fron
te.Septimo,quia vtriq; præſtatur abſolutio ad cautelam. vt in
d.c.venerabili.&.ſ.de cler.excom.mi. apoſtolicæ.ſecundũ In-
no.& Hoſtien.in d.c.ad hęc quoniam.Quod verum de inter-
dicto in hominẽ promulgato, quod non immutatur per.c.præ
ſenti.j. de ſenten. excom. lib.6. cum de tali interdicto ibi non
loquatur. ſecus de interdicto quod fertur in locum cuius rela
xatio ad cautelam locum non habet.vt in d.c.præſenti. Et po
teſt eſſe ratio diuerſitatis,quia propter peccatum vnius,terra
vel caſtrum ſeu alius locus interdicitur.ſ.de ſpon. non eſt vo-
bis.de poſtul.præla.c.1.ſecundum Guil.in d.c.pręſenti.glo.fin.
Octauo, quia vtraq; tenet & ſi nullus ordo ſeruetur.argu.11.
quæſtio.3.ſi quis presbyter.& in d.c.ad hæc quoniam. Nono,
quia vtraq; eſt à ſuperioribus ſeruanda, vt in d.c.cum ab eccle-
ſiarum.Decimo,quia neuter durante ſententia poteſt teſtifi-
cari.ſ.de teſti.c.veniens.2.Vndecimo, quia non debet de ipſa
ſuperior aliquid diſponere partibus non vocatis.j. de appel. ro
mana.§.penul.& de ſenten.excommu. romana.1.reſponſo.li-
bro 6. Duodecimo,quia ſicut filij ſpirituales ſedis apoſtolicæ
non poſſunt per inferiorem excommunicari, ſic nec interdi-
ci nec ſuſpendi.vt.j.de verbo.ſigni.veniens.1.reſponſo. & de
priuil.volentes.§.penulti.lib.6.Decimo tertio,quia vtraq; ſen-
tentia nomine cenſurę eccleſiaſticæ cõtinetur, vt.j.de verbo.
ſigni.quærenti. Et ſic præmiſſa de ſuſpenſione à vei.aut quæ-
ris de quarto circa, intellige de ſuſpenſione ab officio & benefi
cio vel ab officio tm̃,ſecundum Inn.& Hoſt.in d.c.ad hæc qm̃
quæ ponunt ibi octo primos modos,& alios quinq; ponit fra-
ter Io.in ſum.confeſ.tit. de ſententia interdicti.q.230.quo or-
12 dine &c.†Aut quæris de quinto ſcilicet in quibus differunt. &
dic quod in participatione, quia cum ſuſpenſo vel interdicto
poſſunt homines participare,niſi & participatio eſſet ſpeciali
ter interdicta,ſed cum excommunicato non.vt.ſ.quod metus
cau.ſacris.ſecundum fratrem Io.in dicta.q. Item excommuni
catio iuſte lata ligat animam & corpus, animam,quæ traditur
ſathanę.vt.11.q.3.c.audi deniq;.&.c.nemo Epiſcoporũ. vt in
c.alle.ſacris.&.11.q.3.in c.ſicut apoſtoli.c.excommunicatos.c.
cum excommunicato.&.c.ſequen.Item excõmunicatus caret
eccleſiaſtica ſepultura, vt.ſ.de ſepul ſacris.j.de ſenten.excom.
à nobis.2.& etiam nominatum interdictus vt hic in princ.ibi
niſi excõmunicati vel nominatim fuerint interdicti,& expreſ
ſius extra dė ſepul.c.1. in cle. ſecus in non nominatim interdi
ctis vel ſuſpenſis.vt no.Io.An.ibi ſuper verbo,nominatum.

Super eo.c. Ad declarationem glo. Inno. tamen can
tabũt &c.Si quæris vtrum priuilegio,vel
conſuetudine poſsit aliquis habere, quod in loco interdicto
13 poſsit licitè celebrare,diſtingue,†Aut quæris de priuilegio, &
tunc,aut quæris de priuilegio conceſſo à Papa,& dic quod ſic,
tã ſubmiſſa quã alta voce, vt hic,&.ſ.eo.cũ & plantare.§. in ec
cleſijs.&.c.porro.quia habet plenitudinem poteſtatis.ſ.de vſu
pal.c.ad honorem.ſecundum Inn.& Hoſt.hic.Idem Ber. ſ.de
appel. ad hæc quoniam. idem frater Io.in ſum. confeſ.titu.de
ſent.interdicti.q.243.ſed nunquid ex ſola.& Aſten.lib.7.tit.de
interdicto.& ſuſpen.artic.4.in fin. & ar.9.ver.quid ſi Papa.vbi
etiam dicit ſecundum Vinc. quòd per illud priuilegium inter
dictum non erit relaxatum,ſed eo manente celebratur. arg.à
ſimili.ſ.eo.petiſti.a.in fi.& hic. Aut de priuilegio conceſſo ab
Epiſcopo vel alio inferiore à Papa vt dicit Ber. in d.c.ad hæc,
quoniam.in fi.quod non,quod intellige loco interdicto etiam
quo ad priuilegiatum manente. ſecus ſi relaxetur quo ad eum,
14 vt dixi ſ.diſt.proxima.†Aut quæris de conſuetudine, & tũc re
fert ſecundum Inno. hic. Aut quæris,vtrum poſsit ex conſue
tudine aliquis habere quod tẽpore interdicti celebraret ſub-
miſſa voce, & dicit quòd ſic. Aut alta vocè ianuis apertis,&
campanis pulſatis,& dicit quod non poteſt hoc habere ex con
ſuetudine,cum ex ea rumpatur neruus eccleſiaſticę diſciplinę.
ſ.de conſue. cum inter vos.& quia hoc redundaret in graua
men eccleſiæ generalis.ſ.de conſue.c.1.ſecũdum Inno.Tu dic
ſecundum Hoſti. quod obtentu alicuius conſuetudinis nemo
poteſt habere quòd tempore interdicti celebret etiam ſubmiſ
ſa voce, vt patet in eo quod legi. & not.in dicto.c. cum inter
vos.& idem videtur tenere frater Io.in dicta.q.ſed nunquid ex
ſola. Quod intellige alias quam ſecundum formam decretalis
alma mater.j.de ſenten.excom.lib.6.& pro hoc facit extra de
ſentent. excom. ex frequentibus. & capit.cuius ex eo. in cle-
men.&c.Henricus Bobic.

1 *Priuilegiatus ad celebrandum in loco interdicto, an alios ad-
mittat.*
2 *Diuina alibi audire an poſsint qui ſunt de loco interdicto.*
3 *Qui per alium facit per ſe facere videtur.*

QVod nonnullis. Ad euidentiam huius.
c.& gloſſ. Ber. Inno. &
1 Hoſtien.hic.†Si quæris. vtrum priuilegiati quòd in
terdicti tempore poſsint ſubmiſſa voce diuina offi
cia celebrare, poſsint eo tempore alios ſecum admittere ad di
nina,diſtingue hodie vt legi.& no.j.eo.c.licet.lib.6. & de hoc
notauit Specu.ti.de leg.§.iuxta. verſi. illud quoq; notandũ eſt.
2 ibi,ſi clerici &c.†Et vtrum illi qui ſunt de loco interdicto poſ
ſint alibi audire diuina, diſtingue vt legi. & not.j. de ſenten.
excom.c.ſi ſententia.§.1.&.c.alma mater.§. adijcimus.lib.6.&
de hoc no.frater Io. in ſum.confeſ. tit. de ſententia interdicti.
q.259.quid ſi homines manente &c.&.8.q.ſequen.Item quod
dicit text.hic quandoq; ianuis clauſis &c. intellige quandoque
ideſt ſingulis diebus.vt.j.eo.c. fina.lib.6.vbi eſt hoc hodie de
claratum ſecundum.G. ibi ſuper verbo celebrari Item quod
3 hic dicit celebrare,adde & facere celebrari†quia per alium fa-
cit &c.j.de ſen.excom.mulieres.ſecundum Hoſtien.quod eſt
hodie

hodie approbatum in dicto,cap.fin.ſecundum G.ibi ſuper ver
bo celebrari.

1 *Mens verbis præferenda.*
2 *Verba ſequenda, vbi de mente non conſtat.*
3 *Triſtitia de bonis ſpiritualibus.*
4 *Triſtitia de bonis temporalibus.*
5 *Fraus legi ſit quatuor modis.*

QVanto. Ad declarationem gloſſ.primæ. Si quæ
ris vtrum potius conſideranda eſt mẽs
1 quã verba,diſtingue. † Aut de mente conſtat, & tũc
præferenda eſt intentio,vt hic,&.j.de verbo.ſigni.
intelligentia.&.c.in his.vbi de hoc.1.q.1.Marciõ.ff.de legibus.
l.ſcire leges.& in alijs concor. hic alleg. Quod locum habet in
teſtamentis.ff.de leg.1.l.penulti.& de leg.3.l.non aliter. & in
contractibus.C.quæ res pig.oblig.poſ.l.fina. & in repe.ſ.de re-
ſcript.c.2.&.ca.ad aures.;& in priuilegijs vt hic.& in iudicijs.j.
de verbo.ſig.in his.& in matrimonijs.vt legi. & nota.ſ.de ſpõ.
ex literis.1.& in c.tua.& in iuramentis.11.q.3.anteceſſor.Item
in baptiſmo.de conſe. diſt.3.retulerunt. & generaliter in qui-
buſcunq; verbis ſecundum Hoſtien.& Io.An.hic.Et permiſ-
ſum eſt verba legis offendere ſeruata mente.ff.de excuſa. tut.
l.ſcire oportet.§.aliud.& no. per gl.ff.de legi.l.cõtra.& per Gẽ
2 cel.in extrauagan.Io.22.execrabilis,† Aut non conſtat de men
te,& tunc melius eſt verbis edicti ſeruire.ff.de exerci.l.1.§.ſi
is qui nauem de leg.3.l.non aliter. vt notant Cardi.G.& Ioan.
An.j.de elec.cupientes.§.ad hoc ſuper verbo infra idem tem
pus.lib.6.&.G.j.de immu.eccle. clericis.glo. penulti.eod. lib.
Et pro fine huius gl.quæ dicit quod illa decre. eſt contra ciui-
tates quæ quandoq; conſimilia faciunt cõtra eccleſiaſticas per
ſonas,& ſic violant eccleſiaſticam libertatem,eſt hodie caſus,
quòd tales ſunt excommunicati.j.de immu.eccle.capitu.vlti.
libr.6.& ibi vide.

Super eo.c. Si quæris vtrum triſtitia, vel inuidia de
bono alterius eſt peccatum,vel non,† Di
3 ſtingue ſecundum Aſten.lib.2.titu.de gaudio, accidia & inui-
dia,art.3.quia triſticia de bono alterius poteſt eſſe dupliciter
ſcilicet vel inquãtum ex eo nobis aliquod periculũ imminet,
ſcilicet, vt ab eo lędamur,& huiuſmodi triſticia nõ eſt inuidia
ſed effectus timoris,vt dicit Philo.in ſecundo ethicorũ.& po
teſt eſſe ſine peccato vt dicit Greg.22.moralium., Vel inquan
tum eſt diminutiuum proprię glorię,vel excellẽtiæ,& hoc eſt
quando exceditur ab alio in illo bono, & triſticia eſt propriè
inuidia,& ſemper praua. vt dicit Philo.2. retho.& eſt in gene-
re ſuo ſemper peccatum mortale cum repugnet charitati, quia
dolet de bono proximi,de quo charitas gaudet.Io.5.virũ ſtul-
tum interficit iracundia,& paruulum occidit inuidia.Sunt mo
do quidam primi motus inuidiæ,quandoq; etiam in perfectis
viris,qui inſurgunt ex ſurreptione qui ſunt veniales.Et ſimile
eſt de inuidia paruulorum, in quibus non eſt vſus rationis, &
de motu inuidiæ ſecundum quod eſt paſsio ſenſualitatis vlte-
rius poteſt eſſe triſticia de bono alterius, inquantum deeſt no
bis illud bonum quod ipſe habet, & hoc eſt propriè zelus. vt
dicit Philo.in 2.retho. & ſi ſit de bonis honeſtis eſt laudabi-
lis,ſecundum illud.1.Corint.14.ęmulantium chariſmata me-
4 liora.† Si autem de bonis temporalibus poteſt eſſe cum pecca
to & ſine peccato, poteſt etiam eſſe triſticia de bono alterius,
inquantũ ille eſt illo indignus,quæ quidam triſticia eſt.vt dicit
Philo.in 2.retho.de temporalibus bonis, & pertinet ad bonos
mores,& hoc ideo dicit quia reputabat illa magna, ſed ſecun-
dum fidem quaſi nihil ſunt reſpectu futurorum bonorũ, quæ
ſeruatur bonis.& iden huiuſmodi triſticia prohibetur in pſal
mo noli ęmulari in malignantibus &c.

Super eo.c. gloſſ.& ſic patet &c.Si quæris quot mo-
5 dis ſit fraus legi. † Ber.hic dicit quod qua
tuor modis.ſ.de perſona ad perſonam,de re ad rem,& de con
tractu ad contractum,& hoc vltimum duobus modis & idem
dicit Ioan.14.q.3.pleriq;.vbi ponit hanc glo.Idem Accur.ff.de
legi.l.contra legem.vbi ſimiliter ponit hanc glo. idem Hoſtiẽ.
in ſumma de emptio.& venditio.§.vlti.ſ.de emptio.& ven.ad
noſtram.Item etiã fit de nomine ad nomen.ſ.de ſimo.ea quæ
&.c.in tantum.in auth.vt nulli iudi.§.1.col.9.& in d.c. pleriq;.
Item de tempore ad tempus,vt.ff.de mino.l.deniq;.§.1.itẽ de
loco ad locum.vt. C.ſi mancip. ita ve.ne proſtituatur.l.eamq;.
ita ſecundum Car.qui iſtos tres modos addit.j.de elect.auari-
tiæ.li.6.& idem Abbas hic,hoc excepto quod iſtum vltimum
modum dicit eſſe de facto ad factum,vt in dicta.l.eam quæ.ita
& Ioan.And.dicens etiam quod in his concor.Vincen. hic,ſ.
de conſti.ne innitaris.ſed Dyn.dicit ſupradictos caſus reduci-
biles ad primos.de hoc.j.de regul.iur.capitu.fina.libro.6.

1 *Priuilegium ſtudij an ad doctoratum extendatur.*

1 SVper ſpecula. † Vtrum priuilegio huius
ſtudij pariſius, per quod
conceſsit Papa quibuſdam quod poſsint hic audire
leges, & in eo iure libere ſtudere, liceat eis hic in
eo iure docere,vel doctorari,vide per Io.An.de regu.iur.cum
quid prohibetur.in nouella.lib.6.vbi ab his conſuluit abſtine-
re, & quia multis videretur quod mens concedentis priuile-
gium ab illa ſe non extenderet.

1 *Priuilegium ſuper decimis noualium an extendatur ad poſſeſ-
ſas per alios.*
2 *Indulgentia ſuper re litigioſa non concedenda.*
3 *Priuilegium an comprehendat de nouo ædificata.*
4 *Eccleſia ſine Epiſcopi licentia non ædificanda.*

DVdum. Ad declarationem gloſſ. Innocen. hic
quæ incipit idem credunt. Si quæris
vtrum priuilegium conceſſum de & ſuper decimis
noualium non ſoluendis, extendatur ad illas deci-
mas quas tempore conceſsionis huiuſmodi alij poſsidebant,
1 diſtingue.† Aut quæris vtrum extendatur ad decimas quas alij
poſsidebant iure ſuo tanquã ſibi debitas, & in quibus ius pro
prietatis habebant, & tunc non, nec debet illis obeſſe priuile-
gium hoc tacito impetratum vt hic, tum quia abſorberet ius
alterius.C.de preci.impera.off.l.nec dãnoſa.&.l.reſcripta.tum
quia non fit mentio de poſſeſsione,quod eſt neceſſarium vt va
leat priuilegium vt hic.Aut ad illas quas alij poſsidebãt, in qui
bus tamen ius proprietatis non habebant bonę fide,licet pro-
prietatem non haberent,& tunc idem.ſ.vt ſola bonę fidei poſ-
ſeſsio vires priuilegij impediat.arg.ſ.de conceſ.præbẽ.cum no
ſtris.&.c.literas.Aut violenter vel mala fide,& tunc talis vio-
lenta,vel malefidei poſſeſsio vires priuilegij non impedit,arg.
ſ.de reſti.ſpolia.grauis.& de præſcrip.c.vlt., inter vir.& vx.& ſi
neceſſe.ſecundum Inno.& Hoſtiẽ.hic.Idem Io. An.poſt eos
ob hoc etiam dicunt quod ſi Abbas impetrat priuilegiũ exem
ptionis pro ſe, & capellis ſibi ſubditis, q; ſi aliqua capella ſua
ab alio monaſterio & bona fide poſsideatur,impedientur quo
ad eam vires priuilegij,alias non,per eadem iura.Idem per om
nia notant G.&.Io.An.j.de decimis.c.ſtatuto.ſuper verbo poſ
ſidebant.lib.6.vbi etiam dicunt idem in priuilegio cõceſſo ali-
quibus,vt noualiũ decimas pro ea portione percipere valeant
2 qua veteres contingunt iuxta formam illius.c. † Itẽ not. Vin,
hic & Io.An.poſt eum,quod valet indulgentia ſup. re litigio
ſa,nec confirmatio.ſ.de confir.vti.c.1.nec conſecratio.ff.de li-
tig.l.vlt.nec promotio ad dignitatem.ff.de libera.cau.l. qui de
4 vnde ad declarationem glo. Inno. hic. † Si quæris in quibus iudi-
cijs ſeu proceſsibus iudiciarijs crimina, ſeu alia quæ in iudiciũ
deducuntur ſunt ſpecificanda, diſtingue. Aut loquũtur in accu
ſationibus, actionibus, vel libellis, & vbicunque inter partes iu
re ordinario agitur poſitionibus, reſponſionibus, exceptioni-
bus & ſimilibus ordinarijs: & tunc non debet ſtari in genere
ſed ſunt omnia ſpecificanda, & declaranda, cũ diſtinctione cau
ſæ. Quia quando quis accuſatur criminaliter, tunc indiſtinctè
omnia ſunt ſpecificanda, & declaranda, vt patet in eo quod leg.
& no. ff. de accuſa. libellorum. de verb. oblig. l. vbi autem non ap
paret. §. qui illud. de iure fiſci. l. ita fidei ſupra de procura. tue. 2.
q. 8. libellorum. Idem quando agitur in ciuilibus. perſonalibus,
actionibus, ſi hoc petatur, aliàs contra. C. de anna. excep. l. fina.
in fi. licet ſecus ſit in vniuerſalibus, & generalibus. Sed & in ſpe
cialibus ſiue perſonalibus admittitur incerta petitio, quando-
cunque petens non ex ſuo facto, ſed ex alieno incertus, eſt dũ-
modo poſtea in proceſſu negocij declaretur. ff. quorum lega. le.
1. §. quia autem quod dic vt legi. & nota. ſupra de libel. obla. cap.
1. & 2. idem in exceptionibus criminum propoſitis vt quis re
pellatur à teſtimonio, vel ordine, vel beneficio ſupra de accuſa.
ſuper his. vt. ſ. omnia ſpecificentur ſicut expreſſum eſt infra de
teſti. præſentium. §. teſtes. & §. ſi vero dicti Abbas. lib. 6. vbi de
hoc quod & in exceptione excommunicationis obtinet. vt. j.
de excepti. pia. §. ſi quis igitur. li. 6. Aut loquimur in inquiſitio
nibus, in quibus iudex ex officio procedit & tunc aut iudex ex
officio procedit generaliter inquirendo, & tunc non habet ne
ceſſe aliquid ſpecificare illis contra quos procedit, licet poſtea
in proceſſu teſtes debeant interrogari de ſpecialibus, vt iudex
certam ferre poſsit ſententiam, inſtitu. de accuſa. §. curare. & ſic
ſpecialiter loquuntur iura ſupra de accuſa. qualiter. 1. cap. ſe. de
offi. ordin. c. 1. & cap. irrefragabili. de ſtatu mona. in ſingulis. &
cap. ea quæ. Aut iudex cõtra aliquem ſpecialiter inquirit, & tũc
ſi generaliter ſit infamatus, ita quod non appareat per famam
de circunſtantijs ſpecialibus idem iuris eſt, vt patet ſupra de ſi-
mo. licet Heli. de accuſa. licet. & cap. veniens. & capi. qualiter. &
c. cum dilecti. & c. olim & cap antepenul. & fin. Nec obſtat ſu-
pra, de accuſa. qualiter. 2. §. debet. intelligendum eſt enim quod
ſecundum quod fama eſt generalis vel ſpecialis capitula gene-
raliter vel ſpecialiter tradi debent, ſicut no. ſimile infra de ſentẽ.
5 excommu. ſtatuimus. lib. 6. † Aut loquimur de purgationibus,
& tunc dicendum eſt, quod vbi quis eſt generaliter infamatus,
nec apparet de ſpecialitate, indicenda eſt purgatio in genere, ſic
intellige quod hic dicitur, & in iuribus ſupra pro inquiſitione
alleg. Verum ſi de ſpecialitate conſtet, exprimenda eſt in purga
tione. vt ſuprà. cap. proxim. vbicunque. idem in prin. ſuprà, de
præſump. cum in iuuentute ſuprà de accuſa. cum. p. ã. eod. quo-
6 tiens. † Et ſecundum hoc in traditione capitulorum nõ eſt ali
quis ſpecialiter infamandus, niſi quatenus eſt ſpecialiter infa-
matus. hoc enim eſt ſemper diligenter obſeruandum, ne coga-
tur quis ad alicuius maximè occultam infamiam denudãdam,
vt patet in eo quod legi. & no. ſuprà. de teſti. cogen. delictorum.
Alioquin ſi diceres de neceſsitate omnes circunſtantias denu-
dandas, & quòd aliàs non poſſet inquiſitio procedere, continge
ret quandoque multa occulta publicari, & plerũque correctio
nes peccatorum impediri, contra verba, & mentem iurium
prædictorum ſecundum Hoſtien. qui ita effectu diſtinguit hic
7 & Ioan. Andr. poſt eum. † Et no. quod ſi crimen teſtibus obijci
tur, neceſſe eſt, quod crimen obiectum ſpecificetur, vt cogatur
exprimere articulum, ſiue titulum ipſius criminis, quis com-
miſit, & cum quo, & quo anno, & quo menſe, nõ dico quo die
vel qua hora, vt. ff. de accuſa. l. libellorum. 2. quæſtio. 8. libello-
rum. Nec dicas ſpeciale, quod ibi dicitur, quando agitur in mo-
dum accuſationis, quia idem eſt, & in modum exceptionis, vt
ſatis innuitur infrà de excep pia. lib. 6. & teſti. præſentium. imo
multo fortius cum non videatur ita odioſum accuſare ſicut
excipere contra teſtes. Et ideo in primo caſu coguntur teſtes,
in ſecundo non coguntur ſuprà de teſti cogen. delictorum. ſe-
cundum Hoſtienſ. qui ita notat à verſi. & no. citra. in dicto. cap.
præſentium. & Archid. ibi ſuprà verbo, ſigillatim. & in d. ca. li-
bellorum. ſuper verbo legitimæ. Vnde dic quòd debet deſcen-
dere ad ſpecialia in exceptionibus, ſicut quando agitur de cri-
mine ciuiliter ſuprà de procura. tue. & in dictis. ca. præſentium.
8 pia. & de ſenten. excommu. cum medicinalis. libr. 6. ſecundum
Innocen. hic. & Archid. vbi ſuprà. † Et not. quòd iſtud cap. cum
glo. Bernard. & Hoſtien. hic dicunt glo. Guili. ſuper Raynal. tit.
de iuramento & periurio. ſuper. §. 9. Item pone. & frater Ioã.
in ſum. confeſ. in illo tit. q. 12. quid de vxore &c. quod vxor ſu
ſpecta de adulterio, quod ipſa re uera commiſit, poſtquam con
feſſa fuit de peccato, & pœnituit non poteſt iurare, quod non ſit
in culpa de illo adulterio, licet hoc velit facere propter vitandũ
ſcandalum mariti, & aliorum amicorum, qui aliàs placari non
poſſunt, niſi hoc iuret, & ad hoc compellunt eam: imo potius
debet omnia mala tollerare, quam huiuſmodi temerarium ſu-
bire iuramentum, cum certa eſſe non poſsit, quod huiuſmodi
culpa ſit ei dimiſſa, vt hic & in hoc concor. Rodo.

¶ De purgatione vulgari. Rubrica.

1 *Sententia annullanda appellatione annullatur.*
2 *Sententia nulla ſine appellatione annullatur.*
3 *Læſo per ſententiam, ſubuenitur reſtitutione in integrum.*

SIgnificantibus. Si quæris vtrũ, & quali
ter ſententia retractet,
vide quod no. 35. quæſtio. 9. in ſumm. de re iud.
cum inter vos. de accuſa. qualiter & quando. 1. &
in Specula. titul. de ſenten. prola. §. fina. & dixi p'e
ne ſuprà de offi. deleg. capitu. in literis. diſtinc. 1.
1 Circa quod dicit Hoſt. hic, q quandoque ſententia eſt annul-
landa licet iniuſta ſit, vt quia contra ius litigatoris lata, & tunc
non retractatur niſi per appellationem. vt in dict. cap. cum in-
ter vos. & eod. titu. inter monaſterium. & cap. ſeq. ff. famil. her.
cum puta rem. C. de cond. inde. l. 1. Vel niſi propter periculum
animæ aliud contingat vt in cauſa matrimoniali ſuprà de frigi.
2 capitu. fraternitatis. de re iudi. lator conſanguinei. † Vbi verò
ſententia nulla eſt, puta quia lata eſt per falſos teſtes, vel falſa
inſtrumenta, ſemper contraria veritate reperta retractari de-
bet, quod dic vt legi. & nota ſupra de except. cum venerabilis.
vel ſi obtentu reprobatæ probationis feratur, vt hic in fine, in
quo caſu etiam is qui tulit ſententiam ipſam retractare poteſt
ſi ordinarius ſit vt hic: & ſupra de accuſatio. qualiter. 1. Sed vbi
proceſſum fuit ex officio, videtur quòd ex cauſa ex eodem of
ficio retractari poſsit, non ad requiſitionem partis, ſicut not.
ſimile ſupra de appell. cum ceſſante. de teſti. per tuas. & capitu.
3 cum clamor. ſed & forſan vbi error probabilis reperitur. † Et ſi
ſententia in rem iudicatam tranſierit, poterit tamen læſo ex illa
generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, ſubueniri. ar
gu. ſ. de in integ. reſt. ex literis. ff. ex qbus cauſis maior. l. 1. §. fi.
& l. ſed & ſi per prætorem. de rebus cred. l. ſi. de iureiur. l. admo
nendi. quando actio de pecu. eſt an. l. 1. §. fi. Hæc tamen materia
ſpacioſius

ſpͤcioſius traditur in ſum.ti.de ſenten.& remiſsio.iudicis.ſub
rubrica de ſent.§.quot ſint eius ſpecies.ſub.§.diſfinitiua.& ſub
§.ſed nunquid eſt hic.hæc Hoſt.& Io.An.

¶ De iniurijs & damno dato. Rubrica.

1 *Ira multorum cauſa malorum.*
2 *Ira an ſit peccatum ſemper.*
3 *Diſcordia gloriæ filia.*
4 *Rixa ex arrogantia procedit.*

SI rixati. Quia rixa eſt filia iræ, vt dicit Gre-
go.31.moralium.& prouerbior. 15.
1 & 29.† Acceptus eſt regi miniſter, intelligens ira
cundiam eius inutilis ſuſtinebit, reſponſio mollis
frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorē, vir ira-
cundus prouocat rixas, qui patiens eſt mitigat ſu
ſcitatas,& qui ad indignādū facilis eſt erit ad peccata procliuior
2 vel pronus.† Si quæris vtrū omnis ira ſit mortalis, diſtingue, ita
poteſt dupliciter intelligi, vno modo ſimpliciter motus volun
tatis.quo aliquis ex iudicio rationis pœnam infligit,& ſic deſe-
ctus iræ eſt peccatū,& ſic ſumit iram Chriſoſtomus ſuper Ma-
te.5.dicens, qui cum cauſa non iraſcitur peccat. Patientia enim
irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non malos
tantum ſed etiam bonos ad malum inuitat.vnde ſi quis appetat
q̧ ſecundum ordinem rationis vindicta fiat, laudabilis eſt appe
titus iræ,& dicitur ira per zelum. Alio modo ſumitur ira, pro
motu appetitus ſenſitiui, qui eſt cum paſsione,& tranſmutatio
ne corporali,& talis motus iræ poteſt eſſe peccatū dupliciter.
Vno modo ex parte appetibilis, vt cum quis appetit iniuſtam
vindictam, & tunc ſi appetitus habuit perfectionem actus eſt
mortalis:quia contrariatur iuſtitiæ & charitati.ita intellige. 11.
q.3.c.Epiſcopus.§.ſi ergo.ibi, vnde Beda ſuper epiſtolam Iaco
bi ait: Ira.n.viri iuſtitiam Dei non operatur. Si non habuit per-
fectionem actus, tūc eſt venialis propter imperfectionē actus,
& hoc vel ex parte appetentis, vt cum actus iræ iudicium præ-
uenit rationis, vel ex parte appetibilis, vt cum aliquis appetit
ſe in aliquo modico vindicare, quod etiam ſi feratur non erit
mortale, vt ſi quis parum trahat aliquem puerum per capillos,
& huiuſmodi. Vnde ſuper illud pſalm.iraſcimini, & nolite pec
care.dicit gloſſa, venialis eſt ira quæ non producitur ad effectū.
Alio modo quantum ad modum iraſcēdi, & tunc, aut ex vehe
mentia iræ recedit à dilectione Dei & proximi: & tūc eſt mor
talis etiam ſi appetat iuſtam vindictam in ſe, vt in §. allegato ſi
ergo.in fi.à Prouer.27.ira non habet miſericordiam, nec erum
pens furor,& impetum cōcitati ſpiritus ferre quis poterit. Aut
per iram non recedit à dilectione Dei nec proximi:& tunc nō
eſt mortalis.ita poteſt intelligi illud pſalmi.iraſcimini & nolite
peccare.& in iſta diſtinctione concord.Aſten.libro.2.titulo.de
3 clementia.† Item nota quod diſcordia eſt filia inanis gloriæ, vt
dicit Gregorius.31.mora. Et amicorum eſt idem velle & nol-
le, vt dicit Tullius de amicitia, ideo ſecundum Apoſtolum. 2.
ad Thi.noli contendere verbis. Et quando contentio eſt pec-
catum, vide per Aſten.libr.2.titu.de pace.arti.3.& de rixa, vide
4 ibi in arti.4. & de ſeditione, in 5.articu.† Et not.q̧ rixa & con
tentio ex arrogantia procedunt, quæ omnino reprobatur: vt,
49.diſtin.c.2.§ albuginem.ibi, & eo claritatem veri luminis ne
quaquam penetrant, quo ſe apud ſe per arrogantiam exaltant, ſi
cut de quibuſdam dicitur in epiſtola ad Roma.1.capitulo, dicen
tes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

1 *Animalis depaſcentis dominus an de damno teneatur.*
2 *Actio de paſtu pecoris.*
3 *Actio de pauperie.*
4 *Actio.l.aquiliæ.*
5 *Canis tuus ſi comedat carnes meas tu teneris.*
6 *Animal cuius dominus ignoratur pro damno retinetur.*
7 *Animal cuius dominus cognoſcitur retineri pro damno non pōt.*

SI læſerit. Quia hic dicitur q̧ hic dimittens iu
mentum ſuum vt paſcat aliena in dā
1 no tenetur, † vtrum eſt hoc, ſaluo quòd licet tranſe-
undo herba viridi ſilua pro ſua commoditate & vſu
neceſſario ſine vaſtatione equum proprium pabulando refice
re,& noualibus vti, vt in li.feu.de pace tenen.& eius viol.l.quo
niam diuina fauente gratia.§.ſi.qui incipit, quicunque per ter-
ram tranſieos.colla.10.Hoſtien.

Super eo.c. Si quæris, quando animal meum dat tibi
damnum in herba, vel prato, qua actione
2 tibi teneor, diſtingue.† Aut induxi animal meum in pratum
tuum,& tibi teneor actione de pecoris paſtu ad æſtimationē
herbæ comeſtæ.ff.de præſcripti.verbis.l.qui ſeruandarum.§.ſi
glans.alias eſt ſub.l.neq; furti.& ita pōt intelligi.c.illud quādo
3 dicit dimiſerit iuramentum &c.† Aut animal meum intrauit
pratum tuum motu proprio:& tunc, aut damnum dedit cōtra
naturam ſui generis, vt cum fuerit in prato deſtruxit foſſas, &
tunc ages contra me actione de pauperie propter damnum da
4 tum, vt.ff.ſi quadru.pau.feciſſe dica.le.1.† Aut dedit damnum
ſecundum naturam ſui generis, & tunc, aut in iſto damno po-
teſt imputari culpa vel factum meum, & tunc nō habet locum
actio de pauperie, ſed actio.le.Aquiliæ. quia per me videtur
damnum datum, quia potui impedire equum meum ne intra-
ret pratum tuum,& non feci.C.ad.le.Aquil.l.final.& hic. Aut
mihi domino animalis non poteſt culpa imputari, & tunc nul-
la introducit actio, ſed dominus prati hoc iudicabit ad caſum
fortuitum.ff.ad.le.Aquiliam.leg.qui occidit.§. ſi quis alienum.
5 Sed Specula.in quarta parte hoc titu.§ ſequitur.vide circa me-
dium verſicu.ſi autem in alijs &c.dicit, quod ſi canis tuus co-
medit carnes meas, vel equus, vel bos, vel ouis, herbam meam,
vel porcus farinam, vel murilegus lardum meū, quòd poſſum
agere actione vtili in factum de pauperie: vt in dict. §. ſi quia
alienum & eod.titul.l.ſi ſeruus ſeruum.§. Iulianus. & dicta.le.
qui ſeruandarum.§.fina.& l.fin.C.ad.l.Aquil. & dic vt nota.ibi
Specu. Hodie tamen non eſt neceſſe in libello ſeu petitione ex
primere nomen actionis: vt ſuprà de iudi.c.qualiter.

Super eo.c. Ad euidentiam gl.in fi. Si quæris, vtrum
ego poſſum pecus alienum, quod mihi in
mea ſegete, vel aliàs damnum dedit licite includere,& etiam re
6 tinere, diſtingue.† Aut ignoro cuius ſit, & volo ipſum retinere
donec ſciatur dominus contra quem agere poſsim,& hoc face
re poſſum, vt nota.Specu.titu.de actore.§.1. circa.12. column.
verſicu.ſed pone inuenio pecudem &c. Argumē. pro hoc quia
animal, ſeu aliàs res etiam inanimata damnum inferens, obligat
dominum ſaltem vſque ad æſtimationem rei damnum inferen
tis, vt.ff.ſi quadru.pau.feciſſe dica.l.1.& de dam.infect.l.prætor
ait.§.hoc edictum.& §.vltim.inſtitu.de noxa. in principio. Et
ideo cum dominus non appareat, æquum eſt vt pecus retinere
poſsit, quia licet noxa non ſit in obligatione: eſt tamen in ſolu-
tione. vt.ff. de re iudic.l.miles.§.decem. Et ſic ſicut debitorem
meum fugientem poſſum retinere, vt.ff.de ijs, quæ in fraudem
cred.l.e.ait prætor.§. ſi debitorem. ſic multo fortius rem mihi
debitam fugientem, cum corpora ſint rebus præferenda.C. de
ſacroſanct.eccleſiaſt.l.ſancimus.12.quæſtio.1.præcipimus. Et
in caſu vbi dominus pecudis non appareret, poſſet eum retine
re pro damno, argumen.pro vtroque dicto.ff. ad.l. Aquiliam.l.
Quintus Mutius.§.Pomponius.à contrario ſenſu.quando dicit
quoniam ſi quis ex ea re damnum ceperit habet proprias actio
nes &c.quia non cēſetur habere actiones efficaces cum neſciat
contra quem eas poſsit dirigere.ff.de dolo.l.nam is. cum prius
quærendū ſit de perſona, q̄ de iure.ff. de iure codic.l. quidā reſe
runt. Item pro vtroque dicto facit optimè.ff.ſi ex noxali.cau.
aga.l.2.§.fi.vbi habes, quod ſeruus, qui damnum dedit domino
ſuo abſente, & nemine ipſum defendente tradendus eſt iuſſu
prætoris petitori damnum paſſo, quouſque dominus compa
reat ipſum defenſurus, vt de noxal.actio.l.quotiens. & per to-
tum.pro hoc etiam facit.ff.ad.l.Aquil.l.3.§. 1. ad legem Corne.
7 de Sica.l.furem ſupra de homicid.capi.ſi perfodiens.† Aut ſcio
cuius ſit,& tunc, aut quæris vtrum poſsim retinere pro dam-
no meo,& dic quòd non, cum dominus illius mihi teneatur,
ad damnum, vt in.d.l. Quintus Mutius.§. Pomponius. & ita
loquitur gloſ.hic. Aut vt damnum datum mihi per ipſum ma-
nifeſium.& credo quod ſic.argumē.ff. de adul.l. capite quinto.
& argumen.eorum quæ no.per Ioan.81.diſtinctio. presbyter.
per Bernard.& Hoſtien.ſupra de iudic. cum non ab homine.&
per Hoſtien.infrà, de ſenten.excomm.ſi vero.1.§.fina. Vbi no
tant, quod clericum adulterantem vel turpiter agentem cum
vxore, filia, ſorore, vel alijs perſonis ibi numeratis, poteſt quis
per viginti horas ſine metu excommunicationis retinere. Et
quia paria ſunt non habere actionem,& habere actionem quę
probari non poſsit. ff. de teſtamen. tutel.le. duo ſunt Titij.&
quia materia probationum non eſt anguſtanda.C. de hæretic.
l.quoniam.in fine.&c.

1 *Epiſcopus agit ciuiliter de iniuria.*
2 *Epiſcopus non agit ad pœnam ſanguinis.*
3 *Iniuria ab initio diſſimulatione tollitur.*
4 *Iniuria ex interuallo non tollitur diſſimulatione.*
5 *Iniuriam prælato nomine proprio illatam ipſe remittere poteſt.*

6 *Iniuriam eccleſiæ competentem prælatus non remittit.*
7 *Actio iniuriarum prætoria annalis.*
8 *Actio iniuriarum ciuilis perpetua.*
9 *Iniuriarum accuſatio duplex.*

OLim. Si quæris, vtrum Epiſcopus poteſt agere ad ſatisfactionem iniuriæ ſibi illatæ, diſtin-
1 gue. † Aut quo ad pœnam ciuilem, ſiue pecuniariam,
& dic qđ ſic vt hic. 17. q. 4. ſi quis deinceps. de iniu-
2 rijs. Latrocem. † Aut quo ad pœna capitalem, & illam remittere
ei ſanctitatis gloria derelinquit, & ſic non contradicit. C. de ſa-
croſanct. eccle. l. ſi quis in hoc genus. ſecundum Hoſti. & Ioan.
Andre. poſt eum. Imo nec poteſt pœnam capitalem ſanguinis
inferri petere abſque pœna irregularitatis, quod dic vt legi. &
no. ſupra ne cle. vel mona. ſententiam ſanguinis.

Super eo. c. Si quæris, vtrum, & quando iniuria, ſeu actio iniuriarũ diſsimulatione aboletur,
& quanto tempore durat, diſtingue. Aut quæris de primo. ſ.
vtrum diſsimulatione aboletur, & tunc, aut quæris de iniuria
laico irrogata, aut de iniuria eccleſiæ ſeu perſonæ eccleſiaſticæ
3 irrogata. † In primo caſu, aut quæris, vtrũ aboleatur diſsimula
tione ab initio interueniẽte. ſ. ſi is qui iniuriam recepit ex hoc
non iraſcatur nec moueatur, & dic ꝙ ſic. inſti. de iniurijs. §. vlt.
& ff. eo. tit. l. non. ſolum. §. 1. ſm Hoſti. & Ioan. And. hic, & idẽ
Specu. in quarta parte huius tit. §. 1. in fi. verſ. vltimo &c. vbi di-
cit, ꝙ niſi paſſus iniuriam ſtatim ad animum reuocet iniuriam,
4 diſsimulatione aboletur, vt in iuribus. ſ. allegat. † Aut quæris,
vtrum aboleatur diſsimulatione ex poſt facto interueniente, vt
quia ex iniuria ſibi illata ſemel motus, & conturbatus fuit, & ſic
iniuriam ſtatim ad animum reuocauit, & iniuriantem citari fe-
cit, tunc non tollitur niſi expreſſe renuncietur, vel tranſigatur,
vel paciſcatur, & ſic intellige. ff. eo. non ſolum. §. 1. ff. de pactis.
l. ſi tibi decem. §. quædã. & l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. Vnde
ſi litis conteſtatio facta eſt, nec per ſalutationem dicam ipſam
remitti, nec per pacis oſculum in eccleſia datum, ſed ſolũ odiũ,
quod nemo debet in animo retinere, vt patet. 23. quæſtio. 4. cũ
in lege. & 11. quæſtio. 3. inter verba. & ſic intellige. 64. diſtinc.
cum Adrianus de conſe. diſtinct. 2. pacem. Et idem videtur ſm
canones, etiam ſi ſola citatio facta ſit, arg. in eo quod legitur &
notatur. ff. de offi. delega. relatum. & capit. gratum. hoc autem
non de facili crederent omnes doctores ſm Hoſt. & Io. Andr.
ſecundo caſu, ſ. quando quæritur de iniuria prælato, vel clerico,
5 ſeu alteri perſonæ eccleſiaſticæ irrogata, refert. † Aut quæris de
actione iniuriarum ipſi perſonæ eccleſiaſticæ nomine ſuo pro
prio competente, & illa poteſt remitti tacite, & expreſſe, ſicut
6 dictum eſt de laico. † Aut de actione iniuriarum ex tali iniuria
eccleſiæ competente, & illam nec tacite, nec expreſſe prælatus,
ſine capitulo remittere poteſt. 63. diſtinctione ſalonitane. 23.
quæſtione. 4. ſi is qui prælatus. & j. de ſententia excommunica
tionis. cum non ab homine. in fine. & capitu. cõtingit. 1. vbi de
hoc per Bernard. & Hoſt. & in c. parochianos. & ibi dicam diſt.
1. Item no. quod ſiue prælatus ſiue priuatus ſit is cui iniuria eſt
irrogata, nunquam cogitur ſatisfactionem remittere. 90. diſtin
ctio. ſi quis contriſtatus. 23. q. 4. ſi illic. & q. 5. de occidendis. 45.
di. & qui emendat. Item licet læſus teneatur parcere, quantum
ad odium, lædens tamen tenetur ſatisfacere, vt expreſſe proba
tur de pœ. diſt. 5. cap. fin. ad fin. niſi enim ſic intelligas illa litera
contradiceret ſibiipſi, & pro hoc. j. de ſenten. excommu. ea no
ſcitur. & c. conquelli. & ſ. de arbitris. ca. dilecti. ad fi. ſecundum
Hoſt. & de hoc no. Ioan. 1. q. 4. quia præſulatus. gl. pen. Aut quæ
ris de ſecundo principali. ſ. quanto tempore durat actio iniuria
rum, & tunc refert quia actio iniuriarum quandoq; eſt præto-
7 ria, quãdoque ciuilis. † Prætoria eſt quæ deſcendit ex edicto præ
toris, & illa durat anno continuo. vt. C. eodem. l. ſi non conui-
cij, niſi fieret iniuria per metum: quia tunc durat anno vtili, vt.
ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. 1. vt no. gl. ibi & in
dicta. l. ſi non conuicij. & Io. 23. q. 4. ſi illic. gl. arg. ꝙ in fi. ſed Ia-
cob. de Ra. dicit, ꝙ annus huius actionis eſt vtilis. Nam prætor
in edictis ſuis conſuetus eſt loqui de vtilibus annis, vt inſti. de
perpe. & tempo. actio. in principio. & lege cauetur, ꝙ in dubio
ad conſuetudinem loquentis debemus recurrere. ff. de leg. 1. le.
ſi ſeruus plurium. §. fi. & ita intelligũt dictam. l. ſi cum exceptio
8 ne §. 1. ſed opinio gl. cõiter approbat. † Ciuilis eſt actio quæ de-
ſcendit ex. l. Cornelia, quæ competit in tribus caſibus. ſ. qñ qs
ſe pulſatum, vel verberatum, vel domum ſuam vi introitã eſſe
dicat. vt. ff. e. l. lex Cornelia. & inſti. e. §. ſed & lex Cornelia. tunc
enim datur actio ciuilis: vt. ff. e. cõſtitutionibus §. 1. Et de iſta verũ
ſit perpetua, vel annalis fuit cõtrouerſia inter Io. & Mar. docto
res iuris ciuilis. Io. dicit eam annualem, & anno cõtinuo tolli,
vt in dicta. l. ſi non conuicij. nec obſtat inſti. de perpe. & tempo
rali. actione. in prin. vbi dicitur ꝙ actiones ex lege deſcendẽtes
ſolent perpetuo cõpetere, qa hoc eſt ſpeciale, ꝙ actio ciuilis ſit
tẽporalis. Marti. verò dicit, ꝙ eſt ꝑpetua, ſicut & aliæ actiones
ciuiles: vt. C. de conſtituta pecunia. l. 2. Cuius opinionem tenẽt
Odoffre. Pla. & Iacob. de Rauen. idem videtur innuere Hoſti.
in ſumma eo. tit. §. & qualis ſit. Opinionem vero Ioann. tenent
Bul. & Azo. idem tenet Accur. inſti. de perpe. & tempo. actio. in
princ. ſuper verbo conſtitutionibus. & in dicta. l. ſi nõ conuicij,
& expreſsius. ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. 1. ſup
verbo anno vtili. Et idem tenet Ioann. 23. quæſtio. 4. ſi illic. &
Spec. hoc tit. §. 1. in verſi. poteſt autem. & Hoſti. j. de ſentẽ. ex.
ea noſcitur. vbi dicit ꝙ finitur anno, etiam ſi clericus percuſſus
petat à percutiente excommunicato ſibi ſatisfieri de emenda
per modũ actionis. Iure vero exceptionis, etiam poſt annum ſa
tisfieri oportebit, & poterit clericus læſus ſupplicare, ꝙ non ab
ſoluatur, niſi primo ſibi ſatisfaciat, arg. ſ. de ordi. cogni. cum di
lectus. j. de ſenten. excomm. cum pro cauſa. in fi. & c. ſolet. §. in
prima, li. 6. & hæc opinio communiter tenetur. Præmiſſa intel-
lige de actione iniuriarum ad finem ciuilem ſeu pecuniariam
9 intentata: ſed accuſatio iniuriarum eſt duplex, quandoq; priua
ta & hoc regulariter, vt. C. eo. l. iniuriarum. quandoq; publica,
vt illa quæ procedit ex libello famoſo. ff. eo. l. lex Cornelia. §. fi.
& l. ſeq. C. de famoſis lib. l. vnica. Item habet locum publica ac-
cuſatio competens cuilibet de populo, qñ iniuria fit ſacerdoti
vt. C. de epiſcopis & cleri. l. ſi quis in hoc genus. Et de materia
detractionis, quæ eſt magna iniuria, & magnũ crimen, ſi velis
ſcire quid ſit detractio, quot modis detractor diminuit famam
alicuius vtrũ ſit peccatum mortale, quæ ſit pœna libellũ famo-
ſum conficientis, vel publicantis, qualiter reſtituet quis famam
ei qui ex verbis ſuis, vel ſcriptis in ea læſus eſt, & vtrum peccet
aliquis audiendo detractionem, vide per fratrem Io. in ſumma
confeſ. tit. de raptoribus. rubrica, de detractione. per totum. &
dixi ſuprà ti. 2. cum dilectis. diſtinctu. vltima, & de libello famo
ſo notat Hoſt. in ſumma eo. tit. §. quot modis. verſic. & no. ꝙ.

1 *Damni & expenſarum differentia.*
2 *Damni & iacturæ differentia.*
3 *Damnorum nomine an expenſæ contineantur.*

IN noſtra. Ad euidentiam gl. primæ Bern. hic. Si quæris, quæ ſit differentia inter
damnum & expenſas, & quæ inter damnum & iactu
ram, & vtrum appellatione damnorum expẽſæ con
1 tineantur, diſtingue. † Aut quæris de primo. ſ. quæ ſit differen-
tia inter damnũ & expenſas. & de hoc notat Ber. hic cũ quo cõ
cor. Laure. & Io. 1 x. q. 2. ſi quis de clericis. & Ber. j. de ſen. excõ.
2 ſacro. gl. 1. damna. † Aut quæris de ſecundo. ſ. quæ differẽtia eſt
inter iacturã & damnũ. & dic ꝙ iactura eſt q̃ patimur de volũ-
tate noſtra. Damnũ vero ſine voluntate noſtra: vt no. Archi. j.
3 de elect. qa ſæpe. ſuper verbo iacturã. li. 6. † Aut quæris de ter-
tio. ſ. vtrum nomine dãnorũ cõtineñt expenſæ, & licet iſtud. c.
cum ſua gl. videatur innuere ꝙ non: tñ Archi. 2. q. 1. in primis.
ſuper verbo damnum. dicit contrariũ. ſ. quod nomine dãnorũ
contineantur expenſæ, qa damnũ dicit à diminutione patrimo
nij. ff. de dam. infec. l. 3. & expẽſæ minuũt. ff. de iure do. l. ſi is qui
§. quod dr. de impenſis in rebus dota. factis. l. ꝙ dicitur. Dimi-
nutum vero dr̃ quod de hæreditate exit. ff. de peti. hæred. l. de-
perditũ. Nec obſtat iſta decretalis, nam hic per pactũ & iura-
mentum fuerũt remiſſa damna, & ideo ſtricte accipit hoc ver
bum: quia non videt pacto perimi de quo cogitatum non vide
tur. ff. de tranſactioni. l. qui cum tutoribus. & facit qđ notat. ſ.
de tranſactio. c. 1. & in expenſis maxima irrogantur damna. Et
quod nomine damnorũ contineantur expenſæ eſt argumentũ
C. de iudi. l. ſancimus. de bonis autho. iudi. poſ. auth. ei qui. ff. de
dam. infec. l. inter quos. §. fi. nõ tamen nomine expenſarũ con-
tinetur precium, vt patet. ff. de condi. & demon. l. quibus die-
bus. §. quidem. ita ſecundum Archi. ib.

1 *Iniuria vera afficiens, an teneatur.*
2 *Iniuria non vera afficiens an teneatur.*
3 *Diuinitus data non vituperanda.*
4 *Iracundiæ calore dicta an reuocentur.*
5 *Iniuria an ſit peccatum. 7.*
6 *Honor non minus amandus, quam poſſeſsio.*
8 *Iniuria quandoque repellenda.*
9 *Iniuria quandoque tolleranda.*
10 *Deciſio an ſit peccatum.*

Si culpa.

SI culpa. Si quæris, vtrum ille teneatur actione
iniuriarum,qui vocat alium latronem,
periurum , adulterum , cucurbitam, vel baſtardum,
aut aliud conuicium ſibi dicit,diſtingue: aut hoc qđ
1 dicit eſt verum,& poteſt probare:aut nõ.† In primo caſu refert
aut dicit ei tale conuicium, quod reipublicę intereſt publicari,
detegi,& puniri:vt quia vocat eum latronem,periurũ, vel adul
terũ , Aut tale eſt cõuicium,quod reipublicæ intereſt publica
ri & detegi ſed non puniri,vt quia vocat eum leproſum . Aut
tale conuicium eſt quod reipublicę non intereſt detegi, vel pu
niri,vt quia vocat eum cucurbitam,vel baſtardũ.Si tale eſt con
uiciũ,quod reipublicæ intereſt detegi , & puniri refert,aut hoc
facit vel dicit accuſando vel denunciando ad puniendum deli-
ctum , & tunc ſi hoc probauerit non tenetur, ſic intellige.ff.de
iniu.l.æqui nocẽtem.& l.q̃ reipublicę.C.de iniurijs.le.ſi quidẽ
auiam.Et idem ſi excipiẽdo,& eum repellas à teſtimonio. š.de
teſti.ex parte Adæ,vel ordine vel beneficio.š.de accuſat.ſuper
his.hoc enim à iure conceditur,vt in prædictis iuribus, nec vi
detur iniuriari,qui vtitur iure ſuo.ff.de iniurijs.l.iniuriarum.§.
1.de regu.iuris.l.nemo damnum.š.de electio.cap.cum eccleſia
vulterana.Aut hoc facit,vel dicit ad infamiam tantum non ac-
cuſando,vel denunciando,vel excipiendo,quod patet ex eo:q̃a
nec dicendi iuſtam cauſam habet, & tunc omnino tenetur , &
condemnandus eſt,ſic intellige.C.de iniurijs.le.3. & l.ſi quidẽ
auiam. t.reſponſo.6.q.1.ex merito.&.ca.deteriores ſecundum
Hoſt.& Io.And.ad idem Matth.7.c.& in princip.decretorum.
Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines , & vos ea
dem facite illis. &c.Si dicit ei tale conuicium quod intereſt rei-
publicæ detegi,& publicari,& detegi ſed nõ puniri:vt quia vo
cat eum leproſum , ſeu alio morbo inficienti morboſum tunc
dic idem per oĩa quod in caſu præcedenti.ſ. quando dicit tale
conuicium,quod reipublicæ intereſt publicari,& puniri,& per
eadem iura.Si dicit ei tale conuicium,quod reipublicæ non in-
tereſt,detegi,vel puniri:vt quia vocat eum cucurbitam , vel ba
ſtardum,& tunc:aut nõ occurrit iuſta ratio quare hoc dici poſ
ſit,vt in cucurbita in quo non occurrit iuſta cauſa,vel etiam in
baſtardo ſi hoc fiat ad infamandum tantum, & tũc tenetur per
iura proximè allegata. Aut occurrit iuſta ratio quare hoc dicit,
puta in baſtardo ad hoc.ſ.vt ipſum ab hæreditate repellat , &
hoc licet,vt.š.qui filij ſint legiti.c.cauſam quæ.&.ca.lator:ergo
2 non tenetur dummodo hoc probet.† In ſecundo caſu.ſ. q̃n hoc
quod dicit non eſt verũ,vel non probat, quod perinde eſt quo
ad forum iudicialem,in quo idem eſt de eo quod non apparet
vel non probatur,ar.ff.de teſta.tut.duo ſunt Ti.š.de temp.or
di.c.ex tenore.in fi.&.c.quæſitum in fi.tunc tenetur. Quia qui
nõ probat quod proponit iniuriari ſeu calumniari præſumitur.
2.q.3.c.calumniator.& ca.ſeq.& in eo quod legitur & notatur.
š.de accuſa.ſuper his.ĵ.de elec.ſtatuimus.§.fi.libr.6.vbi de hoc
per G.& de excepti.pia.§.ſi quis igitur eo.li.Hæc diſtinctio po
teſt colligi pro maiori parte ex dictis Hoſtiẽ. hic ſuper verbo
poſſe contingere,cum quo concor.Ioan. Andr. in qua ſatis con
cor.Pet.de bella pertica.& Cy.C.eo.titulo.l.ſi non cõuicij.in q.
8.Dicentes breuiter,q̃ aut quis dicit tale conuicium , quod de
tegi,& notum eſſe expedit reipublicæ,& tunc ſiue poſſum accu
ſari.vt quia vocauit me homicidum, ſiue non , vt quia vocauit
me leproſum non tenetur ſi verum dicat,vt.ff.ad.le.Aquili. ita
vulneratus.ff.eo.l.eum qui.& l.quod reipublicę.Aut tale conui
cium,quod non intereſt reipublicę detegi ſeu notum eſſe: vt
quia vocauit me claudum , vel mancum, & huiuſmodi , & tũc
licet verum dicat,tenetur actione iniuriarum,quia defectus no
ſtros detegi iniurioſum,& humanum eſt,vt.C.quando & qui
bus quarta pars.lege ſecunda circa medium.libro decimo . Sed
quidam alij legiſtæ dicunt,quod aut dicit mihi conuicium , de
quo aliàs poterã in iudicio accuſari, & hoc caſu ſi verum dicat
3 nõ tenetur,vt dicta.l.eum qui.† Aut dicit mihi illud de quo po
teram accuſari nec mea culpa nec vicio accidit ſed diuino iudi
cio,vt quia vocauit me claudum,vel ſpurium,vel pauperem,&
tunc licet verum ſit quod dixit,tamen tenetur iniuriarum , vt
dicta.l.a.niſi probet,quod non animo iniuriandi dixit, vt in di
cta.l.ſi non conuicij,& hanc opinionẽ tenebat Dynus: Alij di
cunt,quod licet dicat mihi verbum de quo aliàs poſſem accuſa
ri,dum tamen non dicat in iudicio,tenetur mihi actione iniu-
riarum ſecus ſi in iudicio,quia iuris executio &c.ff.eo.l.iniuria
rum.§.j.ſed prima diſtinctio plenior eſt.

Super eo.c. Si quæris,vtrum facta,vel dicta iniurioſa
cum calore iracundiæ poſsint per pœnitẽ
4 tiam reuocari,† diſtingue ſecundum Pet.de bella perti.& Cyn.
C.eo.l.ſi non conuicij,quia quædam ſunt facta vel dicta quæ ſi
ne præiudicio , & detrimento iniuriam paſsi reuocari poſſunt,
vt repudium miſſum marito,& iſta ſtatim per pœnitentiam re
uocari poſſunt,vt.ff.de diuor.l.diuortiũ.de regulis iuris.l. quic
quid calore.Quædam ſunt quæ ſine præiudicio, & detrimẽto
iniuriã paſsi nequeunt reuocari,vt vituperium factũ alicui vel
dictũ,vnde quis læſus vel infamatus ſit apud bonos & graues,
& iſta per pœnitentiã non reuocantur. Nam pœnitẽtia tua nõ
ſatisfacit famæ meæ,ideo &c.ff.de pœnis.l.aut facta.§.cauſa.&
ſic intelligitur dicta.l.ſi non conuicij. ſ̃m eos . ſic etiã intellige
iſtud.c.in principio.Et vide quod notat Io.a.q.3.c.ſi quis iratus
gl.fi.vbi dicit quod qui reiterat conuicium non videtur ex ira,
ſed ex deliberatione dixiſſe arg.C.ad velleia.l.ſi mulier.

Super eo.c. Si quæris,vtrum iniuria, contumelia, vel
5 cõuicium ſit peccatum mortale, † Diſtin
gue plene per Aſtenſem lib.2.ti.de contumelia,conuicio,& im
properio.q.2.Vbi dicit ſ̃m Th.q̃ verba ſ̃m eſſentiam.ſ.inquã
tum ſunt quidam ſoni audibiles nulli inferunt nocumentũ, niſi
fortè grauãdo auditũ:vt cum quis nimis alte loquitur, inquan
tum verò ſunt ſigna repræſentatiua aliquid in notitiam aliorũ,
multa damna poſſunt inferre,inter quæ eſt vnum q̃ hõ damni
ficatur,inq̃tum ad detrimentum ſui honoris, vel reuerentiæ ſi
bi exhibendæ ab alijs. Hæc autem ſignatio ex interiori proce-
dit affectu;& ideo in peccatis verborum maximè conſideran
dum videtur,ex quo affectu proferat aliquis verba.Cum igitur
conuicium ſiue contumelia de ſui ratione importet quandam
dehonorationem,ſi intentio proferentis ad hoc feratur,vt per
verba quæ profert honorem alterius auferat,hoc etiam ꝓpriè
& per ſe eſt dicere conuicium,vel cõtumeliam,& eſt peccatum
6 mortale non minus q̃ furtum,vel rapina.† Nõ.n.minus homo
amat honorem ſuum q̃ rem poſſeſſam, vnde meretur pœnam
inferni, ſ̃m illud Matt.5.Qui dixerit fratri ſuo fatue , reus erit
gehennæ ignis.Si vero aliquis verbum conuicij, vel contume-
liæ dixerit alteri non animo dehonorandi,ſed fortè ꝓpter cor
rectionem,vel propter aliquod hmõi,non dicit conuicium,vel
contumeliã formaliter per ſe,ſed ꝑ accidens, & materialiter in
q̃tum.ſ.dicitur illud qđ põt hoc eſſe conuicium ,& contume-
lia,vnde poteſt hoc eſſe quãdoq; abſq; omni peccato . vnde do
minus dixit apoſtolis Lu.24.O ſtulti & tardi corde &c. Quã
doq; vero poteſt eſſe peccatum veniale,vt ſi ſit læue conuiciũ
non multum hominem dehoneſtans , & proferatur ex aliqua
læuitate animi.vel ex ira leui,ſine firmo propoſito aliquem de
honeſtandi, & cum aliquis intendit per huiuſmodi verbum ali
7 quem contriſtari.† Vnde requiritur diſcretio vt homo mode-
ſte vtatur huiuſmodi verbis,quia poſſet eſſe ita graue conuiciũ
q̃ per incautelam prolatum honorem eius contra quem dice
ret,auferret,& tunc homo peccare mortaliter poſſet , etiam ſi
dehonorationem alterius non intenderet . Sicut etiam ſi quis,
aliquem incautè ex ludo percutiens grauiter lædat , culpa non
caret.Ideo dicit Auguſtinus libro de ſermone domini in mon
te.Raro & ex magna neceſsitate obiurgationes ſunt adhiben
dæ in quibus nõ nobis,ſed vt domino ſeruiatur inſtemus.Sed
obijcitur q̃ conuiciari ſ̃m Philoſophum quarto ethi.eſt actio
virtutis.ſ.eutrapeliæ. non ergo eſt peccatum. Reſpondet q̃ ad
eutrapeliam pertinet dicere aliquod conuiciũ læue,nõ ad deho
norationem,vel contriſtationem eius contra quem dicitur.ſed
magis ad iocum & delectationem . & hoc ſine peccato poteſt
fieri, ſi debitè ſeruentur circunſtantiæ. Si vero aliquis non re-
formidet contriſtari eum contra quem profertur huiuſmodi
iocoſum conuicium,vt excitet in alijs riſum,hoc eſt vitioſum
ſ̃m Thomam,& Aſtenſem. Et vtrum aliquis debet contume
lias ſibi illatas ſuſtinere,reſpondet ibi in quæſtione.3. q̃ ſic ſ̃m
Thomam ſi expediens fuerit , non tamen tenetur ſemper hoc
actu facere, vt haberi põt ex verbis Auguſtini libr. de ſermone
8 domini in monte. † Quandoq; oportet iniuriam illatam repel
lere,cum propter bonum contumeliantis.ſ.vt eius audacia re-
primatur, & decetero huiuſmodi non attentet ſecundum il-
lud prouerbiorum.26. Reſpõdet ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,
ne ſibi ſapientia videatur, cum propter bonum multorum
quorum profectus impeditur per contumelias nobis illatas.
quam rationem tangit Gregorius ſuper homelia nona.Et opor
tet repellere moderate,ſcilicet ex officio charitatis, non ex cu
piditate priuati honoris.Vnde Prouerbiorum vigeſimoſexto.
Vt reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam ne eis ſimilis efficia
9 ris. hæc Thomas . † Attendendæ etiam ſunt conditiones
conuiciantis , & conuiciati , & ſecundum hoc oportet
conuicium ſuſtinere , vel non ſuſtinere . ſi enim conuicium
dicatur , à prouocato perſonæ pari , vel inferiori , vbi non eſt
in iniuriam officij, & præſumitur de medicina morbi , ſiue
intemperanntiæ,ſuſtinẽdum eſt, & eſt meritorium. Si vero di-

catur ſuperiori in iniuriam officij,vel alij coram ipſo,& de re-
medio temperantiæ nihil præſumatur,ſi ſuſtineatur non eſt ſu
ſtinendum : hoc autem difficile eſt cognoſcere cum infertur
conuicium pari. Qñ autem infertur inferiori, ſiue delinquens
ſit inferior,ſiue non,ſuſtinere eſt optimum. Præterea aliud eſt
arguere,vel corripere tempore quo conuiciás eſt in furore: qa
tunc non competit:non.n.tunc aptus eſt ad recipiendū & aliud
eſt iam ſe dato aliquantulum:quia tunc eſt ſibi proficuum. ſe-
cundum illud eccleſiaſt.20.quam bonum arguere,quam iraſci,
ſed de primo dicitur eccleſiaſt.8 .Non incédas carbones pecca
torum arguens eos.l.tempore,quo ira eis dominatur . Et verū
30 contumelia ſit grauior adulatione,vide ibi. †Item de deriſione
notat Aſtenſis poſt Thomam, ꝙ ſicut conuicians intendit de-
preſsionem , & detrahens infamiam, & ſuſurrans diſcordiam:
ita deridens erubeſcentiam,& eſt peccatum mortale , cum ille
qui irridetur adeo paruipéditur,& vilis exiſtimatur, ꝙ de eius
malo non curatur,ſed quaſi pro ludo habetur, alias eſt veniale.
Pro primo facit pſalmus : Qui habitat in cœlis irridebit eos.
Eſt autem illuſio ſiue deriſio peccatum tanto grauius , quanto
maior reuerentia debetur perſonæ qui irridetur. Vnde graue
peccatum eſt deridere iuſtos : qa hoc multos retrahit. Iob.12.
Deridetur iuſti ſimplicitas.& grauius eſt deri..ere parétes.pro
uerbiorum.30.Oculum qui ſubſannat patrem,& deſpicit par-
tum matris ſuæ,effodiant eum corui de torrentibus,& come-
dant illum filij Aquilæ. & grauiſsimum eſt irridere Deum, &
quæ ſunt Dei.ſecundum illud Iſod.27.Qui exprobraſti, & ſe-
quitur ad ſanctum Iſrael.ſ.Deum . hanc diſtinctionem hic in-
ſerui ad inſtructionem ſcholariū,qui interdum ad irritationes,
& contumeliam commouentur.

Super eo.c. §.ſané.Si quæris,vtrum qui occaſionem, damni dat damnum dediſſe videtur , Di-
ſtingue vt dixi ſuprà,de homicidio.c.de cætero.&c.

¶ De pœnis. Rubrica.

1 *Mulcta ad multiplicationem delicti iudicis arbitrio imponitur.*
2 *Pœna an multiplicetur,delicto,4 multiplicatio.*
3 *Pœnæ ſunt medicinæ.*
4 *Pœnitentia ſequitur peccati multiplicationem.*

A quæ. Si quæris,vtrū ex iteratione delicti ſequaſ iteratio pœnæ, ita quod quo
tiens , quis deliquerit totiens puniatur, diſtin-
1 gue: aut loquimur in foro iudiciali, aut in foro
pœnitétiali:ſi in iudiciali refert, † aut quæris de
mulcta,quæ ꝓprio motu iudicis imponitur, &
illā ad multiplicationé delicti pôt iudex ſibi imponere intra an
2 nū,& nō vltra,ſfm formā.l.C.de mō mulctarū.l.eos.† Aut quæ
ris de pœnaquæ ꝑ legé certa imponiſ vt.ff.de verborū ſignifica-
tione.ſi qua pœna.& illa totiés cômittitur,& imponitur, quo-
tiens quis deliquit:vt hic.& ff.de priuato delicto.l.nūquam . in
principio.vbi ita diſtinguit gl.C.de epiſcopali audiétia.l. nemo
deinceps.& de ſeruis fugitiuis.l.quicunque . vbi ita diſtinguit
gl.C.de epiſcopali audientia.l.nemo deinceps . & de ſeruis fu-
gitiuis.l.quicunque.vbi ita diſtinguit gl. & Iacobus de Rauen
na.& Cyn.Ad idem facit.31.quæſtio.1.quomodo. ibi quātum
diſtant in numero pœnarum,tantum & in crimine.6. quæſtio
ne.1.imitare.25.quæſtio.2.ita nos.de pœnit.diſtinctione. 1. con
ſideret.ff.de iure patrona.l. 1.de termino moto.l.ſi.C.ad l.Iuliā
de vi publi.vel priu.l.ſeruos.Et eſt ratio diuerſitatis inter mul
ctam,& pœnam ſecundum Iacobum,de Raue. & Cynum ibi:
quia ſi in mulcta iudex haberet multas habenas , iam poſſet ni-
mium grauare ſubiectos,quos locupletes eſſe reipublicę inter-
eſt,vt in authen.vt iudi.ſine quo ſuffragio fiant.§.cogitandum.
collatio.2. Sed caſtigabitur corporaliter ſi delinquat vltra ter,
quam caſtigationem magis timere præſumitur cū ſit grauior.
ff.de his qui not.infa.l.quid ergo.§.pœna grauior.Et ideo ad il
lam eſt recurrendum.arg.de iudici.cum non ab homine.vt hic
non conteſta.quoniam frequenter.§.ſi.Sed in pœna legis, ſecus
eſt,quia ſemper eſt certa,nec iudex poteſt vltra procedere niſi
ex cauſa,vt in dicto.§.pœna grauior . Et idem quod dictum eſt
in pœna legis, intellige in pœna ſtatuti , quod eſt lex municipa-
lis.1.diſtin.ius ciuile.11.diſt.catholica.de conſe.diſ.3.pronun-
ciandum.11.q.3.nemo condemnat.j.de ſenten. excom. nuper.
§.in ſecundo.& de conſti.vt animarum.li.6. cum ibi notatis ꝑ
Archi.in gl.hic habes.Et ad hoc facit qđ no.Spec.tit.ſententiæ
prolatione.§.1.in fi.verſi.ſed pone in ſtatuto.dicens, ꝙ ſi in ſta
tuto ciuitatis contineatur, ꝙ ſi quis pugno vel palma alium per-
cuſſerit ſoluat.centū.ſolidos,& aliquis vno impetu in eadem ri
xa alium decies pugno percuſſerit , decies in centum ſolidis
condemnabitur per l.allega.ff.de adulte.l.ſi adulterium.in prin
cipio. Tot enim ſunt pœnæ,quot ſunt alapæ, ſicut dicitur in ſti
pulationibus & legatis.ff.de verborum obligationibus.l.c. ſcire
debemus.& l.quod dicitur de leg.2.l.2. Et hoc videtur vtile rei-
publicę, cuius intereſt ne maleficia remaneant impunita.ff.ad.
l.aqui.l.ita vulneratus.de fideiuſ.l.ſi a reo.§. id quod vulgo.j.de
de ſen.excom. vt famæ. Vnde ſecundum philoſophum tertio
3 ethicorum . † Pœnæ ſunt medicinæ. pro quo.j.de ſen.excom.
cum medicinalis.lib.6.& hanc opinionem Spec.videtur appro
bare Archidya.j. de re iudicata.cap.ad apoſtolicæ.ſuper verbo
multotiens. lib.6. Et præmiſſa intellige quando delictum reite
ratur,ſecus ſi continetur. Vnde ex aſsidua côtrectatione furis
non renaſcitur noua actio furti , nec augetur prima actio furti.
4 ff.de fur.l.ei qui furti.&.l.inficiando.§.infans. † Et ad hoc facit
quod notat Spec.tit.de contumacia.§. vltimo.verſic. ſed pone
iudex.vbi dicit quod ſi iudex præcepit alicui qđ iuret parere
mandatis,vel aliquid,faciat ſub pœna.10.librarum, ſed quia il-
le non vult iure vel facere, iterum præcipit idem ſub pœna vi-
ginti librarum,& quia nec ſic obedit,præcipit tertio ſub pœna
quinquaginta librarum , nec adhuc obedit ꝙ eſt vnum ſolum
delictum ſcilicet, inobediétia.Cum fuerit tantum vna ſpecies
delinquendi, ſecus vbi ſunt diuerſæ ſpecies , vt ſi primo rapuit
poſtea interfecit.ff.de priuatis delic.l.nunquam. Vnde vno ban
no,ſiue vna pœna tantum eſt puniendum,cum idem factum ſit,
vt.ff.de popu.actio.l.3.arg.ff.de actio.& obligatio.l.qui ſeruum.
in principio.& l.qui plura.& le.cum ex vno. punietur autem in
maiori banno , ſiue pœna. Vnde ſi aliquis vno impetu pluribus
vulneribus aliquem occidit,erit tantum vna actio de occiſo.ff.
ad.l.Aquiliam.l.illud.§.vltimo. Item plures pœnales actiones ſe
impediunt adinuicem,niſi quatenus plus eſt in vna, quā in alia.
ff.vi bonorum raptorum.l.1.Et vnum factum videtur,quod fit
vno impetu vel contextu.ff.de vi & vi arma.l.3.§.cum igitur.ſi
certum petatur.l.lecta.j.de electio.capit.officij. & de teſtibus
cogendis,capitu.2.Quæ diſtinctio non placet Dyn. in dicta.l.
quicunq; . imo dicit , ꝙ aut delictum ſæpius commiſſum re-
dundat ſæpius in alterius damnum,.& ſemper incipit intereſſe
de nouo,& tunc ſi milleſies committatur, milleſies debet pu-
niri,ſiue puniaſ ordinariè,ſiue extraordinariè : & ita intelligit
dic~as leges nonnunquam.quicunq;.Aut non redundat in dam
num vel iniuriam alterius , vt quando quis punitur propter ma
los mores,& tunc habet locum dicta.l.eos.vt tantum ter punia
5 tur in anno,prius dictum verius credo. †Si quæris in foro pœni-
tentiali,tunc dic quod quotiens deliquit quis,totiens pœnitere
debet. Vnde quotiés fornicationem committo , etiam cum ea
dem muliere,totiens pœnitentiam faciam , quod dic vt legitur
& notatur.6.quæſtione.1.imitare.& de pœnit.diſtinctio.1.men
ſuram,argum.ad hoc.ff.de adulte.l.ſi adulterium. Vnde Petrus,
quia tertio negauit,dominum tertio confitetur.Matth.26.quæ
ſtio.1.imitare.Et vide quod notat Ioan.And.j.de regulis iuris.
c.delictum.lib.6.in nouella, vbi quærit vtrum percutiens vno
ictu tres clericos,ſit excommunicatus tribus ſententijs, vel in
ferens vni monacho bigamo tres ictus ſit excommunicatus,
vna vel pluribus ſententijs.

1 *Pœna iniuriæ illata eccleſiæ eius prælato debetur.*
2 *Pœna iniuria illata religioſo,eius monaſterio debetur.*
3 *Pœna iniuriæ illata clerico ei debetur.*
4 *Pœna iniuriæ illata canonico ei debetur.*
5 *Pœna pecuniariæ pauperibus diſtribuenda.*
6 *Pœnas pecuniarias Epiſcopus conuertit ad ſuos vſus ſi egeat.*
5 *Epiſcopus det pauperibus de redditibus ſuis.*

Presbyteri. Ad declarationem gl. hoc ideo. Si quæris cui ſolui debeant pœnæ
pecuniariæ ex iniurijs illatis eccleſiæ vel perſonę ec
1 cleſiaſticæ competentes,diſtingue . † Aut iniuria fit
loco,non perſonæ, & tunc pœna debet reddi , & ſolui eccleſiæ,
id eſt prælato nomine eccleſiæ. quia ſatis dicitur dari eccleſiæ
cum datur prælato eccleſiæ, qui eſt ipſius procurator, ſupra de
dona.capit.2.cum diſtinctione tamen , quia ſi illi eccleſiæ præ-
eſt Epiſcopus ſibi ſolui debet . ita loquitur . 17. quæſtio. 4. ſi
quis contumax.Si eſt alia eccleſia,puta collegiata vel parochia
debet ſolui prælato.qui eſt ibi.ita loquitur.17.quæſtio.4.ſi quis
in atrio.ſecundum Laur.& Archid.in dicto capit.ſi quis contu
2 max. glo.adde cautè tangit.&c.† Aut iniuria fit perſonæ eccle
ſiaſticæ,& tunc aut quæris de pœna iniuriæ illata eccleſiæ in ꝑ
ſonam clerici.ſeu alterius ſubditi ſui,& illa debet ſolui eccleſię
infrà de ſenten.excommu.cū deſideres.ideſt prælato ipſius vt
eſt dictum.Et hoc notat Hoſtien.eo.titu.c.parochianos . Aut
de pœna iniuriæ illatæ ipſi clerico ſeu ꝑſonæ eccleſiaſticæ, & tūc
aut

cum interficitur,& tūc obtinet,quod dicitur ſm Laur.& Archi.
vbi.ſ.Aut nō interſicitur,ſed percuritur,vel vulneratur,& tūc
obtinet quod legitur,& notatur in d.c.parochianos.gl. ſed cui
dabitur &c.Vbi dicunt Ber.& Hoſ. ꝙ ſi iniuria fiat monacho,
vel conuerſo qui proprium non habet, ſatisfactio dabitur mo
naſterio:quia quicquid monacho datur monaſterio acquiritur
3 ſ.de ſtatu monacho.cum ad monaſterium.†Si clerico ſeculari,
ei dabitur,nec per remiſsionem vniuſ fit præiudicium alteri:
vt patet in dicto cap.cum deſideres.& ff.de iniurijs.l.1.§.vſque
4 adeo.†In canonico vero ſiue beneficiato diuerſarum eccleſia-
rum diſtinguendum videtur,vtrum habeat vtranque intitula-
tam ex diſpenſatione Papæ,vel vnam intitulatam, & aliā com
mendatam,& in cuius contumeliam fuit hæc iniuria irrogata,
per.l.ff.de iniurijs.l.item apud labeonē.§. prætor ait qui ſeruū.
cum ſe. ſm Hoſtien.in dicto capitul.parochianos. & ibi dicam
de hoc.& vide quod notat Hoſtien.in ſumma eod.titul.§. quæ
& quibus ſub.§.ſed cui applicabitur.& de officio.ordin.§. quid
pertinet.verſi.debet etiam delinquentes.

Super eo.c. & eadem glo.

Si quæris, vtrū Epiſcopus pœ-
nas pecuniarias,quas recepit teneatur conuertere in vtilitatem
5 eccleſiæ,vel pauperibus erogare,diſtingue.†Aut ſuperſunt ſu-
ſtentationi ſuæ debitæ:& dic quòd ſic vt hic.& 23.quæſti.5.di
cat aliquis. 1.diſtin.ius militare.16.q.7.c.1.conferendo tū ma-
gis egenti.86.diſt.non ſatis.Cuius tū contrarium faciūt hodie
multi prælati,in quibus verificatum eſt illud Matt.23.in princ.
39.diſt.c.ſm.3.q.7.ca.ſacerdos.§.vlti. Super cathedram Moyſi
ſederunt ſcribæ & Phariſæi,quicquid dicunt facite, quæ aūt fa
6 ciunt nolite facere, dicunt.n.& non faciunt.&c.†Aut nō ſunt
ſuſtentationi ſuę,nec habet aliàs vnde cōmodè ſuſtētari poſsit,
& tunc pōt eas conuertere in vſus ſuos,ita intellige.ſ. de offi.
ordi.dilectus.& quod no.Archi.23.q.5.ſi vos.gl. antepen. in fi.
& j.de ſen.excom.c.venerabilibus.§.deniq;.lib.6.& Genti.ex-
tra de elec.c.ſtatutum.in clem.Et in hoc concordat Hoſti. hic.
7 †dicens ꝙ etiam de redditibus propriç menſç Epiſcopi verum
eſt ꝙ ſunt in vtilitatem eccleſiæ conuertendi, vel pauperibus
erogandi.16.q.1.c.fi.& no.ſ.de præben.ratio.Et tamen horum
diſpenſationem habet Epiſcopus,& inde viuit, vt not.ſ.de ele
ctio.cum nobis olim.de peculio clerici.c.fi. & vtrum ſuperio-
res præſumantur propter quæſtum pœnas pecuniarias impo-
nere,diſtingue vt dixi.ſ.de offi. ordi.irrefragabili.diſti.vltima.

1 *Pęnam pecuniariam an iudex imponat.*
2 *Pœna pecuniaria an ab eccleſiaſtico imponatur.*
3 *Pœna ſecundum conſuetudinem imponenda.*

LIcet.

Ad euidentiam gl.Bernardi ex hac decre-
ta.&c.Si quæris vtrum,& qn̄ iudex poſsit
pœnam pecuniariam imponere,vel vtrum,& qn̄
eccleſia vel alia perſona poſsit exigere pœnam pe
1 cuniariam,vel aliquid vltra ſortē,diſtingue: †Aut
quæris de primo,& tunc potes dicere vt no. Ber.
hic,& plenius vt dixi.ſ.de rap.in Archiepiſcopatu. cū quo con
cordant Inn.& Hoſt.hic,& Io.18.diſ.c.quoniam quidam gl. 6.
2 & ſatis probabiliter. † Aut quæris de ſecundo.ſ.vtrum eccleſia
vel alia perſona poſsit exigere pœnam pecuniariam vel aliquid
vltra ſortem.Et tunc diſtingue vt dixi.ſ.de arbit. cap.dilecti.&
vide quod notat Archi.in d.c.quoniam quidā.gl.vltima , dicēs
ꝙ eſt diſpenſatio iuris,iudicis,& litigatoris,ex iuris, & iudicis
diſpenſatione vel rigore,tam eccleſia quam quælibet alia per-
ſona,& duplum & quadruplum poteſt recipere, & hoc ideo vt
maleſactores coerceantur. 4. diſtinctione factæ ſunt 23.q. quę
ſitum,& ita exaudias dictum capitulum quoniam quidam,cū
ſimilibus. Ex litigatoris vero diſpenſatione, ſeu æquitate nec
eccleſia,nec alia perſona vltra ſortem debet recipere: quia nec
hoc vellet alij facere.& quod tibi non vis fieri, &c.vt in princi
pio decretalis humanum genus.2.q.1.primo . Et ſic poteſt in-
telligi 12.q.2.fraternitas . vbi dicitur ꝙ eccleſia non debet ſuū
cum augmēto recipere.Vel dic ꝙ illud.c. loquitur de perfectio
ne:hoc de rigore iuris, ſm Meland.ita no.Arch.ibi. Et quod di
cit Ber.hic ꝙ Archidiaconi iſti ſuper criminibus his diſpēſare
non poterant,vnde non debebant pœnam pecuniariam infflige
re.pōt eſſe verum in caſu vbi de crimine iudicare non poſſent,
aliàs ſi de crimine iudicare poſſent de conſuetudine præſcripta
8 poſſent illā imponere:vt no.gl.94.diſ.dictū.gl.j. † Pro hoc facit
ꝙ dicunt aliqui pœnas infligendas ſm cōſuetudinē,prout reci
tant Inn.& Io.An.hic,ad ꝙ facit.j.de ſent.exc. venerabilibus.
§.deniq;.li.6.Conſuluit tū Hoſt.j.de homici.pro humani. li.6.
& Io.An.ibi,& hic,ꝙ ad ſuſpicionē auaritiæ tollendam iudex
eccleſiaſticus pœnas pecuniarias conuertat in pias cauſas. &c.

1 *Aduocatus non tenetur de cauſa perdita ſi in culpa non ſit.*
2 *Aduocatus tenetur de cauſa perdita ſi ſit culpa.*
3 *Victus victori an in expenſis condemnandus.*
4 *Expenſæ non ſunt mera pęna.*

CAlumniam.

Si quæris,vtrum aduocatus dę
cuius conſilio cliētulus litigat,
& qui poſtea ſuccūbit teneatur ſibi ad dāna,& expē-
ſas,quid iuris , diſtingue ſecundum Hoſtienſ. hic,&
1 Io.An.poſt eum.†Aut clientulus veritatem facti tacuit: aut to-
tam veritatem expreſsit. In primo caſu refert : aut clientulus
ſcienter veritatem facti tacuit, & ideo aduocatus reſpondit ei
ꝙ iuſtam cauſam habebat,& tunc de ſeipſo conqueratur,argu.
ff.de regulis iuris.l.ꝙ quis damnum culpa ſua.Aut ipſam igno
rauit,quia latebat,puta qa alij ſucceſsit.ff. de regulis iuris.le.qui
in alterius . & tunc nec quia aduocatus , quia aliàs in culpa non
eſt aliquo obligatus,arg.ſ. de conſtitutionibus . cognoſcentes.
2 cum ſuis concordantijs.†In ſecundo caſu.ſ.quando ſibi totam
veritatem expreſsit,& ad hoc vt ſalarium habere poſsit,ipſum
tius augmentaret, ſi dicere in malo ſtatu eſſet idem, quod non
5 dicere in bono ſtatu, quo caſu peccaret mortaliter.† Diſtingue
tamen circa hoc, quia ſunt quædam quæ ſemper obligãt & ad
ſemper, vt prohibitionis non occides, non furaberis, non mę-
chaberis &c. Et in his declinans mortaliter peccat, cum de ſui
natura ſint mala.ſ.de iureiurand.& ſi Chriſtus.§.quædam. Aſ-
ſertiones vero mandatorum Dei ſemper obligant, ſed non ad
ſemper, ſicut honora patrẽ & matrem &c. Iſta quandoq; pro-
ſunt ad vitam æternam promerendam, & ad vitãdam pœnam
.ſ.cum fuerunt in bono ſtatu. Quandoq; proſunt ad euitationẽ
pœnæ.ſ. cum fuerit in malo ſtatu, quod patet quia proſunt ad
minus ſupplicium vt dicit glo. Cum ergo quis tunc faciendo
opera charitatis ad quæ præciſè tenetur pœnam euitet, quam
non faciendo pœnam incurreret, patet quod excõmunicatus,
vel in mortali ea faciendo liberatur, & declaratur quod eſt di-
ctum. Præceptum de honorandis parentibus, paſcendis paupe-
ribus, & colendo ſabbata, & his ſimilia non obligant ad ſem-
per, nam propter in fidelitatem patẽtum excuſor à primo, pro
pter meam indigentiam à ſecundo, propter neceſſitatem, à ter
tio. Ad primum.94.diſt.diaconi ſunt.& 3.q.8.legi.ad ſecundum
de diuor. quanto ad fi.de pęni. diſt.3.qui vult.ad tertium.j.de
regu.iur.quod nõ eſt.ſ.de ferijs.licet. Et ſic ex certis cauſis ex
cuſat impotentia à prædictis, ſic & ab horis. Sed in prohibitio
nibus nulla neceſſitas excuſat, quia potius debet omnia mala
pati &c.ſ.quod met.cau.facta ſecũdum Abb.& Io.An.† Item
6 not. licet ſecundum veritatem omne peccatum ſit contra ſpi
ritum ſanctum, alias contra veritatem, tamen peccatum com
miſſum ex infirmitate dicitur eſſe contra patrẽ, cui appropria-
tur potentia, commiſſum ex ignorantia contra filium, cui ſa-
pientia commiſſa ex certa malicia contra ſpiritum ſanctũ, cui
7 bonitas, vt not. Aſten.lib.2.tit.de blaſphemijs.† Item no.tit.de
charitate, quòd charitas ſic diffinitur lib.3.ſenten.diſt.27.cha-
ritas eſt dilectio qua diligitur Deus ꝓpter ſe, & proximus pro
pter Deum. Admittitur autem charitas per hoc quòd auerti-
tur à Deo volũtas quod fit per quodlibet peccatum mortale.
Vnde Aug.8. ſuper Gen. dicit quod homo Deo præſente ſibi
illuminatur, abſente vero continuè tenebratur, à quo non lo-
corum interuallis, ſed voluntatis auerſione diſceditur. Recu
peratur autem charitas per pœnitentiam, quæ tollit auerſionẽ
illam. Vnde Aug.lib.5.reſponſionum, pœnitentia eſt quędam
res optima & perfecta, omnes defectus reuocãs ad perfectum
quod dic plene vt ibi. & facit quod legit. & not.32.q.1. cum
renunciatur. Conſulo tamen cuilibet, quod quia nemo ſcit
vtrum odio vel amore dignus ſit eccleſiaſtici.9. quod ſemper
bene agat.

1 *Pęnitentiæ diffinitio.*
2 *Pęnitentiæ diuiſio.*
3 *Pęnitentia ſolennis.*
4 *Pęnitentia publica.*
5 *Pœnitentia priuata.*
6 *Pęnitentia pro quo peccato imponuntur.*
7 *Pœnitentiarum iteratio.*
8 *Pœnitentiæ quare imponantur.*

QVæſitum. Si quæris quid eſt pœnitentia,
quot ſunt ſpecies pœnitentiæ,
& pro quo crimine vel peccato iniungẽda eſt pœ
nitentia ſolennis, & vtrum ſit iteranda, diſtingue.
aut quæris de primo.ſ.quid eſt pœnitentia. & dic
ſecundum magiſtrum ſentẽtia.di.9. & idem Aſten.li.5.tit. de
1 virtute pœniten.arti.1.† Pœnitentia eſt gratia, vel virtus cum
emendationis propoſito, qua præterita mala plangimus & odi
mus, & plangenda iterum committere nolumus. Hæc diffini-
tio eſt completa, tangit enim genus eius actum, & obiectum,
2 pro hoc de pœni.diſ.1.c.1.j.de verb.ſig.nouimus in fine.† Aut
quæris de ſecundo.ſ. quot ſunt ſpecies pœnitẽtiæ.& dic quòd
3 tres, nam alia eſt ſolennis, alia eſt publica, alia priuata.† Solẽnis
eſt, quæ fit in capite quadrageſimæ, & cum ſolennitate quæ ha
betur.10.diſt.in capite.vbi de hoc. Dicitur etiam ſolennis li-
cet non ita propriè, quando aliquis inuitus ad pœnitentiam
agendam mittitur ad monaſterium.50.diſt.ſi ille. Et hęc ſolen
nis pœnitentia imponi debet ab Epiſcopo tantum, vel manda
to eius à ſacerdote, & non niſi pro crimine publico & vulga-
tiſsimo, quod totam vrbem, ciuitatem, vel caſtrum, vel villam
commouerit, & quòd tantum ad Epiſcopum pertinet, puta
pro homicidio.50.diſt placuit.ſacrilegio, inceſtu & ſimilibus,
quæ grauia ſunt horrenda, & publica, de conſe.diſt.3.de pœni
tentibus, & de omni tali peccato per Epiſcopum pœnitentia
indici debet.26.q.6.c.fina. presbiteri autem de occultis tantũ
pœnitentiam dare poſſunt 26.q.6. presbiteri.de occultis.noto
ria vero debẽt peccatores Epiſcopo publicè confiteri.de pęni.
diſti.1.indicet.&.c.in accuſatione pœnitẽtiæ. & cap.quem pœ
nitet.in fine, non inferiori etiam ſi Abbas ſit, niſi ſuper hoc ſit
priuilegiatus, vel alia iuſta cauſa ſubſit puta neceſsitatis.ſ. de
exceſ.prælato.accedentibus Item hæc ſolennis pœnitentia nõ
debet imponi clerico niſi depoſito, & pro graui crimine publi
co, ſic intellige iſtud.c. Et qui hanc egerit promoueri non de-
bet, nec debet ſi ꝓmotus ſit miniſtrare in ordine ſic ſuſcepto.
50.diſtincti.confirmandum. & capitu.illud. & capitu.alienum.
hæc not. Raynald.in ſumma.eod.titul.§.ſex ſpecies.pœniten-
tiæ &c.& Hoſtienſ.in ſumma. eod. titul.§. vtrum pœnitentia
ſub.§.his prælibatis &c.& frater Ioan.in ſumm.confeſsio. eod.
titu.q.8. quot ſunt ſpecies.&.q.ſeq. Et in hoc ſatis concord.
Bern.hic, &.ſ.de offi.Archi.preſ.c.2.glo.penul.vbi etiam dicit
Hoſtienſ. quod tales ſolenniter pœnitẽtes ſunt infames. argu.
50. diſtinctio. pœnitentes.6.q.1.infames. & legi.& nota.ſ.de
biga.c.1. Hoc autem non eſt ratione pœnitentiæ, ſed ratione
peccati per penitentiã publicari.3.q.7.c.infames.§.porro.quia
ſi peccatum eſſet occultum, & pœnitẽtia occulta, nõ infamat
ſed renouat & emendat.ſ.de ſum.trini.c.1.50.di. ferrũ. Idem
ſi maior pœnitentia quàm debeat ſecundum canones impo-
natur.ff.de pœnis.l.in ſeruorum. Idem ſi quis ex deuotione pę
nitentiam publicã aſſumat, arg.ff.de poſtul.l.1.§.beſtias. quem
Chriſtus nedum verbo ſed etiam facto commendauit ſecun-
4 dum Hoſti.hic.† Publica vero pœnitentia dicitur illa quæ.ſ.di
citur ſolennis hac ratione, quia publicè fit.j.eo.quęſitum. Sed
propriè dicitur publica illa quæ fit in facie eccleſiæ, non cum
prædicta ſolennitate, ſed quando iniungitur peregrinatio per
mundum cum baculo & pera benedictis. Quam quilibet ſacer
dos poteſt iniungere, multo fortius pœnitẽtiarij Epiſcoporũ
generales, quia nec prohibitũ inuenitur.argu.ſ.de offi. Archi-
presbi.c.2.verſi. ſi Epiſcopus defuerit. Niſi forte ſit contraria
conſuetudo in aliqua eccleſia.argu.de conſe.di.4.de trina.ſ.de
cogna.ſpiritua.ſuper eod. Hæc etiam non imponitur clerico,
niſi depoſito, & pro graui crimine.de pœni.diſtin.6.ſacerdos.
hæc no. Raynald. in dicto.§. ſpecies. & Hoſtienſ. in dicto. §.
vtrum pœnitentia.in fin. & frater Ioann. in ſumm. confeſsio.
eod.titu.quæſt.12.deinde quæro &c. Tho. vero in ſcriptis di-
cit quod talis pœnitẽtia publica etiam clerico poſſet imponi,
quando crimen eſt publicum, & in hoc concord. Bern. hic in
glo.tunc enim in princip. pro quibus facit iſte text. vbi in fin.
5 in publicum &c.† Priuata autem pœnitentia dicitũr illa quæ
quotidie fit ſingulariter cum quis peccata ſua ſoli ſacerdoti cõ
fitetur, & quæ ſaltem ſemel in anno eſt facienda.j.eo. omnis.
ſecundum Ray.& Hoſtien. vbi.ſ. & fratrem Io.in ſum.cõfeſ.
6 eo.tit.q.15.quæro etiam.† Aut quæris de tertio.ſ.pro quo pec
cato iniungenda eſt ſolennis pœnitentia, & dic vt eſt dictum
quod pro omni peccato quod totam commouerit ciuitatem,
caſtrum vel villam, hæc per Epiſcopum pœnitẽtia imponi de
bet.26.q.6.ca.vltim. ſecundũ eos. Et pro publico peccato de-
bet publica pœnitẽtia imponi.2.q.1.ſi peccauerit.de cõſe diſt.
2. ego Berengarius. In fi.&.ſ.eod.ca.1.vbi de hoc. pro occulto
7 vero occulta.j.eod.omnis.† Aut quæris de quarto.ſ.vtrum pę
nitentia debeat iterari, & tunc refert, aut quæris de ſolemni, &
illa non debet iterari, niſi ſit contraria conſuetudo, de pœnit.
diſtin.3.reperiuntur. Aut quæris de publica, vel priuata, & dic
quod quælibet ipſarum poteſt iterari, quoties homo peccat,
de pœni.diſtin.3. ſepties in die.&.ca.adhuc inſtant.ſecundum
eos. Quare autem ſolennis pœnitentia non iteratur, aſsignat
Tho.in ſcriptis tres rõnes. Vna, ne ex iteratione vileſcat. Secũ
da, propter figurationem, quia figura eſt expulſionis hominis
de paradiſo

de paradiſo, quæ tamen ſemel facta eſt. Tertia, quia ſolennizatio eſt quaſi quædam profeſſio perpetuo pœnitentiam conſeruandi, & ideo iteratio ſolennitati obſiſtit. Si tamē poſtmodum peccauerit, non clauditur ei locus pœnitenti, ſed pœnitentia ſolennis non eſt ei iterum iniungenda. & idem no. frater Ioa. in ſum. confeſſ. eo. tit. q. 10. vtrum ſolennis. & Aſten. lib. 5. titu.
8 34. † Item cauſa quare imponitur pœnitentia publica, vel ſolēnis, quælibet in ſuo caſu quadruplex eſt. Prima, vt peccatū publicum publicam habeat medicinam. Secunda, quia maxima confuſione etiam in hoc mundo eſt dignus, qui grauiſsimum crimē commiſit. Tertia, vt ſit alijs ad terrorem. Quarta, vt ſit ad exemplum pœnitentium ne deſperent qui grauibus peccatis detinentur, ſecundum Tho. in ſcriptis. & tra. Io. eod. titu. q. 23. quæro etiam. Et vide quod no. Archidia. de pœnit. diſt. 3. talis. ſuper verbo, non poterint. vbi no. argu. quod ſi quis non poteſt explere pœnitentiam iniunctam ab eccleſia in hac vita, ob hoc quia nō expleuit illam in alia vita: nullam patietur pœnam ſecundum Pe. &c.

1 *Epiſcopales caſus.*
2 *Papales caſus.*

DEus qui. Abbas no. hic arg. & idem recitat Io. An. quod ſimplex ſacerdos, & inferior Epiſcopo poteſt iniungere pœnitentiam ſuper homicidio, & ita ſuper enormi quale eſt hoc. ſ. de
1 tempo. ordi. c. vlti. † Sed Guil. de mon. lau. no. extra de ſepul. ſuper cathedram. ſuper verbo, à iure conceſſam. in cle. quod caſus homicidij Epiſcopo reſeruatur, vbi no. quod caſus Epiſcopales his verſibus continentur. Qui fecit inceſtum, deflorans, aut homicida, ſacrilegus, patrum percuſſor, vel ſodomita, trāſgreſſor voti, periurus, ſortilegusque, & mētita fides, faciens incēdia, prolis oppreſſor, blaſphemus, hæreticus, omnis adulter. pontificem ſuper his ſemper detentus adibit. Item Cardi. in d. c. ſuper cathedrā. enumerat ibi nouē caſus & eoſdē caſus ponit Hoſtiē. in ſum. eo. tit. §. cui conſiderandum. in 2. col. ver. niſi in caſibus &c. Et dic quod Epiſcopi poſſunt per ſuas conſtitutiones alios caſus ſibi reſeruare, dummodo hoc malicioſè non faciant, cum ſanguis ſubditorum de eorum manibus requireretur, nec iniuriam alteri facit vtendo iure ſuo. ff. de iniur. l. iniuriarum. &. ſ. de elec. cum eccleſia vulterana. ſecundū Card. & Io. An. &. G. & Gen. ibi. & de hoc, per Hoſti. in ſum. eod. tit. §. cui confitendum. in 2. colum. & per Io. ſ. eo. ſi Epiſcopus. li.
2 6. † Item caſus reſeruati Papæ not. his verſibus. Per Papam clerum feriens, falſarius, vrens, ſoluitur. Et quiſquis audet celebrare ligatus, Simō ſi fuerit, ſed fallit regula talis. Impubes, monachus, mulier, vetulus, quoque pauper, Ianitor hoſtis bos releuabit. Item & caſus Papæ reſeruatos no. per Specu. tit. de lega. §. nunc oſtendendum.

1 *Filio adulterino legitimos, hæredes excludente quid mater, agit. 3.*
2 *Malum minus eligendum.*
4 *Filijs legitima relinquenda.*
5 *Filijs de patre non dubitantibus bene eſt.*

Effici. Si quæris quid facere debeat mulier quæ de adulterio ſuſcepit alium filium, vel ſuppoſuit alienum partum, & ita legitimi hæredes priuātur hæreditate propter ſpurium vel ſuppoſitum,
1 qui creditur filius vel hæres † diſtingue. Aut illa mulier eſt diues, & habet vnde ſatisfaciat illis qui alias veniſſent ab inteſtato vel ex teſtamento, vel non. In primo caſu refert, aut ſcit vel poteſt veriſimiliter opinari quos hæredes maritus ab inteſtato habuiſſet, vel hæredes inſtituiſſet, vel quibus bona ſua reliquiſſet ſi hoc non fuiſſet, & tunc debet tantum dare de ſuo quantum valet id quod habuiſſent. argu. 14. q. 6. ſi res. & illud quod eſt alij reſtituendum, tradat Epiſcopo in pœnitentia, qui ſatisfaciat exinde ita quod neſciatur vnde veniat. Aut neſcit nec poteſt hoc probabiliter opinari, & tunc det pauperibus ſecundum id quod legi. & nota. ſ. de vſur. cum tu. §. 1. In ſecundo caſu. ſ. quando mulier non habet vnde ſatisfaciat, tunc aut habet probationes paratas, per quas poſſet ſuccedentes ab inteſtato releuare, à damno, quod haberent ſua occaſione, vel non. In primo caſu, aut poteſt ſine periculo fraudē huiuſmodi releuare, & tunc debet eam releuare, & de ipſa fidem facere. Aut non poteſt ſine graui periculo hoc releuare, puta forte homicidiorum indubitanter vel veriſimiliter imminentium, & tūc conteratur & taceat. arg. 22. q. 2. ne quis. Nam in hoc caſu cum ex vna parte ſit damnum tātum rerum ſi taceat, ex altera vero periculum animarum & corporū ſi probationes inducat cum
2 vtrunque vitare non poſsit † inter hæc duo mala tenetur eligere quod minus malum eſt, argu. 13. diſt. duo. &. c. nerui. Taceat ergo cum damno rerum, quia illud minus malum eſt, vt patet in eo quod legi. & no. ſ. de pig. c. 1. nec obſtat quod vtilius ſcandalū naſci permittitur, quam veritas relinquatur. ſ. de renūc. niſi cum pridem. §. pro graui. ij. de reg. iur. c. 3. Quia in hac taciturnitate non perit veritas iuſticiæ, quia hæc mulier nec iudex eſt, nec teſtis eſſe poteſt, in quibus & ſimilibus illa auctoritas
3 locū habet, ſed eſt tm̄ accuſ. vel denūciatrix. † In ſecūdo caſu. ſ. qui non habet probationes paratas ſileat. 2. q. 7. pleriq; ita in effectu diſtinguunt Inno. & Hoſtien. Ab. & Ioā. An. hic. Et de hoc vide quid no. Hoſtien. in ſum. eo. ti. §. quibus & qualiter. ſub. §. quid de muliere. vbi dicit quod ſacerdos ſuper hoc conſulendus debet conſiderare qualitates perſonarum, tam mariti quam mulieris, & filij putatiui, quia ſi mulier dominetur viro, vel periculum in reuelatione non immineret, & tūc poteſt ei cōſulere quod reuelet marito, & ex quo cōſentiet quo ad reſtitutionem eſt mulier abſoluta, quia conceſſum eſt marito de ſuo diſponere ſicut placet. C. de iudæ. nemo exterus. C. mād. l. in re mandata. Si vero periculum immineret in relatione marito facienda, & filius putatiuus ſit homo ſimplex, & ſpiritualis, & timens Deum, recepto iuramento à muliere quòd hoc non proponit malicioſè, & à filio quòd ſecretum teneat, reuelabit hoc filio, & inducetur vt intret religionem, vel ad remotas vltra mare vel alibi ſe transferat religiones, & de hæreditate nihil habeat, vel contingat, & ſic quo ad ſatisfactionem hæreditatis mulier ſimiliter eſt in toto. quòd ſi filius non eſt talis nec vult credere mulieri, nec conſilio ſacerdotis acquieſcere, vel ei periculum eſt reuelare, tunc nullum reſtat remediū, niſi quod mulier ſi proprium habeat his qui ab inteſtato venirent, vel alijs ſcriptis hæredibus quo ad valorem iſtius partis filij putatiui, & æſtimationem per eum conſumptorum ſatiſfaciat cōpetenter, vel ſi tales non extant, faciat inde eleemoſinam de Epiſcopi diœceſani conſilio & conſenſu. Verum ſi proprium non habet, vel non poteſt ad plenum ſatisfacere, doleat de peccato proponens firmiter in mente quod quam cito poterit ſatisfaciet iuxta poſſe, & ſi facultas ſatisfaciendi adeſt caute fiat per eūdem ſacerdotem, vel aliam interpoſitam perſonam, quæ hoc caute ſciat facere, videlicet ſic dicendo, quædam perſona tenetur vobis in tātum. Ecce ego vobis reddo, accipiatis quod veſtrum eſt, vel ſi non poteſt ſatisfacere, mulier poterit dicere. Quædam perſona tenetur vobis in tantum, pœnitet multum de peccato, ſupplico pro Deo & ſalute animæ veſtræ quòd ei remittatis. ſic intellige hic & Archid. 22. q. 5. hoc videtur ſecūdum Hoſtien. ibi cum quo concor. Ray. in ſum. ti. de rapto. rubricella de filio concepto per adulterium, & de partu ſumpto. §. 15. & frater Ioan. in ſum. cōfeſ. eo. tit. de rapto. rubricella, de filio concepto per adulterium. q. 23. deinde quæro &c. & q.
4 ſeq. vbi de hoc. † Et quod dictum eſt. ſ. quòd maritus cui reuelatur hoc poteſt de ſua diſponere ſicut placet, intellige quādo non habet deſcendentes quibus tenetur dimittere legitimam debitam iure naturæ. ſ. dimidiam vel tertiam ſecundum numerum liberorum in aut. de triente & ſemiſ. §. 1. col. 3. & ſituatur. C. de inoffi. teſta. in aut. nouiſsima. Nam ſi haberet non poſſet eos defraudare dicta legitima. De hæreditate ipſius mulieris poteſt dici, quod ipſa tenetur tantum filijs ſuis naturalibus & legitimis ſi quos habeat tantum dimittere quòd habeat ſuam legitimam debitam iure naturæ. & iſto modo computato, qui nec computari debet cum ſit ſpurius vel ſuppoſitus. † Io. An.
5 hic alleg. Hiero. contra Iouinia. 6. bene eſt liberis quibus nec de matre erubeſcendum, nec de patre dubitandum eſt. Qui etiam intelligit id quod ſupra dictū eſt de inducēdo filiū intrare religionem vnā mendicantium, nam de alijs nō videtur plene prouiſum cum ſuccedant. 18. q. 1. c. vno. &. 19. q. 3. c. vlti.

1 *Sacramentorum diuiſio.*
2 *Sacramenta neceſſaria.*
3 *Sacramenta voluntaria.*
4 *Neceſſaria ad ſalutem.*
5 *Sacramenta à quibus miniſtranda.*
6 *Baptiſmum in interdicto non comprehendi.*
7 *Interdictis localis tempore qua ſacramenta permittantur. 9.*
8 *Presbiter negans pœnitentiam reus eſt animarum.*
10 *Interdictis ſacramenta denegantur.*
11 *Cemeterio in interdicto nemo ſepeliendus.*
12 *Interdicti diffinitio.*

13 Interdicti

13 *Interdicti quando abſoluendi.*
14 *Priuilegium an extendatur ad aſſumptos poſt priuilegij datã.*
15 *Cenſura facile non eneruanda.*

QVod in te. Ad euidentiam primæ gloſſæ.
Si quæris quæ ſacramenta ſint
1 neceſſaria, & quæ voluntaria, diſtingue. † Quia ſacra
mentorum quædam ſunt generalia, ſiue neceſſaria,
2 alia ſpecialia ſiue voluntaria. † Generalia dicuntur quæ om-
nes contingunt, & omnibus conueniunt, & dicuntur ne-
ceſſaria, quia ſine eis vix aut nunquam ſalus haberi poteſt.
Et ſunt quinq; ſ. baptiſmus confirmatio, euchariſtia, pœniten
tia, & extrema vnctio. Horum aliud introeuntium, vt baptiſ-
mus, vnde Ianua & introitus omnium ſacramẽtorum dicitur.
32. di. c. præter hoc. §. verum. & c. ad hoc. Aliud pugnantium,
vt confirmatio, vnde datur ad robur. de conſe. diſt. 5. c. 1. & 2.
ſ. de ſacrã vnc. c. vnico. vnde dicitur quod per cõfirmationem
ſpiritus ſanctus datur ad augmentum & robor. Aliud progre-
dientium, vt euchariſtia, vnde viaticum dicitur. 26. q. 6. qui re
cedunt. & c. ſi quis corpore. Aliud redeuntium, vt pœnitentia
vt pœni. diſt. 1. c. 2. Aliud exeuntium, vt extrema vnctio, quæ
tantum exeuntibus de hac vita confertur. Sed illud verum
eſt quod baptiſmus magis propriè dicitur ſacramentum ne-
ceſſitatis, quia in quibuſdam vt in pueris nulla ſalus ſine ipſo
eſſe poteſt, de conſe. di. 4. c. nulla præter baptiſmũ. ſed ſine alijs
ſic. Sed in adultis & diſcretis põt eſſe ſalus ſine eo, & ſine alijs,
non dico ſpretis ſed non receptis. Vel poteſt dici quod ſine ba
ptiſmo interiori vel exteriori, & ſine confirmatione interio-
ri vel exteriori, & perceptione euchariſtiæ corde vel ore, & ſine
pœnitentia interiori vel exteriori, & ſine extrema vnctione in
terius vel exterius facta, ſalus eſſe non poteſt in adultis, ſed in
3 paruulis non exigitur niſi baptiſmus exterior. † Specialia ſunt
quæ non omnibus ſed quibuſdam conueniunt, quæ & volun-
taria dicuntur, quia cum eis & ſine eis ſalus eſſe poteſt, & ſunt
duo. ſ. ordo & cõiugium. Et inter iſta ſacramenta, ſacramẽtum
ordinis dicitur dignitatis, quia à dignioribus. ſ. Epiſcopis con
fertur, vel quia non niſi dignis conferendi ſunt. ſ. de eta. & qua
li. c. cum ſit ars. hæc omnia no. Archi. 1. q. 1. §. hi qui baptiſma.
ver. ſed notandum. glo. fin. & in hoc concor. Hug. Io. & Pe. ibi
& Ber. & Hoſtien. ſ. de tranſac. veniens. glo. 1. De ſacramẽto ta
men pœnitentiæ dicit Tho. & Aſten. poſt eum lib. 5. tit. 2. arti.
4. quod eſt de neceſſitate ſalutis, Lucæ. 12. Si pœnitentiam non
4 egeritis omnes ſimul peribis. † Sciendum tamen quod aliquid
eſt neceſſarium ad ſalutem dupliciter, vno modo abſolute, alio
modo ex ſuppoſitione. Abſolute quidem eſt neceſſariũ illud,
ſine quo nullus ſalutem conſequi poteſt, ſicut gratia Chriſti, &
ſacramẽtum baptiſmi, per quod aliquis renaſcitur Chriſto. Ex
ſuppoſitione autem eſt neceſſarium ſacramentum pœnitẽtiæ
non omnibus, ſed peccato ſubiacentibus. dicitur enim ſecun-
do paralipomenon vlt. in oratione Manaſſes. Tu Deus iuſtorũ
non poſuiſti pœnitẽtiam iuſtis, Abraam Yſaac & Iacob, & his
qui tibi non peccauerunt. Peccatum autem cum conſumma-
tum fuerit generat mortem. Io. 2. Et ideo neceſſarium eſt ad ſa
lutem peccatoris, quod peccatũ ab eo remoueatur, quod fieri
non poteſt ſine ſacramento pœnitentiæ, in quo operatur vir-
tus paſsionis Chriſti per abſolutionem ſacerdotis ſimul cum
opere pœnitentis, qui cooperatur ad deſtructionem peccati.
Vnde dicit Augu. ſuper Io. qui creauit te ſine te, non iuſtifica-
bit te ſine te. Vnde patet quod ſacramentum pœnitentiæ eſt
neceſſarium ad ſalutem poſt peccatum, ſicut medicatio corpo
ralis poſtquam homo in morbum periculoſum inciderit ſecũ
5 dum Tho. & Aſten. & bene vt credo. † Et vide quod no. in c.
alleg. veniens. glo. 1. vbi no. glo. quod ſacramẽtum baptiſmi in
neceſsitate à quocunque poteſt recipi, dummodo in forma ec
cleſiæ conferatur. ſ. de ſum. trin. c. 1. in fine. & de conſe. diſt. 4.
c. cõſtat. & c. mulier. & c. in neceſsitate. & c. à quodã. & etiã pœ
nitentia. Sed quo ad pœnitentiam, Hoſti. ibi contra, remittens
ad id quod no. Ber. ſ. de offi. ordi. paſtoralis glo. quo caſu in fi.
vbi Ber. tenet contrarium & Hoſtien. ibi dicentes, quod licet
laico poſsit quis confiteri in neceſsitate vt per hoc appareat
eccleſiæ de ſua contritione, non poteſt tamen tamen laicus ab-
ſoluere vel ligare, cum non habeat claues eccleſiæ. idem Gen-
col. extra de ſepul. ſuper cathedram. ſuper verbo. confeſsiones
in clemen. Item ſecundum Hoſti. in d. c. veniens. confirmatio
non niſi ab Epiſcopo etiam in neceſsitate confertur. ſ. de con-
ſue. quãto. Euchariſtiam diaconus in neceſsitate miniſtrat. 92.
diſt. diaconus. & c. diaconi. non tamen conficit niſi presbiter.
ſ. de ſum. trini. c. 1. §. vna vero. Extrema vnctio non niſi à pre-
ſbitero miniſtratur. ſ. de ſacra vnc. c. vnico. §. 1. ver. q; prima. ſe
cundum Hoſtien. ibi. Et ſic quod dicit glo. hic quod euchari-
ſtia non eſt ſacramentum neceſsitatis, intellige ſi non contem-
natur, alias ſecus. ita intellige glo. in ca. alleg. veniens. quæ dicit
quod eſt neceſsitatis, quam tenet Goffre. hic ſub duo ſorte. &
6 Io. An. tenet eam hic aſſertiue. † Item quod dicit Ber. hic quod
de quolibet interdicto excipitur baptiſma paruulorum. adde,
& etiam hodie adultorum. vt. j. de ſent. excom. quoniam. libr.
6. Item ad id quod dicit & pœnitentia moriẽtium. adde, & ho
die ſanorum. vt. j. de ſen. excõ. alma mater. lib. 6. & dic vt ibi.
Super eo. c. Si quæris quæ ſacramenta ſint permiſſa
tempore interdicti lati ab homine. vel à
iure, diſtingue. aut quæris de interdicto lato in locum vel ter-
ram, aut de interdicto lato nominatim & ſpecialiter in perſo-
7 nam. † In primo caſu refert. Aut quæris de ſacramento baptiſ-
mi, & dic quod illud eſt permiſſum nedũ paruulorum vt hic,
ſed etiam adultorum, & aliorum quoruncũque. vt. j. de ſen. ex.
quoniã. lib. 6. Aut quæris de ſacramento chriſmationis in fron
te, & dic idem vt ibi, & j. de ſen. excõ. c. reſponſo. §. 1. Aut quæ
ris de cõfectione chriſmatis, & dic idem, vt in d. c. quoniã. Aut
de matrimonio, & illud poteſt contrahi tempore interdicti,
cum teneat etiam contractum ab excommunicato maiori ex
communicatione. ſ. de eo qui duc. in matri. quam pol. ca. ſigni-
ficaſti vt no. Ioan. Andr. j. de ſenten. excommun. alma mater.
& Gencel. extra de priuil. c. ſuper verbo ſolennitate. in clemen.
& Aſten. lib. 7. tit. de interdicto & ſuſpen. arti. 3. verſ. concedi-
tur. Aut de ſacramento pœnitentiæ, & illud eſt permiſſum ſi-
militer nedum morientium, vt hic, ſed etiam ſanorum. vt in d.
c. alma mater. lib. 6. Aut quæris de ſacramento euchariſtiæ, vel
viatici. & tunc, aut quæris vtrum debeat dari decedentibus,
& dic quod ſic, vt hic. 1. reſponſo. & ſ. de ſponſa. non eſt vobis
adeo quod etiam impœnitentibus ſi ſupereſt ſpes vitæ, & ſpes
correctionis non eſt denegandum de conſe. diſtinc. 2. non pro
hibeat. alias ſecus. de pœni. diſtinc. 1. c. nonnulli. ſecundum Ar
chi. ibi, ſuper verbo, danda eſt. Et vide quod not. ipſe Archid.
8 26. q. 6. c. ſi presbiter. gl. 2. † vbi dicit quod illud. c. dicens quod
ſi presbyter pœnitentiam negauerit morientibus reus erit ani
marum, debet intelligi nedum de proprijs ſacerdotibus, ſed
etiam de alienis. cum generaliter loquantur. ad idem de conſe.
diſtinc. 4. quicunque presbyter. & c. ſanctum eſt. Et hanc ſen
tentiam tenebat Io. de Deo dicens, quod tempore neceſsitatis
poteſt ſacerdos alienum parochianum abſoluere. nam tunc po
pulus communis eſt ſicut panis terreſtris 47 diſt. ſicut hi. 85.
di. paſce. 12. q. 2. aurum. immo in hoc caſu ſecundum eum non
incideret talis ſacerdos in ſententiam Epiſcopi excommunica
tionis promulgantis in illos presbiteros, qui darent eccleſia-
ſtica ſacramenta alienis parochianis. Et eſt ratio, quia facit hoc
ex iuris permiſsione. vt in d. ca. ſi presbyter. & bene & vtiliter
gerit officium alterius. arg. 9. q. 2. lugdu. & hoc not. Archid. &
credit verum, quamuis quidam contradicant, dicentes quod
extat conditio. ſ. de appel. præterea. 3. † Aut quæris vtrum de-
9 bet dari ſanis, & dic quod non, vt notat plene Archid. in d. c. al-
ma mater. ſuper verbo ſalutaris. & verbo diuinorum. & Ioan.
An. ſuper verbo admittantur. Nam. j. de ſen. excom. c. reſpon-
ſo. §. 1. eſt regula generalis quæ dicit, qđ in loco interdicto vni
uerſa ſacramenta eccleſiaſtica ſunt interdicta præter ex-
preſſe conceſſa. Vnde cum in dicto. c. alma mater. ſolummodo
concedat pœnitentiam, non laxabo vlterius niſi quatenus in-
uenio gratioſe conceſſum, vt ibi. nec obſtat. d. c. quia loquitur
in morientibus ſanis. Aut nõ reperio hoc permiſſum: ideo di
cam hoc prohibitum ſecundum eos. Aut quæris de extrema
vnctione & alijs ſacramentis, & dic quod non ſunt permiſſa
tempore interdicti vt hic, in §. licet autem. Fallit in miſsis &
alijs officijs diuinis, quæ poſſunt celebrari ſecũdum formam.
d. c. alma mater. §. adijcimus. & §. in feſtiuitatibus. Et not. ſecũ
dum beatum Tho. quod extrema vnctio non debet dari niſi
infirmis qui ſecundum humanam æſtimationem videntur mor
ti appropinquare. Idẽ no. Archid. 95. di. presbiteros. Nota etiã
quod per hoc ſacramentum tolluntur peccata venialia, de ſa-
cra vnc. c. vnico. & præſtatur augmentum virtutum vt ibi, &
de conſe. diſt. 5. c. 1. & 2. & citius liberantur infirmi ab infirmi
tate. arg. d. c. presbyteros. §. ſed illud. & no. Gen. extra de priui.
10 c. 1. ſuper verbo vnctionis. in cle. † In ſecundo caſu principali. ſ.
quando quæritur de interdicto lato nominatim in perſonam,
dic quod tali ſicut & excommunicato, & non alias ſunt ſacra-
mẽta eccleſiaſtica interdicta, vt in d. c. alma mater. §. adijcimus.
Et pro hoc facit. ſ. de priui. cum & plantare. §. excommunica-
tos. cum ibi no. per Ber. ſuper verbo nominatim. & hic in. §.

& in

& in conuentualibus. Cum no. hic per Ber. in glo. patet ergo vbi dicit quod non licet interdicto extra eccleſiam audire diuina. Cuius glo. approbant. G. de mõ. lau. & Gen. extra de ſen. ex. c. 1. ſuper verbo perſoratas. in cle. dicentes etiam quod multo minus licet excommunicato vel interdicto extra eccleſiã corpus Chriſti videre, argu. huius c. & vide Innn. j. de ſen. exc. nuper. ſuper verbo orando. & hoc expreſſe no. Ioan. An. j. de ſen. excom. præſenti. glo. pe. lib. 6. vbi dicit quod ſpecialiter interdicto omnia ſacramenta denegantur ante abſolutionem ſicut & excommunicato. Cum quo concor. Cardi. & G. ibi ſallit in §. ibi ſequen. in feſtiuitatibus vbi dicitur quod in feſtiuitatibus natalis domini, paſchæ, & penthecoſtes, & aſſumptionis virginis glorioſæ mariæ poſſunt interdicti intereſſe ſed
11 non excommunicati. Item not. ſecundum Ioann. Andre. hic quod clerici non priuilegiantur hic ſuper vnctione, ſed ſuper ſepultura quod multi male aduertunt, quod priuilegium locum habet in generali interdicto loci, nõ in ſpeciali interdicto eccleſiæ, dummodo ſit etiam cemeterium interdictum. quod dic vt. j. de ſen. excom. ſi ciuitas. in fi. lib. 6. Nã tunc etiam clerici inculpabiles ibi non ſepelirẽtur, de quo no. Inno. extra de exceſ. præla. c. fine. gl. penul. in fi. vbi Hoſt. dicit quod generale interdictum omnes excludit niſi priuilegiatos, quod intelligit in vtroq; caſu. ſ. in generali interdicto loci, & in ſpeciali interdicto cemiterij. inducens quod tantum valet generale quo ad omnia, quantum ſpeciale quo ad quædam. ff. pro ſocio. l. actione. §. renunciare. Sed Ioa. An. hic putat primum dictum verum cum aperte hæc decr. loquatur de generali interdicto, bene tacit quod no. per eum. j. de ſen. exc. c. vlti §. adijcimus. lib. 6. in glo. prima.

Super eo. c. Ad euidentiam glo. fin. in q. ſci quid ſi in ciuitate &c. Si quæris quando interdicti nolunt ſatisfacere, nunquid ſint abſoluendi ab interdicto. & eſt laxandum interdictum, diſtingue, aut quæris de interdicto lato nominatim, & ſpecialiter in perſonam, aut de interdicto
12 lato in locum vel terram. † Nam interdictum eſt pœna, per quã inhibetur exercitium diuini miniſterij, vel officij propter perſonas interdictas vel locum ſecundum. G. de mon. lau. & Gen. qui ita deſcribunt interdictum. extra de ſen. excom. ca. 1. ſuper verbo interdictorum. in cle. In primo caſu dic quod ſi ſolus ſpiritualiter interdictus ſatisfacere ſit paratus, debet abſolui. j. de ſen. excom. venerabili. Nam & excommunicatus ſatisfaciens, debet abſolui, vt. ſ. de conſti. ex literis. j. de ſen. excom. ca. noſcitur. & c. cum deſideres. & per totum. Et ſententia excommunicationis & interdicti pari paſſu ambulant, vt. ſ. de appel. ad hæc quoniam. cum ibi not. per Ber. in gloſſ. 1. & per Gui. j. de ſen. excom. præſenti. glo. ii. lib. 6. † In ſecundo caſu refert ſecũ-
13 dum Innoc. hic in glo. quid ſi &c. quia ſi eſt principalis recipiẽdus eſt, & tollatur interdictum. Si autem alius qui nullam cauſam dedit interdicto non eſt recipiendus ad ſatiſfactionẽ, quia non peccauit, nec erit ad eccleſiam recipiendus, quia hanc pœnam non pro ſe ſed pro alio ſuſtinet, ideo nõ eſt neceſſaria eius ſatiſfactio, pro cuius opinione bene facit. j. de ſent. excõ. alma mater. §. ſiis etiam. ver. nec tunc &c. vbi idem no. G. ſuper verbo relaxatio. lib. 6. Cum quo ſatis concor. Ioh. An. ibi & hic. & in hoc caſu poteſt in. e. ergi vera opinio Io. hic quã tenẽt Vinc. Goffre. Philip. & Hoſtien.

Super eo. c. Si quæris vtrum priuilegium conceſſum monaſterio de admittendis familiaribus ad diuina tempore interdicti, extendatur ad familiares aſſumptos poſt dat. m priuilegij. † diſtingue vt no. Ioan. An. j. de pri-
14 uileg. mei, & de regul. iur. qui ſentit. in nouella. lib. 6. vbi dicit quod ſi aſſumpti poſt priuilegium ſubrogati ſunt loco illorum qui extabant tempore priuilegij, tunc ad illos extenditur. argum. ff. de ti. no. l. minor autem. §. non ſolum. & l. ſeq. ſ. vt lit. pẽd. eccleſia. ſ. cum concor. ſecundæ glo. Item alias priuilegiũ non eſſet perpetuum. Si vero ſint illis adiuncti vel ſuperadditi, aut ex cauſa rationabili, & tunc idem. ſ. de conſt. cũ M. de cẽſi. quanto. cum ibi no. extraordi. de furno vel molendino. Aut nu-
15 da voluntate. & tunc ad illos non extenditur. † ne cenſura ſic encructur. j. de verbo. ſig. ca. fina. ſ. de priuile. tuarum. & c. cum & plantare. §. de contraectibus. & ita tenuit Egi. cremo. qui hãc quæſtionem diſputauit ſecundum eum qui iſtam. q. plene diſputat in c. alleg. qui ſentit.

1 *Confiteri non tenetur infans.*
2 *Mutus ſcripto confiteatur.*
3 *Confiteri omnis Chriſtianus tenetur.*
4 *Confitendum cui ſit.*
5 *Peccatorum diuiſio.*
6 *Peccatum originale non confitendum.*
7 *Peccata mortalia confitenda.*
8 *Peccata mortalia ſeptem.*
9 *Peccata venialia multis modis remittuntur.*
10 *Peccatorum venialis gradus tres.*
11 *Confitendum quoties ſit.*
12 *Confitendę an ſint circumſtantia. 14.*
13 *Circumſtantiarum dinumeratio.*
15 *Confeſſionis proprietates. 17.*
16 *Confeſſioni requiſita ſeptem.*
18 *Mutus & ſurdus an confiteantur.*
19 *Muto & ſurdo datur extrema vnctio.*
20 *Confiteri alieno ſacerdoti licet in mortis articulo.*
21 *Priuilegiatus cui volet confiteatur.*
22 *Confiteri cui liceat obtenta licentia à proprio ſacerdote.*
23 *Parochus an deleget confeſſiones audiendas.*
24 *Confitendum eſt proprio ſacerdoti.*
25 *Confitendi licentiam ſatis eſt petere.*
26 *Confeſſor qualis eſſe debet.*
27 *Cure parochialis diffinitio.*
28 *Sacerdos proprius quis dicatur.*
29 *Abſoluere an liceat extra territorium.*
30 *Sacerdos quem ordinem confitendo teneat.*
31 *Peccata confeſſa an iterum confitenda.*
32 *Confitendum an ſtatim ſit.*
33 *Confitendum quod ſit ſtatim quatuor caſibus.*
34 *Confeſſio an iteranda.*
35 *Confeſſio quod iteretur quatuor caſibus.*
36 *Eucharistia non danda non petenti.*
37 *Eucharistia non danda peccatori in occulto petenti.*
38 *Eucharistia danda peccatori in manifeſto petenti.*
39 *Eucharistia deneganda peccatori in manifeſto.*
40 *Hoſtia non conſecrata pro conſecrata non danda.*
41 *Eucharistia an ſuſpectis criminis danda.*
42 *Eucharistiæ effectus.*
43 *Secreta non peccata an reuelanda.*
44 *Secreta reuelare poteſt iudex.*
45 *Peccatum confeſſum quod extra confeſſionem ſcit, an confeſſor reuelabit.*
46 *Confeſſor an de licentia confitentis confeſſata reuelet.*
47 *Confeſſata committenda an reuelanda.*
48 *Confeſſata commiſſa an reuelanda.*
49 *Confeſſata laico non reuelanda.*
50 *Confeſſata audiens celet ea.*
51 *Secreta peccata an reuelanda.*
52 *Confeſſio de naturali & diuino iure participat.*
53 *Sacerdotis confeſſionem reuelantis pœna.*
54 *Laici confeſſionem reuelantis pœna.*
55 *Secretum reuelantis pœna.*

Omnis vtriuſque ſexus. Si quæris vtrum peccator peccata ſua confiteri teneatur, & quæ, & quoties, & vtrum circumſtantias peccati, & quas, & quot qualitates ſeu proprietates debet habere confeſſio, diſtingue, aut quæris de primo
1 .ſ. vtrũ peccata ſua confiteri teneatur, & tunc, † Aut eſt infans vel alias non doli capax, neſciens diſcernere inter bonũ & malum, & talis non poteſt nec tenetur vt hic, & de conſe. diſtin. 4. à paruulo. quia ętas talium ignorat quid agit, nec eſt coercenda ętas quæ quid agat non videt. C. de ſal. mo. l. 1. de conſe. diſt. 4. eos. in fin. Nec ob. de pe. diſtin. 3. adhuc inſtant. in fin. ver. negant enim veritatẽ, vbi dicitur quod nec infans vnius diei ſine peccato eſſe poteſt, quia loquitur de peccato originali & nõ de
2 actuali. † Aut eſt doli capax, & tunc, aut eſt mutus, aut ſurdus, aut linguæ alterius quam confeſſor, vel ita ęger quod ſine periculo loqui non poſſet, & tunc per ſcripturam vel per alium cõfiteri poteſt ſecundum Innocen. & Hoſtien. & Abbatem hic.
3 † Aut non, & tunc debet & tenetur peccata ſua confiteri quicunque ſit ille in dignitate conſtitutus ſiue priuatus, clericus, vel laicus, pauper, vel diues, nobilis, vel ignobilis, mulier, vel maſculus, iuuenis, vel ſenex, ex quo ad annos diſcretionis peruenit vt hic, vnde apoſtolus ad roma. 10. ore autem confeſſio fit ad ſalutem. quod dic vt plene no. Hoſt. in ſum. eo. ti. §. quis

dex

4 debet confiteri.† Aut quæris de ſecundo ſcilicet cui,& tunc ſe
cundum Ricard.& Aſten. libro.5.titulo. cui eſt confitendum.
Eſt loqui de confeſsione dupliciter.vno modo prout eſt opus
virtutis directè repugnans hypocriſi,in quo quis ſeipſum accu-
ſat, ne alius, quam ſit appareat, vel mala ſua aperit ad morbi
inueſtigandam curationem. Et hoc modo confeſsio fieri po-
teſt cuilibet qui poteſt adiuuare inſtruendo vel orando, de quo
homo poteſt erubeſcere, & humiliari: & ille exemplo humi-
litatis meliori,non peccatorum cognitione deprauari. Et ſic
quis poteſt peccatum ſuum confiteri cuilibet ſiue clerico,ſiue
laico,ſicut enim dicit Bernard. ſuper Tancre. vir perfectus eſt
veritatis amator, qui omnes vellet noſcere ſua mala, dum ta-
men non eſſet eis cauſa mali, ſed boni. Alio modo confeſsio
eſt opus ſacramentale prout ordinatur ad reconciliationem,
quæ fit per abſolutionem, & hæc confeſsio nulli eſt niſi pre-
sbitero facienda vt hic. Et licet Thomas,in quarto ſuo videa-
tur dicere,quod in caſu neceſsitatis ſit neceſſarium laico confi
teri:ipſe tamen Aſtenſ. tenet contrarium quia confiteri pre-
sbytero, & non laico eſt præceptum vt hic. Immo aliquando
eſſet valde periculoſum & ſtultum,quia tali laico poſſet confi-
teri,qui confeſsionem reuelaret,eſt tamen licitum, & ſi adſit
idoneus,congruum. Et hoc modo intelligit magiſter ſenten-
tiarum libro quarto diſtinctio.18.capi.quinto.dicens:ſi deſue
rit presbiter proximo eſt facienda confeſsio:ſic etiam intelli-
gi debent auctoritates & iura,quæ hoc dicunt. de pœniten di
ſtinctio.1.quem pœnitet.& quæſtio.6.qui vult. Et huiuſmodi
opinionis fuerunt Ricard.Scotus, & Petr. Ad quid ergo valet
confeſsio laico factas, reſponden baptiſmus habet efficaciam
ex ſanctificatione materiæ,& ideo à quocunque conferatur ali
cui ille ſacramentum recipit. Sed vis pœnitentiæ ſacramenta-
lis conſiſtit in ſanctificatione miniſtri,& ideo qui laico confite
tur licet impleat quod eſt ex parte ſua de confeſsione ſacra-
mentali: ſacramentalem tamen abſolutionem non conſequi-
tur. Et ideo aliquid valet ei ad diminutionem pœnæ quæ fit
per confeſsionis meritum,& pœnam, ſed non conſequitur di
minutionem illam pœnæ quæ fit ex vi clauiũ: & ideo ſic con
feſſus magis punitur poſt iſtam vitam, quam confeſſus ſacer-
doti ſecundum Thom.& Aſten.ibi. Aut quæris de tertio, ſcili
5 cet quæ peccata.† Et tunc refert,quia omne peccatum, aut eſt
originale,aut actuale. Originale eſt, quod omnes traximus ab
Adam, qui cũ ſine peccato creatus eſſet,per peccatum corru-
ptus eſt, de pœniten.diſt.2.capit.Romanos.ver.princeps.aliàs
6 eſt,cap & cap.ſequen.†.& illud non tenetur quis confiteri,quia
in baptiſmo illud deletur,ſi infans ſit indiſtinctè, ſi adultus cũ
contritione: Nam in adultis neceſſaria eſt cordis contritio, de
pœniten.diſtinctio.1.tres actiones.& ſupra de bap. maiores.§.
tantæ tamen.& §.cæterum.& §.verum.verſicul.hic vero dici-
7 mus. Actuale eſt duplex.aliud mortale,aliud veniale. † Morta-
lia omnia confitenda ſunt aliàs non eſſet pœnitentia fructuo-
ſa,quod dic vt no.ſuprà eod.quod quidam. vnde nec ſufficeret
in fraudem vel propter verecundiam diuerſis confiteri omnia,
ita quod partem cuilibet: & ſic diuidere confeſsionem vt qui-
dam faciunt propter verecundiam, conſiderantes maximam,
congeriem peccatorum ab ipſis commiſſorum. quod cauen-
dum eſt.de pœniten.diſtinctio.5.cap.1.immo omnia vni ſunt
confitenda vt hic. ſecus ſi hoc non fiat in fraudem nec propter
verecundiam omittatur: Nam nec peccata ſemel bona fide cõ
feſſa iterum neceſſe habeo confiteri. de pœniten. diſtinctio.1.
lauant lacrimę.§.non ita.quod dic vt no.plene. Hoſti.in ſum.
eo.ti.§.qualis debet eſſe confeſsio.ſub.§.integra.& §. an pecca
ta.& frater Ioan.in ſum.confeſsio.eo.titu.quæſtio. 72. vtrum
8 liceat &c. de quibus dat verſus. † Dat ſeptem vitia dictio ſali-
gia,id eſt dictio ſaligia habet ſeptem literas,quarum vnum vi-
tium exprimit vnaquæque videlicet,ſ,id eſt ſuperbiam:a,ideſt
accidiam:l,id eſt luxuriam:i,ideſt inuidiam:g,id eſt gulam,i, id
eſt iram,a,id eſt auaritiam. Ad hoc vide.33.quæſtio. 7. non ſo-
lum.& de pœniten.diſtinctio. 3.inter hæc hircum. ſed alia plu
ra enumerat Auguſt.25.diſtinctio.cap.vnum orarium.§. aliàs,
.ver.& quamuis Apoſtolus. Venialium,quædam ſunt conſuetu
dinaria,vel inueterata,& illa confiteri oportet ſi ſacerdotis co
pia habeatur,de pœniten.diſtinct.3. de quotidianis.& arg.ĩ.de
de iureiur.& ſi Chriſtus.§.quædam.& 25.diſt.c.vnum.§.crimi
nis.& §.ſequen.vbi dicit Auguſt.nullum peccatum adeo venia
le,quod non fiat mortale dum placet. Vnde ebrietas ſi aſsidua
ſit in numero mortalium computatur,vt 25.diſt.c.vnum ora-
rium.§.aliàs.cum aliàs ſit veniale peccatum.vt 15.q. 1.ca.ſanè.
Quædam alia venialia ſunt minuta atque recentia, & illa non
9 oportet confiteri. † Nam illa multis modis delentur. Primò,
per generalem confeſsionem.vt de pœniten.diſtinct. 3.de quo
tidianis. Secundò,per dignam eucharistiæ ſumptionẽ. de con-
ſe.diſtinctio.2 cum omne.& capi.ſi quotienſcunque. Tertiò,
per aquæ benedictæ aſperſionem,de conſec.diſtinctio.3. aquã.
Quartò, per ieiunia & eleemoſinas. de pœniten.diſtinctio. 3.
medicina.& cap.quamobrem.& diſtinctio. 3. ſanè cauendum.
Quintò,per orationem dominicam.vt in dicto.capit.de quotis
dianis. Sextò,per deuotam pectoris tonſionem. & de pœnitẽ.
diſtinctio.1.tres actiones.& diſtincti.2.ſi eſt inquit. Septimò,
per extremam vnctionem ſuprà de ſacra vnc.capit. vnico.§.1.
Octauò,per ſuſceptam cum deuotione epiſcopalem benedi-
ctionem.1.quæſtio.1.dictum.& capi.maledicam.hæc no.Ho-
ſtien.hic & io ſum.eod. titul.§. de quibus peccatis per totum.
Iſtos etiam octo modos tollendi peccata venialia no. Archid.
in dicto.c.de quotidianis.& Ioan.And.in ſalutatione ſexti lib.
ſuper verbo benedictionem. Sed quod dixi de remiſsione ve-
nialium intelligas verum in eo qui non eſt in peccato mortali.
Mortale autem ſine veniali poteſt dimitti,ſed non econuerſo,
vt no.Ioan.de pœniten.diſtinctio.1.perfecta.glo.ſi.& Io.And.
vbi.ſ.vnde verſus: Oraui,corpus,aqua,tribuam,benedictio,pe
ctus, Vnctio, confeſſus remouent venialia puris. Oraui,id eſt
oratio,corpus,id eſt Chriſti,aqua ſcilicet benedicta,tribuam.ſ.
ieiunia & eleemoſinas,benedictio.ſ.epiſcopalis,pectus.i. deuo
ta pectoris tonſio,vnctio ſcilicet extrema,confeſſus.i.confeſ-
ſio remouent venialia: puris, id eſt mundis à peccato mortali.
Puto tamen melius eſſe & perfectius ſi tam de venialibus,quã
de mortalibus,quis confiteatur ſecundum Goffred.io ſum.eo.
titu.§.ſed nunquid veniale.io fine. Et in hoc concordat Inno-
10 cen.hic ſuper verbo peccata.& Hoſtien.in d.§.de quibus.† vbi
dicit quod venialia habẽt tres gradus ſicut Apoſtolus teſtatur
lingua fœnum,ſtipula.25.diſtinctio.nunc autem.& §.alleg. Per
ligna intellige maiora venialia, quæ nimis ſunt inueterata vel
in conſuetudinem deducta: iſta debent confiteri vt eſt dictum:
per fœnum intellige minora quæ confitenda ſunt ſaltem in ge
nere, vt in d.c.de quotidianis.per ſtipulam intellige minima ve
nialia quæ in ſola cogitatione cõſiſtunt, & quæ ad conſenſum
non perueniunt. vt de pœniten.diſtinctio. tertio ſicut triūs
Et de his duobus generibus intelligas, quod multis modis ſci
licet prædictis delentur ſecundum Hoſti.ibi.de hoc no. Aſten.
libro. 5.titulo de his,quæ debet quis confiteri articu.1.q.3.vbi
dicit,quod in caſu homo tenetur venialia confiteri ſiue pro-
pter dubium, ſiue propter eccleſiaſticum ſtatutũ. Propter du
bium,quod dubitat probabiliter,vtrũ ſit veniale vel mortale:
ideo ſi non pœnitet & ſicut de mortali diſcrimini periculo ſe
exponit,& ideo debet confiteri illud non quidam aſſerendo ip
ſum eſſe mortale, quia vt dicit Auguſtinus. 15.de trinita.non
tantum eſt mendacium ſcienter dicere falſum,ſed etiam aſſere
re dubium. Sed confiteri illud ſicut iacet in conſcientia, & iudi
cio ſacerdotis relinquat, vtrum ſit veniale vel mortale, ſicut.n.
dubitat ita dubitando confiteri. Debet tñ confiteri & pœnã ſu
ſtinere,ac ſi eſſet mortale,& tunc mens aſſecuraſ, & nullo mo
11 do præiudicatur. † Aut quæris de quarto.ſ. quotiens quis confi
teri teneatur: & tunc,aut quæris de neceſsitate iuris canonici,
aut de neceſsitate ſalutis, & iuris diuini. Si iuris canonici, dic
quod ſemel in anno vt hic,fallit in monachis nigris,qui ſaltem
ſingulis menſibus confiteri,& exiſtentes in monaſterijs in pri
ma dominica cuiuſlibet menſis communicare tenentur.quod
dic vt le.& notaſ extra de ſtatu mona.ne in agro.§. ſanè. in cle.
q̃ conſtitutionem quo ad hoc ad alios monachos dilatare ſatis
eſt honeſtũ ſm Io.An.ibi. Si de neceſsitate ſalutis,& iuris diui
ni dic quod totiens,quotiens peccat.arg.eorum, quæ legun.&
no.6.q.1.imitare.25.q.1.c.2.& de pœni.diſt.3.,quod autem.&
c.ſepties.& ſequenti. & ita quotiens quis aliquam mulierẽ co
gnoſcit,totiens confiteri debet. Sed credo ſufficere vt dicat ſe
perſeueranter peccaſſe vel id egiſſe.de pœni.diſ.5.c.1.ſm Lau.
in d.c.2.25.q.1.& ſm Archi.in d.c.imitare. in glo. penu. Vnde
ſm Hiero. res penè cõtra naturam eſt vt ſine peccato aliquis
ſit.vt 25.diſtin.c.vnũ §.nomine autẽ criminis. Et dico quod te
netur confiteri antequam recipiat corpus Chriſti, quod teneſ
ſumere non tantum ex ſtatuto eccleſiæ vt hic,ſed etiã ex mã-
dato domini.Ioann.6.niſi manducaueritis carnem filij homi-
nis &c.& Matthæi. 26. hoc facite in meam commemoratio-
12 nem.† Aut quæris de quinto, ſcilicet vtrum circũſtãtias pecca
ti,& quas confiteri teneatur,& tunc refert, Aut quæris vtrum
teneatur confiteri circunſtantias peccati proprij peccatum al-
terius non detegentis. Et dic qđ debet confiteri plene omnes
circunſtantias quæ peccatum aggrauant, ſiue ſint circunſtan-
tiæ committentes peccatum, vt qualitas criminis, & perſo

narium,locus,tempus,perſeuerantia.& homini, vt hic in §.ſa-
cerdos.&.ſ.eo.Deus qui.ſ.de homic.ſicut dignum.1.reſpõſo.
Siue ſint allicientes,vt ornamenta mulierum,& viſorum,ele-
ctuaria calida,& pocula amatoria, & alia hominũ artificia,quæ
quandoque quis exercet ſciẽter, & ſtudioſè ad hoc vt peccet,
dequibus dic plene per Hoſti.in d.§.qualis debet.ſub.§.integra.
per fratrem Io.in ſum.confeſſ. eod.tit. rubricella de confeſſ.q.
81.vtrum teneamur confiteri &c.&.q.ſequen.& per Archi. de
33 pœnit.diſtin.5.in prin. † de quibus circunſtantijs aliquas habes
in iſtis verſibus quos ponit Abb.hic.Quis,quid vbi, per quos,
quotiens,cur,quomodo,quando,quilibet obſeruet animæ mẽ
dicamina dando.Quis.ſ.clericus vel laicus ſecularis vel regula
ris,ſubditus vel prælatus.ſ.de hæreti. excommunicamus. in §.
credentes.in fi.& in d.c.ſicut dignum.40.diſtinct.humo.33.q.
5.qui viderit.Quid.ſ.enorme mediocrean.minimum ſuprà de
tempo.ordinan.c.vlti.Vbi,ſ.an in eccleſia vel extra.ſ.de adult.
ſignificaſti.Per quos.ſ.mediocres,in quo caſu pluribus occaſio
nem peccandi dedit.Quotiẽs.6.q.1. imitare . Cur.ſ.an ex mali
tia,vel fragilitate,aut ſimplicitate.ſ.de fal. ad falſariorum.de rẽ
ſcrip.ſuper literis.Quomodo.ſ.an ſecundum naturam ,vel con
tra naturam,vel præuentus à tentatione, vel etiam præueniẽs.
Quando.ſ.an tempore ſacro vel non ſacro.ſecũdum Abb. Sunt
& alij verſus in quibus circunſtantiæ.14.continentur. Aggra-
uat ordo,locus,perſona,ſcientia,tempus, Aetas, conditio,nu-
merus,mora,copia,cauſa.Eſt modus in culpa,ſtatus,altus,lucta
puſilla.Quibus non curo propter breuitatem inſiſtere. Et quia
ex prædictis ſunt ſatis manifeſti,de hoc per Aſten.lib.5.tit.17.
de interrogationibus faciendis à confeſſore vbi concordat cũ
34 præmiſsit.† Aut vtrum aliena peccata vel circunſtantias pecca
ti proprij peccatum alterius detegentes confiteri teneatur, &
tunc refert ſecundum Petr.de Tarentaſia in ſcriptis.diſtin.21.
& ſecundum fra.Ioan.in ſum.confeſſ.eod.tit.rubricella de con
feſsione.q.67.vtrum liceat &c.Aut ſine alterius peccati deten
tione,ſeu expreſsione poteſt peccatum confitentis ſufficiẽter
notificari confeſſori, aut non . Si poteſt , non eſt confitendum,
peccatum alienum,quia tunc eſſet proditor criminis alterius.vn
de ſuper pſalmo:dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam
domino gl.1.peccata mea non aliena:& hoc forte niſi eſſet no
torium.aut non poteſt:& tunc, aut per hoc imminet periculũ
aliquid illi,& tunc non eſt confitendum ſed ſufficit peccatum
dicere ſine huiuſmodi circunſtantia. Aut non imminet:& tunc
debet confiteri,& in hoc ſatis concor.Hoſtien.hic dicẽs quod
per hunc tex.hic ſua ſolus peccata &c. quod ſeipſum debet re
uelare & accuſare non alium,de pœn.diſt.1.quãuis.Niſi forſan
in hæreſi , vel niſi quis cognouit matrem ſuam , vel filiam,vel
etiam ſororem ſuam propriam contra naturam,vel aliud quod
cunque peccatum cõmiſit,propter cuius circũſtantias neceſſe
ſit alium nominare.nam & circunſtantiæ conſiderantur.vt.j.e.
c.in §.ſacerdos.In hoc etiam ſatis concor. Ray. in ſum.eodem
titu.rubricella de confeſsione.in §.31.ad aliud. dicens , quod ſi
cut peccator nõ debet nominatim ſpecificare perſonam cum
qua peccauit,nec circunſtantias per quas intelligi poſsit,niſi vt
ſupra dictum eſt : ita ſimiliter nõ debet ſacerdos ſpecificare, p
ſonam in interrogatione,ſed vtrique inſtet caute circa qualita
tem perſonæ,ſcilicet ſi erat virgo vel corrupta,vidua vel mere
trix,coniugata vel conſanguinea,vel ſanctimoniale, & ſimilia.
Sed glo.Guilielmi ſuper verbo non debet. dicit id eſt non tene
tur.Si tamen exprimat eam bona intẽtione pœnitentiario quę
eſt perſona quæ debet prodeſſe,& non obeſſe,non vt pdat pec
catorem,ſed vt pœnitentiarius oret pro eo, aut ſecretè laboret
ad correctionem eius,non peccat ſed potius meretur. ar. 22.q.
5.hoc videtur.Similiter ſi pœnitentiarius inquirat de illa pſo-
na bona fide,vt oret pro ea,vel corrigat eam in occulto, nõ cre
dit,quod peccet,dummodo confitentem nullo modo cogat ad
nominandum illam perſonam,& idem no.frater Io. in ſumm.
confeſ.eo.tit.rubricella,de confeſsione.q.88.quæro & vtrũ &c.
de hoc notat Aſten.li.5.titu.de his,quæ debet quis confiteri in
35 prin.& q.5.q in præmiſsit ſatis concordat.† Aut quæris de ſex
to.ſ.quot qualitates debet habere confeſsio.& dic ſm Hoſti.q
debet habere ſeptem qualitates vel proprietates, quæ recolli-
guntur ex hoc.c.Primò.n.debet volũtaria eſſe,vt colligitur ex
verbo ſtudeat,quaſi non expectet ſe compelli. Secundò, debet
eſſe diſcreta,quod tangit in verbo cũ ad annos diſcretionis &c.
Tertiò,debet eſſe ſecreta,quod no.in verbo ſolus. Quartò,de-
bet eſſe frequens,quod no.in verbo ſaltem. Quintò,debet eſſe
integra,quod notatur per verbum oĩa.Sextò,debet eſſe amara,
& hoc notatur per verbum fideliter. nõ.n. confitetur fideliter
qui contritionem non habet,vt notat.Inn.hic in princ.magnæ
gl.ſuæ.Septimò,debet pœnitentiam adimplere ad quod com-
pelli poterit ſi neceſſe fuerit per cenſurã eccleſiaſticam,& ſi nõ
obediat per brachium ſeculare,ſi peccatum eſt publicũ. 6. quæ
ſtione.1.ſi omnia ſm Hoſt.hic,& in ſum.eo.tit.§.qualis debet
16 eſſe confeſsio,& in hoc concor.Archi.de pœni.diſ.5.dni.1 vbi
dicit quod ad integritatem confeſsionis ſemper ſeptem viden-
tur requiri quæ ex dicto prophetæ ibi poſſunt notari dixi cõfi
tebor aduerſum me iniuſtitiam meã &c. Vnde debet eſſe deli
berata,quod no.ibi,dixi ideſt,firmiter propoſui & deliberaui.
Item debet eſſe integra,vnde dicit confitebor.i.ſimul non diui
ſim.Item debet eſſe aperta,vnde dicit,fatebor.i. apertè manife
ſtabo.Item debet eſſe amara ſiue accuſatoria, vnde dicit aduer
ſum me:ea.n.quæ nobis aduerſa ſunt conſueuerunt eſſe ama-
ra . Item debet eſſe propria , vnde dicit me non contra alios.
Item debet eſſe verecunda vnde dicit iniuſtitiam . cum.n.ho-
mo naturaliter ordinetur ad Deum, quia ad eius imaginem fa
ctus eſt.Facere iniuſtitiam eſt facere contra naturã ſuam,quod
cuilibet debet eſſe verecũdum. Debet ergo peccator erubeſce
re de peccato ſuo,ar.de pœni.diſtinct.1.quem pœnitet. & ſ.de
officio deleg.cum olim magiſter.& hoc no.ibi Io.An.& Hoſt.
j.de ſententi.excommunicatio.cum non ab homine.& Io. de
pœn.diſtin.1.perfecta.gl.fi.Nam & imperator, erubeſcit reci-
tare ab alio commiſſum,in auth. de reſtitutio .& ea quæ parit
in 11.menſe.§. vnum ſiquidem. verſi.ſed quomodo & Hiero.
in tractatu fidei dicit, turpe eſt dicere quod illos facere non pu
det.ad hoc facit.32.q.4.in eo.verſi.quomodo in. Sed heu, vt di
cit beatus Bernard.lauari pudet,inquinari non pudet, abſtergi
tur caliga,& contemnitur anima. Item Hieronimus de homi
ne perfecto.habebas corpuſculi curam dum anima langueret,
quod eſt contra multos de quo dolendum . Item debet eſſe vo
luntaria:vnde dicit meam,i.non coactam, quia non placẽt deo
coacta ſeruitia, vt dicit Auguſtinus.idem dicunt theologi. De
hoc etiam ſcripſit Ray.in ſum.ſua,eod.ti.§. ſequitur.quæ ſunt
neceſſaria &c.vbi dicit,quod ad veram confeſsionem quatuor
ſunt neceſſaria.ſ.quod ſit amara, feſtiua, integra , & frequens,
17 quę proſequere vt ibi dicit.† Et ſi velis plenius ſcire qualis de-
bet eſſe confeſsio.& 17 qualitates quas debet habere bis verſi
bus edocetur.Sit ſimplex,humilis,confeſsio pura, fidelis, Ve-
ra,frequens,nuda,diſcreta,libens,verecunda.Integra,ſecreta,la
crimabilis , accelerata, Fortis, & accuſans. & ſit parere parata.
Quos verſus pleniſsime exponit Aſtenſis libro quinto tit. 18.
qualis debet eſſe confeſsio.& ibi plura dubia circa iſtam mate
18 riam ſoluit.† Et vtrum mutus vel ſurdus poſsit audire confeſ-
ſionem,vel confiteri,vide per Ioan.An.ſuprà deſpon. cũ apud.
& videtur quod vtrunque.ſ.confeſſorẽ,& confitentẽ vnus ho
rum ſolus morbus impediat . Nam ſi ſacerdos eſt ſurdus non
audit,ſi mutus nec verba abſolutionis proferret.nec pœnitẽtiã
imponet. Idẽ in pœnitente , quia mutus peccata nõ exprimet,
ſurdus pœnitẽtiæ impoſitionem non audiet , ſi literatus eſſet
ſcribere poſſet,& ſibi pœnitentiã deſcribi facit quod de zacha
ria dicitur Lu.1.Secundum canon.de pœni.diſ.1.quẽ pœnitet.
in prin.dicit,contra quod hoc fieri non debet per nũcium vel
ſcripturam, dici ſolet illud verum in abſente , præſens aũt hoc
non poſſet:vel illud ſine cauſa,hoc ex cauſa, & ſic loquatur. 30.
q. 5.qualis.in fi.& hoc placet Vinc.in c.alleg.cum apud . Et con
cor.Innocen.hic in glo.1.& Hoſti.& Abb.& Io.An. poſt eum,
dicentes quod ſi eſſet ſurdus,vel mutus,vel alterius linguæ,vel
ſit æger , quod ſine periculo non poteſt loqui,confitebitur per
ſcripturam vel per alium.Si autem confeſsio ab illo nullo mo
do poteſt haberi,tunc dicit Hoſtienſ.in ſumma. eod. titulo. §.
penultim.verſ.pe.pro illo orandum . Certum eſt etiam quod
reconciliationem talium pœnitentium, quorum contritio ap
paret per ſigna , licet obmutuerint canones non negant. 26.q.
6.is qui.1.& 2.& capi.qui recedunt.facit infrà titul. proxim. à
nobis.2.Conſtat autem quod neceſsitas plus vrget in confiten
te,qui non poteſt morbum deponere , quam in confeſſore , qui
19 poteſt omitti , & alius adiri . † Extrema vnctio, illa ſæpiſsime
datur ſurdis,& mutis,qui ſcilicet propter infirmitatem non lo
quuntur,nec intelligunt.facit ſupra de tornea.ca.1.j.de hæreti.
c.filij.lib.6.Surditas etiam non impedit danies , ſed obmute-
ſcentes,ſic enim debet interuenire vnctio,& oratio,quam di
cere non poteſt mutus.primum patet Iacobi vlti. & habetur.
95.diſtin.c.presbiteros.§.ſed iſtud.3.de ſacra.vnc.c.vnico.poſt
prin.ſecundum Ioan.And.ibi &c.

Super eo.c. Si quæris , vtrum quis teneatur ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti,vel ſuffi
cit alieno confiteri,& quis dicatur proprius ſacerdos,& quem
ordinem confeſſor in audiendo cõfeſsionem ſeruare teneatur.

Et vtrum eadem peccata quæ quis confeſſus eſt fratri prædica
tori,vel fratri minori deputato ad audiendum confeſsiones iu
xta formam.c.ſuper cathedram extra de ſepult. in clem. tenea
tur iterum confiteri proprio ſacerdoti, diſtingue. aut quæris,
de primo.ſ.vtrum teneatur quis ſemel in anno confiteri pro-
20 prio ſacerdoti,vel ſufficiat alieno confiteri:& tunc † Aut immi
net articulus mortis,& tunc poteſt cuicunque alteri ſacerdoti
21 confiteri,de conſec.diſt.4.ſanctum eſt. † Aut non imminet : &
tunc , aut eſt ſuper hoc priuilegiatus à Papa vel à iure : & tali
ſuum priuilegium eſt ſeruandum.vt j.e.c.ſi.ſm Hoſt. Abb. &
Ioan.An.hic.idem Aſten.li.5.titu.cui presbitero confitendum
ſitartic.1.q. vtrum poſsit aliquis.licet Ber. hic ſuper verbo ſa-
cerdoti.contra,dicens, quod non ſufficit priuilegium ſine li-
centia proprij ſacerdotis,& malè. Aut non eſt ſuper hoc priui-
legiatus:& tunc aut peccator confitens habet licẽtiam ꝓprij
22 ſacerdotis confitendi alieno ſacerdoti:aut non. † In primo caſu
ſunt opiniones Ray.& Goff.dicũt quod aut ille alienus habet
curam,& tunc põt:aut non habet & tunc ſi imminet neceſsi-
tas poteſt,aliàs non,niſi fuerit electus ab Epiſcopo vel à popu
lo,& ſi ſit religioſus cum conſenſu Abbatis vel ſuperioris ſui:
16.q.1.alia.&.c.peruenit.& §.ecce in hoc.& §.ecce ſufficienter
prout recitat Hoſt.in ſum.eo.ti.§. cui cõfitendum. in fi. 1.col.
verſi.8.ſi ponat &c.& Io.An.de priuile.c.1.ſuper verbo ſpecia
li.in clem.Et in hoc videtur cõcordare Ber. hic in gl. executio
nem habenti.In hoc etiam concord. Hug.& Io. de Deo. 16.q.
1.placuit.1.prout recitat Archi.ibi ſuper verbo memini. dicen
tis quod monachus qui non habet curam animarum, non põt
dare pœnitentiam parochiano alicuius . etiam cũ licentia illius
proprij ſacerdotis:hoc .n.pendet ex cura animarum,& iõ nulli
ſacerdoti hoc licet ſine licentia proprij epiſcopi.vt.16.q.1.per
uenit.&.c.cunctis.Illi tamen quorum monaſterium habet cu
ram videntur excuſari,nam Abbati ipſius monaſterij cõmiſ-
ſa eſt cura animarum cuius conſenſu & licentia monachi talia
licitè faciunt,& idem dicunt per omnia de canonicis regulari
bus Archi.verò ibi dicit quod illud quod dictum eſt de licentia
poteſt intelligi cum determinatione eius quod no.in capi.iſto
omnis.ſed 25.diſt.perlectis.ſuper verbo iniunxerit. Archid.ap
probat expreſſe opi.prædictorum.ſed ipſe Hoſt. in d.§. cui cõ
fitendum.ver.tu.tamen dic &c.Diſtinguit vtrum qui confite
tur habeat licentiam iudicis ſui,quod tali ſpecialiter poſsit cõ
fiteri,& tunc ſacerdos ipſum ſecure audiat, vel habeat licentiã
in genere,quod quicunq; voluerit poſsit confiteri , vel indefi
nitè , & in his duobus caſibus ſi ſubditus recurrit ad diſcretio
rem,ſiue religioſum ſiue alium , vel ex cauſa ad non ita peritũ
dum tamen peritum & honeſtum , ſecure confitetur, & alius
ſecure audit.ar.j.eo.c.fi.Si verò cauſam non habet. vt qa vult
abſcondere peccatum ſuum à proprio ſacerdote, vel quia ip-
ſum contemnit,ſeipſum ſeducit , & de hoc debet pœnitentiã
agere.Et ſacerdos,qui audit alienum parochianum , debet pri
mo cauſam conſiderare.& ab eo inquirere vt ſic audiat , vel re
mittat.ar.de pœni.diſt.6.placuit.& hic & ſ.de parochi.c. vt do
23 minicis. † Sed.G.de Mon.lau.no.extra de offi.vica.c. vnico.gl.
fi.in cle.quod rector parochialis poſſet in quadrageſima alicui
monacho vel alij presbitero etiam religioſo , qui aliàs non eſt
ſuper hoc priuilegiatus à Papa cõmittere pro ſe parochianos
ſuos confitendos,arg.16.q.1.ſunt nonnulli.vbi dicitur , quod
omnia licent monachis à quibus nõ ſunt expreſſe per ſuam re
gulam prohibiti.Idem no.Hoſt.ſ.de offi.Archipresbi.c. offi-
cium.§.confeſsiones . dicens etiam quod ille eſt verus intelle
ctus illius decretalis.Hoc idem expreſsius no.ipſe.G. de mon.
lau.& Gen.j.de priuile.c.1.in clem.per.G. ſuper verbo licentia
ſpeciali.& per Genc.ſuper verbo parochialis presbiteri.dicen
tes quod parochialis curatus quantuncunque ſimplex, ex quo
cura eſt tibi commiſſa in adiutoriũ ipſius curæ poteris aſſume
re tibi ad tempus presbiterum quantuncũque religioſum , vel
alium ſine cuiuſque licentia tui ſuperioris, qui ipſum iuuet for
ſan in quadrageſima pro audienda cõfeſsione ſuorum ſubdito
rum , vel pro adminiſtranda eis euchariſtia in die Paſchæ , vel
miſsis,celebrandis,vel alijs vt ibi patet etiam in officio prædi-
candi , dum tñ aliàs conſtet ſibi de ſufficientia ſic aſſumpti.vt
no.Inno.ſ.de cleri.peregrin.c.vlti.gloſſ.2.& de hæreti.excom
municamus.1.§.quia verò. Nã ex quo tales ſunt rite ordinati,
ita poſſunt facere ſicut alij ordinati , nec eis aliquid deficit niſi
materia.ſ.populus:Si ergo ille qui habet materiam ipſam admi
niſtrat eis , ſufficienter poſſunt eam exercere vice alterius , ex
quo non poſſunt nomine ſuo.16.q.1.c.generaliter.§.ecce ſuf-
ficienter.&.c.adijcimus.Et in his ſatis concord.Ioan.An.hic.
ibi idem tenet Monaldus in dicto.c.placuit.1.16. quæſtio.1.in
fi.

locis in quibus eſt talis conſuetudo,quam ipſi epiſcopi ſciunt,
& non improbant propter quod videntur eam approbare. Nã
tunc poſſunt taliter vocati audire confeſsiones, quia conſuetu
do,quãdoque dat iuriſdictionem, ei qui non habet,& derogat
iuri ſcripto.ſ.de arbitris.dilecti.& hoc recitat Archidiac. in d.
ca.placuit ſuper verbo iuſſum. Idem dicebat hic Petru.dicens
quod ſacerdos curatus alteri ſacerdoti non curato benè poteſt
committere intra parochiani ſuam certos caſus, vel articulos
ad inſtar delegati ad vniuerſitatem cauſarum.ff. de iudicijs. cũ
prætor.idem tenet Aſten.lib.5.titu.14.cui presbytero ſit con
fitendum.articu.1.q.5.Ego Henricus credo verum quod not.
Hoſtien. ſupra in verſic. ſed ipſe Hoſtien.&c. quando curatus
dat licentiam parochiano ſuo confitendi alieno ſacerdoti , &
quod no.G.de mon.Lau.& Gencel.vbi.ſ.quando curatus com
mittit alieno ſacerdoti poteſtatem audiendi confeſsiones paro
chianorum ſuorum.Et hoc approbat Ioan.And. hic ſuper glo.
executionem non habet,dicens quod in §.ſi quis. & dicta glo.
loquitur quando nõ fit commiſsio ſed ſimpliciter parochiano
datur licentia,quaſi tunc ille ſacerdos hoc facit iure ſuo ex pro
rogatione, quod eſſe non poteſt,ex quo execu.tionem non ha
bet,quando verò fit commiſsio,facit ex demandatione.ſimile
no.de eccle.ædific.ad audientiam.2.ſuper glo. 1.Et ita intelligo
glo.Ioann.And.in dicto.cap.1.ſuper verbo ſpecialiter. in fine
24 verſi.& no.quod hic. † In ſecundo caſu.ſ. quando peccator cõfi
tens non habet licentiam à proprio ſacerdote,qui nec alij com
mitit ſuper hoc poteſtatem,dic quod nõ poteſt alteri extraneo
confiteri, ſed ei ſaltem ſemel in anno confiteri tenetur vt hic.
Sed fallit in caſibus in quibus poteſt aliquis audire confeſsionẽ
alterius parochiani.Primæ,quando proprius ſacerdos indiſcre 25
tus eſt,de pœniten.diſtinct.6.placuit.& hic in §. ſi quis autem.
Secundo,quando alienus parochianus tranſtulit domicilium,
ſuum ſecundum Rayne.& Goffred.ſed certe iam non eſt alie
nus ſed proprius ſuprà de parochian.capitul.vltim. ſecundum
Hoſtien. Tertiò,cum quis vagabundus exiſtit. ff. de iudic.l. hæ
res abſens.Quartò,cum quis quærit domicilium,quo ſe confe
rat,proprium relinquens,iter faciendo vel nauigando , nam &
is ſine domicilio eſt.ff.ad municipal.l.labeo.in prin.& l. eius.§.
celſus.Quintò,ratione delicti intra propriam parochiam ab
extraneo parochiano commiſsi ſuprà de rapt. capi.1.6.q.3.pla
cuit . Sextò , ratione ſtudij,quod dic vt notat Hoſtien.in ſum.
titul.de parochia.§.quis intelligatur. verſiculo , quid de ſchola
ribus.vbi dicit,quod ſcholares qui de licentia prælatorum cau
ſa ſtudiorum aliquo accedunt,parochiani ſunt epiſcopi ad cu- 26
ius eccleſiam deſcendunt dum ibi erunt.ff.de iudi.l. ſi longius.
§.1.& l.hæres abſens.ſ.de cleri.non reſidẽ.relatum . idem not.
G.de mon.lau.extra de ſepul.ſuper cathedrã.§.ſtatuimus. verſ.
ſi iſdem.ſuper verbo conceſſerint.in cle.gl.Guil.ſuper Ray.in
ſum.de ſen.exc.§.regulariter.& frater Io.in ſum.confeſ.tit.de 27
ſen.exc.q.88.quid de clerico &c.Dicentes etiam ꝙ à ſententia
canonis,quã incurrit in partibus ſuis à qua Epiſcopus ſuus ab
ſoluere poteſt,Epiſcopus loci ſtudij poteſt abſoluere,ſicut po
teſt abſoluere taliter ſe transferẽtem de peccato mortali com
miſſo in diocœſi de qua ſe tranſtulit.Sed Cardi.in hoc vltimo,
innuit contra.j.de tẽpo.ordinan.c. eos ſuper verbo figmẽto li
bro.6.& Abb.ſ.de offi,le.excommunicatis.tenet expreſſe con
tra.ſ.ꝙ Epiſcopus loci ſtudij non poterit eum abſoluere a ſñia
canonis pro ꝑcuſsione clerici alibi facta, cuius opinionem ap
probat.G.de mon.lau.in dict.c.ſuper cathedram.§. ſtatuimus.
ſuper verbo nullatenus audire.in clem., quãquam tutius eſt te
nere vt ſtatim dicam. Septimò, tempore neceſsitatis.26.qu.6.
ſi presbyter. de pœn.diſtin. 1.quem pœnitet.& diſt.3.qui vult
de conſecration.diſtinct.4.ſanctum eſt.Octauò,ſi ponat ſpem
ſuã in ſacerdotẽ propriũ,vt ratum habeat. argu.9.q.2.lugdun.
hos caſus notat Goffred.in ſum.eo.titu.& Hoſti.in ſumm.eo.
titu.§.cui confitendum.in princi.ſub.§. fallit hoc in caſib. &c.
Sed in primo caſu.ſ. quando ſacerdos proprius eſt imperitus
dicunt Lauren.& Ioan.in d.c.placuit.de pœni.diſt. 6. ꝙ poteſt
peccator ſine licentia ipſius propria auctoritate alieno preſ- 28
bytero confiteri.Idem Vincentius hic idem innuunt Goffre.
Hoſtien.& Abbas hic. Sed Ber.hic in glo. niſi ille. dicit,ꝙ imo
de ipſius licentia vt hic,cum quo concordat Inno. hic, dicens
ꝙ propter ſolam indiſcretionem ſacerdotis nõ dimittet ſubdi
tus eius,quin ei confiteatur.ꝙ intelligit Hoſtienſis,quando id
bene poteſt in cõſcientia ſua inuenire vel ad id illam informa-
re.Sed Archid.in dicto.capi.placuit.gloſſ.antepenu. dicit, cum
Hug.ibi,ꝙ ſacerdos eſt ignorans in ſoluendo, & ligando, & di
ſcernẽdo qualitatem,& quantitatem & veritatem peccatorũ,
pro tali ignorãtia licitè vitiatur ſacerdos in accipiẽdo pœniten-

tiam ab eo,nec peccat qui eum vitat,nec ſacerdos, qui dat pœ
nitentiam illi qui propter hoc vitat ſacerdotem. Sed in alijs ſa
cramentis non ſic, præterquam in baptiſmo in quo propter
ignorantiam licitè etiam vitiatur ſacerdos,ſicut in pœnitētia,
& cum certa eſt eius ignorātia,crederem quod honeſtius eſſet
petere licentiam ab illo ſacerdote vt hic. Si.n.eo irrequiſito ac
cipiat pœnitentiā ab alio ſacerdote: qualiter proprius ſacerdos
communicabit eum,cum ſorſitè ſciat peccata eius, & non ſciat
25 pœnitentiā? †Si tamen ſacerdos ignorās requiſitus nollet dare
licentiam,tunc auctoritate illius canonis placuit. libere vadat,
& accipiat pœnitentiam à perito hoc Hug.& Archi. ibi, Vel vt
dicunt Philippus, & Goffredus hic vadat ad eius ſuperiorem
ſi poteſt,vt illum compellat, vel ipſe dabit licētiam. argumētū
ſ.de iure patronatus.ca.nullus.idem Bernardus alternatiuè ta-
men hic in gl.quid ſi ille.quam opinionem dicebat Hoſtienſis
veram,quando periculum nō eſt in mora, aliàs eſt vera opinio
ꝙ libere vadat ad alium. Et nota ꝙ non eſt abſolutus quo ad
Deum,qui quærit indiſcretum ſacerdotem:vt eum per impe-
ritiam abſoluat,de pœnit.diſtinctio.6.qui vult,vt notat Ioann.
1 t.quæſtio.3.quomodo gloſ.a. Item nota ꝙ dicenti ſe habere
licentiam à proprio ſacerdote credendum eſt, per id quod no.
in dicto capi.placuit.quia non eſt præſumendus immemor ſuę
ſalutis. t. quæſtio. 7. ſancimus.ſ. de homicidio. ſignificaſti.2.
Nec obſtat.j.de tempo.ordinan.capi. t.& 2.lib. 6.quia illud eſt
in ſacramento ordinis,quod datur non tantū propter recipien
tem,ſed etiam propter alios, & ideo dicitur ſacramentum di-
gnitatis.1.quæſtio. t.ſi ergo.& ca.ecce ſi clericus.vt nota. Ioan
nes Andræas extra de priuilegijs.c. t.ſuper verbo habita. in cle
26 men.†Et qualis debet eſſe confeſſor, vt ſit diſcretus legitur &
no.de pœni.diſtin.6.qui vult.& in quarto ſententiarum. diſti.
17.& 30.& per Aſten.li.5.ti.16.qualis debet eſſe confeſſor,& ꝑ
totum.vnde verſus:Confeſſor dulcis,affabilis,atque ſuauis,pru
dens,diſcretus,mitis,pius,atq; benignus. Aut quæris de ſecun-
do principali.ſ.quis dicatur proprius ſacerdos, & de hoc dic ꝑ
Innocentium hic in gl.penul.& plene per Hoſtienſem in dict.
§.cui confitendum.ſub.§.verum.verſicu:vt de hac materia. &
per fratrem Ioannem in ſumm.confeſsio.titulo. rubricella de
confeſsione.quæſtio 57.quis ſit ordinarius &c. & per Spec.in
repertorio hoc titu.§.vt autem ſcias cui confitendum, & per
Aſten.lib.5.tit.15.per totum tit. Vnde proprius ſacerdos dici
tur cui cura parochialis eccleſiæ eſt cōmiſſa,ſit rector vel vica
rius ſecundum Hoſtienſem,& Ioannem Andr. hic qui deſcri-
27 bunt curam hic dicentes,ꝙ cura eſt vigil, onoroſa, ac ſolicita
cuſtodia animarum,commiſſa alicui vt curet ne pereāt, ſed ſal
uentur,quæ competit ex lege vel commiſsione canonica, aut
conſuetudine,vel præſcriptione per ſedem apoſtolicā non im
probata.Cuius deſcriptionis ſingula verba exponunt, & ꝓbāt
28 per iura.†Vnde parochialis ſacerdos. Item Papa & Epiſcopus,
ſunt proprij & immediati,vt no.ſuprà de officio archipresby
te.c.3.Sufficit ergo alterius illorum licentia.argumen. infrà.c.
2.in princip.ſ.de hæreti.excommunicamus. 1.§. quia vero.Idē
in legatis Papæ & ipſorum pœnitentiarijs,argumen. ſuprà de
offi.lega.c.1.Idem videtur de generali vicario Epiſcopi. argu.
ff.de iudi.cum prætor.de officio ordi.inter cætera. Si ergo præ
dictis vel de alterius prædictorum licentia quidam confitean-
tur tenet confeſsio, & abſolutio, quia facta à iudice ſecundum
Hoſtienſem,& Ioannem Andream. Dicit tamen Hoſtien. hic
ꝙ quamuis ex generali licentia ſacerdoti data, vel confitenti,
confiteatur quis præter ſui parochialis licentiam,huic tamē ſta
tuto non præiudicatur,quoad confeſsionem ſemel in anno ꝓ
prio faciendam:imo requirenda eſt illius licentia, niſi exprima
tur quod ſine licentia liceat.j.ca.ſi. Sed Ioan.Andre.dicit,quod
huius contrarium hodie terminatur per conſtitutionem Ioan
nis,vas electionis. Et de monachis dic,quod debent confiteri
proprio Abbati.vt legi.& nota.in dicto.c.placuit. 16.q.1. vide
etiam quod no.G.de mon.lau.extra de ſepul.ſuper cathedram.
§.ſtatuimus.in fine.ſuper verbo nullatenus auditure. in clemē
29 tina.†Vbi quærit vtrum aliquis poſsit extra territorium abſol
uere,& diſtingue inter forū animæ,& forum iudiciale, in foro
animæ refert aut loquimur de confeſſore non proprio ſed ex
traordinario quales ſunt prædicatores, & minores de quibus
in dicto.§.ſtatuimus.quo caſu omnia peccata vbicunq; com-
miſſa ēt extra territorium cū iſta quæ in foro animæ expediun
tur voluntariæ iuriſdictionis exiſtant,dum tñ aliàs ad eos ſpe-
ctent poterunt audire, & ab ipſis abſoluere in territorio ſuo.
Sed de peccatis infra eorum territorium commiſsis,non pote
runt abſoluere extra,vt ibi in fi.verſi.extra ciuitatē. Aut loqui
mur de ordinario puta prælato proprio temporali vel ꝑpetuo:
ſicut eſt Papa, Epiſcopus, proprius legatus in illa prouincia, Ar
chipresbyter eccleſiæ cathedralis,qui pœnitētiarius vulgariter
nuncupatur,presbyter parochialis,& eius vicarij,& talis à quo
cunq; peccato ad ipſum aliàs ſpectāte intra vel extra territoriū
ſuum commiſſo pōt abſoluere, & intra territorium ſuum vel
extra.Ratio eſt,quia in his quæ ſub ſilentio & ſine ſtrepitu fiūt
nulli ſit præiudicium,arg.eorum.quæ leguntur.& notant.ſ.de
officio leg.c.penu.& ſi.Aut loquimur de cōfeſſore penitus ex
traneo,& dic ꝙ talis regulariter non pōt non ſuum ſubditum
abſoluere.Fallit in caſibus no.ſ.in ver.ſed fallit in caſibus &c.
Si loquimur in iudicialibus refert:quia aut loquimur de pœnis
excommunicationis,aut de alijs.Si de alijs dic vt legitur, & no
tatur.ſ.de rapto.c.1.de foro competenti poſtulaſti.3.q.6.c.j.Si
de excommunicatione:refert,quia aut eſt lata ab homine, &
tunc qui ligat abſoluet ſecundum formam decretalis.j.de ſent.
exc.per tuas.& c.venerabilibus. Aut à canone, & tunc dic qđ
proprius Epiſcopus ratione delicti.vt in d.§.ſtatuimus.vel ve-
ri domicilij quod eſt tribus modis intra territorium indiſtin-
ctè vel extra.Si ſit voluntariæ iuriſdictionis,abſoluet.ſic intelli
git,Inno.ſ.ne clerici vel mon.c.c. vlt.& Hoſt.ſ. de officio leg.
nouit.ratio eſt quia cum ſit ligamen iuris,miniſter iuris ipſum
ſoluere poteſt.l.de ſen.exc.nuper.Alius autem iudex etiā pro-
prius temporalis tñ non pōt abſoluere. ſic intelligitur qđ no.
Abba.ſ.de officio lega.excommunicatis. vbi dicit ꝙ ſi aliquis
Lugdu. percuſsit clericum ibi in caſu in quo poſſet ibi abſolui
ab ordinario,& venit ad aliā diocœſim cauſa ſtudij,ꝙ ab Epi-
ſcopo loci ſtudij non abſoluetur.De legato. dic vt in d.c.excō
municatis.Item vide quod notat.Ioan.30.q.1.omnes,vbi dicit
ꝙ presbyter græcus non audiet cōfeſsionē vxoris ſuæ. ſed Ar
chi.ibi in hoc contra,licet honeſtius eſſet ꝙ non faceret. Dicit
etiam ibi Archi.ꝙ ſacerdos poteſt dare pœnitentiam cōcubi-
næ ſuæ cum qua adulteriū vel fornicationem cōmiſit. Et hāc
ſententiam tenet Ricardus, Godoffredus,& Th. & Aſten.li.5.
ti.38.de his in quos vſus clauium exerceri poteſt.q.vtrum pre
sbyteri mulierem. Aut quæris de tertio.ſ. quem ordinem con
30 feſſor in audiendo cōfeſsionem ſeruare tenetur. †Et dic ꝙ de
bet ſeruare hunc ordinem.ſ.ꝙ primo debet audire cōfeſsionē,
ſecundo imponere pœnitentiam:tertio abſoluere ſacramenta
liter dicendo:Et ego auctoritate Dei omnipotētis, & Apoſto
lorum, Petri,& Pauli,& officij mihi commiſsi in hac parte,ab
ſoluo te ab his peccatis mihi confeſsis, & ab alijs de quibus nō
recolis,vt patet ex ordin.tex.in extrauaganti Bonifacij 8.j.de
ſepulturis.c.ſuper cathedram.§.ſtatuimus.in fi. & innouata ꝑ
concilium Viēnenſe,de ſepulturis ſuper cathedram.aliàs,dudū
à Bonifacio Papa octauo prædeceſſore.in clem. Nec debet pri
mo abſoluere,quam pœnitentiam imponere, quia cum in pœ
nitentiæ impoſitione appareat tertia pars principalis materiæ
debitæ huius ſacramenti.ſ.ſatisfactio quantū eſt ex parte pec
catoris,ſine qua ſaltem in effectu non eſt perfectum huiuſmo
di ſacramentum,non pōt forma debita imponi per miniſtrū,
donec prius ipſa debita materia integre ſit peracta, Quæ in tri
bus.ſ.cordis contritione:oris confeſsione,& debita operis ſa-
tisfactione,ſaltem in effectu conſiſtat.argu.ſ. eo.ꝙ quidam.&
hoc notat Guil.de mon.lau.in d.c.ſuper cathedram. ſuper ver
31 bo audire:& Gen.ſuper verbo imponere.†Aut quæris de quar
to.ſ.vtrum eadem peccata,quæ quis confeſſus eſt fratri prædi-
catori,vel minori deputato ad audiendum confeſsiones,iuxta
formam conſtitutionis ſuper cathedram, quæ per Clemētem
quintum prorogata fuit ad Auguſtinenſes.& per Ioann.22.ad
Carmelitas,tenetur ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti.
& Archidiaconus dicit ꝙ ſic,de pœni.diſt. 1.iudicet.glo.ſi.idē
Cardina.in dicto cap ſuper cathedram.§.ſtatuimus.ver.ſi vero
ijſdem ſuper verbo concedimus.& hæc iterata cōfeſsio ſit nō
ex defectu ſacramenti, non quia peccata non ſunt dimiſſa, ſed
quia contempſit ſalubre ſtatutum huius concilij vt hic, niſi cū
iuſta cauſa ſubeſſet non confitendi proprio ſacerdoti ſecundū
Cardina.ibi:& de hoc prolixe tractantem.Sed Io.And. & Gen
cel.ibi ſuper verbo impartiri,contra,dicentes qđ abſoluti non
habebunt neceſſe vlterius confiteri proprio ſacerdoti. Nec ob
ſtat hæc decretalis,quia intelligit de illo qui alteri legitimè cō
feſſus non eſt, vt dicebat Benedictus in conſtitutione inter
cunctas.quod de facto tenetur vt verius. Aliàs poteſtas, & offi
cium huiuſmodi fratrū de modico vel nihilo operaretur,im-
mo forſan in quadā deriſione haberetur, cum pauci confite-
rentur eis, vidētes ſe teneri nihilominus ſacerdoti proprio ea
dem peccata confiteri,& ſic pluribus ea detegere,cum maiori
erubeſcentia & labore & cū duplici pœnitētia,quā vnā & ſim
plicem haberent,ſi ad ſacerdotem proprium accederent recta
via.Nam

via. Nam circuitus vitandus eſt, & fruſtra fit per plura, quod
poteſt fieri per pauciora.ff.de condict.indebi.l.dominus teſta-
mento.cũ concordan.ibi alleg. & q nimis emungit elicit ſan-
guinem prouerb.trigeſimo capite, quarta diſtincti.denique.

Super eo.c. Si quæris, vtrum quis teneatur peccata
mortalia ſtatim habita opportunitate cõ
fiteri, & vtrum teneatur confeſsionem factam iterare, diſtin-
32 gue.† Aut quæris de primo.ſcilicet vtrum quis teneatur pecca-
ta mortalia ſtatim habita opportunitate confiteri. Et quidam
dicunt, quod ſic, nec decreta.iſta excuſat eum quia intendit ar-
ctare tempus propter negligentiam hominum & non amplia-
re. Alij dicunt, communis, quòd cum ſit præceptum affirma-
tiuum non obligat, niſi pro loco & pro tempore. Eccleſia verò
in hoc præcepto potuit tempus determinare, cum ſit præce-
ptum diſciplinæ non naturæ. Vnde regulariter non tenetur ho
mo confiteri niſi ſemel in anno, ſcilicet in paſcha, quãdo etiam
neceſſe habet communicare vt hic.ſaluo eo quod legi. & nota.
extra de ſtatu reg.ne in agro.§.ſanè.in clemen. Et hanc opiniõ
nem beatus Thom.dicit eſſe probabiliorem. ſed Innocẽ.dicit
33 hic primam opinionem eſſe ſecuriorem. † Tamen in quatuor
caſibus ſecundum Petrum de Tarentaſia tenetur ante confite
ri. Vnus eſt ratione ſacramẽti, ſcilicet ſi vult communicare, vel
ordinem recipere, vel huiuſmodi. Secundus eſt, ratione pericu
li, vt ſi eſt in periculo mortis, & iſtos duos caſus et beatus Th.
ponit in ſcriptis, & quadam.q.de quolibet. Tertius eſt ratione
conſcientiæ, vt ſi dicat ſibi ſua conſcientia quod ſtatim teneat.
Quartus eſt ratione dubij, vt ſi non ſperat copiam confeſſoris
ſibi amplius & illo anno occurrere, vt ſi habet caſum de quo ſo
lus Papa poteſt abſoluere, & habet modo copiam pœnitẽtiarij
Papæ. Dicit etiam Tho.in q.de quolibet, q laudabile eſt quod
peccator peccatum ſuum, quàm citius poterit confiteatur.
Quandoque tamen poſſet dilatio meritoria eſſe, dummodo
non differat vltra annum, videlicet ſi ad hoc differret in pru-
dentiori confiteretur, vel deuotius propter ſacramentum tem
poris. De obligatione verò quę eſt ratione periculi legi. & not.
infrà.cap.proxim. Præmiſſa no.frater Ioan.in ſumm.confeſ.ti-
tul.iſto, rubricella de confeſsione & abſolutione. quæſtio.70.
vtrum peccata mortalia.& de hoc no.Aſten.libr.5.titu.de con
34 feſsionis tempore per totum. † Aut quæris de ſecũdo.ſ. vtrum
quis teneatur confeſsionem factam iterare; & videtur quod
non, vt de pœni.diſtin.1.c.quis aliquãdo.§.item illud. Sed con
tra de pœni.diſtin.1.quem pœnitet. Sed circa hoc dic ſecundũ
Pet.quod cõfeſsio eſt in remedium & in præceptum. In reme
dium, ſi quis vult iterum confiteri, bonum eſt ad maiorem gra
tiam, & remiſsionem citius obtinendam, vt dicit dictum capi.
quem pœnitet. non tamen tenetur per præceptum, niſi velit
poſtquam chirographus peccati quo ſe ſemel dyabolo obliga
uerat eſt ſolutus.22.diſt.c.2.15.q.1.non eſt.de pœni.diſt.1.me
dicina. Nam obligatio ſemel extincta &c.de pœni.diſt.7.ſi quis.
ff.de ſolu.l.qui res.§.aream. & eſt expreſſum de pœni.diſt.1.la-
uant lacrimæ §.non ita. vbi dicitur q non eſt neceſſe vt quæ ſe
35 mel ſacerdoti confeſsi fuerimus denuo confiteamur. † Sed hoc
fallit in quatuor caſibus in quibus tenetur iterare confeſsionẽ.
Aut propter defectum confeſſoris: aut propter defectum con
fitentis: propter defectum confeſſoris dupliciter: Aut quia de-
fecit ei clauis potentiæ, eo q non poteſt de peccato abſoluere,
& remittit eum ad ſuperiorem cum literis vel aliter.ar.33.q.2.
latorem.§.e.ſignificauit. quam tamen remiſsionem intelligas ſi
occultum eſt de conſenſu pœnitentis tãtum, non aliter.ar.22.
q.5.hoc videtur. Aut quia deficit ei clauis ſcientiæ: quia neſcit
diſcernere, nam tunc diſcretioni iterũ confitendum eſt vt hic,
& de pœni.diſt.6.placuit. Propter defectum confitentis dupli
citer. aut quia dimidiauit confeſsionem.i. quia ſcienter tacuit
aliquod mortale, de pœni.diſt.3.ſunt plures. Aut quia contẽpſit
ſeu neglexit ſatisfacere & oblitus eſt ſatisfactionem iniunctã.
Nam ſi ſciret & eam implere vellet non oporteret ob hoc con
feſsionem iterare, de pœniten.diſtinct.3.ſi Apoſtolus. cum præ
miſsis concordat frater Ioannes in ſumma confeſsionum eo.
titu.quæſtio.71. & gloſ.Guiliel.ſuper Rayn.in ſumm.eo.titul.
§.6 t.ſed nunquid. Sed ipſe Rayn.ibi, & Hoſtien.in ſumma eo.
titu.§.an peccata ponunt pro quarto membro caſum de eo qui
confeſſus eſt in propoſito non deſerendi, aliàs diſcernendi pec
catum, vt in dicto capitu.ſunt plures. & ſic poteſt eſſe quintus
caſus. Sextus caſus poteſt eſſe in caſibus in quibus ſecundum,
quoſdam peccata ſemel dimiſſa iterum redeunt, qui caſus non
videtur verus: vt 23.q.4.ſi illic.de pœniten.diſtinct.4. qui rece
dit.&.c.diuina clementia.de quo caſu vide plene per Hoſtien.
in ſum.eo titu.§.& vtrum peccata.

Super eo.c. in verſiculo ſuſcipientis. Si quęris, vtrum
ſacerdos poſsit dare corpus Chriſti ei
quem ſcit in peccato eſſe mortali: & vtrum aliquo caſu debeat
hoſtia non conſecrata pro conſecrata dari: & vtrum debeat da
ri ſuſpecto de crimine, diſtingue. Aut quæris de primo.ſ.vtrũ
ſacerdos poſsit dare corpus Chriſti ei quem ſcit eſſe in pecca-
36 to mortali, & tunc refert, † aut talis non petit euchariſtiam ſibi
dari, & tunc ſacerdos peccat in dando. Aut petit, & tũc aut pec
catum illius, qui ipſum petit eſt occultum: aut eſt manifeſtum,
37 † Si eſt occultum, tũc aut exigit in occulto, & tunc debet ſacer
38 dos ei denegare, & monere eum ne in publico petat. † Aut exi-
git in manifeſto: & tunc debet ei dare, vt patet de conſecratio-
ne diſtin.2.non prohibeat.argum.32.diſtincti. nullus.2.q.1.de
manifeſta.6.q.1.ſi omnia. & hoc propter quatuor rationes. Pri-
mo, quia pro peccato occulto pœnam publicam inſerẽs, eſt re
uelator confeſsionis, aut proditor criminis.ſ. de officio ordin.
ſi ſacerdos. Secundo, quia quilibet chriſtianus habet ius in pce
ptione euchariſtiæ, niſi illud per peccatũ mortale amittat. Vn
de cum in facie eccleſiæ non conſtet iſtum amiſiſſe ius ſuum,
non debet ei in facie eccleſiæ denegare, aliàs daretur facultas
malis ſacerdotibus pro libito punire maxima pœna quos vel-
let. Tertio propter incertitudinem ſtatus ſumentis, quia ſpirĩ
tus vbi vult ſpirat Ioan.3.19.quæſtio.2.duæ ſunt.ſ.de renunci.
niſi cum pridem.§.verum, verſicu.ſed dices.& de regula. licet
vnde ſubito poteſt eſſe compunctus, & peccato mundatus, &
diuina inſpiratione ad ſacramentum accedere. Quartò, quia
eſſet ſcandalum ſi denegaretur. Si peccatum eſt manifeſtum, de
bet ei denegare ſiue in occulto, ſiue in manifeſto petat, ſecun-
dum Thom.in vltima parte ſummæ.q.80.articu.7.argumẽ 2.
idem Albertus in libro de miſſa.in fine.& Petru.& Albertus in
ſcriptis diſtinctione.12.& frater Ioan. in ſumma confeſsio. ti
tulo. de ſacramento euchariſtiæ. quæſtio.78.vtrum ſacerdo-
tes &c. Idem notat Ioannes & Archidyacon. in dicto capitu.
non prohibeat.de conſecra.diſtinctio.2.pro dilectione. dicen-
tes, quod pro peccato occulto non debet ſibi denegari vt in pri
39 mis iuribus. † Sed pro notorio ſeu manifeſto & infami debet
denegari, vt in dicto.capi.pro dilectione. & 23.quæſti.5.placuit.
tales enim ſunt infames.vt.ff.de his qui no.infamia.leg.2.§.ait
prætor. Idem Ricardus.& Aſten.libro.4.tit.de vſu euchariſtię
articu.4.quæſtio.1.qui accipiunt hic manifeſtum non pro eo q
probari poteſt. Vnde ſi ſacerdos ſciret parrochianum ſuum in
crimine eſſe, quod legitimè contra eum poſſet probare, ita qđ
illud crimen neſcirent niſi duo vel tres teſtes, per quos hoc ꝓ
bare poſſet, non propter hoc debet euchariſtiam denegare illi
in publico petenti, quia iam inferret ei pœnam ante criminis,
probationem, quod fieri non debet. 11. quæſtione.3 eorum
qui. Sed accipiũt manifeſtum pro notorio. Et quod dictum eſt.
ſ.q occulto peccatori publicè petenti ipſam presbyter dare de
bet, intelligo ſecundum Aſten. quando petens eſt presbytero
ſubditus, aliàs ſecus, de conſecr.diſt.2.tribus.vbi præcipitur q
40 non de extraneo, de cuius conſcientia nihil conſtat. † Aut quæ
ris, de ſecũdo.ſ.vtrum in aliquo caſu debeat dari hoſtia nõ con
ſecrata: & dic ſm Thomam, & Petrum, & alios theologos, &
iuriſtas, q nullo modo danda eſt hoſtia non conſecrata ꝓ con-
ſecrata, tum quia in ſacramento veritatis non debet eſſe aliqua
fictio, tum quia mãducans adorat quod manducat, vt dicit Au
guſti. daret ſacerdos ei occaſionem Idolatrandi: Nam falſa ſunt
abijcienda remedia, quæ veris ſunt periculis grauiora, ſupra de
celebra.miſſa.de homine.hoc idem no.frater Ioann.in ſumma
confeſſ.titu.de ſacramento euchariſtiæ. quæſtio. 79.vtrum in
41 aliquo.& Aſten.vbi ſupra.quæſtio.2.† Aut quæris de tertio, ſci
licet vtrum debeat dari ſuſpectis de crimine: & tunç dic ſecun
dum Thomam, & Petr. vbi ſuprà, & fratrem Ioan. dict. tit.q.
80.vtrum debeat dari quod triplex eſt ſuſpicio. Quædam vio
lenta, quæ pro facto reputatur, vt ſi inueniatur ſuſpectus cum
ſuſpecta, nudus cum nuda, & ſoli in eodem lecto, vt ſuprà, de
præſumptio.cap.literis. & propter hãc debet negari. Quædam
probabilis, vt ſi inueniatur ſolus cum ſola, loquens tempore, &
loco ſuſpectis, & frequenter, & propter hãc non debet negari,
quia pœna infligitur vbi culpa ignoratur.argu.2.quęſt.1.Deus
omnipotens.ver.mala vero. Quædam leuis, vt ſi appareant ali-
qua ſigna, non tamen omnino certa, & propter hanc non debet
negari.argu.11.quæſt.3.in cunctis. Quandoq; ergo ſuſpicio eſt
violenta procedens ex publica fama, non debet dari nec in oc
culto nec in manifeſto. Si autem ſit ſuſpicio talis non ex publi-
ca fama ſed ſolius ſacerdotis: tunc debet dari in publico, ſed nõ
in occulto, ſicut ante dictum eſt quãdo crimen ſit. De alijs quæ
tangunt materiam euchariſtiæ, vide plene per fratrem Ioan.in

dicto tit. de ſacramento euchariſtiæ per totum. & per Aſten. in
titu. allega. de vſu euchariſtiæ. & 8. titul. præcedentibus, & duo
bus ſequentibus, & de impedimentis multis ſumptionis huius
ſacramenti, vide ibi in titu. de impedimentis vſos euchariſtiæ
42 per totum. † Et de ſex effectibus ipſius, vide ibi in titu. ſequen.
de efficacia euchariſtiæ in principi. Vnde Innocen. dicit eucha
riſtia liberat à malo, conſeruat in bono, delet venialia, cauet
mortalia. Huius etiam virtute ſacramenti vniuerſæ virtutes au
gentur, omnium gratiarum fructus exuberant. de hoc etiam
Thom. in ſumma.

Super eo. c. §. caueat. Si quæris vtrum, & quã
do aliquis poſſit reuela
43 re ea quæ in ſecreto ſunt ſibi dicta, vel reuelata, diſtingue. † Aut
quis reuelat ſacerdoti, vel alteri in confeſſione, conſilio, vel ſe-
creto talia quæ non ſunt de ſui natura peccata, vt quia reuelat
ſacerdoti ea quæ debet vel ſibi debentur: vel deponit penes ali-
quem pecuniam, quam ipſe depoſitarius recipit ſub ſigillo con
feſſionis. Et tunc dicit gloſſ. Guiliel. ſuper Rayn. hoc titu. §. 65.
de pœna ſuper verbo, peccata ſua. quod ſacerdos non debet ta-
lia recipere ſub ſigillo confeſſionis. Si tamen per indiſcretio-
nem ſuam ſic receperit, non tenetur celare, niſi per modum
conſilij, vel ſecreti. Et iura quæ puniunt reuelantes confeſſio-
nes non extenduntur niſi ad peccata. Vnde ſic authoritate Epi
ſcopi vel iudicis ſuper hoc poteſtatem habentis, compellatur
ſacerdos iurare, vel dicere veritatem de huiuſmodi debito, tali
ter ſibi reuelato, vel depoſitarius de pecunia penes ſe depoſita
tenetur vterque dicere veritatem, quocunque modo iuſte per
iudicem fiat inquiſitio, vel occupatio huiuſmodi debitorum,
aut rerum depoſitarum, vel quia ceſſit bonis ille cui debetur,
debitum, vel qui depoſuit, aut alia iuſta ratione confiſcãtur, vel
occupantur huiuſmodi bona, non obſtante quód per indiſcre
tionem ſub ſigillo confeſſionis talia ſunt recepta: Quia qui ſic
recepit de hoc caſu non cogitauit, vel cogitaſſet, vel etiam iu-
raſſet, quod non reuelaret: in huiuſmodi caſu illicitum eſſet iu
ramentum, nec eſſet obligatorium, nec etiam obſeruandum in
præiudicium iuris alieni. In iſta concluſione concord. beatus
Thom. diſtinct. 22. & Hoſtien. hic & frater Ioan. in ſumm. con
feſſ. hoc titu. rubricella de confeſſionis celatione. quæſtio. 28.
quid ſi aliquis. Si autem per poteſtatem, vel tyrannum requiro
retur iniuſtè huiuſmodi debitum, vel depoſitum, conſcius hu
ius debiti vel depoſiti requiſitus, deberet tacere, vel transferre
ſermonem ad aliud, vel reſpondere ſophiſticè ſecundum gloſ.
Guiliel. & fratrem Ioan. Aut quis reuelat ſacerdoti, vel alteri in
confeſſione, cõſilio, vel ſecreto talia quæ ſunt de ſui natura pec
cata, puta ſe habere pecuniã per furtum, vel rapinam, vel aliàs
cum peccato: & tunc, aut ſunt ſibi dicta, vel reuelata vt iudici,
44 aut vt ſacerdoti & Dei miniſtro, aut vt priuato. † Si vt iudici
tunc poteſt ea reuelare. vt. ſ. de cleri. per ſal. promo. c. vnic. vbi
Hoſtien. ſuper verbo ſecreto. ita intelligit illud capitu. Si vt ſa-
cerdoti & Dei miniſtro: tũc aut quæris vtrum liceat ſacerdoti
reuelare peccatum auditum in confeſſione, ſi illud etiam aliàs
ſcit extra confeſſionem, & tunc dicunt Petr. de Tarantaſia &
Thomas diſtinctio. 22. quod quamuis quidam dicant quod te
netur celare illud quod aliter ſcit, ſiue ante confeſſionem ſiue
poſt, alij autem dicant quod tenetur celare id quod ante ſciuit,
45 non id quod poſt. Itameo verius dicitur, quod ſolũ eo modo
quo ſciuit per confeſſionem debet celare, quod autẽ altero mo
do ſcit, poteſt & debet dicere ſi compellitur, non tamen debet
dicere q hoc audiuit etiam in confeſſione, ſed tantum ſic, ego
audiui vel vidi hoc. nihilominus propter ſcandalum vitandum
debet abſtinere, nec etiam de hoc loquatur, niſi neceſſitas im-
mineat. In his concordat Innocen. hic in fine & gl. ſuper Ray.
hoc titu. §. 62. pone quod aliquis. & frater Ioan. in ſumma con
feſſ. hoc tit. rubricella de celatione confeſſionis. quæſt. 93. vtrũ
liceat ſacerdoti. & frater Aſten. libro. 6. titu. de confeſſionis ſi-
gillo. q. vtrum ſciens. Aut quæris vtrum liceat ſacerdoti reuela
46 re peccatum quod ſcit in confeſſione tantum, & tũc aut quæ
ris vtrum confeſſor poſſit ipſum reuelare de licentia confiten-
tis, vt quia ipſum confeſſorem producit in teſtem, & dic q ſic.
vt. ſ. de ſimo. c. nemo. & de adulterijs. ſignificaſti ſecũdũ Hoſt.
& Ioan. And. ibi. & hic & in d. c. vnico. de cleric. per ſal. promo.
& ſ. de exceſ. præla. dilectus. vbi de hoc. & in hoc cõcor. Ber. ſ.
de teſtibus. c. nuper. glo. fi. in fi. & Goff. Ber. Innocen. Hoſtiẽ. &
Io. And. eod. tit. c. teſtimonium, in fi. & Ber. de excep. c. 1. gl. ſi
fuerit, & Goff. & Hoſt. & Io. And. ibi. & Hoſti. in ſum. de teſti.
§. 3. in fi. & Specu. titu. de teſte. §. 1. 4. col. verſi. item opponitur
q eſt criminoſus. & Archid. 50. diſtin. in capite. & Bar. Brix. &
Archi. 2. q. 7. ipſi apoſtoli glo. adde. Sic etiam notant, & Archi-
dia. 2. q. 5. quanto. gl. adde dicas quod vbi. Quod intellige vt no.
frater Io. in ſum. confeſ. hoc titu. rubricella de confeſſionis ce-
latione. q. c. vtrum ſacerdos &c. vbi dicit ſecundum Pet. de Ta
rantaſia & Tho. diſt. 23. aliàs. 33. q illud quod ſacerdos ſcit ſolũ
per confeſſionẽ, nullo modo debet dicere, ſed põt iſte qui con
fitetur ei etiam per alium modum, intimare, quod facit dando
licentiam vt dicat, & tunc põt dicere, Nihilominus debet ſcan
dalum vitare propter duo, namque tenebatur confeſſionẽ cela
re. ſ. propter ſacramentum quia quaſi de eſſentia ſacramẽti eſt
confeſſionem celare, & propter ſcandalum primum tollitur,
per licentiam confitentis, ſed ſecũdum nihilominus manet, iõ
vbi ſcandalum timetur non debet vti tali licentia. Ille autẽ cui
aliquando reuelatur peccatum ex aliqua cauſa de licentia confi
tentis, tenetur illud celare, ſicut dicit Tho. niſi fortè peccator
velit q ille abſolutè ſciat & libere. Aut quæris, vtrum poſſit ip
ſum peccatum reuelare ſine licentia cõfiteotis & tunc, aut pec
47 catum eſt committendum, aut eſt commiſſum, † Si committẽ-
dum, vt ſi confiteatur ſe velle hominem occidere, vel aliud ma
leficium committere, petens conſilium, & dicens, quod nõ po
teſt tentationi reſiſtere, tunc dicunt quidam vt Rodoff. q hoc
poterit ſacerdos reuelare his qui poſſunt pdeſſe, & non obeſ-
ſe. arg. 22. q. 5. hoc videtur. & q. 4. ſi aliquid. & ca. non ſolum. &
c. ſeq. 2. q. 1. ſi peccauerit. Alij vt Richar. Bononiẽ. Scotus. Tho.
Pe. & communiter alij theologi in ſcriptis ſuis, & frater Aſten.
tit. de confeſſionis ſigillo. verſi. ex prædictis. dicunt quod om
nino celare debet. vt hic & in d. c. dilectus. ſ. de offi. ordi. ſi ſacer
dos. In hoc dicit Hoſt. hic, nos dicimus quod quicquid poterit
bono modo circa hoc facere vt peccatum impediatur ſine ex-
preſſione perſonæ, & ſine proditione confitentis hoc faciat, vt
in primis concordantijs, proditionem vero confitentis quan-
tumcunque malum exinde poſſit ſequi, eidem non negamus,
vt in vltimis concor. Poſſet tamen dici in prædicto caſu cõtra
rium. nec. n. eſt vera confeſſio, vbi non confitetur peccatũ cõ
miſſum, ſed committendum, de quo nec pœnitẽtia dari poſſit
quod quilibet impedire tenetur, vt notari conſueuit. ſ. de iure
iu. quemadmodum. §. vlti. ĩ. 11. proximo ſi vere. & c. quanta. ff.
de pac. l. ſi vnus. §. pacta. ſecundum Hoſt. hic. Sed primam op. te
net Rod. de pœni. diſt. 6. ſacerdos. qui exponit ibi verba in tex.
confitentur peccata. ſ. iam commiſſa, non intelligas de cõmit-
tendis, quia ſi quis confiteretur ſacerdoti quód vult hominem
interficere, vel aliquid aliud iniquum operari, nõ tenetur ſacer
dos omnino celare, ſed tali perſonæ debet reuelare quæ poſſit
prodeſſe, & non obeſſe, vt in d. c. hoc videtur. Et in hanc ſenten
tiam videtur declinare Archid. ibi in glo. quid ſi confiteatur. in
fi. Et ad hoc bene facit quod no. Ioan. 2. q. 1. ſi peccauerit. ſuper
verbo proditorem. dicens, quod non eſt proditio reuelatio de
peccatu futuro, ſed de præterito. Credo quod confeſſor nõ te
netur celare hoc peccatum committendum in vi ſacramẽtalis
confeſſionis, quia ibi non eſt, ſed bene in vi ſecreti, vt dixi. ſ. in
primo membro, & hoc innuit dictum Hoſt. ſ. Et quod ſequit
48 ĩ. in verſ. ſi aliquod periculum. † Si peccatum eſt commiſſum,
quod in confeſſione reuelatur tunc, aut per talem confeſſio-
nem neſcitur aliquod periculum futurum, aut ſcitur. Si neſci-
tur tunc dicunt Petrus, & Thomas diſtinctio. 22. & frater
Ioannes in ſumma confeſſionum hoc titulo. rubricella de con
feſſionis celatione. quæſtio. 95. poſt hæc &c. quod ſacerdos in
omni caſu hoc celare tenetur vt hic. In ſacramentis enim il-
lud quod geritur exterius, ſignum eſt eius, quod geritur inte
rius. Nam ſicut Deus peccatum hominis tegit interius, ita
confeſſor debet tegere exterius, & ideo tanquam violator ſa
cramenti peccat qui reuelat. Et præter hæc ſunt multæ vtili
tates huius celationis, quia per hoc homines ad confeſſionem
magis attrahuntur, & ſimplicius peccata confitentur. Vnde
etiam ſi prælatus præcipiat alicui dicere crimen alicuius, quod
ſolum ſcit per confeſſionem, non tenetur obedire, nec excom
municatio propter hoc in eum lata teneret, nec in teſtem addu
ctus tenetur de hoc aliquid dicere, & poteſt iurare quod nihil
de hoc ſciat, quia non ſcit vt homo, ſed vt Deus. Et in hoc con
cordat Thom. in ſumm. c. quæſtio. articu. 1. argumen. 2. & fra-
ter Ioann. in ſumm. confeſ. titu. de rapto. rubricella de teſtibus
quæſtic. 185. vtrum liceat, dicentes, quod de illis, quæ homini
ſunt commiſſa in ſecreto per confeſſionem, nullo modo de-
bet teſtimonium ferre, qa huiuſmodi non ſcit vt homo, ſed tã
quã Dei miniſter, & maius eſt vinculum ſacramenti quolibet
hominis præcepto, quorum dictum poſui. ſ. de teſtibus coger.
dilectorum. in fine. Vnde quod plus eſt dicunt gl. Guilelmus
ſuper Ray. hoc tit. §. 35. ad aliud. & Rodolfredus & Archidia
conus, de pœnitentia diſtinctio. 6. ſacerdos. gloſſ. adde. Hugo.

credo

credit &c. ꝙ ſacerdos iudici quærenti etiam per iuramentũ po
teſt reſpondere, nihil inde ſcio omnino: quia ſubintelligitur vt
homo, vel nihil ſcio etiam per confeſsionem: quia ſubintelli-
git, nihil ſcio. ſ. tibi reuelandum, ſicut dicitur Marci. 13. de die
illa & hora nemo ſcit neq; angeli in cœlo neq; filius. & ſubintel
ligitur, ꝙ filius nihil ſcit ad reuelandum nobis. Et in hoc con-
cordat frater Ioannes in ſumma confeſsionum hoc titu. rubri
cella de confeſsionis celatione. q. 92. quid ſi iudex. & Aſten. lib.
5. titu. de confeſsione ſigillo. q. quid ſi presbyter. dicens etiã ꝙ
huiuſmodi quæſtio. ſ. quando expreſſe quæreretur de ſciẽtia ꝑ
confeſsionem contemnenda eſſet, & quærẽs tanq̃ tyrãnus ad
idolatriam, vel ad aliud mortale peccatum inducens obiurgan
49 dus, & ei eſſet in facie reſiſtendũ. † Et præmiſſa de celando con
feſsionem intellige ſecundum Innocẽtium, & Hoſtiẽſem hic
nedum ſi ſit ſacerdos cui peccator eſt confeſſus, ſed etiam ſi ſit
laicus cui peccator in neceſsitate cõſtitutus in foro pœnitẽtia
li confitetur, vt de conſecratione diſtinctio. 4. ſanctũ eſt. & no
tatur. s. de officio ordina. paſtoralis. §. præterea. Nam quamuis
talis non habeat, tamen in hoc Dei miniſter eſt, & omnino de
bet celare peccatorẽ, ſicut & ſacerdos. Nec ad teſtificandũ de-
bet cogi: quia quaſi eadẽ rõ eſt quæ in ſacerdote. argumentum
s. de conſtitutio. tranſlatorum. in hoc concordat Thomas di-
ſtinctione. 22. & frater Ioannes in ſumma confeſsionum. hoc
tit. rubricella de confeſsionis celatione. q. 96. quid cum quis. &
quęſtio. ſequ. Si aliquod periculum futurum ſciretur per talem
confeſsionem, vt de hæretico qui intenderet corrũpere, fidẽ
populi, vel de dãno aliquo temporali futuro, vel de cõſanguini
tate vel affinitate inter aliquos volentes matrimoniũ contra-
here, tunc dicunt Thomas, & frater Ioan. in di. q. poſt hęc &c.
ꝙ debet adhibere aliquod remedium quãtũ poteſt ſine reuela
tione confeſsionis, ſicut monendo eos qui confitentur vt deſi
ſtant, & alijs diligentiam apponendo ne corrũpantur per hęre-
ſim, vel alias damnificentur. Poteſt etiam dicere prælato, ꝙ dili
gentius inuigilet ſuper gregem ſuum, ita tamẽ ꝙ non dicat ali
quod per quod verbo vel nutu prodat confitentem. Et in iſta
concluſione concordat ſatis Hoſtienſis, hic & in ſumma. e. tit.
§. in quo tenetur. verſi. ꝙ ſi aliquis. & Archidyaconus de pœn.
diſtinctio. 6. ſacerdos. gl. pone ꝙ aliquis. Ray. tamen in ſumma
eo. tit. §. 62. verſicu. pone ꝙ aliquis. & gl. Guiliel. in §. 61. de pœ
na. ſuper verbo qui peccatum. & Innocen. hic ponunt opinio-
nes quorundam, ꝙ quando ex confeſsione ſcit aliquid vbi im-
mineret aliquod futurum periculum, ꝙ tunc poſsit reuelare ta
libus, qui poſſunt prodeſſe non obeſſe. argu. 22. quæſtio. 5. hoc
videtur. Sed hæc opinio omnino reprobatur à Tho. & Petr. &
alijs theologis, vt dicit frater Ioannes in dicta quæſt. poſt hæc.
& bene vt credo. Et not. ꝙ ſub ſigillo confeſsionis cadit pſona
cum qua confitens confitetur ſe peccatum feciſſe, quod dic vt
plene notat Aſten. lib. 5. tit. 20. de confeſsionis ſigillo. quæſtio.
50 vtrum ſub ſigillo confeſsionis. † Item nota ꝙ quilibet alius à
confeſſore audiens à propoſito, vel à caſu peccata confitentis,
ignorantis ꝙ alius à confeſſore audiret peccata ſua, tenetur ce
lare illa, & hoc ex præcepto iuris naturæ, & iuris diuini, & poſi
tiui, vt notat ipſe ibi in q. vtrum alius. Idem de illo cui cõfeſſor
reuelat confeſsionem alicuius ſi ſciat ꝙ ille qui dixit hoc ſibi,
neſciebat illud niſi per confeſsionem, vt no. ibi in q. vtrum ille
51 cui confeſſor. † Sequitur quãdo dicta, vel reuelata ſunt alicui in
conſilio, & ſecreto extra confeſsionẽ, vt priuato, & tũc poteſt
dici ꝙ ſi illud ſciat alter extra cõſilium, vel ſecretũ, vel ſi ſciat
ſolũ in ſecreto, & de licentia reuelat, vel ſine licentia, dũmodo
peccatum ſit committendũ, ꝙ poſsit illud reuelare, ſicut de cõ
feſsione dictum eſt per regulam ſi illud, de quo minus videtur
ineſſe & ineſt, & illud de quo magis. s. de electio. cum in cũctis.
in princip. cum ibi alle. Aliàs autẽ q̃ in caſibus prædictis refert
ſecundum Tho. in ſum. c. q. artic. 1. argu. 2. & fratrem Ioann. in
dicta quæſtione vtrum liceat. quia quædam ſunt homini ſub ſe
creto. Quando verò peccatum in ſecreto reuelatum eſt com-
miſſum, refert ſecundum Tho. in ſum. c. q. ar. 2. & fratrem Ioan
nem in dicta quæſtione vtrum liceat. quia quædam ſunt homi
ni ſub ſecreto cõmiſſa ſeu reuelata quæ ſtatim cum ad notitiã
hominis venerint hõ ea manifeſtare tenetᷣ, puta ſi pertinet ad
corruptionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem, vel in
graue damnum alicuius perſonæ, vel ſi quid aliud eſt huiuſmo
di quod quis propalare tenetᷣ, vel teſtificando, vel denunciãdo,
& contra hoc debitũ obligari nõ poteſt per ſecreti cõmiſſum,
quia in hoc frangeret fidem quam alteri debet. Quædam vero
ſunt talia quæ quis prodere non tenetur, & tunc nullo modo
tenetur ea prodere etiã ex præcepto ſuperioris, q̃a ſecretũ ſer-
uare, eſt de iure naturali. Nihil aũt poteſt præcipi homini con-
tra id quod eſt de iure naturali, & ſm hoc aliud eſt quando per
ſecretũ ſcitur aliquod periculum futurum, & aliud quãdo per
52 confeſsionem ſacramẽtalẽ, vt. s. dictum eſt. † Et poteſt eſſe ra-
tio, quia confeſsio ſacramentalis continet ſecretum quod eſt de
iure naturali, & continet ipſum fidei ſacramentum quod eſt de
iure diuino: ideo non mirum ſi aſtringat fortius ad celandum
quia duplex vinculum fortius ligat q̃ vnum. in auth. de conſan.
& affini. & vter. fratribus. §. j. collatio. 6. & s. de treuga & pace.
c. 1. in fine. Item lex diuina ſacramentalem confeſsionem indu
cens ſuperat omnem legem. 21. diſtinct. inferior. s. de maiorit.
& obedientia. cum inferior. cum concordantijs.

Super eo. c. & eod. §. Si quæris, quæ ſit pœna illicitè reuelantis confeſ-
ſionem ſecretum, diſtingue, aut quæris de reuelante confeſsio
nem, aut de reuelante ſecretum. Si de reuelante confeſsionem
53 & tunc, aut talis eſt ſacerdos, & tunc, † aut conuincitur de hoc
per confeſsionem in iudicio factam. s. de confeſ. capitul. fina.
vel per teſtes qui hoc audierunt ab eo publicè dicente & aſſe-
rente, ꝙ talis tale peccatum in pœnitẽtia ſibi confeſſus fuerat,
argum. s. de exceſsib. præla. q̃ ſit graue. Et tunc ſecundum hoc
olim imponebatur pœna de qua de pœn. diſtin. 6. ſacerdos. ho
die verò imponitur pœna iſtius. §. caueat. & illud per iſtud cor
rigitur. Vel poteſt dici ſecundum Hoſti. hic, & in ſum. eo. tit. §.
in quo. verſi. caueat. ꝙ omnibus diebus vitæ ſuæ peregrinando
pergit vt ibi dicitur. Intelligas tamen quãdiu eſt in pœnitentia
temporali, puta vſq; ad ſeptennium, vel decẽnium, vel plus, vel
minus ſecundum ꝙ eſt pœnitentia limitata. 30. quæſtio. 1. ſi
quis ſacerdos. Quo elapſo eſt in monaſterium detrudendus, vt
ibi perpetuam pœnitentiam agat, & ſic vnũ ius ſuppletur per
aliud. ff. de legibus. l. non eſt nouum. & ll. ſequent. Sic igitur eſt
talis ſacerdos finaliter ad exemplum pœnitẽtis ſimoniſci, vel
hæretici puniendus, vt. s. de hæreticis. cap. penul. & de ſimonia.
capit. quoniam. §. 1. in fi. Aut de hoc non conuincitur per con-
feſsionem, vel per teſtes, ſed cõfitetur ꝙ bene dicit quod talis
parrochianus ſuus tale peccatũ commiſerat, quòd ſi diceret
quod iſtud ſibi in cõfeſsione reuelaſſet, hoc penitus negat, & tũc
videtᷣ quòd niſi aliter conuinci poſsit per teſtes ſacerdos abſol
uendus ſit. Nã ſolus ſoli confitetur. vt. s. eo. in principi. nec ma
gis credendum eſt parochiano accuſanti, q̃ ſacerdoti neganti
imo eſt reus in dubio abſoluendus. 6. q. fina. actor. s. vt eccle. be
nefi. capi. vnico. E contra videtur. ſ. quòd in hoc caſu ſtandum
eſt verbo accuſatoris niſi ſacerdos probare valeat quod ad ip-
ſum aliunde peruenit. argumentum opt. 6. quæſtio. 2. ſi tantum
& ca. placuit. Tñ dic ſecundum Hoſtienſem, quod ex quo non
conuincitur hanc pœnam ordinariam non patietur, vt in iuri-
bus primis allega, ſed niſi probet quòd aliunde ad ipſum perue
nit, ſiue ipſum parochianum de crimine conuincere nõ poſsit
arbitrariè punietur, vt in ſecundis iuribus. argu. ff. de iniurijs.
l. eum qui nocentem. in hoc concordat frater Ioa. in ſum. con
feſsio. eo. tit. rubricella de confeſsio. celatione. quæſtio. 99. quę
54 ſit pœna &c. & Ioannes Andreas hic. † Aut talis non eſt ſacer-
dos, ſed eſt fortè laicus cui peccator in neceſsitate conſtitutus
in foro pœnitentiali confitetur, vt de conſecratione diſt. 4. ſan
ctum eſt. & no. s. de offi. ordi. paſto. §. præterea. qui in hoc dei
miniſter eſt, & oĩno debet celare peccatorem, ſicut & ſacerdos.
Nec ad teſtificandum debet cogi, quia quaſi eadem ratio eſt
quæ in ſacerdote, argumen. ſupra de conſtitu. tranſlato. Et ta-
lis ſi peccatorem prodat non poteſt habere locum pœna hu-
ius. §. cum nec ſacerdos ſit. Sed cum certa pœna ſcripta non ſit
contra talem, arbitrariè punietur ſuprà de offic. delega. de cau-
ſis. in fin. ſecundum Innocen. & Hoſtienſ. Et in hoc concordat
frater Ioann. hoc titul. in dicta rubricella. quæſtio. 97. vtrum
non ſacerdos &c. dicens etiam idem in non ſacerdotibus, qui
interdum in neceſsitate ſunt interpretes confitentis, qui te-
nentur celare confeſsionem. idem Aſten. libro. 5. titul. de con-
55 feſsio. ſigillo. ad fi. † Aut quæris de reuelante in ſecreto ſibi re-
uelatum extra confeſsionem, & talem credo arbitrariè punien
dum, vt in d. ca. de cauſis. lenius tamen quam in caſu proximo
præcedẽti, cum minus delinquat, licet vterque mortaliter pec
cet, & crimen proditionis incurrat.

1 *Romanæ eccleſiæ exempla ſequenda.*
2 *Membra capiti coaptanda.*
3 *Reſurgemus in iudicio corporaliter.*
4 *Reſurgemus in iudicio nudi.*
5 *Cadauera quare ſepeliuntur veſtita.*
6 *Eleemoſina diuiſio.*

7 *Spiritualia opera à quocunque facienda.*
8 *Monachus quomodo eleemoſinam faciat.*
9 *Vxor quomodo eleemoſinam faciat.*
10 *Eleemoſinam quomodo domeſticus faciet.*
11 *Eleemoſina cui facienda.*
13 *Eleemoſinæ faciendæ conſiderationes.*
14 *Eleemoſina de quibus rebus facienda.*
15 *Medici ægrotos emungunt.*
16 *Meretrix an eleemoſinam facere poſsit.*
17 *Illicitè tripliciter acquiruntur.*
18 *Eleemoſina qualiter facienda.*
19 *Eleemoſinæ faciendæ conſiderationes.*
20 *Eleemoſina an ſit ſub præcepto.*
21 *Pauperes facilius ſaluantur, quam diuites.*
22 *Eleemoſina aliquando iuſtè denegatur.*
23 *Indulgentiæ an ſæpius eodem die lucrentur.*
24 *Abſolutio à pœna & culpa ſolus Papa conceditur.*
25 *Cœleſtis ædificij columnæ.*
26 *Alæ ad volandum ad cœlum.*
27 *Indulgentiæ vltra concilium generale conceſſæ an valeant* 29.
28 *Priuilegio abutens id non perdit.*
30 *Electus ante conſecrationem an indulgentias concedat.*
31 *Indulgentia eſt mixtæ poteſtatis.*
32 *Capitulum ſede vacante an det indulgentias.*
33 *Papalis poteſtas an ſit penes cardinales mortuo papa.*

CVm ex eo. verſic.formam. Si quæris vtrū, conſuetudo Romanæ eccleſiæ
ſit ſequenda, & in quibus, diſtingue vt dixi ſuprà,
1 de conſuetu.cum olim.& de ferijs.quoniam.† Vnde dicit Hoſtienſis hic, q̄ ſequendum eſt exemplum
ſedis apoſtolicæ in huius formæ obſeruatione, vt hic in ſacramentorum exhibitione, vt ſuprà de tempo.ordinan.capitu.2.de hæreticis ad abolendam. infidelitatis,
iuramenti ſuffraganeorum receptione ſuprà de maioritate & obedientia.dilecti.in cauſarum diſtinitione ſupra de re iudi. in
cauſis.in morum obſeruatione, vt legitur, & notatur ſupra de
2 conſtitutio.ex literis.§.fin.† Et breuiter, & generaliter debēt ſ membra capiti coaptare.11.diſtinctione, quis neſciat.ſ.de præ
ſcript.cum non liceat.ſalua tamē ipſius ſedis prærogatiuè vſurpatione, vt patet in eo quod legitur & notatur.ſ.de transla. epiſcop.ca.1.de tempo.ordinan.c.1.

Super eo.c. verſic.quoniam vt ait Apoſtolus. hoc habet.2.ad Corinth.5.cap. & aliqualiter habetur ad Roma.13.Et ſi quæris vtrum homines poſt diem iu
3 dicij erunt veſtiti, diſtingue.† Aut quæris de veſtitu ſeu habitu intrinſeco, & eſſentiali, puta carnis, ſeu corporis humani, de quo habitu loquitur Apoſtolus, ad Philippenſes. 2. capit. ibi, & habitu inuentus eſt vt homo. Et conſtat, quod tales erunt veſtiti, vt patet in ſymbolo Apoſtolorum, & in ſymbolo Anaſtaſij.& primi ad Theſſalo.4.capi.ad Corinth.15.capitul.Iob. 19.
capi.xix, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meū. Et intellige de eadem carne in numero, quam geſſerunt in hoc mūdo, vt ibi & expreſsius.23.diſtinctio.capitul.qui Epiſcopus.ibi quærendum eſt etiam ab eo ſi credat huius, quā geſtamus carnis, & non alterius reſurrectionem.& ſ.de ſumma trinitate.c.
1.vltra medium ibi, qui omnes cum ſuis proprijs corporibus reſurgent, quæ nunc geſtēt &c. Hoc dico propter aliquos quos
4 vidi malè ſentire de iſto articulo.† Aut quæris de habitu ſeu veſtitu extrinſeco, & accidentali, & videt q̄ ſic, tum quia in eccleſia militante celebrantes & miniſtrātes ſunt inducti.ſ.de ſacramen.non iteran.capit.2.de celebra.miſſa.ca.ſanè.& per totū.de
conſecratio.diſti ct.1.veſtimenta. Tum quia clerici mortui induuntur veſtimentis ſacris.arg.14.quæſ.2.nullus.& no.Ioan.de
conſecratio.diſtinct.1.nemo per ignorantiam.gl.1. Tum quia Angeli ſemper apparent veſtiti, & Chriſtus in trāsfiguratione veſtitus apparuit Matth.17. veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix &c. E contra videtur q̄ debeant eſſe nudi, Exodi.
21. dicit de ſeruo hebræo qui ſex annis ſeruiuit filio Iſrael, q̄ in ſeptimo egreditur liber gratis, & cum quali veſte intrauit cū
tali exeat &c.& recitatur.7.diſtinct.in ſum.ſed nullus cū veſte intrauit mundum: ergo nec cum veſte exeat &c. Item quia in eadem forma erimus in quā fuit Adam ante peccatum, & etiā in meliori, ſed ante peccatum nudus fuit: ergo poſt diem iudicij nudi erunt homines: quod credo verū eſſe: quia tūc nulla deformitas erit in corporibus beatorum, quam oporteat tegi. Et

5 hæc quæ fiunt mortuis fiunt in figuram.† Omnes enim ſepeliri debent aliqua veſte induti, ad oſtendendum, q̄ indumento virtutum, & beatorum operum veſtiti ſunt repræſentandi domino ſecundum petr.& Hugo.& Archidya.in dicto.c. nemo
per ignorantiam gloſſ.antepenult. De damnandis verò non eſt cura, quia illi ibunt in ignem æternum, vt in ſymbolo Anaſtaſij. Et quia hic loquitur de ſpe, vide plene de ſpe, & de deſperatione per Aſten.libro.2. titul. de ſpe, & de charitate & odio,
vide ibi in titu.ſequen.

Super eo.c. §.cum igitur. Si quæris quis poſsit & debeat facere eleemoſinam, & cui poſsit &
debeat fieri, & de quibus rebus, quomodo, & qualiter, & quan
6 do eſt ſub præcepto, & quando non, diſtingue.† Aut quæris de primo.ſ.quis poſsit & debeat facere eleemoſinam: & tunc refert: quia quædam ſunt eleemoſinæ corporales puta ſeptē quæ his verſibus continentur: Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Quædam ſpirituales quæ his continentur verſibus: Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.de quibus dixi ſu
7 pra de ſpon.inter opera.diſtingue nunc. † Aut ergo quæris de eleemoſinis ſpiritualibus, & illas, quilibet ad hoc aptus debet & poteſt facere, ſicut alia opera charitatis ſuprà de teſti.in omni.& in dicto.capit.inter opera.de accuſationibus. ex parte.2.
quæſtio.1.ſi peccauerit. Et notabiliter dico quilibet ad hoc aptus.ſecus ſi eſſet inhabilis reſpectu eleemoſinæ largiendæ, vt religioſus vel ſecularis promotus ad ſacros ordines, vel alius inhabilis ad matrimonium contrahendum, qui illud opus charitatis de quo in dicto capitu.inter opera exercere non poteſt, ſuprà qui clerici vel vouen.per totum infra de voto.capit.vnico.
libro.6.de conſanguinitate & affinitate. capitu.vnico. in clem.
Aut quæris de eleemoſinis corporalibus: & tunc, aut quæris, vtrum quis poſsit & debeat eas facere pauperibus in extrema neceſsitate conſtitutis, & dic quòd ſic, vt infrà dicam quantuncunque ſit excommunicatus, vel peccator notorius.86.diſtinctio. non ſatis. in fin.quod dic vt not. Innocentius & Hoſtienſis, infrà de ſententia excommunicationis. cum volūtate.
8 ibi dicam.† Aut alijs, & tunc aut quæris de religioſis, & tunc ſi ſunt ſimplices non habentes adminiſtrationem, vel habentes inferiores cum Abbatibus aliàs vt in Abbatibus dic vt dixi ſuprà de tempo.ordinan.ad aures. Si ſunt Abbates, tunc dic idem quod in ſecularibus. Aut quæris de ſecularibus & tunc, aut quæris de vxore, aut de filiofamilias: aut de ſeruo, vel ancilla, vel alia
9 familiari: aut de alijs.† Si de vxore, tunc aut quæris vtrum poſſit & debeat dare eleemoſinam de licentia viri ſui, & dic quòd ſic: diſtingue vt notat Hoſtienſis in ſumma eodem titul.§.quibus & qualiter.ſub.§.quid de vxore. pro quo.ff. de donationibus.l.a.& de donatione cauſa mortis.l.tamen.§.1. Aut ſine licētia ipſius mariti: & tunc dicit Ioannes.33.quæſtio.5. quod deo pari.quòd non poteſt facere eleemoſinam ſine licentia viri de rebus dotalibus, quorum dominium eſt de iure naturali penes mulierem, de iure vero ciuili penes maritum.C. de rei vendicatione.l.doce.vnde rebus dotalibus intelligitur illud capit. quod
Deo pari. Sed de paraferna libus poteſt: cum quo ſatis concordat ibi Hugo.dicens, quod de rebus viri, vel de communibus, nō poteſt, de proprijs poteſt, etiam viro inuito.argumen.C.de pactis conuent.l.hac lege. Quod dictum eſt de proprijs ſeu parafernalibus, approbant Raymundus in ſumma de negocijs ſecularibus.§.item quid de de vxore.& gloſſa ibi, & Hoſtienſis in ſumma eodem titulo.§.quibus & qualiter.verſiculo, quid de vxore. De rebus autem viri, ſcilicet de pane & vino, & ſimilibus, quæ de bono & approbato more conſueuerunt ad diſpenſationem vxoris pertinere, poteſt & debet moderate dare pro Deo, informans ſibi conſcientiam, quod maritus debeat hoc ratum habere, quod ſibi non diſpliceat in corde, licet fortè hoc aliquando prohibuerit ore. Solent enim mariti facere talem prohibitionem vxoribus abſolute, vt ſic temperent eas non à toto ſed ab exceſſu, quando ſuſpicantur, debet etiam informare ſibi cōſciētiam ex calamitate & miſeria pauperis, de quo credit, quod ſi maritus eū videret ei porrigeret.arg.inſt.de obliga.
quæ ex delicto naſcūtur.§.placuit. Si aūt oīno & præciſè credit & dicit ſibi cōſcientia q̄ marito diſpliceret, & ſcandalizaretur inde ſi daret, nec pōt conſcientiā aliter informare: tunc nullatenus det cum ſcādalo mariti.ſic intelligunt dictū.c. q̄ deo pari.
quia nec votū pōt emittere ſine conſenſu viri.33.q.5.vna.&.c.
manifeſtū.& c.noluit.niſi videret pauperē famæ morientē: quia tūc poſſet eleemoſinā facere ſine licentia ſponſi ſui. Summiſtæ cū Ray.& Hoſt.concordāt Tho.in ſu.art.8.& in ſcriptis.& Albertus. Addit tū Albertus, q̄ ſi vxor nō habet res parafernales, ſi tamen eſſet lucroſa laboribus ſuis, vel plus, q̄ maritus, adhuc
poteſt

poteſt eleemoſinam dare. Si autem nec res paraſernales habet
nec eſt lucroſa, dicẽdum videtur q̀ non debet dare ſine cõſen
ſu viri ſui, niſi forte panẽ, & vinũ &c. quæ in quotidiano vſu
ſunt domus, & hoc moderate, & in his concor. frater Ioannes
in ſumma confeſsionum tit. de negocijs ſecularibus. rubricel-
la, vtrum de illicitè acquiſitis poſsit fieri eleemoſina. q. 28. ſed
10 quid de vxore? † Si quæris de filiofamilias, diſtingue, quia aut
dat de conſenſu patris, & hoc facere poteſt. ff. de colla. l. 1. & de
donatione cauſa mortis. l. iam is. §. 1. Aut ſine cõſenſu patris:
& tunc dicit Hoſtien. in dicto capitu. quibus & qualiter. ſub. §.
quid de filiofamilias. de caſtrenſi & quaſi caſtrenſi peculio po-
teſt facere eleemoſinam, nam quantum ad illud paterfamilias
cenſetur. ff. ad macedonianum. l. 1. §. fina. & l. 2. C. de inofficio
ſo teſtamento. l. fi. De aduentitio autẽ vel profectitio, quãuis
primum ſuum ſit quoad proprietatem, ſecũdum quoad ſpem
ſucceſsionis, & ſic intellige quòd quodammodo dominus re-
rum paternarum etiam viuente patre intelligitur, inſtituta de
hære. quali. & differen. §. ſui. nõ poteſt nec debet facere eleemo
ſinam niſi ſicut dictum eſt in monacho & vxore, & in his ca-
ſibus in quibus põt alias donare de quibus per Hoſtien. in ſum
ma de donationibus. §. quis poſsit donare. verſi. quod dixi &c.
& in hoc concordat Tho. in ſum. arti. 8. arti. 3. & Albertus in
ſcriptis. & frater Ioan. in ſum. confeſ. dicto titu. de negotijs ſe-
cularibus. rubricella verũ de illicite acquiſitis eleemoſina fieri
11 poſsit. quæſtione. 31. quid de filiofamilias. † Si quæris de ſeruo
vel ancilla vel alio familiari, tunc dicunt Tho. in ſcriptis vbi. ſ.
& frater Ioan. in dicta rubricella. q. 32. vtrum. ſeruus &c. quod
de iſtis. dicendum eſt ſicut de filiofamilias dictum eſt. ſ. quòd
non poſſunt eleemoſinas dare de rebus dominorum ſuorum
ſine eorum conſenſu, niſi panem & huiuſmodi quæ non infe-
runt ſenſibile damnum, ſeu nocumentum, qui & ſi ſit diſpenſa
tor rerum, non tamen ponitur diſpẽſator quaſi poteſtatem ali-
quam in re domini habens, ſed quaſi tractãs eam ad vtilitatem
domini, de precio aũt ſui ſeruitij conſtat quòd poteſt eleemo
ſinam dare quando vult & quantum vult. Si quæris de alijs dic
12 quod illi poſſunt & debent, vt hic. † Aut quæris de ſecundo. ſ.
cui poſsit & debeat fieri eleemoſina, & tunc aut quæris de ele
emoſinis ſpiritualibus & illæ poſſunt & debent fieri omnibus
ad hoc capacibus & idoneis. vt in d. c. inter opera. Aut de cor-
poralibus & tunc aut quæris de pauperibus in extrema neceſ-
ſitate conſtitutis, & illis fieri debẽt de neceſsitate præcepti, vt
ſtatim dicam. 86. diſt. paſce. & hoc nedum bonis ſed etiam ma
lis. ita intellige Mathæi. 5. qui autem petit à te, da ei. & Lucę. 6.
omni petenti te tribue. iuxta quod etiam dicitur Lucę. 11. &.
12. quæſtio. 1. quia tua. quod ſupereſt date eleemoſinam & ec-
ce omnia munda ſunt vobis. Expone qui petit à te. ſ. ex neceſ-
ſitate & indigẽtia, da ei. ſ. ex charitate & beniuolentia. Et quod
dicitur ad rom. 12. & 23. quæſtione. 4. c. hæc autem. ſi eſurierit
inimicus tuus ciba illum. ſi ſitit potũ da illi. Et intelligitur hoc
præceptũ de his quæ iuſtè & honeſtè dari poſſunt, res autem
quæ eſt neceſſaria, ita quod nullo modo ea carere poſſum, non
poteſt dari honeſtè. Res vero aliena non poteſt iuſte dari. Et
nota quod licet proprie loquendo nullus poſsit ſibiipſi eleemo
ſinam facere cum eleẽmoſina ſit opus miſericordię, quæ miſe
ricordia non eſt propriè ad ſe. Tamen ex perſona alterius po-
teſt ſibi forte eleemoſinam facere, vt cum quis eleemoſinarũ
ponitur diſtributor, poteſt & ipſe accipere ſibi ſi indigeat eo te
pore quo alijs adminiſtrat. Sed quia ad ſubueniendum ſibi in
corporalibus, natura ſatis inclinat, ideo de hoc non oportuit
dari præceptum, ſed ſolum de ſubueniendo animæ, ad quod nõ
multi inclinantur, vnde dicitur eccleſiaſtici. 30. Miſerere ani-
mæ tuæ placens Deo. hoc notat Aſten. lib. 5. titu. de eleemoſina.
articu. 6. Aut de alijs quam de ribaldis quotidie ludentibus ad
aſardum, & illis fieri poteſt & debet vt hic. Diſtinctione tamẽ
habita inter illos qui petunt eleemoſinam ex debito vt prædi-
catorũ, & prælati, qui ſi ſint noti eis & conſtet eos miſſos ſunt
recipiendi, alias ſunt primo examinandi, an tale officium
ſit eis commiſſum. Et illos qui petunt pro ſuſtẽtatione corpo
ris, quo caſu ſi poteſt omnibus ſufficere, omnibus dare debes.
42. diſt. quieſcamus. ad idem actuum. 4. & 12. diſt. ca. ſi qui ve-
13 ro. ibi diuidebant autem ſingulis prout cuiq; opus erat. † Si nõ
potes omnibus ſufficere, tunc dicit Ambroſius nouem eſſe cõ
ſideranda. ſ. cauſam. fidem, locum, tempus, modum, neceſsita-
tem, ſiue ſanguinis propinquitatem, debilitatem, ætatem, con
ditionem, ſiue nobilitatem, quod dic plene vt legi. & nota. in
d. c. quieſcamus. glo. ergo omnibus. & 86 diſt. non ſatis. & ple
niſsime per fratrem Ioan. in ſumma. confeſ. titu. de hoſpitali-
tate. q. 6. quibus danda ſit eleemoſina. † Aut quæris de illis ribal-
dis qui ludunt quotidie ad aſardum, & talibus non debemus fa
cere eleemoſinam, argumento. C. de mendicantibus validis. ex
tra ciuitatem expellen. l. vnica. libro. 11. 42. diſtin. quieſcamus.
86. diſt. qui venatoribus. vt hoc no. Bernardus & Archidiaco
nus. 23. q. 4. nimium. Quod intelligo verum de illis eleemoſi-
nis quæ tendunt ad alimenta ſeu ſuſtentationem corporis, ſi-
cut eſt paſcere, potare, veſtire, & hoſpitare. Nam cum ſint im-
meriti dignum eſt vt egeſtate laborent. ff. depoſi. l. bona fides.
Secus de alijs vt viſitare infirmum, redimere captiuum, & ſe-
pelire mortuum cum eccleſia redimat, & ſepeliat omnes ta-
les. 10. q. 1. hoc ius porrectũ. 12. q. 2. aurum. ĩ. de ſepult. per to-
14 tum. † Aut quæris de tertio. ſ. de quibus rebus fieri poſsit & de-
beat, & tunc aut quæris de rebus licite acquiſitis, & de illis re-
gulariter fieri poteſt vt hic. Vnde Tho. 12. eleemoſina à mor-
te liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam
æternam. qui autem faciunt peccatum & iniquitatem hoſtes
ſunt animæ ſuæ, & prouerbio. 13. redẽptio animæ ſuæ viri di-
uitiæ ſuæ. nota tamen quòd indignum eſt dare Deo, quod de-
dignatur homo. 49. diſtinct. c. vltimo. Aut de rebus illicitè ac-
quiſitis, & de illis vide quod dixi. ĩ. de deci. peruenit. diſt. 1. verſic.
Aut quæris de iniuſte & illicitè &c. de hoc etiam notat Ber.
eo. tit. ex tranſmiſſa. & . ĩ. de verbo. ſignificatio. c. cauſa carpen-
ſis. & Ioan. 1. quæſtio. 1. non eſt putanda. gl. hic dicitur vbi Ar-
chidya. in gloſ. adde. Circa hanc materiam ſic diſtingue breui-
ter, quæruntur aliqua aliquando licitè: aliquãdo illicitè. Si licitè,
aliquãdo à bono, ex talibus bene acquiſitis poteſt eleemoſinas.
licitè facere. 14. q. 5. eleemoſina. Aliquando à malo, & tunc nõ
ſunt ei eleemoſinæ vitæ æternæ meritoriæ. 14. q. 5. ſcriptũ eſt.
Expedit tamen agere illud conſilium interim, quicquid boni
potes age, vt dominus cor tuum illuſtret ad pœnitentiam. de
pœni. diſt. 5. falſas. Si illicite, aut nõ ſunt in bonis alicuius domi
ni talia illicitè acquiſita, puta cleric⁹ vel Epiſcop⁹ vel monachus
deditus venationi, ex venatione aliqua acquirit cõtra ea quæ
leg. & not. ĩ. de cleri. venato. per totum. & extra de ſtatu mo-
nacho. ne in agro. § porro. in clementi. & eo caſu ex iſtis illicitè
acquiſitis poſſunt fieri eleemoſinæ. Aut ſunt in bonis alicuius
domini, & tunc, aut acquiruntur inuito domino, quo caſu nullo
modo poteſt facere eleemoſinas. 14. q. 5. forte. & in hoc caſu
concurrunt vis compulſiua, & vis ablatiua, & ſic eſt vſura ſecũ
dum quoſdam. Aut domino ignorante, quo caſu nec eleemo
ſinam facere poteſt. 14. q. 5. immolans. in hoc membro cadunt
quod res inuentas non habitas pro derelicto abſcondunt. 14.
quæſt. 5. ſi quid inueniſti. Aut domino tradente, & tũc, aut ver-
ſatur turpitudo ex parte accipientis tantum, quo caſu non po
15 teſt accipiens eleemoſinam facere. † In hoc membro ſecundũ
quoſdam cadunt vſurarij, & aduocati exigentes immenſa ſala
ria & immoderata, ſic & medici qui emũgũt ægrotos q de fa
cili curari poſſunt, ſic & officiales qui per immoderatã impro
bitatem plurima extorquere ſolent. 14. q. 5. non ſane. Aut ex
parte dantis tantum vt quod datur meretrici, & hoc accipiens
eleemoſinas facere põt. Aut vtrunq;, vt in pecunia ſimoniacę
acquiſita, quo caſu non contingit eleemoſinã fieri. vt in dicto.
c. non eſt putanda. In hoc membro cadunt data iudici propter
iniuſtum iudicium. 11. q. 3. c. non licet. Sic & data teſti propter
16 iniquum teſtimonium. 14. q. 5. non ſane. † Sic ſecundum quoſ-
dã & data meretrici vt ſe ſtupro ſupponat, quo caſu ſecundum
eos etiam poſt pœnitentiam meretrix ex ſic quæſitis eleemo
ſinam facere non poteſt, iuxta illud deuteronomij. 23. non of
feres mercedem proſtibuli. Alij dicunt quòd poſt pœnitentiã
poteſt, dicunt quòd illa auctoritas locum habet quãdiu mere
trix eſt in peccato mortali, ſiue in proſtibulo. Alij dicũt quod
ex tam turpi quæſtu non ſunt oblationes faciendę, poſſunt ta-
men inde fieri alię eleemoſinę. Sic non licuit triginta denarios
mittere in corbanam, quia precium ſanguinis erant, ſed licuit
agrum figuli emere in ſepulturam peregrinorum, hęc Archid.
ibi circa hoc etiam diſtinguit Ray breuius in ſumma titu. de
negocijs ſecularibus. §. 7. Item quæritur & Tho. in ſum. q. arti.
7. & in ſcriptis ſuper quarto ſententia. diſtinctio. 15. & Petrus
& Albertus ibidem cum quibus concordat frater Ioannes in
ſumma confeſsio. de negocijs ſecularibus. q. 21. vtrum de illici
17 tè acquiſitis. † Dicentis quòd tripliciter poteſt aliquid eſſe illi
citè acquiſitum. Vno modo quòd illicitè acquiſitum debetur
ei à quo eſt acquiſitum, & de tali cum teneatur ad reſtitutionẽ
fieri eleemoſina non poteſt. hoc idem notat Innocen. in dicto
capit. ex tranſmiſſa. ita etiam poteſt intelligi quod ipſe not. in
dicto. c. cum voluntate. gloſ. 3. & Hoſtien. poſt eum. Alio mo
do quis ille qui acquiſiuit non poteſt retinere, nec tamen de
betur ei à quo acquiſiuit. quia. ſ. contra iuſtitiam accepit, &
ille

tur priuilegio non perdit illud, licet mereatur perdere vt ibi ſe
cundum Archidya. & Ioan. Andre. in d. c. fina. idē tenet Aſten.
lib. 5. tit. 39. de indulgentijs. art. 3. verſi. ſi tamen Epiſcopi. vbi
etiam dicit quod qui indulgentiam recipit, illam alij dare non
poteſt, & de materia huius. §. vide quod notat Hoſtien. in ſum
ma eo. titu. ſub rubrica de remiſsionibus. §. quis poſsit facere.
Et nota ſecūdum Hoſtien. hic quod ſi metropolitanus & Epi-
ſcopus diœceſanus ſimul conueniant ad vnam baſilicam dedi-
candam. i. conſecrandam, & quilibet ipſorum annum dederit,
vnuſquiſq; ſubditorum Epiſcopi biennium reportabit, & ſin
guli de prouincia annum tantummodo reportabunt, vt patet
hic, & in eo quod legi. & nota. ſ. eo. quod autem. & . j. c. t. idem
videtur tenere Guliel. j. eo. c. fina. glo. vlti. libro. 6. Sed Ioannes
Andreas hic & ibi contra per hanc literam. Item quia ſequere
tur quod ſi omnes Epiſcopi prouinciæ conuenirent ad illā con
ſecrationem, & quilibet daret annum, & Archiepiſcopus, an-
num, quod quilibet prouincialis haberet biennium contra mē
29 tem huius literæ, & hoc tutius. † Item nota ſecundum Specu-
latorē in quarta parte hoc titulo, alias eſt Rubrica de eleemo-
ſinis colligendis. §. ſciendum. in fine. verſicu. quid ſi ipſe &c. &
Vincen. hic, & Ioannem Andream poſt eum, & Guliel. j. eo.
tit. c. vltimo ſuper verbo conceduntur. libro. 6. quòd Epiſcopus
vel Archiepiſcopus concedens indulgentiam generalem pro-
pter aliquod opus meritorium non conſequetur illam indul-
gentiam nec erit particeps ipſius remiſsionis licet faciat factū
illud ſicut & alij. argumen. C. ne quis in cauſa ſua ius ſibi dicat.
l. vnica. & de ſolutio. inquiſitio. ff. loca. & conducti. l. qui inſulā.
§. vltimo. Ad idem. ſ. de inſtitutio. capit. fina. de baptiſ. debitū.
& hoc ſecundum Guliel. expreſſe probatur. ſ. eo. quòd autem.
Sed quidam theologi vt Petrus in quarto ſuo. & Thomas &
Aſten. lib. 5. tit. 39. de indulgentijs. arti. 5. q. vtrum indulgentia,
dicunt quod ſi non prodeſſet indulgentia ipſi concedenti, iam
contingeret quod eſſet deterioris conditionis quam alij ſibi
ſubditi, quod eſſet inconueniens. Et ideo dicunt quod quam-
uis Epiſcopus non poſsit ſibi dare indulgētiam primo & prin
cipaliter & directè, vt. ſ. eodem, ꝙ autem. poteſt tamen vti in
dulgentia alijs data ſub eadē forma & ſic ſibi ſicut & alijs pro-
deſt, pro quorum opinio. bene facit. ff. de pactis. l. cum in eo. de
adminiſtratione tutorū. l. cum hæreditas. de his quibus vt in-
dig. l. poſt legatum. §. ſunt qui putant. & l. tutorem. C. de con-
trahenda emptione. l. cum ipſe. j. de præben. hi qui. §. 1. libro,
6, melius. ff. de in ius vocando. l. ſed ſi hac lege. §. 5. & quod no-
tat ipſe Guliel. j. de conſtitutioni. vt animarum. gl. hic habes ꝙ
Epiſcopus verſi. idem credo ſi ipſe Epiſcopus. & de ſenten,
excommuni. romana. §. porro. ſuper verbo fecerint. lib. 6. vbi
tenet quod in ſtatuto pœnali excommunicationis comprehen
duntur Epiſcopus ſtatuens, & eius ſucceſſor, ſi qua velint ergo
idem & multo fortius in ſtatuto fauorabili indulgētiæ, ſeu re
miſsionis. argumento. j. de regulis iuris. c. odia. libro. 6. & in cō
30 cordantijs ibi allega. Quæ opinio eſt æqua & pia. † Et vtrum ele
ctus confirmatus, non conſecratus, & ſi ſacerdos non ſit, has
ſolennes indulgentias dare poſsit, videtur quod ſic, cum ſint iu
riſdictionis. ſ. eo. quod autem. quam ille habet. ſ. de electioni.
transmiſſam. hoc tenet Thomas & Aſten. lib. 5. titu. 39. de pœ
nitentijs. arti. 3. q. vtrum aliqui. Sed contra ſecundum quoſdā
ſunt Epiſcopalis ordinis, & procedunt ex poteſtate clauiū, &
per eas pœnitentiæ eneruantur, vt hic. Hoſti. ſ. de excel. præla.
accedentibus. dicit quod hoc non poteſt, cum caret Epiſcopa-
li & ſacerdotali ordine, ſicut Epiſcopus qui renunciauit oneri
caret iuriſdictione. ſ. de ordi. ab Epiſcopo. c. 1. Duo vero im-
perfecta facere poſſunt vnum perfectum, ita quòd ſi alius Epi
ſcopus ad eccleſiam talis confirmati deſcendat de ipſius licen
tia poterit ſuis ſubditis indulgentias date ſicut, & illos poſſet
31 ordinare. de hoc. ſ. de electio. ſuffraganeis. † Et ſic ſecundum eū
indulgentia eſt mixtæ poteſtatis. s. quia partim accedit ad ordi
nem, partim ad iuriſdictionem. Fatetur tamen quod de cōſue
tudine electi non presbyteri has indulgentias etiam presbyte
ris faciendas committunt, maxime quando prædicant. Ipſe ta-
men dicit quod in non ſacerdote irrationabilis ſibi videtur hæc
conſuetudo, cum fori ſacerdotalis ſit pœnitentias imponere,
& diminuere, quod idem eſt in effectu quòd indulgentias dare.
Ioannes Andreas dicit in d. cap. accedentibus. & Frāciſcus ver
cellis in decretali, at ſi clerici. de iudicijs, tractans hanc quæſtio
nem tenet quod confirmati in Epiſcopos etiam ſi ſint presby
teri indulgentias dare non poſſunt, dicens, quod & ſi dicatur ꝙ
dare indulgentias non ſit ordinis Epiſcopalis, negari non po-
teſt quin ſit ordinis ſacerdotalis. Illas autem ex quo in Epiſco
pum confirmatus eſt vt ſimplex ſacerdos concedere nō poteſt
p decretalē quod ſicut. de electione. & ne videatur decreſcere.
ſ. de tranſla. licet. 93. diſtinctione. legimus. Et eadem ratione
dicit idem de benedictione fontium, & de vnctione infirmo-
rum, & ſimilibus, inducit etiam quòd vbi Papa de indulgētijs
loquitur de Epiſcopis mentionem facit vt hic, & . j. c. proxi-
mo. & ſic non de electis. Nec obſtat illa decreta. accedentibus.
in fine. quia ſecundum eum non dicitur ibi quod talia per inſe
riores præſcribi. quod ſi diceretur, procedat illud in Abbatibus
qui poſſunt presbyterale officium exercere, ſed confirmati in
Epiſcopos id non poſſunt, vt dictum eſt. Sed Ioannes Andreas
dicit ibi quòd licet de Archiepiſcopo non habente pallium ha
beamus quòd impeditur etiam in officio Epiſcopali, vt nota.
in allega. capit. quòd ſicut. tamen de Epiſcopo vel Abbate non
habemus quòd ante cōſecrationem vel benedictionem impe
diatur in officio presbyterali, non habet hoc rationē, alias nec
euchariſtiam conficere poſſet. & facit. 74. diſtinctione. geſta. &
32 c. honoratus. † Ex prædictis videtur quod capitulum ſede vacā
te non det literas indulgentiarum, licet quidam ſeruent cōtra
rium ſecundum Ioannem Andream ibi. idem Archidyaconus
j. eodem titulo, capitu. romana. gloſa penultima. libro. 6. vbi te
net opinionem prædictam Hoſtien. Ipſe tamen Hoſtiē. tenet
in ſumma. eo. titu. §. quis poſsit. in fine. primam opinionem, di
cens quòd poteſt dici quod electus confirmatus licet nōdum
conſecratus tales indulgentias concedere poteſt, licet hoc fa-
cere non debeat, cum quo concordat Speculator eodem titu.
§. ſciendum. verſi. ſed nunquid electus. Tu vero dic vt. ſ. Item
notant Vincentius & Ioannes Andreas hic de pœnitentia in-
iuncta per Epiſcopum non poſſe ſacerdotem remittere. Sed
econtra ſic. Item papam vel Epiſcopum non poſſe ſibi remit
tere pœnitentiam ſibi per ſacerdotem iniunctam ſine illius au
ctoritate. j. eo. capit. fina.

Super eo. c. in fine. Si quæris vtrum Papa mor
tuo iuriſdictio papalis ſit pe
33 nes cardinales. † Hoſti. hic de hoc prolixe tractās, tenebat quòd
ſic, cuius opinionem tenebat Garſi. j. de electionibus. cupien
tes. §. quòd ſi per viginti. lib. 6. & Cardina. j. de ſentē. excō. ſo
let. glo. 5. eo. lib. 6. quod hodie corrigitur extra de electio. ne ro
mani. in clemen. quod dic vt ibi per Ioannem Andre. & alios.

1 *Archiepiſcopus an ſit iudex in foro contentioſo ſubditorum ſui ſuffraganei.*
2 *Archiepiſcopus an in pœnitentiali foro ſit iudex ſubditorum ſuffraganei ſui.*
3 *Archiepiſcopus portat crucem per ſuam prouinciam.*
4 *Præpoſitos animæ tres habemus.*

NOſtro poſtulaſti certificari.
Si quæris vtrum Archiepiſcopus ſit iudex ordina-
1 rius ſubditorum ſuffraganei ſui, diſtingue. † Aut in
foro iudiciali ſeu cōtētioſo. & dic quod non, niſi in caſibus no
tatis per Bernardum. ſ. de officio ordinarij. paſtoralis. in gloſ.
Eſt tamen iudex ordinarius & c. Et plenius per Hoſtiēſem ibi,
& per Cardinalem. j. de ſupplen. negligentia prælatorum. capit.
romana. libro. 6. vbi ponit viginti vnum caſus, & verſus quos
etiam ponit Hoſtienſis in ſumma. de officio ordi. §. quid perti
net. ſub. §. ſunt autem diſtinctè. Ad hoc concordat quod notat
Ioannes Andreas. ſ. de filijs presbyterorum. ad extirpādas. vbi
quærit, cum metropolitanus viſitat prouinciam, an poſsit di-
ſpenſare dicēs, quòd Vincentius dicit quòd poteſt id quod po-
teſt ordinarius, pro quo facit. c. iſtud. & . j. de cenſi. c. vltimo. li-
bro. 6. Sed iſta loquuntur in his quæ reſpiciunt forum pœnitē
tialem, diſpenſationem ergo cum illegitimis, vel his ſimilē, nō
puto quòd facere poſsit, cum non ſit permiſſum ſecundum Io
annem Andream ibi. & facit quod ipſe notat. j. de tempo. ordi
nando. cum nullus. gl. non dicit in nouella. Et adde quod dixi. ſ.
2 de officio legati. c. 1. † Aut quæris in foro pœnitentiali, ſeu quo
ad forum pœnitentialem, & videtur quod ſic, per hoc ꝙ Archi
epiſcopus per ſuam prouinciam remiſsionis literas poſsit con
cedere generales vt hic. Certum eſt autem quòd Archiepiſco-
pus non poteſt facere remiſsiones, niſi in ſuis ſubditis. ſ. eodē.
quòd autem. Aut alius ſeu alijs de voluntate ipſorum prælato-
rum vt ibi. Ergo ſubditi ſuffraganeorum ſuorum, quātum ad
hoc ſunt ſubditi Archiepiſcopi, vt notat Archidyaconus. 9.
quæſtione. 2. capi. 3. gloſſa adde, vbi de hoc &c. Qui tamen ta-
lem iuriſdictionem non credit extendi ad abſolutionem excō
municationis minoris, quod colligitur. j. tit. 1. capitulo nuper.
§. in ſecundo. vbi patet quod licet quærens quæſierit de Archi-
epiſcopo

episcopo an haberet poteſtatem abſoluēdi in hoc caſu, tamen
Papa in reſponſione quam fecit ad hoc ſubticet ipſum Archi.
epiſcopum. Per quod patet, quod Archiepiſcopus talem pote
ſtatem non habet. Alias ita reſpondiſſet Papa quærenti de Ar-
chiepiſcopo, ſicut de Epiſcopo, & proprio ſacerdote. argumē-
to. ſ. de decimis. ad audientiam. Et facit ad hoc optime, ſum-
pto argumento à contrario ſenſu. j. de cenſi. perpetuo. §. fina.
lib. 6. vbi dicitur quòd Archiepiſcopus dum viſitat, poteſt cō
feſsiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, ac abſoluere cō.
fitentes, & ipſis pœnitentias iniungere ſalutares, quaſi dicat
non alias, Cum regulariter non ſit iudex animarum ſubditorū
ſuorum ſuffraganeorū, & ſic illas nō poteſt abſoluere vel liga
re. ſ. eo. omnis. ſecundum Archidiaconum ibi, & in dicto. cap.
5 perpetuo. glo. finali. & hoc teneas. † Poteſt etiam Archiepiſco
pus per quæuis loca etiam exempta ſuæ prouinciæ crucem fa
cere portari ante ſe, benedicere populo, diuina officia etiam in
pōtificalibus celebrare, & in ſua præſentia facere priuatim vel
publicè celebrari, qđ dic vt legitur & nota. extra de priuileg. c.
4 Archiepiſcopo. in clementi. † Et nota quemlibet habere tres
qui præſunt animę, Papam cum ſuis vicarijs, Epiſcopum cum
ciuitatenſi Archipresbitero in hoc eius vicario, & curatum pa
rochialem. ſ. eo. omnis. ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andre. ſ.
de offi. archipresby. c. officium. Et licet Inno. & Abbas ibi in-
telligāt quod Archipresbyter poſsit abſoluere de caſibus Epi
ſcopo reſeruatis, tamen dicit Hoſti. quod ſine ſpecial. commiſ
ſione Epiſcopi Archipresbyter in illis non abſoluet, ꝙ Ioan.
Andr. credit ibi verum per. c. ſi Epiſcopus. j. eo. lib. 6.

1 *Prælati confeſſorem ſibi eligunt.*
2 *Epiſcopus an diuerſos eligat confeſſores.*
3 *Vicarius Epiſcopi an det licentiam confeſſorem eligendi.*
4 *Electio an vnica vice conſummatur.*

NE pro dilatione pœnitentiæ
periculum. Breuiter intelligas iſtud. c. quòd Epiſco
pi, & ſuperiores etiam non exempti, & inferiores
Epiſcopis exempti in occultis peccatis etiam grauibus, & pu-
blicis leuibus, poſſunt ſibi eligere etiam ſine ſuperioris licētia
prouidum, & idoneum confeſſorem. Licet aliqui ipſum intelli
gant in exemptis & remotis tantum, dicentes quod illa dictio
exemptis, determinat illam clauſulam Epiſcopis, & alijs ſupe
rioribus. Sed male notauerunt mentem illorum verborū, nec
non & illius ſuperioribus. Nam ſi de ſe tantū intellexiſſet, non
dixiſſet ſuperioris, ſed ſerui ſeruorum. j. de ſententia excom-
municatio. relatum. in fine. vel ſedis apoſtolicæ. argumen. j. de
ſimo. c. antepenultimo. j. de ſententia excommu. c. non dubiū.
1 & c. nuper. ideo dicit Epiſcopis etiam non exemptis. † Vnde
dic quod Epiſcopus ſine licentia Archiepiſcopi. Et Archiepi-
ſcopus ſine licentia primatis. Primas ſine licentia Patriarchæ,
& exēptus ſine licentia Papę poteſt ſibi eligere cōfeſſorē, quo
electo ſi vterq; ſit presbyter, & electus ſubditus eligentis, &
contingat ambos participādos cum excommunicato minori
excommunicatione ligari adinuicem poterit vnus alteri abſo
lutionis beneficium impartiri. j. titu. 1. permittimus. ſecundū
Hoſtien. hic, & in ſumma eo. tit. §. cui confitendum ſit. verſi. ve
rum. Vbi de hac materia in ſi. verſicu. de talibus &c. Et nota ſe
cundum Ioannem Andream hoc. c. loqui de inferioribus exē-
ptis, ſecus in alijs inferioribus, nec valet contraria cōſuetudo.
2 j. eo. c. penulti. in fine lib. 6. † Et ſi quæris vtrum Epiſcopus po
teſt diuerſos ſibi eligere confeſſores, & ſępius variare, dicit Ho
ſtien. in §. cui confitendum. 5. colum. ſub. §. ſed nunquid Epiſco
pus. & poſt eum Aſten. libro. 5. tit. 15. de quibuſdam ſpeciali-
bus perſonis quibus debent confiteri, circa mediū ſic. Non con
ſulo ꝙ hoc faciat, quandiu illius quem elegit poteſt habere co-
piam, & ſi poſsit alij in ſubſidium confiteri, & tamē ſi morta-
le ſit, confiteatur illi quem elegit quàm citius ipſius habebit
copiam proprij confeſſoris. Sed ſi non habebit copiam pro-
prij confeſſoris, puta, quia mortuus eſt, vel receſsit ab eo, tu-
te ſibi alium eligat, argumento. ſuprà de ſecundis nuptijs. capi.
penultimo & finali. C. de iudicijs properandum. §. ſin autem. in
medio. Dicit etiam ibi quòd eo ipſo quod Epiſcopus confite-
tur alij, videtur ipſum ſibi in confeſſorem eligere. In talibus. n.
plus eſt in factis & intentione mentis quàm verbis, argumēto.
ff. de legibus. de quibus. ſ. de maioritate & obedientia. legeba-
tur. 15. quæſtio. 6. c. primo ad finem. Et ad hoc quod dicit vbi
nō habet copiam proprij ſacerdotis, facit. ff. quibus modis vſu-
fructus amittatur. l. ſicut in annos. & notatur per Cardinalem.
j. de verborum ſignificatione. c. vltimo. glo. prima in fine. verſi.
ſed quomodo Epiſcopus. Et vide quod notat Ioan. Andreas.
j. eodem. capitu. ſi Epiſcopus. gloſa prima. libro. 6. dicens il-
lud capitulum locum habere etiam ſi Epiſcopus daret licentiā
generalem ſacerdoti de confeſsionibus audiendis, cum eadem
ſit ratio quæ ibi ſequitur, & facit extra de ſepultu. dudum. alias
3 ſuper cathedram. verſic. & per huiuſmodi. in clementi. † Putat
etiam Hoſtienſis quòd licentiam iſtam vicarius Epiſcopi gene
ralis dare non poſsit: hoc notatur in ſumma eo. titulo. §. cui cō
fitendum. tertia columna, verſi. quid ſi quis Epiſcopus. & verſi
4 culo ſequenti. † Item quid ſi Epiſcopus ſubdito ſuo conceſſe-
rit, vt ſibi poſsit idoneum eligere cōfeſſorem, an vnica electio
ne conſummetur hæc licentia, videtur quod ſic argumen. eorū
quæ leguntur & notantur. j. de præben. non poteſt. §. 1. lib. 6.
propter id vtile eſſet exprimi, quòd quotieſcunq; confiteri vo
luerit poſsit ſibi eligere &c. ſecundum eum ibi.

¶ De ſententia excommunicationis. Rubrica.

1 *Minor non doli capax non peccat.*
2 *Excommunicatio quando ipſo iure incurratur.*
3 *Canon, ſi quis ſuadente, quando locum habeat.*
4 *Clerici temperate ſe percutientes non ſunt excommunicati.*
5 *Clerici enormiter ſe percutientes ſunt excommunicati.*
6 *Clericus excommunicatus percutiens eſt excommunicatus.*
7 *Pater filium odio percutiens excommunicatur.*
8 *Pater filium percutiens intemperate eſt excommunicatus.*
9 *Pater non percutiat filium in ſacris conſtitutum.*
10 *Pater caſtiget filium clericum.*
11 *Magiſter diſcipulum clericum caſtiget.*
12 *Dominus domeſticos corrigat.*
13 *Prælatus ſubditos corrigat.*

SVper eo vero. Ad euidentiam gloſ. 2.
Si quæris vtrum, & in
quibus caſibus minor peccare poſsit, & inquan-
tum peccatum ipſius puniatur, diſtingue vt dixi.
1 ſ. de delic. pue. c. 1. † Et dicit Hoſt. & Ioan. Andr.
poſt eum quòd ætas minor excuſat in totū quan
do non ſunt doli capaces, talis. n. ętas quid videat ignorat. C. de
fal. mo. l. 1. in fi. de conſec. diſt. 4. eos. Sed quando ſunt doli capa
ces tunc non excuſat à ſententia excōmunicationis, ſed à miſ-
ſione ad curiam tātum, & ſic intellige quod dicit Bernard. hic,
ſicut plene poteſt colligi ex eo quod legi. & nota. in dicto. c. 1.
ſecundum Hoſti. † Et caſus in quibus quis incurrit ſententiā
2 excōmunicationis ipſo iure per antiqua iura, notat Inno. hic,
& plenius Hoſti. in ſum. eo. titu. §. quis poſsit excommunicare
vbi ponit. 33. & frater Io. in ſum. confeſ. eo. titu. quæſtio. 34. in
quibus caſibus &c. & pleniſsime in Specu. eo. tit. §. ſciendū eſt.
Et caſus in quibus quis per ſextum librum ſententiam excom
municationis incurrat, not. Io. Andr. j. eo. titulo. c. eos. lib. 6. Et
caſus alios in quibus per clementinas no. Io. Andre. extra eo.
tit. c. 1. in cle. De hoc etiam ponit Aſten. lib. 7. eo. titu. centum
3 caſus & tam antiquos quam nouos. † Et notat ſecundum Io.
Andr. quòd in primo caſu huius. c. locum habet ſola prima re-
gula canonis, ſi quis ſuadente. & in caſu ſequenti neutra locum
habent: in vltimo vero, vtraq;.

Super eo. c. verſi. ne clericis. Si quæris vtrum clerici
iocoſe ſeinuicem percutientes ſint ex-
4 communicati, diſtingue. † Aut ſe percutiunt temperate, puta
leuiter, & tunc nō ſunt excommunicati, vt hic. licet enim cle
ricis adinuicem ludere, & ſolaciari etiam manualiter tempe-
rate, vt patet in eo qđ legit. & nota. ſ. de homi. lator. Sed quia
ſæpe de tali ludo peruenitur ad iram & rixam, tutius eſt abſti
5 nere ſecundū Hoſti. Abba. & Ioan. Andre. † Aut ſe percutiunt
enormiter, & tunc ſunt excommunicati, quia ludus noxius in
culpa eſt. ff. ad. l. aquil. l. non ludus. ſ. de præſumptioni. c. 1. ſm
Abba. Et viginti vnum caſus in quibus clericum percutiens
non eſt excommunicatus, vide per Hoſti. in ſum. eo. tit. §. quis
poſsit excōmunicare. ſub. §. ſuper illo autem canone. & . j. eo.
cum voluntate. §. ſi. vbi etiam de hoc notat Ber. & Inno. j. eo.
veniens. & frater Ioan. in ſum. confeſ. eo. tit. quæſtio. 35. poſt
hęc &c. Vnde verſus æqui comprehendunt aliquos caſus. Lu-
dens, ignorans, me defendendo, docendo. Prælati iuſſu, ſi poſt
monitum ferat arma, percutiens clericum ſine pœna caſibus
6 iſtis. † Et per. c. iſtud ſatis probatur percutiens clericum excō-
municatum ſententiam excommunicationis incurrit, & hoc
tenet Spec. in vltima rubrica ſui operis. §. vnico. verſic. ſed quę
ritur vtrum &c.

Super

Super eo.c. verſic. nec magiſter. Ad declarationem
glo.fi.ſi quæris, vtrum pater filium, vel
magiſter diſcipulum clericum percutiens, vel manum in eum
7 injciens, ſit excommunicatus, diſtingue. † Aut hoc facit ex
odio, inuidia, vel indignatione, & non cauſa diſciplinæ, vel cor
rectionis: & tunc eſt excommunicatus, vt hic, & .j̈.eo.cum vo
luntate.à contrario ſenſu. Quod intellige ſi vehementer eſt ira
tus, ſecus ſi aliquantulum ſit commotus, quod dic vt not.j̈.eo.
veniens.§.1.ſecundum Hoſti.hic, & ibi Io.And.j̈.eo.vniuerſi
tatis. Aut hoc facit non ex odio, inuidia, vel malitia, indignatio
8 ne, ſed cauſa diſciplinę, vel correctionis, & tunc † Aut hoc facit
intemperate, & tunc eſt excommunicatus, arg.d.c.cum volun
tate.à contrario.s̈.de humi.presbyterum.&.c. ad audientiam.
Aut temperate, & tunc, aut quæris de patre, aut de magiſtro, ſi
9 de patre tūc † Aut filius quem percuſsit, vel in quem manus in
iecit eſt in ſacris ordinibus conſtitutus, & tunc eſt excommu
nicatus, vt in in d.ca.cum voluntate.§.fin.ibi inferiorum gra
duum &c.à contrario ſenſu.& hoc no.Ber.ibi in gloſ.fin.Licet
Dam.a.Ro.Tancre.& Bern.Brixien.in q.venereali quę incipit,
10 quæritur vtrum pater in hoc contra, & ma. † Aut ſolum eſt cō
ſtitutus in minoribus, & tunc nō eſt excommunicatus vt ibi,
& .j̈.eo.ex tenore.& ita loquitur glo.iſta.&.23.q.5.circuncellio
nes.vbi hoc not.in gloſſ.magiſtri &c.vnde patri inobediēs gra
uiter peccat, Deutero.21. Si genuerit homo filium contuma-
cem, & proteruum qui nō audiat patris & matris imperium,
lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur. Itē pro-
uerb.13. Qui parcit virgę, odit filium ſuum, qui autem diligit
illum, inſtanter erudit. Ad idem Prouer.24.c. & recitatur.45.
diſt.c.cum beatus.§.Salomon.23.q.4.c.diſplicet.noli ſubtrahe
re à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non mo
rietur. Tu virga percutis eum, & animam eius de inferno libe
ras, ad idem.47.diſtin.c.ſicut.§.neceſſe. Vnde Paulus apoſtolus
ad Ephe.5.c.ſcribens dicit, vt vxores ſuas ſicut ſua corpora di
ligant, & filios ſuos non ad iracundiam prouocent, ſed enutriāt
illos in omni diſciplina, & correctione domini. Vnde de beato
Iob.1.c.dicitur, quod pro filijs ſuis quotidiana offerebat Deo
ſacrificia, offerens holocauſta per ſingulos &c. Et quia Hely fa
cere diſsimilauit, ac falſa pietate ſuperatus, filios delinquentes
ferire noluit, ſicut in libr.1.Regum.2.cap.legitur, apud diſtri-
ctū iudicem ſemetipſum cum filijs ſuis crudeli damnatione
percuſsit, vnde ei diuina voce dicitur, honoraſti filios tuos plus
quam me. Hinc etiam Dauid erga filios benignitatem non di-
ſciplinę ſeueritatem exercens, eorum iuuentutem experimen
to didicit perniciosſam. Vnus quippe eorum.ſ. Amon ſororē
ſuam ſtupro corrumpens, à fratre eius Abſalone inter epulas
quas fratribus ſuis fraudulenter parauerat obtruncatus eſt. Ab
ſalon vero poſtquā veniam à patre eius obtinuit, de regno eius
illum expulit, & ad concubinas eius ingreſſus eſt, demum per
inuia deſerti patrem perſequens quercui inhæſit, atque ita ſu-
ſpenſus interijt, vt habetur originaliter.2.Regum.18.capitu.
11 † Si quæris de magiſtro tūc, ſiue diſcipulus ſit in ſacris ſiue nō,
non eſt excommunicatus, vt hic, & .j̈.eod.ex tenore. & in di-
cto.c.cum voluntate §. ſi qui vero.verſi.& ij qui.vbi generali-
ter loquitur, non diſtinguendo inter diſcipulos exiſtentes in ſa
cris, & alios. Modica enim & leuis caſtigatio permiſſa eſt do-
ctori, vt.ff.ad leg.aquil.l.præceptorum.&.l.ſequen.& hoc not.
Ber.ibi, & Hoſtien. hic & ibi.& Io. in dicto.c.circuncelliones.
Vnde maiorem poteſtatem habet magiſter in diſcipulo quam
pater in filio vt ibi not.Io. Dic tamen quod ſi eum leuiter per-
cuſsit magiſter, tamen inde mortuus ſcholaris nō tenetur ma
giſter, ſi ſanus erat puer vel robuſtus. Si vero eſſet tener & in-
firmus, ſecus eſſet, quia iam non eſt iſta leuis percuſsio.ff.ad le
gem Aquil.l.qua actione.§.ſed ſi quis. hoc notat Vincentius.s̈.
de electione. cum in magiſtrum. & Archidiaconus in dicto c.
circuncelliones.glo.adde ſed quid ſi leuiter &c. Quod dictum
poteſt eſſe verum in omnibus alijs qui clericum leuiter per-
cutere poſſunt, cum ſit eadem ratio.ff.ad.l.aquil.l.illud.de fron
12 te.l.vna, extra de offi.vica.c.vnico in clę. † Et idē quod dictum
eſt in patre, dic idem per omnia in dominis, & ſuperioribus il
los de ſua familia corrigentibus. Eccleſ.33.ſeruo maliuolo tor
tura & compedes. Per hoc autē qđ apoſtolus dicit ad Epheſ.
6. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios, non prohibe-
tur patribus quin verberent filios cauſa diſciplinę, ſed ne affli-
gāt eos verberibus immoderate. Et quod ſubditur ibi. Et vos
domini eadem facite ſeruis, remittentes minas, dupliciter po
teſt intelligi, vno modo quod remiſſe minis vtantur, alio mo
13 do, quod nō ſemper compleant quod ſunt comminati. † Item
quod dictum eſt in magiſtro, dic per omnia in prælato ſubdi-
tum ſuum corrigente, vt no.Ber.in dicto.c.cum volūtate glo.
penul.pro quo facit.j̈.eo.ex tenore.vbi no.Vinc.& Io.An.poſt
eum, quod ſi quis habet clericum ſeruientem, non incidit in
canonem ſi moderate illum caſtigauerit.j̈. eo. veniens.&.c.cū
voluntate. In patre tamen dicit Tancre. quòd ſi animo corri-
gendi verberat filium in ſacris ordinibus conſtitutū quòd non
eſt excommunicatus, quia manus illa non eſt iniurioſa, cū non
faciat animo iniuriādi, vt hic, prout recitat Ber.Brixi.45.diſt.
cum beatus.glo.1.& in q.venereali, quæ incipit quæritur vtrū
pater. Dicit tamen idem Bar. Brixiē in d.q. quod hæc quæſtio
videtur hodie ſoluta in d.ca.cum voluntate.§.fin. Et per illum
§.dicit Hoſtien.s̈.de ęta.& quali.indecorum.quod pater verbe
rans filium in ſacris conſtitutum ſententiam excommunica-
tionis non euitat.& ideo forte dicebant ma. & Ber.hyſpanus
quod vſque ad.25. annum danda erat poteſtas patri in corre-
ctione filij, prout recitat Archidiaconus in dicto.c.cum bea
tus in gl. adde quæſtio venerealis &c. vnde prius dictū credo
verius & tutius. Et vide quod not.frater Io.in ſum.confeſſ.eo.
titu.q.35.poſt hæc &c. verſi.ſed quid ſi magiſter.vbi dicit qđ
licet magiſter cum ira percutiat, non eſt excommunicatus, ex
quo cauſa correctionis hoc facit. moueatur ira per zelum, &
idem poſſet dici eadem ratione in alijs ſupradictis qui percu
tere poſſunt. Vnde Io.And.j̈.eo.vniuerſitatis. putat quod quā
tumcunq; ſit commotio dummodo non ſit ad perſonam, ſed
ad crimen & ipſius corrigendi cauſa hoc faciat excōmunica-
tus nō erit, ad hoc.c.illud.&.c.cum voluntate.& 86.diſt.odio.

1 *Excommunicatio de enormi lęſione à Papa abſoluenda.*
2 *Excommunicationem de leui lęſione Abb.abſoluit.*
3 *Diocæſanus de grauioribus cognoſcit.*
4 *Sacerdos quilibet in mortuo articulo abſoluit.*

MOnachi. Si quæris vtrum monachi, vel ca-
nonici regulares ſe inuicē irato ani
mo percutientes abſolui debeant, ſeu poſsint ab
excommunicationis ſentētia per Abb.diſtingue,
Aut ſunt eiuſdem monaſterij, aut diuerſorum.
1 † Si eiuſdem, tunc, Aut percuſsio ſeu læſio eſt enormis, & dic
quòd non, ſed ſunt ad ſedem apoſtolicam mittendi.ut.j̈.eo.c.
proxi.1.reſpon.&.c. cum illorum.§. quod ſi clauſtrales.in fin.
2 verſi.niſi exceſſus ſecundum Inno.& Hoſti. hic. † Aut eſt le-
uis, & tunc, aut diſcretio abbatis vel prioris ſufficit ad eorum
correctionem, & tunc poterunt abſolui per eum.vt hic in fi.
à contrario. Aut non ſufficit & tunc non poterunt per eū, ſed
potius per Epiſcopum debebunt abſolui, vt hic in fin. Idem ſi
talis religioſus plato ſacerdote careat, quo caſu in caſu in quo
poſſet abſolui à prælato proprio, ſi ipſum haberet, eſt ad dioce
ſanum Epiſcopum recurrendum, ſicut & in monialibus obſer
uatur.j̈.eod.c.de monialibus ſecundum Hoſtien.hic. Idem fra
ter Io.in ſum.confeſ.eo.tit.q.29. poſt hæc in fi.& ita poteſt in
telligi, quod dicit tex. hic de diſcretione. Et idem ſecundum
Inno.& Hoſt..hic ſi diſcretio Abbatis, vel prioris deficit, quia
non ſupereſt, & in his concordat Hoſti.j̈.eo. cum illorum.§.ſi
vero clauſtrales.& .c.de monialib'.& frater Io.in d.q.poſt hoc
dicentes, quòd vbi prælatus monachi, vel alterius religioſi nō
eſt ſacerdos, vel eſt excommicatus, vel mortuus, vel alias qua-
litercunq; deficit, in defectu ipſius ſemper eſt ad diocęſanum
Epiſcopum recurrendum vt hic.&.j̈.eo. de monialibus.&.ca.
3 canonica. † Et ſic nota duo, primum, quod in grauioribus, ſecū
dum, quod deficiente prælato religioſorum ad diocęſanum re
currendum eſt. Pro primo facit quod leg.& not.s̈.de offi.ar-
chy presby.c.fi. Pro ſecundo facit.s̈.de offi. ordi.quanto, ſecū
dum Hoſti. Idem Io.An. poſt eum ſi ſunt diuerſorum mona-
ſteriorum, vt quia religioſus vnius monaſterij percutit religio
ſum alterius, tunc dic vt leg.& no.j̈.eo.cum illorum.§.ſi vero.
clauſtralis. Et quod hic dicitur intellige verum ſiue iſti mona-
chi ſint profeſsi ſiue non, ſed ſunt in probatione ſecūdū Inno.
& Hoſt.his & Hoſti.in ſum.eo.tit.§.ſi.in fi.verſi. tu dicas.& j̈.
eo.cum illorum.licet Inno.contra ibi ſuper verbo.prælatis. &
etiam Abb.ibi, quorum opin. approbat Ray. in ſum.eo.tit.§.
17. Item quid ſi aliquis in caſu vbi poſſent redire ad ſeculum
alias non, ſed primā opi.tenet glo.Guil. ibi & frater Io.in ſum.
confeſ.eo.tit.q.45. ſed nunquid tempore &c.quia cum præla-
tus eorum ſi delinquant poſsit tales excommunicare, poterit
& abſoluere: quorum opi. approbatur.j̈.eo.religioſo.in fi.lib.
6. Et etiam ſi illam ſententiam incurrerint antequam intrarēt
monaſteriū ſm Geni.ibi: & nedum ſi ſe inuicem percuſſerint
in clauſtro vt hic, ſed etiā ſi extra clauſtrum, dum tamen intra
ſepta monaſterij. ſecus ſi extra ſecundū Hoſtié.qui hoc not.j̈.
eod.

eod. cum illorum. §. ſi vero clauſtralis, vbi dicam de hoc. Idem
dicunt Vincen. & Abb. & Ioan. Andr. ibi & hic. & ſi extra ſe-
pta cum vbi monachus ibi clauſtrum vt ibi. Et iſtam diſtin-
ctionem intellige veram etiam in fratribus hoſpitalitatis: vt.
4 j. eod. canonica ſecundum Hoſtien. † Item intellige eam, quan
do percutiens non eſt in mortis articulo conſtitutus, alias qui
libet ſacerdos poſſet abſoluere: vt. j. eo. nõ dubium. & c. ea no-
ſcitur. & not. Inno. & Hoſti. j. c. proximo.

1 *Clericum percutiens ad ſui tuitionem non excommunicatur.*
2 *Clericum percutiens ad proximi tuitionem non excommunicatur.*
3 *Clericum percutiens ad rerum ſuarum defenſionem non excommunicatur.*
4 *Clerico res meas aſportanti vi auferre poſſum.*
5 *Adulter ab extraneo non percutiendus.*
6 *Adulter à marito detinendus.*
7 *Adulter à patre detinendus.*
8 *Adulter verberari poteſt.*
9 *Adulter an occidendus.*
10 *Adulterum mulier verberare debet.*

SI vero alicuius. §. ſi vero clericũ. Si quæ
ris vtrum & quando cle
ricũ percutiens cauſa tuitionis, vel defenſionis dũ-
1 taxat ſit excõmunicatus, diſtingue. † Aut quis per-
cutit clericum ad tuitionem ſui corporis, & tunc non eſt excõ
municatus p p hoc, vt patet. j. eo. ex tenore ibi niſi defenden-
do &c. niſi modum excedat in defendendo quod eſt ſic intelli
gendum. Quod ſi clericus percutit ſemel laicum non inten-
dens amplius percutere, & de hoc ſit certus laicus, non debet
percutere clericum. alioquin excommunicatus eſt. Si vero cle
ricus venit ad iterato ſeu repercutiendum, vel parat ſe ad re-
percutiendum, vel de hoc laicus probabiliter dubitat, tunc li-
cet laico percutere clericum ad imminentem violentiam re-
pellendam, argu. ff. ad. l. aquil. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. & l.
ſed & ſi quæcunque. C. quando lice. vnicuique ſine iudi. ſe vin
di. l. 1. ad legem Cornel. de ſica. l. 2. 23. q. 3. non inferenda ſecun
dũ Innoc. & Hoſtiẽ. hic. & adde quod leg. & not. ſ. de homici.
2 ſignificaſti. 2. † Aut qui percutit clericum ad tuitionem & de-
fenſionem proximi, puta filij ſui, vel vxoris, vel patris, vel
matris, vel familiæ ſuæ, vel etiam extraneorum, & dic quod
non eſt excommunicatus, argumẽ. ff. quod met. cauſa. l. iſti qui-
dem. §. fi. ff. ad ſil. l. 1. §. ſi vir. Ad hoc facit quod etiam ſocij in-
iuria propulſanda eſt, vt in dicto. cap. non inferenda. & eadem
cauſa. & q. fortitudo. ſ. de reſtitu. ſpolia. olim cauſam ad fi. & . j.
eo. quanto ſecundum Inno. Hoſti. & Ioan. An. Idem Aſten. lib.
7. tit. 3. de canone illo ſi quis ſuadente. ver. 10. Idem frater Io.
in ſumma confeſ. eo. titu. q. 35. verſi. ſed quid ſi non ob ſui tui-
tionem. Quid enim ſi aliquis vellet alium occidere, nõne cum
capies, & ligabis antequam eum occidi permittas. 22. q. 2. ne
quis arbitretur. Immo ſi hoc timore illum occidas non incidis
in canonem, licet ſis irregularis, ſecundum Innoc. ad hoc de
3 homici. ſi furiuſus in cle. Ioan. And. † Aut quis percutit clericũ
pro tuitione rerum, & tunc refert ſecundum quod innuit In-
noc. hic. Aut in percutiendo modum excedit vt qui occidit,
& tunc eſt excõmunicatus. ſ. de hom. ſuſcepimus. Aut non ex
cedit modum, & tunc non ſolum perſonam ſed etiam res ſuas
defendẽdo, vel etiã incõtinẽti recuperãdo, vel ẽt aliorũ, quod
plus eſt non incidit in canonẽ, & maxime ar. ad hoc in c. allega.
olim cauſam. & c. ſuſcepimus. vbi dr̃ qđ tunc ſolũ tenet̃ qñ ex-
cedit modum. arg. ff. de ijs quæ in fraud. credi. l. ait prætor. §. ſi
debitorẽ. Ad idẽ. ff. ad. l. Cor. de ſica. l. ſutẽ ad. l. Aquil. quemad
modum. §. item labeo. C. vnde. vi. l. 1. Ita innuit Innocen. hic,
cũ quo cõcor. gl. Guil. ſuper Ray. eo. tit. §. 48. alias 167. quid ſi
4 quis. & frater Io. in ſum. cõfeſ. eo. tit. q. 105. † quid de eo qui are
ſtat dicentes, quod qui areſtat clericum aſportantem res ſuas,
vel alienas apud ſe depoſitas, & per violentiam aufert, nõ inci
dunt in canonem, ſi res illas ei auferat dum eſt in aſportando
antequam aſportans ſe recipiat ad locum deſtinatũ & adeptus
fuit illarũ rerum poſſeſſionem plene & perfectè, alias incidit
in canonẽ, q̃a nõ licet ei ſibi dicere ius in re ſua ex interuallo.

Super eo. c. §. nec ille. Si quæris vtrum inijciens ma-
nus violentas in clericum, quem inuenit
cum muliere turpiter agentem, ſit excõmunicatus, diſtingue,
5 † Aut inuenit eum turpiter agentem cum alia muliere quàm
cum vxore, ſorore, vel matre, vel filia ſua propria, & tunc eſt
excommunicatus, vt hic in verſi. cæterum. ſecundũ Hoſtien.
& Ioan. And. hic. Quia tunc non intereſt eius: immo in culpa
eſt, ſe immiſcendo rei ad eum non pertinenti. ff. de regu. iur. l.
culpa. & . j. de regu. iur. non eſt ſine culpa. lib. 6. Licet Innocen.
hic dicat quod nomine matris intelliguntur omnes aſcenden
tes, & nomine filiæ omnes deſcendẽtes, pro quo. ff. de verbo.
ſignific. l. appellatione. & . l. libellorum. Sed ſecundum Bernar.
& Hoſtien. alij non recedunt à verbis huius capituli. nec ipſa
excedunt, quod tutius eſt ſecundum Hoſtiẽ. hic & ibi in ſum
ma, eo. titu. §. quis poſſit excommunicare. verſic. 11. vbi dicit
quod has perſonas priuilegium huius capituli, non excedit.
Idem Ray. & frater Ioan. in ſumma confeſ. hoc tit. q. 25. poſt
hæc &c. verſic. 12. & Aſten. libro. 7. tit. 3. de canone illo, ſi quis
ſuadente. verſicu. 12. Hoſtien. tamen dicit quod lex addit ex-
cipiendo neptem & ſponſam, in authenti. vt lice. ma. & auiæ.
§. quia vero ita comparuit. colum. 8. Ioan. And. vero diſtinguit
inter neptem ex filio, & neptem ex filia. ff. de ſena. l. liberos in
6 fi. primum teneas † Aut inuenit eũ turpiter agẽtem cũ vxore,
matre, ſorore, vel filia propria: & tunc, aut inuenit ſolum cum
ſola ſedentem, & confabulantem, non tamen opere turpiter
agentem. aut inuenit eum turpiter agentem. In primo caſu eſt
excommunicatus, argumen. hic quando dicit turpiter inuen-
tum à cõtrario ſenſu ſecundm Hoſtien. & Io. And. poſt eum.
Fallit in caſu vbi maritus aliquem ter monuiſſet ne cum vxo-
re ſua conſeruaretur, vel cõfabularet iuxta ea quæ leg. & nota.
in authen. vt liceat matri & auiæ. §. his quoque. colum. 8. C. de
adulte. authenti. ſi quis ei. Et poſtea in domo, vel popina, vel
ſuburbanis inuenerit non turpiter agentem, ſed tamen ſeden
tem, vel confabulantem cum vxore inuenit. Nam cum talem
liceat ſecundum leges punire, multo fortius capere, vel detine
re, & conuocatis teſtibus iudici tradere, ſine alia audientia pu
niendum. vt ibi. Et poteſt ipſum detinere per. 20. horas, & te
ſtes conuocare, vt non ſit locus inficiationi vbi non vult: alias
non licet ipſum perimere. ff. de adulte. l. capite quinto. Ergo de
tineat ipſum, quia non licet eum perimere aliquo caſu, ſi quod
fieri poteſt ſecundum canones. ſ. de pœnis. c. 2. & . ſ. tit. 1. c. 1.
ne cleri. vel mona. c. clerici. & c. ſententiam. ſecundum Hoſtiẽ.
& Ioan. And. poſt eum. Idem Aſten. vbi. ſ. Vnde talem interfi
ciens peccaret mortaliter, vt leg. & not. 33. q. 2. inter hæc. Et
ad hoc quod dicit Hoſtien. de detinendo eum per. 20. horas,
concor. Ioan. 81. diſtinctio. presbyter glo. penul. & Bar. Briniẽ.
quinquageſima diſtinctione. de his. 2. & Bernar. ſ. de iudi. cum
non ab homine, & Hoſtien. in ſumma de diuor. §. quibus mo-
dis ad fi. verſi. & not. quod ſi maritus. & frater Ioan. in ſumma
confeſ. hoc titu. q. 35. poſt hæc. verſicu. 11. in fine. Sed contra-
rium tenet Hoſtien. j. eo. vt famæ. ſuper verbo. prælatorum
& Guil. de monte laud. & Genſel. extra de offi. ordi. c. 1. ſuper
verbo clericalis, in clemen. & dixi. ſ. de iudi. cum nõ ab homi-
ne. diſtinct. 1. Quorum opinio poteſt eſſe vera in deprehen-
ſis in alijs criminibus quã in adulterio, vel etiam in adulterio
per alium quàm per maritum. Si vero per maritum fuerit de-
prehenſus qui iuſto labore, & dolore laborat: vt. C. de adul-
te. l. gracchus. prior opinio poteſt eſſe vera, qđ detineri poſſit
vt maius malum euitetur. Quia forte maritus videns quod nõ
poſſet eum detinere ſine excommunicationis pœna, & quod
ſi fugeret pœnam euaderet, poſſet veriſimiliter præ nimio do-
lore eũ occidere, vel taliter verberare quod inde moreretur.
7 j. de homicidijs qui. lib. ſexto. † Quæ ratio poſſet habere locũ
etiam in patre, qui adulterantem cum filia poteſt occidere de
iure ciuili, vt in dicta. l. capite quinto. Cum. n. tales poſſint oc-
cidere, multo magis cõtumelijs afficere, vt probatur expreſſe.
ff. de adulterijs. l. nec in ea. §. ius occidendi. Secus in filio, vel fra
tre qui non poſſet turpiter agentem cum patre, vel ſorore de-
8 tinere. † In ſecundo caſu. ſ. quando inuenit eum in opere turpi
ter agentem, refert, quia aut ipſum percutit citra mutilationẽ
vel mortẽ, & tunc non eſt excommunicatus, vt hic argumen.
verſicul. ſequen. cæterum in fin. ibi nõ erit à ſententia illius ex-
communicationis immunis, ergo à cõtrario, in tam proxima
linea eſt immunis, quod argumẽtum fortiſſimum eſt in iure.
ſ. de his quæ fi. à prælat. cum apoſtolica, ſecundum Hoſtiẽ. &
Ioannem Andream hic. Idem. ſ. quod non ſit excõmunicatus,
tenet Hoſtien. in dicto. §. quis poſſit excommunicare. verſic.
55. & frater Ioan. in dicta queſti. poſt hæc. verſi. 11. vbi etiam
dicit ſecundum gloſſ. Gui. ſuper Ray. hoc non ſolum ad coitũ
eſſe reſtringendum, ſed etiam ad amplexus, & deoſculationes,
& quando aliquis parat ſe ad opus carnis. Item ſi conſtat per
aperta ſigna. q̃ clericus iam expleuit factum credit quod ſi ta-
lia ſunt ſigna & tam propinqua negocia, qu[illegible] conſtet turpitu
dinem coitus ibidem expletam, nõ eſt excõmunicatus [illegible]

verberans

verberans talem, ſi ſit de præſatis perſonis. Si autẽ nõ ſint pro-
babilia ſigna, nec incontinẽti verberat poſt factum, ſed poſt-
quam clericus iam ad alia diuertit & à loco deceſsit, verberãs
9 incidit in canonem. † Aut ipſum mutilat vel occidit, & tunc ſe
cundum gloſſ. Guilel. ſuper Rayn. & fratrem Ioan. vbi. ſ. quod
& ſi poſsit dici quod tali parcitur quo ad excommunicationẽ
quaſi tam iuſtum dolorem compeſcere non poſsit, vt in dicta.
l. graccus .. cum hic non diſtinguat inter atrocem iniuriam &
non atrocem: & pœnę ſunt reſtringendę, quia cum hic non vi
detur excuſare niſi illos qui ſimpliciter manus iniјciunt violen
tas, in tales. c. ſ. t. reſpon. Diſtinguit inter hoſtiarios qui cleri-
cos vulnerant: & eos qui ſine vulneribus lædunt eos. Videtur
tutius dicendum ꝙ eos taliter mutulantes, vel occidentes inci
dunt in canonẽ: & in hoc ſatis concord. hic Hoſtienſ. & in hoc
quod dicit quod non licet talem clericũ perimere ſi aliud fieri
poteſt. ſ. de pœni. c. 2. vt. ſ. dixi. Dicunt etiam gloſſ. Guil. & fra
ter Ioannes ibi, quòd qui procurat quod clericus vocetur ab
vxore ſua ad turpem actum, & taliter vocatum verberat vna
10 cum vxore ſua, incidit in excommunicationẽ. † Sed ſi mulier
percutiat clericum impetentem eam pro coitu ſi ſolis verbis,
eam impetat, incidit in canonem. Si autem tanquam eam inui
tam turpiter, aut vim inferat corporalem ſi illa cũ moderami-
ne inculpatę tutelę ſe defendendo eum percutiat ex zelo caſti-
tatis & iuſta indignatione mota, non credunt quod incidat in
canonem per iſtum. §. Securius tamen eſt vt dicunt quod hu-
iuſmodi mulier ſuper hoc ſe faciat ad cantelã abſolui per Epi-
ſcopum. Item intellige quod hic in tex. dicitur de matre, filia,
vel ſorore tam legitima quam etiã naturali, ſed nõ de adoptiua.
argu. ff. de in ius vocan. l. 4. §. parentes. & ll. ſequen. ſecundum
Hoſtien. hic & fratrem Ioan. vbi. ſ. Idem etiam quod hic dici
tur de vxore vera, intellige etiam de vxore putatiua, licet ratio
ne impedimenti perpetui non poſsit eſſe vxor ſecundũ Vin-
cen. Goffre. & Iom. An. pro quibus faciunt ea quæ leg. & no-
tantur. ſ. de donatio. inter virum & vxorem. ca. plerumq;. in 6.

1 *Percutiens laicum credens clericum an excommunicetur. & num. 3.*
2 *Iudicatur ſecundum factum.*
4 *Percutiens clericum, credens laicum an excommunicetur. 6.*
5 *Error à pœna excuſat.*
7 *Clericum ignoranter percutiens an excommunicetur.*
8 *Percuſſus alieno nomine an actionem habet.*
9 *Percutiens animo lædendi tenetur.*
10 *Percutiens non animo lædendi non tenetur.*
11 *Delinquens præter conſcientiam an teneatur.*
12 *Voluntas, & propoſitum diſtingunt maleficia.*
14 *Cognoſcens ſolutam quam coniugatam credebat an adulterij teneatur.*
15 *Conſcientia alicuius ſtatur in foro pœnitentiali.*
16 *Conſcientiæ non ſtatur in probandis.*
17 *Conſcientiæ non credendum in ſcandaloſis.*
18 *Conſcientiæ ſupinæ non credendum.*
19 *Conſcientiæ iuratæ creditur.*
20 *Conſcientiæ propriæ quando quid relinquitur.*
21 *Occidens clericum pro laico an teneatur.*

SI vero aliquis. Ad euidentism gloſſ.
t. Si quæris vtrum per
cutiens vel verberans laicum credens percutere
ſeu verberare clericum vel ecõtra, ſit excommu
1 nicatus, diſtingue. † Aut quæris primo quando
percutit laicum credens percutere clericum, &
tunc aut errat in perſona, vt quia percutit Seium laicũ, credens
percutere titium clericum. Et tunc dicit Ray. in ſumma eod.
tit. §. 49. Item pone quod in maleficijs attendatur intentio. ſ.
eo. cum voluntate. tñ iſte non eſt excõicatus: & hoc dicit pro-
pter literã canonis ſi quis ſuadẽte, quæ exigit actũ, cum dicit ſi
quis iniecerit manus violentas in clericũ. Itẽ quia dicit lex, ſi
credens verberare titium verbero Seium, non ille quem ver-
berare intendo, ſed illi quem verbero teneor iniuriarum. ff.
de iniur. l. eum qui. §. ſi iniuriarũ. Idem not. Bernar. & Hoſtien,
ſ. eodem. in audientia. & Hoſtien. in ſum. eo. tit. §. qualiter pro
feratur. in fi. & frater Ioan. in ſumma cofeſ. eod. tit. q. 21 t. quid
2 ſi aliquis verberat &c. & frater Aſten. libro. 7. eo. tit. in fi. † quia
iudicandum eſt ſecundum quod fit, non ſecundũ quod faciens
intendit. ff. ad. l. cor. de ſica. l. diuus. ff. de iniurijs. l. ſi cũ ſeruo.
& l. præcedẽti. in fi. ff. de iur. & fac. ignoran. l. regula. §. qui igno
rauit. Aut nõ errat in perſona ſed ſolum in qualitate perſonæ,
vt quia percutit titium laicum, credens eum eſſe clericum, for
te quia ipſemet ſe fecerat à barbitonſore tõſurari non ab Epi-
3 ſcopo. † Et tunc dicit idem. ſ. quod non eſt excommunicatus.
arg. ff. de furt. l. inter omnes. §. penulti. in fin. Sed in vtroq; caſu
quandiu conſcientiam habebit lęſam, debet ſe excommunica-
tum reputare, & abſtinere poſtea quouſq; ſcierit veritatem,
argu. ſ. eod. inquiſitioni. ſ. de ſimoni. ca. per tuas. de purg. vulg.
c. 2. & 11. q. 3. quoniam multos ſecundum vnam lecturam, ſe-
cundum Ber. hic. & in q. quid ſi in veritate & Hoſtien. hic in di
cto. §. qualiter proferatur circa fi. verſicu. quid ſi in veritate. &
ſecundum Bar. Brixien. in q. venereali quæ incipit, aliquis per-
cuſsit aliquem laicũ. Et in iſto caſu poteſt intelligi quod not.
Ray. in dicto. §. 49. item pone & frater Ioan. in dicta. q. 21 1. ſi
quis verberat & quod not. Ioan. And. extra de cõſang. & affini.
4 c. vnico ſuper verbo ſcienter. in fi. in clemen. † Aut quæris ecõ
tra quando percutit vel verberat clericum credens percutere
vel verberare laicum, & tunc refert vt prius. Aut errat in per-
ſona, vt quia percutit ſeium clericum, credens ſeu volens per-
cutere Titium laicum, & tũc ſunt opin. Alanus dicit & Bern.
& Hoſtien. poſt eum hic, quod in ſententiam incidit, quia in-
iuriari voluit. ff. de iniur. l. eum qui. §. ſi iniuria. ff. quod vi aut.
clam. l. aut qui aliter. §. ſi quis dum putat. & ſ. de iniurijs. c. vlti.
Idem tenet Hoſtiẽ. in d. §. qualiter proferatur. ad fi. verſi. quid
ſi credas. Tancre. & Innocen. hic contra per iſtud capitulum,
quod dicit quod ſi percutias clericum quem credebat laicum
5 non eſt excommunicatus. † quia ſi error ſolius qualitatis excu-
ſat à pœna vt hic, fortius debet excuſare error qualitatis & per-
ſonæ, vt in q. iſta ad hoc. 19. q. 1. §. 1. ſola enim temeritas & vio
lentia conſiderantur in hoc argu. ſ. eo. ca. 1. & ſ. eo. veniens. ff.
de iniur. l. illud. §. vlti. & l. ſeq. Idem tenet dominus Odoffr. de
ſenis in ſuo libro tit. quod vi aut clam. in q. item pone tu volẽs
qui addit etiam quod iſte pecutiẽs tenetur Seio clerico quem
in veritate percuſsit actione iniuriarũ tanquam laico, quia ali-
ter non voluit delinquere, ſic loquitur dictus. §. ſi iniuria. Ad
idẽ. ff. de furt. l. vulgaris. §. ſi quis ęs. tenetur furti nomine æris,
licet circa ęs ſua intentio non verſetur ſic in ſacco. ff. de furtis.
l. ſi quis ſaccum. & 50. di. qui ſaccum. Idẽ videtur tenere Ioan.
And. hic. Et hæc opi. eſt probabilior, niſi adeo eſſet craſſa igno
rantia quod colorem excuſationis nõ haberet, vt not. gl. Guil.
ſuper Ray. in d. §. item pone, & frater Ioan. in ſum. confeſ. eo.
titu. quæſtio. 212. quid de illo &c. & frater Aſten. vbi ſupra.
6 † Aut errat non in perſona, ſed ſolum in qualitate, vt quia per-
cutit titium clericum credens eum eſſe laicum, & tunc aut eſt
craſſa ignorantia, vt quia videt eum in habitu clericali, & cœ-
teri habent eum pro clerico, & tunc incidit in canonem, quia
tunc diſſoluta negligentia prope dolum eſt. ff. manda. l. ſi fide-
iuſſor. in princip. pro hoc. ff. de iniur. l. eum qui. §. ſi iniuria. &
ita intellige quod no. Bernar. hic in prin. ibi quidam ſi tonſu-
ram &c. cum quo concord. Hoſtien. hic, & in d. §. qualiter pro
feratur ad fi. verſi. quod ſi percutiens. Aut ignorantia non eſt
craſſa ſed probabilis, vt quia videt eum in habitu clericuli nõ
gerentem ſe pro clerico, vel ſi habet habitum clericalem credit
eum ludo eſſe impoſitum vel aſſumptum, & habet probabilẽ
cauſam hoc credendi, & tunc non incidit in canonem vt hic.
argu. ſ. de cleri. ex miniſt. apoſtolice. de eo qui fur. ordi. re. ca. 1.
& 2. ſ. de conſti. vt animarum. li. 6. hoc tenent Tancre, Philip.
Goffre. & Io. And. hic & ita intellige quod not. Bernar. hic in
princi. & Hoſti. hic & in d. §. qualiter proferatur ad fin. verſicu.
quid ſi dicat, & gl. Guil. ſuper Ray. & frater Ioan. vbi. ſ. Et quo
ad eccleſiam militantem probatione deficiente, ſi velit iurare
quod hoc ignorabat, ſuæ conſcientiæ relinquitur, vt hic & in
concord. alleg. hic in glo. 2. Si tamen veritas ſe habet in contra
rium, & hoc poſtea denudet in pœnitentia, debet induci vt ad
apoſtolicam ſedem accedat, & læſo ſatisfaciat competenter, &
ſic loquitur. ſ. eo. porro. Sed de periurio eſt ei pœnitentia indi-
cenda. 6. q. 1. quicunq; ſecundum Hoſtien. in dicto verſi. quid
ſi dicat hæc vera, quando credit eum quem percutit eſſe cleri-
7 cum vel laicum. † Si vero nihil credat, ſed ſimpliciter ignora-
bat eum eſſe clericum, cum tamen ſit, tunc dic vt notat Inno.
Hoſtien. & Abb. ſ. eo. cum non ab homine gloſſ. fi. vbi dicunt,
quod ſi quis clericum occidat ignorans eum eſſe clericũ, forte
quis eum in nocte occidit, non credunt eum eſſe excommuni
catum. Credunt enim neceſſe quod dolus interueniat, & quod
clericum ſe percutere intendat vt hic. Sed gl. Guil. ſuper Ray.
in d. §. item pone. & frater Ioan. in d. q. quid de illo &c. dicunt
quód ſi ita eſt affectus vel commotus quod & ſi ſciret eũ eſſe
clericum nihilominus percuteret, incidit in canonẽ, ſi autem
non percuteret

non percuteret, non incidit. Quorum diſtin. licet ſit probabi-
lis quo ad eccleſiam triumphantem: Opinio tamen Vincen. vi
detur verior quo ad eccleſiam militantem.

Super eo. c. & eadem gloſ. Glo. dicit hic &. ff. de iniu
rijs. l. eum qui. §. ſi iniuria. quod ſi credẽs
percutere titium, percutiat Seium tenetur ſeio actione iniu-
riam. † Gratia huius ſi quęris. ſi quis mihi damnum dederit, vel
me læſerit, credens alium lædere & non me: nunquid poſſum
eum conuenire. diſtingue. Aut ſentio damnum ex delicto alte
rius, qui vult contra alium delinquere indirecte, & mediate, &
nõ obligat mihi, vt ſunt plures creditores tui, ex eis latitaſti in
fraudẽ eorũ, & nõ in fraudẽ mei, nõ teneberis mihi. ff. ex quib.
9 cau. in poſ. datur. l. fulcinius. §. quid ſi aduerſus. † Aut immedia
te & indirecte ſentio damnũ & tunc, aut delinquẽs habuit ani-
mum lædendi alium, ſeu iniuriãdi alij ſecundum naturã actus
quem agit. & tunc tenetur mihi læſo ex tali delicto, Vt quidã
voluit aliũ lædere de lapide, actus ſuus ordinatus eſt ad lædẽdũ
& me lædit, vel vult iniuriari titio & iniuriatur mihi credens
me eſſe titium, tenetur mihi. vt. ff. ad legem aquil. l. ſcientiam.
§. qui cum aliter. & de iniurijs. l. eum qui. §. ſi iniuria. & cõcor.
10 eodem titu. l. item apud Labeonem. §. interdum. † Aut ſecun-
dum naturam actus non habuit animum lædẽdi alium, ſeu in-
iuriandi alij, vt quidam verberat ſeruum ſuũ cauſa caſtigatio-
nis, vt ſi me interponendo lædit, nõ tenetur mihi: vt. ff. de in-
iurijs. l. cum ſeruo. Ita diſt. dominus Lãbertus de ſali. in dicto.
§. qui cum aliter, & ſatis poteſt colligi ex gloſ. poſita in dicta. l.
eum qui. §. ac cum aliquis.

Super eo. c. Hic habes quod percutiens clericũ igno
ranter excommunicationem non incur
rit. Et ſic cum quis delinquens incidit præter cõſcientiã ſuam
11 in maius delictum, non tenetur ex illo maiori delicto. † Circa
qđ diſtingue aut delinquẽs qui incidit in maius delictũ incidit
in eandẽ ſpeciẽ delicti: aut in aliã. Si in eadẽ: tũc aut circa plures
res, & tunc non tenet vltra ꝓpoſitũ delinquẽdi, vt. ff. de furtis.
l. vulgaris. §. ſi quis es. &. §. idem Iulianus. Aut circa eandẽ remi
& tunc aut plus delinquit reſpectu eiuſdem rei, aut reſpectu
plurium perſonarum. Si reſpectu eiuſdem rei, & tunc tenetur
prout eſt delictum commiſſum, non prout fuit animus delin
quẽtis, vt in dicto. §. ſi quis es. Si reſpectu plurium perſonarũ,
tunc non tenetur vltra propoſitum, vt. ff. de iniurijs. l. eum qui.
§. cum aliquis. Si incidit in aliam ſpeciem delicti, in quam inci
dere non propoſuit tunc. Aut illud delictũ quod ex animo ſeu
propoſito cõmiſit nõ ordinatur ad illud aliud delictum quod
ſine animo ſeu propoſito, & præter conſcientiam commiſit,
& tunc non tenetur, & eſt exemplum in l. qui iniuriæ. &. l. ve-
12 rum. ff. de furtis, † quia voluntas & propoſitum diſtinguunt
maleficia, vt in dicta. l. qui iniuriæ. & j. eo. cũ voluntate. & hoc
eſt verum regulariter. Aut illud delictum quod ex animo ſeu
propoſito commiſit ordinatur ad aliud delictũ, quod ſine ani
13 mo ſeu propoſito commiſit, † & tũc tenetur etiam ex illo, vt.
C. ad. l. Iuliam de vi publica vel priuata l. quoniam multa facino
ra. Vbi inuadens incidit in homicidium, & ſic in aliam ſpeciẽ
delicti, & tamen tenet, & eſt ratio quia violentia eſt crimen
ordinatum ad illud, & ad alia multa facinora. ad idem. j. de ho-
14 mici. is qui mandat libro. 6. † Hæc faciunt ad. q. de illo qui cre-
dens cognoſcere ſolutam, cognoſcit coniugatam, vtrum adul-
terium committat. quidam dicunt quod ſic, per dictam. l. quo
niam multa. & . C. de repudijs. autem. hodie. & hoc tenet Ioan.
5. quæſtio. 1. illud gloſ. 3. in fine. Sed contrarium tenet Pileus in
quæſtionibus ſuis. in quæſtio. titius amore cuiuſdam virginis:
quia adulterium non committitur ſine dolo. ff. de adulterijs. l.
penultima. ad idem facit. ff. de iniur. l. item apud labeonem. §. ſi
quis virgines. Item tenent Petrus de bella pertica & Cynus in
dicta. l. quoniam multa facinora. & eſt ratio quia ſimplex forni
catio quam propoſuit committere non eſt inordinata ad adul-
terium, & ideo tantũ de fornicatione tenetur, argu. C. de adul-
terijs. l. eum qui. & in dicto. §. cũ aliquis. & dicta. l. qui iniuriæ.
probabiliter poſſet dici vltimam opinionem eſſe veram in ſo
ro iudiciali ſeu quo ad eccleſiam triumphantem, in caſu etiam
vbi nullatenus cognouiſſet ſi eam coniugatam ſciuiſſet, alias
opinio Ioan. videtur eſſe vera.

Super eo. c. In gloſſ. a. Si quæris vtrum quando de
conſcientia alicuius quæritur debeat ſi-
15 bi credi, diſtingue. † Aut in foro animæ ſeu pœnitentiali, & dic
quod ſic. ſ. de ſpon. c. tua. quia non eſt veriſimile quod ſit im-
memor ſuæ ſalutis. 1. q. 7. ſancimus. de conſecra. diſtin. 4. cum
itaque & c. ſi nulla extant. ſ. de homici. ſignificaſti. in verſicu.
cum de cęteris. Et hoc not. Bernar. Innocen. & Hoſtien. ibi. &
Hoſtien. j. eodem. ſicut nobis & Ioan. Andr. extra de pę. ſi quis
ſuadente. §. fi. in clemen. Aut in foro contentioſo ſeu iudiciali,
16 † & tunc aut quæris vtrum debeat ſtare conſcientiæ ſuæ in &
ſuper his, quæ poſſunt alias legitimè probari, & dic quod non,
vt in dicto. c. ſicut nobis. &. ſ. de offic. ordina. c. ex parte. 8. q. 5.
c. vno. Adeo quod conſuetudo in contrarium nõ valeret, quod
dic vt leg. & not. ſ. de proba. c. ad noſtrã, & eſt ratio, quia tunc
demum ad ſuffragium iuramenti recurrendũ eſt, cum aliæ pro
bationes deeſſe noſcuntur. ſ. de probatio. c. ſicut conſuetudo.
17 † Aut in & ſuper his quæ non poſſunt alias legitimè probari, &
tunc aut in & ſuper his in quibus ſcandalum vel fama publica
laborat contra eum, & tunc non ſtatur conſcientiæ ſuæ ſeu ſa
cramento ſuo ſoli, ſed debet ſolenniter ſe purgare iuxta ea quę
leguntur & notãtur per Bernar. Hoſtien. ſ. de homicid. c. ex li
teris. 1. & per Hoſtien. de purg. cano. c. petitio. & per totum. Et
ita intelligo quod not. Ioan. And. in d. c. ſi quis ſuadente. §. fin.
18 gloſſ. antepenult. † Aut in & ſuper alijs, & tunc aut conſcientia
quam allegat eſt craſſa & ſupina, & tunc non debet ſibi credi,
argu. j. de regu. iur. ca. ignorantia. libro. 6. quod dic vt dixi. ſ. de
conſt. c. cognoſcẽtes. verſi. nec credo quod maior & c. pro hoc
ſ. de præſumptio. c. quanto. & quod dicam. j. eo. nuper. diſtin.
19 vlti. in fi. † Aut non eſt craſſa & ſupina: & dic quod relinquitur
conſcientiæ ſuæ ſaltem iuratę: vt hic & in concord. hic alleg. ſ.
in iureiur. mulieri. & in d. c. petitio. vbi hoc not. Hoſtien. idem
no. Bernar. eo. titu. ſ. de homicidic. ſignificaſti. 1. glo. ſed quali-
ter & Hoſtien. ibi. & in c. ſignificaſti. 2. & Vincen. & Ioan. in c.
Petrus. & Goffr. Ray. Tancre. Philip. hic. & Ber. & Hoſtien. j.
de calum. c. a. & Ioan. 8 a. diſtinctio. propoſuit. glo. ex hoc vi-
detur & Archid. ibi in glo. adde, ad hoc facit. 1. q. 4. quis præſu
latus glo. fi. & ſatis hoc probatur. ſ. de regula. c. licet. in fi. me-
lius. j. de electio. vt circa. libro. 6. & c. non nulli. eo. lib. Et eſt ra-
tio quia aliter probari non poteſt: nemo. n. poteſt diuinare de
intentione alieni cordis, quia nec Paulus ſpiritu dei plenus po
tuit diuinare. 22. q. 2. beat⁹. no. Bernar. ſ. de ſimonia. c. & ſi quę-
ſtiones. ſuper verbo intentione. Vnde Iere. 17. c. prauũ eſt cor
20 hominis & imperſcrutabile quis cognoſcet illud. † Et vide qđ 1
not. Guil. j. de hære. c. vlti glo. vlt. lib. 6. dicens quod tribus de
cauſis relinquitur aliquis iudicio ſuo vel cõſcientiæ ſuæ. ſ. Quã
do nõ debet prohiberi, quia illud de quo agitur facere & omit
tere poteſt ſine peccato. 33. quæſtio. 4. vir. cũ propria. Vel quia
timetur ſcandalum, ſicut cum multitudo eſt in cauſa. 4. diſtin.
deniq;. 1. q. 7. quotiens. 23. q. 4. non poteſt. & . c. ipſa pietas. Vel
3 quia deficit iudicium, & hoc dupliciter, vel propter Papã, qui
non poteſt iudicari. 17. diſt. hinc etiam. 21. diſtin. nunc autem.
vel propter crimẽ quod occultũ eſt. 23. diſtl. habuiſſe. in fi. 35.
q. 6. ſi duo. 2. q. 5. conſuluiſti. ſic etiam ſcripſit Hugo. in d. c. de-
21 nique ſecundum eum & Ioan. And. ibi poſt eum. † Hæc decre.
facit ad quęſtionem diſputatam per dominum Egid. tremona,
& dominum Galterum de galigaleto, & per dominum Nico.
de matarel. quam ponit Io. And. j. de regu. iur. quod quis. lib. 6.
in nouella. De illo qui occidit ꝓmiſsione iudicis vel ſtatuti cle
ricum bannitum qui laicus putabatur, an excuſetur & à dolo
& à pęna: & poſt multa ſoluit Egi. occiſorem immunem, per.
l. ſi ignorans. ff. locati & condu. cum ſuis concordan. Cum ſo-
lum circa purum factum fuerit hæc ignorantia, & iuuat eum
præſumptio qua præſumimus aliquem laicum, & communis
opinio, & ſic non fuit in dolo, culpa, vel negligentia. Et iura cõ
traria loquuntur vbi prædictorum aliquod affuit. idem Galte-
rus ex quo ille ignorabat eũ iniuſte bannitum, & allegat decre.
iſtam, & in dubio præſumitur ignorans in facto alieno. ff. de
probat. l. verius. Nicolaus vero diſtinctio. vt potes ibi videre
per Ioan. And.

1 *Conuerſi qui dicantur.*
2 *Conuerſi an gaudeant priuilegio canonis. 4.*
3 *Conuerſi matrimonium contrahunt.*
5 *Clericum volens percutere, & non percutiens an excommu-
nicetur.*

NOn dubium. Ad euidentiam primæ glo. ſi
quęris qui dicantur conuerſi,
vel oblati, & vtrum conuerſi vel oblati gaudeãt pri-
uilegio canonis ſi quis ſuadente, ita quod eos verbe
rantes ſententiam excommunicationis incurrant, diſtingue.
1 Aut quæris de primo. ſ. qui dicantur conuerſi vel oblati, & tũc
Ioan. 17. quæſtio. 1. vt lex. ſuper verbo cõuerſi. diſtinguit inter
conuerſos tranſeuntes ad eccleſiam regularem: quia tales intel
liguntur vouiſſe & renunciaſſe proprijs: & conuerſos tranſe-
untes ad eccleſiam ſecularem, quia tales non intelliguntur vo-
uiſſe, nec

uiſſe,nec renunciaſſe proprijs,niſi dixerint do me & mea huic
eccleſiæ,cuius opi.tenet Io.fa.ibi.Sed Hu.dicit ibi q ſi aliquis
conuertatur ad aliquam eccleſiam ſecularem,& nō facto voto
dicat,ego,do,vel reddo,vel offero me,& oīa bona mea huic ec
cleſiæ,hoc ipſo non intelligitur vouere continentiā, vel abre-
nunciare proprijt,vel dare vel offerre etiam futura bona. Et ſi
plus non exprimitur,intelligit quod per illa verba dat ſe eccle-
ſiæ pro econuerſo.& omnia ſimpliciter quæ tūc tēporis habet
nec intelligit eum vouere ob hoc vel proprijs abrenūciare. Vn
de etiam propria poſtea habere poterit,& matrimonium con-
trahere,& contracto vti ſecundum Hu.cuius opi. approbat Ar
chid.ibi in gl.ſi. Adde Hu.dicit &c.niſi eccleſiæ conſuetudo ha
2 beret contrarium arg.ff.de auro & arg.leg.l.ſi ita. † Aut quæris
de ſecundo,ſcilicet,vtrum gaudeant priuilegio canonis ſi quis
ſuadente.& tunc aut ſunt conuerſi religioſi religionis approba
tæ.qui aſſumpſerunt vitam & habitum regularem,& dic quod
ſic.vt hic.& j.eo.parochianos &.c. ex tenore etiā ſi ſint nouicij
et.j.eo.religioſo.§.ſi.lib.6.Aut non.& tunc dicit Ioan.12.q.1.
duo ſunt glo.1.quod ſic indiſtinctè ſiue ſint conuerſi eccleſiarū
regularium ſiue ſecularium: idem Ber.ex quo tradiderūt ſe &
ſua diuinis obſequijs ſiue in regulari eccleſia ſiue ſeculari . arg.
17.q.3.qſquis.12.q.1.duo, & hoc dicit eſſe benignius vt eorū
gaudeant priuilegijs,quorum vitam, & religionem aſſumunt.
ſ.de ſta.mo.recolentes.Idem tenet.Gui.de mon.lau.& Gen.
extra de deci.c.1.in fin.in clem. Sed alij contra vt Ioan.Vincen.
3 qui no.ſuprà de mai.& obe.dilecta.†quod cōuerſi vel conuerſæ
eccleſiæ ſecularis poſſunt contrahere matrimonium, vt etiam
no.Bernard.ibi in glo.penultim. non habent, priuilegium illius
canonis,ſi quis ſuadente,quod tamen habent conuerſi vel con
uerſæ eccleſiæ regularis laici vt hic, & infrà eod. parochianos.
& cap.ex tenore.& idem no.ibi Ioann. Andrea. & idem tenet
Vincen.& Abb.de priuilegijs.vt priuilegia.§.1. vbi de hoc di-
4 xi.†Hoſtien.vero dicit hic quod ſi eſt conuerſus remanens in
domo propria,& tanquam laicus viuens, non gaudet hoc pri-
uilegio.argu.hic & in d.c.vt lex cōtinentiæ. Sed ſi eſt cōuerſus
qui tradit ſe & ſua eccleſiæ, & eſt tonſuratus, & vadit ad horas
ſuas audiendas,& viuit honeſtè ſicut & clericus viuere debet,
talis ex toto in forum eccleſiæ intelligitur eſſe tranſlatus,& im
munitate eccleſiaſtica gaudere debet.argum.ca.alleg. quiſquis.
Et hæc diſtinctio probatur in di.c.vt priuilegia.§.1. ſecundum
Hoſtien.hic,& Ioan.An.& in ſum.eo.ti.§. qualiter proferatur.
ſub.§.ſin autem.verſi.quid ſi de cōuerſis. Idem frater Ioan.in
ſumma confeſ.eo.tit.q.34.in quibus verſi. quintus. in q.ſed qd
de conuer.& hoc teneas.Et ita videntur ſentire primi, & ſpe-
cialiter Berna.hic,quando dicit ex quo tradiderunt ſe & ſua di
uino obſequio &c.Et vide quod no.Specu.in quarta parte hoc
titu.verſi.ſed quæritur.vbi dicitur,quod clerici excommunica
ti gaudent priuilegio illius canonis.ſi quis ſuadente.ad hoc.ſ.e.
cap.1.vbi dixi de hoc in diſtin.2.Et idem dicit Laur. de eo qui
nullum habet ordinem,& tamen coronam portat qui eſt cleri-
cus animi deſtinatione,de quo not.ſuprà, de inſtitut. in eccle-
ſijs.Sed Bernard.Hyſpa.in hoc contradi.quod dic vt per Arch.
5 in dicto c.ſi quis ſuadente.in glo.adde idem de eo &c.†Et vtrū
ille qui voluit manus in clericum inijcere violentas, & non po
tuit ſit excommunicatus.Ioan.dicit quod ſic,in dicto.c.ſi quis
ſuadente.ſed Hug.& Archid.ea cauſa.& q.ca.ſicut. & Hoſtien.
in ſum.eo.ti.§.qualiter proferatur. verſi.in primis contra.quod.
videtur verius & primam glo.Inno.hic ponit Bern.infra, eod
parochianos,& ibi dicam.

1 *Abſoluit quilibet in mortis articulo.*
2 *Abſolutio iniuriæ atrocis eſt papalis.*
3 *Abſolutio iniuriæ leuis eſt epiſcopalis.*
4 *Mulieres ab Epiſcopo abſoluuntur indiſtinctè.*
5 *Religioſi ab Epiſcopo abſoluuntur.*
6 *Serui ab Epiſcopo abſoluuntur*
7 *Canon ſi quis ſuadente,mulieres comprehendit.*
8 *Maſculinum concipit fœmininum in grammatica.*
9 *Maſculinum non concipit fœmininum in ſpecificatis.*
10 *Maſculinum non concipit fœmininum in ei promiſſis.*
11 *Maſculinum concipit fœmininum in materia indifferenti.*
12 *Maſculinum comprehendit fœmininum in materia ei conue- nienti.*
13 *Maſculinum concipit fœmininum in fauorabili.*
14 *Maſculinum non concipit fœmininum in odioſis.*
15 *Maſculinum concipit fœmininum in contractibus.*
16 *Maſculinum comprehendit fœmininum in verbis iudicis.*
17 *Maſculinum comprehendit fœmininum in ſtatutis fauorabili- bus laicorum.*
18 *Maſculinum non concipit fœmininum in ſtatutis odioſis laico- rum.*
19 *Maſculinum non comprehendit fœmininum in ſtatutis eccle- ſiaſticis.*
20 *Maſculinum concipit fœmininum in reſcriptis.*
21 *Maſculinum comprehendit fœmininum in priuilegijs.*
22 *Percutere volens clericum non excommunicatur.*
23 *Percutiens in caſu licito excuſatur.*
24 *Mandans percuti clericum an excommunicetur. 26.*
25 *Excommunicatio non fertur niſi pro peccatis.*
27 *Ratificans percuſſionem clerici an excommunicetur. 29.*
28 *Geſtum alieno nomine non ratificatur.*
30 *Conſulens percutienti clericum,an excommunicetur.*
31 *Ratihabitio non retrotrahitur quando non habetur ratum eo mo do quo geſtum eſt.*
32 *Ratihabitio non retrotrahitur in actu poſt tempus geſto.*
33 *Ratihabitio non retrotrahitur ſi ſit defectus de iure communi.*
34 *Ratihabitio non retrotrahitur defectu conſenſus in ſubſtantia- libus.*
35 *Ratihabitio retrotrahitur quamuis conſenſus deficiat in acciden talibus.*
35 *Ratihabitio an in delictis retrotrahitur. 38.*
37 *Voluntas per alium adimpletur.*
39 *Ratifico,quod meo nomine geſtum non eſt in ſpiritualibus.*
40 *Ratificare an poſſint quod meo nomine non geritur in tempora libus. 42.*
41 *Res potius deberet valere quam perire.*
43 *Libellus,quomodo concipiendus in manuum violentarum inie- ctione.*
44 *Manus violentæ quot modis inijciuntur.*

MVlieres. Si quæris, vtrum omnes mulie
res, & omnes perſonæ non ſui
iuris poſſint ab Epiſcopo ſuo abſolui pro inie
ctione manuum in clericum violenta, diſtin-
1 guè.† Aut in mortis articulo, & ille caſus ſemꝑ
eſt exceptus, vnde in illo caſu quilibet poteſt,
abſolui nedum ab Epiſcopo,ſed etiam à ſimplici ſacerdote, vt
probatur.17 q.4.ſi quis ſuadente.ſ.c.proxi.& j.e. quod de his.
2 &.c.quamuis.Aut aliàs,quam in mortis articulo & tunc†aut in
iuria eſt atrox,& ille caſus ſemper excipitur ita quod eo caſu
non poterit ab Epiſcopo abſolui,vt no.ſ.eo.ſi verò alicuius. in
princip.j.eo.cum illorum.&.c.relatum.Licet Ioan.Andre.hic
dicat per.j.pro ai. ſequentia,quod videtur in enormi læſione
vel morte poſſit abſoluere mulieres.arg.j.de electio. indemni
tatibus.§.ſed cum eas.li.6.Sed ille.§.parum facit: quia loquitur
in mulieribus religioſis, quæ non tenentur perſonaliter ire ad
curiam pro facto electionis,hic in enormi reatu, qui omnem
honorem excludit.C.vbi de crimi.agi opor.l.1. Dic ergo ſecū
dum Roma.& Alten.libro.7.titu.quis poteſt abſoluere ab ex-
communicatione.argu.2. verſicu.5.quod expedit eas mitti ad
3 curiam. † Aut iniuria non eſt atrox, & tunc aut ſunt impediti
infirmitate, inimicitia, inopia, puerili vel ſenili ætate, ſeu alia
corporis impotentia,de qua.j.eod.quamuis.& tunc poteſt per
4 Epiſcopum abſolui vt ibi. Aut non eſt & tunc†aut quæris de
mulieribus,& illæ omnes abſoluūtur de cōſuetudine,quæ om
nino amplectanda eſt. Vtinam enim nunquam peregrinaren-
tur,quia nec vagatio mulierum,& mariū ſecura eſt, ſed nec de
cens,vt patet.18.q.2.perniciosum.C.de procura.maritus.& in
eo quod leg.& no.ſ.de vita & honeſtate clerico.c.monaſterio
de cohabitatio.clericorum & mulierum.capitulo primo.Et cō
ſuetudo hanc poteſtatem dare poteſt ſaltem generalis, & per
Papam tacite approbata,vt.ſ.de offi.leg. quod tranſlationem.
Nec obſt.quod hic dicitur,quia disiunctio ſequens vel non, di
ſiungit hanc dictionem mulieres, nec illa verba ſui iuris non
ſunt,eam determinant,ſed ſequentia tantum. q.d. mulieres &
ſi ſui iuris ſint necnon,& maſculi qui ſui iuris non ſunt &c. Et
eſt hic ſubaudiendum necnon,& exponendum vel pro &, qđ
ſæpe accidit in iure.ff.de verbo.ſignifica.l.ſæpe ſecundum Ho
ſtien.idem Io.An.Quod intellige etiam ſi ſunt mulieres robu
ſtæ, & fortes, & hoc propter fragilitatem ſexus, vt hoc no.Spe
cu.titu.de ſententiæ prola.§.nunc autem.ver.illud quoque.ver
5 ſicu.quid ſi mulier.vbi de hoc:& Ioan.Andr.hic. † Aut quæris
de perſonis maſculis non ſui iuris,& tunc aut de religioſis, &

illi poſſunt abſolui ab Epiſcopo:vt.ſ.eod.monachi.Aut de ſe-
6 cularibus,& tunc aut de ſeruis, & illi poſſunt abſolui ab Epi-
ſcopo ſecundum diſtinctionem illius.c.relatum.j.eo. ſecundū
Bernar.& Hoſtien.Aut de filijsfamilias, & tales debent ad cu
riam mitti, niſi ſint intra pubertatem.j.eo.quis.&.c.vlt. ſecun
dum Lau.Bernard.& Innocen. hic.& idem Specu.in d.§. vt au
tem.verſi.illud quoque.verſi.quid de filiofami.Sed Hoſtien.di
cit quod hic,ſcilicet quod filijfa. puberes illuc mittantur non
dicitur ibi,& nō ſolum per ſeruos:ſed etiam per filiosfamilias
nobis acquiritur,inſti.per quas perſo.nobis acquiritur. in prin
cip.Et ideo eadem ratio videtur in his quæ & in ſeruis,vt nor.
j.eo.relatum.nam & hi ſui iuris non ſunt:vt.ſ.de conuer.inf.
c.fi.& tales excipiuntur:vt hic dicit ſecundum Hoſtien. cuius
opinio videtur verior per iſtud.c.quod generaliter loquitur.ar
gu.ff.de publiciana de precio.de leg.præſtā.l.1.§.generaliter.ſ.
de priuile.quia circa.maximè fauore patris ſui,cui fortè ſeruit,
ſicut ſeruus domino: & quia in nullius eſt præiudiciū videtur
ampliandum.j.de reg.iur.c.odia.libr.6.Vel potes dicere ſecun
dum Ioan.And.quod priorum opinio vera eſt quādo ſunt ſeor
ſum habitantes à patre regentes ſe: & fortè familiā vxoris, &
filiorum,& habent bona ſeparata, alias vera eſt opinio Hoſtiē.
7 Super eo.c. †Hic habes, quod canon latæ ſententiæ,
ſi quis ſuadēte.17.q.4. loquens de maſcu
lis extenditur ad mulieres,& ſic maſculinum concipit fœmi-
ninum Gratia huius,Si quæris, vtrum & quando maſculinum
concipiat fœmininum,vide per doctores iuris ciuilis,puta per
Lamb.de ſal.ff.de conſti.pecu.l.1.per dinum.ff.de verb.ſig.l.1.
per Cy.C.de ſer.fugi.l.quicunq; & per doc. iuris canonici,puta
per Hoſt.ſ.de offi.deleg.c.1.de teſt.Ray.in prin. per Specula.
tit.de diſput.aduoc.§.poſt hæc autem.4.col.ver.ſuper quo dic
per Car.& Io.And.j.de elec.generali.libr.6.& Genſel. extra de
ſepultu.c.1.in prin.in cle.& pleniſsimè per Archi.in d.c. ſi quis
ſuadente.Vnde circa hoc diſtingue. Aut quæris ſignificatione
propria verborum grammaticalium, & tunc maſculinū genus
concipit fœmininum, vt Petrus,& Maria ſunt albi,non ecōtra
ſecundum Lamb.& Cy.Aut quæris de legis vel canonis inter
pretatione,& tunc ſunt diuerſæ opiniones Cōmuniter dici ſo
let ꝙ in fauorabilibus maſculinum concipit fœmininum.ff.de
pact.l.tres fratres.& de conſti.pecu.l.1.de verb.ſig.l.1. In odio
ſis nō,& ideo ſi pater exhæredat filium naſciturum, ſi naſcitur
filia non erit exhæredata,vt.ff.de ven.in poſ.mit.l.1.§. quare ſi
ita.Alij dicunt ꝙ ſi maſculinum verbū proferatur ab homine,
& eſt odioſum,non comprehendit fœminam, & ſic intelligit
prædictus.§.quare ſi ita.Sed ſi à lege ſiue ſit odioſum ſiue non.
fœmina continetur,vt hic.& ff.de iuriſd.omn.iudi.l. ſi quis id.
Odoſ.dicebat ꝙ etiam ſi à lege proferatur verbū odioſum, nō
comprehendit fœminam,niſi id lege caueatur.Gar.& Io.And.
in d.c.generali.dicebant quod verbum maſculinum prolatū à
canone comprehendit fœminas,vt in d.c.ſi quis ſuadente iun-
cto.c.iſto.quod verum niſi eadē vel alia conſtitutione excipia
tur fœmina.j.de elec.indemnitatibus.§. ſed cum eas.j.de hær.
9 c.ſtatutum.a.& de pœnis.c.quæcunq;.lib.6.Tu dic latius, ſ aut
maſculinum præciſe ſpecificat maſculinum, & tunc ſiue ma-
ſculinum proferatur à lege ſiue ab homine ſua appellatione
non continetur fœmininum,vt.C.de veſti.ole.l.1.& 2.C. nulli
licere.l.vna lib.11.Inſti.quibus mod.ſi.tu.§.1.& in d.c. Raynal
dus.in princip. ibi filijs maſculis :& ibi filios maſculos &c.Aut
maſculinum non ſpecificat præciſè maſculinum , & tunc, aut
conſtat de mente proferentis,& illa eſt ſequenda.ff. de condic.
& demon.l.in conditionibus.ff.de verbo.ſignifi.l.nepos procu
lo.de reg.iur.l.ſemper in ſtipulationibus . & l.in ambiguis.ſ.de
offi.deleg.ſuper quæſtionum.§.intentionis.j.de verbo.ſignifi.
intelligendum.& eſt expreſſum.ff.de leg.3.l.Lucius.§.quæſitū.
aliàs fieret fraus.ff.de legibus.l.contra legem.j.de reg.iur.c. vl
10 tim.lib.6.Aut non apparet,& tunc aut in illo caſu eſt aliàs pro
uiſum ſexui fœminino, & tunc maſculinum non concipit fœ
mininum,vt.ff.de libe.& poſthu.l.ſi ita ſcriptum.C.de his qui
ve.æta.impe.l.2 de interdic.matri.l.1.& 3.ad legem Iul.maie.l.
quiſquis §.ad filias.Aut non eſt aliàs prouiſum, & tunc refert
ſecundum Archi.in d.c. ſi quis ſuadente . aut ſunt verba legis,
aut canonis,ſiue teſtamentorum,ſiue cōtrahentium , aut iudi
cis,aut ſtatutorū,aut reſcriptorum,aut priuilegiorum,aut be-
11 neficiorum,ſeu immunitatum.Si legis vel canonis , tunc † aut
maſculus profertur in materia indifferenti ad vtrumq; ſexum,
& tunc porrigitur ad fœmininū , ſiue tractetur de fauore ſiue
de odio,vt.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.ſi quis id.de pactis.l.tres fra-
tres.de neg.geſt.l.3.de conſti.pecu.l.1.§.1.C.de ſacroſan.eccle.
habeat vnuſquiſq;.C.de ſeruis fug.l.quicunq;.vnde vi.l.ſi quis
in tantam.extra de deci.c.1.cum ibi no.per Io.And. ſuper ver-
bo quandoq;.& Gemi.& Genſel.& econtra.in cle. Si proferat
fœmininū porrigitur ad maſculinum non vi conceptionis, ſed
virtute indemnitatis rationis: quia iura non in ſingulas perſo
nas,ſed generaliter conſtituuntur.ff.de legibus.l. iura. quia ſūc
lēa videtur ſcripta cauſa exempli : vt patet in diſcurrendo per
oēs libros.fforum.& ſ.de reſcriptis ſignificauit.& de foro com
peten.ex parte.de conceſ.præb.c.vlti.j.eodem contingit inter
dum.1.Fallit ſecundum Archi. quandocunq; ex hmōi conce-
ptione damnificaretur reſpublica.ff.de iure immunitatis.l.a. in
fine.vbi habes quod immunitatem datæ generi poſteriſque ad
eos,qui fœminis ſunt nati non pertinent . Item fallit in tutela
patronorum,quia dicit lex vbi commodū ſucceſsionis & onus
tutelæ.inſti.de legiti.patro.tu.§.vlti.It ē fallit, quia prohibetur
patronus petere vel exigere operas à libera voluntate eius nu-
pta propter ſiniſtram ſuſpicionem,ſed patrona non vetabitur:
quia ſuſpicio hic nō cadit.ff.de oper.libert.l.ſicut patronus vel
potes dicere quod ibi loquitur in materia differēti vt ſequitur.
Aut fertur in materia differenti:& tunc, aut in materia conue
nienti ſoli ſexui maſculo,& tunc non concipit fœmininum, vt
patet in tractatu de procur.dicit lex.ff. de procur.l.1.quod pro
curator eſt is qui aliena negocia mandato domini adminiſtrat,
& ſub prolatione maſculi non continetur fœmina, quæ regula
riter non poteſt eſſe procuratrix, quia virile officiū eſt.ff.de ꝓ
cura.l.neq; fœmina.C.de procur.l.alienam. Et in tractatu de fi
deiuſſoribus:quia mulier regulariter nō poteſt eſſe fideiuſtrix.
ff.& C.ad velle ia.& per totum.Et in tractatu de tute. quia mu
lier regulariter non poteſt eſſe tutrix.ff.de tute.l.tute.& l.fi.de
ren.iur.l.2.C. quando mulier tut.offi.fungi.poteſt.l.1.& not.ſ.
12 de appel.ex parte.a.†Aut in materia conuenienti ſoli ſexui fœ
minino,& tunc maſculinum concipit fœmininum , imo ſolus
13 ſexus fœmininus cōtinetur,vt.ff.de vſuris.l.æquis.†Si ſunt ver
ba teſtatoris,tunc,aut tractatur de fauore, & tunc maſculinum
concipit fœmininum.ff.de teſt.tu.l. ſi quis ita.de le.2.l. ſi ita ſit
ſcri.de leg.3.l.Lucius.§.quæſitū.& l.ſeruis legatis.& l.qui duos.
14 †Aut de odio,& tunc non cōcipit fœmininū.ff.de ven.in poſſ.
15 mit.l.1.§.quare ſi ita.†Si ſunt verba contrahentium, tunc ver-
bum non egreditur ſuos terminos.quia non reperitur cautum
in iure quod in hoc caſu maſculinum concipiat & cōtineat fœ
mininum,quia in poteſtate paciſcentis fuit leges apertius ſcri-
bere.ff.de pactis veteribus,de verbo.oblig.l. quicquid. Nec mi
rum,quare aliud hic,quam in teſtamentis, qm̄ plenior habetur
interpretatio in teſtamentis, quam in cōtractibus inter viuos.
16 ff.de reg.iur.l.in teſtamentis.ſ.de don.cum dilecti.†Si ſunt ver
ba iudicis proferentia verba contra perturbantes iuriſdictio-
nem ipſius,& contra rebelles,tunc maſculinū concipit fœmini
num.ff.ſi quis ius di.non obtempe.l.vna. Et hoc ideo ne iuriſ-
dictio iudicis vilipendatur,& ſit deluſoria.ff.ne quis in loco pu
blico.ſi.l.vbi.ſ.de offic.deleg.præterea.&.c. ex literis ſecūdum
Hoſtien.& Archi.& in hoc concordat Iaco.de ra.& Cy. in d.l.
quicūq;.Tu verò hoc caſu potes dicere idem per omnia quod
dictū eſt.ſ.in verbis prolatis à lege.arg.ff.de iuſti.& iure.l.nam
& ipſum ſecundum Lamb.Si ſunt verba ſtatutorum tunc, aut
ſtatutorum perſonarum ſecularium , vt eccleſiaſticarum . Si ſe
17 cularium,tunc ſecundum Hoſtien.& Archi.†Aut tractatur de
odio,& tunc maſculinum nō concipit fœmininum , quia ſtatu
ta ſunt ſtricti iuris,& odio ſunt reſtringenda.ff.de libe.& poſt
hu.l.cum quidam.j.de reg.iur.c.odia.li.6.& pœnæ ſunt molliē
18 dæ.ff.de pe.interpretatione.de pe.diſtin.1.pœnæ. †Aut tracta-
tur de fauore,& tunc maſculinum concipit fœmininum. arg.l.
alle.ff.de ven.in poſ.mit.l.1.§.quare ſi ita & quia fauores amplia
tur vt in d.l.cum quidam.Et ratio quare aliud in ſtatutis homi
num,quam in legibus communibus , in quibus eſt ſupra dictū
indiſtinctè quod ſiue tractetur de fauore,ſiue de odio,maſcu
num concipit fœmininum,quod eſt cōtra illud, mitius agitur
cum lege q̄ cū miniſtro legis.ff.de arbi.l.celſus.Rō eſt, quia ma-
iori pœna debet ligari ille qui offendit legē principis ſcriptā,&
eiuſdem legis magiſtrum.i.iudicem,q̄ priuatos hoīes ſeu ſtata
priuatorum hominum,quia ratione maioris dignitatis, & au-
thoritatis augetur crimen.ſ.de male. ſtatuimus . Item alia ra-
tio,nam leges cum maxima deliberatione conduntur & publi
cātur.35.q.9.apoſtolicæ.C.de legi.l.humanum.Sed ſtatuta ſecu
larium perſonarum plerumq; ſine diſtinctione , & iniqua per
ipſos laicos conduntur,vt patet.ſ.de conſti. quæ in eccleſiarū.
de re iudi.cū cauſa.& de immuni.eccle.nō minus.j.eo.nouerit
&.c.grauem.& idcirco inquantum ſunt fauorabilia ampliātur,
& inquum odioſa reſtringuntur . Et per hoc poteſt decidi quæ
ſtio:ſtatutum eſt de facto, ꝙ mater non ſuccedat filio , nūquid
poteſt

poteſt ſuccedere filiæ? & certe cũ ſtatutum ſit odioſum in præ
iudicium matris, & contra ius reſtringẽdum eſt, vt non exclu
datur à ſucceſsione filiæ ſm Hoſt. & Archid. Et ſi quæris quæ
eſt ratio quare verbum maſculinum prolatum à iudice conci-
pit fœmininum indiſtinctè, in ſtatutis autem diſtinguitur, vt
prædictum eſt, dic ſecundum Archid. quod ratio eſt, quia non
eſt præſumendum quod iudex ſine magna cauſa durum ſtatuat
vel iniquè decernat. ff. de iuſti. & iur. l. 1. ĵ. de verbo. ſig. forus. §.
in omni. ſed ſtatuta ſecularia plerunq; conduntur ſine delibera
tione vt dictum eſt: & probatur. C. de ſacroſan. eccle. auth. caſſa
& irrita de furtis auth. nauigia. vnde propterea ſeculares cõſue
uerunt ponere in ſtatutis pœnalibus vtrumque ſexum, dicen-
19 do ſi quis vel ſi qua contrarium fecerit &c. †Si ſunt ſtatuta per
perſonarum eccleſiaſticũ, tunc maſculinum prolatum ab ipſis
ſtatutis indiſtinctè concipit fœmininum, niſi fortè vilitas exi
mat aliquem, vt patet in eo quod leg. & no. ſ. de loc. c. 1. de clan
de. deſpon. cum inhibitio. §. pe. ad idem. C. de adul. quæ adulte-
rium. Et eſt ratio inter ſtatuta eccleſiaſtica & ſecularia, quia ec
cleſiaſtica cũ magna deliberatione & maturitate conduntur ar. ſ.
de his quæ fi. à præl. nouit. de exceſ. præ. c. 1. & potiſsimè conci
lia ſynodialia. ſ. de ma. & obedi. c. quod ſup. & de accuſati. c. ꝙ
ſicut. Ad hoc facit qđ no. Gen. extra de priuile. ca. 1. gl. a. in cle.
dicens ꝙ ſtatutũ pœnale extenditur propter identitatem ratio
nis. Eſt & alia & rõ, q̃a non ſunt odioſa, ſed fauorabilia: vt patet
in eo qđ legi. & no. ĵ. eo. c. penu. eo. ti. c. cum medicinalis. li. 6. ſe
cundum Hoſt. qui quædam poſuit in di. c. Raynaldus. & Guil.
de mon. lau. in d. c. 1. gl. a. extra de priuileg. in cle. & plenius Ar
20 chid. in d. c. ſi quis ſuadente. †Si ſunt verba reſcriptorum, tunc
maſculinum concipit fœmininum: vnde ſub illa clauſula qui-
dam alij de qua traditur. ſ. de reſcrip. ſedes apoſtolica. poterunt
21 conueniri fœminæ: vt no. Bern. compoſt. ibi. †Si ſunt verba pri
uilegiorum ſiue immunitatum: tunc maſculinum concipit fœ
mininum, vt ſi conceſſum eſt priuilegium vel immunitas fi-
lijs meis vel poſteris meis, extenditur ad filias meas. ff. de iudi.
immunita. l. 4. Et meritò quia principis immunitas ſiue benefi
cia largiſsimè interpretãda & amplianda ſunt. ff. de conſti. prin
cip. l. 1. & vlti. ſ. de dona. cum dilecti. ĵ. ti. 1. olim quod intellige.
vt no. ſ. de conſan. & affi. quod dilectio. & quod no. compo. ſ.
de reſcri. cauſam quæ. Et quamis communiter dicatur maſculi
num concipit fœmininum tamen econtra regulariter fœmini
num non concipit maſculinum vt. ff. de leg. 2. l. ſi ita reſcriptũ.
Sed fallit in verbis fœmininis prolatis à lege cauſa exempli ſeu
facti accidentis non iuris miniſterij: vt. ſ. dixi in verſi. & econ
tra ſi proferetur. Item in caſu nã ſi patronus fecit iurare liber-
tam ne nubat, amittit iura patronatus, & idem ſi fecerit iurare
libertum ne nubat, amittit iura. ff. de iure patrona. l. adigere.

Super eo. c. Ad declarationem gl. ſi. Bern. hic. Si quæ-
ris, vtrum propter iniectionem manuum
violentam in clericum factam per aliquem de mandato vel au
thoritate alterius, vel altero ratum habente, vel cõſulente inij-
ciens vel mandans, vel ratum habens, vel conſulens: excom-
22 municationem incurrat. Diſtingue. †aut iniectio facta eſt ſo-
lum voluntate & affectu etiam procedente ad factum in perfe
ctum, tum vt quia volens manus temere violentas inijcere in
clericum ipſum inſultauit, & viſus fuit percutere: ſed non per
cuſsit nec tetigit, & ex hoc nullus excommunicationem incur
rit. Quia verba illius canonis. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ibi vio-
lentas manus iniecit &c. cum effectu ſunt intelligenda. argu. ſ.
de cle. non reſid. relatum. vt hoc no. Ioan. de pe. diſtinc. 1. ſi quis
pulſatus. & expreſsius Hug. in d. c. ſi quis ſuadente. & Archidi.
eadem cauſa. & q. c. ſicut. glo. 1. & 17. q. 1. qui bona. §. ſi ergo. in
magna gl. ſua. ad fi. verſi. in pœnis autem ſpiritualibus. & Card.
ĵ. de pe. c. fœlicis. li. 6. ſuper verbo ratum habuit & Archid. ibi
in §. præſenti. Ioan. An. ibi in nouella Licet Ioan. contra Inn. d.
c. ſi quis ſuadente. & malè fallit in illo qui cardinalem eſt hoſti
liter inſecutos, licet ipſum nõ tetigerit, quod eſt ſpeciale in car
dinali vt in c. allegato fœlicis. §. præſenti ſecundum Card. Arch.
23 & Io. And. ibi. †Aut iniectio facta eſt realiter & de facto, & tũc
aut iniectio facta eſt in caſu licito & permiſſo à iure, & tũc nul
lus eſt excommunicatus, & de hoc habes plures caſus. ſ. eo. c. 1.
& 3. & per Bernar. & Hoſt. ĵ. e. cum deſideres gl. niſi in caſibus
& c. cum voluntate & Hoſt. ponit. 21. caſus in ſum. eo. ti. §. quis
poſsit excommunicare ſub. §. ſuper illo autem canone. & frater
loris, ſiue auri ſiue argenti vel gemmarum vltra certam quan-
titatem, ſeu longis veſtibus vltra certam menſuram, & contra
facientem excommunicante, quælibet contra faciens ligatur.
vide per Ioannem Andream. j. de regu. iuris. c. ea quæ fiunt in
nouella. lib. 6. vbi ponit plures auctoritates contra vtentes fu-
27 cationibus ad fingẽdum pulchritudinem. † Item an ſtatutum
legati vel Epiſcopi non ſcriptum prohibens aliquem actum,
& contra facientem excommunicans valeat, ita quod contra
faciens ſit excommunicatus, vide plene per Ioan. Andr. j. de
de regulis iuris. c. nemo poteſt. libr. 6. in nouella, vbi dicit quòd
Ioannes, Stephanus, polonus, & Guido tenuerunt cõſtitutio-
nem non ſcriptam tenere, & per conſequens contra facientem
ad cuius notitiam peruenerint excommunicatum eſſe. Idem
Spe. titu. de leg. §. finitur. verſi. ſed pone legatus. & Ia. de ra. &
Cy. C. de leg. l. 5.

1 *Incendiarij eccleſiarum ſunt excommunicati.*
2 *Incendiarij domorum excommunicandi.*
3 *Incendiarij eccleſiarum à Papa abſoluendi.*
4 *Incendiarij domorum ab Epiſcopo abſoluendi.*
5 *Violentiam in eccleſia committens excommunicatus.*
6 *Incendiarius in ciuitate igne vrendus.*
7 *Incendiarius in villa capite plectendus.*
8 *Luat in corpore qui in ære non habet.*

Conqueſti. Si quæris vtrum incendiarij, &
qui ſunt excõmunicati, vel ex-
cõicandi, per quẽ ſunt abſoluẽdi, & qua pœna vl
tra hoc puniantur, diſtingue, aut quæris de primo. ſ.
1 vtrũ ſint excõicati, & tunc, † Aut quæris de incẽ
diarijs eccleſiarũ, & dic quod illi ſunt ipſo iure excõicati. Et idẽ
intellige de effractoribus eccleſiarũ vt hic, vbi hoc notat Ber.
Inn. & Hoſt. & ſ. c. tua nos. vbi hoc notat Ber. c. & Hoſt. ſ. de ra
ptori. in literis. vbi idẽ & no. Ber. & Hoſti. 51. q. 3. canonica ca.
vbi idem no. Io. idẽ etiam no. 12. q. 2. cum deuotiſſimam. in gl.
incendiarius. Quod intellige etiam ſi eccleſiæ non ſint conſe-
cratæ, arg. ſ. de conſecra. eccle. vel alta. c. vlt. vbi Hoſtien. & Ioã.
Andr. poſt eum. Not. quod eodem priuilegio immmunitatis
gaudet eccleſia non conſecrata, quo & conſecrata, & eſt ratio,
vt legitur & no. ſ. de immunita. eccleſiæ. c. pe. Et per illa iura
mandauit dominus clemens Papa quartus effractoram capellæ
ſancti clementis trecen. in qua iã celebrantur diuina, & ſi non-
dum conſecrata eſſet denunciari excommunicatos ac ſi conſe
crata fuiſſet. ſ. eo. tua not. grauius tamen peccat qui violat con
ſecratam; ſicut & ex qualitate perſonæ maior iniuria extima-
tur, vt inſti. de iniur. §. atrox. ff. de re militari. l. omne delictum.
2 § 1 &. j. eo. cum illorum. ſecundum eos. † Aut quæris de incen
diarijs aliarum domorum ſeu rerum, & tales non ſunt excom
municati ipſo facto, ſed ſunt excommunicandi, ſecundũ Al.
vi. 2 3. q. vlt. c. ſi quis membrorum. &. c. peſſimam. vbi hoc te-
net Ioan. ſ. de foro compe. conqueſtus. vbi hoc tenent Ber. &
Hoſt. idẽ Arch. 51. q. 3. ſi inimicus. gl. pe. & Ber. & Inn. & Hoſt.
hic &. ſ. eo. tua. & alij doct. vbi. ſ. Et in iſta diſtinct. cõcor. Gof.
& Hoſtien. in ſummis ſuis tit. de rapto. & incẽ. §. fin. & Goffre.
in ſumma. eo. titu. §. ſeptimus. & Hoſti. in ſum. eo. titu. §. quis
poſſit excommunicare. verſi. 55. & Ray. in ſumma titu. de ra
pto. rubricella de incendiarijs. & frater Ioannes in ſumma con
feſſio. illo eo. tit. q. 10. quæ ſit pœna &c. & Ioan. 27. q. 4. omnes
eccleſiæ. & Cardin. & Ioan. Andr. j. eod. quicunq; glo. fina. lib.
6. & Aſten. lib. 7. tit. 2. verſic. 18. Et quod dictum eſt de incen-
diarijs vel effractoribus eccleſiarum qui ſunt excommunicati
ipſo iure, idem intellige ſecundum Ray. Goffr. & Hoſtien. &
fratrem Ioan. de incendiarijs vel effractoribus aliorum loco-
rum religioſorum, vel cemeteriorum, vel aliorum ſeu eorum
quæ ſunt in ſepulchro priuilegiato. 18. q. 4. ſicut antiquitus. Si
tamen conſuetudo loci habet quod incendiarij aliorum loco-
rum quam religioſorum ſint excommunicati ipſo iure ſeruan
da eſt, quia cõſuetudo, eſt optima iuris interpres. ſ. de conſue.
cum dilectus. j. de verbo. ſig. Abbate ſane. ſecus ſi conſuetudo
non appareat, vt not. Ioan. in dicto capitu. omnes eccleſiæ. &
Hoſti. in ſum. de raptoribus. §. fin. in fine. Et intellige incendia
rium qui non habet ius incẽdẽdi locum. Si autem ille qui non
habet ius, vel alius iuſſu eius hoc faceret incendiarius, ſecundũ
Ray. & Hoſti. non eſt iudicandus, quia non peccat qui peccat
legis auctoritate. 23. q. 4. qui peccat. Item intellige incendia-
rium, qui incendit alienum. ſi enim aliquis propriam domum,
vel ſegetem incenderet, licet peccaret abutendo re ſua, nõ ta-
men teneretur pœna incendiarij niſi dolo malo hoc faceret. ſ.
vt ſimul aliena bona incenderet, ſecundum Ray. Roffr. Goff.
& Aſten. in dicto verſic. 18. pro quibus facit. ff. ſol. matr. l. ſi cõ
ſtãte. §. ſi maritus. vbi dicitur quod ſeuicia quæ in proprijs eſt
panda eſt, in alicuius coercenda eſt. Aut quæris de ſecundo. ſ.
per quem ſunt abſoluendi, & tunc, aut poſtquam ſunt publica
ti ſeu denunciati excommunicati in eccleſia, aut ante. Si poſt,
3 tunc: † aut quæris de incendiarijs eccleſiarum, vel aliorum reli
gioſorum locorum, & tales poſtquam ſunt denũciati in eccle
ſia non poſſunt abſolui niſi per Papam, vt hic, &. ſ. eodem, tua
nos. Et hoc niſi in mortis periculo. ſ. de raptorib'. c. ſuper eo.
&. c. in literis. ſecundum Goffre. Hoſtien. & fratrem Ioã. vbi.
ſ. & Hoſti. in ſum. de ſenten. excom. §. quis poſſit ab hac ſentẽ
tia. verſi. primus caſus. & dicit G. naſo. & Ioan. Andr. poſt eum
ſ. eo. tua. quod legati Papæ tales abſoluere nõ poſſunt. Cũ hoc
eis non reperiatur permiſſum, & de reſeruatis non poſſunt
niſi permiſſa. ſ. de offi. lega. quod tranſlationem. licet excõmu
nicatos pro manuum iniectione poſſint abſoluere ſecũdum di
4 ſtinctio. c. † Aut quæris de incendiarijs aliorum locorum, & ta
les ſecundum glo. Guliel. ſuper Rayne. & fratrem Ioan. vbi. ſ.
poſtquàm fuerunt excommunicati, & per eccleſiam denun-
ciati, nihilominus poterũt abſolui à ſuis Epiſcopis. Idẽ Hoſti.
in ſumma eo. titu. §. quis poſſit ab hac ſententia. ſub. §. ſi vero
ſententia. verſicu. 3. fallit. dicens quod ordinarius poſſet à ſua
ſententia etiam poſt denunciationem incendiariũ abſoluere,
non tamen à ſententia canonis, vt ibi. Not. 7. caſus in quibus
quis poteſt ligare nõ tamen abſoluere, & duos in quibus quis
poteſt abſoluere non tamen condẽnare. ſed Goffre. Bernar. &
Hoſti. ſ. eo. tua. in fi. dicunt quod tales non ſint ipſo iure excõ
municati, tamen ipſis primo excõmunicatis ab Epiſcopis ſub
ſecuta publicatione ac denunciatione Papa per illam decreta-
lem reſeruat ſibi eorum abſolutionem ad terrorem. Et idem
tenet Cardi. j. eod. quicunq; glo. fi. lib. 6. dicens poſt Graci. qui
hoc idem tenuit, quod incendiarij eccleſiarum, qui ſunt ipſo
facto excõicati poſtq̃ ſunt publicati: & alij incẽdiarij q ſunt ex-
cõicandi poſtq̃ fuerũt excõicati, & publicati per ſedẽ apoſtoli
cam dumtaxat ſunt abſoluendi & remittendi ad eam, vt hic,
&. ſ. eo. tua. & in c. alleg. peſſimam. excepto mortis articulo, &
iſte caſus ſemper intelligitur exceptus. ſ. de ſepul. cap. ſi. ſ. eo.
de cetero. cap. ea noſcitur. &. j. eode. titu. eos. lib. 6. idem tenuit
Ioan. in dicto. c. cum deuotiſſimam. glo. incendiarius, & etiam
Archi. ibi in glo. adde ſed ante poteſt &c. & Aſten. lib. 6. ti. quis
poteſt abſoluere ab excommunicatione. arti. 2. & hoc credo
verius. Si antequàm ſint publicati ſeu denũciati per eccleſiam,
dic quod poſſunt ab Epiſcopis abſolui ſecundũ Ber. hic in glo.
fina. idem Goffr. ſ. de rap. in literis. dicit enim, ſi quæris à quo
debeant abſolui incendiarij ſiue ab homine excommunicati,
ſiue à iure ligati, reſpon. à prælatis niſi fuerint per ſententiam
publicati. idem Arch. in dicta glo. adde, ſed ante poteſt. Et licet
quidam dicant quod dictum eſt de denunciatione, intelligi de-
bet ſi fuerit denunciatus nominatim: ſecus in generali ſub hac
forma, ex-

forma excommunicamus omnes illos qui hoc incendium fe-
cerunt:in quo caſu dicunt taliter denunciatum in generali ſi-
ue ſciatur quis fecit ſiue non,poſſe abſolui ab Epiſcopo loci
Tamen glo.Guil.ſuper Ray.& frater Io.vbi.ſ.credunt quod
ſiue in gnali denũcietur a ſolo Papa eſt abſoluẽdus,& a quocũq;
iudice eccleſiaſtico ſiue,Epiſcopo ſiue Archidiacono fiat hæc
denũciatio,aut etiã à ſimplici ſacerdote ſi habeat de cõſuetudi
ne poteſtatẽ excõicandi & denũciãdi in tali caſu cũ decr.ſ.eo.
qua nõ diſtinguat à quo fiat iſta denũciatio. Dicũt etiã q̃ in ta
lib' incendijs metus aut coactio quæcũq; cõditionalis nõ excu
ſat quin ſit excõmunicatus ille qui incendit loca ſacra, & quin
ſit excommunicandus qui incendit priuatum,quoad peccatũ
aũt mortale excuſat non à toto ſed à tanto. arg.ſ.quod metus
cauſa factis.Et qđ dictũ eſt de incendiarijs eccleſiarum intelli-
gũt ibi & de effractoribus eccleſiarum ipſarum,qui ſimiliter ip
5 ſo iure excõmunicati ſunt,& à Papa abſoluẽdi.†Similiter cum
quis per violentiam multum enormia in eccleſia cõmittit, di-
ruendo altare,vel frangendo crucem,vel enormiter tractãdo,
corpus chriſti, & ſimilia ipſo iure eſt excõmunicatus,licet nõ
frangat eccleſiam,tamen abſolui non poteſt ab Epiſcopo, pro
hoc.j.e.nuper. Sed Goffre.in ſum.eo.tit.§.ſeptimus.& Hoſti.
in ſumma eo.titu.§.quis poſsit excommunica.verſi.11.in hoc
contra,dicentes quòd qui aliter offendit eccleſias vel bona ip-
ſarũ deripiũt q̃ incendẽdo,non ſunt ipſo iure excõicati ſed ex
cõmunicandi, & ſi ſacrilegij ſint.ſ.de foro compet.conque-
ſtus. & idem frater Ioan. in ſumma confeſsio eo. titu.q.35.in
quibus caſibus.verſi.octauus.& Ricar.& Aſten.in dicto verſi.
18.Et credo quod melius cum hoc non reperiatur cautum in
iure arg.a.q.5.conſuluiſti.Et hoc approbat Bernar.hic in fi.in
priuilegio.&.ſ.de ſepultu. capitu.fi.glo.3.vbi dicit quòd viola
tores eccleſiarum non ſunt ipſo iure excommunicati ſed ex-
communicandi.17.q.4.ſicut antiquitus &.c.ſi quis domum.
quod verum ſecundum Hoſtien.ibi,dummodo fracturã non
fecerint alias ſecus; vt hic. Ad idem quod not.Abbas & Ioan.
And.poſt eum.ſ.de fur.c.fi.dicentes per illud.c.quòd qui rem
ſacram furatur de eccleſia non eſt excommunicatus, cum ibi
ſine abſolutione Papa mandet ipſum promoueri. nec dicas q̃
mandauerit illum prius abſolui, quia expreſsiſſet ſi hoc fuiſſet
ſecundum eos. Aut quæris de tertio principali.l.qua pœna vl
tra hoc punitur,& tunc aut incendium committitur dolo,da
ta opera,& ex propoſito,aut cõmittitur ſine dolo.primo caſu
6 aut cõmittitur incẽdiũ in ciuitate, aut in villa.†Si ciuitate tũc,
aut incendiarius eſt humilis vitę,aut in aliquo gradu conſtitu-
tus.ſi eſt humilis vitę,aut incendium eſt magnum:aut non. Si
eſt magnum,tunc igne vratur,vel beſtijs tradatur ſine ſubijci-
tur.ff.de incẽ.ruina naufra.l. qui edes.&.l.vlti.§.qui data opera.
quia iſtæ duæ pœnæ ęquiparantur, ſicut damnatio ad furcas &
ad beſtias.ff.de re.mili.l.deſertorem.§.is qui ad hoſtes. & quia
ſummum eſt ſupplicium,vt.ff.de pœnis.l.capitalium.Si autem
incendium non eſt magnum, & tunc incendiarius capite puni
tur,vt in dicta.l.capitalium.§.nonnunquam.Si incendiarius eſt
in aliquo gradu conſtitutus, tunc aut incendium eſt magnum,
& tunc capite punitur, aut non eſt magnũ, & tunc in inſulã de
portatur,vt in dicto,§.qui data.†Si incendium committitur in
7 villa, tunc ſi quidem incendium eſt magnum, & incendiarius
eſt humilis perſona imponitur pœna capitis,& ſic etiã põt in-
telligi dictus.§. nõnũquã. quia hoc caſu in aliquo leuius debet
puniri.vt in dicta.l.capitalium.§.qui ob inimicitias.Si vero in-
cendiũ nõ eſt magnũ,tunc imponitur pœna metalli,vt in præ-
dicta.l.capitalium.quia in aliquo leuius punitur, quã ſi feciſſet
in ciuitate,vt patet per prædicta. Si autem incendiarius eſt in
gradu conſtitutus,tunc ſi incẽdium eſt magnũ imponitur pœ
na deportationis, quia in aliquo leuius debet puniri quam ſi fe
ciſſet in ciuitate, vt dictum eſt,Si non eſt magnũ: tunc relega-
bitur in perpetuũ,cũ ſit minor pœna quã deportatio,vt dicta.
l.capitalium. & hæc vera ſi cum dolo ſecũdum Iacob.de aretio
& Cyn.C.qui accu.non poſſunt.l. data opera.quorũ eſt hæc di
ſtinct.ſ.verſ.aut quæris de tertio principali citra,& intellige q̃
nihilominus emendet damnum:vt.C.quando ciuilis actio prę
iudicet criminali.l. vnica.Secundo caſu quando ſine dolo com
miſſum eſt incendium,refert ſecũdum Iacobum de aretio.aut
incendium fuit commiſſum lata culpa,& tunc damnum emen
dat,& cũ hoc corporaliter punitur,ſed non adeo grauiter ſicut
pro dolo, vt.ff.ad.l.corneliã.de ſiccarijs.l.in lege. Si leui culpa,
tũc damnũ emẽdat, nec corporaliter punitur,niſi ſit ſoluẽdo:
8 †quia tunc qui nõ poteſt ſoluere in pecunia,luit in corpore.ff.
de incen.rui.naufra.l.qui ędes. Si caſu fortuito,tunc facto im-
putandum eſt,vt.ff de incendio rui.naufra.l.penulti.Et ſic in-
telligas ibi,licet gloſæ quæ ſunt ibi, & in l.qui ędes.& in l.vlti.
aliter dicant & male ſecundum Iacob.de rauen.& Cyn.ibi. &
in hoc ſatis concor.Hoſti.in ſum.de rapt.§.ſi.&c.

Perpendimus. Si quæris vtrum,& quando
clericus faciens contra ſta-
tutum ordinis clericalis perdat priuilegiũ clericale,
dic vt dixi.ſ.de vita & honeſtate clericorum.ex lite
ris.diſtinctione.3.

1 *Dictio maximè abundat in ſenſu implicito.*
2 *Dictio maximè non abundat in ſenſu non implicito.*
3 *Mandatum excuſat iure per mandantem licitè facienda.*
4 *Mandatum non excuſat in re per mandatum non facienda.*
5 *Mandatum ſuperioris authoritas excuſat.*
6 *Prælatus immoderate corrigens clericum excommunicatur.*
7 *Prælatus clericum incarcerare poteſt.*
8 *Prælatus ſubditum verberare poteſt.*
9 *Prælatus clericum verberat per regularem.*
10 *Prælatus non verberet clericum per laicum.*
11 *Monachi appellatione venit Abbas.*

Vniuerſitatis. In verſi. maximè vbi cau-
ſa &c. Iſta dictio maximè,
quæ de natura ſui implicat idem ius in contrario
caſu nõ ſuper abundat hic, vt patet.j.in verſi. etiã
ſi cauſa ſubeſſet &c.Et hoc no.Ber.hic in gl.1. Vn
de ſi quæris vtrum & quando dictio maximè abundat vel nõ,
1 diſtingue†Aut ſenſus implicitus per eam reſultat iuri contra-
rius & tunc abundat vt probatur.C.de reſcin.vendi.l.1.in fine
& de indicta viduitate tollẽda.l. vltima. circa prin.§.ſin autem
libertatibus.Vbi maximè cum ex voluntate creditoris hoc in-
terponitur &c.† Aut ſenſus implicitus per eam non reſultat
iuri contrarius,& tunc non abundat:vt hic,& infinitis concor
dantijs in iure ſiue in corpore iuris ſcriptis. Et ita diſtinguit in
effectu Cynus in dicta.l.1.& adde qđ dixi.ſ. de filijs presbyte
rorum ad abolendam.

Super eo.c. Ibi,quam illi qui verberãt &c. Hic notat
Ioa. An. q̃ in atrocioribus non excuſat
mandatũ ſuperioris, de quo not.86.diſt.an putatis.&.j.de reg.
iuris.c.quòd quis.lib.6.Gratia huius.Si quæris vtrum & quan-
3 do auctoritas ſuperioris excuſat, diſtingue.† Aut loquimur in
his quæ mãdans ſeu auctoriſans poteſt per ſe licitè expedire,
& tunc mandatum excuſat etiam in atrocioribus,vt.C.ad.Iu-
liam.de adul.l.gracchus.&.j.e.vt fame. Et poteſt poni exem-
plum de milite,qui mandato iudicis occidit malos.23.q.5.mi
les.ad idẽ.j.de re iudi.quòd quis.lib.6.quis regulariter quis po
teſt facere per alium quod poteſt facere per ſeipſum.j.e. ſi cle
ricos.& de regu.iur.poteſt quis per aliũ.lib.6. Fallit hoc in præ
lato inferiore Epiſcopo qui non poteſt etiam in modum iuſti
tiæ per laicum clericum vel monachũ, verberare pro ſuis ex-
ceſsibus, imo mandans & mandatarius ſunt excõmunicati vt
hic,ſed bene ipſum capere & incarcerare, vt in dicto.c.ſi cleri
cos.& no. Archidiaco.& Io.An.ibi & Hoſt.in ſum e.tit.§.quis
poſsit excõmunicare.verſi.18.& frater Ioan. in ſum.cõfeſsio.
eo.tit.q.35.poſt hæc.verſi.12. Aut loquimur de his quæ man-
dans ſeu auctoriſans non poteſt per ſe licitè explicare, & tunc
4 †Aut quæris in atrocioribus,& dic q̃ nõ excuſat,vt ſi iuſſu do
mini vel patris cõmittas homicidium, q̃ non excuſaberis,ta-
mẽ mitius punieris, vt.C.ad.l.Iuliã,de vi publi.vel priua.l. ſer-
uos.C.de ſepul.viola.l.2. de his qui ſibi aſſcribunt in teſtamen
to.l.vlti.ff.de act.& oblig.l.ſeruus.ff. de reg.iur.l.ad ea.11.q.3.
ſi dominus. &.c.nõ ſemper.&.c.iulianus.28.q.5. qui cõpulſus
ſ.eo.mulieres. Aut in non atrocibus,& tunc aut ſubiectus te-
netur rõne officij reprehendere & inſtruere ſuperiorẽ & ei re
ſiſtere ſi male agat, & tunc nõ debet obedire,& ſi faciat nõ ex
cuſatur: vt.C.vt omnes iudices tã ciuiles quã militares.l.vna.
de appel.l.quoniã iudices.vbi de hoc p Lam.de iure fiſci.l.pro
hibitum.de decur.l.omnes. & de excu.mu.l.placet.in fi.li.10.
in aut.quo oportet Epiſcopos & cleri §.fi.colum.1.Quia non
habet imperium par in parem.21.diſt.inferior.ſ.de elect.inno
tuit.§.quãuis.ff.ad trebel. ille a quo.§.tempeſtiuũ.i.Et illud eſt
contra conſiliarios, & aſſeſſores qui dicũt totum eſſe bene fa
ctum quod nomine domini ſui faciunt,& dicunt ad quid dice
5 rem ego aliud,dominus meus nihil faceret pro me.†Aut ratio
ne officij non tenetur reprehẽdere vel inſtruere ſuperiorẽ, &
tunc auctoritas ſuperioris excuſat.ff.ad.l. aquiliã.l. ſi liber ho-
mo.2.vbi de hoc not. de iuriſdi.omni iudi.l. ſi qs id qđ.§.doli
mali.ad

mali. ad trebellianum.l.ſeruo inuito.§. ſi prętor.ff.de iniurijs.
l.iniuriarum .§.ſi quis decreto prӕto.de regulis iuris. non vi-
dentur.§.qui iuſſu.&.l.ad ea.

Super eo.c.in fine. Ad euidentiam huius.ca. &
gl.2.& glo.fi. Si quӕris vtrũ
& quando prӕlatus poſsit per ſe, vel per alium citra pœnam
excommunicationis corrigere clericum, vel monachum, vel
conuerſum ſuӕ iuriſdictioni ſubiectũ pro ſuis exceſsibus vel
6 delictis, diſtingue. † Aut prӕlatus ex propoſito ſcienter & ma-
liciosè excedit debitam correctionem, & tunc eſt excommu-
nicatus, & etiã illi qui de mandato ipſius hoc faciunt, ſiue hoc
faciat in capiendo, vel ducendo ad carcerem, vt quia non reſi-
ſtentem ſed quiete ſe duci permittentem calce, pugno, vel alio
modo percutiunt, vt.j.eodem, vt fame.§.fi. in fi. vbi hoc nota.
Ber. Et expreſsius Hoſtien. ibi, dicens per illud.c.& per iſtud,
quod ſiue prӕlatus ſiue alius de mãdato ſuo vel ſine clerico pa
rato corrigi & volenti obedire violentiam inferat excommu-
nicatus eſt ipſo facto: igitur ſuper hoc conſcientiam ſuam con
ſulat vnuſquiſq;. Idem notat Archidia.45.diſtinctio. in ſum.in
fi.&.j.de offi.ordi.cum Epiſcopus.ſuper verbo exegerint.lib.
6.pro hoc.j.eo.tit.ca.ſi clericus.verſi. cum in his.lib.6. vbi hoc
idem not.G.& Ioan. Andr. ſiue hoc fiat in verberando, quia le
uis & moderata tantum caſtigatio eſt permiſſa.j.eo. cum vo-
luntate.& notat Bernar. hic in gloſſ. moderate. & etiam Hoſti.
hoc etiam not. text. hic ibi nobis autem videtur quod niſi cau-
ſa regularis diſciplinӕ &c. Et quando dicatur excedere dicam
in dicto.ca. vt fame. diſtinct.2. Aut prӕlatus non excedit per ſe
7 nec per alium debitam correctionem, & tunc † aut quӕris vtrũ
poſsit eum capere & carcerari mancipare: & dic quòd ſic tam
per ſe q̃ per clericos vel laicos vt in d.c. fame. & in d.c. cũ epiſ.
& d.c. ſi clericos.li.6.quӕ.c. loquuntur de captione & incluſio
ne quӕ de mandato prӕlati cuiuſcunq; qui crimina punire po-
teſt, fieri poſſunt per laicos, licet nondum ille incorrigibilis ap
pareat ſecundum.G. ibi ſuper verbo capit. & ſecundũ Io. And.
8 ſuper verbo nodari. † Aut quӕris vtrum poſsit eum verberare
& tunc aut vtrum poſsit eum verberare per ſe: & dic quòd ſic,
vt hic. & d.q.5.illi qui. Hoc ſaluo quod Epiſcopus neminem
ſuis manibus percutere debet.86.diſt.non.liceat. ſed ſi clericũ,
per quem percutiat non habeat, poteſt percutere per ſeipſum
vt not. Lauren.& Io. in dicto cap. non liceat. & Archid.45.diſ.
in ſum.gl.adde ſed ſi clericum &c. vbi etiã de hoc vide etiam,
per Ioan. Et forte ſi per ſe verberaret vbi haberet clericum per
quem percuteret, non propter hoc eſſet excommunicatus, cũ
iſtud videatur in honorem põtificalis officij introductũ, ſicut
& ſimile.š.de iuramento calumn.c.ſi.j.de regu.iur.c.fin.lib.6.
9 † Aut vtrum poſsit verberare per alium, & tunc aut per cleri-
cum ſecularem, vel regularem ſeu monachum, & dic quòd ſic,
vt hic in verſi. vel ſi neceſsitas &c.& in dicto ca. cum Epiſco-
pus. Caueant tamen prӕlati regulares ꝙ ex charitate, & cauſa
regularis diſciplinӕ verberent ſubditos fratres, vel conuerſos,
& per ſeipſos, vel alios regulares, vel clericos ſecundũ Rayne.
Et quod dicit regulares, intellige clericos, nam per laicos con-
uerſos non eſt hoc tutũ facere vel honeſtum, & decre. iſta non
videtur concedere quòd hoc faciant niſi per clericum vel mo-
nachum ſecundum Archid. Vincen. & Ioan. Andre. hic in di-
10 cta gl. adde ſed ſi clericum. † Aut per laicum: & dic quod nõ po
teſt quin incurrat ſententiam excommunicationis, à qua non
poteſt abſolui citra Papam vt hic. Et not. quod in caſtigatione
verberum clericis illatorum tria ſunt conſideranda.ſ. perſona
verberantis, perſona verberati, item offenſa verberandi. In per
ſona verberantis tria ſunt conſideranda.ſ. dignitas verberantis
animus verberandi, & animus coercẽdi. Similiter in verberato
tria maximè conſiderantur.ſ. ętas, tempus, ſtatus religionis, &
gradus honoris. Item in offenſa verberandi tria pernotantur,
qualitas commiſsi, facultas emendandi, & pertinacia reſiſten-
di, quod dic vt plene not. Archid. in ſum alleg. in gl. fin. Et per
illum textum in fine, videtur quod ſi Abbas percuteret mona
chum non cauſa correctionis eſſet mittendus ad ſedem apo-
ſtolicam, ſed dic quod hic interuentus laici hoc facit argum.š,
de officio delegati. cum ſuper abbatis.&.c. ſuper quӕſtionum.
§.ſi. vero duo. Et quòd hoc caſu Abbas poſsit abſolui per Epi
copum notat Inno.j.eo cum illorum.& Spec.tit.de ſententię
prolatio §. vt autem. verſi. ſed cũ clauſtrales. pro hoc facit.š.de
ſymo. capit. fina. vbi & mandato diſpenſandi cum monachis
diſpenſari poteſt cum abbatibus: ſed Ioan. And. dicit hic quòd
non aduertunt hunc textum ipſi vel alij hoc dicentes. Et ad
contrarium dici poteſt, quod monachis in hac materia proui
11 detur per manũ Abbatum ibi per manum tertij. † Et ideo hic
appellatione monachi non poteſt includi abbas, ibi ſic: & eſi di
cam quòd vbi iura dicerent monachos abſoluendos per Epi
ſcopos, ſatis pnſſet de abbatibus intelligi vt in contrario. Per
quod dico quòd in caſu decretalis religioſo.j. eodem lib.6.be
ne abſolueret Epiſcopus etiam abbatem, volens tenere prӕdi
ctorum opinionem quӕ ſatis eſt. poſſet dicere hanc decreta.
loqui in enormi percuſsione, in qua etiam monachus mittetur
ad Papam.j.eo. cum illorum. vel quòd commixtio laici hoc in-
ducit, facit, de homi. continebatur. vt ſicut mittitur laicus, ſic
mittatur Abbas. Ioannes Andreas.

1 *Clericus non obediens prӕlato in armorum depoſitione priuile-
giuum amittit.*
2 *Clericus non obediens priuato priuilegium non perdit.*

In audientia. Si quӕris vtrum clerici ter-
tio moniti militaria arma no
lunt deponere amittãt priuilegiũ clericale, diſtingue
1 † aut huiuſmodi trina monitio fit à prӕlatis ſuis, &
tunc amittũt, vt hic qñ dicit à prӕlatis ſuis.&.j.eod. cõtingit.
2. ibi quando dicit ſi tertio à te commoniti. vbi loquitur prę-
2 lato. † Aut fit à priuatis vno vel pluribus, & tunc non amittunt
vt hic à contrario quando dicit à prӕlatis ſuis &c. ſecundum
Ioannem Andr. hic.&.š. de vita & hone.cler.c.1.ſuper verbo,
moniti.lib.6.& ſecundum Hoſti. in dicto.c. contingit.2.

1 *Mortis in articulo conſtitutus quis dicatur.*
2 *Mulier prӕgnans an ab ordinario abſoluenda ab omni peccato.*
3 *Paupertas quando excuſet.*
4 *Pauper & inops differunt.*

Qvod de his. Si quӕris de quo mortis articu
lo, de qua paupertate ſeu infir-
mitate debeat intelligi.ca. iſtud. ad hoc in eo vel in
ea conſtitutus abſolui valeat citra Papam, diſtingue.
1 † Aut quӕris de mortis articulo, & tũc dic quod quis dicitur
in mortis periculo cõſtitutus nedum ex graui infirmitate pro
ueniẽte, ſed & ſi hoſtem timeat capitalem, vel ſit obſeſſus, vel
obſideat in loco in quo machinę frequenter iaciuntur, vel ba-
liſtę, vel nauigaturus in loco periculoſo, vel longo nauigio, vel
per loca inſidioſa & periculoſa in quibus euidentia pericula im
minent tranſituris.ff.de do. cauſa mor.l.3.ſeq. ſecundum Inno.
& Hoſtien. Caueat tamen abſoluens quod non nimis laxet ha
benas in hoc cauſa, alias ſub hoc prӕtextu omnes poſſent ab-
ſolui, & ſic eluderetur edictum contra, id quod legi.& nota.š.
de ali.mu.iudi. cauſa facta.capit.1. Et daretur via figmentis, cõ
tra id quod legitur & not.š.de diuor. quanto. ſecũdum Hoſti.
& adde quod not. Bernat.š.de offi.ordi. paſtoralis.gl. qua caſu.
2 & plenius Hoſtien. & Ioan. Andr. ibi. † Vbi etiam ipſe Ioan.
quӕrit de muliere prӕgnante.ſ. an cum appropinquat partui
poſsit abſolui per ordinariũ excõicata, ca ſpecie cuius abſolutio
ſpectat ad Papã, nec permittit ordinario p̃p ſexum, nec obſtat
decre. mulieres.š.e.& putat diſtinguẽdã mulieris cõditionẽ. Si
.n. eſt corpulẽta & multos habuit filios, & facile peperit nõ eſt
abſoluanda niſi aliud periculũ immineat. Si autem alias non pe
perit & multum timet partum & forte debilis poſſet abſolui,
quia tamen experientia docet multas abundantes decedere in
pueri eſſet dicere illas abſolui poſſe, & maximè quia ſi euadunt
reincidunt niſi ſatisfaciant ad mandatum Papӕ quod dic vt.c.
3 eos.j.eo.lib.6. ſecundum Ioan. Andr. † Aut quӕris de pauperta
te, & in hoc caſu conſiderandus eſt triplex ſtatus perſonarum
diuerſus. Si enim ſunt de paupertate tanta depreſſę, humiles ta
men & robuſtę, quibus non imminet periculum in labore, nec
eis eſt pudibundum eleemoſynam petere & pedes ire, & tales
omnino mittendę ſunt ad curiam, ſic intelligas.š.eod. ea noſci
tur. Si vero ſint pauperes nobiles, delicatӕ quas nec decet ire
pedes, nec poſſent commode ſine periculo tantum laborem
ſubire, & quibus pudibundum eſſet medicare, tales abſolui
poſſunt per diœceſanum, vt hic, &.š.eod. de cętero. &.j.eod.
quamuis. Quod ſi ſint nobiles delicatӕ diuites & potẽtes, quӕ
commode terras ſuas delinquere non poſſunt, & tunc ſignifi
canda eſt veritas Papӕ, vt ſic tales de ipſius conſilio corrigan
tur, & ſic loquitur.š.eo.c. mulieres.§.1. ad quod facit quod le-
gitur & notatur.š.de voto quod ſuper his. ſecundum Hoſtie.
4 Et licet ſit differentia inter pauperem & inopem, quia pauper
dicitur quaſi parum potens vel parum patens, ſic paruus dici-
tur quaſi parum valens, vnde pauper dicitur qui habet aliquid,
licet habeat aliquid, tamẽ parum. Sed inops qui nihil habet vt
nota. Archid.8.diſtinct. quo iure tamen quantum ad propoſi-
tum non

tum non facio differentiam, imo pauperem accipio pro vtro
que. Aut quæris de infirmitate, & dic quod nedũ illam ex qua
imminet mortis periculum, ſed illam paruam ire ad ſedẽ apoſ.
impediri ſecundum Inno. & Hoſti. hic.

1 *Excommunicatus pluries an vna ſententia abſoluatur. num. 3. 5. 7.*
2 *Accuſationes quot ſunt, tot obligationes eſſe debent.*
4 *Abſolutiones plures vna verborum pronunciatione fieri.*
6 *Par in parem non habet imperium.*
8 *Abſolutio generalis petenda.*

CVm pro cauſa. Si quæris, vtrum vna ſen-
tentia vel pluribus ſenten
tentijs excommunicationis ligato, ſufficiat vna ab
1 ſolutio, an ſint neceſſariæ plures. †Ber. hic poſt mul
tas opiniones recitatas finaliter credit ꝙ qualitercũque ſit ex
communicatus aliquis ſiue vna, ſiue pluribus ſententijs ex plu
ribus, & diuerſis cauſis, qui verè vult abſolui, omnem cauſam
ſeu omnes cauſas pro qua vel pro quibus fuit excommunica-
tus debet exprimere in abſolutione ſua. quia pro vnaquaq; fuit
excommunicatus, & vnaquæq; ſufficit ad excommunicatio-
nem: aliàs non tenet abſolutio per ſurreptionem obtẽta: vt be
ne colligitur. j. eod. officij. Et de hoc no. Hoſt. in ſum. eo. tit. §.
& qualiter hæc abſolutio. ad fi. ſub. §. ſed pone ꝙ aliquis. & ſe.
Inno. & Hoſt. hic finaliter diſtinguunt. An vna tantum ſenten
tia ligatus ſit ex pluribus cauſis ſimul, ita ꝙ proferens ex nulla
per ſe ligare intelligeret: & tunc tenet abſolutio, niſi ſit talis cã
ſuppreſſa qua expreſſa abſolutionem non obtinuiſſet. s. de of.
ordinari. ex parte. quamuis quidam intelligant ꝙ ſit abſolutus,
ſed in pœnã mendacij mittitur ad Papam. Si vero pluribus ex-
excommunicationibus aliquis ligatus ſit, vel pluribus de cau-
ſis vna ſententia, ita ꝙ pro vnaquaq; ſententia per ſe intendit
proferens excommunicatum ligare: & tunc eſt neceſſe ꝙ ab
oĩbus abſoluatur. & ſic loquitur hic, & j. eo. officij. Et in his ſa
tis concordat Ioan. An. & G. extra, de ſepultu. c. eos qui. ſuper
verbo, ſubiacere. in clem. Sed ego Henricus ſequendo ꝓ maio
ri parte G. de mon. lau. extra eo. ti. c. grauis. gl. fi. in clem. diſtin
guo latius ſic. Aut quis eſt excommunicatus ab vno iudice: aut
à pluribus. ſi ab vno tunc, aut vna ſententia: aut pluribus: ſi vna
ſententia aut propter vnam cauſam, aut propter plures. Si pro
pter vnam cauſam tunc vna ſufficit abſolutio. s. de reſcriptis.
ab excommunicato. de officio deleg. cum contingat. §. in eo ve
ro caſu. s. e. cum deſideres. quia nihil eſt tam naturale &c. ff. de
regulis iur. l. nihil tam naturale. j. de reg. iur. c. 1. Si propter plu
res cauſas: tunc, aut conſtat ꝙ propter quamlibet intẽdebat ſin
gulas ferre ſentẽtias: aut propter omnes inſimul vnam, aut eſt
dubium. In primo caſu tot erunt neceſſariæ abſolutiones quot
2 ſunt ſententiæ, vt hic & s. de officio ordin. ex parte. †Et in hoc
concordat Inno. & Hoſt. s. & Io. Andr. poſt eos. & Goffred. in
ſumma eo. ti. §. ſed quid ſi quis pro pluribus, argu. ad hoc. 2. q. 3.
præuaricatorem. ver. ſi plura crimina. ff. ad turpil. l. 1. §. ſi plura.
vbi dicitur ꝙ quot ſunt accuſationes tot debent eſſe obligatio
nes. Sic & in denunciatione noui operis, quot ſunt denuncia-
tiones tot erunt remiſsiones. ff. de noui ope. nunciatio. l. de pu
pillo. §. ſi ex pluribus. ſic & in pœnitẽtia de omnibus peccatis
3 erit indulgentia petenda. de pœ. diſtin. 1. c. 1. †In ſecundo caſu
ſufficit vna abſolutio, dum tamen omnes cauſæ ſint expreſſe
in ea, aliàs non ſufficeret, & hoc niſi in caſu vbi cauſa ſuppreſſa
non eſt talis propter quam expreſſam non fuiſſet denegata ab
ſolutio, vt hic & in d. c. ex parte. Et in hoc concordat Inno. &
Hoſt. s. & Io. An. poſt eos. In tertio caſu. ſ. quando eſt dubium
recurrendum eſt ad excommunicatorem, vt de eius intẽtio-
ne ſciatur, & eius eſt interpretatio. j. eod. inter alia. Si pluribus
ſententijs refert, aut ferens intendebat iſtum ligare pluribus,
& diuerſis ſententijs, & tunc plures abſolutiones neceſſariæ
erunt per iura proxi. alle. & arg. 11. q. 3. ſi Epiſcopus fortè. ff. de
tranſactio. l. qui in tutoribus. §. 1. & in hoc concor. Innocen. &
Hoſt. s. & Goff. in ſum. eo. ti. §. item quæris quid ſi quis. & Ioã.
And. in dicto. c. eos. ſuper verbo ſubiacere. Aut intendebat ip-
ſum ligare vna tantum ſententia, licet verba excommunicato
ria multiplicauerit, ſic dicẽdo excõmunico, anathematizo &c.
& tunc ſufficit vna abſolutio, quia talis conculcatio verborum
non multiplicauit excõicationem. s. de Iudæis. ad liberãdã. Et
quod. s. dixi de pluribus abſolutionibus, intellige realibus non
4 verbalibus. †Nam non nego quin vna pronunciatione verbo-
rum plures abſolutiones fieri poſsint, dicẽdo ab oĩbus iſtis tri
bus ſententijs abſoluo te &c. per. l. ff. de acceptilatio. l. pluribus.
vbi dicitur ꝙ plures ſtipulationes verbales vna ſola acceptila
tione tolli poſſunt. Ad idem. ff. de verborum obligationibus. l.
ſcire debemus. & l. quod dr. vbi dicitur ꝙ in vna ſtipulatione
verbali plures ſummæ, vel ſpecies deduci poſſunt, & cum tot
ſtipulationes quot ſunt ſummæ vel ſpecies. Sic & in ſoro pœni
tentiali, ſub vna enunciatione verborum, omnia peccata cõfeſ
5 ſa dimittuntur, vt no. s. eo. ti. omnis. †Sequitur quando à pluri-
bus iudicibus eſt ligatus, puta vna ſententia excommunicato
ria à quolibet, & tunc aut talis abſoluitur per excommunicato
res, aut per ſuperiorem. Si per excommunicatores, tũc aut oẽs
principaliter excommunicant, aut principaliter excommuni-
cat, & ad petitionem illius alij confirmant. Si omnes principali
ter excommunicant, tunc aut omnes habẽt vnam iuriſdictio
nem, aut diuerſas. Si vnam, tunc valet quod ab vno ſit, & vna ſo
lutione, dum tamen ab alio vel alijs habeat poteſtatem qui ſibi
ſuper hoc commiſerunt vices ſuas. s. de officio delega. cauſam
matrimonij. & c. vno delegatorum. & no. Goff. in d. §. itẽ quæ
ris. & Archi. de pœn. diſtinct. 3. c. quid. §. penu. §. poteſt. Idem ſi
non ab alijs, ſed à iure ſecundum illam diſtinctio. vtrum ſunt
ordinarij vel delegati, quam poſui ſupra de offi. delega. pruden
tiam. in prin. Si habent diuerſas iuriſdictiones, tunc erunt ne-
ceſſariæ tot abſolutiones quot ſunt excommunicationes. j. e.
6 officij, †quia par in parem non habet imperium. 21. diſtinctio-
ne, inferior. s. de electionibus. innotuit. §. quãuis. ff. ad Trebel-
lianum, ille à quo. §. tẽpeſtiuum. Nec eſt neceſſe omnes in hoc
caſu ſint præſentes, ſed ſufficit qđ iſte excommunicatus dicat
ordinario, domine ego ſum excõicatus à canone, & ab alijs
iudicibus, vnde abſoluatis me à ſententia canonis, & poſtea ab
ſoluat ab alijs ſententijs ſucceſsiuè, & ſic debet abſoluere tantũ
à ſententia canonis, & poſtea abſoluere ab alijs ſententijs ſuc-
ceſsiuè. Et ſic debet abſoluere tantum à ſententia canonis, ſed
non denunciare abſolutũ, donec ab omnibus fuerit abſolutus.
Sic intellige dictum c. officij. in fi. cum ſua materia ſecundum
Geminia. de monte lau. in dicto capit. grauis. & in hoc vltimo
7 concordat Innocentius ibi gl. vlti. in princip. †Si vnus princi
paliter excommunicat, & alij ad petitionem illius confirmant
tunc dicit Raynerius in ſumma ſua eodem titu. §. 33. ſed nun-
quid erũt. quod ſufficit abſolutio illius qui principaliter excõ-
municauit argumentum ſuprà de treuga & pace. capitu. 1. Sed
glo. Gui. ibi dicit quod verum eſt quando confirmantes nõ ha
bent iuriſdictionem in excommunicato, & tunc exponitur,
confirmant. i. denunciant per ſuam diocœſim hunc eſſe excõ-
municatum. Si autem confirmans eſt ſuperior excommunicã
te, tunc ſi confirmat ſimpliciter ſine cauſæ cognitione, idẽ eſt
quod. s. ſed ſi cum cauſæ cognitione, tũc non põt inferior, qui
excommunicauit abſoluere. & idem tenet frater Io. in ſumma
confeſ. eodem titu. 11. quæſtione c. quid ſi ſententia &c. & quæ
ſtione 120. cum quis pluribus ſentẽtijs &c. & dixi ſuprà de in
ſtitutionib. ex frequentibus. in fi. Si talis excõmunicatus à plu
ribus abſoluitur per ſuperiorem qui habet ius abſoluendi, tũc
potes diſtinguere, vt Rayne. in dicto. §. 33. ſed nunquid erũt. &
frater Ioannes in dicta quæſtio. 120. Cum quis pluribus ſenten
tijs &c. Quia aut fuerunt ſibi omnes cauſæ & excommunica-
tiones expreſſæ, & tunc vnica abſolutio tollit omnes excõmu
nicationes, niſi contrarium ſit dictum per. l. præalleg. pluribus.
cum ſuis concordantijs. Aut non: & tũc nõ tollit niſi quod ex-
preſſum eſt, argumẽtum, ſuprà de officio ordinarij ex parte. s.
eo. c. 1. Niſi fortè quãdo ipſe ſuperior ſciebat omnes cauſas ex
communicationis, vt hic, quia tunc ſcienter videtur eũ abſol
uere ab oĩbus. argumentum. ff. de actio. emp. vend. l. 1. vbi dici-
tur quod non videtur celatus, qui ſciuit, nec certiorari debuit
qui non ignorauit. Et idẽ credunt ſi ita dicit, abſoluo te ab oĩ-
bus excommunicationibus iſtis, quas confeſſus es, & ab oĩbus
alijs, quas non habes in memoria. †Item dicit gl. Gui. ibi ſuper
verbo, in memoria. & frater Ioannes in dicta. q. cum quis pluri
bus. quòd qui impetrat abſolutionem à Papa vel à legato, cautè
facit ſi faciat ſe abſolui de omnibus excommunicationibus, &
peccatis de quibus nõ recolit, quia tunc ſi poſtea recolat de ali
quibus nõ tenetur iterũ abſolutionem impetrare, licet de pec-
cato teneatur, ſi ſit mortale confiteri. In hoc concordat Aſtẽſis
lib. 7. ti. quis poteſt abſoluere ab excommunicatione. quæſtio.
vtrum excommunicatus pluribus verſicu. ſecundum Ray. &
verſi. ſeq. vbi de iſta materia.

1 *Ecclesia triumphans non errat.*
3 *Ecclesia ſpecialis errare poteſt.*
3 *Ecclesia generalis non errat.*
4 *Claue errante ligatum non tenet.*

5 *Culpam Deus tollit.*
6 *Peccatum non ſacerdos tollere nequit.*
7 *Curatus confeſsiones audiendas committit.*
8 *Abſoluere poſſit an non ſacerdos.*
9 *Excommunicationis effectus.*
10 *Abſolutionis effectus.*
11 *Abſolutionem an committat non ſacerdos.*
12 *Eccleſia vero non abſoluit.*
13 *Eccleſia abſolutum declarat.*
14 *Indulgentię an ad illos de purgatorio extendatur.*
15 *Iudicium triplex.*
16 *Hæretici qualiter reconciliandi.*
17 *Mortuus excommunicatur, & non baptizatur.*
18 *Laicus non abſoluit.*

1 A Nobis ij. Si quæris, vtrum eccleſia poſsit errare, diſtingue. †aut quæris de eccleſia triumphante, & illa nunq̃ errat: quia oĩa nouit anteq̃ fiãt, & nihil ei occultari poteſt vt hic, & ſ.de Symo. tua nos. in fi. 23. q. Deus quibus. de confec. diſt. 2. pœnem. in fi. ſm Hoſt. Vnde Hyeronymus ad Celanciam, nũquam errat mutatio quæ ſequitur veritatẽ. & ſuper Io. lib. 6. veritas claudi &, ligari pôt, vinci non poteſt, quæ & ſuorum paucitate contẽta eſt, & multitudine hoſtium nõ terretur. Et de ſe dicebat ad Aug. 4. c. fieri non poteſt vt veritatis cultor mẽdacio colla ſub
2 mittã ſm Io. An. †Aut de eccleſia militante: & tunc aut de eccleſia ſpeciali & illa pôt errare vt hic, ſed pro ipſa præſumitur, quouſq; de errore probetur. ſ. de frigi. & male. fraternitatis. §. nos tñ. & c. fi. & potiſsimè pro Romana, vt patet in eo quod legi. & no. de reli. & ven. ſanctorum. c. 1. Debet aũt eccleſia inq̃tũ pôt diuinũ iudiciũ imitari, lo. 11. ca. 1. q. 3. tunc vera. ſi tñ de errore poſsit fieri fides non negatur etiam apoſtolicæ ſedis ſententiam in melius cõmutari: vt patet in eo q̃d legi. & no. ſ. de re iudi. cũ olim. §. nos igitur. de reſti. in inte. tũ ex literis. §. 1. vec.
3 præſertim. †Aut quæris de eccleſia generali ſimul congregata, & illa nunquã errare poteſt. 24. q. 1. à recta fide ſm Hoſ Quod credo verũ in errore iuris pro quo illud quod dicit dñs Petro Lu. 22. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua: & recitatur. 21. diſt. c. 1. in fin. Sed in errore facti maximè probabile eccleſia generalis errare poſſet, ſicut & ſpecialis, puta vtrũ contraxi cum Berta vel non: vtrum ſim filius titij vel non: quia facta peritiſsimos fallunt. ff. de iuris & facti igno. l. 2. Et no. ſm Ho. q̃ licet eccleſia fallere poſsit, vt hic, tñ q̃tũ in ipſa eſt nequaq̃ fal-
4 lere debet: vt patet in q̃d legi. & no. ſ. de dona. per tuas §. fi. †Idẽ no. Abb. & Io. And. hic per illud. c. q̃d ligatio vel abſolutio quã facit eccleſia claue errante, nec ligat nec ſoluit apud Deum.

Super eo c. Vtrũ ſuperior non ſacerdos poſsit à peccato, vel excommunicationis ſententia abſoluere, vel abſolutionem alteri committere faciendã, diſtin
5 gue. †Aut quæris de vinculo, quo peccator ligatus eſt apud deũ proueniẽte ex culpa, quæ dicitur illa obfuſcatio ſordes vel macula proueniens in anima ex commiſsione peccati ſegregante peccatorem à gratia dei. 1. q. 1. ventum eſt. & illud ſolũ verbum Dei tollere dr̃. de pœn. diſt. 1. verbum. de cõſecr. diſt. 4. nemo. Vnde ex tali culpa debita eſt pœna perpetua, cum ille in quem eſt commiſſa ſit perpetuus. Nã iuxta conditionem offenſi menſuratur pœna iniuriæ. inſt. de iniur. §. atrox. 23. q. 5. quid ergo: & hoc eſt q̃d dici conſueuit. culpa pôt demi pœna perennis erit. C. de gener. abol. l. indulgentia. Sed quia Dei eſt miſereri, & q̃a non vult mortem peccatoris Ezec. 18. & 33. c. 3. q. 4. hi qui. 23. q. vlt. hi à quibus 33. q. 2. admonere. Ex ſola contritione illa pęna perpetua transfertur in temporalem hic, vel in purgatorio peragendã, vt hic quod dic vt plene no. G. de mon. lau. & Gen. extra de priui. c. 1. ſup verbo culpa. in clem. de hoc etiam legiť, & notatur. 16. q. 1. placuit. †. Aut quæris de vinculo quo peccator ligatus eſt apud Deum & eccleſiam: & tunc aut quæris de peccato, aut de excommunicatione quæ eſt pœna peccati in-
6 ducta per eccleſiam. 24. q. 3. corripiantur. †Si de peccato, dic q̃ ab illo inferior ſacerdote q̃ habet claues eccleſiæ abſoluere nõ poteſt vt notat Bern. ſ. de officio ordin. paſtoralis. §. præterea. gl. quo caſu in fi. additio eſt. Licet ſi decedat cõtritus, vel cum certis ſignis contritionis antequã presbyter venerit, ſufficiat teſtimonium laici hoc teſtificantis vt ab eccleſia abſoluatur. i. abſolutus fuiſſe oſtendať, vt hic. Et in tali caſu cũ nulli fiat pręiudicium ſufficit vnus fide dignus, non. n. proceditur hic ex iudicio certitudinis ſed præſumptionis ſecundum Petrum de Tarentaſia, & fratrem Aſten. li. 5. ti. 16. qualis debet eſſe con

feſſor. in fi. lib. 6. ti. de ſepulturis. ad fi. & dixi. ſ. de iudi. decerni
7 mus. ad quod facit quod ſtatim ſequitur. †Sed tamen curatus parochialis, vel alius habens curam animarum licet non ſit ſacerdos, poteſt committere confeſsionum auditiones alteri ſacerdoti ſimplici. argumentum. ſ. de electio. ſuffraganeis. & hoc videtur tenere Hoſt. ſ. de officio Archidi. cum ſatis. & Ioannes Andræas, & G. de mon. lau. & Gen. extra de priuilegijs. ca. 1. in prin. ſuper verbo presbyteri in clem. & pro hoc facit q̃d. j. in fi. ſequitur. Si de ſententia excõicationis tunc, aut quæris, vtrum poſsit ab ea abſoluere non ſacerdos: aut vtrum poſsit
8 committere abſolutionem ſacerdoti faciendã. †In primo caſu dic ſecundum Hoſtienſem hic & ſ. de Symo. ad aures. q̃ in huiuſmodi ſententia eſt duplex vinculum vnum. ſ. iudiciale: & ab hoc cum ſit potius iuriſdictionis, quàm ordinis regulariter q̃ poteſt ligare & abſoluere. 21. diſtinctio. inferior. Aliud pœnitẽtiale, & ad hoc cum ſit ordinis ſacerdotalis, nullus poteſt abſoluere, niſi ſit ad minus ſacerdos, vt hic, & ſ. ti. 1. omnis. j. eodẽ, nuper. & capi. 1. in dubijs. & capitu. canonica. etiam ſi neceſsitas immineat. ſ. de ſepulturis. capi. fina. de raptoribus. in literis. de pœni. diſtinctio. 1. verbum. & capi. præcedenti, & cap. quem pœnitet. Et cum hæc duo in ſententia excõmunicationis concurrant, nõ erit communicandum ſic ligato per iudicẽ, donec per ſacerdotem eũdem vel aliũ presbyterũ de mãdato eiuſdem iudicis vel ſuperioris ſui ſm formam eccleſiæ fuerit abſolutus. & ita intelligitur dictum. c. ad aures. & ar. ad hoc. ſ. de Iudæis. ita quorundam. Vnde iudiciale ſubeſt pœnitentiali, non econuerſo: nam iudex extra forum pœnitentialem ad iudiciali tñ vinculo intelligitur abſoluiſſe, pœnitentiali vero per presbyterum relato iudiciale intelligitur relaxatum, quia eſt tm̃ à peccato mortali propter quod ſolum excommunicationis ſententia ferri debet. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. Cuius cauſæ naturam ſapere debet cui etiam quodammodo ſuccedit, ar. ſ. de voto. c. non magnæ. §. cum igitur. Item pœnitẽtiale tanq̃ dignius trahit ad ſe contentioſum ar. ſ. de conſe. eccle. cap. q̃ in dubijs. Quantumcunq; tñ recõcilietur quis per ſacerdotem in pœnitentia, non ideo minus pôt quis in iudicio ius ſuum proſequi. 2. q. 3. c. euphœmiũ. §. hinc colligitur. & in eo q̃d no. ſ. de ſciſma. c. 2. ſm Hoſt. hic, & in hoc concor. gl. Gui. ſuper Ray. ti. de pœni. rubricella de confeſsione. §. 15. debet quilibet &c. & frater Io. in illo eo. ti. q. 36. quæris hic &c in hoc tit. q. 51. vtrum ille qui non eſt presbyter, & Petrus & Tho. in ſcriptis & Altẽ. li. 7. ti. quis poteſt abſoluere ab excommunicatione. artic. 1. q. vtrum clericus non ſit presbyter. Ad idẽ concor. q̃ no. Hoſti. in ſum. eod. ti. §. quis poſsit abſoluere. ſub. §. ſed quis abſoluet. verſi. ad hoc pôt dici & Spe. ti. de ſnĩa. §. vt autem circa. 10. col. ver. item ſcias. dicentes, q̃d licet iudices qui nõ ſunt presbyteri vel eorum ſuperiores poſsint abſoluere à ſentẽtijs quas ipſi proferunt, tñ à ſe abſolutos debent mittere reconciliandos p̃ ſacerdotem. ſ. e. cũ deſideres. & hoc dicit ſe ſeruare: licet alij nõ ſeruent, & idem videtur dicere Inn. ſ. de conſu. q̃to. Et in hoc ẽt concordat Archi. 24. q. 3. notandum. qui concor. opi. Hoſ. ſ. de ſimonia ad aures. vbi dicit q̃ abſoluere ab excõicatione eſt ordinis ſacerdotalis & fori pœnitentialis, & opi. Goff. ſ. e. porro. vbi dicit q̃d excõicare & abſoluere eſt iuriſdictionis, vt pa-
9 tet in eo q̃d legi. & no. ſ. de elec. c. tranſmiſſam. †Igitur qui pôt excõicare, pôt abſoluere, quia dñs par ius eſſe voluit ligandi & ſoluendi, de pe. diſt. 1. verbum. 21. diſt. inferior. Dicẽs, quod ſicut excommunicatio duos habet effectus. ſ. aliquem extra eccleſiam eijciendi, & eiectum detinẽdi, prout notat. 3. q. 4. engel
10 trudam. & ſ. de Iudæis. ita quorundam. †Ita & abſolutio duos vr̃ habere effectus. ſ. deligandi ſic ligatum: & de illo pôt intelligi op. Goff. & talem ſic abſolutũ in eccleſiam introducendi, de quo loquitur. 11. q. 3. cum aliquis. Et de tali introductione pôt intelligi opi. Hoſt. & ſic loquitur dictum. c. notandum quod loquitur de manus impoſitione quæ fit hæreticis ad eccleſiã reuertentibus, & illa eſt reconciliatoria ſm Arch. Et q̃d nullus niſi ſit presbyter pôt abſoluere, cum presbytero nõ laico claues eccleſiæ ſint conceſſę. 22. diſt. c. 1. & 24. q. 1. quodcunq;. not. Io. Goff. & Hoſt. j. eo. canonica. & Io. 96. diſt. bene quidem gl. ſed contra. in fi. & Archi. ibi in gl. ſua pe. & Inn. in d. c. pro illorũ. gl. idẽ intelligo &c. & Hoſt. ibi in §. nos tñ. ſuper verbo prælatis. ſicet ipſe Goff. notet contrarium & Hoſt. j. eo. duobus. & c. ca. ſiquẽ. & ſ. e. porro. Dicẽtes q̃d ſi tẽplarius tẽplariũ. vel hoſpitalarius hoſpitalarium verberet, q̃d miniſtri ſeu magiſtri eorum ſicet ſint laici abſoluent. Nec ob. q̃d ſint laici, q̃a excõicare & abſoluere iuriſdictionis eſt. ſ. de elect. tranſmiſſam. & ideo cadit
11 etiam in laicos. 32. diſtin. verum. & c. ad hoc. †In ſecundo caſu dic vt no. Hoſt. in dicto. c. ad aures. dicens, q̃ licet illi qui non

ſunt presbyteri

ſunt presbyteri per ſe abſoluere non poſsint ab excõicatione:
quia eſt ordinis & ſori pœnitentialis, & manus impoſitionẽ,
reconciliationem requirit, vt in dicto.c.notandum. & ſ.de vi
ta & hone.clerico.c.quoniam vt ait.§.fi.& ea ratione commit-
ti non poteſt ordinem presbyteratus nõ habenti.ſ. de conſec.
eccle.vel altaris aqua. Quia tamẽ commiſsio iuriſdictionis eſt
illis qui iuriſdictionem habent, licet non ordinem, hanc abſo
lutionem quam per ſe nequeunt impartiri, poſſunt committe
re ordinem habenti, vt legi. & no.ſ.de elec.ſuffraganeis.de off
dele.qm̃ apoſtolica. Et ſic no.ꝙ regula illa quæ dicit, ꝙ qui po-
teſt excommunicare ſiue ligare poteſt abſoluere, fallit in non
presbytero excommunicante, vt eſt dictum: & in alijs.7.caſi
bus, quos ponit Hoſti.in ſum.e.ti.§.quis poſsit abſoluere. ſub.
§.ſi verò ſententia.& frater Ioã.in ſum.confeſ.q.97.in quibus
caſibus &c. Finaliter dicit Io.An.ꝙ hic, ꝙ cõiter iudices eccle-
ſiaſtici ordinarij & delegati, quos excõicãt abſoluũt, licet pre
sbyteri non ſint, nec multũ ponderant prædictã ſubtilitatem
Hoſtiẽ.hic, cum ſatis ſit abſolutus quod pure reconciliatus eſt
communioni hominum, itẽ & ſacramentorum inquãtum pri
uatus erat per ſententiam, fortè adhuc remanet] illa priuatus,
propter culpam: ab illa ſacerdos abſoluet, ſed de illa non poſ-
ſum excipi in iudicio. & per hoc breue reſponſum poteſt dici
rationibus Hoſt.ſecundum Ioan. Andr.

Super eo.c. Verſi.nec obſtat &c. Si quæris, vtrum ec
cleſia militans poſsit ligare vel abſoluere
12 mortuos, diſtingue. † Aut quãtum ad veritatem ligationis vel
abſolutionis, & dic ꝙ non, vt patet 25.diſt.qualis ad hoc.de ce
13 lebratio.miſſa.cum Marthæ.in fi. † Aut quantum ad declaran-
dam abſolutionem à ſummo ſacerdote in contritione factam
fuiſſe, & dic ꝙ ſic, vt hic. Antequam declarationem per iudicẽ
ſuum ſactam diſtrictè eſt ſeruãda ſententia ab eccleſia militan
te.11.q.3.c.1.ſ.de appel.ſolicitudinem. & eſt expreſſum.j.e.ſa
cris. & hæc eſt vera & ſola ſolutio huius antipophoræ ſm̃ Ho.
Et in hoc concordat Io.Andr.hic & Archi.24.q.2. in ſumma
gl.fi.dicens, ꝙ ſicut ſub terra poteſt aliquis abſolui ſi aliqua ſi-
gna pœnitentiæ apparuerint, vt hic: ſic & poteſt ligari ſi in no
torio crimine deceſſerit, ſm̃ Io.Andr. quod intellige.i.ligatus
denunciari. & ita exponũt Inn. & Hoſt.hic ſuper verbo ligaſſe.
ita etiam intelligo quod no. Archi. 24.q.3.ſi quis non recto. gl.
fi.vbi dicit ꝙ ſi poſt mortem eccleſia inueniat ſe deceptam, ab
ſoluet mortuum, quem ligauit ſicut & ligat, vt ea.cauſa. & q.ſa
nè. & ſ.de hæreti.ſi Epiſcopus. ſm̃ Goff. qui ita no.ſ.de reſtit.
14 ſpolia.c.literas. † Sed contrarium huius videtur notare. Go. de
mon.lau.extra de pœnis & remiſsio.c.abuſionibus. ſuper ver
bo multiplici.in clem.vbi quærit vtrum clauis ſeu poteſtas ec
cleſiæ extendat ſe ad illos de purgatorio, de quo no.24.q.2.liga
tur.33.q.2.quos Deus, quidam dicunt ꝙ non, cum vocati ſint
ad malus tribunal, & relicti iudicio diuino.23.diſti.quorundã.
Aliqui dicunt contrarium arg.25.diſtinc.qualis. inter quos eſt
frater Tho. aſſerens, ꝙ ſi ad hoc intendat ille qui poteſt dare
indulgentias vt nedum ad viuos, ſed etiam ad illos, qui ſunt in
purgatorio extendatur, dum tamen exprimat ꝙ illi quibus cõ
cedit nedum pro ſe imo etiam pro mortuis poſsint, faciendo
aliquod opus poſſunt eas lucrari: & facit quod no. Inn.ſ.de pe.
& remiſ. quod autem gl. per hoc videtur. vbi videtur idem no
tare ſm̃ G.de mon.lau. Sed quicquid dicatur, nõ videtur ꝙ il-
le indulgentiæ valeant formaliter defunctis ratione fori vel iu
riſdictionis eccleſiæ cui non ſubſunt, ſicut ſi eſſent viui: vt hic,
ſed per modum ſuffragij.13.q.2. animæ defunctorum. & hu-
ius ſententiæ ſunt Ricar. Th. Pe. Ray. & Inno.ſ.ti.proxi.ꝙ au
tem gl.periul. & Aſten.li.5.ti.39.de indulgentijs.arti.3.q.vtrũ
valere poſsint. Idem tenuit Ioannes And.hic dicens, ꝙ prædi
cti non aſſerũt ſuffragia non prodeſſe: nam per ſuffragia non
fit plena abſolutio, vt nota.de celebra.miſſarum.cum Marthę.
15 in gl.vlti. † Item no. ſm̃ fra. Aſten.li.5.ti.36.de effectu & virtu
te pœnitentiæ in fin.ꝙ eſt iudicium triplex.ſ. Dei, Petri, & cu
riæ cœleſtis. Primum eſt quo Deus animam mundat in contri
tione, & hoc præcedit alia duo tempore, dignitate, & effectu.
Secundum eſt iudicium presbyteri qui in poteſtate clauium li
gat vel ſoluit in terris. Et poſt hoc ſequitur tertiũ iudiciũ.ſ.ap-
probationis curiæ cœleſtis. Vnde expone illud quodcũq; liga
ueris ſuper terram.ſ.iudicio Petri iuſtè erit ligatũ, & in cęlis.ſ.
per approbationẽ curiæ cœleſtis, & hũc intellectũ ponũt Gre
go. & Leo Papa.11.q.3.tunc vera. & 24.q.1. maner, approbãt.

Super eod.ca.verſic.abſolutionis.
Si quæris, vtrum hæretici in extremis laborantes debeant re-
conciliari cũ illa ſolennitate quæ eſt.1.q.8.quotiens cordis. &
16 c.ſaluberrimum. & c.cõuenientibus. † Diſtingue, aut eſt facul
tas eos taliter reconciliandi, & tunc ſic vt ibi. Aut venerunt ad
tantam neceſsitatem ꝙ confiteri non poſſunt: & præceſſerũt
tamen ſigna pœnitentiæ, & tunc ſine præmiſſa ſolennitate re
conciliabũtur. Lex.n.quæ aliud ſtatueret inhumana eſſet, ſm̃
Inn. & Hoſt. & Io.An.hic, idem frater Io.in ſum.confeſ. Rub.
de hæreticis.q.14.qualiter. Et hæretici recõcilientur poſt mor
tem probatur.24.q.2.ſanè præfertur. ſm̃ Ho. & Io. And. & gl.
Vin. & Ber.hic ſuper verbo relaxatur reddens rationem quare
quis poteſt abſolui ab excõicatione poſt mortẽ, & non poteſt
17 baptizari poſt mortem. † Quia ſententia eccleſiæ ligat corpus
& etiã animam, nullus tñ character infigitur, ſeu inſertur, alias,
imprimitur animæ, & licet ſint iniuſta auſert ſepulturã, baptiſ
mus verò character eſt animæ, vnde poſt mortem nõ eſt ꝙ va
leat baptizari.arg.32.q.6.licitè. Approbant Tancr. & Inno.hic
dicentes inſuper ꝙ pōt eſſe ꝙ excommunicatus non eſt excõ-
municatus, quantum ad Deum & animam, ſed tantum q̃tum
ad eccleſiam, & corpus.idẽ Archi.2.q.5.quanto.gl.antepe. Sed
Hoſt.dicit hic ꝙ corpus nunquam ligatur excõicationis ſnĩa,
ſed tñ anima, vt patet in eo quod legitur & no.ſ.de rebus eccl.
non alienan.ſi quis presbyterorum. vbi hoc idem no. Vnde di
cit ꝙ ratio eſt hic, quia ſi non baptizatur nullum periculũ vel
ſcandalum imminet cum iam baptiſatus ſit apud Deũ, vt patet
in eo quod legitur & no.ſ.de baptiſ.debitum.de presbyt. non
bapt.c.2.imo ſi baptizaretur errorẽ, & ſcandalũ induceret ſe-
cus per omnia in excommunicato ſm̃ Hoſt.qui dicit ꝙ excõ
municatio non ligat corpus, quod non credo verũ. Conſtat.n.
per excõicationẽ fit corporalis ſeparatio à cõione eccleſiæ &
fidelium.3.q.5.engeltrudam.vt notat Inn.in dicto.cap. ſi quis
presbyterorum. nec in cemiterio ſepelitur vt.ſ. de ſepulturis:
18 ſacris. † Item de hoc quod dicit Ber.hic ſuper verbo nõ potuit.
in fi.ꝙ quis poteſt abſolui a laico in articulo mortis Hoſti. hic
dicit contrarium, dicens ꝙ nulla neceſsitas pōt dare minori ſa
cerdoti poteſtatem clauium, quam non habet.ſ.de conſue.q̃to
de conſecr.eccle.vel altar.aqua Valet tñ ad hoc vt per eum eui
dentia ſigna probentur, vt poſt mortẽ per eccleſiam abſoluat,
de quo.ſ.de offi.ord.paſtoralis. & dic vt dixi.ſ.de iudi.decerni
mus. Item ratio quam aſsignant Inno. & Hoſti.hic in verſic.vt
autẽ.quare illius mortui abſolutio fit à ſede apoſtolica, qui cũ
uiueret ab ea fuerat abſoluendus: non autem à quo ibet ſacer-
dote ſicut in mortis articulo conceditur.ſ.eo. dubium.ſ.quia
poſt mortem non eſt in mora periculum: ſicut quando quis in
firmatur non videtur ſufficiens quia in mortis articulo nõ im
minet periculum, cum ſi pœniteat & conteratur abſolutus ſit
quoad Deum, vt.ſ.eo.in princ. Ideo credo ꝙ ideo eſt quare in
mortis articulo poteſt abſolui per ſimplicem ſacerdotem, nec
alias.ſ.ſi ſimplex ſacerdos abſoluere non poſſet excõicatũ, qui
eſt fortè ſimplex homo errando in iure, & credendo ſe nõ ab
ſolutũ quoad Deum, perire poſſet quoad animã, quia alias poſ
ſet indureſcere in peccato.arg.j.eo.ti.alma mater.lib.6.

1 *Clericum violenter capiens an excommunicetur.3.5.*
2 *Clericus volens malefacere detinendus.*
4 *Ius calumniari non poteſt.*
6 *Clerici res occupans an excommunicetur.8.*
7 *Vim vi repellere licet.*
9 *Clericum rem meam aſportantem capere licet.*
10 *Excommunicatus minori poteſt in eccleſia orare.*
11 *Excommunicatus an eccleſiam intrare debeat 13.15.*
12 *Canon miſſa non recipit diuiſionem.*
14 *Excommunicatus de eccleſia eijciendus.*
16 *Oratur ſex de cauſis.*
17 *Communicatio neceſſaria cum excommunicato toleratur.19.*
18 *Communicatio voluntaria cum excommunicato damnatur.*
20 *Socius an ſocium abſoluendum cogat.*
21 *Communicans excõmunicato ignorãter non excommunicatur.*
22 *Communicans excommunicato à quo abſoluendus.24.26.*
23 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
25 *Excommunicatio hominis ligat tantum ſubditos.*
27 *Communicans in dubio excommunicato an excommunicetur.*

SVper. Si quæris vtrum, & quando violenter ca
piendo, vel intrudens, vel in cuſtodia deti
nens clericum, aut res ſuas occupans, ſeu lædens ſen-
tentiam excõicationis latæ ſentẽtiæ à canone incur
1 rat, diſtinguè. † Aut talis hoc faciẽs eſt prælatus ſuus vel habẽs
ab eo poteſtatem, & facit hoc iuſtitiã exercendo & talis no in
currit.ſ.eo.vniuerſitatis.j.e.ſi clericos.li.6.& dic vt ibi de hoc.

Aut eſt alius & tunc, aut quæris de primo. ſ. de violenter capiē-
te, intrudente, vel in cuſtodia detinente, & tuū, aut hoc facit ad
ſui defenſionem, & tunc licet Inno. dicat. ṡ. eod. ſi verò. 1. ſuper
verbo ex deliberatione indiſtinctè. ꝙ ſi quis etiā ſine odio ſciēs
tamē in bello vel inſultu percuteret, vel caperet clericum bene
eſſet excommunicatus. Hoſt. tamen ibi dicit ꝙ ſi id fecit ad de
ſenſionem ſuam excōicatus nō eſt, dūmodo defenſionis cauſa
ceſſante ipſum pmittat abire, ipſa. n. ceſſante, detentio nō cen-
ſetur defenſio ſed vindicta ad hoc. ṡ. e. c. §. ſi verò. Aut hoc facit
non ad ſui defenſionem: & tunc. Aut hoc facit non animo in-
iuriandi, ſed potius ipſum ſaluandi & tuendi, vt quia inimici
eius potentes ſuperuenirent, & ab aliquo probo viro vno vel
pluribus intrudatur etiam violenter ad hoc, ne inimici ipſum
interficerent, & tunc non incurrit excommunicationem: quia
non iniuria irrogatur, ſed ſalus potius procuratur. arg. 45. diſti.
cum beatus. ff. de libe. hom. & l. 3. §. ſi quis eum. & §. ſi quis vio
lentem. de neg. geſt. l. ſoluendo. ſm Hoſt. hic & in hoc Bernar.
qui ita intelligit gl. 1. Inno. hic. Sed certe illa gl. aliud dicere vſ
vt ſtatim ſequitur. Aut non facit animo ipſum ſaluandi vel tuē
2 di, ſed alias zelo Dei; † vt quia clericum volētem facere ſeu ire
ad faciendum homicidium, fornicationem, vel aliud facinus
tenet modico tempore inuitum, & remittētem manibus inie
ctis in eum cum blanditis verbis, & citra iniuriam percuſſio-
nis, & tunc non credo eum incidere in canonem, ſed quanto
tempore poſſit eum detinere inuitum arbitrio boni viri limi-
tandum eſt, & ſm ꝙ inſpirauerit caritas, ar. dictorum Hoſti. ṡ.
proxi. hoc no. gl. ſuper Ray. in ſum eo. ti. §. 45. alias. 65. itē cir-
ca illos. & frater Io. in ſum. confeſ. eo. tit. q. 119. quid ſi fratrem
meum &c. & Aſten. li. 7. ti. 3. verſi. 13. verſ. quid etiam ſi fratrē
meum. Et ad hoc concordat Inn. in c. allegato ſi vero. 1. gl. alle-
gata & Hoſt. & Ioan. Andr. poſt eum, dicētes ꝙ ſi officialis vel
quiuis alius talem capiat, & liget propria auctoritate, cum in-
ſtet periculum, nec aliter poſſit ab alterius iniuria compeſci,
non eſt excommunicatus, imo meretur. 23. q. 3. fortitudo. & c.
ſequentibus. vſq; in finem quæſtionis. 2. q. 7. negligere. 5. q. c. 1.
2. & 3. & j. e. quantæ dummodo ſm Hoſt. & Io. An. q̄ cito po-
teſt ipſum prælato reſtituat, aliàs cōtra, vi. j. e. vt famę. §. clerici
& ṡ. de maioritate & obe. ſolite. §. 1. Plus dicunt Innoce. & Io.
Andræas, ibi ꝙ ſi illum occideret ne alium occidat non eſt
excommunicatus, ſed ſi irregularis ad hoc. ṡ. de homicidio. ſi
3 furioſus in clemen. † Aut facit animo iniuriandi clerico, & tūe
aut non facit hoc animo vt eum in cuſtodia detineat, ſed vt fa
ciat ſibi iniuriam, puta potētes ſunt inimici alicuius clerici, &
obſident eum in aliquo caſtro, vel aliqua domo, vel etiam clau
dunt eum in domo, non vt eum ibi cuſtodiāt, ſed vt ei ibi infe
rant verecūdiam, & tunc dicit Innocentius non credimus eū
in carcere vel cuſtodia detineri: quia hoc non intendunt nec
violentiam in eius perſonam faciunt, hæc ſunt verba Inno. hic.
in gl. ſua prima & ita intelligit & exponit eam. G. j. de pœnis. c.
fœlicis. in princip. ſuper verbo cœperit. lib. 6. & Ioannes And.
hic, licet Hoſt. aliter eam exponat vt ſtatim. ṡ. dixi. Sed quantū
ad hoc quod dicunt Innocentius, & Gemini. de claudendo eū
in domo, credo ꝙ tempus detinendi cum hic incluſum eſſet ar
bitrio boni viri limitandum, vt eſt dictum in caſu præceden-
4 ti. aliàs poſſet parari locus figmētis & detineri † diutius ſub ſpe
cie, verecundiæ ſibi faciendæ, quod eſſe non debet. Ius. n. ciuile
calumniari oportet. ff. ad exhibendum. l. penultima. & plus va
let quod agitur &c. C. plus valere, quod agitur, in rubro & in ni
5 gro. † Aut hoc facit vt eum detineat in cuſtodia, & tunc incur
rit ſententiam vt hic, & hoc verum de intrudentibus clericū
etiam ſi hoc faciant ſine iniectione manuum vibrantes forſan
gladium ſuper caput, & comminantes mortem niſi intrauerit
turrim, carcerem, ſeu domum, ad hoc. ṡ. quod metus cauſa. c.
1. & capitulo ſacris ſm Hoſtienſem, & Ioannem Andream.
Item hoc verum de detinentibus ſiue ipſe clericus clauſus ſit
in carcere, ſiue ligatus funibus ſeu cuſtodibus vallatus, ne ire
poſſit quo velit, omnes. n. iſti in cuſtodia ſunt, quia cuſtodiun
tur ne quo velint, abire poſſint, ſecundum Innocentium pro
quo. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ſuccurritur. de li. hominum
exhibendis. l. 2. Sed fallit in eo quod notat Hoſtienſis. ṡ. eodem
ſi vero alicuius. §. ſi. de clerico quē quis cum vxore, matre, vel
6 ſorore, vel filia turpiter agente. † Aut quæris de ſecundo ſcili-
cet de violenter occupante ſeu lædente res clerici, & tunc, aut
res clerico non adhærentes: & talis non incurrit ſententiam: vt
ſi fieret violentia vel iniuria in veſte, vel in equo quā vel quem
non tenet, ſed eſt forte iuxta eum ſecundum Innocentium, &
Ioannem Andream, quod probatur: quia nec incurreret ſi res
eccleſiæ ſine cōtractione occuparet, quæ tñ eſt magis priuile-
giata, vt dixi. ṡ. eodem conqueſti. Aut res ſunt clerico adhærē-
tes, vt quia capit & tenet clericum per veſtes, vel frenum equi
quem equitat, vel quā manibus tenet, vel aliàs res quæ ſibi ad
hærent, vel quas ſuper ſe portat, & tūc refert. Aut res eſt talis
quam licet propria authoritate accipere ſeu inuadere & iures
aut non. Si eſt talis res: vt quia clericus debebat mihi centum,
pro domo quam inhabitabat, & ceſſauit ſoluere per triēnium,
& ſic licet mihi talem expellere. ṡ. de loca. & conduc. capit. pro
7 pter. & c. potuit. C. de iure emphyteutico. le. 2. † Et in hoc caſu
non incurro ſententiam expellendo ipſum cum moderamine
vel vim vi repellendo. ṡ. de reſtitutione ſpoliatorum. olim cau
ſam. ſm Innocentium. idem in hoc Hoſtiēſis, & Ioannes, An
dreas. Si non talis res tunc, aut compellit vel cogit per metum
clericū ſibi dare aliquid, vel exire de domo, vel de fundo, quē
poſſidet, & poſtea eum capit & occupat, & talis non incidit in
canonem, oportet ꝙ in perſonam iniiciat manus violentas, vel.
etiam in res, quæ ſunt circa perſonam, vel quas quis tenet, qa
tunc dicitur vis fieri perſonæ, vt in ca. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.
8 ſm Inn. & idem in hoc Hoſtieſ. & Ioan. An. † Aut non per me
tum ſed aliàs, & tunc aut furto aufert tales res clerico & eo ne
ſciēte, puta corrigiam, qua cinctus eſſet, vel veſtem qua indu-
tus eſſet forte dum dormit, & tunc non incurrit ſententiam,
quia nulla eſt violentia perſonæ quæ nō ſentit, & in talibus vo
luntas, & intentio eſt multum attendenda. ff. de furtis. l. verū.
ad. l. Corneliam, de ſicarijs l. diuus. Aut non furto ſed violenter
& eo ſciente, vt quia accepit per frenum equum cui inſidebat
clericus, vel occidit eum ſub ipſo, vel tenebat eum. ſ. clericum
per veſtes vel eas dilaniabat ſuper dorſum ſuum, & tunc incur
rit ſententiam excommunicationis. In his. n. caſibus fit violē-
tia vel iniuria in perſonam clerici, quod ſufficit. j. eodem con-
tingit. ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. in principio, ſm Innocen-
tium hic ſuper verbo violentia cuius eſt hæc diſtinctio à verſi
culo, aut quæris. de ſecundo citra & cuius gloſſa in effectu po
nit, & Ioannes, Andræas hic, & Geminianus de mont. Lauren.
extra de pœnis. capit. illo. 1. ſuper verbo percuſſerit in clem. &
in his concordat Ray. in ſum. eo. tit. §. 47. quid ſi quis & gl. G.
ibi & frater Io. in ſumm. confeſ. eo. ti. q. 203. quid ſi aliquis non
percutiat & c. cum ſequentib. q. vſq; ad. 211. q. & Hoſ. in ſum. e.
ti. §. qualiter profeſatur. ver. ſi n aūt quæras & ſub. §. quid ſi ali-
quis ſpuat &c. & Aſten. li. 7. ti. 3. arti. ver. qd ſi aliquis ſpuit. &
ver. ſe. Vbi ēt dicūt ꝙ ſi aliquis ſpuat ſuper clericum, vel aliqd
effundat, aquam, vel oleū vel ſimilia ſuper eū, vel includit eum
in domo claudendo ſibi hoſtium, vel ponēdo ibi armatos, qui
eū caperent ſi exiret de domo, vel per habenas cui inſidit cle
ricus accipiat vel rūpit fibulā vel cingulam ſellę, vt ſic vel cadat
vel inuitus deſcēdat: vel nō tangit eū in aliquo, ſed minis & ter
roribus facit eū ſtare in vno loco, vel facit eū ſtare ſeu ire quaſi
captū. Oēs iſtos ſentiunt quaſi communiter doctores eſſe ex
communicatos. nō. n. refert q̄tum ad hoc vtrum iniiciat man'
in eum, vel in rem taliter ſibi cohærentem ar. de Dauid. 1. reg.
24. qui præſcidit orā chlamidis Sauli. & de Oza. 2. reg. 6. qui ſp
ponens manum ad arcam percuſſus eſt. Et de eccleſiæ cohæ
rente, quæ eodem gaudet priuilegio quo & ipſa eccleſia. 2. q. 7.
9 c. plerunq;. §. item obijcitur. 17. q. 4. ſi quis contumax. † Itē di-
cunt Gl. Gui. & frater Io. ibi & Aſten. vbi. ṡ. ver. quid de illo qui
à reſtat clericū apportātē res ſuas, vel alienas apud ſe depoſitas,
vel violentiam aufert inuito, non incidit in canonē ſi res illas
ei auferat dum eſt in aſportando, anteq̄ aſportās ſe recipiat ad
locū deſtinatū, & adeptus fuerit illarū rerū poſſeſſionē plene
& perfectè. Sed ſi poſtea incidit, qa nō licet ei dicere ius in re
ſua ex interuallo. Item credunt, ꝙ ſi pp metū proſequētis cle
ricus de pōte præcipitet ſe in aq̄, vel in aliud periculum ſe in-
gerat vt euadat ꝙ perſequēs incidit in canonem, ſecus ſi cleri-
cus fugiendo lædatur. Item ſm Ray. in §. 48. & Go. in ſum. eo.
ti. & Hoſt. in d. c. ſub. §. ſi n autem. verſi. in primis ergo. & fratrē
Io. in q. 207. & Aſten. vbi. ṡ. ver. quid ſi ſuper caput. clerici ele-
uat pugnū, vel gladiū, vel haſtā, vel baculum volēs eū percute
re, non tñ percutit: non incidit in canonē. Nā canon iniectionē
& iniuriā, & violētiā exigit, niſi in caſibus p ius expreſſum de-
terminatis, & interpretatis vt in clerico incluſo vt hic, vel vo
luntariū verberato in cōpenſationem delicti. j. e. contingit. 2.
Et vtrū ille qui cū fugeret inimicos petijt à ſacerdote q ei ob
uiauit vt concederet ſibi equū ad euadendū, & cū negaret per
vim ei abſtulit, & poſtq̄ euaſit remiſit ei equū, eſt ex hoc ex-
cōicatus. Bar. Brix. in q. dominicali quæ incipit, quidam cum
fugeret, dicit quod dicunt quidam quod non eſt excommuni
catus, quis hoc non fecit diabolo ſuadente, tamē ad cautelam
poteſt abſolui à ſuo epiſcopo. Alij dicunt eum eſſe excommu
nicatum

nicatum ſed mitius eſt agendum cum eo.50.diſt. presbiteros.
Tancr.ibi dicit eum eſſe excommunicatũ, ſed propter hoc nul
la pœna eſt imponẽda,quod verius credit,cuius opinionem vi-
detur tenere Archid.18.q.4.quis ſuadente.gl.1.& Aſten. lib.7.
tit.3.q.quid de eo qui fugiens. &c.

Super eodem c.

§.in ſecunda. Ad declarationem
Inno.ſuper verbo orando.Si quæ
ris vtrum,& quando in eccleſia in qua eſt excõmunicatus,poſ-
ſit quis orare,vel audire ſeu celebrare diuina,diſtingue. Aut eſt
10 excommunicatus minori excommunicatione:aut maiori. †Si
minori tunc credo quod licet ſit notoria homini minor excõ
municatio,quia tamen non eſt ſuſpenſus,quo ad alios nullus te
netur vitare eius officium,quia non eſt priuatus ſeu ſuſpenſus
à communione hominum,nec ab executione ſui ordinis, ſed
tantum à participatione ſacrorum,quæ in ſola perceptione con
ſiſtit,vt.ſ.de cle.ex.mi.ſi celebrat.& hoc no.glo.G.ſuper Ray.
eod.titu.§.58.cæterum minori.ſuper verbo ſcienter,& frater
Ioan.in ſumm.confeſſio.eod.titu.q.170.vtrum ligatus.Et pari
ratione credo quod vna cum eo ſeu ipſo præſente poterit quis
orare,vel audire diuina per ea quæ dixi ſuprà eodem cum non
ab homine.Sed vtrum ipſe excommunicatus minori poſſit ſi
ne peccato intrare eccleſiam & miſſam audire, Rayna.in ſum.
eod.titu.§.ſed nunquid.& Hoſtien.in ſumm.eod.tit.§.fin. ſub.
§.ſed nunquid.dicunt quod tutius facit ſi non intrauerit ante-
quam ſit abſolutus.Si tamen intrauerit cauſa orandi cum nihil
ibi dicitur,non videtur peccare,quia non eſt remotus niſi à ſa-
cramentis.Imo fortè poteſt intrare ad horas, dum tamen non
ad miſſam:ſed primum ſecurius eſt.Et in hoc videtur concor-
dare Goffred.in ſumm.eod.titu.§. quæritur de excommunica
to.dicens,quod poteſt audire diuina præter miſſam : ſed ſecu-
rius facit ſi ex deuotione abſtineat.argumen.5.diſ. ad eius.ver.
ſed gloſſ.Guilielmi ſuper Rayn.in dicto.§. ſed nunquid credit
ſine præiudicio,quod & miſſę poterit intereſſe,dum tamen ibi
non communicet,quia minor excommunicatio non ſeparat ni
ſi à participatione ſacramentorum, quæ in ſola perceptione
conſiſtit,vt in dicto. capitul.ſi celebrat Hugo tamen notauit.
11.quæſtio.3.ſi inimicus,quod ab introitu eccleſiæ eſt ſepara-
tus,& quod non credit quod huiuſmodi excommunicatus pa
cem debeat recipere cum alijs poſt agnus dei, quia oſculum il
lud ſuccedit loco euchariſtiæ.Et idem not.frater Ioan.in ſum.
confeſſione eod. titul. quæſtio. 169. ſed quid de excommuni
cato,& Aſtenſ.libr.7.titul.de damnis excommunica. articulo.
11 2.quæſtio. ſed nunquid talis quod ſatis credo. †Si eſt excom-
municatus maiori excommunicatione,tunc,aut eſt publicè ex
communicatus,aut occultè. Si publicè tunc, aut ille excommu
nicatus eſt in eccleſia cauſa orandi vel audiendi diuina : aut eſt
ibi non cauſa orandi ſed pro alio negocio.Si cauſa orandi vel au
diendi diuina tunc,aut eſt nominatim & publicè excommuni
catus : aut occultè. Si nominatim, & publicè tunc, aut quæris
vtrum poſſis cum eo orare, vel audire diuina,& dic quod non,
quia videtur ſibi communicare,cum eundem.ſ. Deum ſimul
pro eodem.ſ. pro populo chriſtiano rogent vt hic ſecundum
Innocen.& Hoſtien.hic pro hoc.24.quæſtio. 1.omnis qui. Aut
vtrum poſſit eo præſente diuina officia celebrare & tunc, aut
miſſam,aut veſperas ſeu alias horas. Si miſſam tunc aut nondũ
incepit communionem ſeu canonem miſſæ & tunc non ſecun
dum Innocen.Abba.& Ioan.An.hic qui dicunt quod ſi excom
municatus,qui intrat eccleſiam vt audiat miſſam ſtatim debet
ceſſare miſſam ſacerdos,& alij orantes exinde recedere. Item
dicit Hoſtien.hic ſi extra eccleſiam audiret miſſam.ſ. quod ſta
tim debet ſacerdos ceſſare,& alij orantes exinde recedere, vt
patet in eo quod le.& no.ſuprà titu.1.capit. quod in te.§.& in
conuentualibus. vbi idem no.Bern. & Hoſtien. & G.de mon.
Laud.& Gen.extra de priuilegijs.c.1.ſuper verbo perforatis in
clemen.Et in hoc concord.Aſtenſ.in dicta.q.ſed nunquid talis
&,q,quid ſi ligatus.& titul.de interdicto, & ſuſpenſione argu.
12 3.verſiculo denegatur etiam†Aut iam incœpit canonem miſ-
ſæ,& tunc debet ipſam perficere, quia non capit diuiſionem.
7.q.1.illud & cap.nihil.Et per conſequens ſcholaris, qui ipſi ſa
cerdoti ſeruit poteſt remanere.arg.ſ.de vita & ho.clerico.cap.
3.de filijs presbyt.propoſuit in fin.& tutius eſt quod ſocius ſit
ſacerdos vt patet in dicto.capitu.nihil ſecundum Innocen.Ho.
Ab.& Ioan.An.& de hoc vide quod no.Ioan.11.q.3.ſicut apo
ſtoli.gl.ſigno.vbi dicit,& idem Lau.ibi quod ſi incepiſſet miſ-
ſam non debet recedere.Sed Archiepiſco.exponit ibi miſſam,
i.canonem miſſæ,concordans cum Inno.Ab.& Ho. hic & ibi,
ponit totam iſtam gloſſ.in Inno.& idem no.j.de priuile.c.epi
ſcoporum.ſuper verbo publicè.lib.6.idem Ioan.ibi in nouella
13 & extra.eod.cap.grauis,ſuper verbo,expleta in clem.†Si veſpe
ras vel alias horas,tunc ſtatim exeat, quia ipſas alibi finire po-
teſt,ſecundum Innocen.& Hoſt.Ab.& Ioan. And. Si eſt occul
tè excommunicatus tunc dic prout no.Rayn.in ſumm.eod.ti
tul.§.item quæritur,dicens quod ille qui occultum excommu
nicatum ſcit in eccleſia,exibit ſi caute poſſit ita quod non ti-
meatur ſcandalum vel proditio.i.manifeſtatio excommunica
tionis occultę.Aliàs nõ exibit,quia in ſecreto debet eum vita-
re nõ in publico:qa non debet quis eſſe proditor criminis ſm
id quod leg.& no.6.q.2.ſi tantum.glo.1.2.q.1.ſi peccauerit. 46.
diſt.clericus qui.ſ.eod.cum non ab homine Idem cũ Ray. no.
Go.in dicto.§.quæris.in verſiculo ſi verò.idem no.G.in dict.
c.epiſcoporum.ſuper verbo publicè lib.6.& Io.An.extra eo.c.
grauis ſuper verbo publicè in cle.& Aſten. in dicta.q. quid ſi li
gatus.& idem frater Io.in ſum.confeſ.e.ti.q.171. ſi excommu
nicatus maiori & q.ſequenti vbi ipſe frater Io.& Ray.& gl.G.
ſuper Ray.vbi.ſ.& Goſ.in d.§.quæris de excommunicato.ver
ſiculo ſi verò etiam.& Ho.in dicto.§.fi.ſub.§.ſed nunquid. ver
ſicu.ſed quid ſi aliquis.& ver.ſequenti & ſe.concord.cum Inn.
in hac glo.Et addunt ibi Goffre.gl.G.Ho.& frater. Ioan.quod
ſi ſacerdos videat vel percipiat antequam inchoauerit canonẽ
publicè excommunicatum in eccleſia,moneat eum publicè vt
exeat,ſi non vult exire debet dimittere miſſam. argu.c. allega.
omnis qui.24.q.1.Si verò poſtquam inchoauerit canonem,eũ
percipiat,procedat & terminet, ita tamen quod finito canone
& ſumpto ſacramento illum moneat vt exeat antequam dicat
14 poſt communio.de con.di.2.relatum.†Dicunt etiam Hoſt. &
frater Ioan.quod ſi nõ exeat poterit eum ſacerdos eijcere etiã
ſi clericus ſit ſine effuſione tamen ſanguinis, argum,ſ.eod.ve-
niens.Si verò ſit occultè excommunicatus, tunc dicunt Goff.
& frater Ioan.quod occultè moneri debet vt exeat. Sed ſi nõ
vult exire nihilominus miſſa ſeu officium diuinum celebret.
15 †Sequitur quando excommunicatus eſt ibi non cauſa orandi
ſed pro alio negocio,& tũc dicit Innocen.hic quod non videt,
quare alius in eadem eccleſia orare non poſſet,cum tunc in ora
tione non communicet ſibi qui non orat.Alij contra, pro qui
bus dicit Hoſtien.faciunt hæc verba in oratione,& quod ſequi
túr aut orando ſecum,quaſi dicat non eſt orãdũ in loco in quo
ipſe hoc poſſit audire,vt hic nec ipſo reſpondente,vt ſequitur:
aliter non diuerſificantur hæc verba Quinimo nec eccleſiam
debet excommunicatus ingredi, etiam ſi ibi non celebrentur,
diuina.25.di.c.1.24.q.3.clerici.2.q.1.non liceat. niſi cauſa audiẽ
di verbum Dei.j.eo.reſponſo.ſecundum Ho. cum quo conco.
Aſten.vbi.ſ.Sed opinio.Inno.approbat Ab.hic, & G.j.eo.ſta-
tuimus.gl.2.li.6.& credo quod bene,& vide quod not.Guil.j.
e.is cui gl.1.li.6.vbi dicit poſt Ray.quod excommunicati, vel
interdicti,vel ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſiæ, nullo tempore de-
bent intrare eccleſiam quandiu ſunt in ſanctimonia.ar. 33.q.4.
vir cum propria.a 1.d.cleros.in fi.Et de materia orationis not.
plene Aſten.li.5.tit.de oratione per totum,vbi inter alia ponit.
6.cauſas quare vocaliter oratur, quæ his verſibus continentur.
Collige.6.cauſas quare vocaliter oras,vt torpor cedat, mentis
deuotio creſcat,vt cor mundetur,& proximus ædificetur, lin
gua laudetur opifex,demonque fugetur. Et vtrum excommu
nicatus,ſit priuatus eccleſiæ ſuffragijs,& vtrum liceat orare ꝓ
eo,vide per Aſten.in dicto tit.de damn.excomm. in principio
ver.Item eccleſiæ ſuffragijs.& ver.ſequentibus.

Super eo.c. & eodem.§.

Ad declarationem
gl.Innocent.ſuper
verbo comedendo.vbi dicit etiam Hoſtien. poſt eum,quod co
medendo,bibendo,eundo,ſedendo,loquendo, & in omnibus,
alijs denegatur communio cum excommunicato, vt eſt ex-
17 preſſum.11.q.3.excommunicatos. †Si tamen ego pro meis ne
gocijs, & excommunicatus pro ſuis ſimus in eadem domo,
propter hoc tantum niſi aliud interueniat.non videor commu
nicare ei.Secus ſi ſimul iremus ad Papam vt pro eo rogaremus:
quinimmo,& ſi haberemus vnam communem cameram, be-
ne poſſumus in ea bibere,comedere,& iacere,diuiſi tamen,ita
quod non in eadem menſa,nõ in eodem lecto,& quod caueam
quod nec in colloquio,nec in aliquo ei communicem.argum.
j.eo. ſi verè.in fi.vbi de hoc. Quia non dicitur facere iniuriam
18 qui vtitur iure ſuo.ſ.de elec.cum eccleſia vulterana. †Sed con-
tra,quia non ſolum aue,ei dicendum eſt. Sed nec in eiſdem bal
neis licitum eſt lauare cum ipſo. 23.q.1. omnis qui.ſolutio il-
lud fuit de & ſuper abundanti iuſtitia. Vel aliud eſt dimittere
delicias propter præſentiam excommunicati,quod commẽda
bile eſt,vt ibi.aliud eſt ius ſuum dimittere ad quod nemo tene
tur,ſecundum Innocen. & Hoſtien.hic & Ioan. An. in dicto.c.

.ſi verè.& idem per omnia Hug.& Archi.in dicto.c.excommu
nicatos.gloſſ.a.Et præmiſſa poſſunt probabiliter intelligi de il
lo qui incidit in communionem ante excômunicationem, &
etiam de illo qui incidit poſt,ex facto tamen alieno,vt quia ſue
ceſſit domino loci communis, ſecus ſi facto proprio ſcienter,
& gratis in communionem incidit, vt emendo. ar.ff.de arbi.l.
19 non diſtinguemus.§.ſacerdotio.j.eod.ſi verè.†Ex quibus po-
teſt concludi quod communicatio neceſſaria, vel quaſi vtendo
iure ſuo toleratur,ſed voluntaria & maximè delicioſa damna-
tur.Vnde dominus vaſallos ſuos etiam excommunicatos, po-
teſt vocare, cum ex debito fidelitatis ei teneantur aſtricti arg.
11.q.3.quoniam multos.& in eo quod ſe.& no. ſuprà de iud.in
telleximus.& j.eo.inter alia.&.c.ſi verè.ſecundum Hoſtié.j. §.
proxim.cum quo concor.Ioan.And.in c.allegato ſi verè. Sed ſi
quæris vtrum,& qualiter ſocius vnus, vel plures cogent talem
20 excommunicatum vt faciat ſe abſolui,diſtingue. †Aut quæris,
de ſocijs in domo vna commorantibus, & tunc poteſt ſocius,
contra ſocium agere,vel quod exeat de domó.vel quo faciat ſe
abſolui vt no.gl.G.ſuper Ray.eod.tit.§.ſed nunquid.& frater
Ioan.in ſum.confeſſ.eo.ti.q.175.quid ſi vnus. Aut de ſocijs,in
eccleſia,in choro,vel in clauſtro,& tunc excommunicatus mo
nendus eſt vt faciat ſe abſolui, & ſi non vult obedire poteſt
procedi contra eum tanquam contra inobedientem, & incor
rigibilem.ſ.de iudi.cum non ab homine. Non tamen tenétur
omnes propter hoc exire chorum : ſed potius inobedienté in
aliqua camera cum teneant, cui etiam ſi proprium non habet
de communi prouideat ſecundum Hoſtié. qui hoc no. in ſum.
eod.titu.§.vlt.in fine.ver.tu dicas & idem frater Ioan.in di-
cta.q.quid ſi vnus.Et de iſta materia no.Alten.libro.7.titul.de
pœnis illicitè participantium cum excommunicatis . arti.1.q.
quid ſi ſim hoſpitatus & q.ſequentibus.

Super eo.c. §.in primo.Si quæris,vtrum ille qui nomi
natum excommunicato cômunicat poſ-
ſit abſolui à ſuo proprio ſacerdote, vel epiſcopi ſeu Archiepi-
ſcopi ſit abſolutio requiréda,diſtingue . Aut communicat igno
ranter:aut ſcienter.aut eſt dubium vtrum ſcienter:vel ignoran
21 ter.†Si ignoranter tunc non incurrit aliquam excommunica-
tionem,vt hic quando dicit ſcienter à contrario ſenſu.ſ.e.cum
deſideres.ibi,quia qui cum &c & c.ſignificauit.& 11.quæſtio,
22 3.quoniam multos†.Si ſcienter tunc,aut quæris de tertio parti
cipante ſcienter cum tali qui ſcienter participauit, vel commu
nicauit cum excommunicato,& dic ꝙ talis non eſt excommu
nicatus minori,& hoc eſt quod dicimus,quod excommunica-
tio non tranſit in tertiam perſonam.11.q.3. quoniam multos.
ſecundum Hoſtié.Aut de illomet qui communicauit ſcienter
cum excommunicato:& intellige in caſu non permiſſo à iure,
alias nec eſſet excommunicatus nec abſolutione indigeret.11.
q.3.quoniam multos.j.eodem inter alia.& no.Bernar.ſ.eo. cū
deſideres,& ſūc.Aut communicat excommunicato cum om
nibus,ſuis participibus vel fautoribus,vel qui dediſſent ſibi au
xilium ad aliquid faciendum,& de hoc dicam.j.cap.proxi.Aut
communicat cum excommunicato ſimpliciter non cum ſuis
participibus vel fautoribus,vel conſiliatoribus,& tunc,Aut cô
municat excommunicato in crimine crimino ſo ſeu damnato
.i.occaſione cuius eſt excommunicatus,per quam communi-
cationem aliàs excommunicationem communicans,tunc re-
gulariter incurrit excommunicationem maiorem. Aut com-
municat excômunicato alias quam in crimine crimino ſo, per
quod regulariter incurrit excommunicationem minorem .Si
communicat in crimine crimino ſo,tūc aut communicat cum
eo indirectè aut directè.Si indirectè,vt ſi quis excommunica-
eſt qui a eccleſiæ vel alij facit guerram,& vnus tertius non inté
tione iuuandi illum facientem guerram,ſed alia de cauſa inſur-
git contra illum eundem,contra quem fit guerra,& ſic auxilia-
tur excommunicato in crimine qui melius ex hoc poteſt guer
ram facere,tamen non eſt excommunicatus, ſi hoc non inten-
23 dat,ſecundum Inno.hic,ſuper verbo communicet. † Pro quo
facit quia voluntas,& propoſitum diſtingunt maleficia. j. eodé
cum voluntate.cum concor.ibi.alleg.Alias ſi côtrarium dicere
tur,fortè iſte tertius,qui iuſtè & neceſſe, ductus , quia alias ius
ſuum conſequi non poteſt,inſurgit contra illum impediretur
conſequi ius ſuum,quod eſſe non debet . Quia cômunicatio ne
ceſſaria vel quaſi vtendo iure ſuo tolleratur, vt patet.ſ.diſt. pro
xim.licet hoc non placeat Hoſt.qui recitat dictum Inn. in hoc
caſu vbi aliquis eſt excommunicatus propter guerram , quam
facit eccleſiæ vel alij , & ego & alius, quartus habemus guerrá
adinuicem,quod eo caſu mihi licet auxilium excommunicati
24 inuocare,vt fortior ſim,& ei auxilium ſimiliter præbere.†Sed

in iſto caſu quem ponit. Ho. patet quod directè participat ex-
cômunicato in crimine crimino ſo.vnde dictum Innocen.ap-
probat Ricardus & Alten.li.7.titu.de pœnis participantium il
licite cum excommunicatis articul.1.q. vtrum ſuuens excom-
municato quod verius credo. Si directè, tunc aut aut ab eo qui
excômunicauit vel eius ſuperiore erit abſoluēdus vt hic.intel-
lige ab eo qui excommunicauit,& epiſcopus cum tali excom
municato cômunicauit in crimine crimino ſo . Nam ille ſacer-
dos illum Epiſcopū abſoluere poterit,nec ob.ſ. de ma. & obe
cum inferior.quia ratione huius delicti eſt eo inferior vt no.6.
q.3.placuit. 3.q.q.6.c. 1.vt hoc no.Io.de Deo.Ioan.gloſſator &
Archiepiſ.11.q.3.qui merito.Item intellige.quod à ſuperiore.
excommunicatorum poterit abſolui per negligentiam ipſius,
excommunicatoris,vel quando eſt ad eum appellatum,alias nō
j.eod.per tuas.& eod.titu.venerabilibus in prin.li.6. Vnde qui
cunque ei participans in crimine eſt excommunicatus etiam ſi
ſit de aliena dioc.Et dic hunc ligari non ſententia excommuni
catoris ſed ſanctimonia canonis, ſed tamen non poteſt abſolui
niſi ab excommunicatore propter iniuriam, quæ fit eius ſenté
tiæ,quod probatur.j.§.proxi.ver.quamuis.n.tunc &c.ſecundū
Inno.& Ho.& Io.And.Licet Ber.hic contra in gloſſ.colligitur
hic in prin.dicens,quod eadem ſententia ligatur non ſententia
canonis.Et idem Goffredus in ſum.eo.ti.§.Item quid ſi epiſco
pus.& §.ſequenti,dicens,ꝙ non auctoritate iurium ſed ſenten
tia iudicis ligatur per hoc quod hic dicitur, quod ſi excommu
nicatus videtur in eum delinquere qui damnauit : licet Archi.
dicat.6.q.3.placuit gl.2.quod poſſet videri verum vbi eſſet cō
25 ſtitutionis epiſcopalis ſententia. † ſecus fortè vbi eſſet tantum
ſententia hominis quæ non ligat non ſubditos,vt.ſ.eo.à nobis.
& j.eod.Romana.§.porro.li.6.& hoc clare innuit Bernar.in é
dicto.c.à nobis gl.ſed contra an ſi.Primum.ſ.quod ligetur ſenten
tia canonis,& non hominis credo verius.Et ex hoc potes con
cludere quod vbicunque participatur cum tali in crimine crimi
noſo,ſiue in iuriſdictione ſiue extra iuriſdictionem excom-
municantis ligatur participans.ſ.de conſti.cap.1.quod non fieret ſi
eſſet hominis.j.de conſti.c.2.lib.6.Ex hoc etiam conclude,ꝙ
ſi excommunicans participaret cum tali excommunicaretur,
ſicut & quilibet alius,& per ſuperiorem abſolueretur,quod nō
eſſet ſi ſententia hominis,per ea quæ no. Inno.j.c.proxi. ſuper
verbo participibus,& hoc expreſſe tenet Ray.& gl.Gu.ſuper
Ray.in ſum.e.11.§.28.quid ſi Epiſcopus,& Hoſtienſis hic in §.
verum.ſuper verbo excommunicatorem.& in ſum.eo.ti §.rl.
ſub.§.ſed quid ſi epiſcopus.verſ.mihi videtur . & frater Io.in
ſum.confeſ.e.ti.q.169.quid ſi Epiſcopus communicat &c. &
q.ſe.& G.j.e.ſtatuimus ſuper verbo alijs conſtitutionibus.lib.
6.& Card.ibi ſuper verbo damnato.& ibi Io.An. in nouella &
Alten.li.7.ti.de pœnis participantium cum excommunicatis.
arti.3.q.vtrum Epiſcopus & q.ſex.†Et licet Bern. ibi contra ſi
cōicat excommunicato, nō in crimine crimino ſo , ſed aliàs in
oratione,vel oſculo,vel mēſa , vel ſimilibus per quod cōicās re
gulariter incurrit excommunicationem minorem tñ, tūc po
terit abſolui a ſuo Epiſcopo vel à proprio ſacerdote.i. à ꝓprio
curato.vt hic in §.a.Sed fallit in caſu.ſ.e.ſignificauit.vbi eſt ſpe
ciale,quod incurrit maiorem,nec abſoluitur citra Papā. Et dic
quod talis excōicatus minori non abſoluetur ab Archiepiſco-
po de quo.ſ.quæſiuerat,an haberet poteſtaté abſoluēdi in hoc
caſu,cū in reſponſione ſua ꝗ facit hic ad hoc ipſum ſubijcitur,
per ꝙ vr̄ eū tacite excluſiſſe,Alias ita reſpondiſſet Papa quæré
ti de archiepiſcopo,ſicut de epiſcopo & ꝓprio ſacerdote ar. ſ.
de deci.ad audientiam ſm̄ Arch.qui hoc notauit.9.q.3.c.2.gl.
adde vbi de hoc etiam.vbi concordat Io.An.hic. Et quia archie
piſcopus nō eſt iudex ſubditorum ſuffraganei in foro pœnité
tiali,niſi quando viſitat,vt in dicto.c.2.& quando concedit lite
ras remiſſionis.ſ.titu.proxi.c.pe.vt notat Archi.j. de cenſi.c.
perpetuo.glo.vlt.lib.6.Et in hoc quod dicitur in § iſto in ſecū
do in fin. verum eſt nedum in canone papali,ſed etiam in cano
ne ſeu ſtatuto inferioris,puta legati,ſcilicet quod prælatus pro
prius excommunicati auctoritate ſtatuti vel canonis illius po
terit eum abſoluere,ex quo conditor abſolutioné ſibi vel alij
nōn reſeruauit,ſiue ille epiſcopꝰ vel proprius prælatus ſit ſub
ditus conditoris illius canonis ſiue non , ſecundum gloſſ. ſuper
Ray.eo.titu.§.59.hic etiam & c.& frater Ioan.in ſum. confeſ.
e.titul.quæſt.87.deinde quæro.& ſatis innuit Hoſti.hic qui ex
27 ponit hic verbum alijs.i.proprijs ordinarijs.†Sequitur quando
eſt dubium vtrum communicat ſcienter vel ignoranter, & tūc
dic vt no.Archi. 11.q.3.ſi quis laicus.gloſſ.2. dicens qđ ſi mo
ratur in loco vbi facta eſt excômunicatio, tūc præſumit ſcire,
nec eſt neceſſe ei ſignificari vt ibi.Et ita intellige gl.Io.ibi ſecus

ſi moratur

ſi moratur remote à loco vbi facta eſt excommunicatio, ſiue
in eodem epiſcopatu, ſiue in alio, argum. 11.q.3.curæ. & ca.de-
bent.§.qui matrimonium accuſare poſſunt, cum in tua.

1 *Excommunicato participans licitè non excommunicatur.*
2 *Excommunicato participans minori excommunicatur.*
3 *Excommunicato in crimine damnato participans excommunica-
tur maiori.*
4 *Excommunicato in leui crimine participans non excommuni-
catur.*
5 *Crimini perpetrato fauere, & eius immunitati differunt.*

QVod in dubijs. Ad euidentiam huius
capi. Si quæris vtrum,
& quando participantes ſcienter cum publicè
maiori excõmunicatione ligato ſunt ipſo facto
excommunicati, vel excommunicãdi, diſtingue.
1 †Aut participant in caſibus cõceſsis à iure, de quibus no. Ber.
ſuprà, eo. cum deſideres. gl. niſi in caſibus: & tunc nec ſunt pro-
pter hoc excommunicati, nec etiam excommunicandi regu-
lariter, niſi ex cauſa excommunicentur, vt dicam infrà, ca.pro-
2 xim. Aut in caſibus non conceſsis à iure & tunc † aut quæris,
vtrum ſint excommunicati excommunicatione minori, &
dic quod ſic: vt.ſ.c.proxi.§.in ſecundo quod me. cauſa, ſacris.
de cleri. excomm. miniſt. li celebrat. Quod verum etiam ſi epi-
ſcopus excommunicet aliquem, & poſtea ei communicet. ſ. q
incurrit minorem vt no. Goſ. in ſum. eod. tit. §. quid ſi epiſco-
pus excommunicet. & Hoſt. in ſum. eod. tit. §. vlt. ſub. §. quid ſi
epiſcopus aliquem. & Ber. & Ioan. And. j. eo. c. ſtatuimus. ſuper
verbo conſtitutionibus. lib. 6. & Aſten. lib. 7. tit. de pœnis parti-
cipantium cum excommunicatis articu. 2. q. vtrum Epiſcopus.
Et ab ea abſoluet ordinarius excommunicati cum ſit ſentẽtia
3 canonis & non hominis, vt in dicto. §. in ſecundo. † Aut vtrum
ſint excommunicati excõmunicatione maiori, & tũc aut parti-
cipant in crimine damnato. ſ. occaſione cuius eſt excommuni-
catus & tunc ſic. j. eod. ſi concubinæ. & ab ea abſoluet excom-
municator, quod dic vt dixi. ſ. di. proxi. poſſet etiam talis parti-
cipans in crimine excommunicari à ſuperiore arg. notatorũ. ſ.
de Iudæis ita quorundam. & tunc eſſet ligatus duplici ſenten-
tia maioris excommunicationis, vna iuris, & alia hominis: & ab
illa ſententia hominis ille homo abſoluet ſecundum quod no.
Hoſt. in ſum. e. ti. §. vl. ver. ſed pone. & frater Ioan. in ſum. con-
feſſ. eo. ti. q. 163. quid ſi epiſcopus, & Hoſt. Car. G. & Io. An. in
nouella. j. eod. ſtatuimus. li. 6. ſuper verbo damnato. vbi etiam
dicunt Hoſtien. & Card. & Io. And. quod in his, quæ participãt
in crimine non prohibetur ferri generalis excommunicatio,
4 imo poterit ferri generaliter in oẽs participantes in crimine.
† Aut aliàs, quam in crimine damnato, & tunc non ſunt excom-
municati maiori excommunicatione, nec à iure nec ab homi-
ne, niſi ſint moniti nominatim trina monitione, vel vna pro
omnibus per competentia interualla, niſi facti neceſsitas ea ſua-
ſerit aliter moderanda, quod dic vt le. & no. j. e. ſtatuimus &. c.
conſtitutionem. li. 6. per quod. c. corrigitur finis huius. c. ſecun-
dum. G. & Io. An. in dicto. c. cõſtitutionem. ſuper verbo nomi-
natim. Sed hoc quod dictum eſt. ſ. quod non ſunt excommuni-
cati à iure maiori fallit in clericis ſcienter, & ſponte participan-
tibus in diuinis cum excommunicatis à Papa, vt. ſ. eo. ſignifica-
uit, quod dic vt ibi. Et no. ſecundum Inno. hic ſuper verbo par-
ticipibus. quod ſi excommunicator participat excommunica-
to in crimine damnato, incidit in excommunicationem, quia
à ſe ligatus nõ eſt, ſed à canone. ſ. c. proxi. & in hoc concor. gl.
ſuper Ray. Hoſt. frater Io. in ſum. confeſſ. Car. & g. licet Ber. &
Goſ. contra prout plenius dixi. ſ. di. proxi. Sed ſi aliquis excõ-
municaſſet aliquem cum omnibus qui dediſſent ei auxilium ad
aliquid faciendum, & ipſe excommunicator fuerit de ipſis au-
xiliatoribus, non ligatur, quia dici non poteſt quod talis ſit ex-
communicatus à iure ſed à ſe tantum quod eſſe non poteſt, q̃a
nemo poteſt ſe abſoluere vel condemnare, ſed ſuperior tñ ſu-
prà, de maio. & obe. cum inferior ſm Inn. & Io. An. hic & Goſ.
& Aſten. dicto artic. 2. q. quid ſi epiſcopus excommunicet, &
idẽ not. Gui. & Io. An. in nouella in d. c. ſtatuimus. ſuper verbo
alijs conſtitutionibus. Et vtrum iudex delegatus poſsit in fau-
tores excommunicationis ſententiam ferre, no. ipſe Gui. 11.
5 q. 3. rogo. gl. penu. & in d. c. ſtatuimus. gl. 2. † Item ſcias q̃ nõ eſt
idẽ fauere perpetrationi criminis. & fauere impunitati ia ppe-
tratæ, quia fauentes ſecundo modo ipſo iure non incurrũt eãdẽ
excõicationem cum criminoſo: excõicandi tñ ſunt ſi canonicè
admoniti non deſiſtant, quique tñ ratione horribilitatis crimi-
nis cuius impunitati fauent incurrat ipſo iure maiorẽ. ſ. de hæ-
ret. excõicamus. 1. §. credentes ſecundum Ricar. & Aſten. li. 7.
tit. de pe. particip. cum excommunicatis, artic. 1. q. vtrũ fauẽs.

1 *Excommunicati ſubditi ei communicant.*
2 *Excommunicati conſanguinei ei non communicent.*
3 *Excommunicatus in ſpiritualibus ſuperiori communicat.*
4 *Excommunicatis filij non communicent parentes.*
5 *Excommunicatæ vxori non communicet maritus.*
6 *Excommunicatis mercenarijs dominus non communicet.*
7 *Excommunicato ſocius non communicet.*
8 *Papa ſolus non interpretatur concilium.*

INter alia. §. vt igitur. Si quæris, vtrũ
excõmunicato,
teneantur cõmunicare ſibi ſubditi vel alij quibus ipſe
eſt ſubditus, ſicut ante. Diſtingue aut excõicatio-
ne durante durat ſubiectio: aut non. In primo caſu, aut quæris,
primo de ſibi ſubditis, vel inferioribus rõne officij, vel poteſta-
tis, vel dominij quibus neceſſe eſt obedire. ff. de iuſtitia, & iur.
1 l. 2. ad. l. Aquil. l. liber hõ. a. † Et tunc aut quæris de illis qui erant
prius ad familiare obſequiũ obligati, & vt familiares ei ſeruire
tenebantur, ſicut ſunt vxores filij fa. ſerui, & ancillæ, ruſtici terrã
ſuam colentes, & ſeruiẽtes, & omnes alij ſubiecti, qui nõ adeo
curiales ſunt vt eorum conſilio ſcelera perpetrẽt. ſ. qui ſunt de
curia non de conſilio. Et tales tenenẽ ſicut prius, dũmodo nihil
interuenerit, propter quod hmõi obligatio diſſoluatur, alias ſe-
cus vt hic, in ver. vt igitur. & 11. q. 3. quoniam multos. ſecundũ
2 Inno. & Hoſt. † Aut quæris de illis, qui non erant ante ad fami-
liare obſequium obligati, vt ſunt nutrices, & conſanguinei,
& ſimiles, qui ſi à domino recederent non haberent vnde viue-
rent, & illi non tenentur communicare, ſed tamẽ poſſunt ſi ve-
lint, vt. j. e. ſi verò. ſm Hoſt. in ſum. eo. ti. §. vlt. ſub. §. humile. &
frater Io. in ſum. confeſ. eo. ti. q. 135. ſequitur. humile &c. & q.
ſeq. & frat. Aſten. li. 7. ti. de perſonis excõmunicantibus cũ ex-
communicatis. ar. 1. & artic. 3. & 5. Vnde clerici non tenentur
communicare epiſcopo ſuo excommunicato. 93. di. c. miratus.
ſ. de excéſ. præl. c. ſi. & arg. 4. q. 5. quiſquis. Quod intelligas niſi
ſint eius ſeruitio deputati conductiuẽ, in talibus. n. eſt eadẽ ra-
3 tio, quæ in alijs laicis mercenarijs ſm Hoſti. ibi. † Aut quæris,
de illis quibus excommunicatus eſt: ſubiectus rõne officij vel
poteſtatis vel dominij, & tũc aut ratione officij vel poteſtatis
ſpiritualis, quales ſunt prædicatores, & tales in his, quæ ad offi-
cium ſuum ſpectãt excommunicatis communicare tenenẽ,
ſi curam eorum habeant, vt patet in eo quod le. & no. ſ. de offi.
ordina. irrefragabili. Et idem de alijs qui mittũtur à Papa, vel
à diœceſano. ſ. de hæreticis, excommunicamus. 1. §. quia vero
ſ. de offi. ordin cætera. ſm Hoſt. & Io. An. hic pro hoc etiã fa-
cit. j. e. reſponſo. Aut ratione officij vel poteſtatis ſecularis, ſeu
4 temporalis. † & tũc aut quæris de parentibus, vel dominis, vel
patronis, & tũc aut q̃ris vtrũ pater mater, dominus, vel patro-
nus, poſsint vel debeant communicare filio, vel liberto, vel ſer-
uo, excommunicato, alia ratione quam vt ab eis debitum reci-
piant: & dic quod non, cum non ſint eorum obnoxietati ſubie-
cti, imo præ alijs eos excommunicatos vitare tenentur: & pec-
cant grauius, quam alij, & in excommunicationem incidunt ſi
eis cõmunicent, cum à ſua cohabitatione eos repellere debeãt.
37. diſt. hinc etiam filius. &. c. præcedenti. 27. q. 1. de filia. Aut ea
ratione vt ab eis debitũ recipiant ſiue in alimentis ſiue in alijs:
& tunc poſſunt eis communicare, vt. j. eo. ſi verè. &. c. relatum.
ſecundum Inno. Petr. de Samp. Abb. & Hoſt. & Io. An. hic. &
concor. Goff. in ſum. eo. ti. §. excipiuntur. verſi. ſed nunquid pa-
rentes. & Hoſtien. & frater Io. vbi. ſ. & Io. in dicto. c. quoniam
multos. gl. ſed nũquid poteſt. dicentes, quod maiores non excu-
ſantur communicantes ſuis inferioribus, & hoc in pœnam ip-
ſorum maiorum, qui corrigere debent minores, nec inciderẽt
5 in excommunicationem, arg. d. c. de filia. † Aut quæris, de mari-
to, & dic quod talis non poteſt communicare vxori excommu-
nicatæ, quia vir eſt caput mulieris, & mulier famula viri. 33. q.
5. cũ caput. &. c. eſt ordo. Vnde præcipere poteſt vir vxori, vt
ſe ponat in ſtatu, non econtra, vt no. Goff. in dicto. c. excipiun-
tur. Idem Rayn. idem Aſten. in titu. allega. de perſonis comm.
cum excommunicatis articulo. 2. Sed fallit in debito carnis exi-
gendo, vel reddendo, in quo vir & vxor parificantur. 30. queſt.
5. ſi quis vxorem. 1. & hoc not. Card. j. eo. ſtatuimus. ſuper ver-
6 bo minori. libr. 6. † Aut quæris, de dominis ſeu magiſtris, quo-
rum mercenarij ſunt excõmunicati, & dic quod eos debẽt vi-
tare ſine magno incommodo hoc facere poſſunt, aliàs eis licitè
communicabunt. j. eo. relatum. &. c. ſi verè. & argumẽ. 11. q. 3

7 anteceſſor.41.diſti.quiſquis.23.q.4.c.† Et idem intellige de ſo
ci,s ſecundum Hoſtien.in dicto ſub.§.humile. vbi etiam dicit,
quod licet in certis caſibus ſupra dictis cõmunicare poſsit cũ
communicatis,ſunt tamen etiam in illis inquantum bono mo
do fieri poterit euitandi,vt patet ex mente huius.c.& dicti.ca.
quoniam multos.& infra,eo.ſi verè.in fine. Item quod prædi
cti de quibus dictum eſt,quod communicare poſſunt, excuſan
tur niſi vt eis,ſpecialiter communio interdicatur ex cauſa: &
ſic poteſt intelligi dictum capitulum iuratos.93.diſ 15.q.6.nos
ſanctorum.&.c.iuratos.de exceſ.præla.c.ſi deſpon.non eſt vo-
bis.de iureiur.ex reſcripto.In ſecundo caſu principali.ſ.quãdo
excommunicatione durante finitur ſubiectio: & tũc dic quod
eis communicare non tenẽtur nec debent, jmo ceſſante ſubie
ctione ceſſare debet communio.arg.ff.de iure pat.l.adigere.§.
quãuis.ſ.de iureiur.& ſi Chriſtus.Et in hoc ſatis concor. Vinc.
& Io.And.poſt.eum hic,qui per finem huius.c. ibi niſi articu
lus neceſsitatis immineat &c.arguunt,ꝙ nullus debet de nouo
intrare familiam excommunicati. Et quod mercenarius fini-
to ſuo tempore reincipere annum cum excommunicato non
debet.Vnde non ſequitur ſi heri communicaſti, ergo & hodie
potes communicare.Idem etiam dicit Abb.& Ioan.And.poſt
eum de obligatione coniugis ſi ſoluatur per diuortium: vel pa
triæ poteſtatis ſi ſoluatur per emancipationem.ſ. quod nõ po
teſt poſtea eſſe communio ſine pœna.Item no.Goff.& Hoſt.
vbi.ſ. quod omnes perſonæ contentę in dicto c. quoniam mul
tos.vſque ad illud verſi.quicunque autem aut orator &c.tenen
tur communicare ſuis ſuperioribus excommunicatis,propter
obnoxietatem qua illis tenentur aſtricti: ſed aliæ perſonæ quæ
in eodem.c.ſubſequuntur communicare non debent: imo de-
bẽt euitare,niſi articulus neceſsitatis immineat, vt hic in fi.vel
etiam ſecũdum Inno. & Abb.hic vtilitatis de qua loquitur.11.
q.3.c.prædeceſſor.j.eo.ſi verè.Sed Hoſt.dicit quod illa iura nõ
probant de vtilitate,ſed de damno vitando.cætera vide per eos
ibi,& per fratrẽ Io.in dictis quæſtionibus ſequitur humile, &
ſequẽti.vide etiam quod no.Io.24.q.3.ſi habes ſuper verbo pę
na.Et quia textus iſte facit mentionem de interpretatione,vi-
de de multiplici interpretatione per Ioã.11.quæſtione.3. ſicut
8 enim.& per Bern.ſ.de poſtula.præla.c.1.† Et iſtud.c.eſt in argu
mentum,ꝙ Papa ſolus non poſsit ſine maiori parte Epiſcopo
rum qui interfuerunt in concilio generali ipſum interpretari:
ad idem.ſ.de iudi.cum veniſſent.contrarium tamen tenet Ioã.
17.di.nec licuit.gl.2.argum.ſ.de conceſ.præben.dilectus.Item
quia fit hic mentio de ambiguitate,vide de triplici ambiguita
te iuris & facti & perſonæ per Ioan.33.diſtin.c.ſi.

1 *Iniectores violenti à Papa abſoluuntur.*
2 *Caſus epiſcopales.*
3 *Caſus atroces papæ relinquuntur.*
4 *Monachatus in excommunicato tenet.*
5 *Excommunicatus an in monachum recipiendus.*
6 *Excommunicatum monachum an Abbas abſoluet.*
7 *Excommunicati noui à quo abſoluendi.*
8 *Excommunicatum ob manuum iniectionẽ,quis diſpenſat.10.12.*
9 *Exceſſus enormis quis dicatur.*
11 *Priuilegium ampliandum.*
13 *Excommunicatus ordines recipiens à quo abſoluendus.15.*
14 *Abſoluere poteſt.qui & ligare.*
16 *Abbas diſpenſat cum irregulari.*
17 *Religioſorum peccatum grauius ſecularium.*
18 *Religioſus facilius à peccato corrigitur.*
19 *Religioſi iuſtiores ſecularibus.*

CVm illorum. Hoſtienſ. dicit hic ſuper ver
1 bo quibuſdã caſibus. † quod
regula eſt quod iniectores violentarum, ſeu iniurio-
ſarum manuum in perſonas eccleſiaſticas abſolui nõ
poſſunt niſi per Papam vel alium de ſpeciali mandato ſuo, vt.
17.q.4.ſi quis ſuadente,ſuprà eod.parochianos.&.c.porro.Hoc
2 autem fallit in caſibus,qui comprehẽduntur his verſibus. † Re
gula, hic comprehenduntur omnes religioſi qui abſolui poſ-
ſunt per proprium prælatum ſi ipſum habeant.infrà eod.§.nos
tamen.dum ſacerdos ſit infrà.eod.canonica.& ſ.eod. nuper.§.
pe.vbi de hoc.Alioquin per diocœſam.m.j.eod.de monachis.
& ſ.eod.monachi.mors.ſ.eod.non dubium. Sexus,ſ. eod.mu
lieres.Hoſtiẽ.ſ.eo.decætero.Puer.j.eod. quamuis.& e.fin. ſ.e.
c.1.officialis.ſ.eo.c.3.§.1.delicioſus. Sed primo conſulitur Ro
manus pontifex.ſ.eod.mulieres.inops, quia nobilis cui ire bo
ſtiatim mendicando eſt verecundum,quod dic vt plene not.ſ.
eod.quod de his.ſenex,ſ.eo.quod de his.&.c.ea noſcitur æger,
qui eſt incurabilis,vel de cuius morte dubitatur vel cuius mor
bus chronicus,& longus eſt,quod dic vt leg.& no.ſ.e.quod de
his.&.c.ea noſcitur.Sodalis,ſ.de vita & ho.cle.quoniam.§.fin.
ſ.eo.ex tenore.ianitor.ſ.eo.c.3.1.reſpon. aſtrictus poteſtati pa
triæ vel dominicæ,ſ.eo.mulieres.j.eo.relatum.in fin. Dubius,
quod dic vt le.& no.ſupra,eo.cum deſideres.§. ſecundæ quæ-
ſtioni.&.c.ſi verò aliquis cauſæ.l.iuſtæ quæcũque præſtant im
pedimentum ſedem apoſtolicam non adeundi, ſuprà eo.quod
de his.vbi de hoc.&.c.decetero.j.eo.quamuis.leuis ictus ideſt
leuiſsimus, quod dic vt leg. & no.ſuprà,eod.peruenit.debilis,
3 ſ.eod.ea noſcitur. Abſolui ſine ſumma ſede merentur. † Atro-
ces verò ſoli Papæ retinentur,vt,j.eo.§.nos tamen.&.c.relatũ.
in fin.&.c.canonica.Iacobus ſere.ebredin.ſecundum Hoſt. &
Ioan.And.poſt eum. Sed tu potes dicere quod hodie iſti caſus
ſi intelligantur de leui iniuria redacti: ſunt ad ius commune.ſ.
quod epiſcopus poteſt abſoluere à leui iniuria,vt in c.alleg. per
uenit.vel ſi intelligãtur de mediocri,vel graui iniuria, quod ſit
etiam hodie in eis ſpeciale,vt ibi dixi.

Super e.c.§.nos tamen. Si quæris vtrum te-
neat monachatus in
excommunicato,& cum recipientes peccent:& vtrum Abbas
4 talem receptũ in probatione abſoluere poſsit, diſtingue. † Aut
quæris de primo.ſ.vtrum teneat monachatus,& dic quod ſic,
arg.hic,& hoc tenet Innocen.hic ſuper verbo prælatis: & Ioã.
And.poſt eum,idem tenet Archi.11.quæſtio.3.excommuni-
catos.gl.2.& frater Ioan.in ſum.confeſsio.eod.titu.quæſti.44.
quid ſi aliquis veniens &c. Et pro hoc facit.ſ.de eo qui duxit
in ma.q̃ pol.per adulteriũ.c.ſignifi.vbi habes, quod excõicatus
5 põt cõtrahere matrimoniũ carnale. † Aut quæris de ſecundo.ſ.
vtrũ recipiẽtes eũ peccent.& tũc aut recipiũt ignoràter, & tũc
nõ peccãt.ar.ſ.de cler.exc.miniſt.apoſtolicæ.Aut ſciẽter,& tũc
dicit Ray.in ſum.eo.ti.§.quod ſi aliquis veniens. quod videtur
ſibi quod non debent eum recipere, quia non debent ei com-
municare.Sed alijs videtur contrarium, quia excommunicato
poſſumus participare in his quæ pertinent ad abſolutionẽ eius
vt.j.eo.1.reſpon.Vnde cum huiuſmodi receptio ſit via ad abſo
lutionem obtinẽdam,vr̃ quod licita ſit, ſicut licitũ eſt recipere
iuramentum ab eo qui abſoluendus eſt. Sed ſententia Rayn.vi
detur tutior: quia cum excommunicato non licet orare, licet
quodammodo pertineat hoc ad ſalutem animæ 11.quæſtio.3.
cum excommunicato.& hoc no.Archid.19.diſtinctio. mona
6 ſterij.† Aut quæris de tertio.ſ. vtrum Abbas talem receptum
in probatione abſoluere poſsit,& dicit Inno.quod non dicens
quod melius facit Abbas,qui hoc ſcit,& ipſum non recipit, qa
nec receptum in probatione abſoluere poteſt. Idem Ab.hic &
Ioan.And. hic.& j.eo.c.religioſo.ſuper verbo poſsit.in nouel-
la.libr.6.Cum ante profeſsionem ille nec ratione criminis nec
ratione perſonæ ſit de ſuo foro.Quod non placet.Hoſtiẽ.quia
hæc litera & mens ipſius contradicit:vnde dicit indiſtinctè qđ
talis prælatus talem poteſt abſoluere pure, & ſine aliqua condi
tione,vt no.hic & ſuprà de regula.ſtatuimus.& in ſum.eodem,
titulo.§.quis poſsit ab hac ſententia abſoluere in fin. Idem te-
net.G.infrà,eod.religioſo.§.quamuis.libr.6.dicens, quod hoc
ſatis probatur hic,in verſicu.præcedenti,qui incipit & alibi,ibi
qui religionis habitum receperunt &c.iuncto cum iſto.§.Nam
ex eo quod dicit habitum in monaſterio receperunt, innuitur
ipſos poſſe abſoluere aſſumpto habitu.Et huius ſententiæ fuit
gloſ.ſuper Rayn.in ſum.eod.titulo.§.17.item quod ſi aliquis.
& frater Ioan.in ſumm.confeſsio.eod.tit.quæſtio. 45. ſed nun
quid tempore.& Innocen.& Hoſtien.ſuprà,eod.monachi.vbi
7 de hoc dixi.† Licet Ioann.Andr.hic dicat illud dictum Innocẽ.
poſſe intelligi de nouicijs qui in probatione incurrunt hanc ex-
communicationem.Illud verò dictum ipſius Innocen. hic in-
telligitur de his,qui prius incurrerãt.& hoc approbat.G.infrà,
eod.religioſo ſuper verbo non poſsit libr.6. Quod credo verũ
etiam ſi poſt abſolutionem habitam intra annum profeſsionis
religionem exiret,licet Hoſtien.in hoc vltimo contra in ſum.
eod.ti.§.& qualiter hæc abſolutio ſub.§.quid igitur ſi quis.Cu
ius ſententia poſſet habere locum in caſu vbi fraudulẽter pro
abſolutione facilius obtinenda, & non alias religionem intraſ-
ſet,& de hoc conſtaret,vel eſſet præſumptio violenta, vt quia
ſatis cito poſt abſolutionem obtentam exiuit ar.ſuprà de elec.
cap.officij cum ibi no.in prin.primæ.gl.quod intellige verum
iuxta diſtinctionem huius.c.§.ſtatim ſequitur in di.ſe.

Super eodem c. & eodem.§. Ad euidẽtiam huius
e.Si quæris,à quo abſolui poterit
ille qui ſententiam excommunicationis incurrit auctoritate
canonis

canonis ſi quis ſuadẽte. Et ſi taliter excommunicatus ordines
8 receperit quis cum eo poterit diſpenſari † diſtingue, aut quæ-
ris de primo.ſ.à quo poterit abſolui, & tunc aut eſt laicus &
tunc dic vt dixi.ſ.eod.peruenit. Aut non eſt laicus, & tunc aut
eſt clericus ſecularis: aut clericus regularis. Si ſecularis dic
vt ibi dixi.&.ſ.de vi.& ho.cle.quoniam. qui cle.vel vo.ca.1.Si
regularis refert, aut iniecit manus violentas in Epiſcopũ vel
Abbatem vel alium prælatum ſuperiorem, & tunc cum iniu-
ria ſeu exceſſus ſit enormis non poteſt abſolui citra ſedẽ apo-
ſtolicam vt hic. Nam ſecundum legem tale delictum capite
eſt puniendum.ff.de re mili.l.omne delictum.ſecundum Ioan.
And.& Ho. Idem ſi in priorem ſuum locum abbatis tenentẽ.
ſ.de ma.& obe.cum in eccleſijs. Et per hoc videtur ſolui quæ-
ſtio de monacho, qui abſente Abbate percuſsit vicariũ quem
Abbas dimiſerat in clauſtro alium tamen clauſtralem ſecun-
dum Ioan.And. Aut in alium clericum ſecularem, vel religio-
ſum, & tũc aut exceſſus eſt enormis, vt quia mutilauit, vel effu
ſionem ſanguinis grauem, & enormem fecit ſecundum iura.
51.diſt.qui in aliquo.ſ.ne cle.vel mo.ſententiam.& tunc idem
9 vt hic. † Dicitur enim exceſſus difficilis & enormis ſi oculus
effodiatur.55.diſtin.ſi euangelica.ſi quis vulneretur, ſi fuſtibus
cedatur, ſi in theatro, vel foro.vel in cõſpectu iudicis quis per-
cutiatur, vt hæc omnia ponuntur inſtit.de iniur.§.atrox. Mul-
to fortius ſi in eccleſia, vel cemiterio, ſeu dormitorio verbere
tur.ſ.eod.cum pro cauſa.17.q.4.quiſquis. ſi quocunque modo
mutiletur ſecundum Hoſtien.hic & Io.An. poſt eum, vel ſecũ
dum Innocen.quæ læſio dicatur grauis, vel enormis arbitrio iu
dicis committitur Idem tenet ſpe.præter tamen homicidium,
& membri mutilationem.titul.2.§. nunc dicamus.ver.hoc ta-
men. Et habẽt locum præmiſſa & in his qui ante ingreſſum in
10 canonem inciderunt, & in his qui poſt ſecundũ Hoſtien. † Aut
exceſſus non eſt enormis & tunc aut ante monachatũ, ſeu in-
greſſum religionis in canonẽ incidit, ſeu excommunicationẽ
incurrit & tũc poterit abſolui per prælatum ſuum regularem,
vt hic, & in §.nos tamen.quando dicit prælatis &c. Et hoc cõ
ceditur nedum abbatibus, ſed etiam prioribus & alijs quibuſcũ
que religionum prælatis, exceptis templarijs, & hoſpitalarijs,
qui magiſtros laicos habent, ſed per priores qui debent eſſe ſa
cerdotes abſoluentur.j.eod. canonica ſecundum Innocen.hic
in gloſſ.ſua quarta.Idem Hoſti. dicens etiam quod Innoc.ex il
la glo. ſentit qđ à tali vinculo ſolus ſacerdos abſoluere poteſt:
& hoc no.expreſſe. Idem Innocen.ſ.de conſue.quanto.& Ho
ſtien.hic & ſpe.titul.de ſententia.§.vt autem.ver.item ſcias.qđ
dic vt dixi.ſ.eo.à nobis.diſtin.2. Aut poſt ingreſſum religionis
incidit in canonem, & tunc aut pro iniectione manuum in cle-
ricum ſecularem, aut in religioſum. Si in religioſum eiuſdem
monaſterij ſeu clauſtri, & tunc per proprium prælatum abſol-
uitur vt in §. iſto quod ſi clauſtrales. & in §.nos. tamen. ſimul
iunctis.& ſ.eod.monachi, vbi vide quod de hoc dixi. Aut reli
gioſum alterius monaſterij ſeu clauſtri, & tunc habet locum.
§.ſi vero clauſtralis.ſ.quod per Abbatem proprium abſoluentẽ
& iuramentum recipientem, & prælatum illius religioſi qui
paſſus eſt iniuriam egregie eum verberantem loco ſatisfactio
nis pecuniariæ cum proprio careat abſoluetur. Vnus tamẽ alij
hoc committere poſſet, & congruentius fieret abſolutio.ſ.de
offi.ordin.c.fi.& de off.archi.c.ad hoc.& c.fi. Et hoc intelligit
Hoſt.verum quando iniicit manus in eum in clauſtro proprio,
vel infra ſepta domus, vt.j.eod canonica. Immo dicunt quidã
vbicunque, cum indiſtinctè loquatur. ſed primum videtur ve
rius arg.69.diſtin.quoniam videmus.ſ.de æta.& qua.cum con
tingat.& quod le.& not.ſ.de priuileg.cum capella, & in hoc ca
ſu eſt ad dioceſanum proprium recurrendum.arg. expreſſum.
ſ.§.proxi.ſ.eod.peruenit.& cap.monachi. & hic, vbi eiuſdem
dioce.ſunt ambo, alias amborum dioceſanorum arbitrium re
curratur ſecundum Hoſtien. Sed abbas hic tenet, quod vbicũ
que in clauſtro vel extra in religioſum eiuſdem, vel alterius mo
naſterij manus inijciat, abbas poſsit abſoluere. Quod probat
quia in vltimo caſu quando in religioſum alterius monaſterij
duo abbates concurrunt, & impoſsibile eſt de facto qđ in duo
11 bus clauſtris monachus vno ictu percuſſus fuerit † & qa iſtud
eſt priuilegium abbatum fauorabile, & ſic ampliandum.ff. de
liber.& poſthu.l.cum quidam Nec ob. quod eccleſiaſtica iuriſ
dictio confunditur, ſi ſua cuique Epiſcopo iuriſdictio non ſer
uetur.11.q.1.peruenit. & ſic ex quo in ſuo territorio commiſ
ſum eſt delictum ipſe abſoluat. Quia data quod in clauſtro mo
naſterij non exempti fiat percuſsio, tamẽ fit in territorio Epi-
ſcopi, & tamen abſoluit abbas vt hic, quæ litera bene facit ad
hoc. Nam hic abſoluit ligatum ante ingreſſum, & ſic non ha-
betur conſideratio clauſtri. Ioan.And.qui opin.Ab.tenere vide
tur dicit quod in hoc dubio quãdoque ſeruari fecit, quod Epi
ſcopus commiſit abbati, quorum opinio videtur verior. Nota
etiam ſecũdum Hoſti.hic.& j.c.proxi. quod vbi ſuperior præ
latus religioſi non eſt ſacerdos, vel eſt excommunicatus, vel
mortuus, vel alias qualitercunque deficit, in eo caſu in quo ceſ
ſante impedimento poſſet abſoluere, in defectu ipſius ſemper
eſt ad dioceſanum proprium recurrendũ, vt patet in eo quod
12 legi.& not.ſ.eod.monachi.j.c.proxi.& .c.canonica. † Aut quæ-
ris de ſecundo principali.ſ. ſi pro iniectione manuum facta in
clericum ſecularem tunc habet locum.§.quod ſi clericum.vbi
dicitur quod per Papam abſoluetur.quod verum ſecundũ Ho.
etiam ſi ſit eiuſdem monaſterij. arg.ſ.de ſta.mo.c.fi.Quod.n.
in hoc caſu moniales abſoluantur per Epiſcopum dioceſanum
ſpecialiter indulgetur.j.c.proxi. vnde de monachis tacite pro
hibetur vt ibi no. ſecundum Hoſt. Hodie vero hoc caſu per
Epiſcopum abſoluetur per.c.1.eo.religioſo.in prin. lib.6. vbi
dicitur quod religioſo qui manus violentas in clericum ſecu-
larem iniecit poterit ab Epiſcopo eo caſu abſolutionis benefi
cium exhiberi, quo ſeculari clerico poſſet ſi aliũ clericum per-
cuſsiſſet. In præmiſsis à principio vſque huc concor. Ray. in
ſum. eod.titul.§.13. Sed quis poteſt &c. & Gloſſ.ibi, & frater
Ioan.in ſum.eo.titul.q.39.poſt hæc.& q.ſe.& Hoſti.in ſum.eo.
titu.§.vl.ſub.§.igitur &c. & Aſten.li.7.titu. quis abſoluere po-
teſt ab excommunicatione arti.5.Et not.quod Ioan.An. in di
cto.c.religioſo, ſuper verbo euagandi in nouella, dicit qđ quia
ratio illius.c.communis eſt ad exemptos & non exemptos, vi
detur quod Epiſcopus etiam exemptos in caſu illius.c.poterit
abſoluere, maximè illos qui deliquerunt in loco nõ exempto.
Hoc autem conceſſo ſatis patet quod & talem nouicium mo
naſterij exempti Epiſcopus abſoluere poterit, quod intelligit
etiam ſi ante nouiciatum delinquit, cũ ex eo prius Epiſcopus
13 poterat illum abſoluere. † Sequitur quando talis excommuni-
catus in excommunicatione receperit ordines, & tunc aut eſt
ſecularis, aut regularis. Si ſecularis aut recepit ſcienter & in cõ
temptum, vt quia ſciebat factũ & ius, & talis eſt à ſic ſuſceptis
ordinibus in perpetuum deponendus, de hic in prin.ver.pri-
mos, ſi fuerint &c.& hoc niſi forſan multitudo grauis in cauſa
eſſet quod dic vt.ſ.de cleri.ex.miniſ.c.latores. Aut erat facti,
cuius non recolebat, vel iuris, quod neſciebat ignarus, & cũ tali
diſpenſari põt non per Epiſcopos vel Archiepiſcopos, ſed per
Papam vt hic in princ.ver.in reliquis. Et dico notabiliter facti
quod non recolebat, & ſic nõ erat tolerabilis error.ff.pro ſuo.
l.1.in fin.ſ. de reſcrip.ab excommunicato. idcirco non poteſt
Epiſcopus diſpenſare. Si vero ignoraret excommunicationis
ſententiam in ſe latam non fieret irregularis.ſ.de cleri.ex.mi-
ni.poſtulaſtis.& arg.ſ.eod.ſignificauit.ſecundum In.& Hoſti.
& Ioan.And. Et hoc verum quãdo iſte qui recepit ordines eſt
excommunicatus à canone, vt hic fuit ſecundum Hoſt. qui di
cit quod vbi Epiſcopi excõmunicant clericos ſuos, & ipſi ex-
communicati hoc negligentes ſe faciunt ordinari, in hoc ca-
ſu ab Epiſcopis ab excommunicationis ſententia abſolui poſ
14 ſunt, † Quia regulariter eius eſt abſoluere cuius eſt & ligare, vt
not.ſ.de ma.& obe.cum inferior. Sed nunquid cum talibus
poterunt diſpenſare, dic vt not.ſ.de cle.ex.mini.c.2.&.3.ſecũ
dum Hoſti.ſed Ioan.And.dicit quod de celebrante ibi tracta-
tur non de caſu iſto. Sed videtur per iſtũ verſic.& maiora &c.
à contrario, quod cum excommunicatis à iure vel ab homine
quos Epiſcopi poterant abſoluere, & interim ſunt ordinati,
& p Epiſcopos abſoluti, poſsint Epiſcopi in ordinibus diſpen
ſare, quaſi deficiente excommunicatione deficiant impedimẽ
tum. Contrarium putat Ioã.An.quia ſi cum exercente, & tũc,
executionem ordinis iam ſuſcepti non diſpenſant, multo mi
nus cum tunc ordinato. De primo notatur in prædictis iuri
bus.vltra hoc ſatis eſt caſus.ſ.de eo qui fur.ord.recepit per to
tum, vbi patet quod contra excommunicationem ordinatus
indiſpenſabilis eſt ab alio quam à Papa. Nec ob.iſta litera, quia
non conuertitur.i. non ſequitur ſi vetito minori vetitum eſt
maius, ergo conceſſo minori conceſſum eſt maius.ergo licet
poſsit abſoluere non ſequitur quod poſsit diſpenſare. Sed be
ne ſequitur, ſi non põt abſoluere: ergo nec diſpẽſare argumẽtũ
.n.à minore non ſumit affirmãdo, de hoc.ſ.de elec.cum in cũ
15 ctis ſecundum Ioan.And.cuius dictum credo verum. † Si ſit
regularis, tunc ſi ſcienter in contemptum eccleſiaſticæ diſci
pline ſe fecerit ordinari, ab executione ſuſcepti ordinis & of
ficij debet perpetuo manere ſuſpenſus, vt hic in §.ſin autem.
Sed ſi erat facti vel iuris ignarus, tunc monaſterij vtilitate pen
ſata poterit abbas cum tali poſt iniunctam pœnitentiam regu
larem &

larem, & peractam diſpenſare. Et hoc verum niſi graue fuerit
& notabile factum, quale eſt illud de quo hic in ver. niſi exceſ
ſus, & ver. quod ſi clericum. Tunc enim cum abſolutio ſit ab-
batibus interdicta, vt ibi, multo fortius & diſpenſatio vt. ſ. in
prin. c. Aut is qui fecit adultus fuit & diſcretus vt violenter cir
ca obliuionem. ſ. facti vel ignorantiam. ſ. iuris præſumatur, nec
ei crederetur contra id quod in iudicio inquiſitionis repertū
eſſet contra eum vt hic in fine. Secus vbi per ſe veniret ad pœ-
nitentiam & remedium peteret ſalutare, tūc enim ei omnino
credi deberet, & ſecundum conſcientiam quam habet, & con-
feſsionem ſuam eſſet ei pœnitentia iniungenda, vel aliud dan-
dum conſilium ſalutare. ſ. de homici. ſignificaſti. 2. ver. cum de
cæteris. j. eo. inquiſitioni. ſecundum Hoſtien. idem gloſſ. Guil.
& frater Io. vbi. ſ. † Et licet Innocen. hic in gloſſ. pe. dicat quod
abbas poteſt diſpenſare cum monacho & ſuper irregularitate:
tamen ante monachatū contracta. Hoſtien. tamē dicit & Ioā.
And. poſt eum quod hic expreſſe loquitur de contracta etiam
poſt ingreſſum: hanc tñ gratiā ad caſus alios non extendit, arg.
in eo quod leg. & not. ſ. de priuileg. ſane. Idem tenet gloſſ. Gui.
& fra. Ioan. vbi infrà in præmiſsis à ver. ſequitur quando ta-
lis &c. citra concor. Ray. & gloſſ. guil. ſuper Rayn. hoc titul.
§. 15. ſi autem tales &c. & frater Ioan. in ſum. confeſsio. eo. tit.
q. 41. quid de his &c. per totum. Et intellige quod dictum eſt
de recipiente ordines etiam minores, vt not. Ioan. and. in ſum.
confeſſ. titul. de lap. & diſpen. q. 8. in fin.

Super eo. c. in fine. Ex fine huius. ca. iuncto ta-
mē principio videtur quod
religioſus eodem genere peccati leuius peccat quam ſecula-
ris, ſed contrarium probatur. j. de hæreticis. accuſatus. §. vlti.
17 li. 6. † Circa quod dicit tho. in ſum. q. 186. articulo 9. quod pec
catum quod à religioſis committitur poteſt eſſe grauius pec-
cato ſecularium eiuſdem ſpeciei tripliciter. Vno modo, ſi ſit
contra votum religionis, puta ſi religioſus fornicetur, vel fure
tur, quis fornicando facit contra votum continentiæ: & furan
do facit contra votum paupertatis, non ſolum contra præce-
ptum diuinæ legis. Secundo modo ſi ex contēptu peccet: quia
ex hoc videtur eſſe magis ingratus diuinis officijs quibus eſt
ſublimatus ad ſtatū perfectionis, ſicut apoſtolus dicit ad Heb.
10. quod fidelis grauiora meretur ſupplicia, ex hoc quod pec-
cando filium dei conculcat per cōtemptū, vnde & dominus cō
queritur Iere. 11. quid eſt quod dilectus meus in domino mea
facit ſcelera multa. Tertio modo peccatū religioſi poteſt eſſe
grauius propter ſcandalum, quia ad vitam eius plures reſpiciūt.
Iere. 23. in prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterā
tium & iter mendacij, & conſortauerūt manus peſsimorum,
vt non conuerteretur vnuſquiſq; à malicia ſua. Si vero religio
ſus non ex contēptu, ſed ex infirmitate, vel ignorantia aliquod
peccatum quod non eſt contra votum ſuæ profeſsionis com-
mittit, abſque ſcandalo, puta in oculto leuius peccat eodem ge
nere peccati quā ſecularis. Quia peccatū eius ſi ſit læue quaſi
abſorbetur ex multis bonis operibus quæ facit, & ſi ſit mortale
facilius ab eo reſurgit primo quidem propter intentionem
quam habet erectam ad Deum, quæ & ſi ad horam intercipia-
tur, de facili ad priſtina reparatur. Itē ſcit delicta corrigere, iuua
tur etiam à ſocijs ad corrigendum ſecundum illud Eccleſ. 4.
Si vnus ceciderit ab altero fulcietur, væ ſoli, quia ſi ceciderit nō
habet ſubleuantem ſe. Et idem per omnia notat frater Ioan. in
ſum. confeſſ. titu. de ſententia præcepti. q. 26. vtrum religioſus.
& Ioan. An. dicta decret. accuſatus. §. vlt. lib. 6. ſuper verbo gra
uius, in nouella, & frater Aſten. lib. 6. tit. de regularibus arti. 2.
18 q. 6. † Vbi etiam dicit quod videtur alijs quod prædictæ ratio-
nes oſtendunt quod religioſus in caſu illo reſurgit, & corrigit
ſe facilius & citius. Nō oſtendunt quod peccat leuius. quin po
tius ex hoc quod religioſus eſt magis inſtructus: ſequitur qđ
peccat grauius, quia ſcientia eſt circunſtantia aggrauans pecca
tum, pro qua diſtinctione ſatis facit iſtud. c. & illud. Item hic
habes quod religioſi ſunt fauorabiliores quam clerici ſeculares
19 concordat. ſ. de apoſta. c. 2. & de filijs presbit. c. 1. † Item ſunt
ſanctiores & iuſtiores, & ſic maiores. Primū. ſ. quod ſunt ſan
ctiores probatur 47. diſt. quantumlibet. Secundum quod ſunt
iuſtiores probatur. 40. di. c. vlt. ſed dic clericos maiores mona-
chis vt patet. 55. diſ. priſcis. 16. q. 1. alia. & c. legi. mutilatus. n.
vel alias irregularis poſſet eſſe bonus monachus, non tamen
bonus clericus, vt ibi, & contraria loquuntur de maioritate
meriti, cui ꝓponitur maioritas adminiſtrationis, qđ dic vt. ſ. de
of. archipresb. c. 1. ita not. Ioan. And. ſ. de regula. ſuper rubrica.

1 *Excommunicatum percutiens excommunicatur.*
2 *Hæreticus prodit priuilegia clericatus.*
3 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
4 *Excommunicatus minori excommunicat.*
5 *Excommunicatus publicè non excommunicat.*
6 *Excommunicatus occultus an excommunicet.*

SI vere. Ad euidentiam glo. Inno. hic, Si quæris
vtrum contractus, vel alia facta ſeu geſta
per excommunicatum valeant, & teneāt, diſtingue
vt dixi. ſ. de dolo & contu. veritatis. di. 2.

Super eo. c. Ad euidentiam eiuſdem gloſſ. Innoc. in
verſ. Item videtur qđ &c. dicit hic Inno.
& Io. An. poſt eum, quod qui percutit vel verberat clericū ex
communicatum incidit in canonem, quia hoc priuilegiū con
ceſſum eſt in fauorem ordinis quem adhuc retinet excommu
nicatus, & non perſonarum. j. eod. cap. contingit. 1. licet iſte ſit
excommunicatus tamen retinet ordinem. Idem notant Ioā.
17. quæſtio quarto capitu. ſi quis deinceps. & Archidiaco. ibi in
gloſſ. antepenultim. & 23. quæſtio. quinta. capitul. excommu-
nicatorum. alias eſt in capit. ſe. quis enim veſtrum. & Vincent.
& Goffre. ſ. de immunitate eccleſia. c. pe. idem ſentiunt Goff.
Vincen. Ber. & in c. alleg. contingit. primo. idem notat expreſſe
archi. j. de reſcrip. c. 1. ſuper verbo. articul. verſ. ſed quid ſi ex-
1 communicatus. lib. 6. circa quod diſtingue. † Aut quæris de ex-
communicato non hæretico, & verum eſt quod talem percu
tiens incidit in canonem, & ita intellige opiniones prædictas.
Nam & clericus depoſitus verbaliter retinet ſuum priuilegiū,
vt. 81. diſtinc. dictum. vt hoc not. Gof. in ſum. de immu. eccl. §.
item quæritur. & Spe. hoc titul. verſic. ſed quæritur vtrum ver
berans. & Ioan. And. j. de regulis iuris. c. delictum. lib. 6. & Aſtē.
lib. 7. titu. 3. ad fi. verſ. quid de excommunicato. Et quod excō
municatum percutiens ſit excommunicatus probatur. ſ. eo. c.
1. ibi, ſe adinuicem &c. vbi clericus primo percutiens excom
municatus erat, & tamen clericus percuſſus qui repercuſsit ad
vindictam clericum primo percutientem eſt excommunica-
tus per eandem viam. ſacu. §. cæterum. eſt ibi ſeſe. & c. 2. & c.
cum illorum. & c. proxi. ibi, ſi vel in ſe inuicem &c. Nam pla-
num eſt quod ſub Epiſcopo conueniendus eſt ratione ordinis
ſui quem retinet cuius ratione vſque ad degradationem eſt de
foro eccleſiæ. de iudic. cum non ab homine. Nam & tunc ordi
nem ſuſcipit, vt in ca. allegato, cum illorū. fortius ergo retinet
hoc: patet quia poſt abſolutionem non ordinatur ad ordinem
quem ſuſcepit. Nec ob. ſ. eod. in audientia. j. eod. contingit. 2.
vbi per trinā monitionem perditur priuilegium hoc fortius.
ergo per excommunicationem, maximè cum nec illa feratur
ſine monitione hominis. j. eod. ſacroſan. quia ibi monitio fit
ad finem. & pœnam excommunicationis, & ideo ſi non paret
merito illam incurrit. Satis eſt autem quod excommunicatio,
operetur ſuos effectus priuatione communionis fidelium & ſa
cramentorum, in contrarijs monitio fit ad alium finē ſeu pœ-
nam. Licet Hoſtien. in dicto ca. contingit. 1. dicat hoc verum
quando eſt corrigibilis alias ſecus, vel quando non ſtetit in ex-
2 communicatione per annum alias ſecus. † Aut quæris de excō
municato hæretico: & tunc aut conſtat eum eſſe hæreticum,
& vt talis eſt traditus iudici ſeculari, & talem verberans non
incidit in canonem. ita intellige in aut. de priuile. dotis hære.
mul. non præſt. §. 2. ſecundum Inno. & Ioan. Andre. hic quod
notat Archidia. vbi. ſ. vbi ponit gloſſ. Innoc. hic ab illo verſic.
item videtur. vſq; ad verſicu. item dum tolerantur, & ita intel
ligit Guil. de mon. lau. extra de electi. ca. ne romani. ſuper ver-
bo repelle. in cle. In hoc concor. Aſten. in d. verſ. quid de excō
municato. dicens ſecundum Vin. quod excōmunicatus depo
ſitus, & vt incorrigibilis traditus curiæ ſeculari, non gaudet pri
3 uilegio clericali. † Aut non conſtat eum eſſe hæreticum, & cre
do quod talem percutiens incidit in canonem ſaltem quātū ad
eccleſiam militantem, quæ non iudicat de occultis. ſ. de ſimo.
ſicut tuis. in fi. & c. a. ſeq. vnde & Iudæas proditor licet excom
municatus & hæreticus occultus, tamen retinuit priuilegium
prædicanti. & hoc innuit Guil. de mō. lau. vbi. ſ. Nota tamen
quod interpretatiuè & generaliter loquendo, omnis excom
municatur dicitur hæreticus. vt leg. & no. 4. quæſtio. 1. quod
autem. 23. q. 4. ipſa pietas. 24. q. 3. capit. illi qui. §. quia vero ſer
mo de hæreticis. glo. vario modo &c. & per Archid. & Guil.
de mon. lau. vbi. ſ.

Super eo. c. Ad euidentiam eiuſdem glo. in verſi. itē
dum toleratur &c. Si quæris vtrum ex-
communicatus poſsit aliū excommunicare, diſtingue. † Aut
4 quæris de excommunicato minori excommunicatione, & ta
lis poteſt alium excōmunicare, & abſoluere, perinde ac ſi non
eſſet excommunicatus, per ea que le. & no. per Ber. Inno. &
Hoſtien. j. eo.

Hoſtien.ꝭ.eo.duobus. Et quis talis eſt priuatus à perceptione
ſacramentorum tantum, & non à communione, nec à poteſta
te iuridica.ꝭ.de cle.ex.mi. ſi celebrat. & dixi.ꝭ. de re iudi.c.ad
probandum.& hoc not.Hoſtien.in ſum.eod.titu.§.quis poſsit
ab hac ſententia ſub.§.ſi vero ſententia. verſicul.a.falli.&c. &
idem ſentit Ber.ꝭ.eo ſacro.ſuper verbo interdictum.& Inno.
5 & Hoſtien.ibi.† Aut de excommunicato maiori excommuni
catione, & tunc, aut eſt publicè excommunicatus, & dic quod
non poteſt excommunicare, cum enim ſit extra eccleſiã, aliũ
eijcere extra eccleſiam non poteſt. Nam qui extra domũ eſt
quam nec tangere poteſt, nec apprehendere, nec ab eadem do
mo alium excludere non poteſt naturali, actu interueniente.
arg.ff.de ac.poſ.l.1.ita loquitur.24.q.1.c.1.&.2.&.c.audiuimus
ſecundum Inno. hic. Idem Archi.24.q.1. in ſum. ſuper verbo
gloſ.tolleranda. vbi ponit iſtam gloſ.Inno.à.verſ.iſto.Itẽ dũ.
vſque ad verſi.& videtur. & ita intelligo quod notant Bern.&
Hoſtien.ꝭ.de ordi.ab Epiſcopo qui re.Epi.c.2.&.ꝭ.eo.contin-
git.in glo.in quouis ordine.ver.Item quid de excommunica-
to.ibi:& quia non poſſet &c.& Hoſtien.& Ioan. An.ꝭ.de offi.
vicarij.ca.romana.in fin.lib.6. & Cardi.ꝭ.eo.præſenti.lib.6.vbi
dicunt indiſtinctè quòd ſententia excommunicationis lata ab
excommunicato non tenet. Et quod no.abbas.ꝭ.de offi. dele.
cum contingat.dicẽs ibi ꝙ nedum delegatus, ſed nec etiam or
dinarius excommunicatus poteſt excommunicare, per.c.ad-
uerſus.ꝭ.de immu.eccle.pro hoc.ꝭ.de offic.vicarij, romana.in
6 fine.libr.6.† Aut eſt occulte excommunicatus, & tunc prædicti
doc.videntur tenere quod non poteſt, cum generaliter loquã
tur, & hoc expreſſe tenet Ioan.24.q.1. in ſumma: licet quãdiu
ſit occultus & tolleratus per eccleſiam excommunicatio per
eum lata ſit tolleranda ſecundum eum ibi.idem Hoſtien.ꝭ.de
excep.pia.libro.6.& idem ibi innuit Ioan.An.in nouella.idem.
G.de mon.lau.extra de reli.do.c.1.glo.& ſic.no. quod in cle.ſe-
cundum Inno.hic & Archi.in dicta ſum.ſuper verbo, gl.tolle-
randa contra. Dicentes quod ex quo talis tolleratur per eccle-
ſiam ſentẽtia excommunicationis lata per eum tenet, & quod
illud.c.audiuimus.loquitur in publicè excõmunicato. Et pro
hoc facit bene quod no.ipſe Arch.ꝭ.de reſc.c.1.ſuper verbo ab
excommunicato.lib.6. & hoc credo verius per ea quæ dixi in
dicto.c.ad probandum.

1 *Carcerem futurum fugiens non delinquit.*
2 *Carcerem publicum exiens pro conuicto habetur.*
3 *Carcerem priuatum euadens non delinquit.*
4 *Clericus ad carcerem publicum punitur.*
5 *Clericus pro delicto enormi detinetur.*
6 *Clericus pro leui crimine ſub cautione elargitur.*
7 *Reus non dans cautionem detinetur.*
8 *Laicus cognoſcit de crimine degradati.*
9 *Laicus detinet clericum de mandato prælati.*
10 *Laicus iuriſdictionem exercet in clericum.*
11 *Clericus non ſubeſt temporali iuriſdictioni.*
12 *Clericus fugitiuus an capi poſsit.*
13 *Dicenti ſine probatione non credendum.*

VT fame. Si quæris vtrum fugientes ſeu vitã
tes carcerem ſint puniendi etiam ſi
1 alias non deliquiſſent, & qualiter, diſtingue.† Aut
fugiunt ſeu vitant carcerem futurum, ante, ſ.com-
mem captionem ſeu incarcerationem, & tales nõ
ſunt puniendi propter talem fugam, niſi alias de & ſuper cri-
mine legitimè conuincantur, Imo ſemper audiuntur ſuper cri
mine, vt.l.ſi ega.nomi.ff.de requirẽ.reis, per totum & ſpecialiter
in l.ſi.C.de requiren.reis.l.1.2.&.3. Et pro hoc.ſ.quod tales fu-
gientes non habeantur pro conuictis, facit optimè.ff.ad ſylla-
nianum.l.lege cornelia.in principio.&.§.1.& hic, exponendo
illa verba in textu carcerem fugiunt clauſtri prout exponunt
Lau Ber.& Hoſti.i.ipſum clauſtrum quod eſt eis carcer, iun-
cto illo verſ.ſe. poſtquam fuerint de crimine canonicè condẽ-
2 nati &c.q.d.non alias.† Aut fugiunt ſeu exeunt carcerem præ-
ſentem.i.in quo detinẽtur, & tunc refert ſecundum Hoſti.hic.
Aut fugiunt carcerem publicum, & tunc habentur pro conui
ctis de ſibi impoſitis, licet alias non deliquiſſent, vt.ff de cuſto
3 di.reorum.l.in eos.& de effrac.car.l.1.† Aut fugiunt carcerem
priuatũ, de quo.ff. ex quib' cauſis ma.l.ſuccuritur.C.de priuca.
l.vnica.& tales non puniuntur, ſecũdum Hoſti.quinimo eſſet
talibus priuatis incarcerantibus de facto reſiſtendum, arg.ff.
de iuſti.& iur.l. vt vim.& quæ dixi ſuprà de homi.cap.ſignifi-
caſti.2.diſt.vlt.

Super eo.c. in ver.reſpondemus.Si quæris quem mo
dum debent ſeruare prælati ad quos ſpe
ctat correctio, & punitio clericorum delinquentium in captio
ne, ſeu detentione eorundẽ, diſtingue. Aut in captione & tunc
dic vt le.& not.ꝭ.eod.ſi clericos.in prin.lib.6.& dixi.ꝭ.eod.vni
4 uerſitatis.di.3.† Aut in detentione & tũc, aut in detentione ad
pœnam poſtquam ſunt de crimine canonicè condemnati: &
tunc poſſunt eos licitè detinere in perpetuum, vel ad tempus
iuxta formam condemnationis, vt hic &.ꝭ.de ver.ſig.c.noui-
mus.&.ꝭ.de off.ord.c.cum Epiſcopus.& de pœnis.cap.quam-
uis.li.6. Caueant tamen quod non condemnauerint contra cõ
ſcientiam, alias incurrere poſſent pœnam illius.c.cum æterni.
ꝭ.de re iudi.lib.6.Aut in detentione ad cuſtodiam ante cõdem
nationem, & tunc, aut exceſſus enormitas vel alia cauſa ratio-
5 nabilis eos ſuadet detinendos aut non.† Si exceſſus enormitas,
vel alia cauſa rationabilis eos ſuadet detinendos, tũc poterunt
eos detinere, vt.ff.de cuſto.reorum.l.diuus pius &.l.ſi confeſ-
ſus.& de hæreticis, cum inquiſitionis.lib.6.Ex pone exemplũ
de enormitate in caſu canonis.59.di. in memoriam.& ꝭ.de re
ſcrip.c.2.& ꝭ.de falſarijs ſuper eodem.& 2.q.5.ſuper cauſis. &
in alijs ſimilibus. Et de alia cauſa rationabili pone exemplũ, pu
ta quia ab eo quẽ iudex detinet in cuſtodia vult audire vel ſcire
veritatem, ad hoc.ꝭ.depoſit.c.1.ver. nam & iudicibus &c. vel
quia fama eſt plurium quorum nomina neſcit cum ipſo deten
to commiſiſſe delictum.23.q.vl. & idem in ſimilibus ſecundũ
G.& Io.An.dicto.c.ſi clericos. Et quod dictum eſt de deten
tione propter crimen enorme intelligit Cardi. in dicto.c.vt in
quiſitionis. ſuper verbo retineatur. quando ſuſpicio non eſt
leuis contra eos, ſic loquitur illud.c. & concordantię.ꝭ.alleg.Si
exceſſus enormitas, vel alia cauſa rationabilis eos non ſuadet
6 detinendos, tunc† Aut dãt ſeu parati ſunt dare de parendo iuri
fideiuſſoriam, vel pignoratitiam cautionẽ, & tunc non debent
eos detinere, vt eſt caſus de fideiuſſoria cautione in dicto.ca.ſi
clericos.§. eoſdem quoque. & idem dicunt ibi Guilelmus.&
Ioan. An.de pignoribus.arg.ff.de cõſt. pecu.l.promiſſor Itichi.
7 §.fin.† Aut non ſunt parati dare dictam cautionem, & tũc poſ-
ſunt eos detinere, vt in dicta.l.diuus pius, & in dicto.§.eoſdem
quoque.à contrario ſenſu & in dicto.c.cum Epiſcopus. maxi
mè quando ſunt ſuſpecti, vt quia ante captionem reddiderunt
ſe fugitiuos. argum.ff. ad ſyllanianum.l. lege cornelia.§.1. vel
alias eluſerunt.ſuprà de ap.quæſtioni. & vide quod not. de hac
materia ſpe.titul.de acc.§.1.ver.ſed pone.c.vbi ſatis & concor
dat cum præmiſsis.

Super eo.c. Glo.& nonne ſufficit. Si quæris vtrum
& quando laici poſsint ſuam iuriſdictio
8 nem in clericos exercere, diſtingue.† Aut quæris de clericis de
quibus notorium eſt quod non debent gaudere priuilegio cle
ricali, & in illos poſſunt, vt patet de illis qui ſunt degradati, &
traditi curię ſeculari.ꝭ.de iudi.cum non ab homine.ꝭ. de pe.de
gradatio. lib.6. & de his ſęuis & enormitatibus ſe immiſcent.
ſuprà.eod.cum non ab homine.&.ca. per pendimus.quod dic
vt ibi dixi. De talibus enim ſcriptum eſt Prouer.18.17.di.nec
licuit, & in dicto.c.cum non ab homine. peccator cum vene-
rit in profundum malorum contemnit, ſed ſequitur eum igno
minia & opprobrium. Aut de alijs, & tunc, aut de mandato
9 prælatio. ſuorum, aut ſine mandato:† Sine de mandato præ
latorum tunc, aut illorum qui poſſunt eorum crimina corrige
re vel punire de iure communi, vel priuilegio, vel conſuetudi
ne legitimè præſcripta, & tunc Aut quo ad ipſos pro ſuis exceſ
ſibus cum moderamine capiendos, & carceri mancipandos, &
dic quod ſic, vt hic & ſuprà.eod.c. vniuerſitatis.ꝭ.eo.c. vniuer
ſitatis.ꝭ.eod.c.ſi clericos li.6.& dic vt ibi. Aut quo ad alia, & tũc
dic vt dixi.ſupra de iudi.at ſi clerici.Si ſine mandato, vel de mã
dato illorum qui non poſſunt eorum crimina corrigere vel pu-
nire, quod eſt idem quo ad hoc.tunc dicit Ioan.23.q.5.c.princi
10 pes.quod.6.† caſus ſunt in quibus laici habent iuriſdictionem
in perſonis eccleſiaſticis. Primo quando ſunt incorrigibiles.
32.di.eos.qui.23.q.5.de liguribus.Secundo, in illo qui violẽter
occupat, vel ambitioſè cathedrã ſedit apoſtolicæ.89.di. ſi quis
pecunia. Tertio, vbi fidẽ vult ſubuertere.8.di.quo iure. Quar
to, in falſario Papæ.ꝭ.de crimi.fal.ad falſariorum. Quinto, cum
ſciſma faciunt, & excommunicationem contemnunt, vt in di
cto.c.de liguribus.& ſupra. de cleri.excom.mi.ca.2. Sexto.vbi
eccleſiaſtica poteſtas deficit vt dicto.c.principes, ſecũdum Io.
Tu vero dic ſecundum Hoſti. quod ſaluo ſexto & vlti.caſu ge
nerali. Alij ſunt caſus in quibus eccleſia poteſt inuocare cõtra
clericos brachium ſeculare, ſunt & caſus in quibus traduntur
curiæ ſeculari, vt no.ſuprà de hæreticis ad abolendam gl. in tri-
bus.2.† Alias

11 bus.2.† Alias non poſſunt per ſe laici ſuam iuriſdictionem in
clericos exercere, quia non ſunt de iuriſdictione ipſorum lai-
corum, vt patet in eo quod le. & no.ſ.de iudic.ac ſi clerici ſecū
dum Hoſtien. quod intellige vt ibi dixi. Pro quibus facit illud
pſal.81.&.17.diſ.c.1. Ego dixi, dij eſtis & filij excelſi oēs, vbi
loquitur ſacerdotibus: & illud pſal.104. Nolite tangere Chri-
ſtos meos, i.clericos & ſacerdotes. Item. clerici ſunt ſupra ſe-
culares, vt in dicto.c.1.&.ſ.de maio.& obed.c.oēs.&.c.ſolite.
ergo non poſſunt per eos iudicari.eod.titu.c.cum inferior. Et
nota quod clericos de iuriſdictione imperatorum exiuit ſum
mus imperator.ſ.Deus, vt patet 96.di.cum ad verum.&.c.duo
ſunt.&.c.ſic imperator.Et etiā inferior imperator, vt in autēt.
vel cleri.apud propri.Epiſ. & de ſanctiſsimis Epiſcopis per to
sū, & hoc ēt approbante Papa qui hoc etiam ſine conſenſu im
peratoris per ſuas conſtitutiones facere poterat. Quia cum
clerici ſpirituales res ſint, & ex toto corp' & animā dederint
in ſeruitium & ſortem Chriſti.12.q.1.c.3.per cōſequens Papę
iuriſdictioni & conſtitutionibus ſubſunt. 10. di.imperiū.&.c.
ſuſcepiſtis.vt no.Innoce.ſ.de ma.& obe.c.ſi quis. Sequitur qđ
de priuilegio clericali eſt iudicandum ſecundum canones dun
taxat, cum illius ſit interpretari cuius eſt condere.ſ.eod. inter
alia.Et ſic nec legi principis, nec ſtatutis ſeu conſuetudinib.eſt
in aliquo ſtādum ſuper hoc, ſed ſolis canonibus Papæ vel Epi-
12 ſcoporum in his in quibus Papa non ſtatuit.†Quod eſt contra
hoc quod not.Innocen.hic in glo.ſ.Epiſcoporum. vbi dicit &
Abbas poſt eum, quod creditor poterit clericū de cuius fuga
timetur capere abſque pœna excommunicationis, per.l.ff.de
his quæ in fraudem credi.l. ait prætor.§.ſi debitorem & idem,
ſi habeant eum de fuga ſuſpectum.ff. de. pœnis l.reſpiciendū.
§.furta.Et contra gloſſ.Ber.poſitam.ſ.de iudic.cum non ab ho
mine. vbi dicitur quod per.20. horas poteſt detineri clericus
inuentus in aliquo facinore ad conuocandum teſtes, ne ſit lo-
cus inficiationi, in authent.vt li.ma.& auię.§.is quoque.collat.
8.Item & contra glo.Innocen.poſitam.ſ.de foro.compe.verū
vbi dicit quod ſi vilis ruſticus qui habet per.l.federici iuriſdi-
ctionem ordinariam ſuper rebus feudalibus, vt.ſ.de iudi.ve-
rum.& de foro compet.ex tranſmiſſa.condemnauit clericum
feudatarium in commiſsione feudi, poterit ipſum ſi rebellis
fuerit in exeundo per ſpatulas expellere ſine pœna excommu
nicationis.arg.ſ.de reſtitut.ſpo.olim.1.Quorum omniū a.ver.
quod eſt cōtra hoc citra cōtrariū tenet Gui.de mon. lau.extra
de oſ.ordin.c.8.in prin.ſuper verbo clericalis.in cle.dicens qđ
ſtabit totaliter illæ regulæ, quod nullus regulariter citra pœnā
excommunicationis poſsit in clericum manūmittere, vt.17.
q.4.ſi quis ſuadente.cui regulæ ſtabit niſi inuenerit eā per aliū
canonē auctoritatis ſimilis reuocatam.argu.18.di.c.1.& idem
tenet Gen.ibi.Idem Hoſtien.hic dicens quod nemini licet in
clericū manus violentas vel temerarias iniȷcere, vel ipſum in-
uitum detinere, vt patet in dict.c.ſi quis ſuadente. & in eo qđ
13 leg.& not.ſ.eod.c.1.&.c.nuper.†Cum enim hæc iura prohibi
toria regulariter, & generaliter emanauerint, quicunque dicit
ſibi iſtud licere hoc probare tenetur, alioquin non teneor
ei credere, arg.ff.de proba.l.ab ea parte.& patet in eo quod le.&
not.ſ.de trāſla.Epiſcopi.c.2.§.ſed neque in fin. ibi & quod nō
eſt &c.Sed nec tales caſus vel conſimiles, cum omnino ſint ca
nonici per ſolas le. & gl. magiſtri cum ſecuritate animæ deci-
dantur, vt patet in eo quod leg.& notat.ſ.de ſolu.c.ſi.ſecundū
Hoſti.Ioan.And.poſt eum.Et de materia gloſ.2.Inno.hic vide
quod not.ſpe.titul. de reconuentione.§. nūc dicamus.ver.ſed
quid.& Archi.54.diſ.frequens.glo.pe.& 21.q.2.cap.placu.t.ſu-
per verbo reſtituat in fin. de hoc hodie dic plenius.j.eo. ſi iu-
dex laicus.lib.6.&c.

1 *Clericus ſe percutiens an ſit excommunicatus.*
2 *Voluntas iniuriati an proſit delinquenti.4.*
3 *Deceptus pro non volente accipitur.*
5 *Excommunicationem præcedit trina monitio.*
6 *Excommunicatus per annum perdit priuilegia clericatus.*
7 *Depoſitum percutiens an excommunicetur.*
8 *Clericus ſimplex gaudet priuilegio clericali.*

Contingit.j. Ad euidentiam gloſſ.1.Ber.
Si quæris vtrum iniuriam
factam perſonæ eccleſiæ, prælatus remittere poſ
ſit, diſtingue vt dixi.ſ.eo.parochianos. di.1.† Et
1 no.quod ille. textus ibi quē in fauorē ordinis cle-
ricalis &.eſt ar.ad quæſtionem qua quæritur, an clericus irato
animo ſeipſum percutiens ſit excommunicatus, ad idem eſt
op.arg.23.q.5.ſi non licet.& ff.de re mili.l. omne delictum.§.
qui ſe vulnerauerit. Item quia nemo eſt dominus mēbrorum
ſuorum.ff.ad.l.aquiliam.l.liber homo.ſ.Nam omne quod non
iure fit eſt iniuria, inſti.de iniuri.in prin.ad hoc etiam eſt ar.55.
di.qui partem. cum ſimilibus ſecundum archidia.qui hoc no-
tat in dicto.c.ſi non licet. ſuper verbo hominem occidit. Et
quod ſit excommunicatus tenet expreſſe Odofre.de ſenon.in
tit. de precario in quæſtione, Item pone clericus. idem innuit
Ioan.An.hic dicens quod hoc dici conſueuit per iura alleg.pro
hoc etiam bene facit.C. de Epiſcopis & clericis.l.raptores. &
de raptu virginum.l.vna, vbi habes quod raptor volentis fęmi
2 næ punitur.†Vnde dicunt quidam quos ſequitur Cynus in di-
cta.l.raptores. quando quæritur vtrum voluntas illius in cu-
ius perſona committitur delictum proſit delinquenti vel
eum excuſet.Aut quæritur de voluntate interueniente tempo
re commiſsi delicti, aut poſt. primo caſu, aut eſt delictum tale
circa quod puniendum non ſolum conſideratur qualitas deli-
cti ratione eius cui infertur, ſed etiam alterius, vel ſaltem pu-
blicæ vtilitatis, quæ eſt vt talia non fiant, vt eſt in quolibet pu
blico crimine, & tunc licet voluntas poſsit aliquid operari quo
ad ſe, non tamen præiudicat iuri publico, vel alij cui ex delicto
acquiri poteſt, vt hic & ibi &.ff.de iniu.l.1.§.vſq; adeo. Aut eſt
tale delictum in quo conſideratur qualitas ſolum ratione eius
3 cui infertur, & tunc refert.† Nam vbi ex vna parte interuenit
voluntas, & ex alia parte perſuaſio doloſa, is qui decipitur pro
non volente accipitur: & hoc ideo, quia doloſa perſuaſio plus
eſt quam violenta coactio, vt.ff.de li.ho.exhib.l.3.§. ſi quis vo
lentem.& ff.de ſeruo corrupto.l.1.§.perſuadere.C.de furtis.l.
ſi quis ſeruo. ſed vbi doloſa perſuaſio in altero non probatur,
ſcientia cum conſenſu inducit præſumptionem quod nō in-
terueniat iniuria neque dolus, & ita loquitur regula.j.de regul.
4 iur.c.ſcienti.lib.6.vbi hoc notat Dinus in 1.contrario.†In ſecū
do caſu.ſ.quando voluntas interuenit poſt delictum recurren
dum eſt ad id quod not.ff.de pactis.l.iure gen.§.ſi. paciſcar. ad
Iyl.l.2.C.de pactis.l.tranſigere.Et hoc ſecure tenere potes, ma
ximè cum ſit ſecuris animæ ar.ſ.de cleric.excō. miniſt.illud.
de homicid.ad audientiam.licet ſit ar.contra.ff.de peculio.l.3.
§.ſi ipſe.ſed ſolutio patet ibi.

Super eo.c. Ad declarationem gloſſ. in quouis ordi-
ne in quæſtione quid excommunicato.
Si quæris vtrum & quando percutiens ſeu verberans clericum
excommunicatum, vel depoſitum excommunicationem in-
currit, diſtingue. Aut quæris de excommunicato, & tunc dic
vt dixi.ſ.eod. ſi verè.diſt.1. licet Hoſtien. hic tenere videatur
quod excommunicatus non retinet ſuum priuilegium ſi ſit
incorrigibile.Excommunicatus autem ſaltem ab homine po-
5 teſt incorrigibilis iudicari:†cum nemo excōmunicetur ab ho
mine niſi præmiſſa trina monitione vel alia competenti, vt le.
& not.j.eo.ſacro.& eod.tit.ſtatuimus.&.c.conſtitutionem.li.
6.hoc autem probat ipſum incorrigibilem.ſ.eod.in audientia.
in fin.Sed & ſi in canonem incidat, priuilegium meretur amit
tere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.ſ.eod. cum illorum
in fi. Vel dic quod retinet priuilegium intra annum à tempore
6 excommunicationis, ſed non poſt annum.† Nam ex quo quis
ſtetit excommunicatus per annum, omne priuilegium debet
perdere.in eo quod leg.& not.ſ.de pœnis.cap.fin.de hæreticis
excommunicamus.1.ſecundum Hoſtien. Tu vero dic de hoc
7 vt dixi in dicto.ca.ſi vere.†Aut quæris de depoſito; & tunc vi-
detur quod talem percutiēs incidit in canonem, quod videtur
expreſſum.81.di.dictum. nam ibi dicitur quod talis depoſitus
viuere debet clericaliter, & hæc opinio fuit Hug.idem etiam
not.Io.50.di.accedens.in gloſſ.ergo clericus.& Tan.Gof.Ber.
ſ.de hæreticis, ad abolendam.gloſſ.arg. quod clericus. & Vin.
& Ber.hic.Sed Alanus contra, pro quo quod facit optimè.54.
d.c.ſecundæ.vbi Bar. Brixien. tenet hanc ſententiam, & facit
optimè ead.cauſa.& q. ex antiquis. ibi exuti priuilegio religio
ſo &c.Hoſtien.vero.in d.c.ad abolendam. ſecutus ſententiam
antiquorum, dicit, quod clericus quamuis depoſitus, dummo-
do corrigibilis ſit priuilegium retinet clericale, & ſic debet in
telligi ſententia Hugo. & ſequacium. Ab illa regula excipiun-
tur caſus, in quibus ſtatim traditur curiæ ſeculari, quod dic vt.
not.per Ber.& ipſum Hoſtien.ibi in gl.in tribus &c. Et in hoc
concord. Hoſtien.in ſum.eod.titul.§.quis poſsit excommuni
care.ver.19 vbi dicit, quod depoſitus & traditus curię ſeculari
non retinet priuilegium clericale, vt.ſ.de iudic.cum non ab ho
mine.17.q.4.ſi quis deinceps.Secus ſi non ſit traditus, q̄uis de-
gradatus, vt in c.alle.dictum, & hoc eſt ſecurius ſecundū Gof.
in c.alleg.cum non ab homine.cuius openionem recitat Ioan.

Andr.i

An.in c.aſſe.ad abolendam.& Aſten.lib.7.titu.3.ad fi.ver.quid
de excommunicato. Sed.G.in cap.degradatio.§.fin.in fin.j.de
pœnis li.6.dicit quod illud.c.multum fauet ſententiæ Ala.& ſe
quacium.Sed Ioan.And.ibi in glo.ſua fin. dicit quod dicta opi
nio Hu. Ioan. & ſequacium adhuc forte eſt vera in verberali-
ter depoſito,& non actualiter degradato.de quo loquitur prin
cipium illius.ca.& opi. Alani & ſequacium in actualiter degra-
dato, in quo habet locum finis illius.c. Nam & in reſtitutione
eorum eſt differentia inter eos, vt not.2.q.6.ideo.cuius opi-
8 nionem credo veriorem.† Et not,ex iſto textu in fauorem or-
dinis clericalis &c. quod cum ordo clericalis per ſolã tõſuram
conferri dicatur.ſ. de ætat.& quali.cum contingat.ſimplex cle
ricus debet gaudere priuilegio clericali.Item cum ſint.9.ordi-
nes ſecundum canoniſtas, &.c.ſi quis ſuadẽte ſit inductum in
fauorem totius ordinis clericalis vt hic,dicas quencunque ha-
bentem vnum de illis nouem ordinibus & ſine alijs puta per
ſaltum promo um gaudere debere priuilegio clericali,cũ etiã
prorſus laicus illiteratus verum ordinem ſacrum recipiat, vt
not.40.diſt.ſicut.52.di.ſolicitudo.36.di.illiteratus.ſ.de cle.per
ſal.promo.ca.1.& per Hoſtien.ſ.de bap.c.maiores. & hoc not.
Gen.extra de ſepul.ſuper cathedram.in prin.ſuper verbo ordi
nis clericalis.in cle.

1 *Seruus ac Papam abſoluendus mittitur.*
2 *Diſtantia locorum quomodo iudicanda.*

1 RElatum. † Hic habes quod ſerui ſunt mit-
tendi ad ſedem apoſtolicam pro
abſolutione à ſententia canonis obtinenda, niſi
hoc in fraudem fecerit dominorum, vel niſi ex
hoc graue damnum domino pararetur, cum ni-
mis ſint à ſede apoſtolica remoti.vnde modicum damnum fer
re debent.arg.ſ.de reſt.in inte.c.1.vt patet in eo quod no.ſ.eo.
inter alia.§.illud autem & ex remotitate colliget bonus iudex
graue damnum & modicum, & ſic nimis remotum abſoluat
2 alium non. † Quidam autẽ intelligunt illos nimis remotos qui
diſtant per duas dietas.ſ. de reſcrip. nonnulli quidam illos qui
ſunt vltra Italiam.ſ.de elec.nihil eſt.Tu dic quod hoc arbitra-
tur bonus iudex,cum non ſit expreſſe iure diffinitum.ſ.de of.
dele.de cauſis.Qui enim ſi dominus ſit ita pauper vel infirmus
quod non poſſet ſeruo momento carere,vtique tali ex officio
erit prouidendum.ff.ad ſil.l.ſi quis in graui.ſecundum Hoſt.&
Ioan.And. poſt eum in hoc concordant Io.And.g.& Gen.ex-
tra de elec.cauſam quæ ſuper verbo remotis in cle.& Io.An.in
ſimili.j.dem.or.cum nullus.§.2.lib.6.

1 *Abſolutum ſe dicenti in foro pænitentiali creditur.*
2 *Abſolutum ſe dicenti in foro contentioſo non credendum.*
3 *Iudicium eccleſiæ aliud in pænitentiali, aliud in contentioſo foro.*

SIcut nobis. Ad declarationem gloſſ.1.Si quæ
ris vtrum & quandodo de abſo-
lutione alicuius excommunicati quæritur debeat ſibi
1 credi,diſtingue ſecundum Hoſtienſ.hic.† Aut in fo-
ro pœnitentiali,& tunc ſuper abſolutione ſua eſt ei crededum,
ar.ſ.de homi.ſignificaſti.2.§.1.verſ. cum de ceteris quia de ne-
mine præſumendum eſt quod ſit immemor ſuę ſalutis. 1.q.vlt.
ſancimus.& ar.de conſecra.di.4.cum itaque.&.c.ſi nulla extãt.
2 † Aut in ſoro contentioſo ſeu iudiciali,& tunc ſecus,vt hic,&
ſ.de offi. ordi.ex parte.de offi. deleg. cum in iure.ſ.eodem.cũ
pro cauſa. Et ratio quare in contentioſo foro non eſt iſtis cre-
dendum,quia conſtat ipſos excommunicatos fuiſſe, & nõ cõ
ſtat eos abſolutos eſſe. ſ.de cleri.excommu. min.c. propoſuit.
ſecus in pœnitentia, vbi per ſolam contritionem peccatum re
mittitur, quæ contritio nec per teſtes probari poſſet, vt pa-
3 tet in eo quod no.ſ.de homi.ſignificaſti.1.§.fi.† Ideoq; & aliud
eſt iudicium eccleſiæ in foro pœnitentiali, aliud in contentio-
ſo.j.eod.inquiſitioni.ſ.eo.à nobis eſt.Item eſt alia ratio.ſ.vt ho
mines peccare timeant, & vt cenſura eccleſiaſtica in maiori re
uerentia habeatur.j. de excepti.cap.pia.in principio.libr.6.ſe-
cundum Hoſtien.& idem no.Ioan.Andr.extra de priuileg.c.1.
ſuper verbo habita in fi.in cle.

Super eo.c. In gloſſ. fina. Si quæris vtrum iuriſdi-
ctio iudicis de qua contenditur probari
debeat, vel quid iuris, diſtingue vt dixi.ſuprà de offi.delega.
cum in iure.

1 *Excommunicatio per appellationem non ſuſpenditur.*
2 *Appelari poteſt ab excomunicatione.*
3 *Cautela appellandi poſt decem dies.*
4 *excommunicatum appellantem an ſuperior abſoluat.*
5 *Caſus vbi excommunicatio eſt nulla.*
6 *Appellatio relatio & recuſatio æquiparantur.*
7 *Iudex appel.an ad cautelam abſoluat.*
8 *Delegatus a papa an ad cautelam abſoluat.*
9 *Abſolutionem petens an excommunicatus ex hoc probetur.*
10 *Proteſtatio prodeſt.*

PEr tuas. Ad euidentiam huius decret. ſi quæ-
ris infra quod tempus excommunica
tus per diœceſanum poſsit ex hoc appellare ad me-
tropolitanum vel alium ſuperiorem, & vtrum me-
tropolitanus huiuſmodi excommunicatum abſoluere poſsit,
diſtingue. Aut quæris de primo.ſ.infra quod tempus excom-
municatus per Epiſcopum ex hoc poſsit appellare ad metro-
1 politanum ſeu alium ſuperiorem, & tunc† Aut quæris vtrum
poſsit appellare quantum ad hoc vt per talem appellationem
ſequentem ab excommunicationis ſententia releuetur,& effe
ctus ipſius ſentẽtiæ ſuſpendatur,& dic quod nõ: Nam excom-
municatio, ſuſpenſio ab officio vel ingreſſu eccleſiæ, & inter-
dictum ſtatim trahunt ad ſe ſuam executionẽ.ſ.de of.ordin.c.
ad reprimẽdam.§.1. de ap.ad hæc quoniam. & c.paſtoralis.j.
eod.titul.c.is cui.§.vlti.lib.6.hoc not.Ber.hic in gloſſ.2. & Ho
ſtienſ.poſt eum.& idem ſentiunt in dicto.ca.ad reprimendam
gloſſ.hoc ideo in prin. idem ſpecul.titul. de ad.§.2.verſi.17.&
Ioan.And.j.eod.titul. venerabilibus.§. porro.in gloſſ.poſt dif
finitiuam lib.6. Licet Cardin.& G.ibi & G.j.de ap.non ſolum
ſuper verbo innouata fuiſſent.li.6.& expreſsius Card.in dicto.
c.is cui gloſſ.fin.dicant contrarium in excommunicatione lata
infra decem dies poſt diffinitiuam ſententiam, à qua ſententia
eſt poſtea infra dicem dies appellatum, quo caſu dicunt excõ-
municationem retractari ſicut innouata cõtra appellationem,
& deliberationem pendentem,pro.c.non ſolum. & credo qđ
male vt dixi in dicto.c.paſtoralis.di.2. Aut quantum ad hoc vt
per appellationem,cauſam transferrat ad ſuperiorem, & tunc.
2 † aut quæris vtrũ poſsit appellare ab huiuſmodi ſententia infra
decem dies à tempore promulgationis,vel notitiæ ipſius com
putandos,& dic quod ſic,vt in quæ.9. re uera.ſuprà ad ap.cum
in eccleſia.vt not.Ber.hic in gl.2. & Inno.& Hoſt.poſt eum,&.
Spec.in dicto ver.17.& Aſten.lib.7.titul. de forma excommu
nicandi.quæſt.quid ſi ſententia. Aut poſt decem dies, & tunc,
dicebant Vin.& Ioan.quod excommunicatus poteſt quantun,
cunque appellare ad metropolitanum quantum ad hoc metro
politanus eum abſoluat præſtita cautione, quod parebit mãda
to Epiſcopi excommunicatoris ſuper eo,pro quo fuit excom
municatus.Sed Ber.contra in dicto.c.ad reprimendum gl.hoc
ideo.& Innocen. & Hoſti.ibi,quorum opinionem videtur ap
probare Archi.2.q.6. in ſum. in gloſſ. adde & etiam poſt &c.&
melius.Vnde per talẽ ap.non transfert cauſam ad metropolita
num, ſed per ſimplicem querelam poſſet conqueri metropoli
tano etiam poſt decem dies.Quod intellige verum quãdo ex-
commonicatus conqueritur ei de ſuffraganeo.vt imponatur ei
pœna.c.ſacro. & eod.titu.ca.cum medicinalis. lib.6.& pro ſuo
intereſſe: Secus ſi cõqueratur de ipſo vt relaxetur huiuſmodi
ſententia contra ſe ab eo pro alio promulgata,vt.j.eod.venera
bilibus.§.ſed ſi excommunicatus.&.§.ſecus autem.li.6. Et ſic
tutius, & vtilius eſt appellare quam conqueri per ſimplicẽ que
3 relam. † Dic tamen quod licet excomunicatus ab huiuſmodi
ſententia poſt decem dies appellare non poſsit, tamen ſi Epi
ſcop9 q̃ńumcunq; requiſitus poſtea nollet abſoluere,grauaret,
& ex illo nono grauamine poſſet appellare.ſupra de ap.paſtora
lis.cum ſibi denegeţ beneficium iuris contra id quod habetur.
a 8.di.de his.j.de regu.iur.c.indultum.lib.6. quod eſt bene no
tãdum. Vnde hoc caſu tantũ eſſet appellare ab Epiſcopo dene
gante abſolutionem,vt hoc not. Abbas hic & in dicto.c.ad re
primendam vbi idem not. Ioan. Andr.dans conſilium. quod
excommunicatus accedat ad excommunicatorem,& petat ab
ſolutionem, quem ſi non velit impendere appellabit ab iſto
nouo grauamine, & ſic per appellationem transferet totã cau
ſam ad ſuperiorem, idem notat Aſten. lib.7. titul. de damnis
4 excommunicationis.art.1.ad fin.ver.licet autem.† Aut quæris
de ſecundo.ſ.vtrum metropolitanus huiuſmodi excommuni
catum à ſuffraganeo abſoluere poſsit,& tunc ſunt opi.nã Inn.
& Hoſtien. dicunt in dicto.c.ad reprimẽdam,quod ſiue appel
lauerit poſt ſententiam excommunicationis,ſiue non ſemper
eſt remittendus ad excommunicatorem,ſi certum eſt excom
municationem eſſe iuſtam, vel eſt dubium,vt hic in fin. & ibi
vbi loquitur de non appellante. Sed ſi certum eſſet appellatio-
nem iniuſtam eſſe,non eſſet remittendus, ſiue ſit appellatum:
ſuprà de ap.

ſupra de ap. ſolicitudinẽ, ſiue non vt hic in fi. Alij dicunt quod
in vtroque ſiue appelletur ad metropolitanum ſiue non, habet
de neceſsitate remittere. Alij vt Goſ. in ſum. eod. titul. §. ſed
quæritur an cum cauſa. ver. verius tamen puto &c. & Dama.
& Goſ. in c. alleg. ad reprimendam. dicunt quod in neutro caſu
de neceſsitate, ſed de quadam vrbanitate tantum. Sed Io. Bern.
Innocen. & Hoſtien. hic & Ioan. And. dicunt, quod quando ap
pellatur ad eum, in optione ipſius eſt remittere, ſed ſi per ſim-
plicem quærelam aditur, debet eum remittere, quod dic plene
ꝑ Bern. hic in gloſſ. 11. q. 3. &c. & per Innocen. j. eo. ſacro. ſu-
per verbo remittat: & idem abbas ibi. Et hanc opin. tenet ſpe.
in dicto. ver. 17. dicens quod multum prodeſt appellare, quia
tunc ſuperior ad quem eſt negocium per appellationem trãſ-
latum. poteſt abſoluere excommunicatum appellantem, nec
tenetur niſi velit remittere abſoluendum, vt hic in verſi. verũ
ſecus ſi per ſimplicem quærelam adeatur vt in dicto. c. ad repri
mendam. vbi idem ſentit Bern. in gloſſ. ſicut poteſt &c. Idem
innuit Hoſtienſis, in ſum. eod. titul. §. quis poſsit ab hac ſenten
tia. ſub. §. ſed nunquid metropolitanus. & frater Ioan. in ſum.
confeſſ. eod. titul. q. 39. nunquid metropolitanus. Et hoc te-
neas hoc ſaluo, quando eſt appellatum, & certum eſt excõmu
nicationis ſententiam eſſe iuſtam, metropolitanus niſi pericu-
lum ſit in mora excommunicatũ ad excommunicatorẽ pror-
ſus remittere debet eum abſoluendum: Nec debet eum abſol-
uere, niſi excommunicator requiſitus maliciulæ illi abſolutio
nis beneficium deneget exhibere, quod ſi deneget metropoli
tanes debet eum abſoluere, vt. j. eod. §. fin. & . j. eod. venerabili-
bus. §. ſane. & . §. ſi vero cõſtet. & . §. quod ſi dubitetur. li. 6. Si ta-
men eo caſu abſoluerit, tenet abſolutio. vt in §. ſe. vbi autem ſe
cundum Io. An. ibi etiam in gl. vlti. in nouella ibi dic quod ſunt
ſatis expedita quæ not. Innocen. hic tam in pura abſolutione
quæ fit quãdo appellatum eſt poſt eius excommunicationem
vt ibi in prin. quam in abſolutione ad cautelam quando appel
latio præceſsit de qua ibi in fin. Et quod dicit hic in §. nos igi-
tur. in duobus caſibus. ſ. cum dicitur ſententiam excommuni
cationis latam poſt ap. legitimam. & cum dicitur continere er-
rorem intolerabilem, quod primo admittuntur probationes
vtriuſque partis, & vt appareat an abſolui debeat, an denuncia
ri non ligatus vt ic. & . s. de offi. deleg. cum contigat. Idem vide
tur ſecundum Ho. hic in omnibus alijs caſibus quibus proba-
tis apparet nullam eſſe, vt patet in eo quod leg. & not. j. eod. ſo
let li. 6. & dic vt ibi licet Ber. contra hic in gloſſ. duobus. ſ. cuius
opi. tenet Ioan. hic. & 11. q. 3. ſi Epiſcopus forte. & Innoc. in
dicto. c. ſolet. Sed tu dic cum Vin. quod iſta litera quæ loquitur
de excõicato audiendo in iſtis duobus, caſibus debet intelligi
5 dictum eſſe gratia exempli. † Idem enim eſt in omnibus caſi-
bus vbi poteſt ſentẽtia annullari, puta ſi iudex erat excõmuni-
catus, vel depoſitus. s. de exce. exceptionem & hoc ipſe Vin.
not. s. de reſcri. ab excommunicato idem Inno. & Ioan. An. s.
de excep. apoſtolicæ. & Hoſtien. in ſum. eod. titu. § & qualiter
hæc abſolutio. ad fin. ver. adde tertium caſum. idem archi in di
cto. c. ſi Epiſcopus forte. gloſſ. 3. Et vide. t. caſus in quibus ſen
tentia excommunicationis eſt nulla per Cardi. & Ioan. And. j.
eod. præſenti. lib. 6. Et adde quod not. Hoſt. & Io. An. j. de ap. le
6 gitima li. 6. † dicentes ꝙ hæc tria, appellatio, recuſatio & relatio
equiparantur, & ideo ſimul intitulãtur, quia cuiuſque ipſorum
pendentia iudicis iuriſdictionem ſuſpendit. Sicut ergo non te
net excommunicatio lata poſt appellationem, ita nec poſt re-
cuſationem vel relationem, quod eſt dignum nota. primum
patet hic. ſecundum. s. de ap. cum ſpeciali. Vnde ſicut poſt ap-
pellationem ita poſt recuſationem non eſt aliquid innouandũ.
2. quæſ. 6. appellatione. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cũ qui-
dam. s. de offi. dele. ſuper quæſtionum. §. fin. & . ca. ſuſpicionis.
de ap. ſecundo requiris. De tertio patet. s. de ap. intimaſti. de
offi. legati. c. licet. Et in omnibus his eadem eſt ratio. ſ. quia ſen
tentia à non ſuo iudice lata non ligat. s. de iudic. at ſi clerici. s.
eo. à nobis. t. & vide in ſpecul. de accu. §. qualiter. ad finẽ. & per
Ioan. And. in dicto. ca. cum ſpeciali. Henricus Bohic.

Super eo. c. §. nos igitur. Si quæris quando à iudice ap
pellationis petitur abſolutio ad cautelã,
vtrum eam præſtare debet, vel quid iuris, & vtrum petens ab-
ſolutionem per hoc confiteatur ſe excommunicatum, diſtin
7 gue. † Aut quæris de primo. ſ. vtrũ iudex eam præſtare debeat:
& tunc dic ſecundum Hoſtien. hic citandum eſſe illũ pro quo
excommunicationis ſentẽtia lata fuit, vel qui ex officio ipſam
tulit. s. de ap. cum ſpeciali, qui ſi veniat & confiteatur ipſum
appellaſſe ante ſententiam ſed fruſtratorie, locus eſt abſolutio
ni, niſi dicat ſententiam latam pro manifeſta offenſa. de quo. j.
eod. ſolet. §. in prima. lib. 6. Si vero dicat in nullo fuiſſe appellã
tum, vel poſt ſententiam fuiſſe, non debet ſuperior abſoluere
etiam ad cautelam, ſed potius hoc ſummarie examinare, & ſi
reperiat appellatum fuiſſe quoquo modo ante ſententiã locus
eſt abſolutioni ad cautelam vbi nihil opponitur de manifeſta
offenſa. Non autem requiritur in hoc caſu plena probatio ſed
ſufficit ſemiplena, alias nulla eſſet differentia inter hunc caſum.
& illum quando quis dicit ſe excommunicatum poſt appella
tionem nec petit ſe ad cautelam abſolui. Item ſi hoc plene pro
baretur nõ eſſet neceſſaria abſolutio ad cautelam, immo appa
reret ſententiam nullam fuiſſe. Quod ſi citatus nõ veniat ſum
marie procedat, & abſoluat vt præmiſi, conſilium tamen eſt
quod fiat abſolutio idonea cautione recepta vt aduerſarius nõ
poſsit conqueri. arg. in dicto. ca. ſolum. §. in prima. j. titul. 1. ex
parte: & c. cum olim. Cum & ſi excommunicatus ſe tanquam
iniuſtè legatum abſolui peteret, abſoluendus eſſet aduerſario
etiam præſente & contradicente, ex quo nihil proponeret de
manifeſta offenſa, vt patet in eo quod leg. & not. s. de off. dele.
c. cum contingat. §. fin. & de ap. qua fronte. Alias autem vbi ad-
uerſarius preſens eſſet, per ſe, vel per procuratorẽ, nec de offen
ſa ſaltem dubia aliquid obijceret, vel confiteretur ſententiam
latam poſt appellationẽ licet temerariam, ſufficeret iuratoria,
cautio. Et ſic poteſt intelligi. j. eod. venerabili. ſecundum Hoſt.
& Ioan. And. poſt eum, qui etiam putant nunquam eſſe abſol
uendum in tali caſu excommunicatum, niſi citato illo pro
quo lata eſt ſententia, vel qui ipſam tulit, vt patet ex præmiſsis.
& his quæ de off. dele. prudentiam. §. s. Et quantũ ad hoc quod
dictum eſt, quod ſufficit ſemiplena probatio, concordat. G. in
8 dicto. c. ſolet. ſuper verbo contradictionis. vbi vide. † Itẽ vtrum
delegati à Papa poſsint iſtam abſolutionem ad cautelam im
partiri per cõmiſsionem generalẽ, vide per Card. in d. c. ſolet.
gl. s. ver. ſed nunquid. vbi tenet qđ nõ. Idẽ tenẽt Inn. & Hoſti.
ibi Sed Ioan. 2. 6. quotiens Epiſcopi gloſſ. fin. & Ber. in dicto. c.
ſolet, & Goſ. & Hoſtien. s. de teſti. venerabilis. § fin. videntur te
nere contrarium & hæc videtur bona ſententia ſecundum. G.
in dicto. c. ſolet gl. s. etiam iſtam ſententiam delegati Papæ pa
9 riſius de facto communiter tenent. † Aut quæris de ſecundo.
ſ. nunquid propter hoc quis probatur excommunicatus quia
abſolutionem petijt, ita videtur argum. s. de elect. venerabilẽ.
§. eos igitur. vbi hoc tenet Bern. in gloſſ. not. hic & hoc niſi pe
teret abſolui ad cautelam. Sed Innoc. & Compo. ibi contrarnã
ſepius qui non eſt excommunicatus abſolutionem poſtulat ad
abundantem cautelam. ſupra de ap. ad præſentiam & hic, & in
c. alleg. ſolet. Et poteſt reſpõderi illi. §. eos igitur igitur. ibi dum
per nuncium &c. quia hæc dictio dum, non dicit cauſam qua-
re recognouit, ſed tempus quando recognouit, hoc etiã tenet
Innocen. ſupra de ordi. cog. cum dilectus gloſſ. ſic enim. in fin.
& ſpec. titu. de proba. §. videndum iuxta finem. ver. ſed nũquid
probatur. & Arch. j. de excep. pia. ſuper verbo probaueris. lib.
6. & Innocen. hic in gloſſ. non enim. Et Hoſtien. & Ioan. An.
10 poſt eum. † Dicunt Innoc. & Ioan. And. quod ſecurius eſt pro
teſtatione præmiſſa quod per abſolutionem non fiat ſibi præ-
iudicium, abſolutionem petere, quod dic vt hic per eos.

1 *Excommunicatus Papæ communicatione non abſoluitur.*
2 *Papa excommunicati communicatione non excommunicatur.*
3 *Excommunicato ſcribens excommunicatur.*
4 *Excommunicatus non ſalutandus.*

SI aliquando. Si quæris vtrum ſi Papa cũ
excommunicato partici-
pat literis, verbo, vel facto oſculo, ſeu alio quouis
modo, ipſum per hoc abſoluere videatur, & vtrũ
ex tali participatione excommunicationẽ incur-
1 rat, diſtingue. † Aut quæris de primo. ſ. vtrum per
hoc ipſum abſoluere videatur, & tunc aut participat cum eo
ignoranter, & tunc non videtur eũ abſoluere, vt hic. Aut ſcien
ter, & tunc Vin. Tan. Phi. & Hoſtien. in ſum. eod. titu. §. & qua
liter circa finem primæ colum. ver. vnde & ſi ex certa ſcientia
& ſuprà eod. nulli. & de. priuile. cum olim. s. & Goſ. & Hoſtie.
ſuprà. in ſalutatione Gregorij, tenẽt quod per hoc videtur eũ
abſoluere, arg. ff. de manumiſ. l. apud cum. §. imperator. Sed cõ
trarium tenet Bern. in ſalutatione Gregorij & Innocen. in di-
cto. ca. cum olim. gloſſ. not. aliquem. & Iohan. & Arch. 93. di. ſi
inimicus, quorũ opinio eſt hodie approbata extra. eo. c. ſi ſum
mus pontifex. in clem. Vnde per hoc non cenſetur eum abſol
uere, niſi exprimat ſe velle illũ ex hoc ꝓ abſoluto haberi vt
2 ibi. † Aut quæris de ſecundo. ſ. vtrum ex tali participatione ex-
communicationem incurrat. & dic quod non, ſiue ignoranter
participet,

participet,arg.ſ.de cleri.exc.miniſt.apoſtolicę.j.de conſtituti.
vt animarum.lib.6.ſiue ſcienter vt not.Ber.& Hoſtien.hic &
Vanc.Tan.& Gof.Phi.Ber.Hoſtien.& Ioan.And.ſ.eod.nulli.
& Ioan.in dicto.c.ſi inimicus.&.11.q.3.qui merito.& Aſtenſ.
lib.7.tit.de pœnia participantium cum excommunicatis.arti.
2.& Ioan.And.& Gen.in dicto.ca.ſi ſummus pontifex.vbi de
hoc. Et vtrum verba enunciatiua habeant vim diſpoſitionis,
vide ibi, & plenius per Cynum.C.de falſa cauſa adiect.l.1.&
3 per Lambert.in l.ſi dotem.† Alius vero à Papa qui nuntium vel
literas miſerit excommunicato,incurrit excommunicationem
minorem,vt.j.de elect.vbi maius.§.nulli.lib.6.vbi pro eodem
reputatur nuncium,vel literas mitteret,& loqui,Quia qui per
literas,vel nuncium loquitur, ipſe idem loqui vr.ff.de conſtit.
pec.l.licet.hoc not.Hug.11.q.3.quoniá multos.& Car.& G.in
§.alleg.nulli.& Aſten.lib.7.titu.de pœnis illicitè participantiú
cum excommunicatis, articul.1.quæſti. vtrum qui nuncium.
Vbi etiam dicit ſecundum Hug.in c.alleg.quoniam.quod non
pôt quis accipere literas excommunicati,aut nuncios vel xenia.
4 †In caſu tamé in quo licet excommunicato loqui licet & ſcri
bere non tamen ſalutare.Sed loco huius accuſatiui ſalutem,po
nitur hæc oratio ipſum conſilij ſanioris, & cum quis ſalutatur
ab excommunicato non debet eum reſalutare, ſed poteſt dice
re,deus emendet vos.

1 *Excommunicatus minori eccleſiam intret.*
2 *Excommunicatus maiori an eccleſiam ingredi debeat.*
3 *Excommunicato colloquendum.*
4 *Prædicator priuilegiatus.*

RESponſo: Si quæris vtrum & quando ex-
communicati poſsint licitè in-
1 trare eccleſiam.diſtiu.† Aut quæris de excommu
nicatis minori excómunicatione, & tales poſſunt
eam intrare,argu.ſ.de excep.à nobis. & quod leg.
& not.1.q.1.qui ſtudet.gloſſ.arg.expreſſum.in fin.
& hoc tenet,G.ſ.eod. is cui gloſſ.1.lib.6. Licet Hug. videatur
notare.11.quæſt.3.ſi inimicus.quod etiam minor excommu-
nicatio ſeparat ab introitu eccleſiæ:quod non credit.G.eſſe ve
rum.& in hoc concor.Ray.Rodo. Gof.& Hoſtien.in ſumma
huius titul.& Aſten.lib.7.titu.de damnis excommunicationis
argum.2.quæſtio.ſed nunquid talis. de quo dic vt dixi.ſ.eod.
2 nuper.diſtin.2.† Aut de excommunicatis maiori excommuni
catione,& tunc Innocen.dicit hic indiſtinctè quod poſſunt in-
trare eccleſiam dummodo non audiant officium. Sed Ray.in
ſum.eod.titu.§. ſed nunquid. dicit quod excommunicati ſiue
occulti,ſiue manifeſti nullo tempore debēt intrare eccleſiam:
cum quo concor Gofr. & Hoſtienſ.hic. & Hoſtien.in ſum.de
cleri.excommun.min. & Aſtenſis.libr.6.titu.de damnis excó
municationis.in prin.ver.item eccleſiam.Quod intelligit glo.
G.ibi,non debent intrare.ſ.ad orandum, ſecus forte ſi intrant
ad tranſeundum per eam ad alium locum vlteriorē, dummo-
do non celebrētur ibi diuina, arg.C.de ædificio priuat.l.ſi quis
poſt hāc. Vnde excommunicatus licet occulte peccat ſi intrat
eccleſiam, vel aliorum communioni ſe ingerat,licet quidā di-
cant contrarium excuſantes talem,per hoc quod dicunt quod
non tenetur reddere ſe notabilem de excommunicatione oc.
culta, quod faceret ſi vitaret cōmunionem aliorum,quia cum
alius non debeat eum prodere vitando eum in publico,multo-
fortius nec ipſe tenet ſe prodere, vt dicunt.Sed non eſt ſimile,
quia non eſt in poteſtate alterius eum corrigere taliter eum vi
tando,ſed in poteſtate ipſius eſt quod ſe corrigat,& abſolutio-
nem impetret, hæc gloſſ.Gui.ibi.& frater Ioan.in ſum.cōfeſ.
eo.tit.q.168.quæritur etiam vtrum.& Aſten.li.7.titu.de pœ-
na excommunicati.q.nunquid excommunicatus. Quod vide
tur tutius,cū ſit ſpeciale hic in prædicatione verbi Dei, quod
intrare poſsint,ergo contrarium erit iure commune, argu.ff.ad
municipal.l.1.& per ea quæ not.Hoſtien.ſ.de ordinato ab Epi
ſcopo.c.1.vbi dicit quod non poteſt eccleſiam tangere,ergo ea
3 dem ratione nec intrare.† Item habes hic quod pro ſalute ani-
mæ excommunicati poſſum loqui cum eo,ſed nunquid de ſa
lute animæ meæ poſſum loqui cum excommunicato, ſicut &
de ſalute animæ ſuæ,glo.Guil.ſuper Rayn.eod.tit.§.30.exci-
piuntur.dicit quod tanta poſſet eſſe neceſsitas,& tam arcta qd
ſibi non poſſet habere copiam iuris peritorum,nec res caperet
dilationem,poſſem cōſilium petere ab huiuſmodi excommu-
nicato, tam in temporalibus quam in ſpiritualib. Cauſa enim
neceſsitatis excuſat in talibus.ſ.eod.l.i vere.& 11.q.1.quoniam
multos.Pro quanta autem neceſsitate aut vtilitate,liceat quę-
rere conſilium ab excommunicato,arbitrio boni viri limitan

dum eſt.idem no.frater Ioan.in ſum. confeſ.eo. titu.q.126.ſed
nunquid de ſalute &c.& Aſten.lib.7.tit.de perſonis communi-
cantibus cum excommunicatis, argu.1.q.ſed nunquid de ſalu
4 te.† Item no.hic officium prædicationis priuilegiatum, & vi-
de.19.caſus in quibus eſt priuilegiatum per.Hoſtien. & Ioan.
And.ſ.de ſtatu mona.quòd Dei timorem. ſuper verbo priuile
giatum. Et quatuor quæ prædicator habere debet,vide per
Archi.21.diſt.in nouo.ſuper verbo miſsis.Et de materia præ-
dicationis, in quibus debet conſiſtere, vide plene per eum.43.
d.in ſumma vbi dicitur ſecundum Hiero. quod innocens abſ-
que ſermone,conuerſatio quantum exemplo prodeſt,tantum
ſilentio nocet. Nam latratu canum,& baculo paſtorū lupi ſunt
arcendi,&.c.1.ſuper verbo clama.Nota tamen quòd vtilior eſt
prædicatio exempli,quam verbi.40.diſtin.multi.& ſ.de voto,
magne.verſ.prętera.& not.Hoſtien.& Ioan.And.eo.tit.c.vlt.
Et ſi hæc ſeruauerit prædicator, poterit dicere cum apoſtolo.
Act.20.c.& recitatur.43.diſt.epheſijs.mūdę ſunt manus meæ
à ſanguine omnium veſtrum.

Super eo.c. §.prætera.Si quæris quæ ſacramēta ſunt
permiſſa tēpore interdicti lati ab homi-
ne,vel à iure,diſtingue vt dixi.ſ.de pę.& remi.quod in te.di.3.

1 *Coniuges ob impedimentum non coeant.*
2 *Coniuges ob prolem procreandam commiſceantur.*
3 *Coniuges cauſa debiti reddendi coeant.*
4 *Coniuges ob fornicationem vitandam non coeant.*
5 *Coniuges ad ſaturandam libidinem non coeant.*
6 *Coniuges ob corporis ſanitatem non coeant.*
7 *Matrimonij vinculum duplex.*
8 *Vxori grauidæ an commiſcendum.*
9 *Puerperæ non commiſcendum.*
10 *Menſtruoſæ non commiſcendum.*
11 *Coeundi modus deſcribitur.*
12 *Coitus naturalis modus non mutandus*
13 *Vxor ſuper greſſa viro non abutatur.*
14 *Coniugalis actus quando meritorius.*
15 *Coitus illicitus.*

INquiſitioni. Si quæris vtrum ad conpulſio-
nem eccleſiæ vxori adulteræ
debitum reddendæ ſibi præiudicet, vt non poſsit
poſtea promoueri, dic vt dixi.ſ.de adulterijs.ca.vl-
timo diſtin.1.

Super eo c. Si quæris vtrum,& quando actus coniu
galis ſit peccatum, & quando peccatum
mortale,vel veniale, & vtrum poſsit eſſe actus meritorius di-
ſtingue.Aut quæris primo quando ſit peccatū,& quando mor
1 tale vel veniale,& tunc† aut alter coniugum habet conſcientiā,
alicuius impedimēti ipſius matrimonij,aut nō. In primo caſu,
aut coniux ſcit pro certo impedimentú,& tunc etiam ad man
datum eccleſiæ non reddat debitum,ſed potius excommuni-
cationem ſuſtineat. Aut hoc credit opinioni leui,& temerarię,
vt quia audiuit à paucis leuibus quibus credere non tenetur:
vnde Seneca,vtrunque malum eſt omnibus & nulli credere, &
innocens.i.fatuus credit omnibus:vt.22.q.4.Innocent. & not.
Ioan.And.ſ.de præſum.cum in iuuētute.& tunc reddat & exi-
gat.Aut probabili & diſcreta,& tunc reddat ſed non exigat, vt
hic.Et in primo caſu exigendo, vel reddendo, vel tertio exigē
do videtur peccare mortaliter, cum faciat contra conſcientiā,
& ſic ædificet ad gehennam.ſ.de reſtit.ſpo.c.literas.§.porro.In
ſecundo caſu aut non ſubeſt impedimentum aliquod,vel defe
ctus vel ex parte alterius coniugum,vel ex parte loci,vel tem-
poris,vel modi exercitij actus coniugalis,aut ſubeſt. Si nō ſub
2 eſt tunc refert.† quia aliquando commiſcentur cōiuges cauſæ
ſuſcipiendæ prolis.& tunc nullum eſt peccatum.Et de iſta cō-
miſtione dicit Auguſtinus cōiugalis concubitus generandi gra
tia factos,non habet culpam.& Apoſtolus ad corinth.7.Si nu-
pſerit virgo non peccat. Si enim ſine peccato non poſſet fieri
coniugalis concubitus,nō præcepiſſet dominus poſt diluuium
eos copulari, dicens,creſcite & multiplicamini,cum iā ſine car
3 nali concupiſcentia non poſſent commiſceri.† Aliquando cau
ſa reddendi debiti, & tunc ſimiliter nullum eſt peccatum, vt
ait Auguſtinus ſuper pſal.146.& habes.33.quæſtio,5.c.1.red-
de debitum, & ſi non exigis redde pro ſanctificatione perfe-
cta,Deus tibi computabit.ſi non,quod debitum eſt exigis,ſed
4 reddis quod debetur vxori. † Aliquando cauſa incontinentiæ
vel fornicationis vitandæ,& tunc eſt peccatum ſed veniale,vn
de Auguſtinus forte aliquis dicet ſi veniam cōceſsit apoſtolus,
ergo pec-

érgo peccatum ſunt nuptiæ, cui enim venia niſi peccato cōce
ditur:& ita veniam concedens Apoſtolus concubitum atten-
dit coniugatorum. vbi eſt incontinentiæ malum: incontinen-
tiæ malum eſt quod vir cognoſcit vxorem etiam vltra neceſsi
tatem procreandi filios, ſed & ibi eſt nuptiarum bonum: & ita
nō propter illud malum culpabile eſt hoc bonum, ſed illud ma
5 lum fit veniale propter bonum nuptiale. † Aliquando vero cau
ſa ſaturandę libidinis, & tunc eſt mortale. Vnde Hieronymus,
& habetur. 32. q. 4. capit. origo. adulter eſt in ſuam vxorem ar
dentior amator, ſapiens iudicio debet amare coniugē nō affe-
ctu: non regnat in eo impetus voluptatis, nec pręceps fertur
ad coitum. Nihil enim eſt fœdius, quam vxorem amare quaſi
adulteram. hæc omnia à verſicu. quia aliquando commiſcen-
tur &c. citra no. Hoſtienſis in ſumma titu. de ſpōſ. ſub rubrica
de matrimonijs. §. quid ſit effectus. verſi. ſed nunquid aliquan-
do, vſq; in finem & Rayne. in ſumma tituli. de matrimonio. §.
13. valent autem & concordat Thomas & Petrus in ſcriptis. di
ſtinctio. 31. & frater Ioan. in ſumma confeſsio. titu. de matri-
monio. quæſtio. 37. generaliter quæro etiam & Aſten. libr. 8.
titu. de bonis matrimonij in communi articu. 2. in princ. Intel
lige tamen tertium modum prædictum, vt dicunt Thomas &
Petrus cum quis. ſ. propter voluptatem, ſeu delectationem cō
miſcetur coniugi, ita tamen quod illa voluptas ſiſtat intra limi
tes matrimonij, videlicet quod cum alia muliere hoc non face
ret, & tunc eſt veniale peccatum. Si autem delectationē quæ-
rit in ea vt in meretrice, itā. ſ. quod ſi non eſſet vxor tamen idē
faceret, tunc eſt mortale peccatum: & ſic intelliguntur auctori
tates præmiſſę, & in hoc concordat glo. G. ſuper Rayne. in di-
cto. §. & communiter alij magiſtri. Hug. tamē dicit quod mor
tale eſſe cum vir præuenit voluptatem prouocando. ſ. eā ma-
nibus, vel cogitatione, vel vtendo calidis, vt pluries poſsit cum
vxore coire, ſed tene prius dictum ſecundum fratrem Ioan.
Item in quarto modo concordat Hug. 32. q. 4. liberorum. vbi
dicit virum mortaliter peccare cum accedit ad vxorem cauſa
libidinis, licet Ioannes ibi dicat quòd imo venialiter tantū pec
6 cat. † Aliqn̄ aūt quis cognoſcit vxorē pp ſanitatē corporalē, &
tūc peccat, quia quærit ſanitatē per id quod ad hoc nō eſt ordi
natū, ſicut qui per ſacramentū baptiſmi tm̄ ſalu. ē corporalem
quæreret ſm̄. Thomam, & fratrem Ioan. ti. de matrimonio. q.
38. vtrum cognoſcere. ſi ſubeſt impedimentum alias defectus,
vt puta fornicatio ex parte alterius coniugum, tunc dic vt no-
7 tat Archid. 32. quæſtione. 7. cap. tantum valet. † Vbi dixit quòd
duplex eſt matrimonij vinculum, alterum reddendi debitum,
alterum non transferendi ad aliæ vota ſua, fornicatione inter-
cedente ſoluitur primum, non niſi morte interueniente ſecun
dum. Solutio primi vinculi quandoq; conſulitur, quandoque
permittitur, quandoq; prohibetur, quandoq; præcipitur. Con
ſulitur, cum communi conſenſu continentiam vouent. 33. q. 5.
quod deo pari. Permittitur, cum fornicariam etiam ceſſantem,
& pœnitentem quis relinquit vxorē. 32. quæſtione. i. dicit do
minus. ſ. de diuortijs. quā 10. & capitu. gaudemus. Prohibetur,
quando caſtè viuentem & debitum exigentem non vult tene-
re nec debitum reddere, vt hic & 33. quæſtione. 5. cap. 1. & ca.
ſecundum. Præcipitur, quando eam quæ eſt fornicaria & in cri
mine perſeuerat maritus nō vult relinquere. ſ. de adulterijs. ca.
ſi vir ſciens. Nam hoc caſu reus erit vt eius peccati particeps,
& ſecundum Ber. & Hoſtien. ibi, niſi denūciauerit eam ad pœ
nitentiam mortaliter peccat. 2. quæſtione. 1. ſi peccauerit. &
ſ. de iureiurando. quemadmodum. Item pręcipitur ad tempus
vt vacent orationi. 1. ad Corinthios. 7. & 31. diſtinctione. c. te-
nere. ibi abſtinete vos ad tempus vacetis orationi. Si ſubeſt im
pedimentum vel defectus ex parte loci vel temporis exercitij
actus coniugalis, tunc aut ex parte loci vel tēporis ſacri: & tūc
dic vt dixi plene. ſ. de coniugijs leproſorum. c. quoniam. verſi.
aut quæris de exceptione dierum vel locorum ſacrorum &c.
8 Aut ex parte alterius temporis, & tunc aut ex parte temporis
impregnationis, & tunc dicendum eſt ſecundum Pe. quod aut
ſine periculo abortus poteſt debitum à grauida exigi vel reddi
aut non. Si pōt debet reddi, & ſine peccato mortali pōt exigi,
quia vſus matrimonij licitus nō tm̄ eſt in officiū, ſed etiam in
remedium, & mulier prægnans frequenter plus appetit cōcu-
bitum quam quando non eſt prægnans. Si non poteſt tunc nec
debet exigi nec reddi, quia principalior eſt inſtitutione offi-
cium quam in remedium, concord. in hoc gl. Guil. ſuper Ray.
de matrimonio. §. 10. ſed nunquid. ſuper verbo abſtinēdum, &
frater Ioan. in ſum. confeſſ. titu. de matrimonio. q. 44. vtrū tē-
pore & Aſten. lib. 8. titu. de bono fidei articu. 4. q. vtrum liceat.
vbi etiam dicit ſecundum Alc. an; eli. ū in ſecundo, quod ſi pręſumatur vehementer de periculo partus petēs, mortaliter pec
cat, & alter reddere nō tenetur. Si vero mulier probabiliter nō
præſumat de periculo partus, reddere tenetur, licet ſciat eum
peccare, cum dolore tamen, nec dicitur ei conſentire quo ad
peccatum, ſed quo ad hoc quod petit quod eſt ſuum, & ne fiat
9 peius. † Aut ex parte temporis poſtpartum ante purificationē,
& tunc dicit glo. Guil. vbi. ſ. & frater Ioan. in q. 45. quid ſi vir.
& Aſten. dicto arti. in fin. quod nō credunt eſſe peccatum mor
tale, licet videantur contra. 5. di. ad eius vero cōcubitum. & 33.
q. 4. ſi cauſa. 32. q. 4. origo. & q. 7. non ſolum. ſed illa. c. quantum
ad hoc loquuntur de honeſtate & conſilio, ſed qui reddit his
temporibus non peccat, dicunt tamen quidam quod non de-
10 bet reddi ei niſi timeretur eius fornicatio. † Aut ex parte tem-
poris menſtruorum, & tunc ſecundum Petrum. vbi. ſ. & ſecū
dum fratrem Ioan. in dicto titu. q. 46. vtrum tēpore menſtruo
rum &c. & Aſten. vbi. ſ. q. vtrum tempore menſtruorum. Cir
ca hoc diuerſi dicunt diuerſa, quidam enim dicunt quod exi-
gere eſt in voluntate coniugis, ſed reddere de neceſsitate iuris:
primum intendit moyſes prohibere tempore menſtruorum.
Leuitic. 23. ſecundum non. Alij addunt quod aut petenti immi
net periculum præſumptum probabiliter de fornicatione, aut
non. ſi ſic debet reddi, ſi non, nō debet reddi, quia præceptum
morale eſt, non cerimoniale, ſiue figurale. Alij dicūt quod aut
paſsio naturalis eſt. ſ. determinato tempore contingens, & tūc
non licet exigere vel reddere, & quicunque exigit vel volunta
rie reddit peccat mortaliter, quia tunc concipi poſſunt & con
cipi conſueuerunt fœtus membris damnati, læproſi & huiuſ-
modi. Aut eſt paſsio innaturalis, & tunc ſaltem licet reddere:
quia tunc non poſſent fœtus concipi, ſed prima opinio ſecu-
rior eſt & communior ſecundum Pet. & fratrem Ioan. Aut eſt
defectus in modo vſus cōſueti, & tunc dicit Alber. in ſcriptis
di. 31. quod nihil eorum quæ facit maritus cum vxore ſeruato
vaſe debito eſt ſecundum ſe mortale peccatum, ſed poteſt eſ-
ſe cōcupiſcentiæ mortalis, quando. ſ. non ſufficit eis modus quē
11 natura determinat. † Vt autem hoc melius intelligatur, quis. ſ.
ſit modus naturalis, & qui plus vel minus ab illo naturali mo-
do deuiet, Nota quod modus debitus quem natura docet eſt
vt mulier iaceat in dorſo, vir autem in ventre incumbat, & ſic
etiam facilius concipiunt mulieres. niſi per accidens impedian
tur, minor autem deuiatio ab illo eſt lateralis cōcubitus, & ma
ior ſedētis, & adhuc maior ſtantium, & horum maximus qui
eſt retrorſum modo brutorum, & quidam hunc vltimum dixe
12 runt eſſe peccatum mortale, quod tamen non placet. † Quando
autem modus conſuetus immutatur propter coporis indiſpo
ſitionem, vel propter ventrum groſsitatem, vel infirmitatem,
vel impregnationem, aliquando fieri poteſt hoc ſine peccato,
ſecundum Pet. his ſatis videtur concordare Thom. in fine il-
lius diſtinctionis. de hoc etiam dicit gloſſ. Gui. ſuper Ray. di-
cto. §. 13. valent autem. quod vir cognoſcens vxorem ſuā mo-
do non conſueto, dummodo in vaſe naturali ſi hoc faciat cau
ſa ſolius voluptatis quam ſit amplius quęrit. peccat mortaliter.
Si autem quia vxor eſt prægnās, & timetur de ſuffocatione par
tus non peccat mortaliter ex alia parte quam anteriori acce-
dens ad eam, dum tamen vaſculo mulieris non abutatur, nec
ſemen extra ſciēter effundat. Idem ſi propter infirmitatē mu
lieris, vel aliam cauſam rationabilē hoc faciat. Nec obſtat. 35. q.
7. adulterij. vbi dicitur quod talia execrabilius fiunt in vxores
quia illud intelligitur de alijs contra naturam cognoſcentibus
vxores, aut extraordinarie polluentibus, aut cauſa libidinis ex-
ſaturandę, & ſine cauſa hoc facientibus. & iſta à ver. Aut eſt de
fectus in modo. citra ponit frater Ioan. dicto titu. q. 47. vtrum
vir. Aſten. vero lib. 8. titu. de bonis matrimonij in communi.
articulo. 2. quæſtio. ſed quid de viro. dicit quod in illo articul.
ſ. quando propter imprægnationem, ventrum graſsitatem, vel
infirmitatem cognoſcit vxorem modo inconſueto eſt duplex
modus dicendi. vnus eſt quod aut vult cognoſcere vxorē cau
ſa prolem generandi vel debitum reddendi, & tunc non pec-
cat, aut cauſa delectandi ſiſtendo tamen intra terminos matri
monij, & tunc venialiter peccat: permittitur enim minus ma-
lum, vt vitetur maius. ſ. adulteriū, & huius ſentētiæ fuit Rodo
& etiam Tho. vbi. ſ. Alius modus dicendi eſt, quod nullo mo-
do, nulla de cauſa poteſt hoc fieri ſine peccato mortali, nec ali
qua cā excuſat à toto ſed à tāto ſolū, quia coitus talis eſt cōtra
naturam: quia non fit modo humano ſed brutali, licet non ſit
contra naturam rationalem. Vnde ſuper illud ad Roma. 1. In
eum qui eſt contra naturam gloſſ. contra naturam eſt coitus
cum vir cum vxore dormit aliter quam decet. ſed ſic eſt in illo
coitu: ergo eſt contra naturam. Sed coitus contra naturam eſt

maius pec

maius peccatũ,quam adulterium:ergo nõ permittitur vt adul
terium vitetur. Prætereà coitus contra naturam execrabiliter
fit in meretrice,ſed execrabilius in vxore. 32.q.7.adulterij. Sed
minus malum eſt cognoſcere meretricem vſu naturali, quam
vſu contra naturam:ergo minus peccatum eſt fornicatio, quã
coitus talis,non ergo debet permitti cauſa vitandę fornicatio-
nis. huius ſententiæ fuit Alex. angelicus vt patet in ſecundo ſum
mæ ſuæ. Et etiam Ray. vt videtur in tertio lib. ſummæ ſuæ ti.
33.§.25.vbi dicit quod quocunque modo tale factum exerce a
tur præterquam inter hominem & fœminam ordinate in vaſe
debito,vicium cõtra naturam & ſodomiticum indicatur. No
ta tñ quod dicit ordinate, tenentes hanc opinionem ad illud
quod tangitur pro prima opinione.ſ.quod minus malum per-
mittitur talis coitus, vt maius vitetur.ſ. fornicatio vel adulte-
rium:reſpondent quod licet ibi ſit maius peccatũ quo ad hoc
quod eſt cognoſcere non ſuam : tamen in tali coitu eſt maius
peccatum quo ad modum. Vnde vitatio fornicationis vel adul
terij non eſt cauſa ſufficiens ſic coeũdi,& ſic volunt quod ma
nente impedimento vterq; continere tenetur. Tenentes autẽ
primam op.ad ea quæ tanguntur pro ſecunda opinione reſpon
dent,quod ſolus coitus ille eſt contra naturam qui non eſt in
debito vaſe,quia ibi totaliter fruſtratur intẽtio naturæ. Et hoc
videtur haberi per gl.ſuper illud ad Romanos primo, relicto
vſu naturali,quid eſt inquit vſum naturalem mutare in eum,
qui eſt contra naturam,niſi ſublato vſu conceſſo aliter vti quã
eſt conceſſum:cum pars illa corporis non habeat huius vſum
13 à natura ſibi datũ, opinio ſecũda tutior eſſe vr. †Quid ſi vxor
ſupergreſſa abutitur viro. reſpõdet quod mortaliter peccat. quia
modus ille eſt contra naturam,cum non conueniat ſeminis in
fuſioni quo ad virum,nec receptioni quo ad fœminam , & ita
fruſtratur totaliter intentio naturæ . Vnde & peccatum illud
Metodius inter cauſas diluuij numerat,vt habetur in hiſtorijs
ſcholaſticis, dicens quod mulieres in veſaniam verſæ ſuper-
14 greſſę viris abutebãtur. †Sequitur de ſecundo principali.ſ.vtrũ
actus coniugalis poſsit eſſe meritorius, & tunc dicit frater Io.
in d.ti.de matrimonio.q.40. vtrum actus coniugalis &c. poſt
Pe.quod actum meritorium ſufficiunt tria.ſ.ſtatus mentis,for
ma intentionis debitæ,& honeſtas operis . Cum ergo in actu
coniugali qui fit in charitate cauſa prolis,vel reddẽdi debitum,
hæc tria concurrant,actus ille non ſolum fit excuſabilis à ma-
lo,ſed etiam meritorius in bono,& in hoc concordant Alber-
tus,& Aſten. Item dicunt Tho.Pe.Alber.& frater Io.& Aſten.
quod non ſolum,quãdo expreſſe petit debitum vxor, vir tene
tur reddere,ſed etiam quãdo per ſigna apparet eam hoc velle.
Non tamẽ idem iudicium eſt de petitione viri, quia mulieres
magis ſolent verecundari petendo debitum quam viri. Et no.
quod in illo præcepto decalogi non mœchaberis,Exo.20. nõ tan
tum prohibetur adulterium,ſicut ſonat verbũ mœchandi.mę-
chari.n.eſt adulterari:imo ſecundum Auguſt.prohibetur om-
15 nis coitus illicitus. †Omnem autem illicitum coitum determi
nat per.7.differentias.ſ.fornicationem,meretricium,adulteriũ
ſtuprum,ſacrilegium,inceſtum,peccatum ſodomiticũ , poſſet
addi octaua differentia.ſ. libidinoſus coitus coniugalis, quas
proſequitur frater Aſten.ti.de 6.præcepto.

1 *Defendere,qui non poteſt nemo tenetur.*
2 *Defendendus à violentia quilibet eſt de foro pęnitentiali.*
3 *Defendere ab iniuria an quis teneatur de foro iudiciali.*
4 *Iudex à violentia defendere debet.*
5 *Defendere tenetur qui eſt cauſa violentiæ.*
6 *Excommunicatur qui à violentia non defendit.*
7 *Defenſio alterius an neceſſaria de iure ciuili.*

QVantæ. Ad declarationem glo.2. Si quæris
vtrum aliquis tenetur alium à mor
te,vel à corporali ſeu perſonali violentia. ſeu in-
iuria liberare,vel defendere : & niſi fecerit tenea
1 tur,diſtingue. †Aut non poteſt & tunc non tene
tur,vt.ff.de reg.iur.l.culpa caret.vbi dicitur quod culpa caret q
ſcit ſed prohibere non poteſt:ad idem.ff.de re. iu.l. impoſsibi
lium.ĵ.de re.iur.c.nemo.li.6.Aut poteſt prohibere & liberare,
& tunc aut quæris de iure diuino,vel canonico , aut quæris de
2 iure ciuili. Si de iure diuino vel canonico: tũc aut quæris, vtrũ
teneatur & ſit particeps culpæ illius quo ad Deum in foro pœ
nitentiali,& credo quod ſic, vt.23.q.3.non inferendo. &.c.qui
poteſt.&.c.vlt.2.q.7.negligere & ĵ.eo.dilecto.verſic.& quidã
lib.6.vbi Card.dicit in gloſſa optima ratione hoc approbatum
eſt. Et hoc verum ſm Card.eo.ti.c.cum quis gl.fi. etiam ſi non
ſit in poteſtate conſtitutus.& ita intellige quod notat Dynus.
in c.non eſt ſine culpa.ĵ.de reg.iur.li.6. Et maximè quia ſm le
gem diuinam,quis tenetur proximum ſuum diligere ſicut ſe-
ipſum Luc.10.& Matt.19.de pœni.diſti.2.charitas.s.circa me
dium.vnde in Pſal.dicitur Eripite pauperem , & egenum de
manu peccatoris liberate:& Prouer.24. Exue eos qui ducuntur
ad mortem,& qui trahũtur ad interitum liberare ne ceſſes. Ad
Ro.1. Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt,ſed etiam , qui
conſentiunt facientibus:vbi dicit gl.conſentire eſt tacere cum
poſsit arguere.& Proue.24.dicitur,qui potuit hominem libe
rare à morte,& non liberauerit,eum occidit. & recitatur.ŝ.de
homici.ſicut dignum.§.illi etiam.quod quidem.ca. loquitur in
foro pœnitentiali ſecũdum Hoſti.ibi,& ita intellige quod no.
Rayn.in ſum.eod.titu.de homicidio.§.vlt.in ſumm.& Hoſti.
in ſum. Vbi Ray. dicit conſulo tibi omnino agere pœnitentiã
etiam ſi non ſit iudex propter iura prædicta etiam propter am
bignum duplicitatis ad cautelam. Et Hoſtien. dicit quod ſanũ
eſt conſilium,vt etiam quilibet priuatus idem faciat, ſi ſine pe
riculo corporis ſui hoc facere poteſt. Idem Goff. Frater etiam
Vorillon.in li.ſuo li.6.circa.3.c.8.§.nec ſolum princeps dicit,
quod etiam quilibet ex debito charitatis tenetur repellere in-
iuriam à proximo ſi poteſt:& hoc probatur auctoritate Am-
3 broſij,& Auguſtini, †Aut vtrum tenetur & ſit particeps pœ-
næ in foro iudiciali,& tunc aut quantum ad pœnam corporalẽ
ſeu aliam à pœna excommunicationis:aut quantum ad pœnã
excommunicationis . Si quantum ad pœnam corporalem ſeu
aliam à pœna excommunicationis , tunc videtur qđ licet non
defendat:non tamẽ tenetur,quia regulariter de homicidio ſeu
alio crimine non tenetur quis,niſi fecerit vel mãdauerit, vel fa
ctum nomine ipſius ratum habuerit. ŝ.de reſtitutio.ſpoli. cum
ad ſedem.§.fi.& quod no.Bern.ibi in gl.patet,quod iſte in quæ
ſtione ſed nonne.ĵ.c.cum quis.li.6. Maximè quia vt quis in at
trocioribus teneatur requiritur dolus, vt patet in adulterio.ff.
ad.l.Iul.de adul.l.pen.& in homici.ff.ad.l.Cor.de Sica.l. in lege
Cornelia & in crimi.falſi.ff.ad.l.Cor.de fal.l.1.C.ad.l. Corn.de
fal.l.nec exemplum . Et quia iniquum videretur quod quilibet
homo honeſtus,& maximè religioſus teneãt ſe periculo expo
nere pro vno vel duobus ribaldis , quorum vnus alterum ver-
berat ar.ŝ.vt lite non cont.c.accedens.1.& hoc voluit Ber.di
cere ibi,ſed hoc ita generaliter graue dicere eſt, quoniã poſſet
4 aliquis periculum incurrere &c. †Fallit primo in illis qui ſunt
in poteſtate iudiciaria eccleſiaſtica . vel ſeculari conſtituti , de
quibus le.& no.23.q.4.c.fortè.&.c.duo iſta nomina.& 23. q.5.
c.qui malos.qui non debent pati illos ad arma procedere quos
poſſunt ſua iuriſdictione compeſcere.ff.de vſufr.l. æquiſsimũ.
Quod ſi patiantur, ſunt in culpa,cum debeant purgare prouin
ciam malis hominibus.ff.de offi.præſi.l.congruit.ŝ.de of.ord.
c.1.Nã & ſuperior pro moleſtia ſubditi agere poteſt , vt plene
no.Inno.ŝ.de ap.dilectis gl.no.epiſcopi. Vnde illa auctoritas ſi
peccauerit in te frater tuus &c.quo ad prælatos eſt præceptũ,
quo ad alios eſt conſilium,prout not.Ioan.Laud.& Archidi.2.
quæſt.1.ſi peccauerit. & ita intellexit Bern.hic in ver. vnde alij
dicunt vſque in fin.& in gl.fi. vbi exponit verbum poſſunt in
te tu.s.qui habent poteſtatem in eos. Et ita ſentit gl.Gui.ſuper
Rayn.in dicto.§.vl.dicens ſic, qui habet publicam poteſtatem
tenetur defendere alios etiam cum armis ſi oporteat,& ſe pro
eis morti exponere,dum tamen ſperet quod per ſe vel p alios
quo poteſt ſecum vocare poſsit eos liberare. De perſonis pri-
uatis credo dicendum,quod ſi credunt aut dubitant quod ſolo
verbo poſsint hominem liberare à morte iniuſta, tenẽtur ver
bo impedire.credo etiam quod eſt facto ſi hoc poſſunt ſine pe
riculo perſonarum ſuarum:alioquin nõ credo quod teneant ſe
exponere corporali periculo in tali caſu,& idem no. frater Ioã.
in ſum.confeſſ.ti.de homicid.q.32. vtrum quilibet &c. Vnde
quod dicunt de habentibus publicam poteſtatem, intelligo tã
in foro pœnitentiali,quã in iudiciali.& quod dicunt de perſo-
5 nis priuatis intelligo in foro pœnitentiali tantum. † Item hoc
fallit ſecundo in illo cuius occaſione fit verberatio,qui tenetur
ſi hoc ſcit,& non prohibet cum poteſt,ar.in eo quod le. & no.
ŝ.de homic.c.Petrus.de teſti.c.conſtitutis.1.§.fi.ſm Innoc.&
6 Hoſt.& Io. An.hic. †Si quantum ad pęnam excommunicatio
nis tunc dicunt Inn.& Hoſt.& Io.An.hic & per hanc decreta
lem,q. ſiue ſit in poteſtate is qui verberat ſiue non,ſiue hoc fa
ciat nomine illius qui hoc prohibere põt,ſiue non, ſ p incidit
in canonẽ is qui prohibere põt & non prohibet,dũmodo do-
loſè hæc dimittat,aliàs nõ tenetur. Nullus.n.in hunc vel aliũ ca
nonem incidit ſine dolo ar.ff.ad.l.Iul.de adul.l.penu.& de ſica.
l.s.& in hoc ſatis cõcor.frater Io.in ſum.confeſ.e.ti.q. in qbus
caſibus & c.verſic.quintus in fine . Et ita intellige quod notant

Goff.Tan.Bern.& Inno.ſuprà eo.ti.mulieres.& Ioan.17.q.4.
omnes eccleſiæ raptores.glo.cooperando & Archid. ibi in gl.
adde de hoc nulla.& Lau.in c.ſi quis ſuadente.vbi de iſta mate
7 ria.†Si quæris de iure ciuili tunc dicit Dynus in dicta.l. culpa.
ff.de regul.iur.videtur teneri quia iure cauetur quod ſi ſeruus
ſciente domino, & prohibere valente occidat,dominus occi-
diſſe videtur:vt.ff.de nox.l.2.in princip. Item qui propoſitum
ſuum non protexit cum poſſet,in cauſa pari facinoris eſt ha-
bendus,vt.ff.de re mili.l.omne delictum.§. qui propoſitū .Sed
contrarium determinat gl.in dicta.l. culpa caret.ſed illa lex eſt
in cōtrario à contrario ſenſu ſumpto: quia ſi culpa caret qui ꝓ.
hibere non poteſt,ergo ſi prohibere poteſt videtur eſſe in cul
pa.Tamē pro illa opinione induci poſſet, quia iure cauetur qđ
ſeruus,qui potuit opem ferre domino & non fecit,capite pu-
nitur.ff.ad ſil.l.1.§.hoc autem.& §.ſeq.cum libero homini,vel
ex cauſa fideicommiſſi liberatio non imputatur ſi opem ferre
potuit & non tulit,vt in dicta.l.prima.circa prin.§. ſed in eo. &
ſic videtur gl.& Dinum tenere ꝙ nō teneatur , quod tamē cre
do fallere etiam de iure ciuili in duobus caſibus ſupradictis.

1 *Monitio non fit in excommunicatione lata per modum ſtatuti.*
2 *Excommunicatur rebellis ſine monitione.*
3 *Monitio excommunicationem præcedat.*
4 *Monitio ſufficit in notorio crimine.*
5 *Monitio non ſufficit in crimine non notorio.*
6 *Monitio trina eſſe debet.*
7 *Excommunicatio quot modis contemnatur.*
8 *Excommunicatio iniuſta quæ dicatur.*
9 *Excommunicatio iuſta quatuor requirit.*
10 *Excommunicationem iniuſtam ferens punitur.*
11 *Excommunicatus celebrans irregularis fit.*
12 *Interdictus in cemiterio non ſepeliendus.*
13 *Excommunicatus per eccleſiam tranſeat.*
14 *Excommunicatus diuinis non interſit.*
15 *Excommunicatus non celebret.*
16 *Excommunicatio iniuſta verbo relaxatur.*
17 *Excommunicatio iuſta verbo non relaxanda.*
18 *Iudex à quo, vocandus coram ſuperiore ſi puniri petatur.*
19 *Pars viſura excommunicationem relaxari vocanda.*
20 *Iudex à quo in appellationis cauſa non vocandus.*
21 *Litigator iuſtus ab expenſis releuatur.*
22 *Litigator habens doctoris opinionem ab expenſis releuatur.*
23 *Excommunicationem reuocans pœnas intereſſe cauſat.*
24 *Excommunicationem reuocans non euitat pœnam de eccleſia ingreſſu interdicto.*

SAcro. Si quæris in quibus criminibus vel de
lictis neceſſaria eſt , & in quibus ſufficit
monitio,& quo ad hoc vt ſuperior habens pote
ſtatem excommunicandi excommunicationem
ferre poſſit & quot modis ſententia excommu
nicationis eſt iniuſta: & qualiter eam proferens
punitur,diſtingue.Aut quæris de primo.ſ.in quibus crimini-
bus vel delictis neceſſaria eſt & tunc†aut ſuperior fert excom
1 municationem in modum ſeu vim ſtatuti, & tunc non eſt ne
ceſſaria monitio,ſicut nec in ſententia auctoritate canonis ſcri
pti,& in iure redacti lata.Vnde eo ipſo quod aliquis in factum
damnum per canonem , vel per ſtatutum incidit, ſententiam
excommunicationis incurrit,vt patet de ſententia iuris.17.q.
4.ſi quis ſuadente,& iſto ti.per totum . & de ſententia ſtatuti
ſuprà eod.à nobis ſuis.& ỉ.& de conſti.vt animarum li.6.& de
hoc no.Hoſt.in ſum.eo.ti §.quis valeat excommunicari.verſ.
non ſubditus.& ſequentibus.& §.qualiter proferatur.ver.ſi au
tem quæras de ſententia canonis & ſequenti, & frater Ioan.in
ſumm.confeſ.eod.titu.quæſtio.66.reſtat videre & Aſten.li.7.
ti.de interdicto & ſuſpenſione artic.8.in prin.hoc ēt notat ex-
preſſe Hoſt.ſ.ne cleri.vel mo.c.ſacerdotibus,& ibi dixi.Aut ſu
perior fert excommunicationem in modum ſeu vim ſenten-
tiæ:& tūc†aut ſuperior procedit vt pars quæ iura ſua defendit
2 mucrone ſpirituali.ỉ.eo.dilecto.li.6.vt quia non admittitur ad
viſitationem,quæ ſibi debetur de iure, ſed viſitandus dicit qđ
ipſum nullo modo recipiet , tunc non eſt neceſſaria monitio,
quinimo rebelles excōmunicare poteſt ſine monitione alia,
vt expreſſe probatur.ſ.de præſcriptionibus cum ex officij.de
cenſibus.c.cum nuper.in fi.& c.vlti.cum ex hoc probetur ip-
ſius cōtumacia manifeſta nam incertis & non certis locus eſt
cōiecturis.ff.de verbor.oblig.l.continuus de re iud.cōtumacia
quod dic vt plene no.Inn.ſ.de cenſibus.c.venerabili in magna
gl.ver.nec obſunt huic opinioni.&c.Hoſt.& Io.An.poſt eum
3 Si procedit vt iudex tunc†aut quæris, vtrū eſt neceſſaria in cri
minibus vel delictis præteritis vel præſentibus: & dic quod
ſic tām notorijs,quam in alijs omnibus,ſm Inno. & Hoſt.&
Io.An.quod tamen intellige vt dixi.ſ.de iureiur.c.ad noſtram
in di.t.Aut in criminibus vel delictis futuris, & tūc in illis nō
eſt neceſſaria monitio,quia tempus monet.5.q.1.quidam.ſ.de
appel.c.præterea.2.& c.reprehenſibilis.& loca.c.ſi.in fi.ſm In
nuc.& Hoſt.& Io.An.hic.Quod intellige vt leg.& no.ỉ.c.Ro
mana.§,caueant.li.6.vbi habes,quod ſuperiores ſententias ex-
communicationum ſiue ſpecialiter ſiue generaliter pro futuris
culpis proferre nō debent,niſi mora vel culpa ſine offenſa præ
ceſſerit,vel alia rationabilis cauſa ſubſit vt ibi.Et eſt ratio quia
ſententia per modum ſententiæ ſuper factis præteritis vel præ
ſentibus bene rimatis tm̄ eſt ferenda,30.q.5.iudicantē.ſed ſta-
tutum ſuper futuris & ſic incertis.ſ.de conſti.cognoſcētes. &
c.ſi.eo.ti.vt animarum li.6.Et hæc eſt ratio inter illud.c.vt ani
marum.& illum.§.caueant.vt no.Card.& Io.And. ibi.& G.de
mon.lau.& Gen.extra de priuile.c.1.ſuper verbo à ſententijs,
per ſtatuta in cle.Et quod dicit Abbas, quod illud quod hic di-
citur,quod nemo præſumat excommunicare monitione non
præmiſſa,verum eſt niſi eſſet tale factū propter quod ipſo fa-
cto quis excommunicationem incurrat:tunc.n.ſine ſolēnitate
admonitionis excommunicari poſſet,vt in d.c.reprehenſibilis
in prin.verſi.niſi fortè.Vel niſi ferret excommunicationē ſub
conditione,vt in d.c.præterea.2.de app.Non credo verum:q2
c.reprehenſibilis.loquitur in denunciatione ſententiæ excom
municationis latæ à canone, non in promulgatione ſententiæ
ferendæ per hominem,ſm Hoſt.ibi &.c.præterea.2.loquitur,
in ſententia excommunicationis lata pro delicto futuro , ſeu
cōtumacia futura vt ibi patet,vnde ſi ferretur ſub conditione
de præſenti vel de præterito,requireretur monitio. Aut quæris
4 de ſecundo.ſ.in quibus ſufficit monitio,& tūc†aut factum eſt
notorium,vel ſententia lata,& tunc ſufficit, nec oportet inqui
ri an cauſa ſubſit cum ſit notoria.2.q.1.manifeſta. &.c.de mani
5 feſta.ſ.de accu.euidētia.†Aut non eſt notorium , nec ſn̄ia lata,
& tunc non ſufficit , ſed oportet cognoſci an cauſa ſubſit vt.2.
q.1.nemo.&.c.nos in quenquam.24.q.3.de illicita . ſm Inn.&
6 Hoſt.†Aut quæris de tertio.ſ.quota monitio ſit neceſſaria , &
etiam ſufficiat:& dic quod regulariter trina,vt in d.c.de illici-
ta.in auth.de vaſ.mili.qui contumax eſt.c.vnico.collatione.10.
ſ.eo.contingit.2.cum ſuis concor.ſecundum Tanc. Goſ. Ber.
Inno.& Hoſt.Hic tamen non incurrit pœnam iſtius.c.ſi ſemel
tm̄ moneat,licet ſit quandoque honeſtum,quod ter faciat,arg.
ſ.vt lit.non conte.tue.4.q.5.c.1.in fi.ſm Inno.& Hoſt. idē.G.
naſo hic:& hoc quia iſta litera dicit competenti admonitione,
non dicit admonitionibus,ſic.ſ.de ap.cum ſpeciali. Idem not.
Archid.12.q.2.indigne.gl.adde qđ de trina monitione &c.vbi
concordat cum præmiſsis:& cum tribus primis gl.Inn.hic. Et
in hoc concor.Hoſt.dicens,quod monitio debet eſſe trina , vt
in dictis.c.vel ex cauſa arbitraria, vt ſi partes ſint paratæ ad ar-
ma,& ad monitionem epiſcopi ſuperuenientis nolunt à pugna
ceſſare.vtiq; ab oī pœna excuſabitur ar.ff.de vſufru.l. æquiſsi-
mum.ſ.de treuga & pa.c.1.Multa & alia exēpla poni poſſunt.
in quibus admonitio vna ſufficit:plerūq;.n. nec tp̄s,nec locus
patitur plenius deliberandi conſilium.ff.de exerci.l.1.de dāno
inſe.l.1.Vnde hic non dixit trina monitione, imo caute poſuit
competenti.q.d.arbitraria.ar.ſ.de trāſ.c.fi.Dic ergo ꝙ vna mo
nitio ſufficit pro oībus ex cā,conſiderata perſonarum & nego
cij qualitate,maximè in notorijs.ſ.de ap.cum ſit romana.ỉ.eo.
cōſtitutionē.li.6.ꝙ dic vt ibi per Card.& G.& Io.An. & licet
ordo de quo le.& no.hic.ỉ.c.cum medicinalis.li.6.nō ſeruetur
Et ſi ſn̄ia iniuſta liget hoīem quantum ad eccleſiam militantē
11.q.3.c.1.& 2.non tamen quantum ad Deum.ſ.eo.ti.à nobis
ỉ.de re iud.cum æterni.li.6.niſi contemnatur , tunc enim liga.
etiam quo ad Deum.11.q.3.§. præmiſsis auctoritatibus. & §.
cum ergo.& §.hic & ſimilibus.24.q.3.notandum.in fi.ſecundū
Ber.& Hoſt.hic.& Goff.in ſum.eod.titu.§. vnum tamen nota
bis &c.de quo p Archi.2.q.1.c.1.gl.1.vbi tenet poſt Lau. quod
tenet quo ad eccleſiam militantem.idem Bern.Hoſt. Card.G.
7 & Io.And.ỉ.eod.Romana.§.1.ſuper verbo iniuſtas.libr.6.†Et
no.ſecundum Hoſtienſ.& Ioan.And.ỉ.eo.dilecto ſuper verbo
contemptis,in nouella.lib.6.quod excommunicationis ſenten
tia contemnitur multis modis.Primò , quando excommuni-
catus accumulat culpam culpæ.Secundò,quando ex certa ſciē
tia intrat eccleſiam,etiam quando non dicitur officiū 25. diſt.
cap.1.circa prin.24.q.3.clericus.niſi cauſa prædicationis , qua
audita exeat ſuprà.eo.reſponſo.Tertiò, quando non intrat ec
cleſiam

cleſiam, ſed ad valuas audit officium quod eſt contra iura. ȝ. de
pœni. & re. quod in te. ꝭ. eo. permittimus. Quartò, quia cómu-
nioni catholicorum quos euitare poteſt ſe ingerit, de cler. exc.
mi. illud. §. illud. Quintò, quando quis nimis dormit in ſenten.
ſic ligatus ſuprà, c. per tuas. & maximè vltra annum. 11. q. 3. rur
ſus. & c. quinque. ȝ. de hæret. excommunicamus. §. ſi verò. ſm
eum. Et no. quod licet ſententia iniuſta liget ex contéptu quo
ad Deum, vt in iuribus alle. non tñ ſententia quæ eſt nulla: quia
iniuſta & ſi non ligat apud Deum, ligat tñ apud eccleſiam: nul-
la verò nun ligat etiam apud eccleſiam & ſi quandoq; de facto
tolleretur, vt leg. & no. ȝ. de teſti. dilecto. de ap. ad præſentiam.
Nec etiam reddit quem irregularem ſi immiſceat ſe diuinis vt
in c. alle. ad præſentiã eo. ti. dilect. in fi. & ꝭ. eo. ſolet. in fi. & c. li
cet. vbi hoc notat G. in gl. no. optimam. & Io. And. in nouella.
8 †Aut quæris de quarto, quot modis ſententia excommunica-
tionis dicitur iniuſta, & dic quod tribus modis ſententia excó
municationis dicitur iniuſta, ſ. ex cauſa, ex animo, & ex ordi-
ne, ſicut de iſtis tribus modis plenè le. & no. 11. q. 3. ca. Epiſco-
pus. §. ſi ergo. & capi. cum ergo. & capitu. ſi epiſcopus. Fortè ex
cauſa dicitur iniuſta, vel quia nulla cauſa prætenditur in ſenten
tia infrà eod. cum medicinalis. lib. 6. vel quia, & ſi prætendatur
vera non eſt, vel quia & ſi vera ſit non eſt vera & rationabilis,
vt hic, & ȝ. de ap. vt debitus. & cap. cum ſpeciali. ff. de auth. tu. l.
nulla differentia. Ex animo verò dicitur iniuſta quãdo & ſi cau
ſa exprimatur vera & rationabilis, ab eo tamen qui excommu
nicat non ad correctionem, non zelo iuſtitiæ, ſed indignatio-
nis, inuidiæ, vel odij ſomite, promulgatur. 11. q. 3. illa propoſi
torum infrà eod. cum medicinalis. Ideo tutum conſilium eſt
quod, ſi quis offenditur nó per ſe ſed per alium qui charitatiuè
moueatur ſententiam promulget. vel ſi per ſe hoc facere vult,
ad minus non faciat hoc dũ mouetur, ſed permittat motũ for
tè colericum aliquantum recedere. Ex ordine autem dicitur
iniuſta hæc ſententia, quando & ſi cauſa vera eſt, & rationabi-
lis prætendatur, & proferens charitatiuè moueatur, & tamen
non præceſſit admonitio competés, vel non fuit facta coram
perſonis idoneis, vt hic ſecundum Hoſ. hic & in ſum. eo. ti. §.
quis ſit eius effectus circa medium. & in hoc concor. Rayn. in
ſum. eo. ti. ver. 34. item pone. & Thom. & Pe. in ſcriptis, & fra
ter Io. in dicta q. reſtat videre. Et nota ſecundum Hoſtien. ſu-
prà de exceſ. prælatorum. c. 1. in fin. & ſecũdum fratrem Io. in
dicta. q. reſtat videre. quod etiam in excommunicationis ſen-
tentia ordo iudiciarius eſt ſeruandus, vt ibi & 2. q. 1. nemo. &
c. Deus omnipotens. & ȝ. de ap. reprehéſibilis. ſed iſte ordo nó
9 requirit libellum, nec lit. conte. †Sed ad hoc vt quis iuſtè excó-
municetur, tantum quatuor requiruntur. Primum, quod cauſa
vera & rationabilis ſubſit. Secundum, quod monitio compe-
tens præcedat. Tertium, quod proferens non ex odij fomite,
ſed charitate correctionis procedat. Quartum, quod profera-
tur in ſcriptis, vt patet in eo quod le. & no. hic, & plenius. ꝭ. e.
cum medicinalis. lib. 6. Et in hoc concor. Hoſt. hic dicés quod
in ordine requiruntur 7. Primum eſt, quod monitio præcedés
competat. Secũdum eſt, quod de ipſa ſi neceſſe fuerit fiat fides
vt hic. Tertiũ eſt, vt in ſcriptis feratur. Quartum, quod cauſã
exprimatur. Quintum, quod ſit rationabilis. Sextum, quod ſit
vera vt hic in §. 1. Septimum eſt, vt exemplum ſcripturæ tra-
datur, vt in d. c. cum medicinalis quæ. 7. explicata ſub quatuor,
præcedentibus implicitè continentur. Sed ſi ordo iſte non ſer
uetur tenet nihilominus ſententia, ſed excommunicans puni-
tur, vt ſequitur, & no. Archidi. 24. q. 3. comperimus gl. fi. Dicit
etiam Io. An. poſt Fran. in c. alle. cum medicinalis. ſuper verbo
conſcribat. in nouella, quod tres ſolénitates præcedunt ſenté-
tiam excómunicationis. ſ. iuſta cauſa, iuſtus motus iudicis, &
monitio vt hic. In ſententia requiruntur duo, quod ſententiã
feratur in ſcriptis, & qđ cauſa inſeratur in ſcriptis, vt ibi. Poſt
ſententiam aliæ duæ, vna quod exemplum ſententiæ detur pe
tenti infra menſem, alia quod relaxetur ſententia ſi abſolutio
10 digne petatur. ȝ. de offi. ord. ad reprimendam. †Aut quæris de
quinto. ſ. qualiter ſententiam iniuſtam proferens puniatur, &
dic quod multipliciter ſecundum Ber. hic in gl. mi. & Inn. hic
in gl. hic etiam punitur. & Arch. 11. q. 3. c. illud. gl. antepe. & ple
nius ſecundum Hoſtien. in dicto. §. quis ſit eius effectus. & fra
trem Ioan. in ſumma. confeſſ. eod. tit. q. 67. quid ſi hæc & c. Pri
mo punitur, quia tenetur excómunicato actione iniuriarum.
11. q. 3. illud. & cap. temerarium. & in hoc concordat Hoſtien.
Card. G. & Ioan. And. in nouella infrà eod. ſtatuimus. lib. 6. Se-
cundo eſt tanquam ſacrilegus puniendus. 24. q. 3. non in perpe
tuum. & hæ duæ pœnæ fortè ſpecialiter locum habent, quãdo
ſententia ex animo eſt iniuſta. Tertiò, quia carere debet com-
munione hominum, & arceri ab ingreſſu eccleſiæ inquantum
ſuperiori viſum fuit æquum. 24. quæſti. 3. de illicita. & hoc for
tè quando iniuſta eſt ex cauſa, ſpecialiter locum habet. Quar-
tò, ſi feratur non ſeruato ordine huius decretalis: interdicitur
ei per méſem vnum ingreſſus eccleſiæ ipſo iure. etiam ſi alias
ſit iuſta ſententia vt hic dicitur, quo elapſo reſtitutus eſt ipſo
iure. arg. 81. diſtinctio. ſi qui ſunt. Et iſte méſis continebit tot
dies quot habet in calendario ille menſis in quo ſententia lata
fuit, quod dic vt no. in ſimili Guil. Gart. Cardin. G. & Ioan. An.
infrà de elect. quam ſit. in prin. ſuper verbo menſem. libr. 6. &
Gen. extra de electio. cap. cauſam quæ. ſuper verbo, infra men
ſem. de conceſ. præben. capi. vnico ſuper verbo infra menſem
in clem. & in extra vagan. Ioan. 22. execrabilis ſuper verbo mẽ
ſem. & Gen. de mon. lau. in extrauagan. ſuſcepti regiminis. ſu-
per verbo eo ipſo. Licet Pe. de Samp. hic dixerit quod habebit
30. dies per capit. de illicita. 24. quæſtio. 3. quæ pœna interdicti
ſecundum Ioann. Andr. hic habet locum niſi ſit epiſcopus, vel
ſuperior infrà eod. quia periculoſum. lib. 6. Quintò, ſi ſenten-
tia iniuſta appareat ad intereſſe condemnatur excommunica-
to, alias nihilominus ſi culpæ qualitas poſtulauerit ſuperioris
arbitrio puniẽdus, vt hic in §. cunque aduerſus. Et ſufficit pro
bari iſtud intereſſe per iuramentum, cum ſurgat ex maleficio
ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. hic. & Hoſtien. & Cardi. &
tunc non inducunt diſpoſitionem: vt.ff.de lega.2.l.cum pater.
§.mando filie. Aut in fauorem alterius,& tunc inducunt diſpo
ſitionẽ: vt.ff.de lega.2.l. lucius.§.quiſquis.C.de falſa cauſa adie-
cta.l.1.& l.ſi dotem.aut eſt dubium ad quæ referuntur, verum
ad perſonam honorandi,vel ad perſonam onerandi, vel imper
ſonaliter proferuntur, & tunc veriſimile eſt quod referãtur ad
perſonam onerandi & quod inducant diſpoſitionem maximè
vbi ſunt aliquæ coniecturæ: vt.ff. de leg.2.l.vnum ex familia.§.
fin. Si proferuntur inter viuos,tunc aut res vel actus ſuper qua
vel quo emittuntur habet certos fines diſpoſitos, ſeu certam
formam diſpoſitam à iure verbis enunciatiuis non contentos,
& tunc non habent vim diſpoſitionis,vt patet in ſentẽtia quæ
habet certos fines.C.de ſenten.& interlocu. omni.iudi.l.ex ſti
pulatione.comminationes Epiſtolas,per totũ,& in baptiſmo,
qui habet certam formam.ſ.de baptiſ.c.1.& in ſacramento al-
taris quod habet ſimiliter certam formam.ſ.de celeb.miſſe.cũ
Marthe.§.quæſiuiſti.& c. de homine. Aut non habet certos fi
nes ſeu certam formam qui per verba enunciatiua non cõpre-
hendantur,& tunc aut emittuntur in iudicijs,& tũc ſi ab igno
rante nõ habent vim diſpoſitionis. vt.ff.de interdic.actio.l.de
ætate.§. ex cauſa.de confeſ.l.non fatetur.& ita poſſet intelligi.l.
alleg.qui familiæ.ff.fami. erciſ.Si à ſciẽte tunc habent vim di-
ſpoſitionis vt ſi aliquis interrogatus in iudicio confitetur ſe
hæredem vel ſe debere.de interrogatoria actio.l.de ætate.§.qui
interrogatus.de dona.l.quidam in iure. de hoc tamen dic ple-
nius vt dixi.ſ.de confeſ.c.ſi.diſtinct.1.& fin. Aut extra iudicia
vt in contractibus,vel quaſi,& tunc aut emittuntur ad obligã
dum & tunc non habent vim diſpoſitionis,vt.ff.depoſiti.l.pu-
blia meuia.§.lucius. Aut ad liberandum & aduerſario præſente
& tunc habent vim diſpoſitionis.& poſſunt dici pactum fauo
re liberationis.ff.de pactis.l. tale pactũ.in princip. de actionib.
& oblig.l.arrianus. Licet glo.velit dicere in dicta.l.tale pactum
quod ideo ibi habent effectum diſpoſitionis, quia additur ad
verbum profiteor.ſ. me nolle te mihi teneri &c. ſed ſi ſimplici
ter & mere intelligerentur tunc non haberent diſpoſitionem
quod nõ eſt dicendum vt notat Petrus de bel. perti. & Cynus.
C.de fal.cau.adie.l.ſi dotem.vbi de hoc per eos.hoc fallit in ex
7 communicatione & abſolutione vt dixi.ſ.diſtin.proxi.† Sequi
tur de verbis enunciatiuis ſeu narratiuis Papæ, & idẽ forte de
imperatore,& tunc Aut ſuper illis verbis non fundatur inten-
tio papalis, vt puta prælatus impetrat literas ſuper renouatio-
ne rei eccleſiaſticæ male alienatæ, quibus dicitur conqueſtus
eſt nobis talis prælatus talis eccleſiæ nobis immediate ſubie-
ctus quam prædeceſſor ſuus &c.& tunc nec inducunt diſpoſi-
itonem nec etiam probant, vt.j.de priui.ſi Papa.in princip.lib.
6. Aut fundatur,& tunc aut ſunt de facto ſuo proprio, & tunc
habẽt vim diſpoſitionis & pleniſſime probãt,vt extra de pro-
bationibuc.ca.literis.in clementina. Quod verum ſecundum
Ioannem Andream,ibi in glo.quid ſi talia.& etiam Gen.intan
tum quod contra illam narrationem non admittitur probatio
vt ibi. Quod intelligunt de probatione quæ perimat narratio
nem Papæ, & ipſam falſam oſtendat, probatio vero per quam
ſtante narratione releuaretur probans,bene admitteretur, exẽ
plum in terminis, Papa narrans enunciationem beneficij factã
in manibus ſuis, & per eum acceptatã confert illud ſeu confer
ri mandat, bene potero probare quod illud beneficium tẽpo-
re ceſſionis ſpectabat ad me,& non ad cedentem, vel quod ip
ſe cedens ceſſerat in manibus ordinarij,vel per ipſum fuerat il
lo priuatus,vel his ſimilia,quæ narrationẽ Papę non perimunt
facit.ſ.de accuſationibus.cum dilecti. Aut ſunt de facto alieno
vt quia narrat beneficium vacaſſe in curia per mortem benefi-
ficiati:& tunc non habet vim diſpoſitionis, ſed bene probant
ſaltem præſumptiue, ex quo ſuper illis fundatur intentio Pa-
pæ,ita quod præſumptioni ſtabitur, niſi cõtrarium probetur,
poterit tamen probari cõtrarium, puta illum mortuum extra
8 curiam ſecundum Ioannem Andream,& Gen.ibi plene.† Vide
etiam quod notat Hoſtienſis.j.titu. t.abbate ſane.§. præterea.
ſuper verbo fiat fides. vbi dicit quod ſi iudex dicat, noueritis
quod ordinauimus,confirmauimus.& inſtituimus,loquens in
præterito, fidem faciat.ff. de donationibus.l.ex hac ſcriptura

rem ratam haberi.l.ne ſatiſdatio.de hæredi.inſtit.l.qui nolebat
expreſſius.ſ.de iure patro.l.quod autem.

Super eo.c. Ad euidentiã gloſſ. ſic ergo patet ſi quæ-
ris quæ ſit cauſa excommunicationis, &
quod modi ipſius excommunicationis, diſtingue. Aut quæris
9 primo quæ ſit cauſa excommunicationis, & tunc aut quæ ſit
cauſa principalis & immediata, & dic quod vna ſola.ſ. contu-
macia eſt conſideratio propter quam ſolam hæc ſententia eſt
ferenda argumentum,45.diſtinctio.ſed illud.& 11.q.3.nemo.
& c.nullus ſacerdotum 24.q.3.tam ſacerdotes. Vnde quod di-
citur quis excommunicari pro crimine adulterij. vel furti. vel
huiuſmodi.16.quæſtione.1.alia.22. quæſtione.1.prædicandũ.
48.diſtin.prædicatores.j. de re iudicata ad apoſtolicæ.li.6.ex-
pone & dic, id eſt pro contumacia ex tali crimine deſcendẽti.
s 1.quæſtione.3. certum. Et huius ſententiæ fuit Hug.2.quæ-
ſtione.1.nemo Epiſcopus.& idem notat Innocentius.j.de ver
borum ſignificatione.ex parte.1. gloſſ.de hoc notat & glo.ſe-
quenti,ſupple &c. vbi dicit quod pro ſolo crimine nõ eſt quis
excommunicandus,ſi velit ſe corrigere,vt in dicto cap.nemo.
Hoc idem not. Archidiaconus in dicto cap.nemo Epiſcopus
ſuper verbo cauſa.2.q.1. & j.de exceptionibus cap.pia.in prin
cipi.ſuper verbo contumaciæ lib.6.& de ſententia excommu.
10 cum medicinalis. ſuper verbo cauſam.eo.lib.6. † Aut quæris
quæ ſit cauſa mediata & remota, & tunc poteſt dici quod ſunt
plures,ſecundum quod ſunt plura crimina, ex quorum ſingulis con-
tumacia deſcendere poteſt vt furtum,adulterium,& ſimilia.&
ita loquitur.11.quæſt.3.c. Epiſcopi ſi ſacerdotali.ibi pro mini
mis cauſis &c. Vbi Archidiaco. dicit quod ibi loquitur de ex-
communicatione quæ debet ferri pro diuerſis cauſis ſiue pec
catis.ſ. quandoq; pro hoc quandoq; pro illo.i.pro contumacia
de tali crimine ſurgente,& ita contumacia ſemper eſt cauſa ex
communicationis. Et hoc ſatis notat Lauden.ibi prout recitat
Archidia.ibi in gloſſ.ſua antepe.dicens quod maior excommu
nicatio non tantùm pro contumacia,ſed etiam pro alia offen-
ſa,dum tamen magna ferri poteſt, vt.j.de verborum ſignifica
tione.ex parte.1. Dicitur tantum ferri pro contumacia, quia
ſemper admonitio pro emẽdatione debet præcedere, quam ſi
contemnit excommunicatur ſecundum Laurentium ibi. Et
in his concordat quod not. Goffredus in ſum.eo.titu.§.excõ-
municatio fieri &c. dicens quod licet decre.ex parte.1.j. titu.
2. videatur dicere quod excommunicatio debet ferri duabus
de cauſis.ſ.pro contumacia, vel offenſa.ſ.quia aliquis iuſſus no
luit maleficium emendare,tamen hoc contumacia eſt,vt.ff.de
rei vendicatione.l.qui reſtituere. Vnde ſi recte inſpiciatur,nõ
11 excommunicatur quis niſi pro cõtumacia.† Sed multiplex eſt
contumacia. Aliquando enim in non veniendo. Aliquando in
non obediendo. Aliquando in recedendo ante tempus. vt.11.
q.3.certum. Aliquando in latendo,vel abſentando,vel procurã
do ne ad citatum citatio valeat peruenire.ſ. vt lite non conte-
ſtata.quoniam frequenter. Aliquando in non reſtituendo, vt
in dicta l.qui reſtituere. Aliquando in non emendando delictũ,
vt in dicto.c.ex parte. Aliquando in non exhibẽdo,vt.ff.de ap
pellatio.l.creditor.§.ſi iuſſus. Vnde quod dicit illud.c.11.q.3.cer-
tum eſt pro his tribus criminibus aliquem excõmunicari de-
bere &c.exponit Goffre.i. pro his tribus ſpeciebus contuma-
ciæ.& in hoc concordat Archid. in dicto.c. certum.11.q.3.gl.
adde.i.in contumace &c. Et ita intellige quod notat Bernar. in
dicto.ca.ex parte. 1.gloſſ.non videtur &c.in prin. dicens quod
nemo excommunicatur niſi pro mortali peccato, & qui ali-
ter non poteſt corrigi,vt in iuribus.ſ.in princip.allega. ita etiã
intellige quod not. Bernar. hic in verſi.excommunicatio quæ
dicitur &c. & Hoſtienſis poſt eum quod notat Ioannes.11.q.
3.ſi inimicus.circa princ.verſ.maior excommunicatio &c. vbi
poſuit iſtam gloſſ.quam ponit Ber.hic. Aut quæris de ſecundo
principali.ſ.quot modi ſunt excommunicationis, & tunc aut
12 ſecundum leges,aut ſecundum canones. † Si ſecundum leges, tunc dic quod plures
ſunt modi. dicitur.n.quis excommunicari ſecũdũ leges à per-
ceptione corporis domini,vt in aut.de ſanctiſſimis Epiſcopis.
§.omnibus autem Epiſcopis.col.9.& ibi not. Et de iſta excom
municatione poteſt intelligi.cap. quia in omnibus.ſ.de vſuris.
Quandoq; excommunicatur à gremio ſanctę matris eccleſię:
vt legitur & notatur.C.de ſacroſanctis eccleſijs.l.placet. Quan
doque ab ingreſſu eccleſiæ,vt in auth.de interdictis collegi hę
reticorum. circa fi.collect.8. Quandoq; à communione fide-
lium, vt.C.de ſumma trini.& fide catholica.l.2.in fine. in libr.
ſeu.hic finitur lex.circa principium collec.10. Si ſecundum ca-
13 nones: tunc † Aut loquimur de excommunicatione genera-
liter & impropriè ſumpta, & tunc quot ſunt ſpecies commu-
nionis tot

nionis tot poſſunt eſſe ſpecies excommunicationis, & ſecun-
dum hoc poſſet excommunicatio ſic deſcribi. Excommuni-
catio eſt à qualibet licita communione, vel legitimo actu ſepa
ratio, vnde & Adam poteſt dici excōmunicatus fuiſſe quo ad
eſum ligni vitæ, cum dominus dixit videte ne forte ſumas de li
gno vitæ. 11.q.3.c.ad menſam.§.euidenter. Aut de excommu-
nicatione ſpecialiter & proprie ſumpta, & de qua frequentius
tractat eccleſia, & nos in iure tractam', & tūc ſunt duæ ſpecies
34 tm. † Vna.ſ. quæ dicitur anathema quæ excludit ab ingreſſu
eccleſiæ, & communione fidelium, & etiam à ſacramētis, quę
dicitur maior excommunicatio ſecundum Goffre. in ſum. eo.
tit. circa principium. Vel dic & verius quod dicitur maior ex-
communicatio, quando.ſ. ſimpliciter profertur ſiue ſolennita-
te, puta quando dicit iudex excommunico talem vt hic, quan
do vero cum ſolemnitate de qua. 11.q.3.c.debent: tunc dicitur
anathema. Et de hoc anathemate poteſt intelligi quòd eſt em
mucro Epiſcopalis. 16.q.2.viſis.in fi. quia nullus poteſt excom
municare cū hac ſolēnitate, niſi Epiſcopus ſit ad minus: vt no.
Hoſtien.in ſum.eo.titu.§.1.& 2.& §.quis ſit effectus. Alio mo
do vero dicitur minor excommunicatio, quæ à ſacramentis tā
tum eccleſiæ ſeparat, vt hic, & ĩ.de except.à nobis, ĩ.de cleri.
ex.mi.ſi celebrat.& in dicto.§. euidenter.& 3.q.4.engeltrudā.
35 & iſtius excommunicationis minoris duæ ſunt ſpecies. † Vna
quæ excludit à ſacramentis, & hæc quandoq; à iure contrahi-
tur per participium excommunicat excommunicatione ma-
iori alias quam in crimine crimino ſo.ĩ.eodem, nuper. Quan-
doque ab homine per ſentētiam. 5.q.1.c.2. Alia eſt ſpecies ex-
communicationis minoris quæ ſeparat à communione fide-
liū, nō ſacramētorū. 5.q.2.præſenti.& q.4.in loco. 18.di.placuit
34.di.quorūdā. 58.diſ.ſi quis de alterius. vt hoc no. Ho.in ſum.
de clerico excommu.miniſt.§.1.in prin.& de hoc tāgit Gem.
in extrauagan. Ioan. 22. execrabilis in fi. ſuper verbo excommu
nicare.& frater Ioan.in ſum.confeſ.eo.titu.q.64.poſt hæc quę
ro &c.& frater Aſten.lib.7.titu.1.

Super eo c. Hic habes quod ſententia pœnalis nō re
ſtringitur, ſed dilatatur, Nam cum iudex
dicit excommunico, non intelligitur hoc de minori ſed de ma
iori, vt hic, & tamen hæc ſententia eſt pœnalis. Circa quod di-
36 ſtingue. † Aut quæris de pœnis corporalibus, & pecuniarijs quę
ſunt odioſę, & in illis in dubio fit interpretatio in minorem
pœnam quia pœnæ potius molliendę ſunt quam exaſperandę.
ff.de pœnis.l.ſi præſes. & l.interpretatione.ff. de regu.iur.l. in
pœnalibus.ĵ.de regulis iur.c.in pœnis.li.6.cū concor.quod dic
37 vt ibi & per Dynum e.tit.odia. † Aut quæris in hac pœnali ſen
tentia quæ nō eſt odioſa ſed fauorabilis & ad correctionē pec
catorum & ſalutem animarum inducta, vnde & dicitur animę
medicina. x.q.1.multi.ĵ.eodem, cum medicinalis.lib.6. Et tūc
in dubio debet fieri interpretatio pro ipſa vt intelligitur de
maiori, & non contra ipſam, quia hoc tutius eſt animæ. Et in
dubijs via tutior eſt eligēda vt probatur in eo quod legi.& no.
ĩ.de cler.ex.mi.illud.de homicidio ad audientiā. Hoc enim re
gulare eſt quod ſemper in dubijs fauores amplianiur, vt patet
in eo quod legitur & nota.ĩ.de confeſſio. præben.conſtitutus
in fi.ĵ.de regulis iuris.c.odia. lib.6.ſecundum Hoſti. & de hoc
per eum in ſumma eo.tit.§.qualiter proferatur.& ĵ.de re iudi.
cum æterni.§.ſciturus.lib.6.vbi in his cōcordat, & etiam Vin.
Abbas & Ioan.Andr. hic. Item dicebāt Philipp. & Goffre.hic
& Ioan.Andre.poſt eos in hoc fundari rationem huius.capit.
Cum enim nullus excommunicetur niſi pro mortali. 11.q.3.
nemo & mortale per ſe operetur remotionem à ſacramentis,
vt minor excommunicatio. 1.q.1.ſacerdotes.de cohi.cle.c.fin.
vt excommunicatio aliquid addat, debet intelligi de maiori,
& hoc ſimile.ff.ne quid in loco publico fiat.l.finali. Et vide qđ
notat Ioannes Aodr.in dicto.c.in pœnis.in nouella, vbi dicit il
lud.ca.facere ad quæſtionem ſuſpenſi per triennium à benefi-
cijs, quod fiat concurſus tempore, ſi intra triennium nouā pœ
nam incurrat, quam plene ſcripſit.ĩ.de electionibus.cū in cun
38 ctis.§.clerici.ſuper verbo triennio. † Item facit ad quæſtionem
dominicalem quæ incipit quidam habens duas manus, de dā-
nato ad manum qui habet alteram aridā, quod illa debeat am-
putari. Et ibi ſoluitur per rationē illius regulę in pœnis, & quia
æquitas præeligenda.ĩ. de dolo & contumacia.capit.1.C.de iu
dicibus.placuit. & miſericordia & compaſſio adhibenda. 50.
diſtinct.ponderet in fi. 45.diſtin. omnis qui.& c.vera iuſticia
compaſſionem habet. 26.quæſtione.7. alligant. & quia manus
arida verum membrum eſt & valet ad decorem. 1. quæſtio.1.
39 ſicut vrgeri. † Item facio ad quæſtionem qua quæritur, an pœ-
nam quæ ipſo iure delinquenti infligitur pro delicto, incurrat
is qui cogitauit, & aliquid egit, ſed non perfecit, etiam ſi per ip
ſum non ſteterit, vbi tenet quod non, per capit.perpetuo.ĵ.de
electio.lib.6.vbi pœnam à iure ſtatutam contra eligentes ſcien
ter indignum, non incurrit is qui cogitauit, & egit ex quo non
perfecit.ad idem.ĩ.de homicidio. ſicut dignum.§.illi autē ibi,
ſi ex illa captione.ad idem de cleri. pugnan.in duello.capitu.1.
ad idem facit vera opinio Laur. quæ per Ioan.recitatur de pœ
nitent.diſtinctio. 1.periculoſe. ſecundum Ioannem Andream,
facit etiam ad quæſtionem quam ipſe ponit in clem.de magi-
ſtris.ca.vlti.glo.penul.

1 *Cauſa pœnas eſtimandi.*
2 *Nobilitas conſideranda in pœnis infligendis.*
3 *Cauſa diſpenſationem concedendi.*
4 *Pubes doli capax teſtificatur.*
5 *Doli incapax non teſtificatur.*
6 *Teſtium edictum prohibitorium.*

R Veris. De materia huius capi.& 1.gloſ. & 2.
Ber.hic dixi.ĩ.de delictis pue.cap.1.de
materia gloſſ.vlti.vide per Hoſtien.in ſum.de pœ
1 nis.§.vlti. † vbi dicit quòd à maioribus iudicibus
ex cauſa cognoſcentibus pœnæ eſtimātur, ex cau
ſis. Primo, propter ætatem, vt hic, & ĩ.de delictis puero.capi.1.
& 2. Propter violētiam abſolutam.ĩ. quod metus cauſa facrit.
50.diſtinctio.pōderet. 33.q.5.propoſito. Tertio, propter igno
rantiam. 34.q.1.cum per bellicam.& q.2.in lectum.ĩ.de cleri-
co ex.mini.apoſtolicæ. Quarto, propter extremam neceſſita-
tem.ĩ.de furtis.ſi quis propter neceſſitatem.& de homi.ſi ne
feciſti. Quinto propter diuinam relationem.ĩ.de diuort.gau
demus. Sexto, generaliter propter quālibet iuſtam cauſam.ſi
qui ſatiſdare cogantur.l.vtima.de officio præſi.l.diuus.ĩ.de iu-
reiu.breui.ĩ.de pigno. ſignificante. 15.q.2.c.ſane.& c.inebria-
2 uerunt Loth. de hoc etiam no. Hoſtienſis in ſum.de accuſa.§.
quis ſit effectus.verſicu.verum. † In pœnis etiam infligendis,
conſideratur nobilitas. 24.q.1.qui contra pacem.ĩ.de pœnis.c.
fi. Dignitas.ĩ.de offi.delega.ſane quia & c.paſtoralis. 2.q.7.qui ſ
quis. 45.diſtinct.cum beatus. Diuerſa qualitas.ff.de pœnis.l.in
ſeruorum ordo. 50.diſtin.contumaces. Aetas, de delictis pue.
c.1.in fine & c.2.metus.ĩ. quod metus cauſa facris. 50.diſtinc.
presbyteros.inſania. 15.q.5.ſi quis inſaniens. Qualitas delicti,
aliter enim punitur vis publica, quā priuata, aliter furtū, quam
non manifeſtū.ff.de vi publica & de vi priuata per totū. Quali
tas, tempus, locus, euentus.ff.de pœnis.l.aut facta. Multitudo
delinquentium. 10.diſtinctio. vt conſtitueretur.ĩ.de cleri.ex.
3 niſi.l.latores.ſecundū Hoſtien. † Vnde dic breuiter, quod vbi-
cunque perſona, res, & locus exigit diſpenſationem, debita eſt.
29.di.c.1.& 2. 50.diſt.duo. verſi.præcipium.& verſi.neceſſe.&
c.conſiderandum. quod dic plene in ſpecu.tit.delegato.§.ge-
nera autem.& hoc not. Archidia. 50.diſt.ſi quis diaconus.

4 Super eo. c. Iſtud.c.eſt arg. † quòd pupillus pubes fa-
ctus poteſt teſtificari de his quæ vidit in
pupillari ętate, & eſt hæc quæſtio dominicalis ſecundum Ho-
ſtien.hic. Sed Ioan.Andre. dicit quod forte apertius arguitur,
hic contrarium cum enim hic æquiparentur tempus ante pu-
bertatem & poſt, vt ſic inſpiciatur tempus quo vidit, ſicut hic
tempus quo delinquit. Simile.ff. de bo.liberi.qui cum maior.
vbi filius patroni ſi accuſat libertū, licet perſeueret factus ma-
ior nō perdit bonorum poſſeſſionem.ad idem.ff.de nego.geſt.
l.eum actum & de minori.l.3.§.ſcio. Et quod poſſit teſtificari
tenet expreſſe Accurſius.ff.de teſtibus.l.3.§. leg. iulia.& etiam
Ioan.ibi. Idem tenet gloſſ.de conſecra.diſtin.4.cum itaq; &
Hoſti.in ſum.de teſtibus.§.quis. verſic.ętas & verſic.ſed nun-
quid.idem Spec.tit.de teſte.§.1. in quinta colum.verſi.item ex
cipitur qđ eſt impubes &c.& pro hoc facit expreſſe.ff.ad ſilla
nia.l.excipiuntur.ſed contrarium notat glo. 3.quæſtio.9.c.te-
ſtes.gloſ.ergo de His &c.quia hæc ætas ignorat quid videat. C.
5 de falſa moneta.l.1.c.circa quod diſtingue. † Aut quæris vtrum
poſſit teſtificari de his quæ vidit, vel audiuit tempore quo nō
erat doli capax, non proximus pubertati & dic quod non, quia
hæc ætas ignorat quid agit. C. de falſa moneta.l.1. & talis nihil
intelligitur ſcire, vt.ff.de iure & facti igno.l.vltima. & ita intel
lige gloſ.in dicto.ca.teſtes. 3.q.9. Aut quæris vtrum poſſit te-
ſtificari de his quæ vidit, vel audiuit tempore quo erat doli ca
pax, & proximus pubertati, & tunc dicunt gloſſ. Laur. & Ioan.
faber. 30.diſt.relatum quod ſic, per illud.c.& per.c.cū itaque.&
c.placuit.de conſecratio diſt.4. 26.diſtin.deinde.ff.de verbo.ſi-
gnifi.l.notionem.§.vlti. de regu.iur.l.in negocijs. inſtitu.de in-
vtilitpu

6 vti.ſtipu.§.pupillus.† Item talis nõ prohibetur, & ergo admit-
titur, quia edictum de teſtibus eſt prohibitorium.ff. de teſti-
bus.l.1. Et idem credit Azo, prout nota.in ſuuma de teſtibus.
§.item repelliũtur &c. Quod verum intelige ſecundũ Accur.
in dicta.l.3.§.l.iulia. niſi velit teſtificari de his ſiue in eo caſu,
vbi ad ſus ſubſtantiam ab initio exigitur certus numerus per-
ſonarum, vt in teſtamento, in quo requiruntur à principio te-
ſtes idonei, & ętas perfecta, vt inſtitutia de teſtamentis.§.teſtes
& idem tenet Ioannes de fa. & Archidiaconus in dicto capitu.
relatum gloſ.adde idem etiam credit &c.& de hoc notaui.ſ.de
præſcriptis.c.cum nobis.

1 *Cenſetur necu: fuiſſe quod non durauit.* 3.
2 *Mora non purgatur iure alteri quæſito.*
4 *Variare non licet.*
5 *Scholaſticus eſſe non deſinit quamuis aliquando diuertat.*

¶ De verborum ſignific atione. Rubrica.

NAm & ego. Super glo.ſi. Si quæris vtrũ
videtur ſeu cenſetur fuiſſe
1 quod non durauit, diſtingue. Aut illud quod fuit
nec durauit conſideratur vt cauſa in relatione ad
effectum, & tũc dic vt dixi.ſ.de iureiur.& ſi chri
ſtus. diſtinctio.2. vbi dixi quando ceſſante cauſa
ceſſare debeat effectus. Aut conſideratur alias, & tunc aut
certum tempus eſt expreſſum & limitatum in iure, per quod
durare debet, & tũc ſi non durauit per illud tempus non cenſe
tur fuiſſe, vt patet in vſucapione & præſcriptione.ff.de vſuca-
pio.l.in vſucapionibus. & per totum. de diuer.& tempo.præſ.
l.inter quatuor. & per totum.C. de vſucapionibus transfor.l.
vnica.§.cum autem.ſ.de præſcrip.c.de quarta.c.ad aures.c.au-
ditis.& per totum.j.de in inte.reſti.c.s.lib.6.& eo.tit.c. vnico.
in clem. & in tacita profeſsione.ſ. de regularibus.c. ſtatuimus.
& per totum.eo.tit.c.is qui per totum.lib.6. Aut non eſt certũ
tempus limitatum à iure & tũc, aut per illud quod factum fuit
ius eſt alteri incommutabiliter acquiſitum, & tunc bene cenſe
tur fuiſſe quod non durauit, vt eſt caſus.ff.de regu.iuris.l.cum
prætor in hæredem. vbi habes quod cum prætor in hæredem,
dat actionem quatenus ad eum peruenit, ſufficit & ſi momen-
to ad eum peruenit ex dolo defuncti, nam ex eo quod ad eum
peruenit ſtatim eſt creditoribus hereditarijs obligatus. Ad idẽ,
ff.de eo quod met. cau.l. quod diximus.§.fin.& l.videamus. de
acquirenda hæreditate.l. quandiu.& l.in plorium.de bo.poſſeſ.
ſecundum tab.l.2.§.ſemel autem.de ſucceſ edi.l.1.§.qui ſemel.
de fideicommiſsis.l. quidam in teſtamento. de duobus reis.l.
eandem.§.ſed ſi quis in fi. Pro hoc etiam facit, quod no.Gen.in
extrauagan. Ioannes.22.ſuſcepti regiminis. ſuper verbo tran-
2 ſeant ipſo iure. † vbi dicit quod vbi per commiſsionem moræ.
ius alteri eſt acquiſitũ, talis mora purgari non poteſt, quod dic
vt dixi.ſ.de ſupplen.negli. prælato.licet.& de conceſ.præben-
de nulla.ad idem facit quod no.docto.j.de regulis iuris. capitu.
quod ſemel placuit.lib.6. Aut per illud quod factum eſt, non eſt
alteri ius quæſitum, & tunc aut quæris in factis conditionis im
plendæ, & tibi ſemel legitimè factum cẽſetur factum, licet non
duret factum, vt in dicta.l.quidam in teſtamento. & C.quando
dies læd.cedit.l. cum vxori.ff. de conditionibus & demonſtra
3 tionibus.l.legata. † Aut in alijs factis & tunc, aut factum eſt ab
initio neceſſarium, vel vtile reſpectu illius qui factum illud ni-
titur impugnare, & tunc ſemel legitimè factum cenſetur fa-
ctum, licet non duret factum. Et ideo ille qui geſsit negocia al
terius vtiliter, habet actionem negociorum geſtorum, licet ne
gocia ſic geſta non habeant effectum perſeuerãtiæ, vt.ff.de ne
gocijs geſtis.l.ſed an vltro.§.1.de in rem verſo.l.quod ſi ſeruus
ſo rem.in prin.mandati.qui mutuam.§.fina.de contrario tuto.
iudicio.l.3.§.ſufficit.C.de negotijs geſtis.l.ſi ſeruum. aut non
eſt ab initio neceſſarium vel vtile reſpectu illius qui nititur il-
lud impugnare, & tunc nõ cenſetur factum niſi duret factum,
vt.ff.quod cuiuſq; vniuerſitatis.l.item eorum §. quod ſi actor.
de integrum reſtitutio.l.diuus. de mi. quod ſi minor.§.reſtitu
tio.de petitione hæredi.l.ſi poſſeſſor.§. bonæ fidei. de inoffic.
teſtamento.l.nam & ſi.§.hæredi.de hæredita. vel actione ven-
dita.l.2 §. perueniſſe.de in rẽ verſo.l.ſi pro patre.§.verſum. de
ædili edicto.l. qui ſit fugitiuus. de ritu nuptiarum.l.palam. de
diuor.l.diuortium.de acquirẽda poſſeſsione.l.non videtur. de
legatis.3. qui concubinam.§.ſi hæres. de fideiuſſo.l. ſtipulatus
eſt in fi. de captiuis & poſtliminium reuerſis.l.nihil.C.de cura.
furio.l.cum alijs.de his quibus vt indignis.l.aliam. & l.penulti
ma.in fine.in authen. de ſanctiſsimis Epiſcopis.§.ſed hoc præ
ſenti.col.9.de pœnis.diſtinctio.1.diuortium.& hic & in cõcor
dantijs alleg.hic. Et no.quod hæc iura vltimo alle.ſunt in argu.
quod renuncians beneficio in manu prælati ſui, ſtatim antequã
domum exeat poſsit ipſum repetere. Sed contrarium tenet
Odoffre.de ſdnon.ff.quorum lega.l.1.§.prodeſt.per illum.§.&
per.l.ff.de aqua pluuia arcenda.l.in diem.de libero homine ex-
hiben.l.3.§.ſi quis eum.& de verborum ſignificatio.l. aliud eſt
capere. Et credo quod bene, cum per hoc ius conferendi ipſi
4 prælato ſit quæſitũ, per iura.ſ.de princi.allegata. † in cuius præ
iudicium variare nõ poteſt.j. de regulis iuris.c. mutare.li.6.cũ
concordantijs. ibi allega. Item argu.d.l.diuortium. cum ſuis
concor. dicit Hoſtienſis.ſ.de cleri. non reſiden.ex parte.1.qđ
ſi abſens à ſuo beneficio, & vocatus iuxa formam illius.cap.ve
ad eum redeat, redierit, & incontinenti ſe iterum abſentauerit,
perinde eſt ac ſi nõ veniſſet, vt ſic priuari poſsit illo beneficio
ſine alia monitione ſeu requiſitione. Et quia verba ſunt intelli
gẽda cum effectu.ff.quod quiſq; iuris.l.1.§.hęc autem verba.ſ.
de clericis non reſidentibus.cap.relatum. Item deterior eſt do
lus illius qui interruptam litẽ deſerit, quàm qui ſemel ceptam
derelinquit in authentica, de litigio.§.ſi vero intra prædicti tri
ennij.coll.7. & ideo decetero non erit monendus.ſ.de cohabi.
cleri.c.clericos.c.ſicut.& ca.ad extirpandam. & ca.ſi autem.de
appel.quæſtionis. Item dicta.l.diuortium.cum concor.ſ.alleg.
facit ad hoc quod not. Archid.37.diſt.de quibuſdam gloſſ. ad-
de intelligo aliquem &c.& j.de priuile.ca.cum de diuerſis glo.
5 intelligo aliquem &c.† vbi dicit aliquem eſſe in ſcholis & ſi ali-
quando diuertat animo ſtatim redeundi.

QVod dicitur. Ad euidentiam glo. Si quæ-
ris quando habet locum arg.
à contrario ſenſu, & quãdo non, diſtingue vt dixi.ſ.
de foro competenti.ſignificaſti.diſtinct.2.

1 *Suſpicio peruerſiſsima.*
2 *Suſpicio violenta.*
3 *Suſpicio probabilis.*

IOſeph. Hoſtien.notat hic† quòd ſuſpici ...
tur peruerſiſsima quando eſt co... .ntra ...
dẽ vt hic, & hæc eſt deteſtabilis vt hic.& tanquã hæ
1 reſis punienda. † quandoq; vero dicitur violenta &
rationabilis, & hæc plenam probationem facit.32.q.1.dicit do
minus.de præſump. literis. vbi de hoc. quandoque temeraria
quæ non admittitur, vt.6.q.1.oues. Quandoq; probabilis &
vehemens, & hæc purgationem inducit.ſ. de purg.cano.c.in-
2 ter ſolicitudines. † Quandoq; probabilis ſed non vehemens,
& hæc iuramenti dilationem inducit, quia & ſemiplenam pro
bationem facit vt patet in eo quod legi. & nota ſupra de iure-
iuran.capitu.fin.

1 *Teſtium dicta diuerſimode ſcribenda.*
2 *Lex per literarum continentiam perſcribenda.*

1 NIhil. Dicit hic Goſti.† quod ſi recipiens teſtes fa-
cit ſcribi totum dictum primi teſtis poſtea
ſcribi de ſecundo teſte quod idem dicit, & idem de
tertio, & ſequentibus. voluerunt quidam dicere qđ
non valent dicta arg.ff.de teſtibus.l.3.§.1.verſi.verba epiſtolę.
Poteſt tamen dici contra, quia in dubio potius debet fieri in-
terpretatio vt res valeat quam vt pereat.j.eo.abbate.melius ta
men faceret recipiẽs ſi totum dictum cuiuſlibet teſtis faceret
ſcribi, quia magna vis eſt in verbis, vt no.ſ.de priui.ex ore. Et
2 hodie in curia talia teſtimonia reprobatur & merito.† Quia lex
præſcribenda eſt per continẽtiam literarum.C. de vete.iu.enu
clean.l.1.§.ſi. & tamẽ propter exempla teſtimonij quæ deſunt
eſt maius periculũ in ſcriptura ipſius, quam in ſcriptura legis,
cuius multa reſtarent exempla, quod dic vt.ſ. teſti.ca. cauſam,
quæ inter Archiepiſcopum ſecundum Hoſti. & de hoc vide
in ſpec.tit.§.nunc tractandum.verſi.tantum quoq; &c.

1 *Propoſitura presbyteratum requirit.*

1 QVamuis. Hoſti.dicit hic† quòd prępoſitu-
ra quæ requirit presbyteratus or
dinem vt patet.ſ.de ætate.& quali.c.1.in minori-
bus ordinibus conſtitutio dari non debet niſi di-
ſpenſatiuè. 60.diſt.c.innouamus.de æta.& qualit.
cap.præterea.ſic intellige.ſ.de electio. cum in cunctis.§.infe-
riora.vbi de hoc Hoſti.quod non credo verum ita generaliter
vt dixi.ſ.de electio.dudum.1.

1 *Fori ſignificationes.*
2 *Fori partes.*

3 Cauſæ

3 *Cauſæ ſignificationes.*
4 *Cauſa deriuatio.*

FOrus. Ad declarationem glo. ex tribus. Si quæris quot modis dicatur forus, vide per Hoſti. ſ. de foro compe. in rubrica.
1 † hic dicitur forus: i. fori exercitium: ſecundum quod ius redditur in loco ſignificatiuè tracta. ab eo qđ fit in eo. ff. de iuſti. & iure. l. pe. qđ etiam vocatur negocium. j. eo. in omni. Et enim iuſtum iudicium & verum non eſt ſine cauſa, de qua agitur, ſiue lege qua iudex regitur & iudiciũ ordinatur, ſiue iudicio. i. negocio, ſiue
2 ordinatione iudicij: in quo iudex, actor, & reus, atq; probatio regulariter exigitur, vt in eod. §. & ſecundum hoc partes iſtæ non ſolum adornantes ſeu ordinantes, ſed quaſi componentes vt integrales non immerito dici poſſunt ſecundũ Hoſt. hic

Super eo. c. §. cauſa. Si quæris quot modis accipiatur cauſa, vide per Hoſ. ſ. de accuſa. cum dilecti. ſuper verbo ex cauſa. † vbi dicit quod
3 accipitur nouem modis. Primo pro iudiciali conflictu, vt hic de offi. deleg. cauſam quæ. Scđo, pro vtilitate, de petitio. hære. item veniunt in prin. Tertio, pro ſpecie. ff. de trãſac. l. qui cum tutoribus. §. ei qui nõdum. Quarto, pro titulo. ff. de peti. hære. l. nec vllam. in prin. Quinto, pro onere. C. de diſtra. pig. l. ſi debitor. Sexto, pro fructu. C. de inſti. & ſubſti. l. ſi iure. Septimo, pro cõtractu, inſtit. quibus mo. tol. obli. §. eſt autem. ſ. de libel. obla. c. fina. Octauo, pro actione, vt. ff. qui ſatiſda. cog. l. fi. Nono, pro intentione, vt in dicto. ca. dilecti. & ſ. de re iudica. ſicut nobis. Item ſecundum Ioan. Andream ibi dicitur cauſa propter quã
4 fit quodcunque. † & tunc dicitur à chaos quod fuit omnium principium, iuxta illud Ouidij, rudis indigeſtaq; moles, quam dixere chaos. Et etiam cauſa, modus, vel forma, vt cum dico, lego vxori quæ eius cauſa paraui. ff. de auro & argen. lega. l. quintus. Dicitur etiam facti exemplificatio. ff. ad l. aquil. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ibi ius. i. iuris reſponſio poſitum eſt in cauſa agẽdi. de hoc etiam no. Cardi. j. de iura. calum. c. fi. glo. pen. lib. 6.

Super eo. c. §. iudicium. quid ſit iudicium, quot ſunt eius ſpecies, vide per Hoſti. in ſum. de iudicijs. §. 1. & quod ſignificationes habet, vide per Archidya. j. de reſcriptis. c. ſtatutum. §. inſuper. ſuper verbo iudicium. li. 6. & plenius per Cardi. j. de iudicijs. in rubri. lib. 6.

Super eo. c. Glo. hic habes. de materia huius gl. vide 37. diſt. turbat. & ſ. de vocat. o alias aduocato. § . nunc de exordijs. verſi. vel ita ſic.

Super eo. c. §. teſtes. Ad declarationem gloſ. hic intellige. Si quæris vtrum & quando mulier admittatur in teſtimonium, Diſtingue vt dixi. ſ. de teſtibus. c. quoniam.

1 *Eccleſiaſtica bona Dei ſunt.*
2 *Eccleſiaſtica bona pauperum ſunt.*
3 *Eccleſiaſtica bona clericorum ſunt.*
4 *Eccleſiæ bona communia.*

CAuſa. Ad euidentiam gloſ. ſed nunquid. Si quæris cuius dicātur eſſe res eccleſiaſticæ. hic dicitur quod ſunt eccleſiæ, & idem dicitur. j. de rebus eccle. non alie. capit. hoc conſultiſſimo. in principio, ibi bona immobilia ſeu iura ipſarum &c. lib. 6. & 12. quæſtio.
1 pontifices. ſ. de teſtamentis. requiſiſti. † Alibi dicitur quod bona ſunt Dei. 12. quæſtione. 2. capit. non liceat Papæ. & capi. prædia. & capitu. qui abſtulerit. Et cum omnia ſint eius, iſta tamen ſpecialius. argumẽtum. 1. q. 3. ſaluator. 16. t. in canonibus cum concordantijs hic allegatis, & hæc fuit opinio Ray. Vincen. & Hugonis, pro hoc. j. de electionibus. capi. cum ex eo. §. nos ſuper ibi de Chriſti patrimonio ſublimatis. lib. 6. vbi hoc idẽ te-
2 net Ioannes Andreas. † Alibi autem dicitur quod ſunt pauperũ. 16. queſtio. 1. quoniam quicquid. Et ibidem dicitur quod ſunt clericorum, ſicut & dominium rerum vniuerſitatis eſt apud ciues. inſtituta de rerum diuiſione. §. vniuerſitatis. Et hoc. ſ. ꝙ ſint clericorum, tenuit Lauden. 12. quæſtio. 1. capitulo exdit vbi de hoc not. gl. & Archi. Sed Hoſtienſis & Ioãnes Andreas. ſ. de cauſa poſſeſſio. cum ſuper. & Car. in dicto capit. hoc conſultiſſimo. & Cardinalis & Ioannes Andreas ibi poſt eum ſuper verbo ipſarum. prædictas opiniones concordant dicendo & bene prout credo quòd eccleſia. i. congregatio fidelium habet dominium ipſarum, & principaliter chriſtus tanquam caput. Quod dicuntur pauperum, verum eſt quo ad ſuſtentatio-
3 nem. Et quòd dicuntur clericorum, verum eſt quo ad adminiſtrationem ſeu gubernationem, & propter hoc clerici dicũtur procuratores non domini. ſ. de donationibus fraternitatem. Et in hoc concordat Hoſtienſis hic, dicẽs quod hæc omnia Dei ſunt vt in dictis capit. ſaluator. in canonibus. & 23. q. 8. conuenior. 16. quæſtione. 1. decimæ. & quæſtione. 7. omnes decimæ. ſuprà. de decimis. tua nobis. Hæc tamen deputata ſunt eccleſiarum & miniſtrorum earum neceſſarijs ſumptibus, quæ tenus intra limites cuiuſq; parochię percipiuntur, vt probatur in eo quod legitur & notatur hic, & ſuprà de his quæ fiunt à prælato, paſtoralis. Quæ vero ſuperſunt debent pauperibus erogari. 16. quæſtio. 1. quoniam quicquid. 12. quæſtio. 2. mirũ. & de hoc notant Innocen & Hoſtien. ſuprà de cau. poſ. & proprie. c. cum ſuper. Et Archi. j. de ſum. tri. c. vnico. ſuper verbo magiſtra. lib. 6. dicens quod eccleſia romana domina in canonibus nuncupatur. 79. diſt. oportebat. & Papa dicit eccleſiæ mea. 17. diſ. c. eccleſiæ. quod videtur ad dominum pertinere & finaliter remittit ad id quod no. 12. q. 1. c. vl. Sed verè loquẽdo nec romana eccleſia eſt domina, nec ipſe Papa, nec alius prælatus, eſt dominus: † imo bona eccleſiæ communia ſunt. 16. q. 1. c. fin. ſuprà. de præben. c. 3. vt not. Hoſti. & Io. Andr. ſuprà de iudi. cũ veniſſent. Vnde Beatus Bern. circa finem ſui quarti libri ſic ait ad eugenium Papam. Conſideres autem omnem ſanctã romanam eccleſiam, cui auctore Deo præes eccleſiarum eſſe matrẽ, non dominam, te vero non Epiſcoporum dominum eſſe, ſed vnum ex ipſis: ad hoc. 7. q. 1. mutationes. in pri. vbi dicit, aut dominatione &c. De fructibus vero beneficiorum eccleſiaſticorum cuius ſunt, dixi de fideiuſſoribus. c. peruenit. diſt. vlti.

Super eo. c. Gloſ. & etiam. Si quæris de quibus rebus poſſet fieri eleemoſina, diſtingue, vt dixi. ſuprà de pœni. & remiſſio. cum ex eo. diſtin. 3.

1 *Presbyter vnus cum clerico inungat.*
2 *Presbyter ſolus inungit.*
3 *Presbyter vnus inungit pluribus vocatis.*
4 *Celebrare cum muliere licet.*
5 *Biſextus pro vno die computandus.*
6 *Biſextus pro duobus diebus computandus.*
7 *Indictionis omiſſio inſtrumentum vitiat.*

QVæſiuit. Ad declarationem. 1. glo. Si quæris vtrum ſacerdos ſolus poſſit infirmum inungere, diſtingue.
1 † Aut commode poteſt haberi clericus, & tunc ſufficit vnus presbyter cũ vno clerico. ſuprà de vita & hone. cle. vt quiſq; presbyter. Aut non, & tunc in defectu clerici po-
2 terit presbyter inungere cũ laico. † Aut non poteſt haberi niſi vnus presbyter ſolus, & tũc ipſemet poteſt totum complere & ſibijpſi reſpondere, vt hic, quia neceſſitas legem non habet, de conſecra. diſt. 1. ſicut & ſupra, de conſue. quanto. Nec obſtat auctoritas Beati Iacobi. 5. c. & ſupra. de ſacra vnctio. c. vnico, vbi dicitur infirmatur quis in vobis inducat presbyteros & clericos eccleſiæ qui orent ſuper eum, & ſic videtur quod debeant eſſe plures. Quia hoc quod hic dicitur intellige in neceſſitate quæ legem non habet vt eſt dictũ. Vel ibi reſoluitur pluralitas in ſingularitatem, vt dicas presbyteros. i. presbyterum
3 ſic. ſ. de priui. vt priuilegia. §. vlti. † Et enim certum eſt quod & ſi plures inducerentur, vnus tamen tãtum faceret vnctionem & alij reſponderent, vt paret in eo quod legi. & not. ſ. tit. 1. cũ illorum. §. ſi vero clauſtralis, ſecundum Hoſt. Et vide quod no. Ioan. de conſecra. diſti. 1. hoc quoq;. gloſ. 2. vbi dicit per iſtud. c. quòd presbyter incluſus miſſam ſolus cantare, vbi clerici copia non ſuffragatur, alias ſecus: idem Lauren. ibi, ſed Hugo contrarium innuit ibi cuius ſententiam ſequitur Hoſt. in ſum. de celebratione miſſę. §. & qualiter. verſic. nec ſolus põt. pro quorum ſententia optimè facit. ſ. de filijs presbyte. propoſuit. & vita & honeſtate cleri. c. vt quiſq; presbyter. 81. diſt. in omni-
4 bus. 7. q. 1. illud. Et in dicto c. propoſuit. no. Vincen. † quòd cũ muliere poſſet ſolus in neceſſitate celebrare, arg. 27. q. 1. diaconiſſim. ſed argum. contra, quia mulier non debet accedere ad altare. 23. diſt. ſacratas. ſecundum Archi. in dicto c. hoc quoq;. glo. antepe. qui idem cum Hugo. ſentire videtur, & hoc tutius vade etiam quod no. Hug. 38. diſ. ſedulo. vbi dicit ꝙ presbyter bene poteſt cum populo tantum eccleſiam officiare ſed gloſſ. Laurentius, Ioannes faber, & Archidia. ibi contra per ca. alleg. propoſuit. in fi. & melius.

Super eo. c. Glo. & ideo quia in fi. Si quæris vtrum & quando biſextus cõputatur pro vno die,
5 diſtingue. † Aut in caſibus in quibus eſt fauorabile ipſum computari pro vno die, & tunc cõputatur pro vno, dic vt hic, vbi tractatur de conſuetudine laudabili eccleſiæ ſeruanda in celebratione

bratione diuinorum:vt.ff.eo.tit.l.cum biſextus.& de minori.
6 l.deniq;.§.minorem.† Aut in caſibus in quibus eſſet odioſum
ipſum cōputari pro vno die,puta in pœnalibus, & in illis com
putatur pro duobus diebus. Et ideo ſi aliquibus ſit ſuſpenſus
per annum, & biſextus eueniat illo anno,poterit vltima die an
ni illius celebrare,p.l.ff.de ſtatu lib.cū hæres.§.ſtichus.a.& hoc
tenent Lauren.& Vin. Tancre.Goffre.Ber.Hoſti.& Io.Andr.
& Aſten.li.7.de interdicto & ſuſpenſione art.1. in fi.idem gl.
& Archid.53.diſt.c.a.& Archi.j.de re iudi. cum æterni. ſuper
verbo annuum.li.6.Licet Cardi.ibi cōtra,cuius tamen opinio
nem in ſuſpenſo ſecurius eſſet tenere, argumen.dicti Auguſti
ni.Tene certum & dimitte incertum.de pœnit.diſti.7.ſi quis
autem.in fi.Et de materia biſexti not.Accurſius in dicto.§.mi
norem.& in dicta.l.cum biſextus. De materia vero Idus,vide
per Archid.18.diſtin.propter eccleſiaſticas.& per Ioan. An.in
data ſexti libri. vbi etiam tractat de nonis. Et de materia indi
7 ctionis,vide p Archid.23.q.5.de liguribus.† Et an omiſsio in-
dictionis vitiat inſtrumentum,& quid ſi indictio cū anno con
cordare non poteſt, & de nomine Papæ vel imperatoris, anno
pontificatus, vel imperij, an faciat fidem,priuilegiū,reſcriptū,
vel inſtrumentum prædicta non exprimens vide plene per Io
annem Andre.in data libri.6.in nouella.

1 *Priuilegiatus abſens percipit fructus beneficij.*
2 *Accedens officium cauſa lucri veram ſimoniam non incurrit.*
3 *Officians cauſa lucri ſimoniacus.*
4 *Priuilegia realia præſumuntur.*
5 *Papa in interpretatione pars citanda.*
6 *Princips in interpretatione pars citanda.*
7 *Iudicis interpretatio parte præſente facienda.*
8 *Surreptitia interpretatio nulla.*

OLim. Ad euidentiam huius.c.& glo.1.Si quæris
vtrū priuilegiatus ab homine, vel à iure vt
fructus in abſentia percipiat, debeat percipere diſtri
butiones, & quas, diſtingue vt dixi.ſ.de conſti.cum
1 omnes.diſ.vlt.ver.de diſtributionibus vero &c.† Vnde teneas
ſm Io.An.hic quòd priuilegiati omne id percipere debent,qd
præſentes percipiunt,licet diuinis officijs non interſint, vt ſic
priuilegiū faciat eū cēſeri reſidentē, licet nō diuinis intereſſen
tem,ſuper quo vide quod nota.j.de clerici.non reſi.c.vno.li.6.

Super eo.c. Si quæris vtrum canonici,vel alij benefi-
ciati q ad horas canonicas,& ad exequias
mortuorum, & ſimilia pro diſtributionibus, vel alio lucro tē-
2 porali accedunt,ſymoniam committūt, diſtingue,† Aut quæ-
ris vtrum tales committunt veram ſymoniā,& dic quod non
ſi nulla pactio,nulla conditio expreſſa intercedat arg.ſ de pre-
3 ben.ſignificatum. † Aut vtrum committunt ſymoniam men-
talem, & dic, quod ſic, & grauiter peccant.de qua ſufficit ſine
diſpenſatione aliqua per ſolam pœnitentiā ſuo ſatisfacere crea
tori.ſ.de ſymo.c.tua nos.& c.vlti.ſecundum Hoſti.hic.Idem,
Archi.91.diſti. clericus victum.glo.1.& 1.q.2.ſacerdos. ſuper
verbo participent. & Ioan. Andr.j.de clerici.non reſiden.cap.
vnico, gloſſ.antepe.lib.6.& Aſten.lib.6.titu.de ſymo.arti.9.ad
fi.q.quid ſi canonicus.

Super eo.c. In gloſſ. fi. Si quæris vtrum beneficium
principis eſt late, vel ſtrictè interpretan
dum,diſtingue vt dixi.ſ.de dona.c.cum dilecti. & de hoc not.
Bern.ſ.de tranſla.Epi.c.vlti.glo.ſed quare &c.& de priuile.quia
circa & Hoſt.poſt eum ibi.& Inno.j.eo.dudum. & vide quod
not.Spec.tit.de inſtru.edi.§.nunc autem videndum.verſi.item
4 quod fuit cōceſſum.† vbi dicit quod per iſtud.c. quod in dubio
priuilegia præſumuntur realia non perſonalia.Per hoc etiam di
cit Abbas.ſ.de iudici.at ſi clerici.quod in dubio diſpenſatio fa
cta per Epiſcopum intelligitur large de præſentibus, & futu-
ris ordinibus,vel beneficijs.

Super eo.c. Si quæris vtrum poſsit fieri interpreta-
tio priuilegij, beneficij vel gratiæ parte
5 aduerſa abſente, diſtingue. † Quia quandoq; fit interpretatio
extraiudicialis,quando.ſ.quæritur de interpretatione Papæ pri
uilegium concedentis, & hic eſt neceſſe partes citari, vel eſſe
præſentes,& cum præiudicium facit,ad eam obſeruandam co
guntur.& de tali loquitur hic & j.cum tibi.& c.dilecto.& tua
nobis. quæ potius dicitur declaratio quam interpretatio ar.ff.
6 de teſtamentis.l. hæredes palam.§.1.† Quandoq; fit interpreta
tio ſecūdum verborum propriam ſignificationē,& hæc etiam
omnibus præiudicat,& ius facit ex quo fit à principe, ſiue fiat
in iudicio,ſiue extra iudicium, vt patet.ſ.eo.c.1.& 2.& ſequē
tibus.j.eo.cum clerici.& c.quærenti.& c.venerabili.& c.ſuper
quibuſdam.& c.nouimus.& in multis alijs.c.huius tit.Quan-
doque fit ſuper alio dubio, & tunc ſi notum ſit dubium inter
7 partes, & in iudicio, † Aut in iudicio inferioris iudicis prin-
cipe, & tunc nunquàm debet fieri niſi partibus præſentibus,
ſiue quæratur de dubio ſententiæ iudicis inferioris.j. eod. ex
parte.2.quia ille iā functus officio ſuo,ſiue bene ſiue male non
habet ſe amplius intromittere argu. in eo quod legi. & not.ſ.
de off.dele.in literis. in fi.ſiue de dubio compoſitionis.ſ.de de
cimis,ex multiplici.ſiue de dubio priuilegij.j.eo.ex parte.2.&
c.cum olim.& c.abbate ſane.ſiue ſtatutorum.j.e. ex parte.2.&
c.cū olim.& c.abbate.talis enim interpretatio ſemper fieri de-
bet præſentibus partibus cum præiudicet,& ſic diffinitiua,vt.
ſ.c.proxi.alias non valeret.ſ.de officio archidia.ad hæc.§.fi.ff.
quis ordo in bono.poſ.ſerue.l.2.§.1.& 2.de re iudi.de vnoquo
8 que.† Aut in iudicio principis, & tunc ſi ſit ſubreptitia, puta
quia de lite pendente non fiat mentio,non valebit arg.in eo qd
legi.& no.ſ.de priuileg.dudum. de teſtibus cauſam quæ.ve li-
te pen.c.fi.vel aliter qualitercunq;.j.eo.venerabilis. Si autē ex
certa ſcientia procedat nō poſſumus ei dicere cur ita facis.19.
diſt.in memoriam,valebit ergo omnino, & ſi præiudicet.ſ.de
offi. ordi.duo ſimul ſecundum Inno. hic in gloſa ſua penul. &
Hoſti.& Ioannem Andream poſt eum.

1 *Interdicti eccleſiaſtici diffinitio.*
2 *Interdicti ſpecies.*
3 *Interdicere quis poſsit.*

CVm in partibus. Ad declarationem glo.
2.vide qualiter.Si quæ-
ris vtrum indefinita æquipollet vniuerſali,diſtingue.
vt dixi.ſ.de priuilegijs. quia circa diſtinctio.1. & de
hoc not.Archid.in c.ſi romanorum.19.diſtinct.gloſſ.ſua fi.&
Garſi.& Cardi. & Ioan.And.j.de elect.vt circa.li.6.& Dynus.
j.de regu.iuris.in rubrica.lib.6.

Super eo.c. Si quæris quid ſit interdictū eccleſiaſticū
& quot,& quæ eius ſpecies, & quis poſsit
1 interdicere, diſtingue.† Aut quæris de primo.ſ.quid ſit interdi
ctum eccleſiaſticum.& dic ſecūdum Ray.rubricella de ſenten
tia interdicti.§.1.& fratrem Io.rubricella de ſententia interdi-
cti.q.primo ergo quæro. Interdictum eſt cenſura eccleſiaſtica
in pœnam contumaciæ vel offenſæ lata, arcens præcipue po-
pulum,ne communicet ſacramentis. Eccleſiaſtica, ponitur ad
differentiam interdictorum legalium, quæ olim erant ſolēnes
verborum conceptiones,quibus prætor aliquid iubebat fieri,
vel prohibebat, maximè cū de poſſeſsione vel quaſi inter ali-
quos contendebatur, vt inſtituta de interdictis per totum. Sa-
cramentis,ponitur ad differentiam effectus excommunicatio-
nis,quæ ſeparat etiam à communione fidelium, habet ergo ſi-
militudinem cum excommunicatione minore,quæ à ſacramē
2 tis tantum ſeparat.3.q.4.engeltrudam. † Aut quæris de ſecun-
do.ſ.quot ſunt eius ſpecies, & dic quod duæ,nā aliud eſt gnale,
aliud eſt ſpeciale ſiue particulare. Generale dicitur interpreta-
tione iuris,non ſolum quando regnum, vel terra,vel prouin-
cia interdicitur, ſed etiam ſi villa vel caſtrum interdicitur vt
hic,Quod ſm Ioan.And. hic,etiam ſi in illa terra villa, vel ca-
ſtro nō ſit niſi vna eccleſia. Speciale autem ſiue particulare in-
terdictum eſt,cum vna eccleſia nominatim interdicitur, ſecū
3 dum glo.Gulielmi.ſuper Rany.vbi ſ.& Ioan.And.hic. † Aut
quæris de tertio.ſ.quis poſsit interdicere, & dic quòd omnis
prælatus habens iuriſdictionem ordinariam. vel delegatā, vt
ſ.de officio delegati,ſane quia.de appellatio.dilectis,quod pro
ſequere vt notat Innocentius & Hoſtienſis.ſ.de his quæ fiūt
à maiori parte cap.c.quæſiuit.& frater Ioannes in ſumma con
feſsionem rubricella de ſententia interdicti.q. quis poteſt in-
terdicere &c. Hoc ſaluo quod ſecundum Ioannem Andream
hoc generale interdictū ferri non pōt per ordinarium vel dele
gatū ſine ſpeciali & expreſſa Papæ licentia pro pecuniario de-
bito,quòd dic vt in extrauang. Bonifacij prouide accedentes.

1 *Clerici an teſtentur.*
2 *Epiſcopus an diſtribuat eroganda piæ cauſa.*
3 *Clerici nomen ſtricte ſumitur.*
4 *Clerici vxor large capitur.*
5 *Clerici dictio largiſsima ſumpta.*

1 CVm tibi. Ad euidentiam gloſſ.1.† Si quæris
vtrū clerici poſsint facere teſtamē-
tum, vel donare inter viuos, diſtingue vt dixi.ſ.de
2 peculio clericorum.cap.ſi quis ſane. † Item ſi quæris
vtrum illa

vtrum illa quæ ſunt erogãda in pias cauſas debeant per manus
Epiſcopi, vel alterius erogari, diſtingue vt dixi.ſ.de iudæis cũ
ſit nimis.& de vſu.cum tu.diſtinc.3.& de hoc per Archid.14.
q.5. non ſane ſuper verbo reddenda.& ij.de teſtamentis.c. re-
ligioſus ſuper verbo libere.lib.6.

Super eo.c. Ad euidentiam glo.ſina. Si quæris quando largiſsimè ſeu large, & quando ſtricte
3 ſumitur nomen clericorũ, diſtingue.† Aut quæris in reſcriptis
contentioſis quæ reſtringuntur, & tunc ſtrictè ſumitur, vt.ſ.
4 de reſcriptis.c.ſedes apoſtolica.† Aut in reſcriptis gratioſis quę
dilatantur,& tũc large ſumitur, vt hic. Nec obſt.ij.de ſen.exc.
quia periculoſum.li.6.quia illud in reuerentiam pontificalis of
ficij eſt indultum, vt ibi not. Nec obſt.ij.ca.proxi.quia illud eſt
vt periurium euitetur ſecundum Hoſt.hic, & concordat gl.ij.
de præben.c.quamuis.2.glo.no.verbum.libr. 6. vbi dici quòd
illud quod dicitur.ij.c.proxi. obtinet propter periculum periu
rij euitandum, & ideo ſit ibi ſtricta interpretatio & quod not.
Io.An.ij.de priui c.per exemptionem gl.ſicut aliud.li.6.vbi di-
cit quòd.ij.c.proxi. nomine cathedralis eccleſiæ continetur tã
tum capitulum, non inferiores quia loquitur ibi de iuramento,
quod ſtrictè intelligitur.ſ. ad ea de quibus fuit cogitatum.ſ. de
5 iureiur.c.pœn.& adde quod no.Cardi.ibi in glo.fi.† Aut quæ-
ris in gratioſis in fauorẽ ſanctæ matris eccleſiæ,& totius cleri-
calis ordinis introductum,& tunc largiſsime ſumitur, in tan-
tum quòd extenditur ad conuerſos, vt patet.17.q.4.ſi quis ſua
dente.iuncto capit.non dubium.& capit. parochianos.& ſ.tit.
proximo.& ibi dixi.& vide quod notat per omnes.ij.de regu-
lis iur.cap.odia.lib.6.

1 *Iuramentum fidelitatis Epiſcopo & capitulo præſtandum.*
2 *Fidelitas ſoli Epiſcopo præſtanda.*
3 *Vaſallus eccleſiæ quos iuuare teneatur.*
4 *Iuramenti principum forma.*
5 *Eccleſiæ ſignificationes.*

CVm clerici Placentini. Si quæris vtrũ clerici, vel laici qui eccleſiæ cathe
drali iuramentum præſtare tenentur, teneantur Epi
ſcopo & capitulo ipſis eccleſiæ vel eorum alteri tan-
1 tum præſtare huiuſmodi iuramentũ, diſtingue.† Aut iuramen
tum huiuſmodi præſtare tenentur pro ſpiritualibus,& tunc te
nentur nedũ Epiſcopo,ſed etiam capitulo præſtare huiuſmo-
di iuramentum. Nam ſpiritualia iura non ſunt diuiſa inter Epi
ſcopum & capitulum,ſed communia, vt patet.ſ.de teſta.requi
ſiſti.§.ſecus autem.Sunt.n.vnum corpus.& ideo ipſa ſpiritualia
ſimul exercent & ſibi communicant,quod dic vt legi & no.ſ.
de exceſ.præla.c.1.de his quæ fiunt à præla.c.nouit.& c.quan-
2 to.† Aut pro temporalibus quæ Epiſcopus habet ſegregata à
capitulo,& tunc nullatenus c.iurare tenentur, & econuerſo ſi
pro temporalibus quæ capitulum habet ſegregata, & tunc nu
latenus Epiſcopo iurare tenetur: vt.ſ.de reſcrip.edoceri. ſm
Inno. & Hoſti. & Io. An.hic. Intellige tamen quòd iurans ſm
formam huius capituli obligatur principaliter Epiſcopo tan-
quã capiti vt hic: hoc eſt ſi Epiſcopus præcipiat vnum, & capi
tulum aliud; deberet talis iurans Epiſcopo & non cap.obedi-
re.11.q.3.qui reſiſtit.Sed ſi cauſa vertitur inter Epiſcopum &
capitulum, dic vt plene not. Hoſti.in ſum.de poſtulando.§.fin.
ſub.§. illud. Et ſi talis clericus cõtra Epiſcopum vel eccleſiam
à qua beneficiatus exiſtit, pro extraneis aduocati vel procura-
toris officium aſſumpſerit, tanquam ingratus poteſt huiuſmo
di beneficio ſpoliari, quod dic.ſ.de poſtul.c.fi. hæc Hoſti. &
3 Io. An.poſt eũ.† Item ſcias quòd Vinc.& Io. An.ſ. de iureiur.
ego.n.dicunt ibi in textu domino meo.fore.arg.quòd vaſallus
eccleſiæ tenetur iuuare Epiſcopum, etiam in factis proprijs.
7.q.1.ſcire.inſtit.de vſu.& habit.§.ſed non tenetur iuuare ca-
nonicum.12.q.2.qui manumittitur. Dicunt etiam hic, quod per
iſtud iuramentum ſingularibus canonis non obligantur, vt in
d.§.qui manumittit.ſecus ſi iuraſſent aliquibus non collegiatis
ff.de in ius voc.l.communis. Et not. quod in hoc.c.eſt forma
iuramenti quam clerici vel laici præſtant eccleſiæ cathedrali,
quæ forma obtinet in canonis & prælatis ſiue curatis,& etiam
in alijs inferioribus, ſi conſuetudo ſit ſecundum Inno.& Hoſt.
4 † De forma vero iuramẽti principum ſecularium habes extra,
de iureiur.c.vnico, in clem. vbi per hoc G.de mon.lau.in gl.&
ſic habea de forma vero iuramenti Epiſcoporum, dic vt.ſ.de
iureiur. ego.n. De forma Abbatũ dic vt.ſ.de ſymo.ne de Dei
eccleſiam. De forma beneficiatorũ dic vt.ſ.de iureiur. nullus.
Item de forma aliorum non beneficiatorum dic,ſ.de maio.&
obe.cum in eccleſijs & non ſuſpectorum.eo.tit.c. reſegebatur.
Item de forma vaſallorum.a 1.q. vlti.c.de forma. Item plures
alias formas iuramentorum vide per Spec. in quarta parte ru-
brica de iureiur.§. vnico.verſic. illud autem omittendum non
5 eſt &c.† Et quot modis ſumit eccleſia, notat Ber.hic quatuor,
alios modos ponit Ber.ſuprà ne præla.vices ſuas.c. vl.ſ. muro-
rum ambitum, corpus Chriſti, prælaturam eccleſiæ,& ipſius
obuentiones. Fran.vero de reſcrip.eam te.addit vnitatem to-
tius eccleſiæ.7.q.1.nouatianus.ſuprà.de ſum.tri.c.1.§.vna.21.
diſt.c.autem quamuis.de exceſ.pręla.frequens.§.verum.in cle.
In hac varietate dicebat eccleſiam ſumi prout præcedentia &
ſequentia verba patiuntur, per decret.intelligentia.ſuprà eodẽ.
Bene facit.ij.eodem nouimus.verſic.pro quo.

QVærenti. Si quæris quæ ſit differentia inter cẽſurã eccleſiaſticã, & ſeueritatem
eccleſiaſticam, & animaduerſionem eccleſiaſticam,
1 † Dic quod cenſura eccleſiaſtica conſiſtit circa ſpiri-
tualem pœnam vt hic.Sed ſeueritas eccleſiaſtica conſiſtit circa
pœnam temporalem, vt ſuprà de pœnis.in quibuſdã. Animad-
uerſio eccleſiaſtica conſiſtit circa degradationem, & curiæ ſe-
dunt , quod idem eſſet clauſulam habere quod non habetur,
quod eſt falſum vt ibi, & alias etiam ſuperflue poneretur clau
ſula in iuribus per ipſum ibi alle.in gl.pe.& in clem. de ætate &
quali.vt a.qui.glo.antepen.& facit quod not.in clem.de ſepult.
ſuper cathedram glo.antepen. Ad exempla in contrarium alle.
reſpondetur, quod non tollunt ius ſpeciale monaſterij , quod
patet: quia poſſent omnes eſſe expreſſe profeſſi & in ætate præ-
dicta, vel ſaltẽ plures.ſi igitur nullus ſit ibi talis, licet pro ea vice
propter caſum euenientem non ſit locus priuilegio, non tamẽ
per id tollitur priuilegium, vt hic no.in vl.gl.& facit quod dixi
ſ.de elect.cum terra.ſed in terminis quæſtionis priuilegiũ to-

tum tolleratur,quod conſtitutionis auctor non intendit. Si ve
rò iſta monaſteria erant eiuſdem religionis,& poſt nouā con-
ſtitutionem alterum fit alterius,videretur diſtinguendum. An
alteratio fiat in monaſterio ſancti Siluini,& id non debet noce
15 re monaſteriu ſancti Bertini: quia regula iuris dicit, id quod
noſtrum eſt à nobis ſine facto noſtro non debet euelli.ff. de re
gul.iur.id quod noſtrum nec in præiudicium alterius ſe potue
runt illi alterare.ſ.ꝙ metus cauſa,dilecti.de arbitr.cum tempo
re.de don.inter dilectos.Si vero fit alteratio in monaſterio ſan
cti Bertini,quia tunc noui iuris indignitatem incurrũt, ſibi im
putent vt ſequitur.Sicut.n.ibi & alibi diſtinguimus præterita,
& futura,in clem.de cenſi.c.1.cum concor. ſicut ſi efficeretur
eccleſia ſecularis,quod eſſe poſſet ſm ea quæ habentur de reli.
16 domi.inter quatuor.† Dicit etiam ꝙ noua conſuetudo contra
conſtitutioοem illam eſſet impræſcriptibilis,quia irrationabi-
lis vt ibi in prin.Item ꝙ nec epiſcopus etiam cum ea poſſet id
hodie cōcedere etiam in fundatione, quod olim poterat iuxta
no.in prædicto.c.cum dilectus.hac Io.An. Sed nunquid mona
chi ſancti Siluini eligēt: vt prius,& per formam electionis aſ-
ſument perſunam vnam de monaſterio ſancti Berti.non cre-
do:ſed per modum poſtulationis ſeu nominationis ſolẽnis.ſ.
de poſtu.præla.bonæ.1.in fi.pro hoc quod no.Io.An.& Gem.
in d.c.cum rationi.ſoper verbo eligatur.Vnde conſuetudo, &
priuilegium de quibus.ſ.in prin.ver.cæterum.& verſi.ad hoc.
continebant,ꝙ abbates alciaten.debebant de monaſterio ſan-
cti Bertini ſemper aſſumi,quod verbum aſſumi generale eſt ad
omnem viam prouiſionis.Item ſententia de qua hic in fi. con
cordat,dicens ꝙ tādiu monaſterium ſancti bertini hac hono-
ris debeat prærogatiua gaudere,donec idoneæ perſonæ inue-
niantur in illo,quæ poſſunt in abbatem aſſumi. Sed quid ſi con
ſuetudo vel priuilegium contineat, quód debeat eligi,& nō ſit
ibi eligibilis,ſed ſolum poſtulabilis? videtur ꝙ tenerent ex eo
poſtulare & nō aliunde eligere. Nam cum compromiſſum tri-
buens poteſtatem eligendi,tribuat & comprehendat poteſtatē
poſtulandi,vt.ſ.de renun.poſt tranſlationē in prin.& no Ber.
17 ibi in 1.gl.& Hoſt.poſt eum,† ꝙ compromiſſum eſt ſtricti iu-
ris,multo fortius vel ſaltem eadem ratione cōſuetudo vel pri
uilegium. Nec obſtat finis huius.c.cum gl.fi.in q. ſed pone. qa
loquuntur quando non reperitur aliquis idoneus in monaſte-
rio ſancti bertini propter crimen,& ſic nec eligibilis nec poſtu
labilis,ſecus ſi non reperiretur idoneus propter defectū ſolū.

Vuper quibuſdā.§ præterea. Si quæris,quæ pedagia ſint licita & permiſſa, & quæ
non,& vtrum,& qñ pedagiū exigi poſſit,& de quib.
ſeu quorū rebus, diſtingue vt dixi.ſ.de cenſibus. innouamus.

Super eo.c. §.vlti. Si quæris, vtrum cauſæ ſeu ſtatus
pupillorum,viduarum,ſeu debilium per
ſonarum pertineant ad eccleſiam,diſtingoe vt dixi ſuprà de fo
ro compe.ex tenore.

1 *Degradatio qualiter fiat.*
2 *Degradandus an ab epiſcopo diſpenſetur.*
3 *Degradatus an pro eodem delicto a iudice ſecularis puniendus.*
4 *Carcer non debet eſſe durus.*
5 *Deus non vult mortem peccatoris.*

Ouimus. Ad euidentiam huius.c.& gl.tertiæ,
pen.& vlti.Si quæris pro quibus cri
minibus eſt aliquis degradandus, & vtrum quilibet
degradatus quam cito degradatur tradendus eſt cu-
riæ ſeculari,diſtingue vt dixi ſuprà de hæreticis.ad abolendam
diſtincti.2.Et quæ ſit pœna falſariorum,diſtingue vt plene di-
xi ſuprà de crimi.falſi.c.ad falſariorum.

Super eo.c. Si quæris, qualiter clericus malefactor
debeat degradari,& vtrū epiſcopus poſ-
ſit cum clerico deponendo ſeu degradando diſpenſare,& vtrū
depoſitus vel degradatus poſſit pro eodem delicto puniri à iu
1 dice ſeculari,diſtingue.† Aut quæris de primo qualiter debeat
degradari,& tunc dicit Hoſt.hic qđ primo degradetur verbo,
ſecondo de facto:eſt.n.poſt ſententiam clericalibus veſtibus;
ſpoliandus,vt patet.11.q.3.epiſcopus,presbyter,aut diaconu.
Tertiò verò eſt poteſtati ſeculari tradendus,vt hic dicit:ſed de
hoc die plenius vt hodie legi.& no.j.de pœnis.c.degradatio.li.
2 6.† Aut quæris de ſecundo.ſ.vtrum epiſcopus poſſit cum cleri
co deponēdo,ſeu degradando diſpenſare,& tunc Aut ante de-
poſitionem ſeu degradationem,& dic ꝙ ſic ex cauſa.vt.1.diſt.
ſi qs presbyter aut diaconos.& hoc no.Arch.12.q.2. apoſtoli-
cos gl.ad dic.&.c.diaconi.&c.aut poſt,& de hoc dic vt dixi ple-
3 ne.ſ.de clerico excom.mini.c.clerici.† Aut quæris de tertio.ſ.
vtrum poſſit pro eodem delicto puniri à iudice ſeculari, & dic
ꝙ ſic,cum canon non contradicat,in hoc legi,ar.5.q.6. presby
teri.11.q.1.ſi quis cum.Sicut.n.accidit quem diuerſis legibus,
teneri pro eodem crimine, eodem modo lege & canone ſm
Ber.hyſpa.ad quod facit quod no.23.q.5. relegētes & hoc no.
Archi.in c.alle.presbyteri.gl.pe.& ad hoc facit id quod dixi.ſ.
4 de accuſatio.de his.& de maleſi.c.ſtatuimus.diſt.2.† Et no.fi-
naliter ꝙ officiales quæ condemnant clericos in perpetuũ car
cerem ad agendam pœnitentiam in pane doloris & aqua angu
ſtiæ,vel ad pœnam conſimilem,non debent condemnatos po
nere in tali loco,vel carcere in quo poſt multos dies viuere non
poſſint.Sicut ſunt multi carceres epiſcoporum regni Franciæ,
pro clericis vltimo ſupplicio dānatis,vbi non viuunt vltra ſex
vel octo dies,quorum pœna ſeu mors eſt grauior patibulo ſu-
ſpenſorum,cum peiori & duriori morte plus languendo inter
eant. Et officiales tali morte aliquos exponentes homicidas,&
irregulares reputarē,magis.n.eſt afflictiua illa mors, quæ cum
longiori languore fit,de conſecratio.diſtinctio.5.c. nihil enim
2.& hoc tenent Gui.de mon. lau.& Gen.extra de pœnis & re
5 miſſio.c.1.glo.2.in clem.† Hoc etiam vidētur attentari contra
Deum qui non volt mortem peccatoris,ſed vt magis conuer-
tatur & viuat.Ezech.18.& 33.in auth.vt non luxu. contra na-
tu.in prin.colla.6.3.q.4.hi qui.23.q.8.his à quibus in fin.& 33.
q.2.admonere.verſicu.prius enim.& de pœnitentia,diſtinctio.
1.quia diuinitatis.Henricus Bohic.

1 *Epiſcopus non det prebendam ſine capitulo.*
2 *Papa neminem iure ſuo priuat.*
3 *Abſentię neceſſarię tempus ſubducitur.*

Ilecto. Ad declarationem glo.no.ꝙ recurrēdū,
vide quod no.Ber.ſ.de eccle.ædifi. 2. &
c.ad audientiam.2.& qđ ibi dixi.& quod notat Ber.
ſ.de priui.paſtoralis & Inno.ſ.de electi. innotuit.in
fi.& Archi.7.q.1.petiſti ſpecialiter in glo.fi.& 12.q.1. quatuor.
gl.fi.& Io.An.8.q.1.licet glo.1.in fi.& ibi in gl adde hoc etiam
1 hic &c.† Vbi dicunt Ioan.Hugo.& Archid.quod ſi papa man
dauerit,vel præceperit alicui epiſcopo, quod cui daret præben
dam,epiſcopus ſine conſenſu canonicorū non debet dare præ
bendam.arg ibi.Idem intelligunt Hugo,& Archi.ibi, ſi epiſco
pus impetrauit reſcriptum vel priuilegium à papa.ſ.quód nihil
2 valeat ſi canonici contradicant. † Non enim eſt veriſimile, ꝙ
papa occaſione ſui reſcripti velit aliquem priuare iure ſuo.arg.
85.diſtinctio.Archidiaconum florentinum.63.diſt.quanto.3.
q.3.nunc vero.& facit ad hoc.ſ.de authori.& vſu pallij, ex tua
rum.de pe.omnis vtriuſque.Et hæc omnia intelligunt Hugo,
& Archidia.eſſe vera ſi ius canonicorum in tali facto tāgit, vel
niſi papa ex certa ſcientia percipiat ita fieri,& exprimat in lite-
ris ſuis ita fieri,quicunque contradicant.

3 Super eo.c. Ita dicit Bernardus,† quod tempus abſen
tiæ ex cauſa neceſſaria ſubducitur de me-
dio,& continuatur tempus præſentiæ ante abſentiam, & poſt
reuerſionem.idem Vincen.Inno.& Hoſtié. Sed Goffredus, &
Philippus contra,dicentes per oblationem caotionis interru-
ptam annalem præſcriptionem, ita quod poſt reditum erit ne
ceſſarius nouus integer anus.Puto ſecundum Ioan.Andre.hic
dictum Bernardi verum,vbi non eſt interrupta præſcriptio ꝑ
cautionis oblationem,ſed ſolum impeditur curſus præſcriptio
nis per indulgentiam papalem.& idem ſi aliàs de iure commu.
ſecunda vero opi.vera,vbi interrupta eſt præſcriptio.

Super eo.c. Ad declarationem gloſſæ.ſic ergo &c. Si
quæris,vtrum factum procuratoris no-
ceat domino,diſtinguè vt dixi ſupra vt lite non conteſtata. ca-
pitulo.1.diſtinctione.2.

Super eo.c. Ad declarationem glo. vltim. Si quæris,
vtrum ceſſante cauſa ceſſet effectus, di-
ſtingue vt dixi ſuprà de iureiur.& ſi Chriſtus.

1 *Conſuetudo & præſcriptio diuerſa in præſcritionibus.*
2 *Fabrica a capellano facienda.*

Vm inter vos. Dicit hic glo.Hoſtienſ. ſu
per verbo conſuetū.ꝙ hic
monaſterium non innitebatur præſcriptioni, ſed
conſuetudini præſcriptæ & cauſa hoc faciebat:quia
1 in præſcriptione neceſſe eſt probare titulum.ſ.de deci. dudū.
ſed in cōſuetudine ſufficit ꝓbare vſum,qđ dic,vt no.ſ.de con
ſue.c.fi. vbi idem no.Bern.& Hoſt.idem.G.de mon.lau.extre,
de ſupplen.negli.præla.c.quia regulares.§.eadem quoque ſuper
verbo.

verbo,ſiue ꝙ ipſis.in clem.Item quod dicit Ber.hic in glo.ſed
nonne iuſte &c.ꝙ ſacerdos iſte non poteſt retinere expenſas
neceſſarias pro fabrica capellę,de iſta tertia parte debita mona
ſterio ſancti petri,quia illa tertia integraliter præſcripta eſt, vn
2 de integraliter debet ſolui,† & onus fabricæ incumbit capella-
nu de alijs partibus.ſ.de præſcrip.de quarta.ſatis approbat Ho
ſtien.hic.Vel hoc intelligitur de expenſis ſactis in cauſis, ſiue
in nuncijs tranſmittendis,vel clericis paciſcendis, & nõ de illis
quæ cauſa refectionis fiunt,quia retẽtionem illarum nullus ca
ſus impedire poteſt.ff.fa.ercif.l.fundus qui dotis. & de pœnis
hæred.l.ſi à domino vel à patre.§.vlt.Hoc etiã intelligi debet,
quando ad ſuſtentationem presbyteri, & deſeruientium ſuffi
cientes ſunt duæ partes,alioquin detrahetur de tertia conſuetu
dine aliqua non obſtante,vt legi.& no.ſuprà de præben.c.extir
pandæ.§.cum igitur ſecundum Hoſt.pro quo bene facit infrà,
de offi.ordi.præſenti.§.porro.& de decimis.c.2.§.vbi autem.li.
6.ſecundum Ioan.And.qui in idem concor.&c.

1 *Litis motę,conteſtatæ,& pendentis differentia.*
2 *Molendinarij queſtio dominicalis.*

EX parte noſtra.ij Si quæris,quæ ſit differentia inter
litem motam & litem conteſtatam, & motã di-
1 ſcordiam,& litem pendentem. † Dic ſecundum
Hoſt.hic,ꝙ lis dicitur mota per litis conteſtatio
nem vt hic,vnde ante litis conteſtationem,nõ poteſt dici mo
ta lis,ſed tantum moueri proponitur.ff.rem ra.hab.l.amplius.
Conteſtatio litis dicitur per citationẽ,vt ſuprà,eo.ſorus.§.lis.
Item mota diſcordia dicitur per citationem,ar.ſ. de conſti.cũ
martinus.de reſti.de leg.gratum melius.ſ.de reſti.ſpolia.piſanis
vbi etiam hoc no.Hoſt.ſuper verbo diſcordiæ.Itẽ lis pendens
ſeu pendere dicitur per ſolam citationem,vt no.ſ. vt lite pen-
den.c.1.& per Hoſt.in ſum.ipſius ti.§.1.hoc Hoſt. Sed ad hoc
vt lis pendere dicatur,vt ex tũc nihil debeat innouari,quatuor
hodie requiruntur,vt extra,vt lite pend.c. cum lite pendente.
in cle.vbi dicitur ꝙ per citationem à competenti iudice factã,
citatoque notificatam ipſum plenariè inſtruentem, lis pẽdere
2 dicitur,vt ex tunc nil debeat innouari.†Barrbolomeus Brixiẽ-
ſis in quæſtione ſua dominicali quæ incipit quidam ab eccleſia
impetrauit,quærit de illo qui ab eccleſia impetrauit, ꝙ liceret
ſibi in flumine eccleſiæ molendinum conſtituere certa penſio
ne ſoluta quolibet anno,deſtructo molendino ille nolebat ſol-
uere penſionem nec molendinũ reficere:vtrum ad hoc ſit cõ-
pellendus?ſoluendo credit eũ ad ſolutionem penſionis cõpel-
lendum,cum contractus ſit factus gratia vtriuſque. Imo quod
plus eſt reſpondit ſibi Hugo,ꝙ tenetur reficere molendinũ, ſi
interſit eccleſiæ ꝙ iſte habeat molendinum ibi , & ſemper ad
penſionem teneretur,niſi aliàs appareret . Pro quo bene facit.
ff.ſi ſeruitus vendi.l.& ſi fortè.§.etiam.vbi habens ſeruitutem
oneris ferendi in domo vel pariete alterius, poteſt eum com-
pellere ad reficiendum.

1 *Legatus conſtitutionem interpretatur.*
2 *Legatus conſtitutionem non interpretatur finita legatione:*
3 *Iudex ſententiam interpretatur.*
4 *Legatum conſtitutionem facit.*
5 *Synodalia ſtatuta quam interpretationem recipiant.*
6 *Statuta per ius commune interpretantur.*
7 *Lex a quo interpretanda.9.*
8 *Dubio in caſu a legis verbis non recedendum.*

EX parte.iij. Ad euidentiam glo.1.Si quæris,
vtrum ſtatuta facta per legatum
in prouincia ſibi decreta valeant,& in perpetuo ſint
ſeruanda,diſtingue vt dixi ſuprà de offi.leg.c.fi.

Super eo.c. Ad euidentiam gl. hic ergo &c.Si quæris,
vtrum legatus poſsit interpretari ſuã con
1 ſtitutionem,diſtingue.† Aut quæris,vtrũ poſsit eam interpre-
tari durãte legatione ſeu officio legationis, & dic ꝙ ſic,vt hic
in prin.ille.n.põt interpretari qui cõſtituit.C.de legib.l.fi.ſ.ti.
2 t.inter alia.vt hic,in gl.legi.& no.† Aut officio finito, & dic ꝙ
non,& ita põt intelligi illud.c.in ver.cum igitur.intelligẽdo ꝙ
iſti legati fuerunt interpretati ſuas cõſtitutiones poſt depoſita
officia legationũ.Et ita intelligit Hoſti.hic,dicẽs ꝙ ex ratifica
tione Papæ de qua hic in fi.c.aſtorũ cardinaliũ interpretatio vi
3 res ſumit.† Nec putat ꝙ iudex ex officio depoſito p interpre
tationẽ ſuæ ſniæ alicui præiudicare valeat,ar.ff.de offi.præfec.
vrbis.l.fi.& in eo ꝙ legit.& no.ſ.de elect.venerabilem.§.fi.niſi
fortè partes.in hoc cõſentiãt ar.ff.de re iud.l.ſi cõuenerit.ff.de
no.ope.nun.l.1.§.poſt operis.vel niſi à ſuperiore hæc poteſtas
detur vel à Papa ratificetur, vt hic,& ſuprà de offic.dele.paſto
ralis.§.prætereà.Durante verò officio declarare & interpreta
ri poteſt,vt in iuribus ſuprà in prin.alle.partibus præſentibus
hoc fieri debet,ſecundum id quod no.ſuprà,eo.in his. ſecun-
dum Hoſt.& Ioan.And.poſt eum.Dicit etiam Ioan.Andre.ꝙ
per hoc terminatur quæſtio legiſtarum. An ſtatutarij electi ad
condenda ſtatuta , ſi ſuper illis poſtea ambiguitas oriatur, ha-
beant illa interpretari,& dicitur quod non,quia functi ſunt of
ficio ſuo ſupra de officio dele.in literis illi ergo quorum aucto
ritate facta ſunt illa declarent quæ & reuocare poſſent.ff.de in
litem iur.l.videamus.§.vlt.& l.ſeq.facit.C.de legibus.humanũ
nec ob.ff.de origi.iur.l.2.§.ex actis.quia ibi durabat. illorũ offi
cium ſecundum Io.An.† Et no.ſm Hoſt.ꝙ licet legatus poſsit
facere conſtitutionem in ſua prouincia vt hic,in prin. & in iu-
ribus alle.in t.gl.non tamen talem per quam ius cõmune tolla
tur:quia conſtitutio inferioris non poteſt conſtitutionem ſu-
perioris in totum tollere,vt patet in eo quod legi. & not.ſ. de
elect.innotuit.§.quamuis.in fi.ff.de arbi.l.nam & magiſtratus.
Poteſt tamen quandoq; in aliquibus eam declarare & renoua-
re,vt hic patet.Poteſt & pœnam certam addere ad obſeruatio
nem ipſius,arg.in eo quod legi.& no.ſuprà de offi.leg.ſtudui-
ſti.de treuga & pa.c.1. Quinimo videt̃ ꝙ in his in quibus con
ſuetudo poteſt iuri communi præiudicare, poſſet & conſtitu-
tio legati,arg.ſuprà de locato.c.1.ſuper quo vide quod not.ſu
prà de conſue.c.vlt.de offi.Archipreſ.c.vlt.ſecundum Hoſti.

Super eo.c. Si quæris , vtrum ſtatuta ſynodalia , vel
municipalia recipiant interpretationem,
5 vel extenſionẽ.† Vide quod no.Io.An.ĩ.de reg.iur.c.,p poſſeſ-
ſore.in nouella.libr.6. dicens poſt multa argumenta fratrem.
Odoar.dixiſſe ſuper.l.vt gradatim.aliàs ſuper.l.præceden.ff.de
mune.& Hoſt.ſtatutũ poſſe per iudicem interpretari,per.l. ff.
ad.l.Aquil.ita vulneratus.§.vlt.de leg.3.l.ſeruus.& l.ſeruos aũt.
& l.ſeruis legatis.& l.fideicommiſſa §.hæc verba. & in dicta.l.
vt gradatim.§.ſed & ſi.ſ.de cle.non reſiden.cum dilectus.de in
iurijs.in noſtra?& hic, & ĩ.de officio ordi. præſenti.§. porro li.
6 6.† Archi.dicit ꝙ communis & vera opinio doctorum ſiabuit
ſtatuta interpretari poſſe ſm ius cõmune.ff. de ventre inſpi.l.
1.§.quamuis.Et Ricar.malumbra probat hoc per.l.2.C.de no
xali actio attenta ſecunda lectura quam ponit ibi gl. vt ibi etiã
dicit Cynus,& Dynus.ff.de verbo.ſignifi.l.1.dum tractaret an
in ſtatutis fœmininum comprehendatur ſub maſculino.Dice-
bat,ꝙ eſt quædam interpretatio quæ ſumitur pro apta expoſi-
tione.C.de legibus.l.fi.ff.de liber.& poſthu.l.gallus.§. nunc de
leg.de re iudi.Paulus.& hanc recipit ſtatutũ per præ.§.ſed & ſi
ſumitur etiam interpretatio pro exceptione vel prorogatione.
ff.de orig.iur.l.2.& no.ff.ad tertu.l.1.§.qui n peras. & hanc non
recipit ſtatutum:quia in his quæ ſtricti iuris ſunt,quod non eſt
expreſſum habetur pro nmiſſo.ff.de verb.obli.l. qcquid aſtrin
gende.1.reſp.& l.ſi ita ſtipulatus.§.chriſogonus.de cond.ob tur
pem cãm.l.vl.de iniu.l.itẽ apud labeonem.§. ait prætor . Quod
autem ſtatuta ſint ſtricti iuris probãt legiſtæ,quia ex eis datur
conditio ex lege.ff.de cond.ex lege.l.vna. quæ cũ non ſit nume
rata inter actiones bonæ fidei.inſt.de actionibus.§. actionũ. &
no.ſ.de excep.cũ venerabilis.reſtat ꝙ eſt ſtricti iuris & ſic ſteri
lis.Eſt autem contra naturam quòd ſterilis pariat.ff. de actio.
emp.l.ſi ſterilis.in prin.& de edi.edict.l.quæritur.§. mulierem.
Guido de Suſa.in ſuis quæſtionibus ſtatutorum expreſſe non
eligit,videtur tamen ad hoc accedere ꝙ proximæ dixi.Pet. de
bella perti.in 5.ſua.q.quæ loquitur de percutiente hominẽ ma-
nu cum enſe,inſeruit hunc articulum , ſed in ſolutione nõ ſic
expreſſe proſequitur de ſtatuto, ſicut propoſuerat: loquitur.n.
ſoluẽdo de lege,ſed in themate de municipali, dicens, ꝙ ſi lex
prohibet expreſſe interpretationẽ. aut eſt in lege ambiguitas,
propter multiplicem ſenſum verborũ,aut propter legis men-
tem.Primo caſu licet doctori interpretari. per.l.vnicam.C. de
profeſ.qui in vrbe.l.12.ff.ſi cer.peta.l.t. diſtinguit tamen , aut
omnes intellectus ſunt honeſti, aut inhoneſti, aut quidã hone
ſti,alij inhoneſti.Primò caſu omnes ſunt ſequendi,ſiue genus,
ſiue ſpecies comprehendant,dummodo abſq; vicio verbis,&
voluntati conueniant.ff.de legibus.l.ſcire.niſi de conſuetudine
aliud ſit ſeruatum.e.ti.l.minimè.& l.ſi de interpretatione.ſ. de
conſue.cum dilectus.Sed ſi abſq; vitio ſenſus omnes conueni
re non poſſunt accipietur magis proprium verbis & voluntati
legis,& benignior per prædi.iur.& ff.de reg.iur.l.ſemper in du
bijs.& de ſtatulib.l.labeo.Secundò caſu videtur nullum intelle
ctũ ſequendum.4.di.erit.ff.de iuſt.& iure.l.t.in prin.C.de ve
te.iur.enu.l.1.§.1.putat tñ ſequendũ minus inhoneſtũ,qui ma
gis congruit.ff.de re.iur.quotiens nihil.In tertio caſu idem vt

recipiatur honeſtus & benignus per eandē.l.& C.de epi.& cle.
8 l.conuenticulam.de iuriſdict.omnu.iudi.l.nemo. ¶Quando autē eſt ambiguitas propter legis mentem, dicit à verbis non recedendum.l.ſeruata non corrigendo, non arctando, non extendēdo, per.l.proſpexit.in prin.ff.qui & à quibus.cum concor. Si tamen penitus eſſent obſcura, recurratur ad condentem, vt.ff.de re.iuris.l.neratius.§.de ſententia ex.c.inter alia. Vbi vera lex expreſſe interpretationem non prohibet, aut quæritur de interpretatione quæ corrigat, proroget, vel arctet, & tūc correctionem facere non poteſt, niſi legiſlator. Prorogare vero vel extendere poteſt etiam doctor, vbi eſt eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo, ſi tamen coaptatur ad verbis & menti.ff.ad macedonia.l.filium.ff.de verbo.ſigni.l.iuſta interpretatione. alias ſecus.ff.ſolu.matrimo.l.ſi vero.§.pen.& dicta.l. proſpexit. Arctari etiam poteſt ad vitandum prauum intellectum, quis aliàs inſurgeret ex verbis illis, vt prædicta. ſe.vt gradatim.§.1.de ritu nuptiarum.l.pe.§.1.& de verbo.oblig.l.ſi ſeruum.§.ſequitur. C.de teſtamētis, cum antiquitas aliàs ſecus: cum arctatio eſſet
9 tunc legis correctio. ¶Secundò caſu ſi verba ſint ambigua propter diuerſos intellectus, dic ut ſupra ſi propter mentem. non licet interpretari corrigendo, prorogando, vel arctādo, niſi vt ſuperius dictum eſt, vel niſi mens legis eſſet ſcripto, vt no.C.de legi.l.non dubium. Sin autem omnino ſint obſcura, & incerta recurratur ad eius latorem, vt ſuprà dictum eſt, & no.ff.de legibus.l.non poſſunt. hæc Ioan. And in dicto.ca.pro poſſeſſore.& de hoc dixi ſuprà, deſponſa.ex literis.

1 *Gratia ob debita ſoluenda a Papa non conceditur.*
2 *Gratia debitorum ſoluendorum a legato concedenda.*
3 *Gratia ob debita ab Epiſcopo conceſſa.*
4 *Gratia propter debita ſoluenda qua beneficia comprehendit. numero.6.8.10.*
5 *Epiſcopatus dignitatis culmen.*
7 *Mandatum generale clericos non comprehendit.*
9 *Papa ſolus exemptos aſtringit.*
11 *Beneficia curata poſt gratiam debitorum an in ea comprehendantur.*
12 *Beneficia quibus modis vacant.15.*
13 *Poſſidens poſſidere præſumitur.*
14 *Iure ſuo ſine culpa nemo fraudandus.*
16 *Fructus qui veniant in gratia debitorum perſoluendorum. numero.1?.10.*
17 *Fructus intelliguntur expenſis deductis.*
19 *Par delictum pari pœna puniendum.*

QVa nobis. Si quæris, quis poſsit cōcedere gratiam, ſeu indulgentiam alicui propter ſua debita perſoluēda, vel aliam iuſtam cauſam de fructibus beneficiorum vacantium vſque ad certum tempus percipiendis, & quæ beneficia contineātur in conceſsione huiuſmodi, & quæ dicatur vacantia, & qui fructus, di
2 ſtingue. ¶Aut quæris de primo.ſ. quis poſsit concedere talem indulgentiam, & tunc, aut indulgentiam generalem de fructibus omnium beneficiorum vſque ad certum tempus vacātiū, vel quæ vacabunt in diœceſi, aut indulgentiam ſpecialē de vno vel duobus beneficijs. Si generalem de fructibus omnium beneficiorum, tunc aut quæritur de Papa & ille poteſt, vt hic, & ij.de reſcri.ſi propter tua debita.de præben. ſi tibi conceſſo.li.6.vt no.Hoſtienſis hic, & ſuprà de officio ordinarij. cum vos. & G.Io.Andræas in dicto capitu.ſi propter.& Ioannes, Andr. in dicto capitu.ſi tibi conceſſo.& G.de monte laud. & Gen.in extrauaganti, Ioannis.22.ſuſcepti regiminis.in principio, ſuper verbo priuilegio. Nec mirum cum ipſe habeat plenam diſpoſitionem omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, quod dic vt legitur & notatur.ij.de præbendis.c.2.libro.6. Et hoc intellige verum ſiue huiuſmodi gratiam, vel priuilegium concedat perſonis eccleſiaſticis, quia tunc nulli dubium, ſiue eam concedat ſecularibus ex ſpeciali priuilegio, vt frequenter viſum eſt de regibus, & alijs mundi magnatibus, quibus Papa talem gratiam pluries conceſsit, & de die in diem concedit. argumentum.63. diſtinctione Adrianus.&.c.ſequēti. Cum & excommunicare clericum poſsint de ſpeciali papæ commiſsione, argum.96.di. bene quidem.& ibi no.& 32.diſtinctione, cap.præter.§.verum & per Geminianum de monte lau. infrà de officio delegati. ab arbitris.lib.6.ita notat Gencel.in dicta extrauaganti, ſuſcepti. in princip.ſuper verbo perſonis. Aut quæris de alijs prælatis inferioribus, & tunc aut quæris, vtrum poſsint talem gratiā concedere perſonis ſecularibus, & dic quod non, ſed ſolus papa vt notat Gencel.in dicta extrauaganti, ſuſcepti.ſuper verbo priuilegio.ad quod facit quod no. Innocentius, & Hoſtienſis ſuprà de arbitris. contingit. Aut perſonis eccleſiaſticis, & tunc, aut quæris de legato de latere, aut de epiſcopis, ſeu alijs diœceſanis, in ſuis diœceſibus. Aut de inferioribus, vt abbatib⁹, prioribus & præpoſitis, & decanis, & ſimilibus. Si de legato de latere, tūc videtur quod talis ex cauſa talem indulgentiam ſeu priuilegiū poſ
2 ſit concedere, ſecundum ſententiam illam quæ habet: ¶ quod ipſe poteſt omnia quę non ſunt ſpecialiter ſummo pontifici reſeruata. Quam ſententiam ſequuntur Ioannes de ſan.gi.& Archi. 2.quæſtio.5.quæ de cauſa.& Goffredus, & Bernardus, & quaſi omnes: vt no.Spec.titu.de legato.§.nunc oſtendendum. verſi. legatus igitur.& §.ſequenti.verſic.generaliter. Et hoc ſcilicet quod legatus hoc poſsit, tenent G.& Ioann.Andreas in dicto capi.ſi propter.ſuper verbo concedamus. & Go.ij.de electionibus.ſi abbatem.gl.penulti.lib.6. Idem tenet Gui.de mon.laud. vbi ſupra ſuper verbo priuilegio. Si de epiſcopis, ſeu alijs diœceſanis, aut alijs inferioribus, tunc dicis Hoſtienſis hic, & Goſ.& Ioan.Andre.in dicto.c.ſi propter, ſuper verbo concedamus. quod non poſſunt talem gratiam concedere: pro quibus facit hoc. c.& ca.alleg.ſi propter. vbi papa conceſsit epiſcopo diœceſ.illud priuilegium in ſua diœce. quod patet ibi in tex. quæ in ſua vacabunt diœce.& c. quod fruſtra conceſsiſſet ſi ipſe epiſcopus authoritate propria hoc potuiſſet: quia fruſtra precibus impetratur quod iure communi habetur, C.de theſauris.l. vnica. li.10. Sed contra hoc videtur ſuprà de his, quæ fiūt à maiori parte. c. c.fin.& videmus quaſi quotidie, quod hoc faciunt epiſcopi capitulis ſuis aſsignando beneficia vacantia vſq; ad certum tempus, ipſi fabricæ, vel mortuo, vel ſimilibus pijs operibus. Pro tanto diſtinguit Huilielmus vbi.ſ.ſuper verbo priuilegio. ¶Aut quæris de epiſcopis, ſeu alijs diœceſanis: aut de inferioribus, ſi de epiſcopis ſeu alijs diœceſanis, tunc Aut hoc priuilegium fit maximè per modū ſtatuti, pro aliquo pio vſu & neceſſario, vt in caſibus prædictis: non tamen vtilitati vel menſæ epiſcopi, vel capituli applicando, & tūc videtur quod ipſe epiſcopus cum capitulo poſsint hoc facere ſm quod decimam vel aliam partem beneficiorum ſuorū ibi poſſeſſorum poſſet epiſcopus, nedum cum maiori parte capituli, imo cum minori, cum ſit in hac parte ſanior, etiam annuis alijs deputare, vt in dicto.c. fi.ſ. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Aut pro vtilitate menſæ ſuæ, vel ſuæ: & tunc non poſſent ſine expreſſa licētia papæ, vt hic, & in concor.ſ.alle.arg.extra, de rebus eccle.non alienandis.ca.ſi vna eccleſia.in clemen. Si de inferioribus ordinarijs: tūc aut quæris nūquid hoc poſsint facere ſaltem in beneficijs ad eos pleno iure ſpectantibus, ſicut ſunt dignitates, officia, prioratus, & aliæ adminiſtrationes ad eos immediate ſpectantes. & tūc videtur quod ſic, cū diſtinctione facta de epiſcopo & c.ſuprà. Aut in alijs beneficijs.& dic quod non, per præmiſſa. hæc G.de mon.lau. Si quæris, quis poſsit indulgentiam concedere, ſeu gratiam ſpecialem de fructibus vnius vel duorum beneficiorum percipiēdis, tūc dic quod omnes qui poſſunt concedere generalē de omnibus beneficijs diœce.de quibus dictum eſt.ſ. Et vltra epiſcopus poteſt cum capitulo conſtituere ante collationem beneficiorum vacantium fructus vnius vel duorum beneficiorū ex cauſa ad certum tempus in vſus ſuos conuertendis, prout legitur & notatur in d.c.vnico ſuprà vt eccleſi. bene.ſ.& vide quod ibi dixi.
4 ¶Aut quæris de ſecundo.ſ.quæ beneficia in tali cōceſsione contineantur, & tunc, aut quæris de beneficijs nō eccleſiaſticis, vt ſi mortatur clericus ad titulū ſui patrimonij ordinatus, & in talibus non habet locum hæc indulgentia cū vendi poſsint, vt no. ſ.de præben.tuis.ſecundum Vincentium, Petrum, Abbatem, & Ioannem Andręam hic, de hoc tamē vtrum.ſ.poſsint, vendi dic vt ibi. Aut quæris de bñficijs eccleſiaſticis, & tunc, aut quæris quorum officiarij mutantur de anno in annum ad mutationem epiſcopi, vel qui aliàs ſunt temporales non perpetui, & illa non continentur cum non dicantur vacare propriè, ſicut dicitur de vicarijs temporalibus in extrauaganti Ioannis.22.execrabilis.in fi.& facit infrà de conſuetudine.ca.1.in verbo perpetuo.lib.6.quod dic vt plene no.Gen.extra, de officio vicarij c.vnico.& plenius in dicta extrauaganti, ſuſcepti regiminis. in principio, ſuper verbo eccleſijs. Aut de beneficijs intitulatis, quæ conferuntur perpetuo, & tūc aut quæris de epiſcopatu, & ille non continetur, niſi de eo expreſſe caueatur. argu.ſ.de conceſsione præbendæ, dilectus. ſecundum Vincentium, Petrum.
5 Abbbatem, & Ioannem Andræam. ¶Nec mirum quia epiſcopatus non eſt dignitas ſed culmen dignitatis infra de offici. de legati. quia pontificali li.6.de re iudicata.capi.vltimo, de hæreticis.capit.inquiſitores.&.c.vlti.& de priuilegijs.capi. vlti.lib.6.

Et quia

Et quia epiſcopus in ſua à creatione habet ſubire multa onera
& expenſas: & ideo retinet ſua priora beneficia vſque ad tem
pus ſue conſecrat.epi.vt legi.& no. ſuprà de electi. cum in cun
ctis.§.1.& infrà de elect.quam ſit lib.6.& ſic non debet in tali
indulgentia venire tanquam beneficium debitis oneratum vt
6 ſequitur.† Aut de alijs beneficijs,& tunc aut de beneficijs non
limitatis nec formatis,hoc eſt de illis quæ ſunt in eccleſijs vbi
non eſt certus numerus præbendarum ſeu beneficiorum, & il
læ non continentur, quia tale beneficium naſcitur cum electo
ſeu creato ad ipſum, & deſunt cum defuncto ſuprà de præbē.
dilecto.ergo non vacat vt ibi de conceſsione præben. ex parte
Aſtē.Et idem ſi totaliter beneficium remoueatur ſupra de cō-
ſtitu.cum acceſsiſſent.ſecūdum abbatem hic & in hoc cōcor
dat Guibel.de monte lau.in dicta extrauaganti.execrabilis. ſu
per verbo,in totum.in fi.verſi.per primam autem rationē &c.
Aut de beneficijs limitatis,& formatis, vt eccleſijs parechiali-
bus,capellanijs, Archidiaconatibus,decanatibus,ſeu prabēdia
in eccleſijs in quibus eſt certus numerus præbendarum.& tūc
aut de beneficijs iam creatis & formatis tempore datę conceſ-
ſionis huiuſmodi:aut de creatis,& formatis poſt. In primo ca
ſu refert,aut ſunt talia quæ per ipſam vacationem eſſe deſinūt,
vt ſi beneficium de menſa alicuius prælati fuerit aſsignatū : qa
tunc reuertitur mortuo clerico ad menſam , ſicut vſusfructus
conſolidatur proprietati ſupra de pignori.cum conſtet,& talia
non continentur ſecundum Abbatem , & idem ſecundum G.
de monte laud.in dicta extrauaganti, ſuſcepti regiminis.ſuper
verbo,vacantium.Si ante conceſsionem talis gratiæ eccleſia ali
qua ſit vnita alicui dignitati vel præbendæ poſt ceſſum vel de-
ceſſum rectoris,iuxta decre.ſuprà de reſtitu.ſpoliatorum.cum
veniſſent.& extra,de rebus eccleſiæ non alienandis . ſi vna ec-
cleſia.in clemen.quia licet poſt talem conceſsionem moriatur
rector vel cedat,non tamen continebitur ipſa eccleſia in dicta
gratia ſuprà,de reſcriptis.eam te. Aut ſunt talia beneficia quæ
per ipſam vacationem non deſinūt eſſe : & tunc aut ſunt debi-
tis aggrauata,& illa non continebuntur,quia agris meis ſitien-
tibus alij irrigandi non ſunt.C.de ſer.l.præſes. Imo ſi ſpeciali-
ter & expreſsim in talibus beneficijs eſſet talis gratia conceſ-
ſa,eſſet reuocanda,ex quo eccleſiæ eſſet damnoſa ſupra de de-
cimis ſuggeſtum.ſecundum abbatem.Aut non ſunt debitis ag
grauata,& tunc,aut quæris de beneficijs exemptis.aut de non
exemptis.Si de exemptis,tunc dicit G.in dicto cap.ſi propter
tua.glo.1.quod non comprehenduntur in tali indulgentia,ar-
7 gum.ſuprà de officio ordi.graue.vbi notat Goffr.† quòd in ge
nerali mandato contra clericos deſtinato,non comprehendun
tur exempti ſupra de priuilegijs.quoniam per confeſsionem.
vbi idem innuit Hoſtienſis ſuprà de officio leg.poſt tranſlatio
nem.& ſic tenet cauſa cellaria Romanæ curiæ ſecundum Goff.
ibi.Sed in contrarium facit quod cum Papa gratioſæ agēdo di
cat indiſtinctè & nullum excipiat,videtur omnia beneficia in
cludere,ad hoc ſuprà de officio delegat.venerabili.de maiorita
te & obedientia.ſolite.de præben.graue de priuile.quia circa,
de ſententia excommunicationis.nuper. 19.diſtinct.ca.ſ.alias.
a.Ad idem quod legitur & no.ſuprà de teſtamentis relatum.iu
xta princ.de coniu.leproſorum.c.vlti.in fin.ff.de tutelis.l.3.in
fi.Et facit quod no.Tancre.Ber.& Inno.ſuprà de præben.pro
illorum.in prin.& compoſt.ſ.de reſcri.c.abbatem.in glo.nun-
quid ſi &c.Nec poteſt negari qui talia beneficia ſint in diœce
ſibus,licet non ſint de iuriſdictione epiſcopi impetrantis.ſicut
dicimus quòd aliqua ſunt in bonis,aliqua de bonis.ff. de acqr.
re.do.l.rem in bonis.† Circa hoc credo dicendum quod,aut in
8 dulgentia vel priuilegium conceditur à papa,& tunc puto pro
ut no.Io. And.extra de exceſ.præla.c.frequens.ad fi.verſi.præ
tereà interdū.ſuper verbo anni.in cle.quod ſi in priuilegio di-
citur de beneficijs diœce.venient exempta.ſecus ſi diceretur
de beneficijs ſibi ſubiectis.Nec obſtat.c.alleg.graue.quia aliud
eſt quando officium ordinarij per literas apoſtolicas excitatur
ad corrigenda crimina,vt ibi,aliud quando datur executor da-
tur ad prouidendum vt quilibet extraneus vel ſibi , vel pro ip-
ſo ſcribitur,vt cuilibet vel pro quolibet extraneo.vt.ſ. de re-
ſcrip.c.abbatem. vt hoc notant compoſt.& Io.And.ibi,& Io.
An.in d.c.ſi propter.in additionibus ſuis.Aut conceditur à le-
gato,& tunc videtur idem per hoc quod no.Guil.de mon.lau.
9 in dicta extrauagan.ſuſcepti.ſuper verbo priuilegio,in fi.† Vbi
dicit quod ſolus papa,& legat' de latere poteſt exēptos aſtringere
ad hoc.j.de offi.le.c.2.li.6.de verb.ſig.c.veniens.e.li. Aut con
ceditur ab epiſcopo & ca.& tunc non comprehendūtur exem
pta per.c.alle.graue.& ſuprà de priui.ex parte abbatiſſæ,ſed nec
beneficia exempta ad inſtitutionem prælatis pleno iure ſpectātia.
ſu

10 16.q.1.in ſum.& .c.de monachis & q.2.viſis.† De alijs autem in
quibus epiſcopi habent inſtitutionem ſeu cōfirmationem , vi
detur quod poſsit epiſcopus cū capitulo ſicut de proprijs hæc
ſtatuere,cum plus habeat in talibus epiſcopus,quam patronus
ſ.de offi.leg.dilectus.de priuile.cum & plantare.§. in eccleſijs.
hæc Guil.Si quæris de non exemptis,tunc in conceſsione Pa-
pæ vel legati de latere continentur omnia tam minora quam
maiora,puta præbēdæ,perſonatus,dignitates,& alia vt hic. In
conceſsione vero inferioris dic vt ſuprà, proxi.cum diſtinctio
ne tamen,quia aut indulgentia generalis, vel priuilegium con-
ceditur per verba non futuri temporis,ſed præſentis dicēdo,
beneficiorum vacantium.&c.aut per verba temporis futuri.Si
per verba temporis præſentis , tunc aut ibi fit adiectio certi
temporis,vt quia dicitur fructus beneficiorum vacātium per
tres annos,& tunc illa beneficia quæ ante tempus cōceſsionis
priuilegij vacare inceperunt,licet tempore cōceſsionis adhuc
ſint vacantia & libera,non continentur, cum conſtitutio iuris
publici vel priuati non extendat ſe ad præterita vel præſentia,
niſi de his expreſſe caueatur in ipſa,in auth.vt cum de ap.cogn.
in prin.col.8.ſuprà de conſtitu.capi.fin.in fin.extra de iudi. di-
ſpendioſam.in fin.in cle. Vnde curſus illius triennij incipiet ſta
tim à tempore datæ conceſsionis.ſuprà,eod.abbate ſanè.& de
elect.capi.1.ſi eo tempore.libr.6. Aut ibi non fit adiectio certi
temporis,vt quia dicitur fructus beneficiorum vacantium,vt
eſt in dicta extrauaganti ſuſcepti,& tunc continentur etiam il
la quæ inueniuntur tēpore conceſsionis liberè vacare, aliàs quā
per adeptionem pacificam ſecundi,quia tūc etiam fructus pri
mi non habebit,vt.j.de præben.ſi tibi conceſſor.lib.6.Si p ver
ba temporis futuri, puta fructus beneficiorum vacaturorum,
vel quæ vacabunt,vel quæ vacare cōtigerit,vt fuit hic, & in di
cto capi.ſi propter.tunc continentur duntaxat illa quæ poſt da
tam conceſsionis vacare ceperunt. non illa quæ tempore vaca
tionis reperiuntur vacantia,ſecundum.G.de mon.lau. ibi.Sed
contra illud vltimum membrum facit quod no.Io.And.extra
de con.præben.c.cum ei quem.§.ſecus autem. ſuper verbo no
titia in cle.dicens,quod illud vacabit quod vacās reperitur. Vn
de dicit lex quod verbum oportebit,tam præſens quam ſutu-
rum tempus ſignificat.ff.de ver.ſignific.l.verbū oportebit . &
l.verbū erit.Et aliud eſt dicere vacabit,aliud vacare inchoabit.
Sed poteſt reſponderi quod ibi loquitur quādo verbū vacabit
ponit in reſeruatione,non in prouiſione, vel ibi loquitur in for
11 ma pauperum,quæ eſt magis fauorabilis quam iſta. † Sequitur de
beneficijs creatis & formatis poſt datam conceſsionis,& tunc
dicit Gui.in dicta extrauaganti ſuſcepti.ſuper verbo vacantiū.
in fi.quod aut cauſa priuilegij eſt de ſe extēſiua in futurū,ſicut
eſt in dicta extraua.& tunc reſpicit etiā futura, maximè in rea
libus,quæ quaſi ſunt fauorabilia.ar.ſ.de of.Arch.dilecto. vbi il
la conſuetudo ad monaſterium,quod de nouo creatur ſe exten
dit.Et hoc credit verum,niſi fructus vel prouētus dictorum
beneficiorum eſſent ad certos vſus pios deputati, puta ad vi-
ctum ſacerdotis,& ſuæ familiæ,vel certorum pauperum in ho
ſpitalibus vel monaſterijs,qui vix de illis poſſent ſuſtētari,nec
habēt aliàs vnde viuant,niſi ſuffragia mendicata.nam tūc non
continētur.ar.ſ.de præben.ſignificatum.extra de præbē. per li
teras.& de reli do.quia contingit.Aut cauſa priuilegiū eſt actu
tranſiens,maximè in his quæ fauore perſonarū fiunt.quæ qua
ſi ſunt odioſa,& tunc non reſpicit futura,arg.ſuprà,de conſtit.
c.ſi.extra de reſcriptis.c.literas.in clem ſm Gui.vbi ſuprà,qui
etiam de hoc notat extrà de vi.& ho.cle.c.quoniam,ſuper ver
bo cōſtitutionem cle.Si quæris,de tertio.ſ. quæ beneficia quo
ad priuilegium ſeu indulgentiam huius dicantur ſeu repute n-
tur vacantia,tunc refert ſecundum Gui.in dicta extrauagan. ſu
12 ſcepti.ſuper verbo vacabunt.† Quia aliqd dicitur vacās de iure
& de facto,& de hoc propriè quando à nemine occupatum eſt
ſeu poſſeſſum:& ideo hæreditas iacēs, vacare dicitur, nec in ea
furtū committi poteſt ex quo adita non eſt.ff.de furtis.leg. rei
hæreditariæ.& de cri.expilatę hæredi.l.2.Item de iure tantum,
non autem de facto:vt ſuprà de reſti.ſpol.cap.2.Item de facto
tantum,non autem de iure.i.de conceſ.præbe.cum noſtris. In
primo caſu hoc contingit multipliciter morte,renunciatione
depoſitione,permutatione.Mors.n.naturalia omnia ſoluit , in
tantum,quod etiam ſi ſtatim miraculosè reſuſcitaretur , ſicut
fecit Lazarus,non recuperaret beneficium.imo caderet in di-
cta indulgentia. 32. quæſtio.7.licitè.Nec in beneficialibus ali-
quid de iure mortui ad ſucceſſorem trāſmittitur,ſeu ius vnius
cōtinuatur in alterum,niſi ſola lis incepta prius cum mortuo,
& hoc fit de quadam æquitate,nō de rigore, Cum ius bñficia-
le à Deo perſonale ſit,quod perſonam non tranſgreditur, imo

in ſucceſſore per omnia iſtis nouum creatur ſuprà de præben.
capitu.1.infrà,vt li. pen. capitu.ſi hi contra quos. in fin. libro.
6.&.qu.æſtio.1.Moyſes. Licet ſecus ſit in ſucceſsionibus hære
ditarijs,in quibus ſucceſſor ſecundus in iure primi ſuccedit.ff.
de iudic.tam ex contractibus.Et idem in iure proprietario rea
li,ſeu perſonali eccleſiaſtico,vt ſuprà de officio. delegati. quo-
niam Abbas,vt lite pendente eccleſia maximè vniuerſali ſuprà
de teſtibus ſignificauerunt cum ibi nota. In alijs autem modis
ſicut in ſucceſsione,& ſimilibus,licet perdatur ius, dum tamē
aliàs legitimè fiat: non tamen ipſa poſſeſsio, niſi hoc per ſen-
tentiam iudicis declaretur: vel niſi euidenter appareat poſsi-
13 dentem habuiſſe pro derelicto facto vel verbo. † Cum ſemel
poſsidens,ſemper poſsidere præſumatur ſuprà de priuileg. du
dūm infrà de præbend.licet epiſcopus.de hæreticis cum ſecun
dum libr.6.inſtitu.de rerum diui.§. ſi.ſecundum. Goffred. de
hoc tamen vtrum ſemel poſsidens ſemper præſumatur poſsi-
dere vide per Ioann.& Archidiac.7.quæſtio.1. pontifices. per
Bernard.ſuprà de reſtitut.ſpoliato.cum ad ſedem.ſuper verbo
diutius & ibi dixi. Vnde dicit Guilielm. quod illa quæ conſtat
vacare de iure & de facto, cadunt in dicta indulgentia. idem
in hoc Goffred.& Ioan.in dicto.capitu.ſi propter ſuper verbo
vacabunt.etiam ſi vacent per permutationem, cum ibi inter-
ueniat reſignatio in manu prælati,vt infra, de rerum,permut.
capitu.licet.libr.6.quod Guiliel.in dicto.cap.ſuſcepti.credit ve
rius de rigore iuris,ſed de æquitate credit contrarium.Primò,
per rationem.capi.infrà de præben.ſi tibi conceſsio.libr.6.Se-
cundò, nam permutatio initium efficax non capit ex mutuo
conſenſu permutantium ſed ex traditione rei: nam antequàm
habeas meam præbendam,& ego tuam non eſt completa per-
mutatio.Licet ſecus ſit in emptione & venditione, quæ habēt
initium efficax ex ipſo conſenſu.ff.de rerum per.leg.1.§.item
emptio. Si ergo adeptio ſola rei permutatę hunc contractum
perficiat, clarum eſt quod antea nihil quod poſsit dici vacans
reperitur,cum ſit in pendenti,nec etiam re adepta, cum ſit iā
poſſeſſum, & ſic non inuenitur aliquod inſtans vel momen-
tum quo iſta beneficia vacauerunt. Idem tenet ipſe Guiliel.de
Mon.lau.& Gencel.extra de rerum permu.cap.ne conceſsio-
ne.ſuper verbo reſignata.in clem.dicentes,quod licet de rigo-
re iuris fructus huiuſmodi beneficiorum ad priuilegiatum ſpe
ctent,de æquitate tamen ſcripta dictorum. capitu. ſi tibi con-
ceſſo.licet ne conceſsiune.ſecus erit,ita quòd æquitas illa ſcri-
pta præferetur rigori.C.de iudic.placuit.ſuprà de tranſacti. ca.
vltim.durum enim eſſet ſi fructuaretur fructibus primi bene-
ficij & ſecundi.& hoc credo verius.Et idem quod in permuta
tione poteſt dici in tranſlatione, ſiue mutatione quæ fit ſupe-
rioris auctoritate.7.quæſtio.1.mutationes & capitu. ſcias ſcili
14 cet, quod non contineatur in indulgentia. † & ſi contrarium
diceretur iam tales ſic tranſlati deciperentur, ſine iure ſuo de-
fraudarentur ſine aliqua culpa ſua, quòd eſſe non debet 56.di-
ſtinctio.ſatis peruerſum.& hoc tenet.Goffred.in dicto.capi.ſi
propter ſuper verbo vacabunt.Sed Ioan.Andrea.ibi contra, cu
ius opinio poteſt eſſe vera in tranſlatione quæ fit de volunta-
te,& ad inſtantiam tranſlati.argumen.ff.de reg.iu.l. factum cui
que.& l.quod quis ex culpa ſua.Opinio vera.Goffr. in illa quæ
15 fit motu ſuperioris,non ad inſtantiam tranſlati. † Item benefi
cia commendata non cenſentur vacantia ſecundum Vincen.&
Ioan.Andre.hic:idem Guiliel.naſo Hoſtienſ.Gar.Cardin.Go.
& Ioan.Andr.infrà de electi.nemo deinceps.ſuper verbo com
mendare.libro.6.quia iſte titulus canonicus eſt ſicut & alij.21.
quæſtio.1.qui plures ſuprà de elect.dudum.2. Item non cenſe
tur vacare ſi depoſitū reſtituit epiſcopus: ſuper quo vide quod
no.de reſcrip.quamuis libr.6.Quod intelligit Vincen. & Ioan.
Andre. hic poſt eum hoc quando non inuenit locum occupa-
tum ipſe reſtitutus,aliàs ſecus. Illa vero beneficia quæ vacant
de iure tantum non de facto: vel de facto tantum & non de iu
re,non cadūt in dicta gratia, per iura alle.Sed nunquid collecto
res fructuum huiuſmodi poterunt ſine alio ſpeciali mandato,
poſito etiam quod ſint dati à papa,& ſit eis data plena compul
ſio cum clauſula,contradictores &c. beneficia quæ vacant de
iure non tamen de facto, vocatis partibus declarare vacantia,
& vt talia occupare. Et videtur quod ſic cum executores gra-
tiarum,& legatus ſedis apoſtolicæ præmiſſa cum cauſæ cogni
tione hoc poſsint,& etiam ſimplex ordinarius, iuxta ea quæ l.
& no.infrà de offic.le.capitu.officij. & de præben. licet epiſco
pus.lib.6.Sed contrarium credit Guiliel.in dicta extrauagan.ſu
ſcepti.ſuper verbo collectores.niſi amplius continere,eorum
litera quam officium eorum requirat,cum ad colligendum va
cantia ſimpliciter dati ſunt,& ad compenſandum rebelles ſ.p.

hoc,& res poſſeſſa per aliquem non dicatur plene vacare,dum
tamen poſſeſsio ſit aliquo iuris adminiculo fulcita, quia aliàs
forſan ſecus,ſi poſſeſsio eſſet nuda,probatur ſuprà de reſti.ſpo
lia.ex parte quod in fin.glo.de conceſ.præbend.cum noſtris. &
capitu.literas.Officium enim ad certum vſum datum non de
bet ad alium penitus diuerſum extendi, vt ſuprà de ap. nouit
in cōtrarium autem allegata in ſuis caſibus ſpecialibus locum
16 habens.† Sequitur de quartò ſcilicet,qui fructus veniant in tali
indulgentia,& tunc refert,aut per indulgentiam ſeu priuilegiū
priuilegiatus debet percipere omnes fructus pro certo tempo
re,& tūc tenetur omnia onera ipſius beneficij ſupportare, pu
ta unerum iurium epiſcopalium ſoluendorum.& hoſpitalitatis,
tenendæ ſuprà de ſuppl.negli.prælato.capi.ſicut de præben.de
monachis, & cenſus eccleſiaſtici ſoluendi ſuprà de cenſibus
capi.1.fabricæ & receptionis legatorum, & nunciorum ſedis,
apoſtolicæ.eodem.titu.cum inſtantia.& capitu.procurationes.
Tum quia qualibet res tranſit cū onere ſuo ſuprà de decimis,
17 cum non ſit in homine.§.fina.† Tum quia nec fructus intelli-
guntur niſi deductis expenſis.ff.ſolut.matri.l.fructus. de peti.
hæredi.l. ſi à domino vel à patre.§.fin. & legibus ſequen.C.de
fruct.& lit.expen.l. 5.extra de ſequeſtra.poſſeſ. capit. vnico cir
ca princip.in clemen.Nullus enim caſus interuenire poteſt qui
hoc genus deductionis impediat.ff.fami.erciſcund.le. fundus
qui dotis nomine.ſecundum Hoſtienſ.hic: pro quo eſt caſus,
hodie in dicta extrauagan.ſuſcepti.§.nullis verò verſicul. quod
18 ſi alteri.† Aut per indulgentiam vel priuilegium debet perci-
pere partem fructuum tantum,puta decimam, vel etiam dimi
diam,& tunc non ipſe ſed beneficiatus ſeu alius percipiens aliā
partem,tenebitur omnia onera ſupportare,vt in dicto.§.in il-
lis vero.quod dic.vt ibi per Gencel.ſuper verbo alijs oneribus.
Sed nunquid iſti priuilegiati ſeu collectores fructuum, pote-
rūt ſuo tempore ſcindere nemora cedua,vel alta, vel pulchras
arbores, vel euacuare ſtagna de groſsis piſcibus ꝑ multos an-
nos nutritis.videtur quod ſic, quia quicquid fructuum nomi
ne vtiliter ſuo tempore euenit, totum ſuum eſt oneribus ſup
portatis,vt in dicto.capi.præſenti.§.porro. Cōtrarium videtur
quia ſine quibus deterioraretur proprietas non cadunt ſub fru
ctuum nomine,vt ff.de vſufru.l.ex Sylua. & l.ſed ſi grandes.&
l.arboribus in princip.de cenſibus.l.forma. Videtur dicendum
ſecundum Guiliel.in dicta extrauag.ſuper verbo collectores,
in fin.quod magna nemora, & arbores non ceduas, non vaſta
bunt,nec etiam cedua, vel ſtagna. niſi quatenus augmentum
ſeu emolumentum eorum tempori. Iſtis competenti poterit
adæquari,ad inſtar mariti fructus dem dotis lucrantis argum.
ff.ſolu.matrim.l.diuortio.in princip.& §.non ſolum. Item ſi con
tingat in primo anno bis vacare beneficium,ille cui primi an-
ni fructus competunt,habebit fructus à tempore primæ vaca-
tionis,vſque ad ſecundam & à ſecūda per totum annum com
pletum per.l.ff.ad turpil.l.in ſenatus.§.vltim.vt no. Guiliel. in
dicta extrauagan.ſuper verbor.aut alterius. idem in ſimili not.
Ioan.Andr.ſuprà de electio.cum in cunctis.§.clerici. ſuper ver
bo triennium vbi de hoc plene.& extra de magiſtris.cap.cum
ſit nimis ſuper verbo ſequentes in cle. Pro hoc etiam facit.ff.
ad.l.aqui.ita vulneratus.de mili.teſtamento.l.quod dicitur.§.1.
de leg.1.l.huiuſmodi.§.cum pater pro filia.de carb.edic.le.3.§.
fin.& l.ſequen.de re iudic.l.4.§.ſi quis condemnatus. in fin. ad
l.Iul.de adul.l.mariti.§.prætereà.& ĵ.de cēſibus.c.fœlicis.§.adij
cientes.lib.6.Licet ſint argumenta contra.ff.ſolu.matrim.l.di
uortio.§.quod in anno.de no.oper.nun.l.de pupillo.§.ſi in plu-
ribus.ad turpil.l.1.§.ſi plura.cum ibi alle.& contra id quod no-
19 tat ipſe Ioan.Andre.in dicto.cap.facit,quod par delictum pari
pœna puniri debet.c.de epiſ.& cler.l. ſi quanquam in fi. in aut.
vt fratrum filij. §. fin. colla.9. 24.quæſtio. 1.non auferamus in
fin.infrà de pœnis.capitu.fœlicis.§.præmiſsis.libro.6.Sed non
obſtant,quia hic & in glo.prædict.Ioann.Andre.loquimur de
perceptione diuerſorum iurium ſeu impune diuerſarum pœ
narum temporalium,ſeu ad tempus, quæ per concurſum, &
confuſionem temporis confunduntur pro rata temporis con
currentium,& coincidentium,ſecus in contrarijs.Et iſtam di-
ſtinctionem potes extēdere ad fructus beneficiorum debitos
alicui ad certum tempus de conſuetudine vel ſtatuto, vt le.&
not.in dicta extrauagan.ſuſcepti.† Et eſt aduertendum vtrum
tempus adijciatur vacationi an perceptioni,facit ſuprà de pri-
uileg.porro.ff.de tranſact.l.de his.Nam in primo caſu priuile-
giatus habebit fructus primi anni beneficij vacātis vltima die
biēnij, & ſic in tertio anno fructus percipiet, in ſecūdo ſecus,
quia finito biennio finitur perceptio,vt hoc not.Ioan.Andr.in
d.c.ſi propter.ſuper verbo quinquennium.in nouella.

1 *Iuſtitutio extra numerarij an valeat.*
2 *Receptio extra numerum in mulierum monaſterijs non valet.*
3 *Capitulum an dignitatem conſtituat.*
4 *Epiſcopus præbendam auget.*
5 *Contrariorum non ſemper eadem diſciplina.*

1 TRanſmiſſæ. Ad euidentiam glo.2.† Si quæris vtrum receptio, vel inſtitutio perſonarum in eccleſijs, vltra quam poſſint
de ipſarum facultatibus ſeu prouentibus abſque
penuria ſuſtentari, valeat vel non, ipſo iure, diſtin
2 gue vt dixi.s.de præ.dilecto.diſti.2.in prin. † Vnde regulariter
valet receptio, præter quam in monaſterijs mulierum ordinũ
non mendicantium, vt.j.de ſtatu regularium.ca.periculoſo.§.
ſane.lib.6.vbi de hoc per Cardi.& Ioan.And.

3 Super eo.c. Ad declarationem gloſ. hoc etiam incidit alias inducte. † Si quæris capitulum poſ
ſit dignitatem nouam conſtituere, vel iam conſtitutam tollere
vel præbendas, ſeu numerum præbendarum augmentare, ſeu
diminuere in eccleſia, diſtingue vt dixi.s.de conſtitutio.capit.
ex parte.diſtinct.1. Vnde dicunt Vincen.Gofr.Hoſtien.& Io.
And.hic quod ad Papam eſt in talibus recurrendum, quod verum
eſt, ex quo hoc ſibi retinet vt hic dicit, & arg.s.de iure Pa
tro.cum dilectus de appel. vt noſtrum. in fine. vt lite pen.ec-
4 cleſia.2.primo reſponſo. † Alioquin Epiſcopus de conſenſu ca
pituli de his poterit ordinare, quod dic vt not.in dicto.capi.ex
5 parte.& de vi.& hone.cle.quoniam. † Et not.hic quod contrariorum
non eſt eadem diſciplina, vbi verba & mens reſiſtunt,
concordat.ſuprà de offic.lega.ſtuduiſti.& not.Ioan.Andr. extra
de ſenten.excom. capitu.ex frequentibus.§.nos igitur. ſuper
verbo obſeruare.in cle.

1 *Regulæ deſcriptio.*
2 *Regula ſignificationes.*

De regulis iuris. Rubrica.

1 ¶ Regula eſt quæ rem quæ eſt, breuiter enarrat. vt.ff.eod.l.
1.Et quod modis conſtituatur, vide per dynum.j.eo.in rubrica.lib.6.Et
quot modis dicatur regula, vide per Arcbi.3.diſtin.
2 canõ. † vbi dicit quod vno modo dicatur regula.i.ſpecialis norma
viuendi.54.diſtinct. multos. in fin.61.diſtin. bene nouit in
fin.Item regula, id eſt virga.i. quæſt.4.§. item pro peccato ciuium.
Item ſumitur regula pro iure communi.58.diſtin.ca.1.
Item pro regula eccleſiaſtica.47. diſtin. quoniam.1.q.2. ſaluator.ver.alioquin.&
quæſt.1.ſi quis Epiſcopus.Item dicitur regula
diffinitio compendioſa rerum vniuerſitatem complectens.6.q.1.quarto
&c.

1 *Res an diſſoluatur per cauſas per quas naſcitur.3.5.*
2 *Obligatio ſolutione tollitur.*
4 *Voto de obligatio quæritur.*

OMnis res. Si quæris vtrum omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per
1 eaſdem diſſoluatur, diſtingue.† Aut quæris vtrum
per eaſdem cauſas in numero, vel in ſpecie diſſoluatur,
per quas naſcitur & dic quod non. Vnde cõ
ſtat quod per eadẽ verba in numero, vel in ſpecie per quæ con
hitur matrimonium, de quibus ſupra, de ſpon.capi.ſi inter virum.primo.reſponſo.
& de ſponſ.duorum. capit.licet per eadem
non diſſoluitur, nec per eadem per quæ contrahuntur ſpõ
ſalia, de quibus in dicto.ca.ſi inter.§.verum ſi inter.per eadem,
diſſoluuntur, nec vt ſupra.de ſpon.capitul.2.& idem in alijs.C.
quando licet ab emp.diſce.l.1.&.2.Et eſt ratio, quia eadem cau
ſa.vel res non poteſt parere, ſeu inducere duos contrarios effe
ctus, vt.ff. de cõdi.inde.l.cum is.§.1.de ſolu.l.qui hominem.§.
fina.de condi.& de.l.cum tale.§.fina.26.diſtin.deinde.s. de baptiſmo.
maiores.& hoc tacite notauit lex.ff.eod.l. nihil tam na
turale eſt quam eo genere &c.quaſi dicat nõ eadem ſpecie. Aut
quæris vtrum diſſoluatur per eaſdem cauſas in genere.i.per cõ
trarias eiuſdem generis, ſicut obligatio verborum verbis contrahitur.ff.de
ver.oblig.l.1.& inſti.de verb. obli. in prin.& ver
bis.i. acceptilatione diſſoluit inſti. quibus modi ſol.ob.§. item
per acceptilationem.& tunc. Aut quæris vtrum diſſoluatur per
eaſdem cauſas.i.cõtrarias eiuſdem generis, per abnegationem
alterius modi diſſoluendi, hoc eſt quod alio modo diſſolui nõ
poteſt, & dic quod non eſt verum, vnde obligatio quæ conſen-
2 ſu nata eſt, verbis.i.acceptilatione diſſoluitur, ſed non natura
ſui ſed pacti.vt.ff.de reſ.in.ven.l.cum emptor. † Itẽ omnis obli
gatio tollitur ſolutione eius quod debetur, ſed non omnis ſic
contrahitur, inſti.quibus mo.tol.ob.in prin.Item & confuſione
tolluntur, vt.ff.de fideicom.l.hæres.& l.generaliter. & pecu
lium ſola voluntate reuocatur & diſſoluitur, ſed non conſtitui
tur ſola voluntate.ff. de pecu.l. non ſtatim & hoc notauit lex
quãdo dicit fere.ff.eo.l.fere quibuſcunque vt notãt Ber.& Ho.
3 hic, & in glo.in dicta.l.nihil tam naturale. † Aut quæris vtrum
diſſoluatur & diſſolui poſſit per eaſdem cauſas.i.cõtrarias eiuſ
dem generis nedum per alium modum, & tunc refert. Quia
quædam ſunt res vel actus in quibus contrarius actus cõgruus
interuenire non poteſt, ſicut patet in baptiſmo, in ordine, &
in alijs ſimilibus ſacramentis, quæ ſemel admiſſa.i.recepta nũquam
amittuntur.1.q.1.quod quidam.s. de diuor. quanto.§.
nam & matrimonium.& ar.15.q.7.capitu.Epiſcopus ſacerdotibus.&
c.felix. Et in ſigillo virginitatis, quod econuerſo ſemel
amiſſum nunquam recuperatur, quia nec contrarius actus
congruus interuenire poſſet.32.q.5.ſi paulus. Patet etiam hic,
vbicunque character imprimitur ſiue ſpiritualis vt probatum
eſt, ſiue corporalis vt per ſe patet, & not.s.de ſchiſmaticis.c.1.&
de crimine falſi ad noſtram.& talis res vel actus per cauſas con
trarias ſeu actus contrarios non diſſoluuntur vt in iuribus ſi-
le.ſm ho. hic. Quædam vero ſunt res vel actus in quibus con
trarius cõgruus interuenire poteſt, vt in contractibus & ſimili
bus, & tunc Aut contractus, vel actus non ſtat in finibus ſeu
terminis ſuæ natiuitatis, ſeu in eſſe productionis, ſed procedi-
tur vltra, puta ad traditionem vel executionem, & tunc nõ diſ
ſoluitur per cauſas contrarias: vt.C. quã licet ab empt.diſce.l.1.
in fi.& l.1.ff.de pactis.l.ab emptione.& s.de tranſla.Epiſcopi.c.
2.& §. ſicut autẽ. Aut ſtat in finibus ſuæ natiuitatis ſeu in eſſe
productionis, & tunc aut ex tali contractu vel actu ſic nato ſeu
in eſſe producto ius alteri quæritur quã contrahenti, vel in eſſe
4 producenti, & tunc non diſſoluitur per eaſdem cauſas. vt pa-
tet in voto, vbi Deo acquiritur obligatio.s.de voto.c.licet. &
c.magne.§.1.ver.ſane. Et in matrimonio ſpirituali ſcilicet reli
gionis ſaltẽ poſt lapſum anni.s.de regula. ſtatuimus. Et in Epi
ſcopali poſt confirmationem.s.de trãſlat.Epiſcopi.c.2.§.ſicut
autem. & ita potes intelligere omnia iura, ſeu omnes caſus in
quibus quis poteſt ligare, & non ſoluere, vel ecõtra, de quibus.
s.de ma.& obe.cum inferior & s.de ſen.excom. tua nos.& ca.
conqueſti. & in quibus ius ligandi vel ſoluendi deuoluitur ad
5 ſuperiorem. † Aut ex tali contractu vel actu non quæritur ius
alteri quam contrahenti, vel in eſſe producenti, & tunc vera eſt
regula quod omnis res eo genere diſſoluitur quo naſcitur, vt
hic, & ff.eod. nihil tam naturale.& l.omnia quæ iure.& l.fere
quibuſcunque.ff.de ſolu.l.prout quiſque. Vnde ſponſalia tam
corporalia quam ſpiritualia, ſicut ſolo conſenſu contrahuntur,
ſic & ſolo diſſenſu diſſoluuntur, vt le.& not.s.de ſponſa.capit.
2.& de tranſla.Epiſcopi.capi.2.§.1. Item ſicut poſſeſſio acqui
ritur corpore & animo, vt.ff.de acqu.poſ.l.poſſideri.& eodem
modo amittitur.ff.de acqui.poſ.l. quemadmodum. Sed contra
in dicta.l.poſſideri.§.in amittenda.ſol.ſecundũ Ber. Vin. Tan.
Phi.& Goffre.animo amittitur ciuilis poſſeſſio, ciuilis vero &
corporalis non, vt in illa.l.quemadmodum. Tu vero dicas ſecundum
Hoſtien.& Ioan. And.quod omnis poſſeſſio ſolo ani
mo amittitur, ſi poſſidẽs ab animo incipiat, vt in illo.§.in amit
tenda.Si vero incipiat à corpore, vtrunque requiritur, vt in di
cta.l.quemadmodum. & ſic in primo caſu fallit regula ſecun-
dum Hoſtienſ. Sed dic quod non fallit, quia non negat quin
per alias cauſas vel modos diſſolui poſſit, vt eſt dictum, & di-
ctam ſolutionem Hoſtien. ponunt Ioan.& ſecur. in dicto.§.in
amittenda.

EStote. Ad euidentiam huius.capitu.& materiæ ſuæ. Si quæris vtrum facta vel geſta de-
beant in peiorem partem interpretari, diſtingue vt
dixi.s.de cle.non reſi.cap.non liceat.

Super eo.c. Si quæris quando incertitudo, obſcuritas, vel ambiguitas, interpretatione indi-
gens, reperitur qualiter, & contra quem ſit interpretatio facienda,
diſtingue vt dixi.s.de ſponſali.capitulo, ex literis.

1 *Scandalum quando vitandum.*
2 *Veritatis diuiſio.*
3 *Veritas pœnarum ob ſcandalum omittitur.*

Qui ſcandi-

Vi ſcandalizauerit. Ad euidentiā† huius.capi. &
gloſſ.a. Si quæris quando ſcandalum eſt vitandū,
& quando non, diſtingue vt dixi.ſ. de renun.niſi
cum pridem.diſtin.2.& de no.oper nun.cū ex ini
uncto diſt.1.& gloſſā ſimilem huic ponit Ber.ſ.de renun.ſane
glo.ar.quod & c.De hoc etiam notan. Hoſt.& G.& Io.an.j.
de of.lega.cap.officij ſuper ſcandala.lib.6.vbi dicunt quod ſcan
dalum vitandum eſt dummodo Deus nō offendatur. nā Chri
1 ſtus ſapientia eſt,iuſticia,veritas,ſanctitas,fortitudo. 1.†queſt.
3.extimant.alias ſcandalum vlterius tolleratur, vt hic & ſecun
dum hoc dicunt intelligendum dicta.capi.niſi cum pridem.§.
pro graui,& cum ex iniuncto. de præſc.nihil. & de voto ma-
2 gne.De hoc etiam notat Guliel.de mō.lau. extra de immu.ec.
cap.quoniam.in cle.†dicens,quod quædam eſt veritas iuſticię,
quæ ſpectat ad iudicem,& iſta triplex quædam veritas iuris na
turalis,quæ in lege & in euangelio continetur,quę non eſt pro
pter euitandum ſcandalum dimittenda,vt hic.Et veritas iuſti-
ciæ iuris poſitiui quam quidem lator canonum poteſt deſere-
re & debet vt ſcandalum euitet, & ex cauſa temperare & con-
trarium ſtatuere,vt in dicto capit.quoniam & ſupra,de voto.
capit.1.& hoc propter ſcandalum dimittitur.Item primā non
tollit conſuetudo,ſed hanc bene tollit.ſ.de conſuetudine.cap.
vl.quod intellige ex cauſa maxima alias non:vt.ſ. de re iudi.ca.
cum æterni.in prin.lib.6.de accuſa.qualiter & quando.i.maxi-
mè in iure indiſpēſabili, & per cuius violationem iua tertij vio
laretur vt hic. Eſt & tertia diſciplina.i.correctionis & doctri-
nę,& hæc pertinet ad prælatum, tamen hæc quandoque omit
titur propter ſcandalum.puta quia multitudo eſt in cauſa.ſ.de
renun.niſi.§.pro graui.& de tempori.ordi. ſane.50.diſtinct. vt
conſtitueretur.vbi de hoc. Et intelligas quando multitudo ex
auctoritate ſua non defenditur,alias contra vt le.& no.44.diſt.
comeſſationes. Quod etiam intelligas verum de veritate ipſa
3 vt hic.†ſecus de veritate pœnarum.vt in c.comeſſatiunes.quę
propter ſcādalum omittitur vt dictum eſt in caſu in quo non
cadit compenſatio vel compoſitio vbi non curatur de ſcanda
lo.ſ.de tranſac.ex parte.

1 *Neceſsitas excuſat in factis ſine conſenſu*
2 *Neceſsitas non excuſat in damnatis lege diuina.*
3 *Neceſsitas excuſat in damnatis iure ciuili.*

Vod non eſt licitum. Si quæris quę, & in quibus
neceſsitas excuſat,diſtingue.Aut quæris vtrum ex-
cuſet à furto vel à rapina,& dic vt dixi. ſuprà de fur
tis.cap.ſi quis per neceſsitatē. Aut à participatione cum excō-
municatis,& tunc dic vt dixi.ſ.quod metus cauſa.factis. Aut
à fractione ieiunij,& tunc dic vt le.& not.ſ.de obſer.ieiu.cap.
2.& vt dixi in cap.conſilium. Aut ab homicidio,& tunc dic vt
dixi.ſuprà.de homici.capi.2.& cap ſicut dignum di.pe. Aut ab
1 alijs,& tunc,†aut quæris de his quæ fiunt de neceſsitate abſo-
luta & præciſa non inducente aliquem conſenſum, & talis ex-
cuſat,quia non debet dici quis perpetraſſe,quod nolens fecit,
vel paſſus fuit.nec debēt imputari quæ per arctationem abſo-
lutam fiunt, vt plene le.& not.32.quæſt.5. ita ne.cum concor.
alle.ibi in gl.fi.Et ſm Aug.peccatū eſt adeo voluntariū q̄ ſi nō
eſt voluntarium non eſt peccatum.15.quæſt.1.§.1.& c.1.& 2.
Aut de his quæ fiunt de neceſsitate cauſatiua inducante con-
2 ſenſum,& tunc † Aut quæris in his quæ ſunt damnata lege na
turali,vel diuina vt Chriſti negatio,homicidium,adulterium,
fornicatio,& ſimilia, in talibus nulla neceſsitas inducens con-
ſenſum excuſat. Quia potius debet quis quęlibet mala tolera-
re,quàm malo conſentire,vt in dicto.cap.ita ne.11.quæſt.3.ex
timant.3 12.lotharius. Non enim eſt ignoſcendum ei, qui ob-
tentu paupertatis turpiſsimam vitam elegit.ff.de ritu nup.l.pa
lam.§.non eſt Fallit in his in quibus eccleſia poteſt diſpenſare
& diſpenſat,quod dic vt le.& not.de con.diſtinc.3.peruenit ad
3 me.& de ferijs,licet.de pœnis.licet.† Aut de his quæ ſunt dā-
nata lege canonica,vel ciuili, & tunc regulariter neceſsitas ex-
cuſat vt.ff.C.& ſ.quod metus cauſa, per totum.de conſuetudi
ne quanto.de obſer.ieiu.cap.2.cum multis concor.alleg. hic in
gloſſ.1.& j.c.proxi.Et per iſtum textum dicunt Lau.& Archi.
a 1.di.denique. quod ſi ſubdiaconus, vel accolitus vult legere
lectionem abſente ſacerdote, poterit ei diaconus benedicere.
articu.93.diſtin.diacones.ſ.de vita & hone.cle.cap.3.

1 *Annuarum penſionum ſolutio pacificè diutiſsime facta ius*
tribuit.
2 *Solutio diutina violenter extorta non præiudicat.*
3 *Subditis in dubio contra dominos fauetur.*

Vod latenter. Hęc litera eſt ſatis ex-
preſſa contra ciuitatē
& dominos tā eccleſiaſticos quam tempora-
les,qui violenter conſueuerunt occupare loca,
talias,& exactiones,& annua ſeruitia extorque
re.Ad idem.1.q.1.nullus.10.quæſt.3.quia cognouimus.de cen
1 ſibus peruenit.de immu.ec.nō minus.& c.aduerſus.† Vnde &
ſi dicant quod talia perceperunt à tempore cuius non ſtat me
moria, attendendum eſt vtrum gratis, pacifice, & quiete hoc
perceperuut & habuerunt,& tunc videtur pro eis ſententian-
2 dum ſupra tit.proxi.ſuper quibuſdam,cum ſuis concor.† Aut
clam & violenter ſeu alias illicitè,& tunc videtur cōtra eos ſen
tentiandum vt hic, cum ſuis ſimilibus,& ſuper hoc inuenies
multa iura pro & contra no.ſ. de cenſibus peruenit,quod hoc
modo potes cōcordare. In dubio vero videtur pro ſubditis iu
dicandum,eſt enim præſumendum quod potius hoc præſtite
rint inuiti quam voluntarij ar.ff.de proba.cum de indebito.§.
ſi vero ab initio.de dona.l.filius fa.ſecundum Hoſtien.& Ioan.
Andr. poſt eum. Et in hoc concor.quod notat Inno.ſupra de
præſcrip.ſi diligenti.gloſſ.mirum videtur.verſi.item no.quod
& Spec.titu.de præſcri.ver.ſed vbi potius ex timore. & Ioan.
Andr.j.de præſcri.capitu.Epiſcopum. libro ſexto in nouella.
& Archid.18.q.ſecunda ſeruitium.

1 *Quæſtionis deſcriptio.*
2 *Quæſtio quando decernenda.*
3 *Indicia ad quæſtionem ſufficientia.*
4 *Quæſtio in quibus cauſis decernenda.*
5 *Quæſtio quibus decernenda*
6 *Confeſsionis in quæſtione factæ,effectus.*
7 *Tortus ſemel an iterum torquendus.*
8 *Quæſtio vt decernatur,requiſita.*

Vm in contemplatione. Ad euidentiā
materiæ huius.cap.ſi quæris quid ſit quæſtio,quid
tormentum,quando poſsit ad quæſtionem ſeu to
menta procedi, & in quibus cauſis,& quid ſit effe
ctus confeſsionis habitę per tormenta,& vtrum ſemel tortus
poſsit iterū torqueri,diſtingue. † Aut quæris de primo.ſ.quid,
1 ſit quæſtio,& dic quod quæſtio eſt inquiſitio quæ fit ad eruen
dam veritatem per tormenta,vel breuius,quæſtio eſt veritatis
inquiſitio per tormēta,vt.ff.de iniurijs.l.item apud labeonem.
§.quæſtionem.ad ſil.l.1.§.quæſtionem. Tormētum dicitur do
lor corporis,& in mala manſio,vnde & iniunia ſunt tormenta
vt not.in clem.de hæred,capit.1.eſt ergo tormentum torquēs
2 mentem,dictum à torqueo torques.† Aut quæris de ſecundo,
ſcilicet quando poſsit ad quæſtionem ſeu tomenta procedi, &
dic quod quando duo concurrunt quæ requiruntur ad hoc vt
homines poſsint torqueri. Primum eſt quod veritas alijs pro
bationibus probari non poſsit, cū quæſtiones ſint in ſubſidiū
introductę,vt.ff.de quæſtionibus.l.diu9.& C.de quæſtionibus
l.milites.& l.quotiens.5.quæſt.5.illi qui.Secundum eſt, quod
de facto illo procedant indicia vt hic, & in dicta.l.milites.& ff.
de quæſtionibus.l.1.& l.vnius.§.in ea cauſa.& l.fin. Et quod di
xi indicia Bernar. hic & Ioan.15.quæſtio.6.in ſumma.dicunt
præſumptionem ſeu ſuſpicionem.† Quæ autē indicia ſint ſuf-
ficientia nō poteſt.l.determinari,ſed examinationi & arbitrio
iudicis relinquuntur. circunſtantijs penſatis & viſis,quæ præ-
ſumptionem & ſuſpicionē faciunt,vt fama, inimicitiæ, minę,
fuga,& his ſimilia.ff.de teſti.l.3.§. tu magis ſcire potes. Licet
quidam dicant quod ea quæ faciunt ſemiplenam probationem
ſunt legitima indicia, de quibus le.& not.C.de iureiur.l.in bo-
nę fidei.ſ.de iureiur.c.vlt. Vnde & ſi dicatur quod vnus ſolus te
ſtis in criminalibus nō faciat ſemiplenam probationem, iuxta
not.ff.de excuſa.tu.l.2.faciet tamen competens iudicium,ſecū
dum Azo.in ſum.de quæſtionibus quod intelligo dummodo
aliæ,circunſtantiæ non reſiſtant.Et ſic etiam ſoluitur.ff.de quę
ſtionibus.l.maritus.nā ibi nō fuit quæſtio reprobata,quia vnus
teſtis non faceret indicium,ſed quia ancilla in pecuniaria cau-
ſa non debeat etiam indicijs præcedentibus in dominum tor
queri,vt ibi etiam not.G.in gloſſ.pe.& patet.C.de quæſtioni-
bus.l.1.Sed quod dictum eſt quod præcedere debeant indicia,
fallit in caſibus in quibus ſerui torquentur cōtra dominos,qui

leg.&

leg.& not. C. de quæſtionibus.l.1.& 12.queſt.2.ca.quæſtioné.
Item cum maritus dicitur vxorem occidiſſe, vel econtra.C.ad
l.cor.de ſica.l.vl.Item cum agitur de domino occiſo, vt.ff.ad ſil
lanianum.l.& ſi percuſſor.§.1.& hoc not.Ioan.in d.capi.quæ-
4 ſtionem.†Aut quæris de tertio.ſ.in quibus cauſis, & dic breui-
ter quod dicẽdum eſt quod tam in criminalibus quam in ciui
libus cauſis poteſt procedi ad quæſtionem, vt.C.de quæſtioni-
bus.l.3.& l.pridem.placuit.& l.cum teſtamentum. Et in hoc
concordat Hoſtien.hic, dicens quod in foro eccleſiaſtico lo-
cus eſt quæſtioni non ſolum de laicis, ſed etiam de clericis vili-
bus tamen & ſuſpectis, dũmodo ex cauſa fiat, & quod ſit quæ-
ſtio moderata.ar.in eo quod le.& not.ſ.de crimine falſi ad au-
dientiam de raptoribus in archiepiſcopatu. Et hoc etiá ve-
rum eſt non ſolum cum de crimine quæritur, ſed etiam ſi de
pecunia agatur.ar. hic & in eo quod leg. & not.ſuprà depoſi.c.
5 1.†Aut quæris de quarto.ſ.qui homines poſsint torqueri, & ad
uerſus quos, & tunc refert, aut quæris de laicis, aut de clericis.
ſi de laicis, tũc aut ſunt liberi, aut ſerui. Si liberi, aut ſunt in di-
gnitate conſtituti, & tales nõ torquent.C. de quæſtionib.l.mili
tes.& l.diuo marco.& facit.45.di.cũ beatus.Per hoc dicũt qui
dá idẽ in clerico, cũ miles cœleſtis ſit.ſ.de cle.ægro.c.1.alij ſpi-
ritualiter id putant de presb. per.l.presbyteri.C.de Epi.& cle.
canonizata.5.queſt.6.ca. quia.§.presbiteri.Sed Hu.dicit etiam
presbyterum ſuſpectum torqueri & lex illa loquitur de non
ſuſpecto, vel coram iudice laico.cum etiam ſacerdos fortius a-
lio peccet in celando dicenda vel in publicando celanda.ſupra
de exceſsi.prela.quam ſit graue.10.q.7. ſacerdos. ergo priuile-
gium in hoc perdet. Quod dixi in militia vel dignitate conſti
tutos non torqueri, fallit in certis criminibus, vt læſæ maieſta-
tis, proditionis, & ſimilibus, vbi etiam minor ætas non iuuat.
ff.de re mili.deſertorem.§.is qui.& l.proditores.de quæſtioni-
bus de minore.& l.ex libero. Torquetur etiá decurio in caſu.
C.de falſis.l.ſi quis decurio.Aut non ſunt tales, & tunc, aut pe-
tuntur torqueri in ſeipſos, aut in alios, ſi in ſeipſos tunc, aut in
ciuilibus cauſis, & non poſſunt, aut in criminalibus cauſis, &
tũc ſi illa duo interueniũt de quibus.ſ.dixi.ſ. qđ alijs probatio
nibus veritas non poſsit haberi, & quod legitima ſint indicia,
tunc poſſunt torqueri vt.C.de quæſtionibus.l.3.& l.milites.2.
reſpon Si quæris vtrum poſsint torqueri in alios tanquam te-
ſtes, refert, aut eſt vilis perſona, & tũc ſiue in criminalibus, ſiue
in ciuilibus non recipitur niſi cum tormentis.2.quæſt.1.in pri
mis.in fine.4.q.3.c.ſi teſtes.§. ſi ea autem rei, quæ eſt lex.ff. de
teſ.l. ob carmen.§.2. & ſecundum quoſdam demum ſin ſubſi-
dium, in aut.de teſti.§.1.col.7.Aut non eſt vilis perſona, & tũc
poteſt torqueri ſi duo interueniunt.ſ. quod vacillet. facit.ſ.de
pœnis ſuper his & quod interfuerit facto.ff de quæſtionibus.
ex libero.& l.vnius.§.1.& 2.facit.ſ.de teſti.cogẽ. ſuper eo. niſi
improbetur.Aut propter habilitatem perſonę, vt quia minor,
vt in d.l.ex libero.& eo.tit.l.de minore. Aut propter inimici
tias, aut propter aliquam aliam conſiderationem: vt.ff.de quæ-
ſtionibus.l.ſ.§.præterea.& §.idem eſt in homine.Si ſunt ſtatu
liberi, tũc dic idem quod in liberis dictum eſt.eo.l.ſtatu liberi.
Si ſunt ſerui tunc, aut petitur ſeruum torqueri contra extra-
neum qui non eſt dominus, nec vnquam fuit: aut contra domi
nũ præſentẽ vel præteritũ.Si contra extraneũ, & tunc torqueri
põt præcedentibus tamen indicijs, & in ſubſidium vt.ſ.dixi.
Si cõtra dominum refert, aut ſeruus interrogatur de facto cõ.
muni domini & ſerui; & tũc torqueri põt: vt.C.de ſeruis ſugi.
l.quicunq;.§.vl.ff.de edi.edi.l.quæro.§.vl.& de quæſtionibus.l.
1.4.q.4.c.ſi teſtes.§.itẽ ſerui. Aut interrogat de facto extranei
& tunc, aut dubitatur in dominio, & tũc ratione dubij poteſt,
vt in d.l.cum teſtium.C.de quæſtionibus.C.de rei ven. cũ ſu-
per.Aut certum eſt quod dominus vel fuit, & tunc refert, aut
petitur ſeruus contra dominum in cauſa pecuniaria, & nõ po
teſt, vt.C.eo.l.1.in fin.Aut in cauſa criminali, & tunc non po-
teſt exceptis quibuſdam criminibus enumeratis.C.de quæſtio
nibus.l.1.in textu & glo.1.in crimine adulterij, fraudati cenſus
læſæ maieſtatis, principis, republicę, vel illorũ qui ad latus prin
cipis militant, vel ſi coniunx coniugem, vel ſocium occidiſſe
dicatur.Quod de domino dixi, intelligas de ſingulari, ſeruus
enim vniuerſitatis vel corporis contra ſingulos de vniuerſita-
te, vel corpore torquetur: quia non ſingularium ſed corporis ſe
ruus eſt.ff.eo.l.1.§.ſeruum. 12. q.2.ca. Epiſcopus.§.qui manu
mittitur.Item quod dixi de ſeruo intellige de illo qui tempore
accuſationis inchoatę meus erat, ſecus ſi poſt ea meus eſſe inci
6 piat.ff.de quæſtionibus.l.1.§.ſed eum.†Aut quæris de quinto.
ſ.quis ſit effectus confeſsionis habitę per tormenta, & vtrum
fidem faciat, & tunc refert, aut vltro perſeuerat in confeſsione
ſua, aut non.Si vltro perſeuerat in confeſsione ſua: tunc aut cõ
tra ſeipſum & tunc ſibi præiudicat, vt.ff.de quæſtionibus.l.1.
§.ſi quis vltro.talis enim ore ſuo iudicat cauſam ſuam, ſicut di
citur de Papa.21.diſt.c.nunc autem.ibi tuo ore iudica cauſam
tuam, non noſtro iudicio &c. Aut eſt confeſſus contra alium,
& tunc eſt reſpiciendum an perſona talis fuerit quæ potuit ſu
ſtinere tormenta, vt.ff. de quæſtionibus.l.1.§. quæſtioni. & de
edi.edic.l.quæro. in fin. Si non perſeuerat vltro in confeſsione
ſua tunc non valet, vt.ff. de quæſtionibus.l.1.§.diuus Seuerus.
& §.ſi quis vltro.Sed forte fallit in caſu quem no.gl.ff.de adu.l.
capite quinto.gloſſ.fi.Et dic quod dicitur quis vltro perſeuera
re in confeſsione, quando non territus tormentis hoc facit, &
hic quando eſt extra locum tormentorum ita quod ea non vi
deat, alias ſi eſt prope, & videt tormenta ſemper præſumitur,
in tormentis confiteri, vt.ff.de incendio ru.nau.l.1.§.incẽdio.
7 †Aut quæris de ſexto.ſ. vtrum ſemel tortus poſsit iterum tor
queri, & dicit Odoſ.quod ſic, ſi noua indicia emergunt, vt quia
dicit tortus quod fuit ſolus, & reperitur contrarium, vel ſimi-
lia alias non. Vnde dic quod ſi ſit alia coniectura de nouo, quòd
poſsit fieri repetitio tormentorum.arg.ff.de quæſtionibus.l.re
peti.& l.vnius.§.1.de dam.infec.l.qui bona.§. ſi quis ſtipulatu
rus.in aut.vt iudi.ſine quoquo ſuf.fiant.§.ſin autem vbi dicitur
& non quieſcant &c.Alias ſufficit ſemel arg.ff.de verſi.ſig.l.bo
ues.§. hoc ſermone. Et quia ſic eſt in teſte.ff.de teſtibus.l.pro
duci. licet aliqui iudices hoc male ſeruent. pręmiſſa in effectu
ponit Cynus.C. de quęſtionibus.l.fin.& Ioan.An.hic poſt eũ.
8 †Ex premiſsis potes elicere breuiter quod ad hoc vt poſsit pro
cedi ad quæſtionem, & vt confeſsio facta in quæſtionibus va
leat octo requiruntur.Primum quod præſumptiones vel ſuſpi
ciones præcedant, vt.ff.de quæſtionibus.l.1.in princip.& C.de
quæſtionibus.l.1.& l.milites. Secundũ quod deficiant alię pro
bationes.ff.de quæſtionibus.l.edictũ.& l.diuus. Tertiũ, quod
fiat in genere.ff.eodẽ.l.1.§.quæſtionẽ.& intellige vt ibi. Quar-
tum, quòd præcedat cognitio & interlocutio iudicãtis de quę
ſtionando. quod intellige quando agitur ad inſtantiam partis,
quia tunc præcedere debet interlocutio.de ap.reci.l.2. ſed quã
do agitur ex officio non requiritur tanta ſolennitas nec inter-
locutio.ff.de quæſtionibus.l.vnius.in fi.Quintũ, ꝙ non ſit per
ſona priuilegiata.C.eo.l.milites.& l.diuo.& l.decuriones.Sex-
tum, quod reſpondeat ad interrogata, ar.ff.de quæſtionibus.l.
vnius.§.ſi vero.& l.1.§.ſi quis vltro.& §.diuus.Septimũ, quod
ſit habita quæſtio in caſu nõ prohibito, vt.ff.de quæſtionibus
l.diuus.§.ex quibus cauſis.Octauum perſeuerantia in dictis, vt
in d.§.ſi quis vltro.& de iſta materia vide quod no.gl.15.queſt.
§.illi qui.15.quæſtio.6.in ſum.& ſ.depo.capit.1.in fin.

1 *Prælatus an ob negligentiam remouendus.*
2 *Prælatus an ob ſenium remouendus.*
3 *Prælatus an ob ægritudinem remouendus.*
4 *Prælatus an ob ſimplicitatem remouendus.*
5 *Epiſcopus doctus eſſe debet.*

QVamuis. Ad euidentiam gloſſ.in ver. & ta-
les. Si quæris vtrum prælatus pro
pter negligentiam, ſenium, ſeu ægritudinem, ſim-
plicitatem poſsit & debeat remoueri, Diſtingue.
1 †Aut quæris de primo.ſ. vtrum debeat remoueri,
propter negligentiam, & dic quod ſic.49.di.capit.fin.in fin.81.
diſtin.dictum & 1.quæſt.1.ecce cum honoris. Et etiam excõ
municari.1.quæſt.1.quicquid, vbi hoc not. Ioan. ſuper verbo
excommunicationi. quod intelligit Hoſtienſ.ſ.de ſtatu mo.c.
fin.§.quod ſi abbas quando negligentia eſt magna & ſupina, vt
2 le.& not.eod.ti.cũ ad monaſterium.§.pe.ſecus ſi modica.†Aut
quæris de ſecundo ſcilicet vtrũ debeat remoueri propter ſe-
nium, & dic quod non.arg. eorum quæ le.& not.ſ. de renun.
c.1.quoniam regulariter flagellatis ſiue afflictis à Deo, ſiue à
natura non eſt addenda afflictio.7.quæſt.1.cum percuſsio. Prę
terea ex eo quod prælatus patitur inuitus ſine culpa ſua, ſed ex
defectu naturæ, iniuſtũ eſt vt pœnitus remoueatur à regimine
prælaturę.ad hoc.5.diſt.ad eius vero.ver.qui tamen. cum ſimi
libus, quod dic vt plene not.G.ij de ſup.neg.pręla.grandi.ad fi.
3 ſuper verbo aſſumptus lib.6.†Aut quæris de tertio.ſ.de ęgritu
dine, & tunc ſi ſine culpa ſua accidat, non videtur quod debeat
remoueri, vt plene no.G. in d.cap.grandi. ſuper verbo aſſum-
ptus. Tu tamen dic de hoc vt dixi.ſ.de cleri.ęgro.ca.g.conſulta
4 tionibus.di.1.†Aut quæris de.4.ſcilicet de ſimplicitate, & tũc
refert quia quædam eſt ſimplicitas quæ eſt contraria dolo.2.
quæſt.7.ſi cũda quippe.& illa eſt bona: vt.16.queſt.ſi cupis hoc
no.Ioan.

not. Ioan. 39 diſtinc. Petrus. Alia eſt ſimplicitas quę eſt contraria ſcieotiæ agibiliū in tēporalibus, quam ſciētiā debet habere prælatus. 39. diſt. in ſum. ibi, debent. n. prælati ſubditis non ſolum ſpiritualia, ſed etiam carnalia ſubſidia miniſtrare, exemplo Chriſti qui turbas ſequentes non ſolum verbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, corporalibus alimentis reficiebat, vt habetur originaliter Ioan. 6. c. Ad idem. 40. diſt. in ſum. ibi ornamenta Epiſcopali, virtutes debent intelligi, & ibi non enim loca ſed vita & mores ſanctum faciunt ſacerdotem. & Malach. 2. c. labia ſacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. & recitatur. 43. diſtin. cap. ſit rector. Et tunc dicit Ioan. ibi. & idem Archid. 38. diſt. ſedulo. gloſſ. adde dicunt quidam & 74. diſt. Epiſcoporum gloſſ. adde quod dicit textus. &c. quod propter ſimplicitatem quis iam promotus non deponitur, ſed datur ſibi coadiutor, vt in d. c. Epiſcoporum. & 7. q. 1. petijſti. in fi. c. & c. quia frater. 12. q. 2. vobis. Sed tñ promouendus impedit & repellitur, vt in d. c. Petrus. & 47. diſt. de petro. pro hoc Oſeæ. 4. c. & 38. diſt. c. omnes pſallentes. quia tu ſcientiam repuliſti & ego repellā te ne ſacerdotio fungaris mihi. & 1. ad Chor. 1. & 38. di. c. ſi. Iuxta apoſtolum Paulum. Chriſtus Dei virtus & ſapientia eſt, ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti. Et ſcias quod ſcientia eſt de mundanis, & ideo inflat. ſupra de renun. c. niſi cū pridem. §. pro defectu. ſapiētia vero de diuinis. i. charitas, & ideo ędificat, ita dicit Aug. 24. q. 3. de illis. & Ioan. de fa. & Archi. ibi ſed propter illiteraturam poteſt Epiſcopus petere licentiā reſignandi. ſ. de renun. niſi cum pridem. §. pro defectu. ſic ſcripſit Ray. io ſum. ſua in fi. illius rubricæ de prudentia ordinandorū. Et videtur velle quod remoueri nō non poſſit Epiſcopus pp illiteraturam, ſicut nec propter ſimplicitatem, cum tamen cōtrarium ſit expreſſum. ſ. de æta. & qua. cap. vl. ſecundum Goff. Et ibi no. Ho. quod euidens inſufficientia modis omnibus re
5 probatur in Epiſcopo, vt ibi. † nam igoomminſum eſt Epiſco
po cum ipſe deberet alios docere, ſi quærat ab alijs edoceri, in aut. de ſan. Epi. §. damus. col. 9. & 1. q. 7. conuenientibus. ad hoc Hie. ad ſuriam, detrimentum pecoris paſturis, ignominia eſt. & 36. diſtin. capitulo qui eccleſiaſticis. §. ecce. ibi, in pecore pontificis debet eſſe manifeſta cognitio veritatis, & ibi parati eſſe debetis reddere rationem omni petenti &c. & habetur originaliter. 1. petri. 3. capitulo hoc idem oo. Hoſtien. in ſumma de tempo. ordin. §. & cui. ſub. §. quarta regula. & Archid. in d. glo. adde dicuot quidam in dicto capit. ſedulo. Et vide quod nota. Ioan. Andr. in dicto. capitu. vlt. vbi quærit quid de illo qui ignorans grammatiam, ex vſu perfectè literaliter loquitur, ſi promotus fuerit ad dignitatem expiſcopalem, vel inferiorem an ſit deponendus. Ioā. de Deo in q. 26. lib. 1. tenet quod ſi in alijs eſt vtilis, oon deponetur reſpondens ad illam decretalē quod multa alia opponebantur contra ipſum vt ibi inducit, qd̓ ſcientes mentem iuris non ſcientiam tolerantur, vt in capitul. alle. ſedulo. ad idem. 19. quæſtio. 2. duo ſunt. de conſe. diſtin. 2. prima quidem. ff. de legibus. l. ſcire leges. Itē ſupplere poſſunt per alios, vt ſupra de offi. ordinan. inter cætera. quæ etiam de defectu ſcientię loquitur, propter quod dicebat coadiutorem dari poſſe. 7. q. 1. non autem. & capitul. quia frater. ſuprà de cle. ęgro.
6 ex parte. † Ad iura quæ poſſeot in contrarium induci. 25. diſti.
nunc autem. 8. q. 2. qualis. 61. diſtin. ſtatuimus. cum ſimilibus, reſpondebat quod loquunē io promouēdis. Dicit etiam ipſe Ioan. de Deo. q. 40. quod ſi abbas neſcit loqui latioum, ſi alias eſt bonus, remanebit abbas, & prædicet vulgariter, vt in prædicto. capitu. ſedulo. item poterit addiſcere in monaſterio. ſupra de renun. poſt tranſlatiooem. & ſi non poteſt addiſcere detur ſibi coadiutor vt in prexi. q. in abbatibus enim plus requiritur induſtria quam literatura. ſuprà ne cle. vel mo. multa. Item olim abbates erant laici. 93. diſtin. à ſubdiacono. In hic conuenit Bart. Brixien in quæſtione. Dominicali. 20. clericus quidam &c. tenens quod Epiſcopus redeunti de ſtudio cui contēplatione ſcientiæ, per quam ſperabat eccleſiæ ſuffragari contulit præbendam, licet illum poſtea pateat ignarum, præbendam auferre non poteſt, dummodo ſciat officium, allegat 38. diſti. quanto. & capit. quæ ipſis. & cap. ſe. Hæc Ioan. An. in prædi. ca. vl. & idem in hac q. dominicali Hu. Io. & Arch. 10. q. 1. placuit.

Super eo. c. Et eadem glo. in an. Si quæris vtrum præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur diſtingue vt dixi. ſuprà de poſtu. præl. ad hæc.

1 *Homagium pro ſpiritualibus non faciendum.*
2 *Obedientia pro ſpiritualibus facienda.*
3 *Fidelitas pro ſpiritualibus non præſtanda.*

INdignum. Si quęris vtrum quis pro ſpiritualibus homagium, obientiam
1 vel fidelitatem facere teneatur, diſtingue. † Aut quæ-
ris de homagio, & conſtat quod non, vt le. & no. hic, & ſupra de ſymo. ex diligenti. vbi de hoc, nec prodeſſet in hoc aliqua conſuetudo, quia tanquam iniqua præſcribi non poſſet, vt patet in eo quod le. & no. ſuprà de conſue. capit. 1. & fi. ſecundum Inno. Hoſtiē. & Ioan. Andr. hic. † Aut quæris de obedientia, & tunc aut quæris vtrum clericus teneatur facere obedientiam prælato ſuo pro ſpiritualibus. & dic quod ſic, vt ſupra de ma. & obe. capi. dilecti. de iureiur. ego. n. & cap. nullus de priui. antiqua. 23. diſtin. quanquam. ſecundum Ber. & Hoſtien. hic. Obedientia. n. extenditur ad ſpiritualia, & in his quę ad Deum pertinent, vel officium cuiuſlibet prælati, artic. 10. diſtin. ſuſcipitis. 11. q. 3. quid mirum. ad quam laici & etiam imperator tenentur. 63. diſtin. valentinianus ſuprà. de ma. & obe. ſolitę. ſecū dum Hoſt. Aut vtrum teneatur vel debeat facere obediētiam laico, ſeu ſeculari perſonæ pro ipſis ſpiritualibus, & dic quod oon, nam ſpiritualia nō poſſent ſubeſſe laicis, nec ſunt capaces talis iuris ſuperioritatis de iure communi. ſupra de conſti. ca. & eccleſię ſanctę marię. de arbi. contingit. de iudi. decernimus de pręſcri. cauſam quæ. 96. diſti. bene quidem. cum ibi not. Vnde apoſtolus noluit ſeruire regibus, ſed voluit honorari reges, & dicit regem veneremur. prima Pe. 2. capit. & 8. diſtin. quo iure. & Theodo. rex Deo inſpirante reſpondit oihil ad ſe præter reuerentiam de eccleſiaſticis negocijs pertinere. 17. diſtin. cap. concilia. §. hinc etiam. † Aut quæris de fidelitate, & tunc dic qd̓ pro ſpiritualibus præſtari non debet, ſicut nec homagium, ar. hic. Fidelitas enim dicitur iuſiurandum quod à vaſallo præſtatur ſuo domino poſt inueſtituram receptam, vt in lib. feu. quid pręcedere debeat, vtrum inueſtitura an fidelitas. capit. vnico. col. 10. Et continet ſex. incolume, tutum, vtile, poſſibile, conſilium, auxilium, de quo dic vt plene no. 22. q. 5. de forma. & per Hoſtien. in ſumma. de feudis. §. quid ſit. de hoc etiam tangit Guil. de mon. lau. extra de iureiuran. cap. vnico, ſuper verbo iuramenti, in clementi. Et in quo differat ab homagio, vide per. Goffr. de mont. laud. extra de reiudic. paſtoralis. §. denique. in clemen. &c.

¶ Hic ſit finis huius operis, quod ego Henricus Bohic ſeruus Chriſti Idiota, & ſufficiēs io oībus ipſo ſemper ducto inre, primo vtinam ad vtilitatem veſtram, vt aliorum in vtroque iure ſtudentium, memoriter ſcribere dignum duxi. Me excuſans dicto Hoſtienſ. & Ioan. Andre. ſuprà vt eccle. benefi. ſine dimi. con. capitulo vno, in priocip. ſuper verbo profutura. vbi not. excuſabiles multa ſcribentes, quæ licet prouectis non ſiot neceſſaria, nouis & poſteris poſſuot eſſe profutura. alleg. ſuprà de pe. Deus qui. inſtit. de iuſtit. & iur. §. igitur. de lega. §. ſed ne in primis. Item Leo, melius eſt doctos onerare ſcitis, quam iuuenes fraudare dicendis: cui bene concordat. 13. quęſti. 2. non extimemus. Specialiter de inſufficientia doctorum, quæ non ſolum ex ignoraotia prouenit, ſed etiam ex properantia operis conſummādi, timeos propter mortalitatem vniuerſalem quæ hoc anno viguit, & ſpecialiter in has vrbe, ne ante ipſius conſummationē naturæ debitū perſoluiſſem: quod omnibus eſt commune. Vnde. 2. regum. 14. capit. omnes morimur, & quaſi aquę dilabimur in terram quæ non reuertentur. Et Seneca, moriens, & reſpondet, hac conditione intraui, vt exirem: gētium lex eſt quod acceperis reddes ſtultū, eſt timere quod vitari nō poteſt. illud non abſtulit qui diſtulit, nec primus nec vltimus, omnes te anteceſſerunt, omnes te ſequentur: vt not. Hoſti. & Ioan. Andr. ſuprà de teſta. Raynal. Cuius operis lector non me talem qualem ſcriptorem, oeque paruitatem meam conſideret, contra Hieror. dicen. ad Alexan. oon doctoris opinio, ſed doctrinę ratio pōderanda eſt. Et cōtra apoſtolū. 1. ad Chorin. 3. 19. diſtin. capitulo. ſecundum. ergo plantaui, apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. A Deo autem non quæritur quis, vel qualis prædicet, ſed quæ prædicet: quo enim quiſque maiori ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba eſſe videntur. 20. diſtin. in ſum. Et ſi conſideret non contemnat, ſed attendens dictatorem quem operis totius fieri optatiui auctorem & præſulem mordere timeat. Vnde Gregorius, valde perfectorum ſit oſtenſo opere auctoris gloriam quærere, vt de illata laude priuata neſciant exultatione gaudere, & ideo opera ſtudio occultentur, neceſſitate publicentur, vt eorum occultatio ſit cuſtodia propria, & eorum publicatio vtilitas aliena. Si tamen alicui oſclus in ſuperiori-

bus ſibi

but ſibi reuelatum fuerit, exploſis temerarijs reprehenſionibus fraterna charitate, inuidioſa mordacitate corrigat, & emendet, quicquid ſibi videbitur corrigendum, vel etiam emendandum. iuxta illud apoſtoli. 1. ad Theſſa. 5. capitulo. & 55. diſt. cap. ſancta romana. omnia probate, quod bonum eſt tenete. Nam qui ſubtiliter factum emēdat, laudabilior eſt eo qui primus inuenit: C. de veter. iur. enu. l. 1. §. ſed neque. Vnde quod plus eſt, & facit pro compilatoribus, dicitur ius ciuile papinianum, cui Papinianus nil addit, ſed compoſuit. ff. de ordinan. iur. l. 2. §. 1. conſideret quæ qui melius ſapit, quam hoc ſibi Deus reuelauit ad Philip. 3. capitulo. 1. ad Corinthio. 7. 9. diſtin. noli frater. 95. diſtin. eſto ſubſtiectus. in fin. & not. Goffre. & Ioan. Andr. ſupra de reſtitu. ſpoli. literas. §. nos autem. Vnum præcauēs quod fideliter recite: dicta aliorum, ſicut vellet recitari ab alijs dicta ſua ad inſtar Auguſtini. 9. diſtin. neque quorumlibet. Quia vt dicit Terentius in comedijs, nihil eſt quin male recitando poſſit deprauari. Quod opus ſi qui emuli detractores, & inuidi, qui ſæpe rodentes ore canino in publico detrahunt, quod legunt in angulo, prout dicit Hier. in prin. paralipomenon, amore legerint, & acuato vulnere contra me tāquam ſcorpiones inſurrexerint, Rogo vos dilectiſsimi quatenus ad inſtar Caſſij iuriſconſulti, qui ſententiam Sabini magiſtri ſui laudabiliter excuſauit, eis reſiſtere, & obijcere vos velitis, & obtractatorum latratibus refrenandis, vox veſtra velut lapis validus emittatur. Quod opus ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto operante terminaui, currente anno à natiuitate ipſius domini. M. 300. 49. in feſto beati Mathei Apoſtoli & euangeliſtæ, cuius eccleſiā in partibus Britanniæ in finibus terrarum. vnde ſum oriundus, mirifice collocauit alpha & omega. i. principium atq; finis: vt. 35. diſ. ab exordio. ſupra de ſum. trinit. capitulo. 2. qui etiam medium eſt: vt. 10. diſtin. quoniam. 11. quæſtio. 3. quid ergo. Et citius terminaſſem, niſi fuiſſent guerræ, & aliæ tribulationes, quæ me aliquandiu occuparunt, tribulatio enim ad multa prodeſt, vt not. Archid. 7. quæſtio. 1. aduerſitas. gloſſ. a.

Cœterum. Dilectiſsimi domini, cum ſit ſcriptum eccleſ. capitu. vlti. danti ſapientiam dabo gloriam: & 1. ad Corinthi. 10. Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud faciatis, omnia in gloriam Dei facite. Et iterum, omnia quæcunque facitis aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agētes Deo, vt probatur Actuum. 17. & ad Colocen. 3. & tranſumptiuè legitur. 26. quæſt. 5. non licet. & quæſtio. 7. non obſeruetis. in fina. Nam in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus, vt in dic. capitulo. non obſeruetis, & ab ipſo omne donum optimum, & perfectum noſcitur deſcendiſſe, vt. 1. quæſtio. 2. quam pio. Ad hoc enim tenetur quilibet eruditus, vt de ſcientia ſibi data à Deo, qui eſt ſapientia, iuſticia, veritas, ſanctitas, fortitudo, vt habetur originaliter ad Heb. 7. & 10. 12. & tranſumptiuè lec. 38. diſt. ſi iuxta. 56. diſt. naſci. 11. quæſt. 3. extimant. Primo gratias agat Deo qui ſcientiarum dominus. 1. regum. 2. capitulo & in pſal. Exultauit cor meum, & qui cuncta largitur propter quæ nulla creatura poteſt tantum Deum diligere, quantum eſt diligibilis. Hinc Bernar. de diligendo Deum, cauſa diligendi Deum eſt modus diligere ſine modo, vnde de ipſo verè poteſt dici, quod omnia prudentiæ ſuæ ſunt cognita. 25. diſtinctio. perlectis in princip. Deinde miniſtris eius, à quibus edoctus eſt, nec aſcribat ſuæ prudentiæ, vel ingenio, quod poſſidet. Nam ſi gratias non egerit, & ſcientiam Dei ſibi vendicauerit, in penuria maledicetur, ſecundum Hierony. ſuper malachiam. & habetur. 16. quæſtio. 1. reuertimini. Omnis enim ratio ſupernæ, vel terrenæ creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earum & author, & qui hunc nouit nihil vltra quærat, quia ipſe eſt perfecta virtus, & ſapientia, & quicquid alibi quæritur in eo perfectè inuenitur vt ait Ambroſius ſuper epiſtola Colocenſium, & tranſumptiuè legitur. 37. d. capitulo. legimus. §. ſed contra legitur. verſiculo. hinc etiam. Vt nihil vltra quærere habeamus ad cognoſcendum & glorificandum, ipſum ſedulo laboremus, quia vt ait Hierony. ſuper Eſaiam. 18. libro ſudore, & labore nimie ad libertatem fructuum venimus. De tali labore dicitur ſapient. 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus, labor autem curioſitatis, & cupiditatis, qui extinguit ſpiritualem quietem, in Deo prohibitus eſt de quo Iere. 9. vt inique agerent laborauerunt. Et dico laboremus cum perſeuerantia, quæ perſeuerātia ſecundum Tul. in rethorica, eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis, & perpetua permanſio, & quam ſecundum Auguſtinum. libro. de perſeuerantia, nullus poteſt dici habere dum viuit, niſi perſeueret vſq; ad mortem dicente domino, Marci & Math. qui autem perſeuerauit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et quæ indiget auxilio gratiæ: vnde Auguſtinus lib. prædicto dicit, aſſerimus eſſe donum Dei perſeuerantiam, qua vſquam in finem perſeueratur in Chriſto, eo quo cognito ſit ſibi per deuota virtutum opera placere: iugiter ſtudeamus quod ipſo præſtante in extrema retributione iuſtorum cum eis æternæ, ſalutis præmia conſequi mereamur. Nam vt ait ſeneca. 34. ad lucillum, magna pars bonitatis eſt velle fieri bonum. & argumē. ad hoc. 45. diſtinct. duæ ſunt. & quod not. ſupra de eo qui mit. in poſ. capitulo. 1. gloſſ. 3. circa medium. verſic. vel aliæ. &c. Porro cum creatura non habeat quid pro meritis reſpondeat creatori, vt. ſ. de cele. miſ. cū creatura. iuxta illud pſal. quid retribuā domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Vnde quas gratias, aue quas laudes referre debeam domino noſtro Ieſu Chriſto, nec mens poſſet concipere, nec lingua ſufficeret proferre. C. de offic. præfecti prætorio aſ. l. 1. Qui cum ſit incomprehenſibilis, & ineffabilis, maior eſt omni laude. Vnde dicit Philoſo. 2. ethi. quod optimorum non eſt laus, multas enim etiam innumerabiles miſerationes eius ſenſi, & ab eo indefinita recepi dona, & beneficia, quæ regratiari non ſufficio, & pro quibus nihil dignum me egiſſe cognoſco. Ipſi omnipotēti Deo patri, & filio & ſpiritui ſancto infinitas benedictionis, gratias referēs, ſicut poſſum, à quo omnis ſapientia noſcitur emanare, prouerb. 2. capitulo. qui huius operis auctor eſſe voluit, propitius, & director, quique mihi laudabile principium, melius medium, & finem optatum in eodem opere contulit, & me ipſius perducie ad lumen ſua ineffabili pietate, ſit benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, gonor, virtus, & poteſtas, & fortitudo in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Regratior etiam intemeratæ, & glorioſiſsimæ virgini mariæ, matri domini noſtri, Ieſu Chriſti, totique curiæ cœleſti, ſperans firmiter, quod ſi ea quæ in hoc opere ſunt contenta, mentis oculis non liuoris intucātur, vbi dante domino paruulus ſuauius lactabitur, adultus vberius cibabitur, perfectus affluentius delectabitur, intuens Deo gratiarum referet actiones. Conſtat enim quod vniformis ſtilus non competit, quando inter illos propter quos ſcribitur vniformitas non habetur Pro quibus vos dilectiſsimi domini, & alij fratres & ſocij mei. ſcholaſtici, qui flagratis ex deſiderio regni Dei, boc ſolum mihi rependatis, immo ex diuina gratia acquiratis, quatenus veſtris orationibus, eleemoſinis, ceteriſque ſpiritualibus auxilijs adiutus, omnium meorum percepta venia peccatorum, vobiſcum ad æterna valeam gaudia peruenire, vbi reuelata iam facie, illa vera & coæterna perfruamur ſapientia, cui eſt bonor & gloria, virtus & imperium cum patre & ſpiritu ſancto ab æterno, & nunc & per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Verum rememorans id quod quæſiuit Ioan. Andr. ſuper data. 6. libro quæſtio. vlti. in nouella ſcilicet an magiſtri compoſitores librorum, vel ſcriptorum ſua nomina debeant in illis inſcribere, vbi ponit primo de nō inſcribēte caſus quibus non peccat, & alios quibus peccat. Secundo de inſcribente, facit illud idem vbi inter alia dicit, quod inſcribens non peccat, primo quando id agit vt alios ad ſimiles labores alliciat. Vnde Seneca Epi. 5. dicit. quod philoſophiæ nomen etiam ſi modeſtè feratur, inodioſum & inuidioſum eſt, vel bona emulatio, nam alios inducit ad ſcribendum alias nō ſcripturos. Talem autem emulationem laudat Hier. ſuper Gal. libro ſecundo, & facit ad theſſal. 5. ſicut autem flagitioſa ſunt exempla malorum actuū. 51. quæſtio. 3. præcipue. ita meritoria ſunt exempla bonorum. Secundo, quando inſcribit dubitans ne opus alteri aſſcribatur, pro quo Eſa. gloriam meam alteri non dabo. & Actuum. 20. & 2. ad corinthio, 9. & 2. q. ſecunda, ſacerdos. in fine. expedit mihi magis mori quàm vt gloriam meam quis euacuet. Tertio, quando per inſcriptionem certificari vult illam fidem operis, quæ prouenit ex auctore, cōſtat enim quod ex varietate doctorum, augetur vel minuitur fides ſcriptorum. Quarto, quando indifferens ad ſcribendum vel non, illud ſic occurrit eligere. Quinto quando licet per id cupidus fuerit pompæ, vel famæ, tamen babuit iuſtum modum, puta vt ſibi & ſuis de ſcientia in qua diu ſtuduit prouidere poſſet, ad quod ſumme ſuffragatur fama ſciente. Ad primum de cupiditate gloriæ, Valerius libro octauo, nulla tāta humilitas. quæ dulcedine gloriæ nō tangatur. & Chriſo. dicit. ma. 6. quod inanis gloria occulte ingreditur. & Hieronim. ad Saluinam dicit, quod difficile eſt gloriam virtute ſuperare. Et in vita ſancti, Hilarionis. hoc potiſsime Hieroni. in eo ſtudet, quod calcare gloriam potuit, & honorē. Si ergo tali cupiditati difficile reſiſti poteſt, nec ille talem gloriam inten-

riam intendit timori diuino præponere, cum etiam hoc nõ repugnet caritati quo ad proximum, nec quo ad rẽ, vel ſubiectũ, dicit quod ex quo iuſtum motiuum fuit admixtum. ſ. vt ſui laboris honeſtum fructum perciperet, & ſuis neceſſitatibus prouideret, non peccauit. Bene facit. 14. quæſtione quarta quiſcunque. & iura appetunt literatos honorari, & ditari ſuprà de præben. de multa. in fine. & in dubio pro eis præſumut de procuratoribus in noſtra de præſumptionibus capitulo vltimo. Sexto, quando propter obedientiam ſuperioris id iubentis inſcribit ad hoc. vndecima quæſtione tertia. quid ergo. vigeſima tertia quæſtione prima, quid culpatur. in fine ſupra de temporibus ordinandorum. ad aures. in fine. Septimo, quando benefactorem ſuum vel magiſtrum, vel reuerentialem dominum huius rei dignum vult honerare ſibi opus deſtinando: quia tũc eum ad quem & ſe oportet inſcribi. Ad primum ad Hebre. 14. beneficientiæ nolite obliuiſci: & reprehenduntur obliti beneficiorum ſuorum. pſal. 77. Seneca etiam de beneficijs dicit, & quod quidam furtiue beneficiorum gratias agũt in angulo, & ad aurem, verentur enim palam ferre vt ſua potius virtute, quam alieno adiutorio conſecuti dicantur, igitur ingratum illum vocat qui remotis arbitris gratias agit. De ſecundo, ad Hebre. 12. habuimus eruditores & reuerebamur eos. De tertio, quod reuerentiales venerandi ſunt & honorandi, ponit pulchre libr. 4. capitulo vltimo, vbi inter cętera ponit duces ſuorum hoſtium, & prædonum ad venerandum Scipionem veniſſe. Quas cauſas, ſeu earum aliquam, non tantum inſcriptione nominis mei conſideraui, quàm præmiſſam, quæ octaua dici poteſt, ſcilicet vt me ſpecifice veſtris orationibus, & alijs operibus ſpiritualibus aggregetis, quod vt facere dignemini, vos & alij ſtudioſi ſupplico intuitu pietatis. Spiritualis enim oratio plus prodeſſe præſumitur, quam generalis. not. Bernar. ſuprà de ſepul. fraternitatem. gloſſ. 3. vbi Ioannes. Andre. dicit quod ſi valorem orationis, & aliorum ſuffragiorum conſideremus ex virtute charitatis quæ vnit membra eccleſiæ, tantus eſt ſi fiat pro multis ſicut pro vno: quia charitas non minuitur, ſed affectus diſtribuitur in multos, immo potius augetur. Non enim charitas eſt inuidia, nec quærit quæ ſua ſunt, de pe. diſtinctio. 2. charitas. & optimè facit de pe. diſtinctio. 6. capitulo qui vult. §. 1. verſicu. credendum. Inquantum vero oratio, vel ſuffragia ſunt ſatisfactoria pro defuncto, maior eſt ſatisfactio pro vno facta quam ſi fiat pro multis. ex diuina enim iuſtitia, diuiditur illud in multos pro quibus fit, & ſic diuiſum minus remanet. ſuprà de conſti. cum. m. de conceſ. præben. c. fin. nec obſtat de con. d. 5. non mediocriter. & vide ibi per Io. &c.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V,

Omnes ſunt quaterniones.



VENETIIS, Apud Hæredem Hieronymi Scoti:

M D L X X V I.